MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80793-1

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:
LUNIG, JOHANN CHRISTIAN

TITLE:
DAS TEUTSCHE REICHS-ARCHIV

PLACE:
LEIPZIG

DATE:
1710-1722

Master Negative #

92-80793-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

943
L97 Lünig, Johann Christian, 1662-1740.
Q Das teutsche reichs-archiv... Leipzig, Lanck, 1710-22.
24 v in 30. 34 cm.

Contents.--[T. 1] Pars generalis I-II. 1710. 2 v in 1.--[T. 2] Continuatio. 1713.--[T. 3] 1.-2. fortzetzungen der continuation. 2 v in 1--[T. 4] Continuatio II. 1720.--[T. 5] Pars specialis I-IV. 1713. 4 v in 2.--[T. 6, 1. theil] Continuatio I:[2. theil] 1. fortzetzung. 1711. 2 v.--[T. 7, 1.th eil] Continuatio I (Von

See next card.

(66-28)

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 14½x
IMAGE PLACEMENT; IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 10/21/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Master Negative #

92-80793-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

943
L97
Q

Lünig, Johann Christian. Das teutsche reichs-archiv... 1710-22. (card 2)

Oesterreich): [2. theil] Anhang zur 1. fortzetzung: [3. theil] Anhang von Mayland. 3 v in 1.--[T. 7, 4. theil] 2. fortzetzung.--[T. 7, 5.theil] 3. fortzetzung: [6. theil] Continuatio I (Von teutschen orden). 2 v in 1.--[T. 8] Continuatio II. 1712.--[T. 9] 1. fortzetzung.--[T. 10] 2.-3. fortzetzungen. 2 v.--[T. 11] Continuatio II:(Von den graffen und herren des Heil. römischen reichs) Suppl. Anhang. 3 v in 1.--[T. 12] Continuatio III. 1713.--[T. 13-14] Continuatio IV,

See next card.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 14½
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 10/21/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Master Negative #

92-80793-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

943
L97
Q

Lünig, Johann Christian. Das teutsche reichs-archiv... 1710-22. (card 3)

I.-II. theil: Fortzetzung. 1714. 3 v.--[T.15-16] Spicilegium ecclesiasticum, I: Fortzetzung. 1716. 2 v.--[T. 17] Spicilegium ecclesiasticum, II.--[T. 18] Spicilegium ecclesiasticum III.--[T. 19] Continuatio I. 1720.--[T. 20] Continuatio II. 1721.--[T. 21] Continuatio III. 1721.--[T. 22-23] Spicilegium seculare. 1719. 2 v.--[T. 24] Haupt-register. 1722.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 14½x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 10/21/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

REEL 14
VOL. 16

BEST COPY
AVAILABLE



AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202









MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

VOLUME 16

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: Das Teutsche Reichs - Archiv ...
vol. XVI

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: _____

_____ Volumes(s) missing/not available: _____

✓ Illegible and/or damaged page(s): Bad Bleed through Throughout

✓ Page(s) or volumes(s) misnumbered: pages 963 misnumbered 463, page 787 misnumbered 687

_____ Bound out of sequence: _____

_____ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: _____

_____

✓ Other: Best Copy Available

943 L97
Q 16
Columbia University
in the City of New York
Library
Special Fund
Given anonymously

Fortsetzung
Des
SPICILEGII ECCLESIASTICI
Des
Teutschen
Reichs-ARCHIVS,
oder
GERMANIÆ SACRÆ
DIPLOMATICÆ
Ersten Theils.

SPICILEGIUM ECCLESIASTICUM
des Teutschen
Reichs-Archivs.
Das Andere Capitel,
Von Ertz-Stifftern.

I. Von Maynz.

I.

Decretum des Frantzösischen Majoris Domus, Carolomanni I. und seines Sohnes Pipini, Krafft dessen Gervilio, letzter Bischoff zu Maynz seiner Dignität entsetzt, Maynz zu einem Ertz-Bischöfflichen Sitze und Haupt der Teutschen Kirche gemacht, ingleichen der H. Bonifacius zum ersten Ertz-Bischoffe daselbst ernennet wird, de An. 745.

GErvilionem Moguntinum Pontificem, qui, quod hominis cæde pollutus sit, sacerdotio fungi non potest, & quod cum avibus & canibus luserit, quod Episcopo fas non est, cum omnium Episcoporum calculis exauctoravimus & deposuimus. Eo autem deposito, Bonifacium Moguntinæ sedi præfecimus. Et ut ejus dignitas esset eminentior, statuimus hoc perpetuo edicto, ut Ecclesia Moguntina amplius alteri subjecta non sit, sed in totius Germaniæ caput ac metropolim levata existat. Actum in Synodo.

II.

Breve Pabsts Zachariæ I. an den Heil. Bonifacium, worinn er dem H. Bonifacio die Stadt Maynz zu seinem Ertz-Bischöfflichen Sitze, ingleichen eine gewisse Archi-Diœces angewiesen, de Anno 751.

ZAcharias, Papa, Bonifacio, Episcopo Sanctæ Ecclesiæ Moguntinæ, perpetuam salutem.

Qualiter Dominus Deus noster sanctæ suæ Ecclesiæ propitiatus sit, & laboribus sanctissimæ fraternitatis tuæ cooperator extiterit, per singula dicere longum est. Tamen ut hæc, quæ objicimus, confirmemus, quæ ex parte, te narrante, perspeximus, enarremus. Igitur dum in Germania Provincia sanctitas tua ad prædicandum fuisset directa, à sanctæ recordationis prædecessore nostro, Gregorio, Papa, &, post inchoatum opus, & ex aliqua parte ædificatum, Romam reversus, ab eo Episcopus ordinatus, & ad prædicandum denuo remissus est, & elaborasti, Deo prævio nunc usque per annos viginti quinque in eadem prædicatione ex quo Episcopatum accepisti: sed & in Francorum provincia nostra vice Concilium egisti, juxta Canonum instituta omnes flexi sunt tibi obedire & dum in piis operibus occupata esset sanctitas tua, nunc usque cathedralem se-

404143

dem ſibi minime vendicavit. At ubi Deus prædicationem tuam auxit; obtinere voluiſti, ut tibi Epiſcopalem Eccleſiam, vel Succeſſoribus tuis confirmare debeamus, juxta eorundem filiorum noſtrorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate beati Petri ſancimus, ut ſupra dicta Eccleſia Moguntina perpetuis temporibus tibi & ſucceſſoribus tuis in Metropolim ſit confirmata, habens has ſub ſe civitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per ſuam prædicationem Chriſti lumen cognoſcere fecit. His a nobis definitis, per hujus noſtræ confirmationis paginam in tua Eccleſia perpetuis temporibus pro ſui confirmatione hæc conſervari mandamus. Data pridie Nonas Novembris, imperante Domino noſtro Auguſto, Conſtantino, anno trigeſimo ſecundo Imperii ejus, indictione quinta.

III.

Ertz-Biſchoffs Rabani zu Maynz Statuta Synodalia, de Anno 847.

DOmino ſereniſſimo & Chriſtianiſſimo Regi, Ludovico, veræ religionis ſtreniſſimo rectori, ac defenſori ſanctæ Dei Eccleſiæ, una cum uxore & prole ſua, ejusque fidelibus, vita & ſalus, honor & benedictio, cum victoria ſine fine manſura.

Digniſſimæ reverentiæ veſtræ pateſacimus nos humillimi famuli veſtri, Rabanus, videlicet Moguntiacenſis eccleſiæ indignus archiepiſcopus, cum epiſcopis meis, qui ad prædictæ eccleſiæ diœceſim pertinent; hoc eſt, Samuele Egorbaldo, Baturato, Hebone, Gorbratho, Hemmone, Waltgario, Ansgario, Otgario, Rantone, Salomone & Geberhardo, cum reliquis collegis noſtris Chorepiſcopis, Abbatibus, monachis, presbyteris & cæteris eccleſiaſticis ordinibus, quia venimus ſecundum juſſionem veſtram in civitatem Moguntiam, ibique pariter adunati, poſt triduanum jejunium, quod cum litaniis celebravimus, divinum ſuppliciter poſtulantes clementiam, quatenus ſancta gratia ſua conventum & actionem ipſius Synodi ſibi acceptabilem facere dignaretur, & Chriſtiano populo proficientem ad ſalutem & vitam perpetuam, vobisque ad æternum honorem & gloriam. Ubi etiam decrevimus, ut in ſingulis parochiis per epiſcopos & clericos, per abbates & monachos oratio pro vobis & pro veſtra conjuge ſimul prole nobiliſſima fieret: (cujus Orationis ſumma eſt; Miſſarum tria millia & quingenta, & pſalteriorum mille ſeptingenta) hoc omni devotione poſtulantes, ut Deus omnipotens diuturnam vobis ſanitatem ac proſperitatem concedat, regnumque veſtrum diu ſtabiliat ab omni hoſte defenſum in terra, poſtque hujus vitæ terminum in regno cœleſti gloriam vobis ſimul cum ſanctis ſuis concedat ſempiternam. Tunc vero conſidentes in cloiſtro S. Albani martyris, ſecundum morem illum, quo priſcis temporibus ſub Carolo Imp. Hildebaldus & Richolphus cum cæteris Epiſcopis & abbatibus illuc convenientibus fecerunt, & cœpimus in Dei nomine communi conſenſu & voluntate tractare pariter de ſtatu veræ religionis, atque utilitate & profectu Chriſtianæ plebis. Convenit inter nos, de noſtro communi collegio clericorum atque monachorum duas facere turmas, ſicut & fecimus: ita ut in una turma conſiderent epiſcopi cum quibusdam notariis, legentes atque perſcrutantes ſanctum Evangelium, nec non epiſtolas & actus apoſtolorum, canones quoque ac diverſa ſanctorum patrum opuſcula, cum cæteris ſacris dogmatibus, diligenti ſtudio perquirendo, quibus modis ſtatum eccleſiæ Dei & Chriſtianæ plebis profectum ſana doctrina & exemplis juſtitiæ inconvulſum, largiente gratia Dei, perficere & conſervare poſſent: In alia vero turma ſederunt Abbates ac probati monachi, regulam S. Benedicti legentes, atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem ſtatum atque augmentum cum Dei gratia perducere poſſent: & ubicunque per negligentiam atque deſidiam Rectorum, regularis ordo dilapſus fuiſſet, rurſum, ſecundum normam regulæ S. Benedicti ad integrum reſtitueretur. His ergo ita diſpoſitis atque peractis, primo decrevimus unicuique perſonæ vel ſexui congruum honorem impendere, ſecundum dictum ſancti Petri, primi paſtoris Eccleſiæ, quo ait: Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate. Servi, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis, hæc eſt enim gratia in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Cui paria doctor gentium ad Timotheum diſcipulum ſuum ſcribens, ait: Attende tibi & doctrinæ, & perſta in illa; hoc enim faciens & teipſum ſalvum facies, & eos, qui te audiunt: Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem, juvenes, ut fratres, anus, ut matres, juvenculas, ut ſorores in omni caſtitate. Inſuper etiam congruum eſſe viſum eſt, ut ſacerdotes & eccleſiæ Dei jure legitimo inconvulſo honorarentur: de quibus

bus Dominus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum, qui me miſit. Et apoſtolus ad Hebræos: Obedite, inquit, præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris. Nam de reverentia eccleſiarum Dominus ait: Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus. Unde etiam legitur in Evangelio, quod ipſe Dominus cum veniſſet ad Jeruſalem, & introviſſet in templum, eos, qui negotia terrena & emptiones atque venditiones illicitas in eodem exercebant, quaſi flagellum de funiculis faciens, omnes inde ejecerit. Proh dolor! his temporibus nec loca ſancta venerantur, neque miniſtri Dei condigne honorantur; ſed verſa vice, illi, qui honorari debuerant, flagellantur, ſpoliantur, atque diverſis calumniis franguntur. Unde neceſſitas magna nos coëgit pro hac re ad vos reclamare, & petere, ut ſicut apud anteceſſores veſtros, Reges atque Imperatores, qui ante vos fuerunt, honorem ſancta Dei eccleſia habuit, & per immunitatem eorum poſſeſſiones eccleſiaſticæ inconvulſæ perſtiterunt, manentesque in eis ſemper illæſi perſeveraverunt: ita apud vos, modernis temporibus, incontaminatæ permaneant. Zelo enim Dei oportet vos defendere eccleſias Chriſti, qui vobis Regnum in terra & dominationem tribuit, ut per nullius ſuggeſtiones iniquas, veſtram conceſſionem, quam in eleemoſynam veſtram eccleſiis Chriſti contuliſtis, ſinatis permutari. Quia inhoneſtum eſt, ut hoc, quod non ſolum Chriſtianis temporibus a Chriſtianis Imperatoribus, ſed etiam a paganis Regibus tempore gentilitatis ad honorem Dei collatum eſt, veſtris temporibus in veſtro regno permutetur. Nam legimus apud Eſdram, quod Artaxerxes Rex Esdræ ſcribæ legis Dei, per epiſtolam mandaverit, ita dicens: Ego Artaxerxes Rex ſtatui atque decrevi omnibus cuſtodibus arcæ publicæ, qui ſunt transflumen, ut quodcunque petierit a vobis Esdras ſacerdos, ſcriba legis Dei cœli, quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli, ne forte iraſcatur contra Regnum Regis & filiorum ejus. Vobis quoque notum facimus de univerſis ſacerdotibus, & Levitis, & cantoribus, & Janitoribus, Nathinæis, & miniſtris domus Dei hujus, ut vectigal & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Tu autem Esdra ſecundum ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue judices & præſides, ut judicent omni populo, qui eſt transflumen, his videlicet, qui noverunt legem Dei tui, ſed & imperitos docete libere. Et omnis, qui non fecerit legem Dei tui, & legem Regis diligenter, judicium erit de eo, ſive in mortem, ſive in exilium, ſive in condemnationem ſubſtantiæ ejus, vel certe in carcerem. De Chriſtianis vero Regibus & Imperatoribus non neceſſe eſt aliqua exempla ponere: cum omnes, qui rectæ fidei & ſane dogmatis fuerint, a Conſtantino Imperatore, qui primus Imperatorum Chriſtianam religionem defendere, atque honorem eccleſiarum Dei amplificare cœpit, usque ad vos ſemper in hoc ſtudio ſolerter laboraverint, ut Eccleſia Dei pacem & tranquillitatem haberet, quatenus cultus Dei incontaminatus foret, & ſervi ejus ſine impedimento Deo delectabiliter deſervirent. Qualis autem vindicta illis, qui contra mandata Dei, & contra juſſionem veſtram eccleſiæ Chriſti per avaritiam moleſtiam inferunt, conveniat, in ſequentibus per ſanctorum patrum canones, & per doctrinam divinarum ſcripturarum congruo loco demonſtrabimus. Non enim formidamus, juxta exemplum Domini Salvatoris, corruptoribus templi Dei, & contaminatoribus ſacrorum locorum, judicium congruum inferre, quia ſi illi à Chriſto Domino ejecti ſunt foras de domo Dei, qui per cupiditatem terrenam violabant ſanctum locum: non eſt iniquum inſolentibus & ſe corrigere nolentibus canonicum inferre judicium, ut ſentiant correpti, quod ante noluerunt ſentire leniter admoniti. Deus omnipotens vos in ſua juſtitia confortet, & inlæſum ab omni hoſte protegat.

Cap. I.

De fide Catholica.

Initium actionis noſtræ de fide eſſe decrevimus, quæ bonorum eſt omnium fundamentum, & quamvis ſine fide, ut dicit Apoſtolus, impoſſibile ſit placere Deo, fides tamen indiget opere, quia fides ſine operibus mortua eſt. Ideo beatus Gregorius: ille, inquit, vere credit, qui exercet operando, quod credit. Quapropter de fide noſtra omnes omnino Chriſtianos alterutrum inter ſe jugiter admonere & docere oportet: maxime tamen Domini ſacerdotes in eo certamine laborare decet, ut firmiter ab omnibus teneatur.

Cap. II.

De dogmate eccleſiaſtico.

Cum igitur omnia concilia canonum qui recipiuntur, ſint a ſacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea ſit eis vivendum & prædicandum; neceſſarium duximus, ut ea, quæ ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus ſcribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, ut in populo prædicetur. Et quilibet Epiſcopus ho-

milias, continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubjecti erudiantur: id eſt, de fide Catholica, prout capere poſſint: de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum, de reſurrectione quoque futura & ultimo judicio, & quibus operibus poſſit promereri beata vita, quibusve excludi: Et ut easdem homilias quisque aperte transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam, aut theotiſcam, quo facilius cuncti poſſint intelligere, quæ dicuntur.

Cap. III.

De ſacramento baptiſmatis.

Sacramento itaque baptiſmatis volumus, ut concorditer atque uniformiter in ſingulis parochiis, ſecundum Romanum ordinem, inter nos celebrentur jugiter, atque conſerventur: id eſt, Scrutinium ad ordinem baptiſmatis, ſicut in decretis Leonis Papæ ſub duobus continetur capitulis. In capitulo 5. Hæc duo tempora, id eſt, Paſcha & Pentecoſte, ad baptizandum à Romano Pontifice legitima ſunt præfixa. Item in capitulo 6. Non interdicta licentia, qua in baptiſmo tribuendo quolibet tempore periclitantibus ſubvenitur. Et Siricius: in qualibet neceſſitate fuerit opus ſacri unda baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri. Debent igitur epiſcopi cum magna diligentia presbyteris ſuis tradere baptiſmi ſacramentum, & quid in eodem renunciandum, quidve credendum ſit. Renunciatur enim diabolo & operibus ejus. Opera vero diaboli, opera carnis eſſe intelliguntur: quæ ſunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his ſimilia, quæ diabolico inſtinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quam opere perpetrentur. Pompæ vero ejusdem ſunt, ſuperbia, jactantia, elatio, vana gloria, faſtus, & alia quam plurima, quæ ex his oriri videntur.

Cap. IV.

De pace & concordia.

Sane opus eſt, ut pax & concordia ſit, atque unanimitas in populo Chriſtiano, quia unum Deum patrem habemus in cœlis, & unam matrem Eccleſiam, unam fidem, unum baptiſma: ideo in una pace & unanimitate concorditer vivere debemus, ſi ad unam & veram hæreditatem regni cœleſtis cupimus, pervenire: Quia non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis, ut ipſe ait. Igitur ſi inter omnes fideles pax & concordia habenda eſt, dicente Apoſtolo: Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum: multo magis inter epiſcopos & comites eſſe debet, qui poſt imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ita enim inter ſe concordare debent, ut alterutrum ſibi ad Dei ſervitium peragendum & miniſterium ſuum recte explendum, non ſolum non noceant, quin potius adminiculo ſint.

Cap. V.

De Conſpiratione.

Si vero pax & concordia ſummum inter homines & maxime Chriſtianos bonum judicatur, & præmio ſummo remunerandum, id eſt, ut ejus merito filii Dei vocemur: nonne e contrario diſcordiæ & diſſenſionis ſummum eſt malum & ſumma pœna plectendum? ita ut Sapiens dicat, animam Domini illam deteſtari, qui inter fratres diſcordias ſeminat: atque ideo filius diaboli non immerito nominetur. Unde ſtatuimus, atque authoritate eccleſiaſtica confirmamus, eos qui contra Regem, vel eccleſiaſticas dignitates, ſive reipublicæ poteſtates, in unoquoque ordine legitimas diſpoſitiones conſtitutas, conjurationes & conſpirationes rebellionis & repugnantiæ faciunt, a communione & conſortio Catholicorum veram pacem amantium ſummovendos, & niſi per pœnitentiam & emendationem paci ſe eccleſiaſticæ incorporaverint, ab omnibus filiis pacis ſancimus extorres.

Cap. VI.

De immunitate rerum eccleſiaſticarum.

Quisquis faſta ſuperbiæ elatus, domum Dei ducit contemptibilem & poſſeſſiones Deo conſecratas, atque ad honorem Dei, ſub regiæ immunitatis defenſione, conſtitutas, inhoneſte tractaverit, vel infringere præſumpſerit, quaſi invaſor & violator domus Dei excommunicetur. Decet etiam, ut dignationem ipſius domini Regis ſentiat, cujus benevolentiæ contemptor, & conſtitutionis prævaricator extitit. Nihilominus tamen rex ſuæ coneeſſionis immunitatem, ab omnibus ditioni ſuæ ſubjectis inlæſam conſervari, præcipiat: aſſenſum vero non præbeat improvide affirmantibus, non debere eſſe res dominicas, id eſt, Domino dominantium deditas, ita ſub defenſione regis, ſicut propriæ ſuæ ſunt hæreditates: magisque advertat, quia quanto Deus excellentior eſt homine, tanto præſtantior eſt divina cauſa mortalium poſſeſſione. Quocirca decipitur quisquis plus in propriis quam in dominicis rebus gloriatur: quarum divinarum rerum defenſor & cuſtos divinitus ſtatutus, diligenti cura non ſolum eas ſervare, ſed etiam multiplicare debet, magisque illa, quæ diximus præſtantiora, quam ſua defendere illam oportet & augmentare. Si quis igitur inſanus importunitate improbitatis ſuæ regem a recto propoſito avertere tentaverit, nullisque mediis mitigari poſſe viſas fuerit, licet obſequiis aliquibus tranſitoriis ſit neceſſarius, abjiciendus ab eo, projiciendusque re eſt, juxta illud

lud Evangelicum: Si pes, manus, oculusve tuus ſcandalicet te, erue illa, & projice abs te.

Cap. VII.

De poteſtate epiſcoporum ſuper res eccleſiaſticas, eorumque convenientia cum laicis, deque abominandis perverſis præmiis.

Ut epiſcopi poteſtatem habeant res eccleſiaſticas prævidere, regere, & gubernare atque diſpenſare, ſecundum canonum authoritatem, volumus: & ut laici in eorum miniſterio obediant epiſcopis ad regendas eccleſias, viduas & orphanos defendendos & ut obedientes ſint eis, ad eorum Chriſtianitatem ſervandam: conſentientesque ſint comites & judices præſulibus ſuis ad juſtitias faciendas, juxta præcepta divinæ legis, & nullatenus per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque per perjurium, aut per præmium lex juſta in aliquo depravetur.

Cap. VIII.

De proprietatibus ab epiſcopis vel presbyteris poſt ordinationem acquiſitis.

In concilio Carthaginenſi ſcriptum eſt, ut presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur & tempore epiſcopatus vel clericatus ſui agros, vel quæcunque prædia ſuo nomine comparant, tanquam rerum dominicarum invaſionis crimine teneantur, niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint: Si autem ipſis proprii aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis obvenerit, faciant inde, quod eorum propoſito convenit. Quod ſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitaverint, honore eccleſiaſtico indigni, tanquam reprobi, judicentur. Presbyteri vero non vendant rem eccleſiæ, ubi ſunt conſtituti, neſcientibus epiſcopis ſuis, non habentes neceſſitatem. Nec epiſcopo liceat matricis eccleſiæ rem tituli ſui nomine uſurpare.

Cap. IX.

De manumiſſionibus.

In concilio Carthaginenſi ita continetur: De manumiſſionibus in eccleſia celebrandis, ſi id noſtri conſacerdotes per Italiam facere reperiuntur, noſtræ etiam erit fiduciæ iſtorum ordinem ſequi, data plane licentia miſſo legato, ut quæcunque digna fide pro ſtatu eccleſiæ & ſalute animarum agere potuerint, nos ſciant laudabiliter in conſpectu Domini accepturos,

Cap. X.

De decimis dandis, & in quatuor portiones dividendis.

Volumus, ut decimæ, quæ ſingulis dantur eccleſiis, per conſulta epiſcoporum a presbyteris ad uſus eccleſiæ & pauperum, ſumma diligentia diſpenſentur. Quatuor autem tam de redditibus, quam de oblatione fidelium, pro cujuslibet eccleſiæ facultas admittit, ſicut dudum rationabiliter eſt decretum, convenit fieri portiones: quarum ſit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta eccleſiæ fabricis applicanda, juxta conſtitutionem epiſcopalem. Admonendum tamen eſt, ut decima Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipſe dari ſibi conſtituit, quia timendum eſt, ſi quis Deo ſuum debitum abſtrahit, ne forte Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua.

Cap. XI.

Ut antiquæ eccleſiæ habeant privilegia ſua.

Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ, nec decimis, nec aliis poſſeſſionibus pro novis oratoriis ſine conſenſu & conſilio epiſcopali priventur.

Cap. XII.

Ne presbyteri ſine conſenſu epiſcoporum per eccleſias conſtituantur, vel ab his recipiantur.

Quicunque presbyter per pretium eccleſiam fuerit adeptus, omnino deponatur: quod contra eccleſiaſticæ regulæ diſciplinam agere dinoſcitur, qui alium presbyterum legitime ad eccleſiam ordinatum, per pecuniam expulerit, eamque ſibi taliter vindicaverit: quod vitium late diffuſum, ſummo ſtudio emendandum eſt. Itemque interdicendum videtur clericis, ſive laicis, ne quis cuilibet presbytero præſumat dare eccleſiam, ſine licentia & conſenſu epiſcopi ſui.

Cap. XIII.

De clericorum vita, ſive monachorum.

Providendum neceſſario eſt unicuique, epiſcopo, qualiter Canonici vivere debeant, nec non & monachi, ut ſecundum ordinem regularem vivere ſtudeant, ut ait Apoſtolus: Unusquisque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat; & ut a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt enim negotia ſecularia, de his tamen pauca perſtrinximus: ad quæ pertinet omnis libido, non ſolum immunditia carnis, ſed etiam in omni carnali concupiſcentia, quicquid plus juſto appetit homo, turpe lucrum, munera injuſta accipere, vel etiam dare pro aliquo ſeculari, cum quæſtu pretio aliquem conducere: contentiones & lites, vel rixas amare, in placitis ſecularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum: conductores, aut procuratores eſſe ſecularium rerum, turpis verbi, vel facti joculatorem eſſe, vel jocum ſecularem diligere, aleas amare: ornamentum inconveniens propoſito ſuo quærere: in deliciis vivere vel-

le,

e, gulam & ebrietatem sequi: ponderatas injusta, vel mensuras habere, negotium injustum exercere, (nec tamen justum negotium est interdicendum propter necessitates diversas, quia legimus sanctos Apostolos negotiatos esse, & in regula sancti Benedicti præcipitur prævidere, per quorum manus negotium monasterii transeat) canes & aves sequi ad venandum, in commessationibus & vinolentiis nimiis incumbere, superfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere. Quæ omnia ministris altaris interdicimus, hortantes eos servare illud Apostolicum, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: Considerare quoque sententiam Domini dicentis: Attendite, ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate: moderare cibum & potum, ut juxta Apostolum, sobrii sint, parati ad servitium Domini, ante se joca secularia, vel turpia fieri non permittere, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habere, & lectionem divinam ibidem audire, & sumere cibum cum benedictione & laude Domini, secundum Apostolum, dicentem: sive manducetis, sive bibatis, omnia in laudem Dei facite.

Cap. XIV.

De voto monachorum.

Nullus monachorum aliquid proprietatis habeat, & res seculares, quibus renunciavit, nullatenus sibi usurpet, nec parochias ecclesiarum accipere præsumat sine consensu episcopi, De ipsis vero titulis, in quibus constituti fuerint, rationem episcopo, vel ejus vicario reddant, & convocati ad Synodum veniant.

Cap. XV.

De Clericis comam nutrientibus.

In decretis Gregorii Papæ scriptum est. Si quis ex clericis laxaverit comam, anathema. Unde sancimus, ut hujusmodi coërceantur ad pristinum statum reverti.

Cap. XVI.

De vita sanctimonialium.

Abbatissa, quæ in civitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui ejus vicem obtinet, nisi forte regali jussione cogatur. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam & vigilantiam habeat, ut nulla eis detur peccanti licentia, sive occasio. Sed & cum pergit, in monasterio talem in vice sua constituere debitum gerat. Habeat etiam abbatissa studium in ædificando ea, quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, & in restaurando. Sanctimoniales vero in monasterio constitutæ, habeant studium in legendo & in cantando, in psalmorum celebratione, sive oratione, & horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completorium pariter celebrent, & omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad consolationem veniant, & ut cætera servent, quæ in regula sanctimonialium continentur, & quæ a sanctis patribus illic constituta sunt.

Cap. XVII.

De pauperibus non opprimendis.

Monemus regiam pietatem de oppressione pauperum liberorum, ut non a potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam opprimantur, vel cogantur, ut res suas vendant, sive tradant, ne forte parentes eorum contra justitiam fiant exhæredati, & regale obsequium minuatur, & ipsi propter indigentiam mendici, vel latrones, seu malefactores efficiantur, & ut sæpius non fiant moniti ad placita, nisi sicut in dominico capitulari olim facto præcipitur.

Cap. XVIII.

De rebus pauperum per malam occasionem non emendis.

Propter provisiones pauperum, quorum curam habere debemus, placuit nobis, ut nec episcopi, nec abbates, nec Comites, nec vicarii, nec judices, nullusque omnino sub mala Occasione, vel malo ingenio, res pauperum, vel minus potentium emere, aut tollere audeat: Sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito, coram idoneis testibus, & cum ratione hoc faciat: Ubicunque autem aliter inventum fuerit, factum hoc omnino emendari per regiam convenit jussionem.

Cap. XIX.

De his, qui ad subvertendam justitiam munera accipiunt.

Qui vero ad subvertendam justitiam a duobus munera accipiunt, hoc est ab eo, qui, quod sibi injuste allatum est, juste requirit, & ab eo, qui eadem injuste invasis, admonendi sunt, & fortiter increpandi, ne regnum Christi, quod omnibus juste facientibus patet, sibi sine ulla retractione secludant.

Cap. XX.

De parricidis.

Parricidium autem, quam sit detestabile crimen, in judicio facto inter Cain & Abel fratrem suum, Dominus ostendit ipse, cum ad Cain parricidam ait: Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sangvinem fratris tui de manu tua: cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram. In quo etiam posuit

fuit signum, hoc est, ut tremens & gemens profugus semper viveret, nec auderet sedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidæ profugi currunt per diversa, & variis vitiis atque gulæ illecebris deserviunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes, pœnitentia districta semetipsos castigent, si forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris sui, percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiæ cingulum sumere, & nuptiis vel conjugiis copulari, quia sacri Canones hoc eis non consentiunt.

Cap. XXI.

De mulieribus, quæ partus suos necant.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab ecclesia removet: humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur. Item in concilio Eliberitano cap. 63. scriptum est de his, quæ filios ex adulterio necant: si qua per adulterium conceperit, idque post facinus occiderit, placuit vix in fine ei dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus. Item in concilio Ilerdensi cap. 2. scriptum est, Quæ abortivum faciunt, vel natos suos extinguunt: Hi vero, qui male conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris, post septem annorum pœnitentiæ curricula communio tribuatur, ita tamen, ut omni tempore vitæ suæ fletibus & humilitati insistant.

Cap. XXII.

De homicidis.

In concilio Neocæsareensi cap. 21. de homicidis ita scriptum est: Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter se submittant, perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur. In concilio vero Agathensi, cap. 37. de homicidis & falsis testibus ita legitur: Itaque censuimus, homicidas & falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint. Item in concilio Agathensi, cap. 72. scriptum est de his, qui servos extra judices necant: Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum sangvinis emundabit. Item in concilio Eliberitano cap. 5. scriptum est de domina, quæ per zelum ancillam suam occiderit. Si qua fœmina furore zeli accensa, flagellis verberaverit ancillam suam ita, ut intra tertium diem animam cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si voluntate post 7. annum: si casu, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si vero intra tempora constituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.

Cap. XXIII.

De homicidiis non sponte commissis.

In concilio Ancyrano cap. 22. scriptum est. De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit: secunda vero, quinquennii tempus explere.

Cap. XXIV.

De occisis presbyteris in gradu positis.

Qui presbyterum occidit, 12. annorum ei pœnitentia, secundum statuta priorum, imponatur: aut si negaverit, si liber est, cum 12. juret: Si autem servus, per 12. vomeres ferventes se purget. Convictus vero noxæ, usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, & uxorem amittat.

Cap. XXV.

De presbyteris post degradationem occisis.

Nunciatum est nobis, quod aliqui qui olim dixerunt se fuisse sacerdotes, & postea degradati pro suis peccatis, pœnitentiam agendo suffragia sanctorum per diversa loca transeuntes quæsierunt, trucidati sunt. Hujusmodi interfectionibus omnem ecclesiasticam communionem denegamus, donec dignam pœnitentiam, pro reatu suo, secundum judicium episcoporum exsolvant.

Cap. XXVI.

De infirmis in periculo mortis constitutis.

Ab infirmis in mortis periculo positis, per presbyteros pura inquirenda est confessio, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda: & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studiis, pompus pœnitentiæ sublevandum: ut si forte migraverint, ne obligati excommunicatione, alieni ex consortio bene fiant, a quo periculo, si, divinitus erepti, convaluerint, pœnitentiæ modum a suo confessore impositum diligentes observent. Et ideo secundum canonicam authoritatem, ne illis janua pietatis clausa videatur, orationibus & consolationibus ecclesiasticis sacra cum unctione Dei animati, secundum statuta sanctorum patrum communione viatici reficiantur.

Cap. XXVII.

De his, qui suspenduntur in patibulis.

Quæsitum est ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis suspenduntur pro suis scœleribus post confessionem Deo peractam, utrum

cadavera illorum ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ, an non? Quibus reſpondimus: Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine, ſecundum canonicum juſſum, danda eſt, cur non eis, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſolvunt? Scriptum eſt enim: Non vindicat Deus bis in id ipſum. Nam ipſe Dominus ait: In quocunque die converſus fuerit peccator, peccata ejus non reputabuntur ei, & iterum: Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegat, & deſperat de clementia Dei, qui eam ad ſubveniendum morienti ſufficere vel in momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum unius horæ pœnitentia non juviſſet: Cum eſſet in pœna, pœnituit, & per unius ſermonis profeſſionem, habitaculum paradiſi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum converſio in ultimis poſitorum, mente potius eſt æſtimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter aſſerente: Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.

Cap. XXVIII.

De inceſtuoſis.

Ut epiſcopi inceſtuoſos penitus inveſtigare ſtudeant, omnino decrevimus: qui, ſi pœnitere noluerint, de eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quod ſi ſacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus, oportet eos per ſecularis potentiæ diſciplinam a tam prava conſvetudine coërceri.

Cap. XXIX.

De damnatis nuptiis.

Si quis viduam uxorem duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit, aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum Patre & Filio: item ſi quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit: ſi quis neptem in conjugium acceperit, ſi quis novercam, aut nurum ſuam duxerit: Si quis conſobrinæ ſuæ impudice ſe ſociaverit, vel relictæ, ſive filiæ avunculi, aut patris filiæ, vel privignæ ſuæ concubitu pollutus, vel hujusmodi conjunctionis attactu maculatus fuerit: eos disjungi & ulterius nunquam conjugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione fieri volumus.

Cap. XXX.

Quota generatione conjugia copulari debeant.

Contradicimus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur: ubi autem, poſt interdictum factum, inventum fuerit, ſeparetur: Sane eadem quæ in viri, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula cuſtodienda eſt. Quia ergo conſtat eis, credenda eſt, ſicut ſcriptum eſt: Erunt duo in carne una.

Cap. XXXI.

De modo dandæ pœnitentiæ.

Modus tempusque pœnitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctorum authoritatem, aut per eccleſiaſticam conſvetudinem imponi debet a ſacerdotibus. Nam qui pro peccatis gravibus leves quosdam & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, conſumunt pulvillos, ſecundum propheticum ſermonem, ſub omni cubito manus & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis, ad capiendas animas. Sed diſcretio ſervanda eſt, inter pœnitentes, qui publice, & qui abſconſe pœnitere debeant. Nam qui publice peccat, oportet, ut publica mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem canonum pro merito ſuo & excommunicetur, & reconcilietur. Pœnitentes vero tam expletionem conſtituti temporis, quam facinoris remiſſionem deſiderent, nec eis ſufficiat, ſi a quarundam rerum perceptionibus abſtineant, in ſe etiam a noxiis delectationibus ſubtrahant: declinantes autem a malo, faciant bonum, inquirant pacem, ac ſequantur illam. Multa quidem alia per diverſas quæſtiones coram nobis allata ſunt: ſed pro brevitate temporis in præſenti concilio omnibus reſpondere, & ea abſolvere non potuimus. Hæc vero quæ vobis transmiſſa ſunt, petimus, ut veſtra aurhoritate firmentur: & ſi quis adverſarius illis exiſtere voluerit, prævalere non permittatur. Dei enim cooperatores vos eſſe debetis, & adjutores ſanctæ ejus eccleſiæ, quatenus religio Chriſtiana incontaminata temporibus regni veſtri usque ad finem ſervetur.

IV.

Ertz-Biſchoffs Rabani zu Mäyntz Brieff an einen Chor-Biſchoff, worinn er ihm unterſchiedene zweiffelhaffte Religions-Fragen beantwortet.

REverendiſſimo atque amantiſſimo fratri Reginbaldo, Hrabanus exiguus Servorum Dei Servus in Domino ſalutem.

Poſtquam Sanctitas Tua noſtræ parvitati ſe præſentare voluit: tui deſiderium iterum videndi ſe valide nobis ingeſſit. Ita ut cognoſcentes gravitatem morum, honeſtatem locutionis, humilitatem habitus, hilaritatemque vultus, quam Tua dilectio nobis exhibuit, præſentia Tua non vellemus carere, ſi quoquo modo eam poſſemus habere continuam. Sed quia veræ caritatis ea eſt ratio, ut quod corporaliter habere ſecum non poteſt, ſpiritualiter nunquam habere ceſſet: licet corpore abſens ſis, Spiritu tamen præſens eſſe non deſiſtis. Quod eousque fiet, donec per Dei gratiam exuti a corpore præſentes erimus apud Deum. Hoc tamen adipiſci nos poſſe, magis divini eſt muneris, quam humanæ facultatis: ſed ſpe jam ſalvi facti ſumus; qui autem in Domino ſperat, beatus eſt.

De cætero quoque, quia veneratio tua quædam Capitula mihi in chartula tunc oſtendit ſcripta in quibus flagitabas, me tibi reſpondere de his, quæ ibidem continebantur: relegi, quantum licebat, volumina divinorum teſtamentorum, atque ſanctorum patrum Sententias, & quantum tempus permittebat, ea, quæ ad hoc neceſſaria reſpondendum erant, in unum colligebam. Hludovici enim Regis adventus, quod te ſcire non ambigo, imminens urgebat, ut ad ejus ſuſceptionem occupati eſſemus. Nec jam licuit ſecuræ lectioni inſiſtere, quando ipſe ſe animus ſentiebat, in multas partes diviſum. Sed quia tui amoris fervor me tibi parere cogit, mundanis ſollicitudinibus temperatis, quantum fragilitas humanæ mentis ſinebat, potiſſimum tuæ conſentire decrevimus voluntati. Quorum capitulorum hæc fuit ſeries:

I. Primo interrogabas, quid de eo faciendum eſſet, qui hominem Chriſtianum ſollicitando furatus fuerit, & in paganam gentem tradendo vendiderit, a quibus ultra ille venditus ſe eruere non poſſit? Ad quod tunc tibi reſpondi, homicidii reatum ipſum hominem ſibi contrahere mihi videri. Quod & poſtea, legens divinam ſanctionem in Deuteronomio, ita probaviſſe reperi, cum homicidæ & furi hominem vendenti, parem vindictæ modum impoſuiſſet. Nam ſicut ibi legitur, animam pro anima homicidam debere reddere, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede: Sic & ipſum hominem, qui deprehenſus fuerit ſolicitaſſe fratrem ſuum de filiis Iſraël, & vendidiſſe accipiendo pretium jubet interficere, & ita auferre malum de medio populi Dei. Unde mihi videtur, ſicut par ſententia in lege Divina eſt conſtituta de homicida & fure hominem vendente, ſic & canonica authoritate pari modo plectendum eſſe, qui fratrem furando atque ſolicitando vendiderit, & illum qui proximum ſuum Chriſtianum hominem injuſte peremerit; & eo gravius, quo eum in paganam gentem tradiderit, nec de animæ ſuæ ruina ullam compaſſionem habuerit. In concilio Ancyrano ita ſcriptum eſt: Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant, perfectionem vero circa finem vitæ conſequantur. De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit, ſecunda vero quinquennii tempus explere. Sed in omnibus Judiciis temperanda eſt ſententia juxta intentionem & ſtudium pœnitentis: Si quis enim veraciter pœnitentiam egerit, cum lachrymis jejunia & orationes ſolvens, eleemoſynas largiter impendens, hujus ergo habet Sacerdos poteſtatem mitigare judicium. Qui autem mentis eſt duræ, & negligens eſt ad agendam pœnitentiam, in hoc omnino decretum eſt tempus ſervandum.

Deut. 19. ibid. 24.

II, De infantibus autem qui mortui cum patre & matre inveniuntur, & non apparet utrum ab eis oppreſſus ſit ipſe infans ſive ſuffocatus, an propria morte defunctus: nec debent inde ſecuri eſſe nec ſine pœnitentia ipſi parentes. Sed tamen in eis conſideratio debet eſſe pietatis, ubi non voluntas, ſed eventus, mortis cauſa fuit. Si autem eos non latet, ipſos ejus eſſe interfectores, ſcire debent graviter ſe deliquiſſe, quod in Acyrano Concilio hoc modo probatur. De mulieribus, quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, ut utero conceptus excutiatur: antiqua quidem definitio usque ad ultimum vitæ eos ab Eccleſia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus, ſecundum præfixos gradus pœnitentiæ, largiamur. Sed alii trium annorum pœnitentiam hujusmodi hominis denunciant eſſe debere, hoc eſt, qui infantem incaute oppreſſerit, quorum unum ex eis exigat cum pane & aqua, abſtineatque ab omni luxuria tempore pœnitentiæ ſuæ.

III. De eo vero, qui viduam proximi ſui in conjugium duxit, illud conſiderandum eſt, quota generatione ipſa connubia inter propinquos fieri poſſunt, & ſic de utroque Sexu Judicium æquum agendum: quia alii tertia, vel quarta generatione hoc fieri poſſe judicabant: alii quinta, alii ſexta. Sed illud ibi præcipue conſiderandum eſt, quod lex Divina inde præcipiat, ſuper quo Capitulo Humberto Epiſcopo ſciſcitanti jam reſpondimus. Cujus reſponſionis formulam etiam nunc tibi direximus.

Manifeſtum eſt enim, quod Sacri Canones ei anathema dicunt, qui de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem. Et ideo ibi ſumma eſt cautela habenda: ne forte pro inceſti noxa æterna damnatio ſequatur.

IV. De eo autem, quod interrogabas, ſi pater & filius, & ſi duo fratres, aut avunculus, & nepos, cum una muliere fornicarentur, quid inde faciendum eſſet: manifeſtum eſt, quod gravi vindicta plectendum erit, quod grave facinus eſſe reperiatur. Omnis enim mœchia interdicitur ubi ſcriptum eſt: Non mœchaberis. Quanto magis cum cognata, vel cum conjuge vel concubina cognati? Quid autem Dominus in lege in vindicta talium juſſerit, liber Leviticus demonſtrat, ubi ita ſcriptum eſt: Si mœchatus fuerit quis cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi ſui: morte moriatur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum noverca ſua, & revelaverit ignominiam patris ſui: morte moriantur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua, uterque moriatur, quia ſcelus operati ſunt: Sanguis eorum ſit ſuper eos. Qui ſupra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, ſcelus operatus eſt, vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum neſas in medio veſtri. Qui acceperit ſororem ſuam, filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem ejus, illaque conſpexerit fratris ignominiam: neſariam rem operati ſunt, occidentur ambo in conſpectu populi, eo, quod turpitudinem ſuam mutuo revelaverint, & portabunt, iniquitatem ſuam. Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non diſcooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudabit, portabunt ambo iniquitatem ſuam. Qui coierit cum uxore patrui, vel avunculi ſui, & revelaverit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt ambo iniquitatem ſuam, absque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui revelavit: absque filiis erunt. His enim indiciis patet, quantum Domino diſpliceat omnis inceſtus, & pollutio coitus illiciti, quia mortis Judicio hujusmodi ſcelus puniendum eſſe judicavit. Nec enim filium cum uxore patris, nec patrem cum uxore filii licet concumbere, quia dormire cum noverca ſeu cum nuru prohibuit. Sed neque ducere uxorem fratris convenit, quia hujusmodi absque filiis fieri, hoc eſt mortis reus eſſe, judicatur. Si enim Dominus in lege turpitudinem inceſtus mortis ſententia vindicari juſſit: quomodo in Evangelio, ubi ſumma juſtitia eſt, inceſtuoſus pœnam peccati effugiet? maxime cum ibi pœna temporalis decernitur, hic gehenna ignis perpetui prædicitur.

Lev. 20.

Quam diſcretionem ſentiens Apoſtolus, ad Hebræos ſcribens, ait: Irritam faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione ſub duobus, vel tribus teſtibus moriatur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritus gratiæ contumeliam fecerit? Proinde valde neceſſarium eſt, ut duram Judicii ſententiam mitigare ſtudeat peccatorum per condignam pœnitentiam: ne forte ſcelus incorrectum ultio puniat perpetua. Unde eſt, ut Johannes Baptiſta in Evangelio turbas, quæ exibant, ut baptizarentur ab eo, hortatus eſt, dicens: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ, jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Sacri autem Canones quid de inceſtuoſis præcipiant, facile eſt agnoſcere. Nam in Cæſarienſi Concilio ita ſcriptum eſt: Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur usque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter miſericordiam, ſi promiſerit quod facta incolumis, hujus conjunctionis vincula diſſolvat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quod ſi defecerit mulier, aut vir, in talibus nuptiis difficilis erit pœnitentia in vita manenti. Unde patet, quod æque malum eſt hoc, quod mulier duobus nupſerit, & illud, cum vir duas uxores duxerit, aut pater & filius, ſi cum una muliere fornicati fuerint, aut avunculus & nepos, ſi cum una muliere fornicati fuerint, aut avunculus & nepos, ſi cum una muliere dormierunt, aut aliquid hujusmodi factum fuerit. Quapropter juſtum eſt, ut taliter peccantes, usque ad finem vitæ pœnitentiam agant. Niſi forte propter nimium fletum & compunctionem validam, devotamque pœnitentiam aliquid humanius Sacerdos apud pœnitentem agendum eſſe decrevit. Quia Vultus Domini cor in compunctione lachrymarum & amaritudine fletuum viſitaverit, hujus breviandi tempus pœnitentiæ poteſtatem ſacerdos habebit, ſicut ſcriptum eſt in Laodicenſi Concilio. De his, qui diverſis facinoribus peccaverunt, & perſeverantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ converſionem habuere perfectam, pro qualitate delicti: talibus, poſt pœnitentiæ tempus impenſum, propter clementiam & bonitatem communio concedatur. In Acyrano quoque Concilio, de adulterio ita ſcriptum eſt: Si cujus uxor adultera fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi, ſecundum priſtinos gradus.

Hebr. 10.

dus. Igitur Theodorus judicavit, eum, qui inceſtum fecerit, duodecim annis pœnitere debere.

Quid autem inde ſentiant cæteri doctores, in libellis eorum, quos de pœnitentia conſcripſerunt, invenire poteris, qui, alii quindecim annis, alii duodecim annis, alii decem, alii ſeptem, de hujusmodi ſceleribus judicaverunt pœnitudinem explendam. Sed tu priſcorum patrum veſtigia ſequens, illis ſolis ſpatium temperes, qui devote & cum lacrymis pœnitentiam egerunt; Cæteri autem definitum tempus expleant, quia in Salomone ſcriptum eſt: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Pius eſt enim Deus & miſericors: ſed miſericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Facit potentiam in brachio ſuo, diſpergit ſuperbos mente cordis ſui. Qui autem mentis eſt duræ, corruet in malum. Et qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam: qui autem negligit vias ſuas, mortificabitur.

Prov. 28. Luc. 1. Prov. 28. Prov. 19.

V. De Servo autem illo, qui fugerit Dominum ſuum, interrogabas, ſi ille in ipſa fuga mortuus fuerit, utrum liceret pro eo Miſſas cantare, aut pſalmodias. Hoc in divinis libris non invenimus prohibitum: Sed tamen ſcimus ab Apoſtolis fortiſſime præceptum, ut ſervi ſubditi ſint in omni Timore Dominis; non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis: & obedientes illis fiant in omnibus. In Canone autem Gangrenſi Concilii ita ſcriptum eſt: Si quis ſervum ſub prætextu divini cultus doceat dominum contemnere proprium, ut diſcedat ab ejus obſequio, nec ei cum benevolentia & omni honore deſerviat, anathema ſit. Unde datur intelligi, quod ſi ille anathema meruit, qui docet ſervum, Dominum proprium contemnere, & ab ejus obſequio recedere; quanto magis ille, qui dominum ſuum ſpernit, & ejus ſervitio ſubdi noluerit. Sed tamen diſtantia eſt inter eum, qui per ſuperbiam, & illum, qui propter neceſſitatem, fugit, coactus crudelitate domini ſui. Nam Agar, famula Saræ, fugam iniit, affligente eam domina ſua: Sed Angelo admonente, ut reverteretur, & fieret ſubjecta Dominatrici ſuæ, reverſa eſt ad Dominam. Sic & Oneſimus ſervus Philemonis effugit a Domino ſuo, ſed Paulo Apoſtolo docente credidit Chriſto, & baptizatus eſt: & ſic per patrocinium Apoſtoli reſtitutus eſt proprio domino ſuo. Admonendus eſt enim Servus quilibet fugitivus, per fideles doctores, ubicunque fuerit, ut revertatur ad Dominum ſuum, & fiat ei ſubjectus, ne forte

1. Pet. 2.

Can. 3.

contemnens præceptum Domini, perpetuo anathemate percutiatur. Attamen ſi in ipſa fuga obierit, orandum eſt pro eo, niſi forte aliquo crimine majore implicetur, aut in perfidiam devolvatur, unde fructuoſa pro eo non poſſit eſſe oratio. Attamen Auguſtinus ad Laurentium ſcribens ita inter alia ait: Cum ergo ſacrificia, ſive altaris, ſive quarumcunque eleemoſynarum, pro baptizatis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde malis propitiationes ſunt, pro valde malis, etiamſi nulla ſunt adjumenta mortuorum, qualescunque tamen conſolationes ſunt, vivorum. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio, aut certe ut tolerabilior fiat ipſis damnatio.

VI. De illo vero, qui Presbyterum ſe eſſe finxerit, cum non eſſet ordinatus, & baptiſmi officium exercuit, requirendum eſt, utrum ipſe baptizans baptizatus eſſet, & utrum in nomine Sanctæ Trinitatis ſub trina merſione baptizaverit. Quod ſi ita erat, non eſt iterum baptizandus, ſed per impoſitionem manus Epiſcopalis & unctionem Sacri Chriſmatis, id, quod factum eſt, confirmandum. Quia quod ſemel eſt in Sacramento baptiſmatis effectum, non licet iterari, quoniam unus eſt Dominus, una fides, unum baptiſma. Attamen ille, qui præſumptuoſe egit, & non pro neceſſitate aliqua, canonica diſciplina eſt coercendus. Igitur ut beatus Ambroſius teſtatur, poſtquam omnibus locis Eccleſiæ ſunt conſtitutæ, & officia ordinata, aliter compoſita res eſt, quam cœperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscunque diebus vel temporibus fuiſſet occaſio. Nec enim Philippus tempus quæſivit, aut diem, quo Eunuchum baptizaret, neque jejuniam interpoſuit. Neque Paulus ad tempus diſtulerant, quo optionem carceris cum ejus omnibus baptizaret. Neque Petrus clericos habuit, aut diem quæſivit, quando Cornelium cum omni domo ſua baptizavit, nec ipſe, ſed juſſit fratribus, qui cum eo erant apud Cornelium in Joppe. Adhuc enim præter ſeptem diaconos nullus fuerat ordinatus. Ut ergo creſceret plebs & multiplicaretur, omnibus conceſſum eſt, & evangelizare, & baptizare, & Scripturam in Eccleſia explanare. At ubi omnia loca circumplexa eſt eccleſia, conventicula conſtituta ſunt, & rectores & cætera officia Eccleſiis ſunt ordinata, ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non eſſet, præſumere officium, quod ſciret non ſibi creditum vel conceſſum; & cœpit alio ordine & providentia gubernari

Eccleſia. Quod ſi omnes eadem poſſent, irrationabile eſſet, & vulgaris res & viliſſima videretur. Hinc ergo eſt unde nunc neque diaconi in populo prædicant, neque cæteri clerici, vel laici baptizant, neque quocunque die credentes tinguntur, niſi ægri. Ideo non per omnia conveniunt ſcripta Apoſtoli ordinationi, quæ nunc in Eccleſia eſt, quia hæc inter ipſa primordia ſunt ſcripta. Nam & ipſe Timotheum presbyterum a ſe creatum Epiſcopum vocat, quia primi presbyteri Epiſcopi appellabantur, ut, recedente eo, ſequens ſuccederet. Denique apud Ægyptum presbyteri conſignant, ſi Epiſcopus præſens non ſit. Sed quia cœperunt ſequentes presbyteri indigni ad primatos tenendos: immutata eſt ratio, proſpiciente Concilio, ut non ordo, ſed meritum, crearet Epiſcopum, multorum Sacerdotum judicio conſtitutum, ne indignus temere uſurparet, & eſſet multis ſcandalum. Quod autem unum ſit Chriſti baptiſma, & licet a diverſis miniſtretur, non debet iterari, vel mutari, ſacrum Evangelium oſtendit, ubi verba Johannis Baptiſtæ poſita ſunt ita dicentis:
Joh. 1. Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manentem ſuper eum, & ego neſciebam. Sed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. Quam ſententiam beatus Auguſtinus ita expoſuit. Quid ergo per columbam didicit Johannes, niſi quandam proprietatem in Chriſto futuram? ut quamvis multi miniſtri baptizaturi eſſent, ſive juſti, ſive injuſti, non tribueretur Sanctitas baptiſmi, niſi illi, ſuper quem deſcendit columba. De quo dictum: Hic eſt, qui baptizat in Spiritu Sancto. Petrus baptizet, hic eſt qui baptizat: Paulus baptizet, hic eſt, qui baptizat: Judas baptizet, hic eſt, qui baptizat. Nam ſi pro diverſitate meritorum baptiſmus eſſet, quia diverſa ſunt merita, diverſa eſſent baptiſmata. Sed unum eſt baptiſma, & ſolus eſt Chriſtus, qui per diverſos miniſtros ſuos baptiſmate baptizat in remiſſionem omnium peccatorum. Ideo Sacri Canones præcipiunt, ut qui ab hæreticis baptizati ſunt, non rebaptizentur, ſed per impoſitionem manus ſola Sancti Spiritus invocatione, quem ab hæreticis nemo accipit a Catholicis Sacerdotibus Eccleſiæ ſecuritatem conſequantur.

VII. De illis vero, qui in quadrageſima ante Paſcha carnem manducant, vel juramentum in Altari, vel in Sanctorum reliquiis faciunt: manifeſtum eſt, quod injuſte agunt, quia divinis mandatis contrarii exiſtunt. Unde & per Iſaiam Dominus pravorum jejunium ſpernit, ita dicens: Ecce in die jejunii veſtri invenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie. Nolite jejunare ſicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor veſter. Numquid tale eſt jejunium, quod elegi, per diem affligere animam ſuam? Numquid contorquere quaſi circulum caput ſuum? & ſacco & Cinere ſternere? Numquid iſtud vocavi jejunium & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegi? Diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus disrumpe. Frange eſurientibus panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam; Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur; & anteibit faciem tuam juſtitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce aſſum, quia miſericors ſum Dominus Deus tuus. Hinc in Canone Sanctorum patrum ſcriptum eſt, quod non oporteat in quadrageſima nuptias, aut natalitia celebrare, nec jejunium ſolvere, totamque quadrageſimam ſine veneratione tranſire; magisque conveniat omnem quadrageſimam diſtricto venerari judicio. Non eſt enim dignum, ut qui Eccleſiæ unitatem ſcindit, & ſanctorum Patrum traditiones ſolvit, ſine vindicta exeat, ſed pro hoc pœnas condignas ſolvat. Sacerdotis autem Judicio temperanda eſt pœnæ vindicta, ſecundum modum pœnitentis: quia, ut ſupra dictum eſt, qui veraciter pœnitet, & per lacrymarum indicia cordis ſui contritionem manifeſtat, leviori diſciplina tractandus eſt, quia cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit, & in quocunque die peccator converſus pœnitentiam egerit & fecerit judicium & juſtitiam, vita vivet & non morietur. Nec temporis longinquitas, ſed animi affectus penſandus eſt, quia ſuſcepit Dominus triduanam pœnitentiam Ninivitarum, & Petri negationem amariſſimis fletibus ablutam Dominus indulſit, cum eum tertia die reſurgens inter cæteros diſcipulos angelica vocatione ad ſuam præſentiam & reconciliationem venire juſſit.

Hæc

Hæc tibi, ſancte frater, prout opportunitas temporis ſe contulit, feſtinanter dictavi: paratus, ſi quid deeſt in reſponſis, tempore opportuno tibi planius explicare. Tu autem & commendatum tibi gregem diligenter inſtrue, & nos orationibus juva: quatenus aliquid tibi dignum ſcribamus, & de tuo bono opere tibi quotidie congratulemur. Dominus omnipotens in hac vita te bonis operibus augeat, & in futuro mercede remuneret ſempiterna.

V.

Pabſts Johannis II. Breve an Ertz-Biſchoff Liutbertum zu Mäyntz, daß er ſich auff dem in Franckreich anzuſtellenden Synodo einſtellen, und König Ludovicum III. in Teutſchland ſelbigen zu beſuchen bereden möchte, de Anno 878.

VEnerabili Archiepiſcopo Liutberto Moguntino. Eccleſiaſtica exigente utilitate, quoniam Deo Duce cauſante, ad Galliarum partes venire commodum duximus, quapropter fraternitatem veſtram neceſſario commonere ſtudemus, uti ſecundum cœlitus ſibi ſapientiam datam, frequenti adhortatione ſuggeras Ludovico regi, aliisque Confratribus, ut ad noſtræ mediocritatis colloquium atque generalem Synodum, juxta Chriſti voluntatem, apud Trecas congregatam venire non omittat, vel ſi aliqua neceſſitate prædictus Rex præpeditus fuerit, &, ut non optamus, properare diſtulerit ad locum prædictum, quo cum Ludovico Rege locuturi ſumus, nominetenus deſtinet! quatenus ſub cuncta celeritate Regum filiis congregatis totius Chriſtianitatis, Dei gratia Duce, conſulere communiter valeamus utilitati. Similiter Williberto, Archiepiſcopo Agrippinæ, Wittecherio venerabili Epiſcopo, & Bertulfo Archiepiſcopo Trevirenſi. Data ut ſupra, IV. Idus Junii, Indictione XI.

VI.

Käyſer Ottonis I. Confirmation aller und ieden Donationen, Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Mäyntz, de Anno 942.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina providente diſpoſitione Imperator Auguſtus. Cum noſtræ condignum Serenitati videatur, honeſtis quorumcunque petitionibus benigniter obtemperare, ſed maxime rebus Eccleſiaſticis Commoditates quaslibet authoritativa ſtabilitate impendere, ultimi Examinis Diſcuſſione prima divinitus capeſſenda liquido credi debeat, omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum pateat induſtriæ, qualiter nos, ob Interventum dilectiſſimæ Conjugis noſtræ, Theophaniæ, nec non fideliſſimi noſtri Willegiſi, Sanctæ Moguntinæ Eccleſiæ Archi-Epiſcopi; Cum ipſe omnia traditionum præcepta ad eandem Eccleſiam a quibuscunque Anteceſſoribus noſtris, Regibus vel Imperatoribus tradita, nos antetuliſſet, omnes Res & traditiones ejusdem Archiepiſcopi iterata authoritatis noſtræ confirmatione, more Regio vel Imperatorio illis dedimus & firmiſſime conceſſimus. Id eſt Abbatias, tam Canonicas, quam Monachicas Eccleſias, Monetas & Telonia, Villas quacunque Regione Sitas eidem Sedi appertinentes, Colonos etiam quacunque ejusdem poteſtatis Terra poſitos, cum omnibus rebus ac poſſeſſionibus ad hunc Sedem Jure legaliterque pertinentibus: Inde præcipiendo jubemus, ut nullus Judex publicus, aut quælibet celſa vel humilis perſona ejus loca ingredi, vel familiis aliquam injuriarum moleſtiam inferre, vel manſiones ſeu paratas faciendas diſtringere, ſeu in Colonos aliquatenus intromittere audeat. Familiæ autem coram nullo placitis vel negotiis reſpondere cogantur, niſi coram Epiſcopo ſeu potente advocato ejus, hoc namque Renovationis noſtræ, ac iteratæ Confirmationis præceptum, ut firmius, ſtabiliusve cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisque fidelibus perpetim credatur ac diligentius obſervetur, hanc cartham inſcribi juſſimus, ac Annuli noſtri impreſſione ſignatam manu propria noſtra ſubtus eam corroboravimus. Signum Domini Ottonis Magni Imperatoris Auguſti. Folckmarus Cancellarius, Vice Willegiſi, Archi-Cappellani recognovi. Datæ octavo Calendas Februarii, Anno Incarnationis Dominicæ noningenteſimo, vigeſimo quarto; Indictione ſecunda. Anno Regni Ottonis decimo tertio, Imperii ſeptimo. Actum Trotmennii.

VII.

VII.

Käyſers Ottonis II. Privilegium vor das Ertz-Stifft Mäyntz, die Stadt-Bürgen und derſelben Bann, insgemein der Bann-Pennig genannt, betreffend, Anno 983.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina comprobante clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Cum hoc juris & legis ſemper apud Reges & Coimperatores noſtros Prædeceſſores velut egregium exſtaret, Eccleſias Dei roborare, ejusque utilitates quascunque pro loco & tempore ſedulo ſubminiſtrare, itidem etiam animum noſtrum induximus, omnibus poſtpoſitis earum commodis, officioſius inſervire, ac divinis humana ſubdendo, primum ſervitia Dei amplius & amplius ſublevare; Deinde ſic promerendo Regni noſtri ſtatum prolixius ſuſtentare. Unde quorumcunque noſtrorum fidelium Induſtriæ pateat, qualiter Willegiſus, Archiepiſcopus, Veronæ nos adierit, ſimulque & pro utilitate quacunque in pinguia civitate roboranda, ab Anteceſſoribus ſuis Archiepiſcopis videlicet & a ſe hactenus detenta quod ſua intererat, interpellarit. Cui nimirum petitioni, quatenus aſſenſus fieret, liberalitas ipſius, quæ erga nos, noſtraque omnia devota ſemper exſtabat ſecundum quod voluit impetrata recepit. Ad hæc Dominæ & venerandæ Matris Adelheidis Rogatu ac Theophaniæ, dilectæ noſtræ conſortis Interventa, nec non Archiepiſcopo Giſelhero & Theodorico, Metenſi Epiſcopo ſupplicantibus non ſolum id corroboravimus, verum & quidquid proprii juris ibidem hucusque continuimus ad Eccleſiam Archiepiſcopalem in urbe Moguntina conſtitutam & in honore Sancti Martini conſecratam, cui idem Willegiſus Archiepiſcopus præeſſe videtur, in proprium mancipando donavimus, hoc ſcilicet tenore: quod prænominatus Archiepiſcopus aliique poſt cum ejusdem Eccleſiæ Proto-Præſules, præfatum jus poteſtative infra & extra pinguiam civitatem in omnibus rebus ubicunque poſitis, vel cujuscunque beneficio detentis, illuc jure pertinentibus poſſideant, & Banno ſub Territorio ejusdem Civitatis & in locis contiguis, de hinc eo Banno, quod vulgariter Bann pennick dicitur, eis Rhenum a ponte ſuper Saliſum Rivum extenſo usque Heimbach ac citra Rhenum ubi Eccleſiæ Rivulus influit usque ad lubam villulam cæterisque utilitatibus omnibus in Moneta, Vinetio, Mancipiis utriusque ſexus, Curtibus, ædificiis, ſilvis, venatu omnique ſilvatica utilitate, pratis etiam & paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus & Naulo, ab utrisque fluviis, & Rheno & Naulo accipiendo, quod illam traditionem reſpiciat, nec non terris cultis & incultis, Molendinis jam motis, vel movendis, viis & inviis, exitibus & redditibus, quæſitis & acquirendis cunctis pertinentiis; Si quis autem Avaritia, vel alia Malitia aliqua inveſtigante quicquam de his ſubripiat, dignam remunerationem offendat, pro quo traditionis dono firmiter ſtabiliendo Privilegium iſtud conſcribi, noſtrique Sigilli Impreſſione notari juſſimus, quod etiam imperiali manu noſtra ſubtiis firmavimus. Signum Domini Ottonis magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Hildebaldus Epiſcopus & Notarius ad Vicem Willegiſi Archicappellani conſcripſi. Data XVIII. Cal. Julii. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. Indictione undecima, Anno vero Regni ſecundi Ottonio-XXV. Imperii autem XV. actum Veronæ feliciter, Amen.

IIX.

Käyſers Ottonis III. Diploma, vermöge deſſen er Forenſtein mit dem Bann daſelbſt dem Ertz-Stifft Mäyntz geſchencket, de Anno 996.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, quomodo nos, ob Interventum Domini Hildebaldi, venerabilis Wormatienſis Epiſcopi, nec non dilectæ noſtræ Sororis Sophiæ, Forenſtein & bannum noſtrum, & ejusdem banni uſum, ſancto Martino & in ejusdem Eccleſia proviſori, ſcilicet fideli noſtro Willegiſo, venerabili Archiepiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus cum Conſenſu Conradi Ducis, cæterorumque quamplurimorum fidelium noſtrorum in proprium poteſtative tradimus Forenſtein, idque ut loca infra ſcripta demonſtrant, a Semita quæ de Eberbach ducit in Rivulum, qui dicitur Murga, item de eadem Semita per publicam plateam juxta villam, quæ dicitur Cantei: hinc in Rivulum, qui dicitur Dahdilebach, deinde eundem Rivulum ſurſum usque ad ipſius fontem. A capite autem fontis ad plateam quæ ducitur juxta Campum, qui dicitur Eskiresfeldt, ab illa autem platea in fontem

fontem qui dicitur Hembach. A capite ejus deorſum usque in Rhenum. Rhenum autem ſurſum usque in Margaw, hunc prædictum Forenſtein ut prædiximus ad altare ſancti Martini donavimus, ea ratione, ut nemo mortalium in eodem Forenſtein venari vel feras inquietare audeat, niſi ab ejusdem Eccleſiæ Proto-Præſule Licentiam accipiat. Signum Domini Ottonis invictiſſimi Imperetoris Auguſti. Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius, Vice Willegiſi Archicappellani recognovi. Datum VIII. Idus Novembris Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. Indictione XI. Anno autem tertii Ottonis Regnantis XIIII. Imperii feliciter, Amen.

IX.

Ertz-Biſchoffs Aribonis zu Mäyntz Statuta Synodalia, wie ſolche Anno 1023 auff dem Synodo zu Seligenſtadt verfertiget worden.

IN Dei nomine, ego Aribo, Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, quamvis indignus, cum cæteris confratribus noſtris & coëpiſcopis, Burchardo Vormatienſi, Werenhario Argentino, Brunone Auguſtenſi, Eberhardo Bambergenſi, Meginhardo Würtzburgenſi, Synodum in Salegunſtat condiximus Anno Dominicæ incarnationis M. XXIII. indictione V. ſecundo Idus Auguſti, anno autem Domini Henrici ſecundi regnantis 21. Imperii vero ſexto: qvatenus cum communi fratrum prædictorum conſilio atque conſultu, multimoda divinorum officiorum atque Synodalium legum componeretur diſſenſio, & diſparitas noſtrarum ſingularium conſvetudinum, honeſta conſenſione redigeretur in unum. Ideoque propter illas lamentabiles diſſenſiones, communi decreto concilii hæc capitula ſancita ſunt.

De abſtinentia carnis & ſangvinis in ſubſcriptis temporibus.

Cap. I.

Ut quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtivitatem ſancti Joannis Baptiſtæ in abſtinentia ſint carnis & ſangvinis, niſi infirmitate impediente, aut alicujus feſti ſolennitate, quæ in illo Epiſcopio celebris habetur, intercedente. Et ante nativitatem Domini ſimiliter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigiliis apoſtolorum, & in vigilia Aſſumptionis ſanctæ Mariæ, & in vigilia S. Laurentii, nec non etiam in vigilia omnium Sanctorum: adjicientes prædictis vigiliis unam horam refectionis, excepta infirmitate: & niſi aliquis ſit, qui proprio voto majori abſtinentia uti velit.

De cuſtodiendo jejunio quatuor temporum.

Cap. II.

De incerto autem jejunio quatuor temporum, hanc certitudinem ſtatuimus, ut ſi Calendæ Martii in quarta feria, ſive antea evenerint, eadem hebdomada jejunium celebretur. Si autem Calendæ Martii in quintam feriam, aut ſextam, aut ſabbatum diſtenduntur, in ſequentem hebdomadam jejunium differatur. Simili quoque modo, ſi Calendæ Junii in quartam feriam, aut antea evenerint, in ſubſequente hebdomada jejunium celebretur. Et ſi in quintam feriam, aut ſextam aut ſabbatum contigerit, jejunium in tertiam hebdomadam reſervetur. Et hoc ſciendum eſt, quod ſi quando jejunium menſis Junii in vigilia Pentecoſtes, ſecundum prædictam regulam evenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Pentecoſtes, & tunc propter ſolennitatem Spiritus Sancti, diacones dalmaticis induantur, & Alleluja cantetur, & flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de Septembris jejunio conſtitutum eſt, ut ſi Calendæ Septembris in quarta feria evenerint, aut antea, jejunium in tertia hebdomada celebretur: & ſi in quinta, aut ſexta, aut ſabbato contigerit, in quarta hebdomada jejunandum erit. In Decembri illud obſervandum erit, ut proximo ſabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur jejunium: quia ſi vigilia in Sabbatho evenerit, ſimul vigiliam & jejunium celebrare non convenit.

Quibus temporibus legitima connubia prohibenda ſint.

Cap. III.

De legitimis autem conjugiis ita viſum eſt, quod nullus Chriſtianus uxorem ducere debeat, ab Adventu Domini usque in octavas Epiphaniæ, & a ſeptuageſima usque in octavas Paſchæ, nec in ſupra notatis 14. diebus ante feſtivitatem S. Joannis Baptiſtæ, neque in prædictis jejuniorum diebus, ſive in omnium ſolennium dierum Præcedentibus noctibus.

Ut presbyter, qui poſt galli cantum bibat, niſi neceſſitas cogat, ſequenti die Miſſam celebrare non audeat.

Cap. IV.

Decretum eſt etiam in eodem concilio, ut presbyter aliquis poſt galli cantum æſtivis noctibus bibens, proximo die Miſſam non celebret: hyemantibus ſimiliter, niſi neceſſitas cogat.

Ut presbyter non amplius, quam tres Missas in die celebret.

Cap. V.

Item decretum est, ut unusquisque presbyter in die non amplius, quam tres Missas celebrare præsumat.

Ut nemo corporale, ad extingvendum incendium, in ignem projiciat.

Cap. VI.

Conquestum est etiam in sancto Concilio de quibusdam stultiss. presbyteris, ut quando incendium videant, Corporale Dominico corpore consecratum, ad extinguendum incendium temeraria præsumtione in ignem projiciant. Ideoque decretum est, sub anathematis interdictione, ne ulterius fiat.

De hoc, si duo inculpati fuerint in adulterio, & unus negat, alter profitetur, quid inde faciendum sit?

Cap. VII.

Interrogatum est, si duo in adulterio inculpati fuerint, & unus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum esset. Decretum est etiam a sancto concilio, ut ille, qui negaverit, probabili judicio se expurget: & qui professus fuerit, digne pœnitentiam agat.

Ut nemo gladium in ecclesiam portet.

Cap. VIII.

Decretum est etiam in eodem concilio, ut nemo gladium in Ecclesiam portet, regali tantum excepto.

Ne mala colloquia in ecclesia, aut in atrio ecclesiæ fiant.

Cap. IX.

Statuit etiam sancta Synodus, ut mala consvetudo, quæ apud omnes pene jam inolevit, omnino prohibeatur: Hoc est, quod colloquia sua in atrio alicujus ecclesiæ constituunt habenda, & tunc ea in ipsa maxima exercent ecclesia, ubi orationes & divina tantum fieri æquum est officia.

De evangelio: In principio erat verbum, & missis peculiaribus, ne fiant non suis temporibus.

Cap. X.

Quidam etiam laicorum, & maxime matronæ, habent in consvetudine, ut per singulos dies audiant Evangelium: In Principio erat Verbum, & Missas peculiares, hoc est, de sancta Trinitate, aut de S. Michaële: & ideo sancitum est in eodem concilio, ut hoc ulterius non fiat, nisi suo tempore, & nisi aliquis fidelium audire velit pro reverentia sanctæ Trinitatis, non pro aliqua divinatione: & si voluerint, ut sibi Missæ cantentur, de eodem die audiant Missas, vel pro salute vivorum, aut pro defunctis:

De computatione consangvinitatis.

Cap. XI.

Quidam etiam generationem consangvinitatis ita volunt numerare, ut frater & soror sint primi. Hoc autem statuit Sancta Synodus, sicut etiam ab antiquis patribus decretum est, ut ita non esset: sed ut nepos & neptis, id est, filius fratris, ac filia sororis, primi habeantur.

Ædificia laicorum in atrio ecclesiæ non ponantur.

Caput XII.

Statutum est etiam, ut ædificia laicorum, quæ Ecclesiis adjuncta sunt, auferantur: & nulla in atrio Ecclesiæ ponantur, nisi tantum presbyterorum.

Ut nullus laicus presbytero Ecclesiam suam commendet, sine licentia Episcopi sui.

Cap. XIII.

Item decretum est, ut nullus laicorum alicui presbytero suam commendet ecclesiam, præter consensum Episcopi: sed eum prius mittat suo Episcopo, vel ejus vicario, ut probetur, si scientia, ætate & moribus talis sit, ut sibi populus Dei commendetur.

Si duo de adulterio accusati fuerint, quid inde faciendum sit.

Cap. XIV.

Statuit quoque sancta Synodus, si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negaverint, & orant sibi concedi, ut alterum illorum utrosque divino purget judicio, si unum, in hoc deciderit, ut ambo rei habeantur.

Ut bannitum jejunium ab omnibus diligentissime observetur.

Cap XV.

Decretum est etiam, ut omnes bannitum jejunium, in quocunque Episcopio celebratur, diligentissime observent, & si quis illarum octo interdictarum rerum aliquam redimere voluerit, unum pauperem, prout sua facultas erit, eadem die reficiat.

De illis, qui Romam ituri sunt.

Cap. XVI.

Decrevit quoque sancta Synodus, ut nullus Romam eat, nisi cum licentia sui Episcopi, vel ejus vicarii.

Ut Carrina non dividatur pœnitenti.

Cap. XVII.

Et illud sub anathemate præceptum est, ut nullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carrinam dividere præsumat, si infirmitas non intervenerit.

De illis qui pœnitentiam a sacerdotibus accipere nolunt. Cap. XVIII.

Quia multi tanta mentis suæ falluntur stultitia,

titia, ut in aliquo capitali crimine inculpati, pœnitentiam a sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime confisi, ut Romam euntibus Apostolicus omnia sibi dimittat peccata: sancto visum est concilio, ut talis indulgentia illis non prosit, sed prius juxta modum delicti, pœnitentiam sibi datam a suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab Episcopo proprio licentiam & literas ad Apostolicum ex iisdem rebus deferendas accipiant.

Ut omnis pœnitens, dum carrinam suam jejunat, de loco ad locum non migret.

Cap. XIX.

Decretum est etiam in eodem Concilio, ut omnis pœnitens, dum carrinam suam jejunat, de loco in locum non migret: sed ibi permaneat, ubi suam acceperit pœnitentiam, ut proprius sacerdos sibi præbeat testimonium: si autem ibi propter hostiles insidias jejunare non poterit, suus sacerdos eum confratrum suorum alicui, ubi pacifice possit jejunare, diligentissime commendet.

Ut nullus presbyter quemquam pœnitentem in Ecclesiam introducat.

Cap. XX.

In eodem quoque concilio decretum est, ut nullus presbyterorum quenquam, nisi jussu Episcopi in Ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

Quomodo initianda sit Synodus.

Hora convenienti, quando Episcopo, vel ejus vicario visum fuerit, omnes expellantur de Ecclesia, obseratis foribus cunctis, ad unam januam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stent, & sella ponatur in medio, & super eam sacræ reliquiæ, & plenarium cum stola ponantur. Deinde convenientes presbyteri omnes intrent, &, secundum ordinationis suæ tempus, resideant. Post hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo popposcerit interesse. Exinde introducantur laici bonæ conversationis. Tunc ingrediatur Episcopus, si voluerit, vel si necessitas exegerit: & si non aderit Episcopus, ejus vicarjus eadem faciat. Synodum ingrediens ipse, vel ejus vicarius, primum salutet clerum & populum: & versus in orientem, mediocri voce dicat:

Deus humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolaris, prætende societati nostræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus adventum. Per Dominum &c.

Tunc procedens Diaconus cum Subdiacono, & cum thuribulo, & cum ceroferariis duobus, legat evangelium:

Cum esset sero die illo una sabbatorum, & fores essent clausæ.

Deinde dicat pontifex, vel ejus vicarius:

Sancta Maria & omnes sancti & electi Dei, intercedite pro nobis peccatoribus ad Dominum Deum nostrum, ut mereamur ab eo adjuvari, & protegi, & sanari, qui vivit, & regnat in secula.

Postmodum duabus vicibus dicat:

Deus in adjutorium meum intende.

Domine ad adjuvandum me festina.

Tunc tertio iterum dicat:

Deus in adjutorium meum intende:

Clero respondente:

Domine ad adjuvandum me festina.

Cum gloria Patri, & Kyrieleyson, & Pater noster, cum precibus istis:

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

Adjuva nos Deus salutaris noster.

Esto nobis Domine turris fortitudinis.

Domine, exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oremus:

Exaudi nos Deus salutaris noster, & nostros in tua pace dispone, ut à cunctis perturbationibus liberati, tranquilla tibi servitute famulemur. Per Dominum.

Deinde pro universis ordinibus, nec non pro statu Papæ, & antistitis ejusdem sedis, dicant istos Psalmos.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam.

Deus, in nomine tuo salvum me fac.

Miserere mei Deus, miserere mei.

Deus misereatur nostri. Et, Pater noster cum precibus.

Sacerdotes tui induantur justitia.

Memento congregationis tuæ.

Salvos fac nos Domine Deus noster.

Ut confiteamur nomini sancto tuo.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Domine, exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oremus:

Omnipotens sempiterne Deus, cujus Spiritu, totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur, exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes, ut gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per Dominum.

Deinde dicat:

Deus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum, quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: Da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præsit, proficere, ut ad vitam una cum grege sibi

Ut presbyter non amplius, quam tres Miſſas in die celebret.

Cap. V.

Item decretum eſt, ut unusquisque presbyter in die non amplius, quam tres Miſſas celebrare præſumat.

Ut nemo corporale, ad extingvendum incendium, in ignem projiciat.

Cap. VI.

Conqueſtum eſt etiam in ſanctoConcilio de quibusdam ſtultiſſ. presbyteris, ut quando incendium videant, Corporale Dominico corpore conſecratum, ad extinguendum incendium temeraria præſumtione in ignem projiciant. Ideoque decretum eſt, ſub anathematis interdictione, ne ulterius fiat.

De hoc, ſi duo inculpati fuerint in adulterio, & unus negat, alter profitetur, quid inde faciendum ſit?

Cap. VII.

Interrogatum eſt, ſi duo in adulterio inculpati fuerint, & unus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum eſſet. Decretum eſt etiam a ſancto concilio, ut ille, qui negaverit, probabili judicio ſe expurget: & qui profeſſus fuerit, digne pœnitentiam agat.

Ut nemo gladium in eccleſiam portet.

Cap. VIII.

Decretum eſt etiam in eodem concilio, ut nemo gladium in Eccleſiam portet, regali tantum excepto.

Ne mala colloquia in eccleſia, aut in atrio eccleſiæ fiant.

Cap. IX.

Statuit etiam ſancta Synodus, ut mala conſvetudo, quæ apud omnes pene jam inolevit, omnino prohibeatur: Hoc eſt, quod colloquia ſua in atrio alicujus eccleſiæ conſtituunt habenda, & tunc ea in ipſa maxima exercent eccleſia, ubi orationes & divina tantum fieri æquum eſt officia.

De evangelio: In principio erat verbum, & miſſis peculiaribus, ne fiant non ſuis temporibus.

Cap. X.

Quidam etiam laicorum, & maxime matronæ, habent in conſvetudine, ut per ſingulos dies audiant Evangelium: In Principio erat Verbum, & Miſſas peculiares, hoc eſt, de ſancta Trinitate, aut de S. Michaële: & ideo ſancitum eſt in eodem concilio, ut hoc ulterius non fiat, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis fidelium audire velit pro reverentia ſanctæ Trinitatis, non pro aliqua divinatione: & ſi voluerint, ut ſibi Miſſæ cantentur, de eodem die audiant Miſſas, vel pro ſalute vivorum, aut pro defunctis:

De computatione conſangvinitatis.

Cap. XI.

Quidam etiam generationem conſangvinitatis ita volunt numerare, ut frater & ſoror ſint primi. Hoc autem ſtatuit Sancta Synodus, ſicut etiam ab antiquis patribus decretum eſt, ut ita non eſſet: ſed ut nepos & neptis, id eſt, filius fratris, ac filia ſororis, primi habeantur.

Ædificia laicorum in atrio eccleſiæ non ponantur.

Caput XII.

Statutum eſt etiam, ut ædificia laicorum, quæ Eccleſiis adjuncta ſunt, auferantur: & nulla in atrio Eccleſiæ ponantur, niſi tantum presbyterorum.

Ut nullus laicus presbytero Eccleſiam ſuam commendet, ſine licentia Epiſcopi ſui.

Cap. XIII.

Item decretum eſt, ut nullus laicorum alicui presbytero ſuam commendet eccleſiam, præter conſenſum Epiſcopi: ſed eum prius mittat ſuo Epiſcopo, vel ejus vicario, ut probetur, ſi ſcientia, ætate & moribus talis ſit, ut ſibi populus Dei commendetur.

Si duo de adulterio accuſati fuerint, quid inde faciendum ſit.

Cap. XIV.

Statuit quoque ſancta Synodus, ſi duo de adulterio accuſati fuerint, & ambo negaverint, & orant ſibi concedi, ut alterum illorum utrosque divino purget judicio, ſi unum, in hoc deciderit, ut ambo rei habeantur.

Ut bannitum jejunium ab omnibus diligentiſſime obſervetur.

Cap. XV.

Decretum eſt etiam, ut omnes bannitum jejunium, in quocunque Epiſcopio celebratur, diligentiſſime obſervent, & ſi quis illarum octo interdictarum rerum aliquam redimere voluerit, unum pauperem, prout ſua facultas erit, eadem die reficiat.

De illis, qui Romam ituri ſunt.

Cap. XVI.

Decrevit quoque ſancta Synodus, ut nullus Romam eat, niſi cum licentia ſui Epiſcopi, vel ejus vicarii.

Ut Carrina non dividatur pœnitenti.

Cap. XVII.

Et illud ſub anathemate præceptum eſt, ut nullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carrinam dividere præſumat, ſi infirmitas non intervenerit.

De illis qui pœnitentiam a ſacerdotibus accipere nolunt. Cap. XVIII.

Quia multi tanta mentis ſuæ falluntur ſtultitia,

titia, ut in aliquo capitali crimine inculpati, pœnitentiam a ſacerdotibus ſuis accipere nolint, in hoc maxime confiſi, ut Romam euntibus Apoſtolicus omnia ſibi dimittat peccata: ſancto viſum eſt concilio, ut talis indulgentia illis non proſit, ſed prius juxta modum delicti, pœnitentiam ſibi datam a ſuis ſacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire ſi velint, ab Epiſcopo proprio licentiam & literas ad Apoſtolicum ex iisdem rebus deferendas accipiant.

Ut omnis pœnitens, dum carrinam ſuam jejunat, de loco ad locum non migret.

Cap. XIX.

Decretum eſt etiam in eodem Concilio, ut omnis pœnitens, dum carrinam ſuam jejunat, de loco in locum non migret: ſed ibi permaneat, ubi ſuam acceperit pœnitentiam, ut proprius ſacerdos ſibi præbeat teſtimonium: ſi autem ibi propter hoſtiles inſidias jejunare non poterit, ſuus ſacerdos eum confratrum ſuorum alicui, ubi pacifice poſſit jejunare, diligentiſſime commendet.

Ut nullus presbyter quemquam pœnitentem in Eccleſiam introducat.

Cap. XX.

In eodem quoque concilio decretum eſt, ut nullus presbyterorum quenquam, niſi juſſu Epiſcopi in Eccleſiam introducere præſumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

Quomodo initianda ſit Synodus.

Hora convenienti, quando Epiſcopo, vel ejus vicario viſum fuerit, omnes expellantur de Eccleſia, obſeratis foribus cunctis, ad unam januam, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ſtent, & ſella ponatur in medio, & ſuper eam ſacræ reliquiæ, & plenarium cum ſtola ponantur. Deinde convenientes presbyteri omnes intrent, &, ſecundum ordinationis ſuæ tempus, reſideant. Poſt hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe. Exinde introducantur laici bonæ converſationis. Tunc ingrediatur Epiſcopus, ſi voluerit, vel ſi neceſſitas exegerit: & ſi non aderit Epiſcopus, ejus vicarius eadem faciat. Synodum ingrediens ipſe, vel ejus vicarius, primum ſalutet clerum & populum: & verſus in orientem, mediocri voce dicat:

Deus humilium viſitator, qui nos fraterna dilectione conſolaris, prætende ſocietati noſtræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis ſentiamus adventum. Per Dominum &c.

Tunc procedens Diaconus cum Subdiacono, & cum thuribulo, & cum ceroferariis duobus, legat evangelium:

Cum eſſet ſero die illo una ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ.

Deinde dicat pontifex, vel ejus vicarius:

Sancta Maria & omnes ſancti & electi Dei, intercedite pro nobis peccatoribus ad Dominum Deum noſtrum, ut mereamur ab eo adjuvari, & protegi, & ſanari, qui vivit, & regnat in ſecula.

Poſtmodum duabus vicibus dicat:

Deus in adjutorium meum intende.
Domine ad adjuvandum me feſtina.

Tunc tertio iterum dicat:

Deus in adjutorium meum intende:

Clero reſpondente:

Domine ad adjuvandum me feſtina.

Cum gloria Patri, & Kyrieleyſon, & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.
Adjuva nos Deus ſalutaris noſter.
Eſto nobis Domine turris fortitudinis.
Domine, exaudi orationem meam.
Dominus vobiſcum.

Oremus:

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, & noſtros in tua pace diſpone, ut à cunctis perturbationibus liberati, tranquilla tibi ſervitute famulemur. Per Dominum.

Deinde pro univerſis ordinibus, nec non pro ſtatu Papæ, & antiſtitis ejusdem ſedis, dicant iſtos Pſalmos.

Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſeric.
Deus, in nomine tuo ſalvum me fac.
Miſerere mei Deus, miſerere mei.
Deus miſereatur noſtri. Et, Pater noſter cum precibus.
Sacerdotes tui induantur juſtitia.
Memento congregationis tuæ.
Salvos fac nos Domine Deus noſter.
Ut confiteamur nomini ſancto tuo.
Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
Domine, exaudi orationem meam.
Dominus vobiſcum.

Oremus:

Omnipotens ſempiterne Deus, cujus Spiritu, totum corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur, exaudi nos pro univerſis ordinibus ſupplicantes, ut gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſerviatur. Per Dominum.

Deinde dicat:

Deus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuum, quem paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: Da ei, quæſumus, verbo & exemplo, quibus præſit, proficere, ut ad vitam una cum grege ſibi cre-

credito perveniat ſempiternam. Per Dominum.

His expletis, ſeptem pſalmos pœnitentiæ decantent, cum Kyrieleyſon, & Pater noſter cum precibus iſtis:

Ego dixi, Domine miſerere mei.
Convertere Domine usque quo.
Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos:
Domine exaudi orationem meam.
Dominus vobiſcum.

Oremus:

Dies noſtros, quæſumus Domine, placatus intende, pariterque nos & a peccatis abſolve propitius, & a cunctis eripe benignus adverſis. Per Dominum.

Poſthæc vero egrediantur omnes, exceptis presbyteris, & cæteris idoneis: factoque ſilentio, pontifex vel ejus vicarius dicat hanc orationem:

Dominus vobiſum.

Oremus:

Adeſto nobis, quæſumus Domine ſancte Spiritus, peccati quidem immanitate detentis, ſed in nomine tuo ſpecialiter aggregatis: veni ad nos, & dignare illabi cordibus noſtris: doce nos, quid agamus, quo gradiamur oſtende, quid efficiamus operare, eſto ſalus & ſuggeſtor, & effector judiciorum noſtrorum, qui ſolum cum Deo patre & ejus filio nomen poſſides glorioſum: non nos patiaris perturbatores juſtitiæ eſſe, qui ſummæ veritatis diligis æquitatem, ut in ſiniſtrum nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel perſonæ corrumpat, ſed junge nos tibi efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, ut ſimus in te unum, & in nullo deviemus a vero: quatenus in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis juſtitiam, ut & hic à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro bene geſtis, conſequamur præmia ſempiterna. Per Dominum.

Tunc Diaconus codicem canonum in medium proferens, capitula de conciliis agendis pronunciet, id eſt, ex concilio Toletano, finitisque titulis, & cunctis in ordine ſedentibus, hæc admonitio ab Epiſcopo, vel ſi voluerit, a Diacono legatur:

Ecce ſanctiſſimi fratres, præmiſſis Deo precibus, fraternitatem veſtram cum pia exhortatione convenio, & per divinum nomen obteſtor, ut ea, quæ a nobis de Deo & ſacris Ordinibus, vel veſtris moribus, vobis fuerint dicta, cum ſumma reverentia perficere intendatis. Quod ſi forſitan aliquis noſtrum aliter quam dicta fuerint, ſenſerit, ſine aliquo ſcrupulo contentionis, in noſtrum omnium copulatione ea ipſa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat: qualiter Deo mediante, aut doceri poſſit, aut doceat. Deinde vos ſimili obteſtatione conjuro, ut nullus veſtrum in judicando aut perſonam accipiat, aut quolibet favore, aut munere pulſatus, a veritate diſcedat. Sed cum tanta pietate quicquid cœtui ſe judicandum intulerit, retractate, ut nec diſcordans contentio ad ſubverſionem juſtitiæ inter nos locum inveniat, nec iterum in perquirenda æquitate vigor noſtri ordinis, vel ſolicitudo tepeſcat.

Poſt hanc exhortationem quisquis clericorum velit, conferat querelam. Et admonendi ſunt, ut nullus ad ſynodum veniat non jejunus, vel a cœtu cõmuni ſecedat, antequam generalis ſucceſſio adveniat. Et tunc quoque Synodus primi diei ſolvatur.

Secunda die, quando Epiſcopus, vel ejus vicarius ſynodum ingreditur, in loco ſuo ſtans dicat:

Dominus vobiſcum.

Oremus:

Deus, qui nobis in famulis tuis præſentiæ tuæ ſigna manifeſtas, mitte ſuper nos ſpiritum caritatis, ut in adventu fratrum conſervorumque noſtrorum, gratia nobis tuæ largitatis augeatur. Per Dominum.

Poſtea legatur Evangelium ita, ut in priore die.

Deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos.

Deinde dicat Epiſcopus, vel ejus vicarius, preces, ſicut in priori die.

Sancta Maria & omnes ſancti, & ſic cætera.

Tunc omnes proſtrati, decantent pſalmos iſtos pro Regis noſtri & aliorum ſui regni Primatum ſoſpitate.

Domini quid multiplicati ſunt, qui tribulant me?
Exaudiat te Dominus in die tribulationis.
Deus auribus noſtris audivimus.

Cum Kyrieleyſon & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Domine ſalvum fac Regem.
Eſto ei Domine turris fortitudinis.
Salvum fac populum tuum Domine.
Fiat pax in virtute tua.
Exurge Domine, adjuva nos.
Domine, exaudi orationem meam.
Domine Deus virtutum, converte nos.
Dominus vobiſcum.

Oremus:

Deus regnorum omnium, & Chriſtiani maxime protector Imperii, da ſervo tuo Regi noſtro triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere, ut qui tua conſtitutione eſt Princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per Dominum.

Oremus:

Prætende Domine famulis tuis dexteram cœleſtis auxilii, ut toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, conſequi mereantur. Per Dominum.

Deinde pro infirmis, & pro ſalute totius Eccleſiæ ipſos pſalmos decantent.

Beatus, qui intelligit ſuper egenum.
Domine, refugium factus es.
Domine Deus ſalutis meæ.

Cum Kyrieleyſon & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Caſtigans caſtigavit eos Dominus.
Nihil proficiat inimicus in eis.
Exurge Domine, adjuva nos.
Domine, exaudi orationem meam.
Dominus vobiſcum.

Oremus:

Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper infirmos famulos & famulas tuas oſtende virtutem, ut ope miſericordiæ tuæ adjuti, Eccleſiæ tuæ ſanctæ repræſentari mereantur. Per Dominum.

Poſtea legatur à Diacono Homilia Gregorii, incipiente verſu iſto:

Meſſis quidem multa, usque Patres eſſe minime recognoſcunt.

Tunc ſi clerici querelam non habent conferendam, laici intromittantur. Illis autem audientibus, lectio Niceni concilii recitetur.

Judices, non niſi jejuni, leges & judicia decernant.

Quisquis ex laicis habet querelam, proferat.

Et Synodus ſecundæ diei ſic ſolvatur.

Tertia die cum Epiſcopus, aut ejus Vicarius, ut in cæteris diebus, ſynodum ingreditur, dicat:

Dominus vobiſcum.

Oremus:

Protege Domine, quæſumus, nos famulos tuos ſubſidiis mentis & corporis, & ſpiritualibus enutriens alimentis, propitius redde ſecuros ab hoſtibus univerſis. Per Dominum.

Et poſt hoc legatur Evangelium:

Circumibat Jeſus civitates & caſtella,

Deinde pro fidelibus defunctis iſtos pſalmos decantent:

Verba mea auribus percipe Domine.
Domine, ne in furore tuo, minorem:
Ad te Domine levavi animam meam.

Cum Kyrieleyſon & Pater noſter, cum precibus iſtis.

Requiem æternam dona eis Domine.
In memoria æterna erunt juſti.
A porta inferi.
Dominus vobiſcum.

Oremus:

Inveniant, quæſumus Domine, animæ famularumque tuarum, omnium in Chriſto quieſcentium lucis æternæ conſortium: qui in hac luce poſiti, tuum conſecuti ſunt ſacramentum. Per Dominum,

Poſthæc pro religioſis pſalmos iſtos decantent?

Ad te Domine clamabo.
Benedicam Dominum in omni temp.
Deus, venerunt gentes in hæred.

Cum Kyrieleyſon & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Fiat pax in virtute tua.
Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
Deus, tu converſus vivificabis nos.
Domine, exaudi orationem meam.
Dominus vobiſcum.

Oremus:

Deus qui infideles deſeris, & juſte indevotis irasceris, populum tuum (quæſumus) ad te converte propitius, ut qui te per duritiam irreligioſæ mentis ſemper offendunt: ad ſancta officia promerenda, tuæ miſerationis gratia inſpirante convertas. Per Dominum.

Si quæ ſint quæſtiones, vel querelæ, conferantur. Et ſic Synodus tertiæ diei ſolvatur.

Quarta vero die Epiſcopus Synodum ingrediens, ſic procedat, ut primum portentur ante eum duo candelabra cum cereis incenſis, quæ ſequatur Subdiaconus portans Evangelium, duæ cruces hinc & inde. Deinde Diaconus. Poſtremum Epiſcopus Epiſcopalibus indutus veſtimentis & cappa, ingrediatur.

Et ingreſſus, in ſede ſua ſtans, dicat:

Dominus vobiſcum.

Oremus:

Noſtrorum tibi Domine curvantes genua cordium, quæſumus, ut bonum, quod in nobis à te requiritur, exequamur, ſcilicet, ut prompta tecum ſolicitudine gradientes, diſcretionis arduæ ſubtile judicium faciamus, ac miſericordiam diligentes, clareamus ſtudiis tibi placitæ actionis. Per Dominum.

Poſtea ſolito more legatur Evangelium: Reſpiciens Jeſus diſcipulos ſuos, dixit: Simoni Petro: Si peccaverit &c.

X.

Kayſers Henrici IV. Confirmation aller Immunitäten und Freyheiten des Ertz-Stiffts Maynтz, de Anno 1056.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus, Divina favente Clementia Rex. Si Locis Deo Conſecratis aliquid de noſtra Poteſtate unde ſubleventur, addiderimus, id procul dubio ad æterna beatitudinis præmia capeſſenda profuturum nobis liquido credimus; Quapropter omnes Sanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtri fideles, præſentes ſcilicet & futuri cognoſcant, quomodo Archi-Epiſcopus Venerabilis Lutbaldus, Moguntinæ Sedis, noſtram Celſitudinem adiit, ſecum afferens præceptum Domini Genitoris, beatæ Memoriæ Henrici Imperatoris Auguſti, aliorumque Regum & Imperatorum præcepta, in quibus Scriptum inveniebatur. Qualiter ipſa Sedes Moguntiacenſis Eccleſiæ cum Eccleſiis, Cellulis, Vicis ac Villis, vel aliis Rebus omnibus illuc jure pertinentibus ſub tuitione æmmunitatis ſemper fuiſſet munita, petiitque noſtram Celſitudinem, ut eandem æmmunitatis tuitionem noſtra præceptione noviter confirmaremus. Nos vero per Interventum Dilectiſſimæ Matris Noſtræ Agnetis Imperatricis Auguſtæ atque aliorum fidelium noſtrorum Conſultu, maxime autem pro Amore Dei & pro Statu Regni noſtri, petitionem illius benigne ſuſcipientes, per hanc noſtram Auctoritatem præfatæ Eccleſiæ Conceſſimus, quatenus Nullus judex, Comes, Advocatus, vel quilibet judiciaria Poteſtate invadere audeat Eccleſiam vel Parochias, cellas, villas aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ Sedis, quas hactenus jure poſſediſſe viſa eſt, in quibuslibet pagis ſita eſt, vel quidquid ab Anteceſſoribus noſtris vel cæteris fidelibus jam illuc datum eſt, vel quæ deinceps in Uſus ipſius Eccleſiæ ſuperna Pietas addere voluerit, ad cauſas audiendas, vel fœda ac telonia exigenda, aut Manſiones, aut villas, redibitiones illicitas requirendas, aut familiam ipſius Eccleſiæ aliquo modo diſtringere, vel a Colonis Liberis, ſive Servis ullam juris exactionem repetere præſumat, & ſi furtum faciant, vel quidquam, quod in eos ab aliquo legaliter exigatur, hoc totum, ſicut ab anteceſſoribus noſtris conceſſum eſt, ita per noſtræ Auctoritatis præceptum coram advocato ipſius Eccleſiæ, quaſi coram Regio Exactore quicquid Legi debeant, omnino perſolvant, & ut hæc æmmunitatis & Auctoritatis noſtræ Confirmatio rata & probabilis per futura tempora exiſtat, hanc Chartam conſcribi & Sigilli noſtri Impreſſione inſigniri juſſimus, quam & propria manu ſubtus firmamivus. Data ſecundo nonas Novembris Anno Dominicæ Incarnationis M. LVI. Indictione nona; Anno autem Domini Henrici quarti ordinati, quarto, Regni vero ſecundo. Actum Eblisdorff in Dei Nomine feliciter, Amen.

XI.

Kayſers Henrici IV. Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Maynтz die demſelben entriſſene Abtey Seligenſtadt reſtituiret, de Anno 1063.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus, Divina favente Clementia Rex. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti, noſtrisque fidelibus tam futuris, quam præſentibus; qualiter fidelis Sifridus, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus venerabilis, Moleſta Inquiſitione noſtram præſentiam adiit, atque Abbatiam Beatorum Martyrum Marcellini & Petri in loco Selgenſtad nuncupato a ſua ſede injuſte ablatam eſſe proclamavit, & ut Ejus Inquiſitio omni appareret Veritate munita, prædeceſſorum Noſtrorum piæ Memoriæ Imperatorum Ottonis primi, Henrici ſecundi, Conradi, Avi noſtri Chartas Nobis & Noſtris fidelibus præſentavit, quæ omnes eandem Abbatiam ad Eccleſiam ſuam pertinere firmaverunt; ante omnes autem una charta inter cæteras chartas fuit, quæ proximum Anteceſſorem ſuum fœlicis Memoriæ Lutbaldum, Archi-Epiſcopum, ſupradictam Abbatiam usque ad finem Vitæ ſuæ firmiter poſſediſſe memoravit; Igitur pro ſuo fideli Servitio & Conſultu fidelium noſtrorum recognoſcentes querimoniam Ejus juſtam, reddidimus ei, quod injuſte Eccleſiæ ſuæ erat ablatum, Nobis, noſtrisque Succeſſoribus, Suum, ſuorumque Succeſſorum fidele confirmantes Servitium. Et ut hujus nobis juſtæ recognitæ Inquiſitionis & noſtræ Redonationis Authoritas omni ævo rata & inconvulſa permaneat, juſſimus hanc Chartam inde conſcribi, manuque propria, ut ſubtus cernitur, corroborantes, Sigilli noſtri. Impreſſione fecimus inſigniri. Signum Domini Henrici Quarti, Regis. Fridericus Cancellarius, vice Sigefridi, Archi-Cancellarius recognovi. Data eſt XVIII. Cal. Julii. Actum Anno Dominicæ Incarnationis

nis M. LXIII. indictione prima, Anno autem ordinationis Domini Henrici qvarti Regis octavo, Regni vero ſexto. Actum Goslariæ in Dei Nomine feliciter, Amen.

XII.

Käyſers Henrici IV. Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Mäyntz den Ort Orbeha in der Wetterau geſchencket, de Anno 1064.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Notum eſſe volumus tam futuris, quam præſentibus, qualiter ego Henricus, Dei gratia Rex, priorum Regum, qui Eccleſias Dei ditaverunt morem ſecutus, pro remedio animæ meæ ac parentum meorum prædium quoddam, de quo Advocatus meus Udalricus in placito Comitis Bertholdi Bannum acquiſivit, propter amorem Dei ac ſanctorum ſuorum Stephani, Martini & propter fidele ſervitium fidelis noſtri Archi-Præſulis, Sifridi ad Eccleſiam in Maguntia Stephani, & Martini donavi. Situm eſt autem in pago quodam Wetereiba nuncupato in Comitatu Bertholdi Comitis & locus ipſe Orbaha vocatur, quem cum caſtro & cæteris appenditiis ſcilicet terris multis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, venationibus, piſcationibus, Salinarum fontibus, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, exitibus & redditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit ad Eccleſiam ſupradictorum ſanctorum Dei tradidi & confirmavi, & hujus traditionis authoritas omnium mortalium contradictione remota omni ævo rata & inconvulſa permaneat, hanc cartham ſcribi præcepi, atque meæ manus ſubſcriptione corroboratam proprii ſigilli impreſſione inſigniri. Signum Domini Henrici quarti, Regis, Sigehardus Cancellarius, vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi. Datum VI. Nonas Octobris Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo LXIIII. Indictione II. Anno autem ordinationis Domini Henrici quarti Regis X. Regni vero octavo. Actum Hallæ in Dei nomine feliciter Amen.

XIII.

Ertz-Biſchoffs Sigefridi I. zu Mäyntz Brieff an Pabſt Alexandrum II. die Eheſcheidung Käyſers Henrici IV. von ſeiner Gemahlin Bertha betreffend, de Anno 1069.

DOmino beatiſſimo, & vere apoſtolici culminis honore reverendo Alexandro II. Sifridus Moguntinæ ſpeculator eccleſiæ, debitæ ſubjectionis reverentiam, omnimodæ ſervitutis obſequelam.

Licet univerſalis Eccleſiæ ſtatus generaliter innitatur ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, & in ipſo ſui verticis culmine angularem geſtet lapidem, Dominum ſcilicet Jeſum Chriſtum: ſpecialiter tamen magnus ille Petrus, juxta ſolidiſſimam ſui nominis firmitatem, & firmiſſimam fidei & confeſſionis ſuæ ſoliditatem, ejus totam ſuſtentat fabricam: ad hoc quidem electus a Domino, ubi dicitur: ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Inde namque omnis apoſtolicorum patrum beata ſucceſſio, autoritate ipſius Domini, ſedi ejus, Romanæ ſcilicet eccleſiæ, hanc dedicavit excellentiam, & in cunctis ſemper hujus privilegiis ſervavit reverentiam: ut majora eccleſiæ negotia, & difficiliores cauſarum exitus, ad ipſam, velut ad caput, referantur, ejusque judicio cuncta ſalubriter examinata, in portum ſalutis dirigantur. Quia vero divinæ miſerationis gratia vos in hanc ſedem inthronizavit & vice ipſius Petri omnium eccleſiarum ſollicitudinem impoſuit: neceſſarium duximus veſtro reſervari judicio, quas novimus nec poſſe, nec debere, ſine veſtra authoritate noſtro terminari ſtudio.

Inter multimoda eccleſiæ negotia, quæ veſtrum expectant examen, ſollicitudini veſtræ quiddam tale incubuit, quod & eccleſiaſticis judiciis valde eſt inſolitum, & omni moderni temporis ætati & memoriæ pene inauditum. Filius enim veſter, Heinricus noſter, ante paucos dies conjugem ſuam voluit dimittere: & eam quam legitimis ſponſalibus, conjugali dote, regali conſecratione, & publicis nuptiis, regali corona & ſacramento ſibi firmatam ſociavit, nullam primo interponens diſcidii culpam, vel cauſam, omnino a ſe ſeparare voluit. Quo nos, veluti monſtro attoniti, & inſolita rei facie permoti, conſillio magnatum, quotquot tunc aderant in palatio, in faciem ei reſtituimus: & ni certam exponeret diſcidii cauſam, ſine reſpectu regiæ poteſtatis, ſine metu gladii imminentis, eum, ſi veſtra

veſtra præcederet autoritas, a ſinu & a communione eccleſiæ nos ſegregaturos, prædiximus.

Ille vero retulit nobis, ea de cauſa ab ea ſe velle ſeparari: quia non poſſet ei, tam naturali, quam maritali coitus fœdere copulari. Quod inquiſitum, cum & ipſa fateretur, omnium noſtrorum animos nimio mœrore affecit, & ipſa rei magnitudo nimia dubietate turbavit. Super qua re ſanctiſſimum Apoſtolatum veſtrum, ſicut divinum conſulimus oraculum, & velut membra ad caput, tantum referimus negotium. Et quia hoc valde rarum quæſtionibus occurrit eccleſiaſticis, & de regiis pene inauditum eſt perſonis: veſtræ ſanctitatis erit, quid ſuper tanta re facto opus ſit, decernere, & ad conſulta noſtra de ſanctuario ſacri pectoris veſtri reſponſalia remittere: ut & inſtans negotium, ad ſalutem modernæ ætatis, eccleſiaſtica pace finiatur, & de tam inſolita & dubia re, veſtra auctoritate poſteritas inſtruatur.

Denique, fratres noſtri, qui tunc huic rei interant, condixerunt, ut concilium, quod tanto negotio competeret, in urbe noſtra congregaretur, & utriquæ, Regi ſcilicet & reginæ, ad ſynodalem venire audientiam, & ſuper hac re terminalem ſubire ſententiam, indiceretur. Nos autem dubia tantæ rei conſideratione habita, nullo modo hoc ſine veſtra autoritate fieri decrevimus, & totius negotii terminum ad veſtræ expectationem ſententiæ ſuſpendimus: poſtulantes ſanctitatem veſtram, ut ſi id, quod inſtat, ratum ducitis per nos ſynodaliter terminari, de latere veſtro perſonas cum ſcriptis veſtræ autoritatis ad examen & judicium tantæ rei mittere dignemini: quorum & audientia res ventiletur, & convenientia in beneplacito Dei terminetur.

XIV.

Ertz-Biſchoffs Sigefridi I. zu Mäyntz Brieff an Pabſt Alexandrum II. die Affaire des wegen begangener Simonie verklagten Biſchoffs Caroli zu Coſtantz betreffend, de Anno 1071.

APoſtolico Sacerdoti, & univerſali Papæ, Sigifridus, Moguntinæ ſpeculator eccleſiæ, debitam, ut patri reverentiam, & promptam, ut tanto paſtori obedientiam.

Altiſſimus ille Deorum Deus, qui cœleſtis militiæ ordines ita diſpoſuit, ut alter alteri præmineat, & ad obſequium conditoris minor dignitas majori pareat: ipſe in eccleſia ſua ita diſtinxit cœlos opera digitorum ſuorum, ut ſicut ſtella a ſtella differt in claritate; ita alter alterum præcedat excellentiæ dignitate. Hanc autem graduum & officiorum diverſitatem, ita ad unam reducit concordiam unitas caritatis, ut ſicut in ſanctis angelis, ita & hic non ſit invidia imparis claritatis. Quia ergo idem altiſſimus vos, mi reverende pater, conſtituit in hac arce prælationis, ut vice illius magni Petri ſitis caput totius eccleſiaſticæ dignitatis: ſe vobis omnis inferior ordo ſubmittit, merito omnis membrorum articulata contextio vobis ut capiti obedit, juxta quod præcipit vas electionis: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

Ad hanc ergo formam cum vobis exhiberem debitæ ſubjectionis obedientiam, multis ſane injuriis affectus ſum, multa vobis indigna, & mihi intolerabilia paſſus ſum. Namque mihi Romæ poſito, viva voce, & poſtea Apoſtolica legatione, interdixiſti, ne eum, qui deſignatus eſt in Conſtantienſem Epiſcopum, ullo modo conſecrarem: quia audiſtis elogio ſimoniacæ hæreſeos eum notabilem. In quo, quia vobis obedivi, multa, ut præmiſſum eſt, a Domino meo ſuſtinui: timeoque me adhuc graviora paſſurum, & eccleſiæ meæ magnum fore detrimentum, niſi benignus ille Petrus clave ſua me defendat, & veſtræ autoritatis poteſtas adverſus regiam poteſtatem zelo juſtitiæ me protegendo ſe accingat.

Accepi autem litteras veſtræ ſanctitatis, in quibus continebatur, ut ex præcepto veſtro Colonienſem Archiepiſcopum invitarem; & convocatis fratribus concilium celebrarem, in quo ejusdem deſignati Epiſcopi cauſa juxta veritatem diſcuteretur, ut, aut reus criminis, quo inſimulatur, a dignitate rejiceretur; aut innocens, canonice conſecraretur. In hoc etiam parvi veſtræ autoritati, invitatis prædicto Archiepiſcopo & fratribus, locum & diem præſcripſi: ſed concilium celebrandum perturbavit indictio regiæ poteſtatis, cogens me, & alios Regni Principes, in militiam ſuæ expeditionis. In qua re, obſecro ut Sanctitas veſtra obſequium meum habeat excuſatum: & niſi impediret, impleſſem præceptum veſtrum.

Præterea relatum eſt nobis, quia regia legatio eundem deſignatum Epiſcopum ad vos diſcutiendum, conſecrandumque deducat. In qua re, quid æquitatis & juſtitiæ ſit, diſcretionis veſtræ libra recte judicet. Rogo autem excellentiam veſtræ paternitatis, quod, ſi ita verum eſt, ne ipſe hoc a vobis accipiat, quod mihi

mihi, qui hoc canonice facere debeo, autoritas veſtra interdixerat. Quia, ſi ita fiet, inde magis videbor peccaſſe principi meo, quod plus odio conſecrare eum noluerim, quam juſta cauſa, vel præcepto veſtro. Si ergo a vobis diſcuſſus, innocens fuerit inventus: remittite eum mihi & fratribus meis conſecrandum, ut, ſicut oportet, a nobis canonice accipiat oleum conſecrationis. Hoc autem in fronte, & in calce noſtra teneat epiſtola, quod non eſt homo vivens, qui promptior ſit me ad omnia veſtræ juſſionis obſequia. Qui vos prævenit in benedictionibus dulcedinis, ponat ſuper caput veſtrum coronam æternæ beatitudinis.

XV.

Ertz-Biſchoffs Sigefridi I. zu Mäyntz Brieff an den Ertz-Cantzler des Röm. Stuhls Hildebrandum, daß er ſeine Geſandten in ihren Anſuchen beym Päbſtlichen Hofe beſtens ſecundiren möchte, de Anno 1073.

SIfridus, Moguntinus. id quod eſt, Dei gratia, Hildebrando ſanctæ apoſtolicæ ſedis Archidiacono, & Archicancellario, ſalutem, & fraternæ dilectionis integram veritatem.

Plurimum gratiæ veſtræ referimus caritati, pro eo, quod omnibus & legationibus, & rationibus noſtris, quas ad ſedem Apoſtolicam direximus, ſemper dexter ſtetiſtis, & in omni diſceptatione & negotio ſemper partes noſtras, ſapientiæ & bonæ voluntatis veſtræ ſcuto defendiſtis. Proinde multiplices primum vobis grates referimus: deinde ut quandoque occaſio ſubluceat, qua vobis vicem dilectionis rependere poſſimus, vehementer exoptamus. Licet enim inter multimoda Eccleſiæ, quæ quotidie portatis, negotia, nihil, niſi Dei gratiam requiratis, neque de terrenis rebus quidquam, niſi ad ordinandum potius, quam ad poſſidendum attingere velitis: tamen quia hilarem datorem, ut pro Deo multa poſſit dare, neceſſe eſt multa juſte habere, mandamus veſtræ dilectioni, ut ſi quid noſtrum eſt, quod veſtro ſedeat beneplacito, ſi nobis ſcire detur, ſtatim veſtrum fiet, ex noſtro. Quis enim tantum virum poſſit non diligere? Quis ei quidquam audeat denegare?

Rogamus autem dulcedinem veſtræ charitatis, ut per vos legationi noſtræ, quam nunc ad ſacram ſedem Apoſtolicam dirigimus, aditus pateat, & de his, quæ poſtulamus, veſtra ope effectum obtineat: ſcilicet, ut ad Synodum, quam ſuper rebellibus Thuringis pro decimationibus decrevimus celebrare, domnus apoſtolicus de latere ſuo dignetur mittere, qui & Synodo præſint, & autoritate ejus determinent ea, quæcunque determinanda occurrerint. Quod ſi hoc fieri nequit, ſaltem ſcriptis beatitudinis ejus ſynodus noſtra roboretur, & rebellium temeritas tali auctore comprimatur. Annitatur ergo dilectio veſtra, ut hoc obtinere valeat petitio noſtra.

XVI.

Ertz-Biſchoffs Sigefridi I. zu Mäyntz Brieff an Pabſt Alexandrum II. den Zehenden in Thüringen betreffend, de Anno 1073.

DOmino beatiſſimo, & vere apoſtolici culminis honore reverendo, ſancto patrum patri, & ſummo præſulum præſuli Alexandro II. Sifridus, Moguntinæ Speculator eccleſiæ, quidquid filius patri, & membrum capiti.

Apoſtolicæ inſtitutionis documento didicimus, matrem ac radicem virtutum eſſe caritatem: cui, quicquid inſeritur boni operis, Chriſto incrementum dante, parit fructum æternæ beatitudinis. Hæc in ſanctiſſimo pectore veſtro æternam poſuit ſedem, & in fœcundiſſima corporis veſtri terra altam fixit radicem: de qua, rore cœleſtis gratiæ irrigante, per totam ſanctæ eccleſiæ aream, multiplices ſacræ doctrinæ, & bonorum operum protenduntur rami, quorum fructifera ubertate aluntur, & umbra proteguntur oves, quas paſcendas ſuſcepiſtis vice illius magni Petri. Hac ergo dictante, nos quoque, qui ſanctiſſimo Apoſtolatui veſtro in fructiferam olivam ſumus inſerti, & ſub clavigera tanti pontificis manu, in opus miniſterii aſſumpti: nos, inquam, paternæ ſemper dilectionis benevolentia gratanter accepiſtis: & quicquid vel conſulendum, vel corrigendum, ad Apoſtolicum veſtri culminis verticem retulimus. Noſtræ favendo parti, ut patrem decuit, ad meliora direxiſtis. Unde, ſicut oportet, reverendiſſimæ celſitudini veſtræ multiplices gratiarum actiones, & humile exhibemus inclinium: continuis orationum victimis divinam exorantes clementiam, ut ad ſtabilitatem ſanctæ Eccleſiæ ſuæ longævum & incolumem cuſtodiat apoſtolatum veſtrum.

Porro adhuc antiquam noſtram ſuper rebellibus Thuringis conqueſtionem ad notitiam almæ ſedis veſtræ referimus, obnixe rogantes, ut armata manu, gladio Spiritus Sancti, usque ad expurgationem eorum, nobis dexteram feratis auxilii. Suggerimus quoque ſanctitati veſtræ, quod Synodum ſuper his, poſt paſcha celebrare decrevimus: ad quam de latere veſtro legatos mitti poſtulamus, qui autoritate veſtra & ipſi Synodo præſint; & hæc, quæ de Thuringis agimus, canonice terminent, & ſi quæ alia corrigenda occurrerint. Quod ſi fieri nequit, aliis vos occupantibus negotiis: ſaltem petimus ipſam Synodum noſtram, quæ utique & veſtra eſt, apoſtolicis ſanctitatis veſtræ literis roborari: quæ & rebellibus anathema denuncient, & quæcunque inibi canonice geſta, veſtra autoritate confirment.

Quia vero maxima quæque eccleſiaſticæ diſciplinæ negotia ab ipſo præſulum vertice debent examinari, cujus ex injuncta omnium eccleſiarum ſolicitudine privilegium eſt: quod per nos non poſſumus corrigere, ad patrocinium almitatis veſtræ referimus, quod etiam pridem ad vos perveniſſe cognovimus, de crudeliſſima, & inaudita nece deſignati Trevirenſium Epiſcopi: qui Chriſtianis temporibus nefandiſſima & ſceleratiſſima Neronianæ & Decianæ perſecutionis cruciamenta expertus, horribili & execrabili pœnarum genere addictus eſt morti. Ad cujus monſtruoſæ necis ultionem, teſtamenti ſui recordatus primum aſſurgat Dominus Jeſus Chriſtus: deinde veſtræ autoritatis fortiſſima & patrocinalis manus. Sacris namque canonum decretis ſancitum eſt, ut ſicubi Epiſcopus ordinetur, qui vita, vel moribus, a tanta diſcrepet dignitate, vel qui ad tantum aſcendat apicem ſubreptione non electione, ei audientiam non negari: & hoc etiam præter ſententiam Romani Pontificis non debere fieri. In qua re, ſi ſe clerus, vel populus cujuslibet civitatis, ſæculari potentia viderit prægravari, ad ſacram veſtræ ſedis defenſionem habeat confugium, cui præcipiente Domino, delegatus eſt primatus omnium eccleſiarum. Nunc vero, ne dum iſti, de quo agitur, canonica daretur audientia; ne dum veſtri exanimis expectaretur ſententia: quaſi furtiva latrocinantium manu captus & ſpoliatus, dein graviſſima de loco ad locum transportatione afflictus, tandem: ut aſſerunt, communi illorum conſilio, morte turpiſſima multatus eſt.

Qua de re quam graviter unanimitas fratrum ſit concuſſa, quam atrociter audax facinoroſorum hominum violentia ad ſacri ordinis injuriam ſit erecta, veſtræ ſanctitatis eſt, prudenter perpendere, & hoc nefarium ſcelus canonice ulciſcendo, ne de cætero tale quid præſumatur, poſteris exemplum relinquere. Orat ergo ſanctitatem veſtram ſocialis fratrum noſtrorum concordia, & hoc a veſtri culminis patrocinio tota implorat eccleſia, ut in tanti ſceleris autores diligentiſſime perquiratis, inventos diſtrictiſſime puniatis. Qui ſi forte diſſimulando latent, gladio Spiritus Sancti, velut putrida membra, de corpore Chriſti abſcindatis, & ut omnes, etiam ſacerdotes noſtri, eos perpetuæ maledictionis anathemate feriant, firmiſſime præcipiatis.

XVII.

Pabſts Gregorii VII. Breve an Ertz-Biſchoff Sigefridum I. zu Mäyntz, worinn er ſich über ihn beſchweret, daß er die am Röm. Stuhl ſo offt anhängig gemachte Streit-Sache zwiſchen Biſchoff Jeromiro zu Prage, und Biſchoff Johanne in Mähren vor ſich ziehen und entſcheiden wollen, de Anno 1074.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Sigifredo, Moguntino Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Pervenit ad aures noſtras quædam de te indigna relatio, cui nequaquam fidem adhibuiſſemus, niſi quod in literis tuis, quas de cauſa Jeromiri, Bragenſis, & Joannis Moravenſis Epiſcoporum nobis direxiſti, idem in animum tuum te induxiſſe intelleximus, videlicet, ut negotium, quod ipſi habent ad invicem totiens jam ad apoſtolicam delatum audientiam, a noſtro judicio ad examen tui arbitrii transferretur. Qua in re, quoniam evidenter apparet, quam parum conſultores tui jura apoſtolicæ auctoritatis intelligant vel attendant, fraternitatem tuam, ut nobiſcum canonicas traditiones, & decreta ſanctorum patrum percurrat, invitamus, in quibus præſumptionis ſuæ faſtum denuo recognoſcens, culpam in ſe ipſa negligentiæ pariter deprehendat, & auſus. Nam cum primum Joannes, Moravenſis Epiſcopus Eccleſiæ, cui præeſt, jura defendere volens, multis injuriis ac contumeliis, flagellis etiam (ut audivimus) afficeretur, & tamen juſtitiam non poſſet conſequi, tua religio nullam inde ſolicitudinem, nullam in diſcutienda cauſa fatigationem ſuſcepiſſe dignoſcitur. Verum poſtquam Apoſtolica ſedes accepta præfati, Epiſcopi

Epiſcopi querimonia ſæpe per epiſtolas, aliquoties etiam per legatos cauſam juſto fine determinare, & litem compeſcere deſudaverat; tunc demum evigilans ſolertia tua negotium animadvertit, ſuis hoc diſcuſſionibus referendum eſſe judicavit: & fratrem per apoſtolica ſuffragia ad portum juſtitiæ & quietis enatantem in profundum (credo) renovandæ contentionis, & laborum retrahere voluiſti. Quanquam igitur hinc officii tui incuria, illinc ſuſcepta adverſus apoſtolicam ſedem, accuſante te, arrogantia merito in te commoveri deberemus; utentes tamen Apoſtolica manſuetudine, placito te admonemus affectu, ne ulterius ad inordinata, tam inconſulta præſumas, apoſtolica judicia non dico, tibi, ſed nec ulli patriarcharum, aut primatum retractandi licentiam fore exiſtimes, ne contra ſanctam Romanam eccleſiam quidquam tibi attribuere, vel moliri cogites, ſine cujus abundanti clementia, nec in loco quidem tuo, ut tu ipſe noſti, ſubſiſtere potes. Nos etenim, adjuvante Deo, per auctoritatem beati Petri, ſicut jam diu in apoſtolica ſede decretum eſt, inter præfatos Epiſcopos litem juſte decidere, & Moravenſi eccleſiæ, quæ ſui juris ſunt, decernere & corroborare procurabimus. Data Romæ decimo quinto Kalendas Aprilis, indictione duodecima.

XIIX.

Pabſts Gregorii VII. Breve an Ertz-Biſchoff Sigefridum I. zu Mayntz, worinn er ihn und ſeine Suffraganeos zu dem Synodo nach Rom invitiret de Anno 1074.

GRegorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Sigefredo, Moguntino Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Recordari credimus fraternitatem tuam, quam puro amore ante hujus noſtræ adminiſtrationis ſarcinam te dileximus, & quomodo ejusdem noſtri amoris intuitu ſecretorum tuorum nobis paucisque aliis commiſiſti conſilium. Cujus rei gratia licet ex eo tempore bene de te ſperavimus, ex eo tamen, quod Cluniacenſi monaſterio reliquum vitæ tuæ conſerre voluiſti, majorem ex religione tua fidem ſuſcepimus: verum juxta quorundam relationem aliter quam ſperabamus, te egiſſe comperimus, quod ſi negligenter irrequiſitum tranſire permittimus, fraternum tibi amorem minus impendere, non ſine magno taciturnitatis periculo probamur. Quapropter Apoſtolica auctoritate religionem tuam admonemus, ut ad ſynodum, quam, Deo annuente, in prima ſeptimana quadrageſimæ celebraturi ſumus, cum ſuffraganeis tuis, videlicet Ortone, Conſtantienſi, Guarnerio Strazburgenſi, Henrico Spirenſi, Herimanno Bambergenſi, Imbrico, Auguſtenſi, Adelbero Gvertzpurgenſi, ſi potes, venias. Quod ſi aliqua infirmitate, quod abſit, præpeditus venire nequiveris, tales ad nos ſtudeas nuncios dirigere, quorum ſecure conſilio inniti, & quorum teſtimonio quaſi præſentiæ tuæ credere poſſimus. Et hoc perdiligentiſſime fraternitas tua perpendat, ut neque precibus, neque gratia alicujus dimittas, quin introitum & converſationem prædictorum epiſcoporum diligentiſſime inquiras, & per eosdem nuncios tuos nobis inſinues. Ne igitur mireris, quod plures ex parochia tua, quam ex aliis invitavimus, cum tua amplior ſit cæteris, & in ea ſint quidam non laudandæ opinionis. Data Romæ, ſecundo Nonas Decembris, indictione decima tertia.

XIX.

Pabſts Gregorii VII. Breve an Ertz-Biſchoff Sigefridum I. zu Mayntz, den wegen beſchuldigter Simonie ſeiner Würde entſetzten Biſchoff Herimannum zu Bamberg betreffend, de Anno 1075.

GRegorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Sigefrido, Moguntino Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Qualiter Bambergenſis Herimannus, jam nunc non Epiſcopus, hoc anno Romam pœnitens ſe habuerit, vel qualiter ſe judicio apoſtolicæ Sedis ſubtraxerit, quave fraude clericos prædictæ Eccleſiæ ſub obtentu pœnitentiæ deceperit, & quomodo res ejusdem ſibi contra Deum commiſſæ eccleſiæ pejus, quam prius deſtruxerit, & in clericos quondam ſibi commiſſos, ſicut tyrannus ſurrexerit, veſtra, ut reor, cognoſcit fraternitas, & certa dolet triſtitia. Quocirca nos ulterius tantas non valentes impune ferre nequitias, & noviter inventas ſævitias, maxime circa eam, quæ beato Petro ſpecialiter commiſſa eſt eccleſia, judicio ſancti Spiritus per ejusdem auctoritatem beati Petri, apoſtolorum principis prædictum Herimannum ab officio Epiſcopali atque ſacerdotii depoſuimus, & in perpetuo depoſitum eſſe cenſemus. Et quia hæreſi junxit ſacrilegium, & ſacrilegio apertam tyrannidem, excommunicationis vinculo eum alligavimus, quousque ſe Apoſtolicæ

ſedi repræſentet, quam conatus eſt non ſolum decipere, ſed etiam dolo malo irridere. Si autem ad ultimum ſibi diem pervenerit, non ei pœnitentiam & communionem denegamus, ſed mox, ut poterit apoſtolicam adire ſedem, omnino illi præcipimus. Hæc ut publicæ maxime fratribus tibi ſubjectis coëpiſcopis notifices volumus, & ex parte beati Petri præcipimus, ut, ſecundum ſanctorum inſtituta patrum ſummopere procures in prædicta Bambergenſi eccleſia paſtorem ordinare; quatenus quod in prædicto ſimoniaco negligenter egiſti, comproberis emendare. Data Laurenti, decimo tertio Kalendas Auguſti, indictione decima tertia.

XX.

Pabſts Gregorii VII. Breve an Ertz-Biſchoff Sigefridum I. zu Maynz, worinn er ihn, ſeinem Amte recht vorzuſtehen, und die Sache, des wegen des Laſters der Simonie beſchuldigten Ertz-Biſchoffs Werneri II. zu Straßburg zu unterſuchen ermahnet, de Anno 1705.

GRegorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Sigefrido Moguntino Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Plurimas in tuis literis, frater, excuſabiles, & quantum ad humanum ſpectat judicium validas protuliſti rationes. Nec nobis quoque viderentur infirmæ, ſi hujusmodi poſſent in divino nos examine excuſare. Rata ſiquidem videtur excuſatio regni, motus ac perturbatio, bella & ſeditiones, invaſiones hoſtium, ac perditio rerum veſtrarum, inſuper & formido necis, quam noſtris dicitis fratribus imminere Principis odio, vel ne hi, qui de diverſis partibus invicem inimicantur, ſi in unum conveniant, usque ad internecionis bella conſurgant. Quæ ſane omnia ſatis videntur ad cujuspiam excuſationem idonea. Verum ſi conſideremus, quantum ab humanis judicia diſtant divina, nihil pene reperimus, quod in ſuperno examine excuſabile proferamus, ut ab animarum lucris retrahi ſine periculo valeamus; non damna ſiquidem rerum, non malorum ſimultates, aut ira potentum, non ipſius ſalutis quoque noſtræ vitæque diſpendium. In hoc quippe mercenarii a paſtoribus diſtant, quod hi, lupo veniente, dum ſibi, non ovibus metuunt, gregis direptionem diſperſionemque contemnentes, eis relictis effugiunt: paſtores vero, qui ſuas diligunt oves, eas nequaquam deſerunt imminente periculo, pro quibus quoque non dubitant propriæ vitæ ſubire exitum. Quapropter oportet & nos ſtudiis paſtoralis officii inſiſtere vigilanter, atque ad Domini gloriam ovium ſemper ſuarum ſalutem quærere, ad gregis cuſtodiam ſocios inſtigare, & ut recto greſſu commiſſis ovibus præcedant ſalubriter commonere. Namque ſi fratres noſtros conſideremus delinquere, & tacemus; ſi denique errare, & non eos ad rectitudinis ſemitam monendo revocare conemur, nonne & ipſi delinquimus, & errare merito judicamur? etenim qui negligit culpas emendare, committit. Et cur Heli ſacerdos in Silo periit? & quid eſt quod Dominus loquitur per prophetam? Maledictus, inquit, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine, id eſt, verbum prædicationis à carnalium vitæ interfectione. Ut autem ad id, quod ad præſens premit animum, & quod quaſi cauſa eſt noſtri ſermonis, veniamus, quomodo ea patienter perferre valemus, quæ de fratris noſtri Strasburgenſis Epiſcopi moribus adivimus, & certa eſſe nonnulla veraci relatione cognovimus? Unde volumus atque præcipimus, quatenus unum, quod apud nos adhuc manet in dubium, ſimoniacæ videlicet hæreſeos contagium, diligenter diſcutias, & quidquid ſuper eo certum repereris nobis intimare non differas; quatenus, ſi verum fuerit, Chriſti Eccleſia tantis ſordibus emundetur, & illius animæ, ne pereat, ſubveniatur; ſi vero (quod magis optamus) falſum, tanta infamia procul ab eo, adjuvante nos divina gratia propellatur. Illi vero, qui dicunt concilium, quod vobis indiximus eſſe differendum, rogamus reſpondeant; Regii milites dudum, ut ſe ad bella pararent admoniti, quid nunc eſſent acturi, cum hoſtes in regia aula armis jam & igne ſævirent? Dicant ergo utrum arma deberent ad ipſos hoſtes perturbandos & conterendos violenter corripere, an quid hoſtes agerent tantum inertes conſiderare? Quid enim aliud maligni ſpiritus agunt, niſi quod Chriſti eccleſiam igne vitiorum inceſſanter devaſtare contendunt? Et quid regios milites, ſanctos videlicet ſacerdotes oportet facere, niſi adverſus eorum ſævitiam clypeo caritatis munitos gladio divini verbi accinctus auctoritatis vigore conſurgere? Quod autem dicis, quosdam fratres non poſſe ad concilium convenire ob principis inimicitiam, dicimus ei ſufficere, ſi de ſuis clericis dirigant, qui pro eis valeant reſpondere. Sed quoniam non ignoramus, quod a pluribus carnalibus ac ſæcularibus dehorteris, ne

ne in vinea Domini pro animarum lucris fortiter ac fideliter opereris, ne tuarum forte rerum, aut odiorum potentum diſcrimen incurras, te ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beati Petri rogamus & monemus, quatenus nullius odio, aut gratia, ſeu aliqua terrenarum rerum jactura, a rectitudinis tramite declinare præſumas; quin omnia prout Spiritus Sanctus donaverit, diligenter examines, & nobis, quicquid certum conſtiterit quantocius inſinuare procures. Multum namque debet nobis videri pudendum, quod quilibet ſeculares milites quotidie pro terreno Principe ſuo in acie conſiſtunt, & necis perferre diſcrimina vix expaveſcunt, & nos, qui ſacerdotes Domini dicimur, non pro illo noſtro Rege pugnemus, qui omnia fecit ex nihilo, quippe non abhorruit mortis pro nobis ſubire diſpendium, nobisque promittit meritum ſine fine manſurum. Hoc autem adhuc tuæ fraternitati injungimus, quatenus de Simoniaca hæreſi ac fornicatione clericorum, ſicut ab Apoſtolica ſede accepiſti, ſtudioſe perquiras, & quidquid retroactum inveneris, legaliter punias, & funditus reſeces, ac ne quidquid ulterius fiat penitus interdicas. Data Romæ, tertio Nonas Septembris, indictione incipiente decima quarta.

XXI.

Pabſts Paſchalis II. Breve an Ertz-Biſchoff Rothardum zu Maynz, die Sache Biſchoffs Sigfridi II. zu Augſpurg zu unterſuchen, de An. 1095.

PAſchalis Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Rothardo, venerabili fratri, Moguntino Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Super cætera horrenda & infamia, quæ de perſona Auguſtenſis jamdudum ad ſedis Apoſtolicæ audientiam perlata ſunt, nuper querelam Adalberti Auguſtenſis civis lacrymabili ſuggeſtione ſuſcepimus: quam nimirum perſonis eccleſiaſticis & dicere & audire turpe eſt, ſed ex ipſius Adelberti poteris relatione cognoſcere. Tibi ergo, ad quem hujusmodi diſcuſſio pro metropolitanæ dignitatis debito attinet, litterarum præſentium præceptione injungimus, ut hujuſce negotii veritatem convocatis fratribus, ſolicita inquiſitione diſcutias, &, quod juſtitia exegerit, decernatis. Quod enim a vobis juſte & rationabiliter, autore Deo, ſtatutum fuerit, nos ratum habebimus.

XXII.

Pabſts Paſchalis II. Breve an Ertz-Biſchoff Rothardum zu Maynz, die Beſchaffenheit der Inveſtituren der Biſchöffe, ſo von Königen und zu Zeiten eines Schiſmatis geſchehen, betreffend, de Anno 1095.

PAſchalis Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, venerabili fratre Rothardo, Moguntino Epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sacerdotii ac regni grave jamdiu ſcandalum fuit: quia uſurpantibus non ſua regibus, eccleſia, quod ſuæ eſt libertatis, amiſit. Hanc profecto viam, hanc januam nequitiæ ſuæ Simon magus invenit. Dum enim non niſi per præſtigioſam inveſtituram eccleſiaſticos honores adipiſci mens ambitioſa credit: & ſe ipſam curialibus ſubdit obſequiis, & regium cor amplioribus parat inclinare muneribus. Hæc nimirum avaritia, ſicut in libris Regum legitur, antiquorum quoque temporum religionem evertit. Sed erga hujusmodi præſumptores Reges, qualiter divina ſævierit indignatio, in eisdem apicibus non ſiletur. Et vero magnum eſt filio flagitium, matrem addicere ſervituti, ut in vita thalamos ineat, quos recuſat. Super hoc negotio nova nos oportet ſolicitudine concitari, cum novi regni opportunitatem divina diſpoſitio providit. Nos enim Regibus, quæ ſui juris ſunt, integra ſervare optamus: Nec in aliquo minuimus, dummodo ipſæ ſponſæ ſui Domini libertatem integram patiantur; quam ſui meruit ſanguine redemptoris. Si agentes, noſtrum auxilium, noſtrum conſilium, concordiam noſtram, noſtram dulcedinem obtinebunt. Alioquin tantam Dominæ ac matris noſtræ indignitatem pati non poſſumus. Quid enim ad militem baculus Epiſcopalis? Quid annulus ſacerdotalis? Habeant in eccleſia primatum ſuum, ut ſint eccleſiæ defenſores, & eccleſiæ ſubſidiis perfruantur. Habeant Reges, quod Regum eſt, quod ſacerdotum eſt habeant ſacerdotes: Sic pacem invicem teneant, & ſe invicem in uno Chriſti corpore venerentur. De ordinationibus clericorum, qui in noſtri temporis ſchiſmate ordinati ſunt: non aliud ſcribendum duximus, quam in Placentina ſynodo, per ſanctæ memoriæ Urbanum, prædeceſſorem noſtrum deliberatum eſt. Porro Epiſcopis, qui ſub excommunicatione in eodem ſchiſmate

manus impoſitionem ſuſceperunt, ad Concilii ſententiam deferendos arbitramur. Tantum enim tantarum perſonarum malum generali deliberatione aut curandum eſt, aut detruncandum. De Concilii autem loco aut tempore, ſi veſtris in partibus celebrandum ſit, tua intereſt, communicato fratrum conſilio, nobis citius indicare. Optamus enim, & vehementer opportunum eſt: ut, vel apud vos per legatos noſtros: vel in Italia per nos, largiente domino, peragatur. In quo de ſacerdotii ac regni ſcandalo propulſando, pace ſtabilienda, communi per Dei gratiam deliberationem tractemus. Sane de ſchiſmaticorum eccleſiis, ſanctæ memoriæ Joannis Papæ verba mandamus: Ait enim Epiſcopis per Italiam conſtitutis: Eccleſias Arrianorum, ubicunque inveneritis, catholicas eas divinis precibus & operibus absque ulla mora conſecrate. In inferioribus, & id ipſum in Conſtantinopolitanis partibus ſe feciſſe commemorat, dicens: Quascunque illis in partibus eorum eccleſias reperire potuimus, catholicas eas, Domino opem ferente, conſecravimus.

Omnipotens Dominus, quem pacem noſtram & ſalutem eſſe credimus, per induſtriam veſtram, pacem ac ſalutem eccleſiæ ſuæ, miſerationum ſuarum affluentia operetur. Datum Laterani, III. Idus Novembris.

XXIII.

Pabſts Calixti II. Breve an Ertz-Biſchoff Adelbertum I. zu Maynтz, worinn er ihn notificiret, daß er auff den Päbſtlichen Stuhl erhoben worden, de Anno 1110.

DOminus noſter, felicis memoriæ, Gelaſius, à Vienna diſcedens, injunxit mihi, ut ad ejus præſentiam feſtinarem, poſtquam ipſe Cluniacum perveniſſet. Quod cum poſt dies aliquot implere ſatagerem, in itinere de ejus obitu mihi nuntiatum eſt. Ego, ut fratribus, qui cum domino eodem venerant, prout ratio exigebat, ſolatium exhiberem: Cluniacum cum gravi dolore perrexi. Dum autem ſuper eorum conſolatione attentius cogitarem, ipſi graviſſimum mihi onus, & vires meas omnino tranſcendens, impoſuerunt, Congregati namque in unum die altero poſt adventum meum Epiſcopi, Cardinales, & cleri & laici Romanorum, invitum me penitusque renitentem in Romanæ eccleſiæ Pontificem Calixtum unanimiter aſſumpſerunt.

XXIV.

Kayſers Henrici V. Reſcriptum an das Dom-Capitul und Bürgerſchafft zu Maynтz, daß ſie dem wider ihn rebellirenden Ertz-Biſchoff Adelberto I. weiter keinen Gehorſam leiſten ſollen, de Anno 1120.

HEnricus, Dei gratia Romanorum Imperator, Auguſtus, Præpoſitis & Decanis, & omni congregationi, cunctis etiam Moguntinenſis Eccleſiæ civibus, tam majoribus quam minoribus ſibi fidelibus, gratiam & omne bonum.

Confiteantur Domino miſericordiæ ejus & miſerabilia ejus filiis hominum, quia non eſt prudentia, non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum, qui ſancti Spiritus inſpirante gratia jam convertit corda patrum in filios, & corda filiorum ad patres ipſorum. Unde & nos non ceſſamus Deo gratias agere pro vobis, cujus gratia & dono amara veſtra dulcia facta ſunt nobis: Et ideo, licet per ineffabilem divinæ pietatis inſpirationem luctum noſtrum in gaudium & amaritudinem verteritis in dulcedinem pro antiqua tamen fidelitate, quam in cordibus veſtris divinitus jam incaluiſſe cognovimus, Dilectionem veſtram admonere potius, quam rogare decernimus.

Memores eſſe debetis in omnibus, qua fide, quo pacto, quibus ſacramentis, & obſidibus Adelbertum illum perjurum & traditorem, qui non meritis, ſed nomine dicitur Epiſcopus fidelitati veſtræ diligentiſſima conventione tradiderimus. Et cum vos omnia bona promitteretis nobis ab eo, & nos ex veſtro promiſſo nihil, niſi bonum ſperaremus, ab ipſo expectavimus pacem; & ecce turbatio. Poſtquam enim Spiram ad nos, redintegrata ſibi corporis & honoris ſui poteſtate, veniens obſides ſuos manu ad manum ipſe nobis præſentavit, & ſuis ſacramentis veſtra firmavit, ſtatim inde diſcedens, miſſis ubique literis ac nunciis, nos & honorem noſtrum impugnavit, ac per totam Saxoniam ac Turingiam, Bavariam & Alemanniam, amicos noſtros, tanquam inimicos, contra nos ubique ſolicitare cœpit; ſicque quaſi canis, qui revertitur ad vomitum, antiquæ ſuæ perfidiæ recepit venenum, quod quaſi vipera, quæ virus reſumit poſt coitum, a mari usque ad mare

mare per totum Regnum diffudit & Imperium. Pro his igitur & aliis malis, nobis reſponſurum, ſtatutis induciis, eum ad nos venire juſſimus, & non venit. Sed inſuper apponens iniquitatem ſuper iniquitatem, Spiram, quod in cor noſtrum altius aſcendit, armata manu & erectis militaribus ſignis, violenter invadere voluit; ſed fruſtrato, Deo gratias, labore rediens, & congregatis, quos potuit, caſtrum noſtrum Stroumburg funditus deſtruxit. Deinde alia caſtra noſtra contumaciter obſedit. Invaſorem Virdunenſis Eccleſiæ contra jus & vas conſecrari fecit: Regnum noſtrum & Imperium rapinis & homicidiis, cæde & incendiis, quaſi aper de ſilva ſic ubique devaſtavit, ut nihil jam in diverſis ipſius reſtet erroribus, niſi ut fiant noviſſima hominis pejora prioribus.

Hæc igitur & alia mala, quorum non eſt numerus, licet ab oriente usque in occidentem nota ſint omnibus, vobis tamen nota ſunt eo melius, quo ſecretis ejus omnibus præ cæteris vos ſemper interfuiſtis familiarius. Sed & omnes, qui in regno noſtro ſunt, ſciunt omnes clamare poſſunt: & ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Et ideo, dilectiſſimi nobis tam clerici, quam laici; tam milites, quam cives, qui hæc omnia vidiſtis & audiſtis, diligenter apud vos cogitare & recogitare debetis, quam fidem & dilectionem, pro Sacramentis & obſidibus veſtris, veſtra ſibi dilectio debeat, qui nec proprio ſangvini ſuo, filiis ſcilicet fratrum ſuorum, debitam fidem ſervavit.

Verum, quia inter alia ſpecialiter hoc in noſtra conventione fuit, ut quando aliquid contrarii moliretur noſtræ dignitati, ſtatim, determinatis induciis transactis, veſtro ſtudio & labore expelleretur ab urbe; idcirco ſi veri fidejuſſores crediti negotii eſſe deſideratis, monemus vos omnes per fidem & obſides, quos dediſtis, & Sacramenta, quæ feciſtis, quatenus obſidibus veſtris conſulentes & Sacramentis præcaventes, eundem perjurum veſtrum ac noſtrum, Adelbertum ſcilicet dictum Epiſcopum, Civitatem nullatenus intrare permittatis, ſed quaſi ſcopis ab eo mundatam, cum Friderico Duce & Gothofrido, Palatino Comite, aliisque fidelibus noſtris diligentiſſime ſervare ſtudeatis. Quod ſi feceritis, & hæc omnia diligenter ſervaveritis, præ omnibus, quos in Regno noſtro habemus, examicis amiciſſimos vos ſemper habebimus.

Et, ſi quid unquam peccaſtis in nos, exemplo illius peccatricis mulieris, totum transibit inultum, cui dimiſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Quid plura Deus, qui ad hoc venit in mundum, ut filios, qui erant diſperſi, congregaret in unum, ita diſperſos noſtros ſub jugum fidei jam coacervando revocet, & revocando coacervet, ut in charitate Chriſti & diſperſa congreget, & congregata conſervet. In hæc igitur verba Deo vos & nos Deo & vobis intime commendamus optantes, ut cum reverſi ad vos fuerimus, meliores vos filios invenire, quam reliquiſſe gaudeamus.

XXV.

Petri Bleſenſis Brieff an Ertz-Biſchoff Conradum I. zu Mäynтz, worinn er ſich beſchweret, daß Hertzog Leopoldus VI zu Oeſterreich König Richardum I. aus Engelland, auff ſeiner Heimreiſe aus dem gelobten Lande gefangen genommen, und ſolchen Käyſer Henrico VI. überliefert, auch zugleich bittet, daß er ſeine Autorität interponiren und denſelben wieder frey machen möchte, de Anno 1193.

REverendo patri & Domino Conrado Dei Gratia Moguntino Archiepiſcopo, Petrus Bleſ. Bath. Archid. ſalutem in auctore ſalutis.

Quia quandoque in Scholaribus caſtris militavimus ſub eodem Doctore, & ex diutina ejusdem Hoſpitii cohabitatione ſocialis amicitiæ jura contraximus, fiducialius vobis ſcribo. Excurſus enim modici temporis noſtro non præſcribit amori: nec apud me mutationem veſtri ſtatus agnoſcit affectio. Sane poſtquam deſideratiſſimam faciem veſtram noviſſime vidi, vos in Archiepiſcopalis eminentiæ gradum diſpenſatio divina promovit; ſed ſi bene recolo, quam ſolida ſemper apud me fuerit fidei veſtræ & amoris integritas: certus ſum quod honoris aſſumptio circa ſtatum amicitiæ veſtræ nullum præjudicium mihi facit. Cum itaque hinc amor audaciam loquendi mihi pariat, inde vero ad planctum & gemitum dolor ſingultuoſus urgeat violenter, indulge mihi, ſi in aliquo verbo ſobrietatem modeſtiæ & limites honeſtatis excedo: exabundantiæ nempe cordis os loquitur. Nam in amaritudine eſt anima mea, quæ totum hujus epiſtolæ curſum mihi de doloris atramentario ſubminiſtrat. Quis vero inter communes lacrymas dolorem diſſimulet, aut ſupprimat planctus, ubi clerus dolet, lamentatur religio, gemit populus, nobilitas auxiatur? Ubi poteſt omni mœrore non plangi, qui colitur & fovetur amore communi? decidit corona capitis noſtri, & in luctum verſus eſt chorus noſter.

Rex

Rex noſter in frixorio eſt, & occaſione illius in quam plures provincias hujus malitiæ ſartago deſævit, ſuo Domino patienti contabeſcit & commoritur univerſitas, & per compaſſionem affictio capitis in membra diſcurrit.

Vir ſangvinum & cruentæ conſcientiæ Dux Auſtriæ non eſt veritus in Chriſtum Domini ſacrilegas manus injicere & pedes calceatos in Evangelio pacis ferreis humiliare compedibus. Terribilis in Judiciis Deus deſtruat illum in finem, & evellat de tabernaculo ſuo, & radicem ejus de terra viventium, pro eo, quod non eſt recordatus facere miſericordiam, ſed perſecutus eſt hominem innocentem & peregrinum, adhuc in obſequio crucifixi & in procuratione Reipubl. conſtitutum; cum enim pro teſtamento Dei labores anxios toleraſſet, exhauſtis bellicis ſudoribus & expenſis ad propria remeabat, ut denuo majus teſtimonium redditurus prudentiore conſilio & felicioribus auſpiciis viam ſecundæ peregrinationis inſtrueret.

Et nunc Reges intelligite, reminiſcimini, qui judicatis terram, ſi unquam ab infantia naſcentis Eccleſiæ aliquis Rex pacificus, fidelis, innocens, peregrinus tam ſubdole captus, tam malitioſe detentus, tam crudeliter eſt venditus, tam indigne afflictus & cum populis ſuis tam cupida & deteſtabili exactione gravatus. Ubi eſt Lex naturæ? Ubi eſt æquitas? Ubi peregrinorum reverentia? quas etiam Chriſti crucifixores venerati ſunt, dum in agrum figuli ob peregrinorum ſepulturam Chriſti venditi pretium transtulerunt.

Porro cum Abraham peregrinaretur in terra Chanaan, Rex Abimelech ei gratiam plenæ humanitatis exhibuit, Jacob apud Laban, Moyſes apud Jethro, David apud Regem Achis, & cæteri Patres antiqui, nondum acceptis repromiſſionibus, ſed longe eas auſpicientes & confitentes, quia eſſent peregrini & hoſpites ſuper terram apud barbariem Gentium multiplex ſuæ peregrinationis ſolatium invenerunt.

Et qui eum vendidit, & qui emit, in ſortem Judæ Iſcariotis & in maledictione fraudis Judaicæ reputentur, ut ſit cum eis ipſorum pecunia in perditionem: Cum Dathan & Abiron terra eos viventes abſorbeat, ſucceſſores Judæ, filios avaritiæ, ſervos Mammonæ, ſemen Chanaan, genimina viperarum, membra diaboli, miniſtros Satanæ, præambulos Anti-Chriſti: Sæviente in populos iſtorum tyrannide publica mortalitas invaleſcit. Urbes evacuantur Peſtilentiæ & Famæ, quæ ſuperveniunt univerſo orbi; nec diſſimulare poſſumus, aut tacere quod juxta verbum Apoſtoli, jam myſterium iniquitatis Anti-Chriſtus operatur, ut reveletur in tempore ſuo: abundat enim iniquitas & refrigeſcit caritas multorum. Optimus eſt, qui non eſt nimis malus. In argumentum adventus illius filii perditionis generaliter mundus in maligno poſitus eſt, deſævit morbus deſtilens, & edulitas invaleſcit. Legitur quod mors cum eo eſt, faciem ejus præcedit egeſtas: Nobis in Germana Germania hæc mala germinant univerſis. Heu! heu! Principes Aquilonis! vere ab Aquilone panditur omne malum.

Sed hoc malum Regi noſtro bene utenti convertetur in bonum: Nam Judex innocentiæ Deus faciet in proximo Judicium injuriam patienti, faciet miſericordiam Dominus Chriſto ſuo. Zelus Domini exercituum faciet hoc & ſcient omnes, quia ſunt reliquiæ homini pacifico. Domine in virtute tua lætabitur: Cadet autem impius in laqueum, quem tetendit & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet.

O rubigo animarum avaritia! O tinea cordium cupiditas! quæ ſic homines excæcaſti, ut Dei & Judiciorum ejus obliti, neque ſuæ parcerent animæ, neque famæ. Conſumetur quidem pecunia, ſed nota proditionis non delebitur. Tanti ſceleris immanitas derivabitur ad poſteros & in ungve adamantino hæc iniquitas ſcribetur. Filii plorationis æternæ non de fiſcali ærario, non de theſauris regalibus hæc accipiunt, ſed de patrimonio crucifixi, de ſuſtentatione pauperum, de viduarum lacrymis, de ſubſtantia religioſorum, de pupillorum alimentis, de dotibus virginum, de Eccleſiarum utenſilibus, de crucibus, de calicibus conſecratis. Quot ſolidos ſibi congregant, tot accumulant ſibi maledictiones, tot interminabiles cruciatus ſibi in die iræ terribilis theſaurizant. Quicquid ad decorem domus Dei venerandæ antiquitatis munificentia erogavit, nunc in explebilis avaritiæ hiatus abſorbet, ut hereditate poſſideant ſanctuarium Dei, & tot ſacrilegiis execrabiles fiant, quot in partibus occidentalis Eccleſiæ profanantur.

Exurge igitur homo Dei, exurgant & alii Patres conſcripti, quibus dati ſunt gladii ancipites in manibus eorum, ſuccurrite plagæ Eccleſiæ, arripiat judicium manus veſtra & evaginato linguæ gladio Zelum, quem Petrus in Ananiam & Saphiram, cenſus Eccleſiaſtici fraudatores exercuit, in publicos Eccleſiarum prædones & invaſores ſacrilegos exercete.

Rex illuſtriſſimus catenis carceralibus & fame torquetur. Ferrum pertranſiit animam ejus; ſedet enim in mendicitate & ferro & non eſt, qui moveatur ſuper contritione. Imo palleſcit jejunio ſpecioſa facies victualibus interdictis, virtusque corporis in robur animæ migratura, & vernans in facie decor, natura ſuccumbente, marceſcit.

Si qua ergo in vobis benignitas, ſi quod ſolatium caritatis, ſi quis reſpectus ad Chriſtum, ſi qua viſcera miſerationis, ſi qua memoria judiciorum Dei, excitetur in vobis piæ compaſſionis affectus. Aſcendite ex adverſo, curſumque tam deteſtabilis ſacrilegii cohibeat Pontificalis auctoritas, ne veſtri Principes malignentur in Sancta, ne diutius occidentales populi doloribus intabeſcant & fletu, ne de manu veſtra ſanguis innocens requiratur. Vale.

XXVI.

Diploma, Krafft deſſen dem Ertz-Biſchoff zu Mäyntz die Crönung derer Könige in Böheim gebühret, de Anno 1228. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. I. unter Chur-Mäyntz, pag. a.

XXVII.

Käyſers Friderici II. Lehn-Brieff vor Ertz-Biſchoff Sigfridum III. zu Mäyntz über die Abtey Lauris, de Anno 1232.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus ſecundus, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex; Romani Principis decus extollitur, & Auguſta Sedes Imperii decoratur, cum principatus in quibus conſiſtit & viget Imperium, in ſua dignitate, congrua proviſione reparat & conſervat, & illas ad eorum reparationem & conſervantiam perſonas eligit & præponit, quæ cum prærogativa Commiſſarum ſibi Eccleſiarum, dum ſuæ merito dignitates ſufficientes ad id, & acceptæ fore cenſentur; Univerſis igitur Imperii fidelibus, tam modernis, quam poſteris volumus eſſe notum. Quod nos conſiderantes tenuem ſtatum Eccleſiæ Lauriſenſis ab honore & nomine principatus proceſſu Temporis collabentem, ut non minus Imperio, quam ſibi deficere videatur: Attendentes inſuper, quod dilectum Principem noſtrum, Sifridum, venerabilem Archi-Epiſcopum Moguntinenſem, cujus grata ſervitia quotidie imperio præſtita noſtro conſpectui, cum multa gratitudine ſe præſentant: nec non per eandem Moguntinam ſedem velut obſequioſam ſemper imperio & noſtris honoribus efficacem ſervitium ejusdem principatus Imperio debitum, quod per ejusdem Eccleſiæ impotentiam nobis hactenus eſt ſubtractam, integre poterit exhibere. Aſſiſtente nobis & approbante dilecto filio noſtro, Henrico, illuſtri Romanorum Rege, ſemper Auguſto ſuper his providere volentes una cum deliberatione & conſilio Principum de innata providentia & noſtræ gratia Majeſtatis eundem Principatum Eccleſiæ Lauriſenſ. cum omni honore, Vaſallis, Miniſterialibus, Caſtris, oppidis, proventibus, juribus & pertinentiis ſuis ſicut ad nos & Imperium noſcitur pertinere eidem Moguntinæ Eccleſiæ, dicto Moguntino Archi-Epiſcopo & Succeſſoribus ſuis imperiali authoritate in perpetuum donavimus & conceſſimus, & nominatum Principem noſtrum venerabilem Moguntinum Archiepiſcopum præſentibus Principibus ſolenniter inveſtivimus in eadem Eccleſia Moguntina. Idem Moguntinus Archiepiſcopus & Succeſſores ejus amodo Principatum ipſum teneant & poſſideant, & ad honorem noſtrum & Imperii illum foveant & conſervent, ſalvo Jure, quod inde debetur imperio. Præſentis privilegii auctoritate mandantes, quatenus nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Scultetus, Advocatus miniſterialis nullave perſona ſublimis vel humilis, Eccleſiaſtica vel mundana contra præſentis donationis & conceſſionis noſtræ paginam auſu temerario venire præſumat; quod qui præſumſerit, ſciat ſe, præter indignationem noſtram, cui noverit ſe ſubjacere in ſuæ temeritatis vindictam centum libras puri auri compoſiturum, quarum medietas curiæ noſtræ, & reliqua parti paſſæ injuriam perſolvetur. Ad hujus itaque donationis & conceſſionis noſtræ memoriam & ſtabilem firmitatem præſens privilegium fieri fecimus & Bulla aurea Tipario noſtræ Majeſtatis impreſſo juſſimus communiri, hujus rei Teſtes ſunt B. Patriarcha Aquilegen: E. Salzburgenſis. A. Magdenburgenſis & B Panormitanus Archiepiſcopus. E Babenbergenſis. S. Ratisbonenſis, Imperialis Aulæ Cancellarius, & H. Wormatienſis Epiſcopi. A. Saxoniæ. O Moraviæ & B. Charintiæ Duces. C. Abbas S. Galli. H. Magiſter Teutonicorum, Memurdus Goitze A. de Scobenburg, H. de Waldenburg. M. de Mauleburg Comites. C. de Durne, G. de Budingen. G. &

G. & C. de Holloch. G. de Epstein. H. de Liebesberg. Richardus Camerarius & alii quamplures. Signum Domini Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, Hierusalem & Siciliæ Regis. Ego Sifridus Ratisbon. Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius, vice prædicti Domini Sifridi, venerabilis Archiepiscopi Moguntin. in Germania Archi-Cancellarii recognovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis. M. CCXXXII. Mense Aprilis, quinta Indictione. Imperante Domino nostro Friderico Secundo, Dei gratia Invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Jerusalem & Siciliæ Rege glorioſissimo, Anno Imperii ejus XII. Regni Jerusalem VII. Regni vero Siciliæ XXXIIII. feliciter Amen. Datum Aquilegiæ. Anno, Mense & Indictione prædictis.

XXIIX.

Des Röm. Königs Henrici, Käysers Friderici II. Sohns Diploma, vermöge dessen er die von seinem Herrn Vater Ertz-Bischoff Sigfrido III. zu Mäyntz gereichte Lehen über die Abtey Lauris confirmiret und approbiret, de Anno 1232.

HEnricus Romanorum Rex, Dei gratia, semper Augustus, universis imperii fidelibus, paginam hanc visuris, gratiam suam & omne bonum. Regali munificentiæ cedit ad gloriam, si dignis extollitur honoribus, si rerum amplificat incrementis sui cultores lateris, & suorum conscios secretorum. Hinc enim devotio pullulat in subjectis, & augetur numerus in devotis, multiplicante munificentia per exemplum, quicquid potuit per gratiam contulisse. Inde est, quod notum esse volumus universis nostris fidelibus, tam præsentibus, quam futuris; quod constitutus in præsentia nostra dilectus Princeps noster, Sifridus, Archiepiscopus Moguntinus, celsitudini nostræ supplicavit attente, donationem & concessionem principatus Laurissensis Ecclesiæ, cum omni honore, Vasallis, ministerialibus, castris, oppidis, proventibus, juribus & pertinentiis suis a Domino & patre nostro Friderico, invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Jerusalem & Siciliæ Rege, nobis præsentibus & consentientibus, laudabiliter sibi factam, & Ecclesiæ Moguntinæ, denuo ratam habere & conservare inviolabiliter deberemus. Nos igitur attendentes grata obsequia, quæ dicta ecclesia Moguntina nobis & progenitoribus nostris noscitur impendisse, considerantes etiam servita debita Imperio, quæ per impotentiam monasterii memorati ei hactenus sunt subtracta, per dictum Archiepiscopum & successores ejus posse congrue exhiberi concessionem & donationem prædictam, tanquam de assensu nostro factam, ratam habentes; præsentis regalis paginæ sancimus edicto, quatenus nulla persona, alta, vel humilis, Ecclesiastica, vel mundana ei ausu temerario contraire præsumat. Quod si quis attentaverit, præter indignationem, quam ex hoc incidet, quinquaginta libras auri se noverit compositurum, quarum medietatem Curiæ nostræ, alteram vero parti passæ injuriam volumus applicari, Testes hujus confirmationis nostræ sunt B. patriarcha Aquilegiensis. Datum apud Chindacum, anno Domini M. C. C. XXXII. quinto Calend. Maji, indictione V.

XXIX.

Käysers Friderici II. Confirmation aller und ieder Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Mäyntz, de Anno 123--

FRidericus Dei gratia in Romanorum Imperatorem Electus. Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ &c. Universis Christi fidelibus præsentes Litteras Inspecturis salutem in Auctore Salutis. Ut Ecclesiis & personis Ecclesiasticis maxime Principibus, & illis præcipue, qui pro nostra promotione res pariter & personas non dubitarunt exponere, non solum ea quæ ad ipsos pertinent libere & pacifice dimittamus, verum etiam eadem augmentare Regia Munificentia studeamus, & ipsa ratio persvadet & consideratio nostri adversarii nos inducit, qui propter facta contraria præcognitatus adversitatem hominum & offensam divinam non meruit sustinere. Quapropter nos multiplicia & devota obsequia, quæ dilectus amicus noster Sifridus Archiepiscopus Moguntin. & Apostolicæ Sedis Legatus nobis sub gravi periculo & labore ac immoderatis sumptibus & expensis impendit, diligentius attendentes, universis bonis, quæ vel Progenitores nostri, vel alii quicunque Imperatores ac Reges tenuerunt ab Ecclesia Moguntina, sive quæ alias occupabant de bonis eidem Ecclesiæ pertinentibus libere & absolute de bona & spontanea voluntate renunciavimus, & jam dicto Archi-Episcopo

Episcopo suisque Successoribus dimittimus pacifice & quiete imposterum possidenda, præterea universa Jura tam Ecclesiastica quam Secularia, & consuetudines approbatas, quæ idem Archi-Episcopus tam in Civitate Moguntina, quam oppidis & castris sibi subjectis habere consuevit, ut quæ ad eum pertinere noscuntur ei remittimus illibata, ut sine quolibet impedimento libere utatur eisdem, ut autem commodius & competentius omnia promissa debitum sortiantur Effectum volumus & jubemus, ut authoritate propria sæpe dictus Archi-Episcopus ea vendicet & in suam redigat potestatem. Acta sunt hæc præsentibus Dilectis nostris, Conrado, Metensi & Spirensi Episcopo, Imperialis Aulæ Cancellario. Ludolpho, Wormatiensi, & Henrico Argentinensi Episcopis. Wolffrano, Abbate de Wizenbure; Fridercio, Duce Lotharingiæ & aliis quam pluribus. Datum Hagenaw III. nonas Octobris, indictione quinta.

XXX.

Pabsts Innocentii IV. Breve an Ertz-Bischoff Sigfridum III. zu Mäyntz, worinn er ihm Vollmacht giebt des Stifft Lauris nach seinem Gutdünken mit einem neuen Orden zu besetzen, de Anno 1244.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Sifrido, archiepiscopo Moguntino, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum (sicut nobis exponere curavisti) felicis recordationis Gregorius Papa, prædecessor noster, intellecto, quod monasterium Laurissense, ordinis S. Benedicti, Moguntinæ diœcesis, erat in spiritualibus & temporalibus non modicum diminutum, propter malitiam inhabitantium, in eodem tibi dedisset suis literis in mandatis, ut monachis prorsus ab eo amotis, illud de Cistercienſi ordine reformares; tu mandatorum ipsius diligens extequutor, in eo conventum Cistercienſem introduxisti. Sed nonnulli perditionis filii, qui in reprobum sensum dati, Dei filios eo ferociores persequuntur, quo magis habentur dissimiles actibus eorundem, prædictos Cistercienses a præfato monasterio semel & secundo per violentiam ejecerunt. Ex quo monasterio ipso (non sine injuria Jesu Christi) dato pene in vastitatem, penitus in eo laudis non resonat vox divinæ, Quia vero nostræ solicitudinis dignoscitur interesse in ecclesiis, quarum vastitatem perversorum immanitas procuravit, festino remedio, ne pereant toraliter, succurramus; instituendi in eodem monasterio ipso Conventum regularium, seu etiam Canonicos seculares, prout tua providentia magis loco & patriæ noverit expedire, eis prioris conventus reditibus assignatis, liberam tibi, auctoritate præsentium, concedimus facultatem, Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Datum Lugduni 3. nonas Maji, Pontificatus nostri anno II.

XXXI.

Pabsts Innocentii IV. Privilegium vor den Dechant zu Maynz und alle seine Nachkommen, daß sie bey hohen Kirchen-Solennitäten eben dergleichen Mütze tragen mögen, wie der Probst und Cantor dasigen Dom-Capitels dabey zu tragen pflegten, de Anno 1245.

INnocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, Decano Moguntinensi, Capellano nostro salutem & Apostolicam benedictionem. Nostram & Apostolicæ sedis gratiam obsequiosa puritate fidei dudum multipliciter meruisti, ad hoc semper invigilans, omnem a te propellendo formidinem, quod sub experientia laborum gravium ejusdem sedis ampliare posses honorem. Ut autem ex hujusmodi meritis cordi tuo gaudium, & aliis devotionis producatur exemplum, tibi & successoribus tuis, quod in ecclesia Moguntina in præcipuis solennitatibus, in celebratione divinorum, uti perpetuo mitra possitis, qua Præpositus & cantor ejusdem Ecclesiæ, uti dicuntur, autoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere. Datum Lugduni, 4. nonas Augusti, Pontificatus nostri anno 3.

XXXII.

Des Probsts und gantzen Convents der Abtey zu Lauriß Erklärung, worinnen sie sich dem Ertz-Stifft Maynz völlig unterworffen, de Anno 1247.

UNiversis Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris: Præpositus & Conventus monasterii Laurissensis, Præmonstratensis ordinis, Moguntinensis diœcesis, devotas orationes

in Chriſto. Quoniam venerabilis Pater, Dominus Sifridus, Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, de conſilio & conſenſu Capituli Moguntini, autoritate Apoſtolica nos inſtituit in monaſterio Lauriſſenſi, aſſignatis nobis proventibus competentibus & honeſtis, quibus & contenti ſumus; videlicet prioris conventus reditibus univerſis & officiorum ejusdem: Ratione inſtitutionis hujusmodi, ac ideo quia locus noſter in diœceſi Moguntina conſiſtit, nos, & locum noſtrum ſubjicimus, & ſubjectos recognoſcimus eccleſiæ Moguntinæ, dicto domino Archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus univerſis, juxta quod inſtitutionis noſtræ privilegio continetur. Porro cum imperialis autoritas, pariter & regalis de conſilio & aſſenſu Principum, Lauriſſenſis Eccleſiæ principatum cum omni honore, vaſallis, miniſterialibus, caſtris, oppidis, proventibus, juribus & pertinentiis ſuis, eccleſiæ Moguntinæ ex certis & legitimis cauſis duxerit uniendum, ſecundum in Imperiali & Regali privilegiis proſpexerimus contineri. Nos in principatu ipſo & cunctis pertinentiis recognoſcimus eccleſiam Moguntinam, Dominum Sifridum archiepiſcopum & ſucceſſores ejusdem, jus firmum & ſtabile obtinere, & ſuper his nunquam movebimus, vel alii ſucceſſores noſtri movebunt aliquatenus quæſtionem. Sin autem ex inſtitutione noſtra, ratione monaſterii Lauriſſenſis, nobis vel ſucceſſoribus noſtris in principatu ipſo vel præſcriptis bonis & juribus attinentibus Abbatiæ eſſet juris aliquid acquiſitum, illi renunciavimus, & damus & concedimus id idem eccleſiæ Moguntinæ archiepiſcopis, qui cum tempore fuerint, obtinendum; cum ad reformandum & manutenendum principatum eundem in ſuis juribus & honore ſimus penitus impotentes, nosque talia poſſidere ordinis noſtri prohibeant inſtituta. In cujus facti memoriam & perpetuam firmitatem præſentes literas conſcribi fecimus, & eccleſiarum S. Petri & S. Stephani Moguntinenſium, noſtroque & de omnibus ſanctis Argentinenſis diœceſis ſigillorum munimine roborari. Actum Moguntiæ, anno Domini M. CC XLVII.

XXXIII.

Diploma Donationis, Krafft deſſen Abt Otto zu S. Diſibodi im Ertz-Stifft Maynz eine Pfarr-Kirche zu Oſternacht mit dem Jure Patronatus und allen Pertinentien dem Ertz-Stifft Maynz geſchencket, de Anno 1254.

REverendis ac dilectis in Chriſto, Præpoſito, Decano, totique Capitulo Moguntino, Otto abbas & conventus S. Diſibodi, ordinis S. Benedicti, Moguntinæ Diœceſis, cum filialis devotionis affectu paratam ad obſequia voluntatem. Cum decorem eximiæ honeſtatis veſtræ Eccleſiæ, matris noſtræ, quæ inſignis effulget, & mirifici ſplendore operis excellentia dignitatis, paucitas miniſtrorum obfuſcet, cupientes in aliquo, prout filialis devotionis compaſſione tenemur, deformitatem hujusmodi defectus redimere, ac unius ſaltem objectione miniſtri chori veſtri, miniſterium redimere: Ecce Eccleſiam parochialem in Oſternacht, veſtræ Diœceſis, cujus collocatio ad nos ſpectat cum jure patronatus & univerſis pertinentiis ſuis, quas paſtor huc usque percipere conſuevit, ſalvis aliis, quæ Eccleſia noſtra in ipſa villa habet & habuit, de Conſenſu unanimi liberaliter ſic donamus, ut, cum eam primo vacare contigerit, univerſos proventus ipſius, quæ ſuper competentes præbendam perpetui vicarii ejusdem eccleſiæ, per vos deinceps inſtituendi, ſupereſſe poterunt, ad præbendam perpetui Vicarii in veſtra eccleſia, nomine noſtræ eccleſiæ ſerviturі, totaliter convertatis. Itaque quod ego Otto & mei ſucceſſores Abbates, vicariam ipſam ſemper libere conferamus perſonæ honeſtæ & choro utili ſacerdoti, qui, prout alii Eccleſiæ veſtræ Vicarii, choro debito ſervitio & Decano obedientia ſit adſtrictus. In cujus facti memoriam & perpetuam firmitatem præſentes literas ſigillis noſtris duximus roborandas. Actum anno Domini M. CC. LIV.

XXXIV.

Diploma, vermöge deſſen Abt Gottſchalck zu St. Jacob vor Maynz dem Dom-Capitul des Ertz-Stiffts Maynz die Parochie zu Schornsheim mit ihren Einkünfften, zu Verbeſſerung deſſen in Abnehmen gerathenen Præbenden, geſchencket, de Anno 1254.

HOnorandis viris & dilectis in Chriſto, Præpoſito, Decano, totique Capitulo Moguntino, Godeſcalcus Dei gratia Abbas, totusque conventus monaſterii S. Jacobi Moguntinenſis, orationum munus & paratam ad obſequia voluntatem. Cum ad mentem reducimus debita medi-

meditatione, quam liberalis, quam magnifica exſtiterit tempore ſuæ opulentiæ eccleſia Moguntina circa nos & alias eccleſias, quæ de viſceribus ejus prodeuntes, per eam in multa rerum temporalium ſunt ubertate plantatæ atque fundatæ; vix quicquam excogitare poſſumus, unde eidem vicem debitam impendere valeamus. Ut tamen ad revelationem matris inopiæ, cui nos occaſione negotii eccleſiæ, turbatio terræ generalis involvit, aliquid ſaltem minutum noſtra tenuitas offerat, ſicque filialis fervor devotionis & debitæ in nobis compaſſionis effectus clarius eluceſcat; ecce eccleſiam parochialem in Schornheim veſtræ Diœceſis, cujus collatio ad nos ſpectat cum jure patronatus & univerſis proventibus, in augmentum præbendarum veſtrarum vobis & veſtris ſucceſſoribus voluntate concordi & animo liberali in perpetuum donamus poſſidendam. Itaque quod cum primum illam vacare contigerit, ipſam veſtris communibus uſibus applicetis. In cujus facti memoriam æternam & perpetuam firmitatem præſentes literas vobis donamus noſtrorum ſigillorum munimine roboratas. Actum anno Domini M. C.C. LIV. in die beati Barnabi Apoſtoli.

XXXV.

Pabſts Alexandri IV. Breve an Ertz-Biſchoff Gerardum I. zu Maynz, daß er, bey Straffe des Bannes, den Enckel Kayſers Friderici II. Conradum, insgemein Conradinum genannt, nicht zum Röm. Kayſer erwehlen helffen ſolle, de Anno 1256.

ALexander IV. Servus ſervorum Dei, venerabili fratri Gerhardo, Archiepiſcopo Moguntino ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Intelleximus, quod inſtat tempus electionis celebrandæ de Rege, in Imperatorum poſtmodum promovendo: ſuper quo tanto propentior adhibenda eſt diligentia & cautela, quanto altius & difficilius eſt negotium, quod geritur in hac parte; quantoque res, ſi aliqua in ea interveniret negligentia ſeu improvidentia, vel deſidia, deteriorem habere poſſet effectum, & exitum noxiorem. Unde hic vehementer vigilandum eſt, hic perſpicaciter intuendum, hic conſiderandum prudenter, hic mature deliberandum, hic provide præcavendum, hic aperiendi ſunt oculi, hic habendæ ſunt aures intente, hic mens eſſe debet non rudis & torpida, ſed diligens pervigil & conſulta; Ubi de Advocato Eccleſiæ agitur, de ipſius defenſore tractatur; ne pro Advocato impugnator, & pro defenſore aſſumatur vel eligatur offenſor. Quare undique ſummæ cogitationis præferenda eſt acies & circumquaque diſtricta explorandum indagine, ut talis, cooperante domino, reperiatur & eligatur, qui fidelis & devotus exiſtat, & de proſapia proceſſerit devotorum; ac idoneus & ſufficiens merito reputetur ad obtinendum tanti honoris culmen & imperii regimen exercendum.

Qualiter autem quondam Fridericus, olim Romanorum Imperator, & ſui progenitores & poſteri erga matrem Eccleſiam ſe geſſerint, & qualem ei retributionem de beneficiis ab ipſa perceptis impenderint, patens eſt, & cognitum toti orbi; quoniam ii, aliorum perſecutorum excedentes tyrannidem, gravioribus eam affecerunt injuriis & oppreſſionibus durioribus affixerunt, & velut in cædem & exterminium ejus tendentes, furoris arcum, & feritatis gladium acuentes, diris illam ubilibet tribulavere flagellis, & usque ad interiora profundis illatis vulneribus ſauciarunt. Nam in hoc pravo genere, patrum in filios cum ſanguine derivata malitia ſicut carnis propagatione, ſic imitatione operum nati genitoribus ſucceſſerunt. Ex quo liquido perpendi poteſt & conjici, ſi ex ipſo aliquæ poteſtatis reliquiæ remanſerunt, quid ſperandum ſit in futurum de illis, quid in poſterum expectandum: vita namque & geſtu prædeceſſorum perverſa, iniquitatem prænuntiant Succeſſoris, nec horribilis & Sceleſta illorum memoria quicquam boni de ipſorum poſteritate credere & ſperare permittit: de colubro quidem egreditur regulus, & arbor mala noxios fructus profert, pravumque principium nunquam bonum pollicetur effectum.

Et ideo de Conrado puero, nato quondam Conradi prædicti Friderici filii eſt præcavendum omnino, ne ullo modo intendatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maxime cum propter infantiam, nimiumque defectum ætatis ſit ad iſta prorſus inhabilis ac in eligibilis puer ipſe, nec jus, quod ex electione provenire vel conſurgere conſuevit, ſibi poſſet competere, nec in ſua cadere vel retineri perſona, cum propter puerilem ætatem, quæ diſcretione caret, & legitimum conſenſum, vel diſſenſum non habet, electioni, ſi de ipſo fieret, conſentire non poſſet, nec ipſius conſenſus aliquam haberet efficaciam vel vigorem. Et ex eo etiam idem puer in Regem eligi, vel nominari non debet, quia cum per electionem hujusmodi de Advocato vel defenſore idoneo debeat Eccleſiæ provideri, & ipſe puer

ſit omnimodo ineptus & inutilis ad talis defenſionis officium ſeu miniſterium exequendum, oporteret eandem Eccleſiam, ſi contigeret eligi dictum puerum, manere diutius, non absque gravibus forte diſpendiis, defenſionis commodo deſtitutam. Nec per hoc etiam conſuletur amplo & ſpacioſo regno Theutoniæ de Rege, vel rectore condigno, cum male poſſit alios regere, qui non novit gubernare ſeipſum: nec bene vel digne aliorum gubernaculo præeſſe valeat, qui regimine deducitur alieno, & cui propter tot patentes defectus neceſſaria eſt alterius cuſtodia & tutela, propter quod regnum ipſum longo tempore, non ſine multo diſcrimine ſub opportuni regiminis expectatione langueret.

Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus & hortamur attente, ac per Apoſtolica tibi Scripta in virtute obedientiæ ſub debito fidelitatis, quo nobis & Eccleſiæ Romanæ teneris ac ſub pœna excommunicationis quam ex nunc in te proferimus, diſtricte præcipiendo mandamus: quatenus præfatum Conradum puerum nullatenus in Regem nec nomines, neque conſentias in eundem: ita quod excommunicatus exiſtas, ſi contra mandatum noſtrum facere, vel venire præſumpſeris, & eundem Conradum nominaveris vel elegeris aut in ipſum conſenſeris, ſeu opem, vel operam, conſilium, auxilium vel favorem, ut eligatur impenderis. Scias te priùs excommunicatione ligatum. Aliud vero Coelectoribus tuis, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus autoritate noſtra firmiter inhibeas, ne ipſum ad hoc nominent vel eligant, nec in eum conſentiant, promulgando eadem autoritate in eos excommunicationis ſententiam, ſi contra hanc tuam inhibitionem venire tentaverint, imo noſtram. Ita quodſi eum nominare, vel eligere, aut in ipſum conſentire præſumpſerint, noſcant ſe prius excommunicationis vinculo innodatos, ut ex hoc ipſo, ſi de prædicto puero quicquam in hac parte attentatum fuerit, ſit prorſus vacuum, irritum & inane.

Mandatum itaque, ac præceptum ſuper hoc Apoſtolicum ſic fideliter, ſapienter & efficaciter adimplere ſtudeas omne Imperii culmen poſtea evehendo gravis curæ ſuſcipiendo opem & operam adhibens, ut aliquis fide clarus, & devotione ſincerus, cui ad id ſuffragentur merita, eligatur, quod ex iis nos, & Romanam Eccleſiam tibi & Eccleſiæ tuæ arctius obliges; nosque lætari poſſimus, id quod in hoc intendimus, tuo ſolerti ſtudio ſalubriter proveniſſe.

Ad hæc nihilominus in omnes Electores, qui memoratum puerum ad hoc nominare, vel eligere, ſeu in ipſum conſentire, aut opem vel operam, conſilium, auxilium, vel favorem, ut eligatur, dare præſumpſerint, excommunicationis ſententiam promulgamus, quam per te, antequam ad nominationem vel electionem aliquam procedatur, reliquis tuis Coelectoribus præcipimus nuntiari; quod ſi non feceris, eo ipſo te noveris laqueo excommunicationis aſtrictum. Datum Anagniæ V. Kalendas Auguſt. anno 2.

Nota: Eadem verborum conceptæ forma literæ, ut in Regeſto ſubditur. Trevirenſi & Colonienſi Archiepiſcopis miſſæ fuere.

XXXVI.

Ertz-Biſchoffs Gerardi I. Biſchoffs zu Maynz Diploma, Krafft deſſen er auff der Neuſtadt zu Oppenheim einen Parochum eingeſetzt, de Anno 1258.

GErardus, Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archi-Cancellarius. Cum ad mandatum ſereniſſimi Domini noſtri, Romanorum Regis illuſtris, per antiquiores & meliores incolas (revelatis antiquis & veris limitibus, qui Moguntinam diœceſin à Wormacienſi diſtinxerunt, quanquam per ignaviam fuiſſent in parte convulſi) exſtiterit liquido declaratum, quod nova civitas in Oppenheim in noſtra ſit diœceſi conſtituta, ac populos civitatis ejusdem numero & autoritate in tantum excreverit (Domino adaugente (quod ipſam deceat imo expediat, ob animarum ſalutem, ſingularis ac proprii rectoris regimine gubernari. Nos de conſilio & conſenſu capituli noſtri & præpoſiti S. Victoris Archidiaconi loci, eccleſiam S. Catharinæ in ipſa civitate fundatam, in parochialem eccleſiam eligimus, facimus & creamus, ipſamque jure & honore parochialis eccleſiæ inſignimus: concedentes eidem, ut proprii baptiſterii uſum habeat pro ſuis parvulis baprizandis, nec non cœmiterium ſpeciale ad commodum ſepulturæ: Juratos etiam habeant & ordinent ſpeciales, qui ea, quæ ſunt juris ſpiritualis, promoveant & disponant. In hujus facti teſtimonium ac debitam firmitatem præſens ſcriptum noſtri, & capituli noſtri ac præpoſiti S. Victoris præfati ſigillis fecimus communiri. Datum Moguntiæ V. nonas Julii, anno Domini M. CC. LVIII.

XXXVII.

Diploma, vermöge deſſen Abt Petrus zu Schornheim die Parochie zu Gentzingen mit allen ihren Einkünfften dem Dom-Capitul des Ertz-Stiffts Maynz geſchencket, de Anno 1265.

REverendis ac dilectis in Chriſto, præpoſito ac Decano, totique capitulo eccleſiæ Moguntinæ, Petrus, Dei gratia electus & confirmatus in abbatem monaſterii Sponheim, ſalutem & cum obſequio devotas orationes in Chriſto. Ut per noſtræ ſubventionis auxilium (qua matri noſtræ digne ac reverenter adeſſe tenemur) præbendarum veſtrarum tenuitas in aliquo relevetur, & per vos etiam beato Martino Patrono noſtro reverentiam impendamus, eccleſiam parochalem in Gentzingen, Moguntinenſis diœceſis, cum jure patronatus, ac univerſis pertinentiis & reditibus ſuis, quos Paſtor ipſius eccleſiæ conſvevit huc usque percipere, de conſenſu venerabilis patris, domini noſtri Wernheri Archiepiſcopi Moguntini, & totius conventus noſtri vobis conferimus in perpetuum obtinendam, ita, quod cum primum eam vacare contigerit, proventus ipſius communibus veſtris uſibus libere perpetuo applicetis. Relicta tamen de proventibus ejusdem eccleſiæ certa & congrua portione, de qua perſona in ipſa eccleſia Gentzingen, Deo perpetuo ſervitura & per vos inſtituenda, honeſte valeat ſuſtentari. In cujus facti memoriam & perpetuam firmitatem præſentes literas vobis damus, noſtro & conventus noſtri ſigillorum munimine roboratas. Actum anno Domini M. CC. LXV. VII. Idus Julii.

XXXIIX.

Ertz-Biſchoffs Wernheri zu Maynz Confirmation des Schenckungs-Brieffs über die Parochie zu Gentzingen an das Dom-Capitul zu Maynz, de Anno 1265.

WErnherus, Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, dilectis in Chriſto, Præpoſito, Decano, totique capitulo Moguntino ſalutem in Domino. Juſtis petentium deſideriis grato nos decet conſenſu occurrere & eadem ſtudioſe proſequi, in quantum facultas ſuppetit effectui mancipare. Veſtris igitur precibus inclinati, donationem eccleſiæ in Gentzingen, quam nobis in augmentum præbendarum veſtrarum dilecti in Chriſto, abbas & conventus in Sponheim, noſtræ diœceſis monaſterii, liberaliter & benigne fecerunt (ſicut in eorum ſcripto continetur, inde confecto) gratam plurimum habentes & ratam, præſentis ſcripti teſtimonio confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Dei omnipotentis & beati Martini, ac noſtræ excommunicationis ſententiam noverit incurriſſe. Datum Moguntiæ anno Domini M. C. C. L. XV. X. Cal. Octobris.

XXXIX.

Käyſers Rudolphi I. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Cleriſey in Teutſchland, ſo er auff Veranlaſſung Ertz-Biſchoffs Wernheri zu Mäyntz ertheilet, de Anno 1275.

RUdolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Imperii Romani fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, gratiam ſuam & omne bonum. Noverint univerſi, nos Litteras claræ memoriæ Domini Friderici ſecundi Romani Imperatoris vidiſſe ſub Bulla aurea ſub hæc verba: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus ſecundus, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex. Si grata fidelium noſtrorum obſequia dignis retributionibus compenſamus, tanto benevole dilectorum principum noſtrorum debemus petitiones admittere, quantum ipſi in partem noſtræ ſollicitudinis & honoris aſſumpti nobis erga promotionem Imperialis excellentiæ tam fideliter, quam efficaciter obſequuntur. Univerſis igitur imperii noſtri fidelibus tam præſentibus, quam futuris volumus eſſe notum, quod conſtitutus in præſentia noſtra S. venerabilis Moguntin. Archiepiſcopus Princeps noſter privilegium quoddam olim in Teutonia, in favorem dilectorum principum noſtrorum Eccleſiaſticorum a celſitudine noſtra indultum nobis oſtendit, ſupplicans ut privilegium ipſum innoveri de gratia noſtra manda-

mandaremus, ipſum & ea quæ in ipſo continentur expreſſius authoritatis noſtræ munimine confirmantes. Cujus privilegii talis eſt Tenor: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus ſecundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ. Omnibus in perpetuum digna recolentes animadverſione, quanta Efficacia & fides dilecti noſtri Principes Eccleſiaſtici nobis hacterius aſtiterint, ad culmen imperii nos promovendo, promotos in ipſo firmando, & demum filium noſtrum Henricum in Regem ſibi & Dominum benevoli & concorditer eligendo, cenſuimus eos per quos promoti ſumus ſemper promovendos, & per quos firmati ſumus, una cum ipſorum Eccleſiis ſemper fore noſtra defenſione contra noxia quæque firmandos. Igitur quia in eorum gravamina quædam, conſvetudines, & ut verius dicamus abuſiones ex longa perturbatione Imperii, quæ per Dei gratiam quievit & quieſcet, inoleverant in novis Teloneis, in monetis, quæ ſe invicem ex ſimilitudinibus imaginum deſtruere conſveverant, in gverris advocatorum ex aliis malis, quorum non eſt numerus. Statutis quibusdam eidem abuſſionibus obviamus, primo promittentes, quod nunquam deinceps in morte cujusquam Principis Eccleſiaſtici reliquias ſuas fiſco vendicabimus, inhibentes etiam, ne Laicus quisquam aliquo prætextu eas ſibi vendicet, ſed cedant ſucceſſori, ſi anteceſſor inteſtatus deceſſerit. Cujus teſtamentum, ſi quod inde fecerit volumus eſſe ratum. Item nova telonia & novas monetas in ipſorum territoriis, ſive Jurisdictionibus, eis inconſultis, ſeu nolentibus, non ſtatuemus de cætero, ſed antiqua telonia & jura monetarum eorum Eccleſiis conceſſa inconvulſa & firma conſervabimus & turbemur, nec ipſi ea infringemus, nec ab aliis lædi permittemus, modis aliquibus, utpote monetæ turbari & vilificari ſimilitudinibus imaginum, quod penitus prohibemus. Item Homines quocunque genere ſervitutis ipſis attinen. quibuscunque cauſis ſe ab eorum obſequiis alienaverint, in noſtris civitatibus non recipiemus in eorum præjudicium, & idem ab ipſis inter ſe, eisque ac aliis laicis omnibus univerſaliter volumus obſervari. Item ſtatuimus, ne quis Eccleſiam aliquam in bonis ſuis damnificet, occaſione advocati eorundem bonorum, ſi damnificaverit, damnum in duplo reſtituat, & centum Marcas argenti Cameræ noſtræ ſolvat. Item ſi aliquis eorum Vaſallum ſuum, qui ſorte cum oſtendit, jure feudali convenerit, & ſic feudum evicerit, illud ſuis uſibus tuebimur, & ſe ipſe feudum de bona & liberali ſua voluntate nobis conferre voluerit, recipiemus, amore vel odio non obſtante, quocunque autem modo, ſive etiam ex more infeudati Principi Eccleſiaſtico feudum aliquod vacare contigerit, illud authoritate propria imo violentia nullatenus invademus, niſi de bona voluntate liberalique conceſſione ſua poterimus obtinere. Scilicet eum effectum ſuis uſibus ſtudebimus defenſare. Item, ſicut juſtum eſt, excommunicatos eorum, dum cauſam ab ipſis viva voce vel per litteras eorum, vel per honeſtos nuntios fide dignos nobis denunciati fuerint, vitabimus, & niſi prius abſolvantur, non concedemus eis perſonam ſtandi in judicio. Sic diſtingventes, quod excommunicatio non eximat eos a reſpondendo impetentibus, ſed ſine advocatis perimat autem in eis jus & poteſtatem ferendi ſententias, teſtimonia & alios impetrandi, & quia gladius materialis conſtitutus eſt in ſubſidium gladii ſpiritualis, excommunicationem, ſi excommunicatus in ea ultra ſex ſeptimanas perſtitiſſe prædictorum modorum aliquo nobis conſtiterit, noſtra proſcriptio ſubſequetur non revocanda, niſi prius excommunicatio revocetur, ſic utique aliisque modis omnibus juſto videlicet & efficaci judicio ipſis prodeſſe atque præeſſe firmiter compromiſimus & ipſi verſa vice, fide data promiſerunt, quod contra omnem hominem, qui tali noſtro judicio ipſis exhibendo violenter reſtiterit, nobis pro viribus ſuis efficaciter aſſiſtant; item conſtituimus, ut nulla ædificia, caſtra videlicet ſeu Civitates in feudis Eccleſiarum vel occaſione advocatiæ, vel alio quoque prætextu conſtruantur, & ſi quæ forte ſunt conſtructa contra voluntatem eorum, quibus fundi attinent, diruantur regia poteſtate. Item inhibemus ad imitationem Avi noſtri, fœlicis memoriæ Imperatoris Friderici, ne quis officialium noſtrorum in civitatibus eorundem Principum jurisdictionem aliquam ſive in Teloneis, ſive in monetis, ſeu in aliis officiis quibuscunque ſibi vendicet, niſi per octo dies ante curiam noſtram ibidem publice indictam, & per octo dies poſtea finitam. Nec etiam per eosdem dies in aliquo excedere præſumant jurisdictionem Principis & conſvetudines civitatis. Quotiescunque autem ad aliquam civitatem eorum acceſſerimus, ſine nomine publicæ curiæ nihil in illa juris habeant, ſed princeps & Dominus ejus plena in ea gaudeat poteſtate. Sane quanto fidem ampliorem prædictorum Principum circa nos intelleximus, tanto excellentius eorum profectibus ſemper intendimus proſpicere. Et quomodo acta hominum oblivio inimica memoriæ

moriæ per longum temporum evolutionem ſepelire ſolet, diligentia vigilantiori adhibita hæc noſtræ gratiæ beneficia Eccleſiis impenſa perpetuari volumus, ſtatuentes, ut hæredes noſtri & Succeſſores Imperio ea rata conſervent, & exequantur & faciant, in ſubſidium Eccleſiarum a Laicis univerſaliter obſervari, & ut futuris innoteſcant, & a præſentium non excidant memoria, ſive notitia, ea fecimus huic paginæ annotari, & paginam ſubnotationis nominum eorum, qui interfuerunt, Principum &c. & Sigilli noſtri munimine inſigniri. Teſtes hi ſunt: Sifridus, Moguntinus Archiepiſcopus, Theodoricus, Treverenſis Archiepiſcopus, Engelbertus, Colonienſis Archiepiſcopus, Albertus, Magdenburgenſis Archiepiſcopus. C. Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius E. Babenburgenſis Epiſcopus. G. Ratisbonenſis Epiſcopus. Hartwicus, Eyſtetenſis Epiſcopus. Henricus, Wormatienſis Epiſcopus, Otto, Trajectenſis Epiſcopus, Theodoricus Monaſterien. Epiſcopus, Hubardus Leodienſis Epiſcopus, Engelhardus, Nuwenburgen. Epiſcopus, H. Baſileenſis Epiſcopus, H. Havellbergenſ. Epiſcopus, & alii quam plures. Ego Conradus Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Moguntini Archiepiſcopi & totius Germaniæ Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis milleſimo, ducenteſimo, viceſimo, indictione nona, regnante Domino Friderico ſecundo, Romanorum & Siciliæ Rege glorioſo, anno regni ejus in Germania octavo, in Sicilia vero viceſimo tertio. Datum apud Francfurt, ſexto Kal. Maji indictione præſcripta. Nos igitur ipſius Archiepiſcopi precibus annuentes, conſideratis ipſius gratis obſequiis, quæ nobis, chariſſimo filio noſtro, Regi Romano um illuſtri, & Imperio ſemper exhibuit & exhibere poterit in futurum, in favorem ipſius prædictum privilegium Innovari præcepimus, ea quæ in ipſo continentur in perpetuum confirmantes. Statuimus igitur & præſentis privilegii authoritate ſancimus, quatenus amodo nulla perſona eccleſiaſtica vel ſæcularis, alta vel humilis huic noſtræ confirmationi aliquatenus contraire præſumat. Quod qui præſumpſerit, quinquaginta Librarum auri pœna plectatur, medietate parti ipſius Archiepiſcopi, & altera medietate fiſco noſtro ſolvenda, ad hujus autem rei memoriam & robur perpetuo valiturum præſens privilegium fieri, & Bulla aurea Tipario noſtræ Majeſtatis impreſſa juſſimus communiri. Hujus rei Teſtes ſunt, E. Babenburgen. & H. Eyſtetenſis Epiſcopi, Marchio de Baden, Comes N. de Orttenburg & alii quam plures. Signum Domini Friderici ſecundi, Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis Magnifici. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo quarto, Menſis Novembris, indictione octava, imperante Domino noſtro Friderico, Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem & Siciliæ Rege, Anno Imperii ejus quarto decimo, Regni Hieruſalem nono, regni vero Siciliæ triceſimo ſexto fœliciter Amen, Datum Togiæ, Anno, Menſe & Indictione præſcriptis. Nos igitur devotis, venerabilis Wernheri Archiepiſcopi Moguntini Principis & Archi-Cancellarii noſtri chariſſimi precibus inclinati, ad imitationem divorum Imperatorum & Regum Romanorum, prædeceſſorum noſtrorum illuſtrium, omnia & Singula prænotata excepto illo Articulo de proſcriptione contra excommunicatos, prout ſuperius eſt expreſſum, quem maturiori Conſilio definiendum duximus reſervandum, de benignitate regia & ex certa ſcientia liberaliter innovamus, approbamus & confirmamus, & hujus ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, approbationis & confirmationis infringere vel eidem auſu temerario contraire, quod qui facere forte præſumpſerit, gravem noſtræ indignationis offenſam ſe noverit incurſurum, in cujus rei Teſtimonium & munimen præſens ſcriptum exinde conſcribi & noſtræ Majeſtatis Sigillo juſſimus communiri. Datum Spiræ, tertio Idus Martii, indictione tertia, Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo quinto, Regni vero noſtri Anno ſecundo.

XL.

Kauff-Brieff, vermöge deſſen Heinrich von Sponheim das Schloß Böckelnheim mit allen Pertinentien an Ertz-Biſchoff Wernherum zu Mäyntz vor 1400. Marckheller überlaſſen, de Anno 1278.

EGo Henricus, nobilis vir, natus quondam Simonis Comitis de Sponheim, tenore præſentium publice recognoſco, & ad notitiam univerſorum cupio pervenire, quod caſtrum meum Beckelnheim cum villis caſtrenſibus, jam feudalibus, ibidem caſtrenſi feudo, & octo-

ginta marcarum reditibus de conſenſu Cunegundis uxoris meæ, cui idem caſtrum propter nuptias in donationem exſtitit aſſignatum, communicata manu vendidi Domino meo, Wernhero, Archiepiſcopo & eccleſiæ Moguntinæ in proprietatem perpetuo poſſidendum, pro M. C. C. C. C. marcis denariorum Aquinenſium, ſolvendis in certis terminis, conſtitutis mihi fidejuſſoribus pro eisdem, prout in literis ipſius domini Archiepiſcopi ſuper ea confectis plenius continetur, promittens Archiepiſcopum & eccleſiam ſupra dictos de caſtro & bonis ejusdem per anni & unius diei ſpacium, prout juſtum & conſvetum fuerit werendare. Et quia præfatus Dominus Archiepiſcopus pro CC. marcis monetæ prædictæ me acquiſivit in caſtrenſem ſuum & Eccleſiæ Moguntinæ apud Olmenam vel Bingiam, data mihi optione, in loco iſtorum reſidentiam eligendi, profiteor & proteſtor, quod ipſas ducentas marcas, poſtquam mihi fuerint perſolutæ, in bona ſita apud Olmenam vel Bingiam, de quibus reditibus XX. mracarum habere poterunt annuatim, convertere teneor, vel de bonis meis quæ jure proprietatis poſſideo XX. marcarum reditus demonſtrare eidem Domino Archiepiſcopo, recipiendos ab ipſo & eccleſia Moguntina, nomine caſtrenſis feudi, & tenendos. Præterea ſi ante dictum dominum Archiepiſcopum occaſione mei gverram habere contigerit, cum Johanne Comite de Sponheim fratre meo, fratrique in proſecutione juris mei adſtiterit, nullam prorſus compoſitionem ab ipſo comite acceptabo, abſque ſcitu ejusdem Domini Archiepiſcopi & conſenſu. Et hoc mihi promiſit ſimiliter ſe facturum. In cujus teſtimonium & certitudinem firmiorem præſentes conſcribi literas, & ſigilli mei feci munimine communiri. Ego quoque Cunegundis uxor nobilis antefati, proprio ſigillo carens, in teſtimonium & evidentiam mei conſenſus, ipſas literas ſigillo Lucardis, matris meæ petii ſigillari. Datum & actum Moguntiæ anno Domini M. CC. LXXVIII. VIII. Calend. Auguſti.

XLI.

Einung zwiſchen Ertz-Biſchoff Wernhero zu Mäyntz und Henrico, Grafen von Veldentz, daß ſie einander wider ihre Feinde beyſtehen wollen, de Anno 1280.

EGo Henricus, Comes Veldentiæ, notum facio univerſis, quod reſpectu fidelitatis, qua tenetur Eccleſiæ Moguntinæ, cujus dapifer ac vaſallus exiſto, & a qua habeo larga feuda, deſiderans in ejusdem eccleſiæ devotione & obſequio perpetuo manere, promitto bona fide pro me & meis hæredibus, qui in Comitatu Veldentiæ mihi ſuccedere debent, quod ego & hæredes mei prædicti domino Wernhero Archiepiſcopo & Eccleſiæ Moguntinæ contra injuriatores eorum quoscunque auxilium præſtabimus & perpetualiter aſſiſtemus. Quod & ipſe Archiepiſcopus mihi & meis hæredibus promiſit facere vice verſa, prout in literis ſuis patentibus plenius continetur. In cujus rei teſtimonium evidens & perpetuam firmitatem ſigillum meum duxi præſentibus appendendum. Datum & actum anno Domini M. C. C. LXXX Calend. Septembris.

XLII.

Käyſers Rudolphi I. Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Wernhero zu Mäyntz und denen Grafen zu Sponheim, wegen des Schloſſes Böckelnheim, de Anno 1281.

RUdolphus, Dei gratia Rex Romanorum ſemper Auguſtus, notum facimus univerſis ac ſingulis has literas lecturis, aut legi audituris, quod nos omnem diſcordiam, litem & contentionem, quæ fuerunt inter dilectos principes noſtros, Wernherum, Archiepiſcopum Moguntinum, eccleſiam ſuam, Henricum fratrem Comitis de Sponheim, cum omnibus amicis, & auxiliariis eorum partibus ex altera, complanavimus, concordavimus & pacificavimus integraliter, perfecte ac in perpetuum, ſuper omnibus factis commiſſis & perpetratis, in toto tempore illo, quo diſcordia inter eos cœpit & duravit, in hunc modum; Imprimis caſtro Bekelnheim, caſtrenſibus hominibus & bonis, quæ præfatus Archiepiſcopus emerat, ſicut habetur in literis diviſionis inter Comitem Johannem & Henricum fratrem ejus factæ, renunciavit prædictus comes Johannes cum uxore & fratre ſuo Euerhardo, pro ſe, & cunctis hæredibus ſuis, coram nobis in perpetuum: debetque meo judicio, ſub quo dicta bona conſtare noſcuntur, facere omnia & ſingula, quæ ordo juris cum Warandia expoſtulant. Comes Henricus ſua tertia parte ibidem debet eſſe contentus, quemadmodum hucusque tenuit eandem & Archiepiſcopus una cum Eccleſia Moguntina in duabus partibus, quas ei vendidit

vendidit Henricus, frater Comitis Johannis, ſine alicujus eorum moleſtatione in poſſeſſione quieta permanebit. Captivi omnes facto jurejurando pacis (ut moris eſt.) liberi dimiſſi ſunt. Omnia præſcripta Johannes & Henricus Comites de Sponheim ſe firmiter obſervaturos ſuper ſancta Dei Evangelia juraverunt. Quod ſi hanc diſcordiæ & pacis noſtram compoſitionem ad injuriam archiepiſcopi & Eccleſiæ Moguntinæ præfati Comites violare præſumpſerint, tunc nos una cum civitatibus regni Francfordia, Fridburg, Wetzlaria, Geilenhauſen, Oppenheim, Weſalia, ac Bopardia, & ipſe nobiscum adverſus eos, ſæpe dicto archiepiſcopo & eccleſiæ ejus auxilium ferentes, aſſiſtentiam faciemus. Contra hæc auxilium ferre præfatis comitibus Johanni & Henrico non debebunt Fridericus Comes de Liningen, neque filius ejus, neque Everhardus Comes de Katzenellenbogen, neque Emicho Comes de Liningen, ſeu aliquos eorum, adverſus Archi-Epiſcopum & eccleſiam Moguntinam. Hanc autem concordiæ & pacis compoſitionem de conſenſu & bona voluntate præfatorum Archiepiſcopi Moguntini, & Comitum Johannis & Heinrici de Sponheim fecimus, & ad inſtantiam eorundem Sigillum noſtrum regium, una cum ſigillis eorum & Friderici comitis de Liningen & Everhardi Comitis de Katzenellenbogen, his literis fecimus appendi. Actum Moguntiæ, Anno Domini M. CC. LXXXI. in profeſto S. Luciæ.

XLIII.

Compactata zwiſchen Ertz-Biſchoff Heinrichen dem II. zu Mayntz und der Stadt Erffurt, daß die Bürger zu Erffurt alle Rechte, als die von Alters herkommen ſind, ausrichten, und unter ihrem Siegel dem Ertz-Biſchoff geſchrieben geben ſollen, de Anno 1287. **ſtehen in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. IV. unter der Stadt Erffurt,** p. 434.

XLIV.

Ertz-Biſchoffs Gerhardi des II. zu Mayntz Ratification vorhergehender Compactatorum, de Anno 1289. **iſt** loco citato p. 435. **vorhanden.**

XLV.

Concordata zwiſchen Ertz-Biſchoff Gerhardo II. zu Mayntz und der Stadt Erffurt, de Anno 1289. **befinden ſich** loco citato, p. 435.

XLVI.

Des Röm. Königs Adolphi Confirmation aller und jeden Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Maynz, de Anno 1292.

ADolphus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. In Excellenti ſpecula Regiæ Majeſtatis ordinatione divina feliciter conſtituti ad perſpiciendum proſectus ſubditorum impoſterum oculorum perſpicacitatem longe lateque diffundimus Eccleſiarum periculis præcavendo, præcipue ac earum commoditatibus perinde intendendo, ut per lubricum hujus vitæ transcurſum ſalubriter transeuntem æternæ beatitudinis præmia conſequamur. Hinc eſt, quod digna conſideratione penſantes Venerabilem Eccleſiam Moguntinam, utpote columnam Imperii Principalem, titulis ab antiquo flore conſpicuis, ac Honorum & Libertatum eximiis dotibus inſigniri, & propter hoc magnopere cupientes, ut ſui Nominis famoſi nequeat obnubilari Serenitas, neque Status ſui proſperitas taceretur in aliquo, vel diſpendioſe tangatur, præſentium ſerie noſſe volumus univerſos, tam poſteros, quam præſentes, quod Nos devotis venerabilis Gerhardi Archi-Epiſcopi Moguntini, Principis Archi-Cancellarii & Conſanguinei noſtri chariſſimi ſupplicationibus inclinati ad Imitationem divorum Imperatorum & Regum Romanorum prædeceſſorum Noſtrorum Illuſtrium, omnes Donationes, Indulgentias, gratias, Libertates, Jura & Privilegia prædictæ Eccleſiæ Moguntinæ, a claræ Recordationis Friderico, ultimo Romanorum Imperatore, Prædeceſſore noſtro, ante latum in eum papalem excommunicationis & depoſitionis ſententiam, & a ſuis Anteceſſoribus, divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, data & conceſſa, de benignitate Regia & ex certa ſcientia liberaliter innovamus, confirmamus, & hujus Scripti Patrocinio communimus. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis & confirmationis infringere, vel eidem in

aliquo ausu temerario contraire, quod qui facere præsumpserit, gravem nostræ Indignationis offensam se noverit incursurum. Datum Wormatiæ, quarto Idus Novembris, Regni Nostri Anno primo, indictione sexta, Anno Domini Millesimo Ducentesimo, nonagesimo secundo.

XLVII.

Des Röm. Königs Adolphi Diploma, vermöge dessen er Ertz-Bischoff Gerardo II. zu Maynz und seinen Successoribus das Ertz-Cantzler-Amt und alle davon dependirende Jura und Freyheiten confirmiret, de Anno 1292.

ADolphus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Universis Imperii fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, gratiam suam & omne bonum. Digna recolentes animadversione, quanta Efficacia & fidei Puritate Nobis astiterit Venerabilis Gerhardus, Archi-Episcopus Moguntin. Princeps & Consanguineus noster charissimus, Nos ad Regale promovendo fastigium, & promotos in ipso firmando, ut ipsum & sui Contemplatione suam Ecclesiam non solum in eorum libertatibus, juribus & honoribus foveamus, sed & alias quibus possumus præveniamus gratia & favore, dignum censemus & conveniens arbitramur, Recognoscentes itaque præfatum Consanguineum nostrum & quemlibet Archi-Episcopum Moguntinum, qui pro tempore fuerit, esse & fore debere sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarium, promittimus bona fide, nos præsentibus Litteris obligando, quod dictum Gerhardum, nec non successores suos Archi-Episcopos Moguntinos, in Juribus, Honoribus & Libertatibus, quæ, quos & quas, ratione officii sui Archicancellariæ debet habere, sive sint in nostra constituti Curia, sive extra, manutenebimus, defendemus & tuebimur bona fide, ipsos Archiepiscopos in hujusmodi Juribus, honoribus & libertatibus favorabiliter confovendo, dantes ei has nostras Litteras in Testimonium super eo, quas Typario Sigilli Majestatis Nostræ fecimus communiri, Datum Bunnæ, Anno Domini Millesimo, ducentesimo, nonagesimo secundo. Tertio Nonas Julii, Indictione quinta, Regni nostri anno primo.

XLVIII.

Des Röm. Königs Alberti I. Confirmation aller und jeden Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Maynz, de Anno 1298.

ALbertus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Imperii fidelibus tam præsentibus, quam futuris, præsentes audituris Litteras, aut visuris, gratiam suam & omne bonum. Decet Nostræ celsitudinem Majestatis, ut nos divorum Clarissimæ Recordationis Imperatorum & Regum Romanorum, prædecessorum Nostrorum sequentes Vestigia cunctarum Ecclesiarum, & potius Ecclesiæ Moguntinæ, per quam & Nos in persona Venerabilis Gerhardi Archiepiscopi Moguntini, Principis nostri charissimi ad Regale fastigium promoti, magni culmen honoris accepimus, cuncta privilegia sub nostræ fœlicitatis ævo modis omnibus conserventur illæsa. Cuncta itaque privilegia, Munimenta, Documenta, seu etiam Instrumenta Libertatum Ecclesiasticarum & Mundanarum etiam super non trahendis Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Collegiis, cœnobiis, clericis & personis Ecclesiasticis Universis, Civitatis & diœcesis & provinciæ Moguntinæ quomodolibet ad judicium sæculare super dignitate, utilitate & honore Archi-Cancellariæ, super comitatu Buchgowiæ, super Oppido Selgenstadt, super Ministerialibus fidelibus, Castrensibus hominibus supradictæ Ecclesiæ Moguntinæ annexis, cujuscunque, vel qualiscunque debito, vel officio servitutis, vel servitii ad nostræ Serenitatis, vel alterius judicis nostri examen super causis aliquibus antea non trahendis, quam Archi-Episcopus Moguntinus, qui pro tempore fuerit requisitus de ipsis in reddenda Justitia negligens fuerit vel remissus. Nec non generaliter & universaliter omnia quarumcunque gratiarum, largitionum, donationum libertatum, terrarum, possessionum, jurisdictionum, beneficiorum, indultorum, Jurium & honorum, privilegia seu munimenta, quæ Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Ecclesiis, seu Monasteriis & personis Ecclesiasticis, Civitatis, Diœcesis & provinciæ Moguntinæ à divis nostris prædecessoribus, Imperatoribus & Romanorum Regibus & nominatim à piæ recordationis quondam Rege Adolpho, prædecessore nostro hactenus sunt concessa, rata tenentes & grata quasi tradita de nostris manibus ex certa scientia confirmamus, regiaque liberalitate perçisi præsentibus innovamus. Nolentes ea in ali-

aliqua parte sui, Cujuscunque improbitate convelli, seu novitate mutari, sed illæsa potius & intacta perpetuis temporibus custodiri. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ confirmationis paginam, innovationis, seu traditionis scripturam infringere, vel eidem ausu quolibet contraire. Siquis autem hoc facere, vel quomodolibet attentare præsumpserit, nostræ indignationis acrimoniam se noverit incurrisse, pœna gravi pro culpa hujusmodi feriendus. In Cujus rei testimonium præsentes literas Majestatis nostræ Typario tradidimus communitas. Datum Holtzkirchen, Idus Septembris, anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo 8vo, indictione IIma, Regni nostri Anno primo &c.

XLIX.

Des Röm. Königs Alberti I. Diploma, vermöge dessen er Ertz-Bischoff Gerardum II. zu Maynz bey dem Ertz-Cantzler-Amt, und allen Nutzungen desselben zu schützen und handzuhaben versprochen, de Anno 1298.

ALbertus, Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis sacri Imperii fidelibus tam præsentibus, quam futuris, ad quos præsentes literæ pervenerint, gratiam suam & omne bonum Animadversione dignissima recolentes, quanta efficacia & fidei puritate nobis adstiterit venerabilis Gerhardus, Archiepiscopus Moguntinus, Princeps noster charissimus ad regale fastidium specialiter promovendo, & promotos in ipso firmando, ut ipsum Contemplatione sui & Ecclesiam ejus non solum in eorum libertatibus, Juribus & honoribus foveamus, sed & alias uberiori præveniamus gratia & favore, dignum censemus & conveniens arbitramur. Recognoscentes præfatum Principem, & quemlibet ejus in Archiepiscopatu prædictæ Ecclesiæ successorem esse & fore debere Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarium & fideliter promittentes ad hoc præsentibus literis obligati, quod eundem Archiepiscopum & successores ejus in Juribus, honoribus, dignitatibus & libertatibus, qua ratione Archi-Cancellariæ prædictæ debent habere videlicet in accipienda semper nobiscum decima parte de bonis petitionibus & extractionibus Judæorum præficiendo Cancellariam aulæ nostræ perpetuis temporibus loco sui aliisque suis utilitatibus, sive sint in nostra Curia, sive extra Curiam iidem Archiepiscopi constituti, manutenebimus, defendemus & tuebimur, ut præsentes eorum etiam absentia non obstante, dantes eis has nostras literas consignatas nostro Typario Majestatis in testimonium super eo.

Datum Holtzkirchen, Idus Septembris Anno Domini Millesimo, ducentesimo, nonagesimo octavo, Indictione IIma, Regni vero nostri anno primo.

L.

Des Röm. Königs Alberti I. Diploma, worinn Ertz-Bischoff Gerardo II zu Maynz und seinen Successoribus der erste Sitz, Stimme und Unterschrifft, wegen des Ertz-Cantzler-Amts zuerkannt, auch ein diesem Vorrecht zuwider ergangener Actus cassiret worden, de Anno 1298.

ALbertus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis, ad quos pervenerit præsens Scriptum, perpetuam & indubitatam notitiam subscriptorum. Ut sub tempore nostræ felicitatis cuncta potissime, quæ nostro lateri magis vicina existunt, ordine suo procedant, appareant & subsistant, statuimus & publice diffinimus ad universorum notitiam luculentam. Quod Venerabilis Gerhardus, Sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, suique post eum successores in ordine & honore processionis, sessionis, nominationis & scripturæ, ratione Archi-Cancellariæ per Germaniam inter principes esse debent & locari priores, non obstante, quod in decreto Electionis nostræ, nuper ab illustribus Alemanniæ principibus celebratæ supra dictus Gerhardus Archiepiscopus ordine præpostero, seu turbato post venerabilem Boëmundum Trevirensem Archiepiscopum tam scriptura, quam figura positus invenitur, per errorem facti, quem in hoc parte scienter damnamus; ne trahatur ad Consequentiam ullo modo. In Cujus rei testimonium præsentes conscribi fecimus, & Nostræ Majestatis Typario communiri. Datum Rottenburg, nono Kalendas Octobris, Anno Domini Millesimo, ducentesimo, nonagesimo octavo, Indictione IIma, Regni nostri anno primo.

LI.

Des Röm. Königs Alberti I. Lehen-Brieff vor Ertz-Biſchoff Petrum zu Maynz über ſeines Ertz-Stiffts Regalia und Weltlichkeit, de Annn 1307.

ALbertus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis Sacri Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Romani Imperii Celſitudo conſurgens antiquitus & fundata mirifice ſuper immobile firmamentum, excellentiæ prærogativa, qua viguit Columnis meruit ſtabilius ſtabiliri & egregiis ædificiorum juncturis indiſſolubiliter adornari. Inter quos quidem illuſtres principes ad totius operis machinam ſupportandam, præcipue ut columnas voluit potiori præſtantiæ præmunire, ut quo uberius gratiæ privilegiis ſe inſigniri ſentiunt, eo amplius debeant obſequioſe viciſſitudinis redibitione gratuita cæteris præclarere. Sane cum Venerabilis Petrus, Archiepiſcopus Eccleſiæ Moguntinæ, Sacri Rom. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, Chariſſimus noſter Princeps ad Celſitudinis noſtræ præſentiam nuper accedens, Romano Imperio & Nobis obſequioſe devotionis ſigna prætenderit, & omni modo obeditionis inſignia præſentaverit. Nos ipſum, tanquam Noſtrum & Imperii Principem ad benevolos Majeſtatis dulcedinis amplexus admittentes, Regalia feuda principatus pontificalis, quem obtinet, ſibi de Regia liberalitate conceſſimus & eundem Archiepiſcopum inveſtimus de iisdem adminiſtrationem temporalium & Jurisdictionem plenariam principatus ejusdem Eccleſiæ prænotato Petro Archiepiſcopo ſerie præſentium committentes. Quod circa univerſis & ſingulis Vaſallis miniſterialibus & hominibus ſuis & Eccleſiæ ſuæ damus præſentibus in mandatis, quatenus ipſi Archiepiſcopo tanquam noſtro Principi & Domino ſuo intendant in omnibus humiliter & pareant reverenter. In Cujus noſtræ Conceſſionis & Inveſtituræ teſtimonium præſentes literas Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum in Colubaria decimo ſeptimo Kalendas Maji. Indictione quinta, Anno Domini Milleſimo, trecenteſimo, ſeptimo, Regni vero noſtri Anno nono.

LII.

Kayſers Henrici VII. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Maynz, de Anno 1310.

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Imperii fidelibus tam præſentibus quam futuris, præſentes audituris Litteras aut Viſuris, gratiam ſuam & omne bonum. Decet Noſtræ Celſitudinem Majeſtatis, ut divorum clariſſimæ recordationis Imperatorum & Regum Romanorum, Prædeceſſorum noſtrorum ſequentes veſtigia, cunctarum Eccleſiarum, & potius Eccleſiæ Moguntin. per quam & Nos in Perſona Venerabilis Petri, Archi-Epiſcopi Moguntini, Principis Noſtri Chariſſimi ad Regale faſtigium promoti, magni culmen honoris augimus, cuncta privilegia ſub noſtræ fœlicitatis ævo modis omnibus conſerventur illæſa. Cuncta itaque Privilegia, Munimenta, Documenta, ſeu etiam Inſtrumenta Libertatum Eccleſiaſticarum & mundanarum, etiam ſuper non trahendis Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Collegiis, Cœnobiis, Clericis & Perſonis Eccleſiaſticis Univerſis Civitatis & Diœceſis Moguntin. quomodolibet ad judicium ſæculare, ſuper dignitate, utilitate & honore Archi-Cancellariæ, ſuper Comitatu Buchowiæ, ſuper oppido Selgenſtatt, ſuper Miniſterialibus fidelibus, Caſtrenſibus hominibus ſupradictæ Eccleſiæ Moguntinæ annexis cujuscunque vel qualiscunque debito vel officio ſervitutis vel ſervitii ad Noſtræ Serenitatis ſeu alterius Judicis Examen ſuper cauſis aliquibus antea non trahendis, quam Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, qui pro tempore fuerit, requiſitus de ipſis in reddenda Juſtitia negligens fuerit vel remiſſus. Nec non generaliter & univerſaliter omnia quarumcunque gratiarum, largitionum, Donationum, Libertatum, Terrarum, Poſſeſſionum, Jurisdictionum, Beneficiorum, indultorum, Jurium & Honorum, Privilegia ſeu Munimenta, quæ Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Eccleſiis, ſeu Monaſteriis & Perſonis Eccleſiaſticis Civitatis & Diœceſis Moguntinæ a divis noſtris prædeceſſoribus Imperatoribus & Romanorum Regibus, & nominatim a piæ Recordationis quondam Rege Adolpho prædeceſſore noſtro hactenus ſunt conceſſa, rata tenentes & grata, quaſi tradita de noſtris Manibus, ex certa ſcientia confirmamus, Regiaque Liberalitate perculſi præſentibus innovamus. Nolentes ea in aliqua parte ſui cujusque improbitate convelli, ſeu Novitate mutari, ſed illæſa potius & intacta perpetuis temporibus cuſtodiri. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Noſtræ Confirmationis paginam Innovationis

tionis ſeu traditionis ſcripturarum infringere, vel eidem auſu quolibet contraire; Si quis autem hoc facere, vel quomodolibet attentare præſumpſerit, noſtræ indignationis acrimoniam ſe noverit incurriſſe, pœna gravi pro culpa hujusmodi feriendus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras Majeſtatis noſtræ Typario tradidimus communitas. Datum in Luzemburg quarto Idus Junii, Anno Domini milleſimo, Trecenteſimo decimo, Regni vero noſtri anno ſecundo.

LIII.

Kayſers Ludovici Bavari Confirmation, ſo er Ertz-Biſchoff Petro zu Maynz über das Ertz-Cancellariat und deſſen Pertinentien ertheilet, de Anno 1314.

LUdovicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Animadverſione dicta recolentes, quanta efficacia & fidei puritate nobis aſtiterit venerabilis Petrus Archiepiſcopus Moguntinus, Princeps & Secretarius noſter chariſſimus ad regale nos faſtigium ſpecialiter promovendo, & promotos in ipſo firmando, ut ipſum & contemplatione ſui Eccleſiam ejus non ſolum in eorum libertatibus, Juribus & honoribus foveamus, ſed & alias præveniamus uberioribus gratia & favore, dignum cenſemus & conveniens arbitramur. Recognoſcentes præfatum Principem & quemlibet ejus in Archiepiſcopatu prædictæ Eccleſiæ ſucceſſorem eſſe & fore debere ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarium, & fideliter promittentes ad hoc præſentibus litteris obligati, quod eundem Archiepiſcopum & ſucceſſores ejus in Juribus, Honoribus, Dignitatibus & Libertatibus, quæ ratione Archi Cancellariæ prædictæ debent habere, videlicet in accipienda ſemper nobiſcum decima parte de bonis, petitionibus & exactionibus Judæorum, præficiendo Cancellarium loco ſui, ponendo protonotarium & Notarios Aulæ noſtræ perpetuis temporibus, quotiens ſibi viſum fuerit expedire, aliisque ſuis utilitatibus, ſive ſint in noſtra curia, ſive exta curiam iidem Archiepiſcopi conſtituti manutenebimus, defendemus & tuebimur, ut præſentes, eorum abſentia non obſtante. Dantes eis has litteras noſtras conſignatas noſtræ Typario Majeſtatis in teſtimonium ſuper eo. Datum Coloniæ, tertio Non. Decembris Anno Domini milleſimo trecenteſimo quarto decimo, regni vero noſtri anno primo.

LIV.

Käyſers Ludovici Bavari Confirmation, aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Mäyntz, de Anno 1314.

LUdovicus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis ſacri imperii fidelibus tam præſentibus, quam futuris præſentes audituris litteras aut viſuris, gratiam ſuam & omne bonum. Decet noſtræ celſitudinem Majeſtatis, ut nos divorum clariſſimæ recordationis Imperatorum & Romanorum prædeceſſorum noſtrorum ſequentes veſtigia, cunctarum eccleſiarum & potius Eccleſiæ Moguntinæ, per quam & nos, in perſona venerabilis Petri Archiepiſcopi Moguntini, Principis noſtri chariſſimi, ad Regale faſtigium promoti, magnum culmen honoris accepimus, cuncta Privilegia ſub noſtræ fœlicitatis ævo modis omnibus conſerventur illæſa. Cuncta itaque Privilegia, Munimenta, Documenta, ſeu etiam inſtrumenta libertatum Eccleſiaſticarum & mundanarum, etiam ſuper non trahendis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Collegiis, Cœnobiis, & perſonis Eccleſiaſticis univerſis civitatis & Diœceſis Moguntinæ quomodolibet ad Judicium ſæculare, ſuper dignitate, utilitate & honore Archi-Cancellariæ, ſuper Comitatu Bachowiæ, ſuper oppido Selgenſtatt ſuper miniſterialibus fidelibus, caſtrenſibus hominibus ſupradictæ Eccleſiæ annexis cujuscunque vel qualiscunque debito vel officio ſervitutis, vel ſervitii, ad noſtræ ſerenitatis, ſeu alterius Judicis noſtri Examen ſuper cauſis aliquibus antea non trahendis, quam Archiepiſcopus Moguntinus, qui pro tempore fuerit requiſitus de ipſis, in reddenda juſtitia negligens fuerit vel remiſſus, nec omnia non generaliter & univerſaliter quarumcunq; gratiarum, largitionum, donationum libertatum, terrarum, profeſſionum, Jurisdictionum, beneficiorum, honorum, indultorum & jurium Privilegia, ſeu munimenta, quæ Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Eccleſiis ſeu monaſteriis & perſonis Eccleſiaſticis Civitatis & Diœceſis Moguntinæ a divis noſtris prædeceſſoribus Imperatoribus & Romanorum Regibus & nominatim a piæ recordationis quondam Rege Adolpho prædeceſſore noſtro hactenus ſunt conceſſa, rata tenentes & grata, quaſi tradita

tradita de nostris manibus & ex certa scientia confirmamus, regiaque liberalitate perculsi præsentibus innovamus. Nolentes ea in aliqua parte sui cujuscunque improbitate convelli, seu novitate mutari, sed illæsa potius & intacta perpetuis temporibus custodiri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis paginam innovationis, seu traditionis scripturarum infringere, vel eidem ausu quolibet contraire: Si quis autem hoc facere, vel quomodolibet attentare præsumpserit, nostræ indignationis Acrimoniam se noverit incurrisse; pœna gravi pro culpa hujusmodi feriendus. In cujus rei testimonium præsentes litteras Majestatis nostræ Typario tradidimus communitas. Datum Coloniæ, quarto Non. Decembris Anno Domini millesimo trecentesimo, quarto decimo, Regni vero nostri anno primo.

LV.

Ejusdem Confirmation und Renovation des Ertz-Stifft Mäyntz Privilegii, daß niemand von dessen Bedienten und Innwohnern vor ein ander Gericht gefodert werden solle, außer wenn ein zeitlicher Ertz-Bischoff desselben in Administration der Justiz einiger Nachläßigkeit zulänglich beschuldiget werden könte, de Anno 1314.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis sacri Imperii fidelibus tam præsentibus, quam futuris præsentes litteras audituris seu visuris gratiam suam & omne bonum. Etsi divorum Imperatorum & Regum Romanorum prædecessorum nostrorum sequendo vestigia, cuncta Privilegia, Munimenta, Documenta, seu etiam instrumenta libertatum Ecclesiasticarum & mundanarum, data, concessa, & donata Ecclesiæ Moguntinæ confirmanda & innovanda duxerimus, illud tamen specialiter confirmamus & ex certa scientia innovamus, quod ministeriales, fideles, Castrenses homines supradictæ Ecclesiæ Moguntinæ annexi, cujuscunque, vel qualiscunque debito, vel officio servitutus, vel servitii ad nostræ serenitatis seu alterius Judicis nostri examen super causis aliquibus antea non trahentur, quam Archiepiscopus Moguntinus, qui pro tempore fuit requisitus de ipsis in reddenda justitia negligens fuerit vel remissus: Nulli ergo judicium nostrorum liceat hanc nostræ confirmationis & innovationis paginam seu scripturam infringere vel ei ausu quolibet contraire: Si quis autem hoc facere, vel quomodolibet attentare præsumpserit, nostræ indignationis Acrimoniam se noverit incurrisse, pœna gravi pro culpa hujusmodi feriendus, in cujus rei testimonium præsentes litteras Majestatis nostræ Typario tradimus communitas. Datum Moguntiæ, Anno Domini millesimo trecentesimo, quarto decimo, decimo tertio Calendas Januarii.

LVI.

Rachtungs-Brieff zwischen Bischoff Heinrichen zu Mäyntz und der Stadt Mäyntz, de Anno 1341.

Wir die Burgermeister, der Radt und die Burger gemeynlichen der Stadt zu Mentze, dun kunt allen Luden vnd bekennen offenlichen an diesen Brieffe, daz wir vmb alle Kriege, Zweyunge, Vffleuffe, Bruche vnd Mißehellunge, die biß vff dissen hutigen Dag gewest sint, vnd vffgestanden zuschen dem Erenwirdigen in GOtt Vater vnserm Herren, Herrn Heynrich, Ertzbischoffe zu Mentze, von Syner, Syns Stifftes der Dume Herren vnd ander Stiffte, Clostern vnd Pfaffen Geystliche vnd Werntlichen gemeynlichen vnd besunder, inwendig vnd vßwendig der Stadt Muren der Stadt zu Mentze wegen vff eyn Syte, und vns vff die ander Syte, mit demselben vnsern Herren syn gutlichen minniglichen vnd fruntlichen gesatzt vnd gesunet, gentzlichen vnd gar in aller der Wise, alß hernach geschreben stet zum ersten, daz wir dem vorgenanten vnserm Herrn von Mentze sine Nachkommen vnd sinem Stifft sullen vnd wullen lassen bliben bey allen yren Eren, geistlichs vnd werntlichs Gerichts vnd auch by allen yren Rechten, Fryheiden, Zinsen, Gulten, vnd Gefellen, die Sie vff der Muntze den Gewants-Gaden, den Lyngaden, vnd schuchgaden vnd anders wo beyde inwendig und vßwendig der Stadt Mentze haben sullent, vnd von Alter her gehabt hant. Auch sullen vnd wullen wir dem vorgenanten vnserm Herren und von synen wegen syner werntlichen Amptluden Ir Zinse, Gulte, vnd Gefelle, die ym vnd den Amptluden von den Ampten, die yn bysher versessen sint, dun reichen vnd geben vonallen den, die by vns gesessen Burgere sint, die sye

sye yne noch nit hant bezahlt. Vnd wers daz yman vnßer Burgere sie hette vffgehaben den sullen wir soliche halten, daz er daz richt vnd vergulte ane Verzug. Ez en were dan, daz yeman von des Ertzebischoffs von Triere wegen soliche Gulte, Zinse oder Gefelle, hette offgehaben kuntlichen, daz weren wir nit schuldig zu richten. Auch sullen vnd wullen wir dem vorgenante vnsern Herren, sinen Nachkommen, sinen Stifften, vnd anders alle Stiffte vnd Cloister vnd auch Pfaffheit, Geistliche, vnd werntliche, inwendig vnd vßwendig der Stadt Mentze zu Sant Alban, zu Sant Jacob, zu Sant Peter, zu Sant Victor, zum heiligen Crutze, zu den Carthusern, vnd dem Cloister zu Dalen vnd was darzuschen liget, lassen blyben by anders allen yren Rechten, Ehren vnd Fryheiten als Sie von Alter gehabt han. Vnd sunderlichen daz wir von yn kein Ungelt sullen nemen, noch Sie damit drangen, in keinerley hande wise ane alle geferde. Auch sullent Sie vns in allen den Rechten, Eren, vnd Fryheyten lassen, alß wir by dem vorgenanten vnserm Herren vnd andern Ertzbischoffen zu Mentze sinen Furfahren bißher kommen sin. Auch ist geretret, daz die werntlichen Amptlude vnsers vorgenanten Herren von Mentze, dye er in der Stadt zu Mentze zu setzen hat, sullen blyben in allen den Fryheyten vnd Rechten als iz von Alder, vnd andern Ertzbischoffen, vnsers Herren Furfaren herkommen ist. Hetten aber wir oder anders yeman dawider dheynerley Gesetze gemacht, daz iz nit sin sulle. daz Gesez sull abe sin vnd soll kein Macht haben. Auch ist geredt, daz vnse Herre soll gonnen vnd verhengen vnd gegonnet vnd verhenget hait, daz wir, vnsern Radt, den wir ytzundt han behalten mogen, vnd yn Fyrbasser besessen vnd ordineren, In aller der maße alß wir yn herbracht han meren, vnd mynnern, als vns und der Stadt ehrlich vnd nützlichen ist, vnd daran sall vns vnser vorgenant Herre nit hindern vnd irren, as lang er lebt. Ez ist auch geredt, daz wir in keine pene gefallen syn, von der Buwe wegen der Cloister, der Stiffte vnd der Hoffe, die zerbruchen wurden, wan die Uberlude duncket daz die penen nit alsó erfurdert sin, an vns vnd der Stadt daz iz uns schaden sulle. Ez ist auch geredt, daz wir vnd die Stadt den Dume Herren vnd den Cloistern zu Sant Alban, zu Sant Jacob, vnd dem Stifft zu Sant Victor vnd den andern Herren den yr Houe, Cloistere vnd Stiffte sullen wider machen und buwen nach der lesten Satzunge die darúber zuschen yn vnd vns wart gemacht vnd wo wir das bißher nit gemacht, vnd gethan han, so sollen, wir iz fürbaß dun. Endecken wir des nit, so sullen wir vnd vnser Stadt fürbaß in die peenen fallen, als wir vns und vnser Statt virbunden han gegen dem Ertzebischoff von Triere den Dumherren vnd den Stiffte zu Mentz vnd andern Stifften und Cloistern, als die Brieffe sprechent vnd haldent, die daruber gemacht, vnd gegeben sint. Me ist geret, daz wir die Pfaffheit geistliche, oder werntliche der Stadt zu Mentze inwendig vnd vßwendig mit Namen zu Sant Albane, zu Sant Jacob, zu Sant Peder, zu Sant Victor, zum Heyl. Crutze, die Karthuser vnd das Cloister zu Dalen vnd waz da zwuschen liget sullen nehmen inne vnser vnd der Stadt Schirme vnd sullen alle Jare daz kunden vnd sagen, welche Zyt wir vnser Burgermeister setzen, vnd sullen sie vnd yre Gesinde schirmen, glich vnsern Burgern. Wer es aber daz die Pfaffheit oder yr Gesinde keinerley Bruche oder Freuele begingen, daz sall man richten als iz zuschen der Pfaffheit vnd der Stat von alter herkommen. Disse vorgeschreben Sune vnd Satzunge hant die Edelen Herrn Herre Gerlach, Graue zu Nassauwe, Herr Gottfrid Herre zu Eppenstein, Oberlude der Sechs Personen der vnser vorgenant Herre von Mentze, dry vor sich, vnd wir dry vor vns gekorn hatten eintrechtiglichen gesprochen vor eyne Mynne vnd nit vor eyn Recht, wan wir vff beyde Syten nit dan der Mynne an sie gangen hatten, vnd dieselbe Sune und Satzunge han wir vor vns vnd die Stadt gemeynlich zu Mentze gelobt vnd geloben an dißen Brieffe in guten Truwen stede vnd feste zu halten vnd niemerme darwider zu thunde oder zu kommen mit Worten oder mit Wercken ane alle Geferde. Der zu mehrer Sicherheit und Orkonde han wir vnser Stede Ingesegl. an diesen Brieff gehangen vnd han gebeden und bieden an dissen Brieffe die vorgenante Herren, Herrn Graffe Gerlach Grawen zu Naßauwe vnd den Edeln Herren, Herrn Ruprechten Graven zu Firnburg, und Herren Godefrieden Herren zu Eppenstein auch vorgenant vnd darzu die Erbern wysen Lude, vnd die Rede und Burgere gemeynlich der Stede zu Straßburg, zu Wormetz, vnd zu Spyre daß sie Jire Ingesigele zu dem vnsern an dißem Brieffe hencken. Vnd wir Gerlach Grauwe zu Nassauwe, Rupprecht zu Firnburg Grafen, Godefried Herre zu Eppenstein erkennen daz wir vnser Ingesigele, vnd wir die Rede vnd die Burgere gemeynlichen der Stede zu Straßburg, zu Wormß, zu Spire erkennen daz wir vnser Stede vorgenant Ingesigele durch bede willen der Ersamen wisen Lude der Burgemeister, des Rades vnd der Burgere gemeynlichen der Stadt zu Mentz han gehangen

an dißen Brieffe zu mehrer Sicherheit aller dieſſer vurgeſchrebenen Dinge vnd Rede vnd iſt dieſer Brieff gegeben zu Eltvil vff Sant Marien Magdalenen Tag, da man zehlte nach Chriſti Geburth drúzehenhundert vnd ein vnd viertzig Jahr.

LVII.

Käyſers Ludovici Bavari Verſicherung, daß, nachdem, mit Verwilligung des Churfürſtl. Collegii, zu Abſchneidung aller im Juſtitz-Weſen eingeſchlichener Unordnung, am Käyſerl. Hof-Gericht hinfüro männiglich gerichtet werden ſoll, die geſchriebene Rechte gegenwärtig und künfftig dem Ertz-Stifft Mäyntz an deſſen Rechten und Freyheiten ohne Nachtheil ſeyn ſollen, de Anno 1342.

WIer Ludwig von GOttes Gnaden, Röm. Käyſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. bekennen, undt thuen kundt offentlich mit dießem Brieff, wan der Ehrwürdig Heinrich Ertzbiſchoff zu Mäyntz, Unßer lieber Fürſt, undt Ertz-Cantzler ſeinen Willen, undt Gonſt darzu geben hat, daß man an unſerem Hove-Gericht fürbaß aller männiglichen richten ſolle, nach unſer Vorfahren Käyßern undt Königen geſetzten undt geſchriebenen Rechten, alß ahn dem nachgeſchriebenen Brieff von Wortt zu Wortten geſchrieben iſt.

Wier Heinrich von GOttes Gnaden Ertz-Biſchoff, des heyl. Stuels zu Mäyntz, des heyl. Röm. Reichß in Teutſchen Landten obriſter Cantzler veriehen offentlich mit dieſem Brieff daß wir zu dem Gebotten hotte zu Franckfurth, dahien der allerdurchleuchtigſte Unſer gnädiger Herr, Käyßer Ludwig von Rom, Unß und andern Churfürſten, Fürſten, Gratten, und Herrn, durch des Reichs Nothdurfft gebotten hett, unter anderen Sachen die da zu handten wären, Uns allen da gekündet, undt fürgelegt würdten, großen Gebrechen, die Edl, und unEdl, Arm, und Reich von des vorgenanten Unſers Herren des Käyßers Hove-Gericht hetten, undt lieden, wann von alter böſer Gewohnheit offt, und dickh davor ungleich gerichtet, undt ertheilt würdte, und umb ſolch Gebrechen ward er, mit Uns, und anderen Churfürſten, die da entgegen warn, undt wir mit Ihme zerath, und kommen über ein und geben auch Unßeren Willen, und Gonſt dazu mit dieſem Unſerem Brieff, daß fürbaß vor deſſelben Unßeres Herren und Käyſers Hove Gericht allermänniglich richten ſoll, undt möge, nach König undt Käyſern Seiner Vorfahren Ahn dem Röm. Reich geſetzten, und geſchrieben Rechten, were auch daß keinß Ihr geſetzt, oder geſchrieben Recht von böſer Gewohnheit abgangen, oder zu einem unrechten worden were, das ſoll, und mag er beſſern, ſetzen, und machen, nach der Churfürſten, und anderer Herren Rath, als Ihme dann dünckhet, daß es allermänniglich Nutz, undt guth ſeye, doch mit Behaltung Unſerer, und anderer Churfürſten Recht, Freyheit, und GütherGewohnheit, darüber zu uhrkundt hencken wir Unſer Inſiegell ahn dieſen gegenwärthigen Brieff, der geben iſt zu Franckfurth da man zallt nach Chriſtus Geburth dreyzehen hundert Jahr, und in dem zwey und viertzigſten Jahr an St. Matthæus Tag: So haben wir Ihme Seinen Nachkommen und Seinem Stifft gehaißen und geſprochen, daß ſie die geſchrieben Recht und Geſätz, die ietzo ſein, oder die wir nachſetzen, oder machen, Jhnẽ alß davon geſchrieben ſtehet, nit ſchaden ſollen, ahn Jhren Rechten, Freyheiten, und guth Gewohnheiten die Sie von Uns, Unßeren Vorfahren, und dem Reich haben, undt hergebracht ſeindt: Zu uhrkund dieſes Brieffs, der geben iſt an St. Matthæus Tag in dem acht und zwantzigſten Jahr, Unſeres Reichß in dem fünffzehenten, des Käyßerthumbs Anno Domini MCCXLII.

LVIII.

Käyſers Ludovici V. Spruch und Entſcheid zwiſchen Ertz-Biſchoff Heinrichen zu Mäyntz und denen Pfaltzgrafen Rupertis, ſeniore und juniore **bey Rhein ꝛc. die Löſung der Stadt und Burg zu Windheim betreffende,** Anno 1345 **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. Continuat. II. **unter Chur-Pfaltz,** p. 134.

LIX.

Des Röm. Königes Caroli IV. Confirmation, daß die Ertz-Biſchöffe zu Prag einen ieglichen ordentlichen Böhmiſchen König ſalben und crönen mögen, daß auch nunmehr dieſes Amt vom Ertz-Biſchoffe zu Mäyntz genommen und dem Prager Ertz-Biſchoffe auffgetragen werde, de Anno 1347. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. Contin. I. **unter dem Königreich Böhmen,** pag. 19.

LX.

LX.

Des Röm. Königs Caroli IV. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Mayntz, jedoch mit Vorbehalt derer Exemptionen des Ertz-Stiffts Prage und Stiffts Olmütz, de An. 1348.

CArolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam, ad hoc ſummi diſpenſatione Concilii, cui non communicant Conſilia aliena Principalis obtinuimus Monarchiam Dignitatis, Romanique Regni ſuſcepimus Diadema, ut ſi ad aliqua extrinſeca debita ſollicitudo nos provocat, ad ea tamen, quæ Statum fœlicem & incrementum libertatis Eccleſiaſticæ tanto uberius & ſpecialius intendamus, quanto noſtrum præ cæteris Principibus erexit Solium cœleſtis providentia Redemptoris. Sane ad noſtræ venerabilis Gerlacus, Archi-Epiſcopus Moguntinus, noſter & Sacri Imperii Princeps, Conſanguineusque chariſſimus accedens præſentiam Majeſtatis, nobis humiliter ſupplicavit, quatenus privilegia, libertates, jura & poſſeſſiones præfatæ Eccleſiæ Moguntinæ approbare & confirmare noſtra authoritate Regia dignaremur. Nos itaque præfati Archi-Epiſcopi, pro quo, quod de idemptitate ſanguinis taceamus, quo eidem indiſſolubili modo conjuncti, ipſum Specialibus multiplicium titulorum prærogativis & meritis inſignitum Specialibus honorum & favorum privilegiis non immerito proſequimur, fidei & devotionis ad nos approbata conſtantia, ac obſequiorum nobis, Romano Regno, & Sacro Imperio per ipſum & ſuos ſalubriter impenſorum, ſedula gratitudo erga noſtri culminis faſtigium, jugiter interpellant. Supplicationi benignius inclinati, præfatam Eccleſiam Moguntinam præſertim contemplatione dicti Archi-Epiſcopi, legitimi ſui Sponſi, honoribus, dulcoroſis & gratioſis favoribus, quantum nobis deſuper permittitur, amplecti, ſummopere cupientes, omnes & ſingulas libertates, infeudationes, donationes, locutiones, conceſſiones & obligationes, ac univerſa & ſingula privilegia, Telonia, pedagia, jura, Conſuetudines, Caſtra, oppida, à divis Regibus & Imperatoribus Romanorum prædeceſſoribus noſtris, ſeu quibusvis aliis Eccleſiæ & Archi-Epiſcopo Moguntino prædictis quandocunque quomodocunque ſub tenore, & ſerie, ac verborum forma quibuscunque, ac de quibuscunque bonis Mobilibus ſeu Immobilibus, propriis ſeu feudalibus, ſub quocunque Uſufructu, vel uſu, ad quæcunque pertinuerint, conceſſas, factas, datas, ſeu qualitercunque celebratas, ac conceſſa, data, & obligata approbamus, renovamus, ratificamus, laudamus, confirmamus, & de Regiæ Romanæ plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia præſentis Scripti patrocinio de novo conferimus, & donamus, omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis & quolibet præmiſſorum fuerit ſupplentes omni node, & de uberiori dono, dictæ noſtræ Romanæ Regiæ Poteſtatis plenitudine plenarie reparantes per has tamen Collationem, Confirmationem, Approbationem, Renovationem, Ratificationem, Laudationem, Donationem, & Reparationem, Exaltationi & Erectioni Pragenſis in Metropolitiam, aut ipſius & Olomicenſ. Eccleſiarum Exemptioni a dicta Moguntina Eccleſia, aut poteſtati conceſſæ Pragenſ. Archi-Epiſcopo ſuper Coronatione Regis Bohemiæ, cæterisque juxta Exaltationem, Exemptionem, & Poteſtatem Coronationis ejusdem, dictis Pragenſ. & Olomicenſ. Eccleſiis conceſſis, non intendimus in aliquo derogare, aut præjudicium aliquod generare, ſed ea omnia & ſingula volumus, decernimus, & declaramus, pronunciamus & præcipimus ſana, illæſa, & illibata, dictis Confirmatione, approbatione, ratificatione & laudatione non obſtantibus perpetui permanere. Nulli ergo omnino liceat hanc noſtræ Approbationis, renovationis, ratificationis, laudationis, confirmationis, donationis & reparationis paginam infringere, aut ei auſu temerario contraire. Contrarium autem facientes, ſi qui fuerint, quod abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis, quam ob hoc ſe noverint incurſuros, Noſtri Judicii Arbitrio ſancimus graviſſime puniendos. In quorum teſtimonium & evidentiam certiorem præſentes Litteras fieri & ſcribi fecimus, & Noſtræ Regiæ Majeſtatis Sigilli Appenſione communiri. Datum Pragæ Anno Domini Milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo octavo, Indictione prima, XII. Calend. Menſis Maji, Regnorum noſtrorum Anno ſecundo.

LXI.

Ejusdem Teutſche Confirmation aller Handveſten, Rechte, Gewohn- und Freyheiten des Ertz-Stiffts Mayntz, de Anno 1349.

WIr Carl, von GOttes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, und König zu Boheimb, vergehm und thun kund offentlich mit dieſem Brieff, allen de-

nen die In ſehen, hören oder leſen, das wir haben angeſehen den beſondern getrewen und willigen Dienſt, die Uns und heiligem Römiſchen Reich, von dem Stiefft von Maintz dick unverdrößlich geſchehen ſeind; und wiederfahren mögen in künfftigen Zeiten, und darumb ſo beſtättigen Wir mit Unſerer Königlicher Gewalt, und von Sonderlichen Gnaden, dem vorgenandten Stiefft alle ſein Handveſten, Recht, Gewonheit, Freyheit, Ehre, Würdigkeit, Gnadt, Zöll, Innig Gut, es ſeye aigen oder Lehen, undt Alle Pfandtſchafft und Panquet, die derſelb Stiefft hatt von Römiſchen Kayſern, oder Königen Unſeren Vorfahrern in aller der Maaß, als ſie derſelb Stiefft herbracht hatt, und ſollen ſie darbey getrewlich behalten, undt nicht daran hindern oder irren in kein Weiß; Davon gebiethen Wir allen Unſeren und des Reichs Getrewen, die nuhr ſeindt, oder hernach künfftig werden, das Sie den vorgenanten Stiefft von Maintz, Sein Vormundt und Verweſer ahn der Beſtettigung und Gnaden, die Wir ihn gethan haben, nit hinderen noch beſchweren ſollen, in kein Weiß, alß Lieb in Seye Unſer Königlich Huld und Genadt zu behalten. Mit Urkund dies Brieffs verſiegelt mit Unſerem Königlichen Inſiegel. Der geben iſt zu Velde vor Eltvill, da mann zahlt nach Chriſti Geburth, Dreyzehen hundert Jahre, und darnach in dem Neun und Viertzigſten Jahre, des nechſten Dienſtags vor dem heiligen Pfingſtag in dem Dritten Jahr unſerer Reiche.

LXII.

Kauff-Brieff, Krafft deſſen Ertz-Biſchoff Gerlach zu Maintz dem Magiſtrat zu Erffurt die Müntze, das Eiſen und den Schlägeſchatz daſelbſt um 3000 Marck löthiges Silbers, wiederkäufflich überlaſſen, de Anno 1354. **ſichet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. IV. unter der Stadt Erffurt, pag. 447.**

LXIII.

Des Röm. Königs Caroli IV. Privilegium vor die Cleriſey des Ertz-Stiffts Maintz, daß ſie niemand weder fangen noch greiffen, auch keinen Arreſt auff ihren Eigenthum oder Güter legen, noch ſolche pfänden ſolle, de Anno 1354.

CArolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Bohemiæ. Univerſis & ſingulis Principibus, Comitibus, Palatinis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Civitatum Rectoribus, Univerſitatibus, & quibuscunque aliis per Regnum Alemanniæ conſtitutis noſtris fidelibus dilectis gratiam Regiam & omne bonum. Cum Regiæ Majeſtatis providentiæ principaliter expediat, ut ſacroſanctas Dei Eccleſias, ipſarumque Miniſtros taliter defenſare ſtudeat, ut in divinis peragendis Miniſteriis non turbentur, ſed magis plena quiete & ſecura gaudere poſſint Libertate. Et quia plerumque Canonici, Vicarii, pauperesque Sacerdotes & Miniſtri alii majoris & aliarum Eccleſiarum Civitatis & Diœceſis Moguntinæ, prout Nobis graviter conqueſti ſunt, in ſuis propriis perſonis & eorum hominibus, bonis, poſſeſſionibus, penſionibus, juribus & rebus, aliis eisdem Eccleſiis & perſonis a primævo tempore a Chriſti fidelibus pro ſalute ſuarum animarum ad divinum cultum donatis & relictis, ſeu alias qualitercunque ſpectantibus, omnino a Bonis, Poſſeſſionibus & Juribus Menſe Moguntinæ Archi-Epiſcopalis ſeparatis & diſtinctis, a Nonnullis Creditoribus, actoribus, ſpoliatoribus, Invaſoribus, propter negligentiam atque factum, nec non varios & diverſos Obligationum Contractus, ac propter Querras & Diſcordias prædictorum Archi-Epiſcoporum invaduntur, capiuntur, impignorantur, ſpoliantur, & aliis diverſis modis inquietantur ac turbantur violenter & injuſte. Hinc eſt, quod de ſolita Regiæ Majeſtatis benignitate & gratia prædictis Eccleſiis & perſonis opportuno remedio & ſingulari Privilegio contra præmiſſa ſuccurrere intendentes & volentes, quod de cætero a præſentis conceſſionis tempore in perpetuum præfatæ Eccleſiæ Perſonæ & Miniſtri, a prænominatis invaſionibus, captionibus, impignorationibus, ſpoliationibus, & a quibuscunque aliis moleſtationibus ipſis ex parte Archi-Epiſcoporum prætactæ Moguntinæ Eccleſiæ eorum nomine, vel pro ipſis ex nunc in antea à quibuscunque, in ſuis perſonis, bonis, poſſeſſionibus, penſionibus, Juribus, & Rebus aliis quibuscunque ipſis qualitercunque inferendis communiter vel diviſim debeant eſſe liberi, exempti, & immunes: nec non ipſos ſuper his noſtræ Regiæ Majeſtatis plena & ſecura volumus gaudere protectione, & libertate perpetuo valitura. Mandantes igitur firmiter & diſtricte præcipientes veſtræ Univerſitati communiter & diviſim ſub obtentu gratiæ Noſtræ Regiæ Majeſtatis, & favoris, ne quiſquam Veſtrum de cætero prænominatas Eccleſias, Perſonas ſeu Miniſtros eorum in prætactis eorum Perſonis, Hominibus, bonis, poſſeſſionibus, penſionibus, juribus, & rebus aliis, verbis vel factis per ſe vel alios invadere, capere, impignorare, ſpoliare, ſeu quovis alio modo perturbare præſumant, alioquin omnes & ſingulos, qui contra præmiſſa temere venire præſumpſerint, niſi infra Menſem Læſis damna & injuriam paſſis requiſiti ſatisfecerint, cum Effectu Indignationem, & offenſam Noſtræ Regiæ Majeſtatis, nec non pœnam centum Marcharum argenti pari, pro media parte Fiſco Noſtræ Cameræ, & pro alia medietate damna & injuriam paſſus ſolvendarum; eo ipſo prætacto Monitionis & Requiſitionis menſe præterito ſe noverint incurſuros, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo Teſtimonio Litterarum. Datum Moguntiæ, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, quinquageſimo quarto. Indictione ſeptima, quarto Idus Januarii. Regnorum Noſtrorum Anno octavo. Ego Joannes Luto-Mucchlenſ. Epiſcopus, Aulæ Regiæ Cancellarius recognovi. Rta. Leonh.

LXIV.

Einigungs-Brieff, ſo Ertz-Biſchoff Gerlach zu Maintz mit der Stadt Erffurt auff fünff Jahr lang Anno 1355. **auffgerichtet, befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. IV. unter der Stadt Erffurt,** p. 448.

LXV.

Kayſers Caroli IV. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Maintz, de Anno 1356.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus quartus, Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei Memoriam. Etſi Imperialis Majeſtatis circumſpecta benignitas, univerſos & ſingulos ſuos fideles ac devotos, quos Romanum ambit Imperium ex innata Clementia, pio favore proſequitur, ad illorum tamen honores & commoda promovenda uberius aſpirare tenetur, quorum fides & devotio amplioribus comprobantur operibus, quique pro exaltandis noſtris & Imperii Sacri Juribus non deſinunt ſuſtinere ſollicitudines continuas & labores. Sane conſtitutus in Imperialis Noſtræ Majeſtatis præſentia Venerabilis Gerlacus, Sanctæ Moguntinæ ſedis Archi-Epiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, Princeps & conſanguineus noſter Dilectus, eidem Majeſtati Noſtræ devote & humiliter ſupplicavit, quatenus ſibi & ſucceſſoribus ſuis Archi-Epiſcopis, & Eccleſiæ Moguntinæ univerſa & ſingula privilegia & litteras, quæ & quas recolendæ memoriæ a divis Romanorum Imperatoribus ſive Regibus, prædeceſſoribus noſtris a Nobis & Imperio, ſuper quibuscunque poſſeſſionibus, Dominiis, Juribus, Libertatibus, Honoribus, & aliis quibuscunque rebus obtinuiſſe noſcuntur, approbare, ratificare, & confirmare ac innovare de Imperialis Noſtræ Celſitudinis gratia dignaremur, prout etiam eadem Romana Regia auctoritate & ſub Regali noſtro ſigillo duximus confirmanda. Nos Conſiderantes & attenta mente penſantes multiplicia probitatis merita, & indefeſſæ Virtutis conſtantiam, ac fidelia grata Servitia, quibus idem Archi-Epiſcopus Nos & Sacrum Roman. Imperium flagranti Animo & pervigili ſtudio frequentius honoravit, præſertim cum Supplicatio prædicta rationabilis exiſtat, & juſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus, animo deliberato, & ſano Principum, Baronum, Procerum & nobilium noſtrorum & Sacri Romani Imperii, accedente Conſilio, ſibi univerſa & ſingula Privilegia, & Litteras ſuper quibuscunque poſſeſſionibus, Dominiis, Principatibus, Juribus, Libertatibus, Honoribus, Proprietatibus, Æmunitatibus, Terris, Territoriis, Provinciis, Diſtrictibus, Caſtris, Civitatibus, Villis, Locis, Montibus, Vallibus, Planis, Paſcuis, Silvis, Rubetis, aquis, aquarum decurſibus, tam Rheni quam Mœni, ripis & fluminibus, in iisdem navigandi, tranſportandique, Juribus & Jurisdictionibus omnimodis, piſcaturis, piſcinis, piſcationibus, venationibus, aucupationibus, Vaſallis, vaſallagiis, feudis, feudatariis, collationibus, Juribus patronatus Eccleſiarum, Judiciis, Teloniis, Vectigalibus, conductibus, Datiis, gabellis, Monetis, pignoribus, obventionibus, cenſibus, redditibus, ac aliis quibuscunque rebus, utilitatibus & emolumentis, quibuscunque etiam deſignentur Vocabulis, a prædictis divis Romanis Imperatoribus ſive Regibus, prædeceſſoribus noſtris, a nobis & Imperio obtinuerunt, in omnibus ſuis Articulis, ſententiis, punctis & clauſulis. De verbo ad verbum prout ſcripta, ſeu ſcriptæ ſunt, acſi tenores omnium forent inſerti præſentibus, etiamſi de iis Jure, vel conſuetudine deberet fieri

Mentio ſpecialis, Auctoritate ſpeciali approbamus, ratificamus, innovamus, & de ſingulari noſtræ benignitatis gratia ac Imperialis poteſtatis plenitudine tenore præſentium confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, innovationis & confirmationis paginam infringere, vel ei quovis auſu temerario contraire, ſi quis autem contrarium attentare præſumpſerit, gravem noſtræ indignationis oſtenſam & pœnam Centum marcharum auri puri, quarum medietatem Imperiali noſtræ Cameræ, reliquam vero partem præfato Archi-Epiſcopo & Eccleſiæ Moguntinæ ſupradictæ injuriam paſſorum a ſuis uſibus applicandam decernimus, ſe noverit incurſurum. Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli quarti, Romanorum Imperatoris invictiſſimi & glorioſiſſimi, Bohemiæ Regis. Teſtes hujus rei ſunt: Venerabiles Wilhelmus, ſanctæ ſedis Colonienſis per Italiam, Bohemundus, Sanctæ Sedis Trevirenſis per Galliam Archi-Epiſcopi, Sacri Romani Imperii Archi-Cancellarii Magnifici, Rupertus Senior, Comes palatinus Rheni, Archidapifer & Dux Bavariæ Rudolphus, Dux Saxoniæ, Archi Marſchalcus, Ludovicus, Marchio Brandenburgenſ. & Luſatiæ Archi-Camerarius Sacri Romani Imperii, ac Illuſtres Bolcko, Falckenburg. Bolcko Oppelan. Joannes Oppaviæ, & Primislaus Teſchinenſ. Duces, necnon ſpectabilis Burgardus, Burgravius Magdenburgenſis, Magiſter curiæ noſtræ, Joannes de Henneberg, Albertus de Anhalt, Joannes de Retz, Comites ac Nobiles Ludovicus & Craffto de Hohenloe, Godefridus de Brauneck, Ulricus de Hanaw & Joannes de Falckenſtein, & alii quam plures Principes & fideles Noſtri & Sacri Romani Imperii ſupradicti præſentium ſub bulla aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſo. Datum Nurenberg, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto. Indictione nona, ſeprimo Idus Januarii Regnorum noſtrorum anno decimo, Imperii vero primo, Ego Joannes, Dei gratia Lutomuſchlenſis Epiſcopus, Sacræ Imperialis aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto Patris, Domini Gerlaci, Moguntini Archi-Epiſcopi, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii, recognovi. Per Dominum Cancellarium, Joannes Eyſtettenſ. Rta. Hertwicus.

LXVI.

Kayſers Caroli IV. Privilegium vor Ertz-Biſchoff Gerlachen zu Mayntz, daß er aus innenbenannten Oertern Städte machen, und ſolche eben die Gnaden, Rechte und Freyheiten, wie bißhero die Bürger zu Franckfurt, genieſſen ſollen, und was deme mehr anhängig, de Anno 1356.

CArolus Quartus, Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis, quod, conſideratis multiplicibus virtutum meritis & ſinceris affectibus, quibus venerabilis Gerlacus, Sanctæ Moguntinæ ſedis Archi-Epiſcopus Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, Princeps & Conſanguineus noſter dilectus, continuæ fidelitatis conſtantia nobis & ſacro Imperio valde notabiliter & fructuoſe adhæſit hactenus, & ſicut non ambigimus, in futurum debebit ac poterit ſincerius adhærere, ſibi de ſolita benignitatis noſtræ clementia ut in circumferentiis caſtrorum, videlicet Haſelach, & Gerlachshuſen prope Müntzenberg, in locis, in quibus ſuæ induſtriæ placuerit & expedire videbitur; Nec non de Villis Gerensheim & Nidernhall prope Nagelsberg, ac de villa Haſela prope Wertheim, oppida facere, inſtaurare, & de novo conſtruere poſſit, debeat & valeat, authoritate Imperatoria indulgemus, ſub omnibus & ſingulis gratiis & conditionibus prout meliori & utiliori modo factio, inſtauratio & conſtructio novorum oppidorum per noſtram celſitudinem poteſt indulgeri. Ut autem oppida hujusmodi & incolæ, ſeu inhabitatores eorum futuris temporibus proficere valeant, & continuum meliorationis recipere incrementum, ex innata nobis clementia concedimus oppidanis ipſorum oppidorum, Jura, gratias, libertates & emunitates, quibus Cives Civitatis Francofordenſ. fideles noſtri uſi ſunt hactenus & ſpecialiter potiuntur. Concedimus etiam & indulgemus oppidanis dictorum oppidorum, quod Cippos & Patibula facere & erigere poſſint & debeant, quibus propter bonum pacis & commodum innocentium reos & noxios corrigant debita decentia, juxta ſua demerita & ſuorum exceſſuum qualitatem præſentium ſub Imperialis Majeſtatis noſtræ Sigillo teſtimonio literarum. Datum Metis anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Quinquageſimo ſexto, nona Indictione, undecimo Calendas Januarii, Regnorum noſtrorum anno undecimo, Imperii vero ſecundo, Per Dominum Cancellarium, Joannes de Glaz, Rta. Volperth.

LXVII.

Ejusdem Privilegium vor Dechant und Dom-Capitul zu Mayntz, auch die Cleriſey ſolches Ertz-Stiffts, daß ſie von Wein-Früchten oder andern ihren Gütern, die ihnen wachſen, oder die ſie zu ihrer Nothdurfft in ihre Häuſer kauffen, nirgend einigen Zoll geben ſollen, de Anno 1366.

WIr Carl, von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer, zue allen Zeiten Mehrer des Reichß, undt König zue Behaim; bekennen offentlich an dieſem Brieff, undt thun kundt allen Luthen, die ihn ſehen oder hören leſen, daß wir angeſehen haben gantz ſtete Trewe, die wir allzeit befunden haben, ahn denn Erbaren dem Dhomb-Dechant und dem Gemeinen Capittel des Stieffts zu Maintz, unſern lieben Andächtigen; Undt wann wir mit Nahmen ſie umb die ehegenant Sach, bey allen ihren Freyheithen, Rechten, Gnaden und Brieffen behalten wollen, und meinen nicht zu leiden, daß Sie daran zu unrecht von Jemand gehindert werden. Darumb gebiethen Wir ernſtlichen von Unſer undt des Reichs wegen allen Zöllern und wer Macht hatt an keinen Zöllen, wo die gelegen ſeind in dem Römiſchen Reich daß Sie die Vorgenanten den Dechant, das gemein Capittel zue Maintz, und alle Pfaffen uff demſelben Stifft, uff Waſſer undt uff Landte, von ihren Wein, Früchten, oder von anderen ihren Gütheren, die ihnen wachßen, oder die Sie zu ihrer Nothdurfft in ihre Häuſer kauffen, keinen Zoll nehmen ſollen, als Sie des auch von unſeren Vorfahren ahm Reich, Römiſchen Kayßeren und Königen Brieff und Freyheith haben, alß wir haben verſtanden, darum geviethen wir ernſtlichen, bey Unſeren und des Reichs Hulden, allen Fürſten, Geiſtlichen und weltlichen, Graven, Freyherrn, Herrn, Rittern, Knechten, Stetten, Gemeinden, Amptleuthen und allen andern unſern und des Reichs lieben Getrewen, daß Sie die ehegenanten an unſer Gnadt nicht überfahren, krencken oder irren in kein Weiß, als lieb ihn ſey unſer und des Reichs Hulde, und wer darwieder freuentlich thete, der ſoll hundert gutter Gulden, ſo offt das geſchicht ſein verfallen, die halb dem Römiſchen Reich, und das ander halb Theil dem gemeinen Capittel zu Maintz anelaſſen werden ſollen. Mit Vrkundt dieſes Brieffs, verſiegelt mit Vnſer Kaiſerlichen Maieſtät Inſiegel; Geben zu Prag nach GOttes Gebuhrt dreyzehen hundert Jahr, darnach in dem ſechß und ſechßzigſten Jahr, ahn dem nechſten Sontag nach dem Palmtag, Unſerer Reich in dem zwantzigſten, und des Kayſerthums in dem eilfften Jahr. Dn. Imperator commiſit. Vid. Epus Rudolphus. Rta. Joannes Luſco.

LXIIX.

Vereiniguna, ſo Ertz-Biſchoff Johannes Lucelburgicus zu Mayntz mit der Stadt Erffurt auff 10 Jahr lang auffgerichtet, de Anno 1372. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. IV. unter der Stadt Erffurt,** pag. 450. **vorhanden.**

LXIX.

Diploma, worinn dem Ertz-Stifft Mayntz von Raugraff Philippen das Oeffnungs-Recht in ſeinen Schloßen, Burgen und Städten verſchrieben worden. de Anno 1380. **ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. unter Chur-Maintz** pag. 3.

LXX.

Vertrags-Brieff zwiſchen dem Ertz-Stifft Mayntz und der Stadt Franckfurt am Mayn, wegen der Pfaffheit hieſelſt, de Anno 1395. **iſt** loco antea citato p. 4. **befindlich.**

LXXI.

Lehen-Brieff und zwar der allererſte, ſo vom Ertz-Stifft Mayntz denen Grafen von Gleichen ertheilet worden, de An. 1398. **ſiehe** loco ſupra citato, pag. 5.

LXXII.

Bündniß zwischen Ertz-Bischoff Johanne Naslovico zu Mäyntz und der Stadt Erffurt, wider Landgraff Balthasarn in Thüringen, und Marggraff Wilhelmen, wie auch alle andere Marggrafen zu Meißen, de Anno 1398. **stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. special. Continuat. IV. unter Erffurt,** p. 457.

LXXIII.

Diploma, Krafft dessen Bischoff Gerhardt und das Dom-Capitul zu Würtzburg Ertz-Bischoff Johanni II. zu Mäyntz, wegen zu leistender Hülffe, ihren Theil an dem Schloße Stadt und Amt Krautheim verschrieben, de Anno 1399.

WIr Johannes von GOttes Gnaden des Heil. Stuhls zu Mäyntz Ertz-Bischoff, des Heil. Röm. Reichs in Teutschen Landen Ertz-Cantzler, bekennen vor uns, unsere Nachkommen und Stifft zu Mäyntz und thun kund öffentlich mit diesem Brieff, daß wir mit Willen, Wissen und Verhängnüß der erbarn, unsern lieben andächtigen, Erhards von Ipelburg, (Uppelburg) Dechants und unsers Capittels gemeiniglich unsers Stiffts zu Mäyntz mit dem Ehrwürdigen in GOtt Vatern, unsern lieben Oheim, Herrn Gerhardten, Bischoff zu Würtzburg, und seinem Capitel und Stifft, um ihren Theil an dem Schloß Krautheim mit seinen Zugehörungen überkommen und entrichtet worden sind, in der Form und Weiß, als der vorgenante Herr Gerhard, Bischoff zu Würtzburg, und unser lieber Ohm, Rudolph, Graff Wertheim, Domherr und Stadthalter zu diesen Zeiten des Dechants und das Capittel gemeiniglich des Stiffts zu Würtzburg uns und unsern Stifft zu Mäyntz ihr Brieff darüber besiegelt, für sich und dem Stifft Würtzburg geben haben: Dieselben Brieff von Wort zu Worten hernach geschrieben und also lauten:

obitum bonæ memoriæ Theodorici, ultimi ejus Archiepiſcopi, canonici capitulariter, ut moris eſt, congregati, ad electionem futuri paſtoris procedere volentes, in quosdam arbitros compromiſere, qui ſuo nomine electionem facerent, illi ſimiliter convenientes Dietherum prædictum elegerunt, quamvis, ut poſtea nobis enotuit, non ſine labe & infamia ſymoniæ; Siquidem unus ex arbitris magna vi pecuniæ corruptus extitit, cujus vox quarto loco accedens inter ſeptem arbitros cauſam præbuit, ut Dietherus majorem partem haberet & electus diceretur, qui ſimiliter cum capitulo procuratores & decretum electionis ad nos miſit, petens, ut electionem hujusmodi confirmantes de perſona ſua Moguntinæ Eccleſiæ provideremus, non attendentes, quanta eſt Maguntini Archiepiſcopi apud Germanos auctoritas, & quam conventui Mantuanenſi, cui tunc præſidebamus, ſua præſentia admodum utilis eſſet, propterea, quæ contra Turcorum perfidiam agere intendebamus, Diethero eidem mandavimus, ut ad nos, ſicut jura volunt, pro confirmatione ſeſe conferret, quia multa pro Dei honore & ſalute populi Chriſtiani ſecum tracturi eramus, prorogantes veniendi tempus & certiſſimam ſuæ confirmationis ſpem facientes, tum ejus promotionem illi eccleſiæ utilem putaremus, ſed homini pertinaci ac duræ cervicis nunquam perſuaderi potuit, ut ad nos & conventum tam neceſſarium accedere vellet, modo corporis infirmitatem, modo pauperiem prætendenti, quamvis & valitudinem bonam ejus expectaturos nos diſceremus, quæ mox conſecuta eſt, & adventum ejus cum parvo comitatu requireremus, tum ſtaret immobile vitiati animi propoſitum, nec flecti ad veniendum poſſet, ceſſimus inſectari ſuperiores & ad diſcipuli voluntatem magiſtri deſcendimus, ſperantes vincere in bono malum, & duri capitis opinionem clementi benignitate mollire, providimus Eccleſiæ Maguntinæ de ſua perſona, literasque proviſionis in forma conſueta decrevimus, neque enim ea nobis innotuerant, de ipſo vitia, quæ poſtea palam emerſerunt, & bonum eſſe arbitrabamur, quem Capitulum Moguntinum in paſtorem efflagitaſſet, procuratores Dietheri ejus nomine & in animam ejus ea nobis juraverunt, quæ cæteri Epiſcopi Romanis pontificibus jurare conſueverant, & ultra hæc venturum ipſum perſonaliter infra annum ad præſentiam noſtram, quocunque in loco cum Romana curia degeremus, ad quæ facienda procuratores prædicti ſpeciale mandatum exhibuerunt. Credidimus bonis verbis ejusdem Dietheri, qui per literas & nuntios ejus optimum ſe futurum & obedientiſſimum filium pollicebatur, ſed cum animo ſitienti expectaremus hunc hominem, tanquam ſedis apoſtolicæ propugnatorem & Catholicæ fidei defenſorem, ea curare, quæ pro tutela Chriſtianæ religionis in Mantuenſi conventu concluſeramus, invitare homines ſuæ notionis ad expeditionem contra Thurcas obeundam, ad obediendum in ea re chariſſimo filio noſtro Friderico, Romanorum Imperatori Auguſto, ad quem idcirco legatum de latere miſeramus, ad parandos exercitus, ad ſolvendas decimas, ac vigeſimas & trigeſimas contribuendas & alia præſidia præſtanda, homo in reprobum ſenſum datus, Dei hoſtis, & totius gratitudinis inimicus mox cornua erexit in apoſtolicam ſedem, & matri ſuæ maledicere cœpit, latravit contra nos pluribus modis, legatum noſtrum calumniatus eſt, qui decimas conaretur exigere, quibus copiæ contra Thurcos armari poſſent, palamque dicere non eſt veritus, nos argentum nationis non fidei defenſionem quærere, licet nos decimas ipſas, non niſi conſentiente natione, exigi mandaviſſemus, & illarum cuſtodiam ac diſpenſationem in manibus eorum tradi juſſiſſemus, quos natio ipſa delegiſſet. Inter hæc accidit, ut, ad inſtantiam mercatorum, qui pecunias Apoſtolicæ ſedi debitas ſibi mutuo conceſſerunt, cum jam ſatisfactionis tempus præteriiſſet, Dietherus ipſe excommunicaretur absque noſtra conſcientia, nam id per judices inferiores in forma cameræ fieri ſolet. Quod ubi ad ejus notitiam pervenit, cenſuris eccleſiaſticis innodatus, non quomodo ſe ſolveret, & ad communionem fidelium rediret, ſed quomodo magis ac magis ſe pœnis immergeret excogitavit: non recurrit ad nos, nullam nobis quærelam fieri curavit, nullum remedium petiit, ſed paſſim clamans & vociferans contra nos, indigna ſe pati dicens, & Apoſtolicam ſedem blaſphemans, confecto quodam infamatorio libello ad futurum concilium contra Mantuanam bullam appellavit, excommunicationem ipſo facto, a qua, niſi a nobis, abſolvi non poteſt, & alias pœnas contra reos majeſtatis, & hæreticæ pravitatis fautores à jure fulminatas incurrens. Nec animo irreverenti, & infrænato ſatis fuit, primam ſedem his modis contempſiſſe, niſi & divina quoque contemneret, illis ſe publice immiſcens, palam & notorie excommunicatus & in irregularitatem incidens. En quæ reverentia canonum? quis timor Dei? quæ religionis conſideratio? Bis excommunicatus, bis extra Eccleſiam factus, non coactus, non juſſus, non abſolutus, Eccleſiam ingreditur: & divinis officiis ſe ingerit, & ſacroſancta polluere audet.

Nimia eſt hæc contumacia, ac rebellio & argumenta ſunt hæc hominis de Chriſtiana religione parum bene ſentientis, & omnia jura divina, & humana confundentis: quod in Dietherо manifeſtiſſimum eſt, quem violaſſe juramentum ſuum, nobis præſtitum, apertiſſime conſtat; Namque cum terminus ad nos veniendi, jam ſemel prorogatus inſtaret, non fidei memor, non promiſſi tenax, non debiti obſervator, non juramenti cultor, ſed excommunicatus, perjurus, irregularis & totius religionis expers atque inimicus, labi tempus præmiſit, nec ad nos venit, nec quod venire non poſſet, ſe excuſavit: quippe qui elevata facie, & arroganti mente nihil ſe debere Romano præſuli exiſtimat, & fortaſſe majorem eo ſe credidit, verbo & opere ſuperbus, & inflatus opinione ſua nunc iſtos, nunc illos hortatus eſt, ut appellationi ſuæ damnatiſſimæ adhæreant, ſperans ſuam nequitiam tanto magis inultam eſſe, quanto plures mali conſilii conſortes inveniret; ſed pauciſſimi ei adhæſerunt, & illi quidam decepti ac circumventi, quorum aliqui, cognita fraude, mox ab eo in ea parte ſequeſtrati ſunt, & appellationi renunciaverunt, ſeque fideles Romanæ Eccleſiæ filios declaraverunt, ſcientes nihil tam perniciosum eſſe, quam in errore cognito perſiſtere. Dietherus autem feroci animo & mente perverſa quotidie magis ac magis inſaniens, quamvis capituli cui adhæſionem extorquere non potuiſſet, tamen aliarum eccleſiarum capitula, ac prælatos in ſuam dementiam trahere omni ſtudio niſus eſt.

Indixerat auctoritate ſua nationis conventum apud Francofordiam: quod ſibi ex eo licere affirmat, quia Moguntinus præſul per nationem Germanicam Romani Imperii Archi-Cancellarius exiſtat. Fatemur eum, qui Maguntinæ præſit eccleſiæ Archi-Cancellarium eſſe Imperii apud Germanos, ſed vocare nationem in unum aliquem locum, invito Imperatore, poſſe, aut ei licere, nequaquam fatemur: ſed ipſe vero nimis multa ſibi arrogans, nondum ſacris pontificialibus initiatus, nondum Epiſcopus, non inveſtitus ab Imperatore, nondum regalia conſecutus, adverſante & contradicente Imperatore, nationem vocare audet, & conventum tenere: & quamvis dicat, ea ſe idcirco agere, ut nationi & reipublicæ Chriſtianæ conſulat, quod ad eum non pertinet, niſi quatenus à ſuperioribus mandetur: re tamen vera nihil aliud ſtudebat, quam ſibi favores adverſus apoſtolicam ſedem in reprobata appellatione ſua quærere.

Hæc cum nos accepiſſemus, nuntios noſtros, viros præſtantes, ad eum miſimus, qui male vadentem retraherent, & in viam reducerent, monſtrarent ſibi, quantum a recto tramite diceſſiſſet, quantum divinis legibus adverſaretur, quanto in periculo eſſet, quantum ſibi & nationi ſuæ, & univerſæ Chriſtianitati ejus conſilia nocere poſſent: ſed nihil profuerunt hortamina noſtra, multi Principes ac Prælati eum flectere fruſtra conati ſunt: non audivit genitorem, qui recta monebat, non conſiliariis ſuis auſcultavit, ſuffraganeum ſuum, inſignem theologum, qui quantum Apoſtolicæ ſedi quilibet Epiſcopus obnoxius exiſtat, per ſacras literas fideliter oſtendebat, contumeliis proſecutus eſt; Nemo animum ſuum potuit immutare, nullum audire, niſi ſe ipſum voluit, & qui prurientes auribus ſuæ cupiditati conſona dicerent. Cumque apud Francofordiam, prohibente Imperatore, congregationem habere non poſſet; Nam boni cives domino paruerunt ad Maguntiam conventum transtulit, ibique præſidere præſumſit, quamvis pauci advenere, quorum magna pars non ut ei auſcultaret, ſed ut ejus reprimeret audaciam: nec tamen defuere nonnulli, qui ejus inſaniæ conſentirent: inter quos Gregorius Haimburgenſis inventus eſt, quem veriori vocabulo errorium appellant, iniquitatis alumnus, quem, quamvis hæreticum publice damnatum, excommunicatum ac rebellem Dietherus ipſe non ignoraret, ad conventum admiſit, & illi palam communicavit, noſtris nunciis, ne id ageret, commonentibus Sed cur vitet exommunicatus excommunicatum, infidelis infidelem, perjurus perjurum, aut rebellis rebellem, pares cum paribus facile conveniunt, & colligatas inter ſe gerunt perfidi cautas. Gregorius Sigismundi ex principibus Auſtriæ jam damnati, & excommunicati propter injectas in Cardinalem S. Petri manus, in eo conventu nuncius affuit, dignus domini ſui orator, & dignus, quem Dietherus ſuæ perfidiæ conſortem admitteret.

Habitus igitur eſt conventus Maguntiæ multo minor, quam Dietherus ſperavit, in quo ipſe plenus minarum multa contra nos & Imperatorem locutus eſt, audens os in cœlum ponere, & de duobus capitibus vilis ovicula maledicere; & quamvis nuncii noſtri magnopere eum hortarentur, ne ſe hoſtem Apoſtolicæ ſedi redderet, ne damnatam appellationem proſequeretur, ne Imperatori moleſtus eſſet, ne Papam impugnaret; intelligeret, ſe nullam habere cauſam, cur talia tentaret; perſuaderet ſibi, omnia, quæ honeſta eſſent, facile poſſe à nobis Impe-

impetrari, recognoſceret ſtatum ſuum, neque altiora ſe quæreret; ſciret, ſe, quantum ad Romanum Pontificem attineret, ovem eſſe non paſtorem, & quantum ad Imperatorem, Vaſallum ſe gerere non dominum & utrumque ſibi judicem eſſe: impenderet reverentiam ſuis ſuperioribus, & dominorum potius clementiam, quam cenſuram experiri vellet; homo tamen criminoſus, & qui odio inextinguibili contra Romanam ſedem ardet, nec Imperatoris nomen audire poteſt, nullis flecti precibus, nullis deterreri comminationibus potuit, quin conceptum contra nos virus emoveret, plura attemptare auſus, quæ Apoſtolicæ ſedis, & Romani Imperii juribus mirum in modum adverſabantur: ſed noverunt prudentes viri, qui aderant, machinamenta ejus, nec manus tantæ malignitati dederunt. Finem habuit conventus aliter quam præparavit Dietherus; ruunt enim vana conſilia, nec temeritatis diuturna eſt cum proſperitate ſocietas.

Fractus omnino & deſertus ab his, in quibus plurimum ſpei collocaverat Dietherus paululum immutatus eſt, vocatisque noſtris, tanquam reſipere vellet, mendaci & contumelioſiſſimæ appellationi ſuæ renunciavit, verum id haudquaquam publice, ſed in domo coram paucis, ut quem non tam appellaſſe, quam appellationem revocaſſe pudebat: ſperaverunt tamen Nuncii noſtri, eum in viam velle redire; ſed cum interius hominis tangerent, nihil ſolidi inventum eſt: perſeverabat in auſteritate ſua, & ſibi Romanam ſedem cedere dignum arbitrabatur, & tanquam nos ab eo, non ipſe à nobis, inſtrui deberet, arrogantiſſime loquebatur, non ſe ſatisfacturum mercatoribus obtulit, non vitam emendaturum, non juramenta ſervaturum, aut alia facturum, quæ tenetur: ſed tanquam nobiſcum paciſci vellet, hæc atque illa promittebat, ſi nos ſibi, quod ipſe cupiebat, promitteremus. Quibus ex rebus animadvertentes incorrigibile cor ejus eſſe, nec ſperandum, quod ad frugem recte vivendi perduci poſſit, & maxime cum ejus electio, ſicut ante diximus, per ſimoniacam labem celebrata fuerit, de qua nobis poſtea gravia teſtimonia ſunt exhibita, & hoc in partibus illis vulgatiſſimum eſt; Difficile eſt enim, ut poteſtas malis artibus acquiſita aliter quam Leonis moribus adminiſtretur. Cumque multæ quærelæ ad nos pervenerint de malo ipſius Dietheri regimine, de violentia, qua utitur in ſubditos, de tyrannide, de rapina, de ſævitia, de pluribus aliis exceſſibus, non eſt viſum nobis hæc ulterius diſſimulare; Eſſet enim nimis periculoſum, ſi Diethe-rum ipſum in Eccleſia non ſua præſidere, & ſponſam illam immaculatam ulterius in adulterii poteſtate permitteremus, quod nihil aliud videre poſſet, quam oves lupo devorandas tradere, & devotum Eccleſiæ Maguntinæ Clerum, qui hactenus ab eo corrumpi non potuit, in manu hoſtis dimittere, qui pro ſua libidine vindictam ſumeret, & cum impunita huic tanta rebellio ceſſiſſet, facile aliorum animos ad audenda ſimilia traheret.

Eapropter cum manifeſtiſſimum ſit, Dietherum præfatum ad futurum concilium appellaſſe, easque in pœnas incidiſſe, quæ in literis per nos Mantuæ editis continentur, juramentumque violaſſe non ſolum de veniendo ad nos intra præſcriptum tempus, ſed etiam de obedientia & reverentia præſtanda, qui mandata noſtra contempſit, & multa contra nos & ſtatum noſtrum molitus eſt, cum literas Apoſtolicas accipere neglexerit, cum intra tempus à jure ſtatutum nec ſe fecerit promoveri, nec prorogari tempus poſtulaverit, cum excommunicatus ac publice denunciatus divinis ſe immiſcuerit officiis, & irregularitatem incurrerit, atque in cenſuris ſorduerit, ut de hæreſi vehementer ſuſpectus videatur, cum eos multis modis perſecutus ſit, qui ſe excommunicatum vitare voluerunt, cum multa ſibi arrogaverit, quæ ei non conveniunt, de Papa & Imperatore judicare præſumens, cum clero & populo ſuo gravis & injurioſus exiſtat, atque Eccleſiam ipſam Maguntinam in ſpiritualibus & temporalibus male gubernet, & multis incommodis afficiat, ſintque hæc omnia ita publica atque notoria, ut nulla poſſint tergiverſatione celari, quamvis propter præmiſſa jam cecidiſſe à jure ſuo videri poſſit, ſi quod in Eccleſia Maguntina, aut ex electione, aut ex proviſione noſtra præmiſſis ſibi competiit, nihilominus de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ad majorem cautelam, propter hujusmodi tam temerarios auſus, & tam enormia facinora, ipſum dicta eccleſia Maguntina, & omni jure, quod ſibi in ea competere poſſet, privamus & privatum eſſe declaramus, atque amovemus ab eadem, & ab omni vinculo abſolvimus, quo tenerentur eidem, capitula, præpoſitos, ſcholaſticos, cuſtodes, camerarios, cantores, theſaurarios, omnesque ac ſingulos prælatos, quocunque nomine cenſeantur, canonicos, paſtores, plebanos, vicarios perpetuos ac temporales, altariſtas ipſius Eccleſiæ, ac totius diœceſis Maguntinæ, omnes denique ac ſingulos vaſallos, ligios, caſtrenſes ac ſimplices, officiatosque omnes, cujuscun-

que ſtatus aut conditionis exiſtant; ſcabinos civitatum ac oppidorum, villarum, fortalitiorumque omnium, burgimagiſtros, conſules, eorumque rectores, quocunque cenſeantur nomine, & ſubditos univerſos ac ſingulos Eccleſiæ Maguntinæ, eidem Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri, & a juramento, ſi quod ei præſtiterunt, liberos & abſolutos eſſe decernentes, ac mandantes eisdem, & eorum cuilibet, ſub excommunicationis pœna, quem ipſo facto contravenientes incurrant, ne de cætero ipſi Diethero aut ſuis procuratoribus in aliquo reſpondeant, pareant vel intendant, ſed ipſum, tanquam morbidam pecudem, & peſtilentem beſtiam, ubique devitent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ privationis, declarationis, amotionis, abſolutionis, conſtitutionis mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Tyburi, Anno incarnationis Dominicæ M CCCC LXI. XII. Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

LXXXVII.

Pabſt Pii II. Proviſional Brieff, Krafft deſſen er Graff Adolphum von Naſſau, Canonicum zu Maintz, an des abgeſetzten Ertz-Biſchoffs Diether Stelle zum Ertz-Biſchoffe zu Maintz ernennet, de An. 1461.

Plus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Adolpho de Naſſau, Electo Moguntinenſi, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem ſuperna diſpoſitione vocati, ex paſtorialis officii debito, vices temporum, qualitates rerum, & conditiones perſonarum ſolerti conſideratione penſare debemus, ut circa ſtatum eccleſiarum quarumliber, præſertim cathedralium & metropolitanarum, ſic ſolicitis ſtudiis intendamus, quod ab eisdem lupos rapaces ac uſurpatores & illicitos detentores amoveamus, ac cum de ipſorum regiminibus agitur committendis tales ei in paſtores præficere ſtudeamus, qui commiſſum ſibi gregem dominicum ſciant non ſolum doctrina verbi ſed etiam exemplo boni operis inſtruere, commiſſasque ſibi eccleſias in ſtatu pacifico ac tranquillo velint & valeant, duce domino, ſalubriter regere & feliciter gubernare. Cum itaque nos hodie iniquitatis filium Dietherum, perjurum, ſimoniaca labe reſperſum, excommunicatum, publice denunciatum, mandatorum ſedis Apoſtolicæ contemptorem, irregularem ac de hæreſi vehementer ſuſpectum, qui ſe pro electo Moguntinenſi gerebat, & a nobis confirmationem per falſas ſuggeſtiones obtinuerat, licet propter ejus violentiam, tyrannidem, rapinam, ſævitiam, & alios enormes exceſſus, ac diverſa publica & notoria crimina, jam cecidiſſe à jure ſuo manifeſtum eſſet, ſi quod in eccleſia Maguntin. aut ex electione aut ex proviſione noſtra ſibi competiiſſet, nihilominus, de venerabilium fratrum noſtrorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, conſilio, ad majorem cautelam, propter hujusmodi tam temerarios auſus, & tam enormia facinora, ipſum Dietherum, ipſa eccleſia Maguntina & omni jure, quod ſibi in ea competere poſſet, privaverimus & privatum eſſe declaraverimus, atque amoverimus ab eadem, eumque, licet abſentem & invitum, ab omni vinculo abſolverimus, quo teneretur eidem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur, & propterea dicta eccleſia Maguntina vacare noſcatur, nullusque de illa, præter nos, ſe intromittere potuerit ſive poſſit, ex eo, quod nos cupientes eidem eccleſiæ, cum vacaret, per Apoſtolicæ ſedis prudentiam, & utilem ac idoneam præſidere perſonam, proviſioni ipſius eccleſiæ. ordinationi & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis autoritate, ſcienter & ignoranter contingeret, attemptari. Nos igitur ad proviſionem tam inſignis eccleſiæ celerem & felicem, ne eccleſia ipſa longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſolicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem eccleſiæ perſonam utilem & idoneam cum fratribus noſtris habuimus diligentem, ut tanto melius fidei, clero & populo conſulatur, quantocius per legitimi paſtoris adventum nefarius excludatur adulter. Demum ad te, ipſius eccleſiæ canonicum, in Subdiaconatus ordine conſtitutum, vitæ ac morum integritate, doctrina & literarum ſcientia præditum, & in ſpiritualibus providum, ac prudentia & rerum experientia in temporalibus circumſpectum, nec non hoſpitalitate, lenitate, clementia, miſericordia ac

ac juſtitia, & aliis multarum virtutum donis inſignitum, ac de magno nobilium & Comitum genere procreatum, cujus ſanguis usque ad Imperii cacumen aſcendit, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua, nobis & eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Moguntinæ eccleſiæ, de dictorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica, providimus, teque illi præficimus in Archiepiſcopum & paſtorem, in illo, qui dat gratiam, & largitur præmia, confidentes, quod præfata eccleſia ſub tuo felici regimine, gratia tibi aſſiſtente divina, proſpere dirigetur, ac grata in eisdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa, ſperantes præterea, te majorum tuorum veſtigia ſecuturum; Nam nonnullos de progenie tua de Naſſau eidem eccleſiæ Moguntinæ quondam præfuiſſe percepimus, qui adeo prudenter, adeoque modeſte & utiliter, ac magna cum omnium gratia ſe geſſerunt, & in hanc diem clariſſima illorum memoria, famaque ſit publica, tunc Moguntin. eccleſiam floruiſſe, cum aliquis ex ſanguine de Naſſau illam adminiſtravit, ſpem etiam in Domino ſuſcipientes, te nefandi Dietheri tyrannidem ſoluturum, & multa commoda eccleſiæ ac univerſo clero & populo Moguntino allaturum, & quoad vixeris inconcuſſa fide, devotione atque obedientia nobis & ſucceſſoribus noſtris adhæſurum, & omnia, quæ bonus & verus Archiepiſcopus tam eccleſiæ ſibi commiſſæ, quam Romanæ, omnium matri ac magiſtræ & dominæ, præſtare debet, impleturum. Jugum igitur domini, tuis impoſitum humeris, promta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem prædictas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter & prudenter, quod ipſa eccleſia Moguntina gubernatori provido ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque, præter æternæ retributionis præmium, noſtram, & Apoſtolicæ ſedis benedictionem & gratiam uberius conſequi merearis. Dat. Tiburi, anno incarnationis dominicæ milleſimo, quadringenteſimo primo, duodecimo Kalend. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

LXXXIIX.

Pabſts Pii II. Breve an das Dom-Capitul zu Mäyntz, worinn er demſelben notificiret, daß er Ertz-Biſchoff Dietherum zu Mäyntz ab- und Graff Adolphum zu Naßau an ſeine ſtatt zu deſſen Ertz-Biſchoff und Haupt eingeſetzet, de Anno 1461.

Plus, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis, Capitulo Eccleſiæ Moguntinæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inter cæteras varias que curas, quibus aſſidue premimur, illa potiſſimum mentem noſtram excitat ac inducit, ut circa eccleſiarum omnium, præſertim Cathedralium & metropolitanarum, ſtatum feliciter dirigendum, diligenter intendamus, ac ab eisdem lupos rapaces ac uſurpatores & illicitos detentores amoveamus, eisque & veris & bene meritis earum prælatis, de opportuno eccleſiaſticæ ſubventionis auxilio provide ac ſalubriter ſuccurramus. Cum itaque nos hodie iniquitatis filium Dietherum, qui ſe pro electo Moguntino gerebat, & a nobis confirmationem per falſas ſuggeſtiones obtinuerat, licet propter ejus enormes exceſſus ac diverſa publica & notoria crimina jam cecidiſſe a jure ſuo manifeſtum eſſet, ſiquidem in eccleſia Moguntina, aut ex elatione, aut ex proviſione noſtra ſibi competiiſſet, nihilominus, de venerabilium noſtrorum fratrum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium conſilio, ad majorem cautelam, propter hujusmodi tam temerarios auſus, & tam enormia facinora, dictum Dietherum prædicta eccleſia Moguntina & omni jure, quod ſibi in ea competere poſſet, privaverimus, & privatum eſſe declaraverimus atque amoverimus ab eadem, eumque licet abſentem, invitum, ab omni vinculo abſolverimus, quo tenetur eidem, nec non præfatæ eccleſiæ Moguntinæ vacanti de perſona dilecti filii, Adolphi de Naſſau, electi Maguntin. nobis & eisdem fratribus, ob ſuorum exigentiam meritorum accepta, de dictorum fratrum conſilio, auctoritate præfata providerimus, etiam perficiendo eundem Adolphum ipſi eccleſiæ Moguntinæ in Archiepiſcopum & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur, quorum incommutabilis voluntas & intentio noſtra ſemper fuit & eſt, de præſenti, quod hujusmodi noſtra proviſio de dicto Adolpho electo benemerito facta, ac literæ prædictæ, deſuper habitæ, abſque dilatione aliqua ſuum ſortiantur effectum. Propterea vos univerſos & ſingulariter ſingulos Canonicos, ſub excommunicationis, privationis omnium & ſingulorum beneficiorum, dignitatum, perſonatuum, & adminiſtrationum ac officiorum, nec non bonorum, jurium & privilegiorum, libertatum & indultorum ac honorum, quos, quas & quæ ab eccleſia, vel

imperio

imperio obtinetis, inhabilitationisque ad ea & alia inpoſterum obtinenda, nec non perpetuæ infamiæ nota atque macula, pœnis, ſententiis & cenſuris, quas contrafacientes ipſo facto incurratis, requirimus & monemus, vobisque & cuilibet veſtrorum per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus mox poſt exhibitionem vel inſinuationem præſentium, aut poſtquam pro parte dicti Adolphi electi fueritis requiſiti, absque cujusvis moræ diſpendio eundem Adolphum electum, tanquam patrem & paſtorem animarum veſtrarum, grato admittentes honore, ac exhibentes eidem reverentiam & obedientiam debitas & devotas, juxta aliarum literarum noſtrarum tenorem, ad ipſam eccleſiam Maguntinam recipiatis & admittatis, cujusvis appellationis vel contradictionis obſtaculo, cæterisque non obſtantibus contrariis quibuscunque. Etiamſi de ipſis eorumque certis tenoribus præſentibus habenda foret mentio ſpecialis. Alioquin ex tunc, prout ex nunc, vos & qvemlibet veſtrum pœnas, ſententias & cenſuras hujusmodi incidiſſe declaramus, & ut tales denunciari & invitari, publicarique volumus atque mandamus. Datum Tyburi, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo, ſexageſimo primo, duodecimo Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

LXXXIX.

Pabſts Pii II. Bulla an alle Geiſt- und Weltliche Perſonen in der Ertz-Stifft Mäyntziſchen Archidiœces, **daß ſie Ertz-Biſchoff** Dietherum **nicht weiter vor ihren Herren erkennen, ſondern Graff** Adolphum **zu Naßau, vormahligen Domherren zu Mäyntz, vor ihren Ertz-Biſchoff halten und ehren ſolten,** de Anno 1461.

PIus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, univerſis Capitulis, Præpoſitis, ſcholaſticis, Cuſtodibus, Cameraribus, Cantoribus, theſaurariis, omnibusque & ſingulis prælatis, quocunque nomine cenſeantur, Canonicis, paſtoribus plebanis, vicariis perpetuis ac temporalibus, altariſtis eccleſiæ & totius Diœceſeos Maguntin. omnibus & ſingulis Vaſallis, ligiis, Caſtrenſibus ac ſimplicibus officiatisque omnibus, cujuscunque ſtatus & conditionis exiſtant, Scabinis Civitatum, oppidorum, villarum, fortalitiorumque omnium, Burgimagiſtris, Conſulibus eorumque rectoribus, quocunque cenſeantur nomine, & ſubditis univerſis & ſingulis ejusdem diœceſeos Moguntinæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum nos hodie iniquitatis filium Dietherum, qui ſe pro electo Maguntino gerebat, & a nobis confirmationem per falſas ſuggeſtiones obtinuerat, licet propter ejus enormes exceſſus ac diverſa publica & notoria crimina jam cecidiſſe a jure ſuo manifeſtum eſſet, nihilominus, de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ad majorem cautelam, propter hujusmodi tam temerarios auſus & tam enormia facinora, dictum Dietherum prædicta Eccleſia Maguntina & omni jure, quod ſibi in ea competere poſſet, privaverimus & privatum eſſe declaraverimus atque amoverimus ab eadem, eumque, licet abſentem & invitum, ab omni vinculo abſolverimus, quo tenetur eidem, nec non eidem eccleſiæ Maguntinæ vacanti de perſona dilecti filii Adolphi de Naſſau, electi Moguntin. nobis & eisdem fratribus, ob ſuorum exigentiam meritorum accepta, de dictorum fratrum conſilio, autoritate præfata providerimus, perficiendo eundem Adolphum eidem eccleſiæ Moguntin. in Archiepiſcopum & paſtorem; Vos itaque omnes eidem Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri, & a juramento, ſi quod ei præſtitiſtis, liberos & abſolutos eſſe decreverimus, ac vobis mandaverimus, ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto contravenientes incurretis, ne de cætero vos aut procuratores veſtri dicto Diethero in aliquo reſponderetis, pareretis, vel intenderetis, ſed ipſum, tanquam morbidam pecudem & peſtilentem beſtiam ubique evitaretis, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur ad habendam majorem cautelam & ad majorem mentis noſtræ & ſedis apoſtolicæ declarationem, vos univerſos & ſingulos præfato Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri decrevimus, & a juramento, ſi quod eidem Diethero præſtitiſtis, nec non quoscunque alios vigore feudorum quorumcunque aut confœderationum, ſeu ligarum, aut intelligentiarum, ſeu aliarum obligationum, quocunque nomine cenſeantur, penitus & omnino, autoritate apoſtolica, abſolvimus & liberamus, ac abſolutos eſſe declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conſtitutionis, abſolutionis, liberationis, declarationis & voluntatis infringere, & ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum,

rum, ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Tiburi, anno incarnationis dominicæ milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo primo, duodecimo Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

XC.

Ertzbiſchoffs Dietheri **zu Mäyntz** Apologie **wider die ihm auffgebürdete Päbſtliche Beſchuldigungen, worinn er zugleich die Ungiltigkeit ſeiner Abſetzung darthut, und ſeine Unterthanen zu fernerem ſchuldigen Gehorſam ermahnet,** de Anno 1461.

Allen und jeglichen Fürſten, Graven, Herren, Prälaten, und der gemeinen Pfaffheit und Geiſtligkeit, Rittern und Knechten, Bürgern, Dörffern und Gemeynden, enpieten wir Dither, von GOttes Gnaden des H. Stuhls zu Mentze erwehlter und beſtetigter, des heiligen Römiſchen Reichs durch Germanien Ertz-Cantzler und Churfürſte, unſern fründlichen Dienſt, Frintſchafft, Gruß und alles Gut. Erwirdigen, in GOtt Vatere, Hochgepornen Fürſten, Wohlgebornen, Edeln, Wirdigen, Strengen, Veſten, Erſamen und Wiſen, lieben beſundern Fründe, Neven, Vettern, Oheimen, Getruwen und Beſundern, yeden nach ſeinem Gupure. Nachdem und uff Samſtag nechſtvergangen, von wegen unſers heiligen Vaters Pabſt Pii, vor unſern Capitel und Pfaffheit hie zu Mentze offentlich verkundet und verleſen wurden ſind etlich Pebſtlich Bullen, inhaltende, wie derſelbe unſer heiliger Vater der Pabſt, nach Rate ſiner Bruder, der Cardinäle, uns unſers Stiffts zu Mentze entſatzt und Grav Adolphen von Naßau, Domherrn des vermeldten unſers Stiffts, damit verſehen haben, deshalben, daß wir mit der Symonien Unſtetigkeit beſprenget, meyneidiger, offenbahr verkundigter, gebanneter, der Geboter des Stuhls zu Rome, irregularis und von Ketzerey merckelich vermerckt ſind, auch ſuhſt faſt viel ungebührliches Vornemens wider ſin Heyligkeit, und unſern Herrn den Kayſer, er uns beſchuldiget, wir gehandelt und begangen ſollen haben, ernſtlichen dabey an unſern Capitel und Pfaffheit, und auch alle unſerer Amtlüde, Dyener, Unterdanen und andere uns verwandt geſynnende, uns fürbaßer zu mügen, nicht mehr zu gewarten, ſunder den benannten Graff Adulphen vor einen Herrn unſers Stiffts zu halten, Sie auch damit aller irer Verpflichtunge, Eyde und Gelobten, die ſie uns verhafft ſind, entbindet und erlöſet, als er vermeynet ꝛc. wie ſolichs dann die Päbſtlichen Bullen mit fernerm Inhalt begriffen.

Uff daß nu meniglich verſteen und gewiſſen möge, daß uns an ſolicher Bezihnige und Schuldigunge ungütlich beſchicht, wir der Din-

ge gantz unſchuldig ſin, uns dergleichen gegen dem Stule zu Rome, ſin Heiligkeit und unſern Herrn dem Keyſer, noch auch ſuhſt yemands anders nicht gehalten han, und auch ungern thun und halten wolten, anders dann eynen frummen Chriſtlichen Fürſten wohlgezemet: So thun wir daruff die Underrichtunge nachgerürt, die wir bitten, durch GOtt und der Gerechtigkeit willen, mit unverdroßener Gedult zu vernehmen, auch nach Nothdurfft zu betrachten und zu bedencken.

Erſtmals, als unſer heyliger Vater der Pabſt vermeynt, wir mit der Symonien Unſledigkeit befleckt ſin ſollen, deßhalben, daß, nach unſer Erwelunge, als yem zu wiſſen wurden ſy, eyner uß den ſieben Kieſern, mit merckelichen Gelde corrumpiret, mit ſeiner Stimme der vierden Stede Urſache, daß wir den meiſtentheile unſerer Erwelunge gehaben, und Erwelter geheyſen möchten werden, geben haben ſollen. Daruff iſt unſre Antwort, daß uns an ſolicher Schuldigunge gantz ungütlich und unrecht geſchicht, auch mit Wahrheit nimmer bibracht werden ſoll, noch möge, denn wir wiſſen uns des gantz unſchuldig, auch mit der Wahrheit, ob und wo ſichs begeben und Not ſin würdt, nach Gebürnüße zu Recht wohl zu verantworten und unſchuldig zu machen. Sint auch ſunder Zwifel, ſo der vierdte, davon unſer heiliger Vater der Babſt meldet, des von yem oder yemands anders zu Rede geſetzt oder der Beſchuldigunge ſuhſt innen wurden, er wiſſe das nach Nothdurfft ſiner Eren und Gelympff auch wohl zu verantworten, und ſich zu entſchuldigen, wie recht iſt: So iſt auch nicht davor zu halten, daß es fürzunehmen not geweſt wer, einen aus den ſieben Kieſern zu corrumpiren, angeſehen, daß unſer Capitel, darinne wir, auch der benannt Graff Adolph, mit und beygeweſt ſin, alle Umſtende dardurch deſto myner einiche Symonien oder andere ungebürliche Tadt und Suchunge, zu Verhinderunge der eynträchtigen Wale, in dieſelbe Wale fallen möchte, nach Notturfft verſorget, und ſoliche Wale uff ſieben Dumherren des Capitels die Zyt geſetzt han, in der Meynunge, welcher ußer uns von den ſie-

ben, oder den mereren Deyle eintrechtig gekorn und erwelt würde, den vor einen Herrn des Stiffts zu halten ꝛc. Nachdem wir nu von den sieben einträchtiglich und myt eyner einmütigen Stimme und Wale erwelt wurden sin, als daß das Decret und Brieff, und auch Handel derselben unserer eyntrechtigen und eynmüthigen Erwelung, darzu wir uns des ziehen, clerlich zu versteen gibt, besagt und innhat; so würdet unbillig unserer Wale zugelegt, daß die nicht uffrichtig, sunder durch Simonien und Liebunge des vierden, durch Gebunge mercklichs Gelds erkobert und erlägt sin soll. Darzu ist es auch zu versehlich, wäre unsere Wale durch Befleckunge der Symonien des vierdten oder yemands anders halber unrecht bescheen, unser heiliger Vater, der Pabst, hette darinne, nachdem und yem die Symonische beschehen, als er schreipt, zu wissen gethan wurden seyn, solle getragen, und die mit nicht zugelassen, sunder eyen andern, nach synen Gefallen, damyt versehen, daß nu von syner Heyligkeit nicht beschehen, sunder das Decret unserer Erwelunge yem durch unser und unsers Capitels Botschafft um Erlangunge willen unserer Bestetunge zugesant, unverworffen, an- und uffgenommen wurden ist, und ist auch der Besesse unsers Stiffts mit syner Zugehörunge uns als eyme einmütigen Erwelten desselben unsers Stiffts gegeben, synt auch also darinne gefürt und gesatzt von unserm Capitel, daby und mit der egenant Graff Adolph gewest ist, und in demselben unsern Stifft kummen, nicht heimlich, verborgenlich, oder beträglich, auch nicht durch einige Gabe, noch suhst eynicherley anderer unbillige Wege, oder Gedinge, dadurch wir in der Symonien Befleckunge desselben unsers Ingangs zum Stifft oder eincher anderer Sachen halber in eynche Wise gefallen, oder befleckt vermergt solten oder möchten sin oder werden, es were denn des Geldes halber, das wir syner Heyligkeit vor unser Pallium geben, bezalt und ußgericht han, desselben Geldes halber wir doch destomynner bekümmernüße hätten ußgeben und bezalt haben, auch destomynner dardurch Symonien begangen, vermeynten, hielten und halten, diwil das den alten gewönlichen Tax und Satze unsers Stiffts ergrifft; Soferne unser heyliger Vater der Pabst es darby verblyben lassen und uns damit nicht höger zu belestigen unterstanden hette.

Alsdann unser heyliger Vater, der Pabst, vorbaßer meldet, wie er nach Ersuchunge unserer Besketunge begert habe, uns persönlich zu yem gein Mantua nach solicher Bestetunge zufügen, des uns nyemandts habe überraten mögen, ist nicht sunder, als wir unser Capitel zu der Zyt als wir zu unsern Stifft, wie vor steet, erwelt wurden, und kummen sin, haben wir unser Botschafft mit dem Decret unserer Erwelunge, zu sin Heiligkeit gein Mantua geschicket, yem daßelbe Decret tun fürbringen, und demütiglich um die Bestetunge, als eyn Gehorsamer, bitten und ersuchen lassen, hat syn Heyligkeit, als uns von derselben unsern und unsers Capitels Botschafft verkundet ward, an sy gesinnen und zuschriben persönlich zu yem gein Mantua nach der Bestetunge zufügen, sin Heyligkeit wolle sich darinne gegen uns gnediglich und willig erzeigen, bewießen und halten. Nu weren wir des also zu thun gewest gantz willig und begierig, hette uns daran nicht verhindert mercklich tödtlich Kranckheit unsers Liebes, damyt wir der Zyt, alsdann kuntlichen ist, und sich auch warlich so und wan das Not würde sin, erfunden solte, beladen und behefftet gewest sint. Aber, nachdem syner Heyligkeit Gesinnen und Anmuthen an unser Botschafft die Zyt nach dem Pallio zu yen geschickt gewest ist, daß sie sich vor uns verpflichten solten, daß wir hinfüre kein Versammlunge unserer Mit-Churfürsten, auch etlicher anderer Puncte merer, hinfüro gehalten, uns doch als einen Ertz-Bischoff unsers Stiffts zu Mentze, und einen Dechant unserer Mit-Churfürsten, durch Verpflichtunge und Gepürligkeit gepüren und zusteende zu thun ist, nicht thun noch fürnemen solten, mag nicht unmerglichs sonder verstentlich Underrichtunge thun und geben, uff was Meynunge sin Heyligkeit unser Zukunfft und Bysin by yem zu haben begerig gewest ist, und als unser Bottschafft solichs, nachdem und sie das von unsern wegen inzugeen nicht in Bevehle hatten, das auch in sich selbs uns billich zemlich und gepürlich sin inzugeen nicht zuerfynden möchtent, ist yen von syner Heyligkeyt uns das Pallium zu geben geweigert und verhalten wurden, wir haben dannoch nicht abgelassen sunder ander Werbe unser Botschafft, als der Gehorsamer, zu syner Heyligkeit geschicket, und aber um die Bestetunge demütiglichen thun bitten und ersuchen lassen, auch desmahls unser Bestettunge und Pallium von yem erlanget, uff Maßen nachgerürt, dasselbe Pallium uns unser Botschafft auch also bracht hat, wir auch also mit gebürlicher Gezierden, als sich geheischt, uffgenommenen und entpfangen, und nochmahls hinter uns in unser Gewalt ligende, und uns in dem, als auch in andern, nach unsern und unsers Stiffts Gelegenheit und vermögende nicht anders dann gepürlich gehalten han

Als sin Heyligkeit dann furter berürt, daß wir meyeidig sollen sin, dardurch, daß unser Botschafft, die wir zu yem nach solichem Pallio geschickt

geschickt, in unsern Namen und Seele yem geschworen sollen han, was andre Bischoffe dem Babste gewönlichen gepflogen hetten zu schweren, und darüber, daß wir persönlich binnen Jars Frist vor yem erschienen solten, und als er, dem Zusagen nach, unserer Zukunfft also gewartet habe, und sorgen helffen, daß das zu Schirmunge und Handhabunge des Christen-Glaubens zu Mantua beschlossen wäre, zu erinnern unsere Lüte zu dem Zugk wieder den Türcken zu tülgen in den Dingen dem Keiser, darzu er siner Päbstlichen Legaten geschickt habe, den Zugk zu machen, auch zu bezaln den zehenden Pfennig, den zwantzigsten und den dreyßigsten zu geben und andere Hölff zu thun, sollen wir dem Pebstlichen Stul, unser Mutter, des mit wiederwärtigen Worten wiedersetzig würden sin, und sinen Päbstlichen Legaten das betrogen haben ꝛc.

Antworten wir, wes unser Botschafft in unsern Nahmen und Seele, siner Heyligkeit gesworen haben, zu pflegen des, das andere Bischoffe gewönlich zu sweren gepflogen haben zu thun, haben wir gehalten, und sint dem nachkummen uffrichtig, und getruwen, so das zu Verhörunge und an den Tag kommen würde, sich nicht anders erfünden soll, denn uff das, daß wir persönlich zu syner Heyligkeit nicht kommen sint, ist kuntlich und merglich, daß wir das erstmals mercklicher Kranckheit halber unsers Lybs, darnach der mercklichen Kriegs-Läufte halber die füro und sithero vorhanten gewest, und noch vor Augen sint, uns, unsre Land und Lüde trefflich berürrende, mit nicht haben thun können noch mögen, und das sunder groß merclich Ursach zu thun, noch auch frevelich nicht verhalten han, was auch durch sinen Päpstlichen Legaten zu Fürderung und zu Vollbrengunge des Christlichen Hertzugs wider den Torcken, nach Rate anderer unsrer Mit-Churfürsten anderer Fürsten, Herren und Stedten des Richs, als es sich wol billich geheischen hette und gebüret, beflossen ist und were; Hat an uns durch die Unsern, die wir ye zur Zyt trefflich darzu und beydes nach aller Notturfft helffen zu handeln geschicket und gehabt haben, nye erwonden. Aber daß es zu Beschließunge des zehenden, zwentzigsten und dreyßigsten Pfennigs, den sin Bebstlicher Legate mit ungestimmigen Fürnehmen, schweren Drauworten, grossen Mandat und Procels understunde inzubrengen, von der Deutschen Nation die des Uffsetzunge nicht verwilliget hatten, davon dann nicht alleyn durch uns, sondern alle andere unsere Mit-Churfürsten, Fürsten und Herren, die des in Sendboten auff dem Tage zu Wiene, darumbe dahin vorgenummen, uff eyn Meynunge dieselben Rete sich des vertragen hatten, umb willen sich sollich syns Bebstlichen Legaten Vollsarunge zu versorgen appellirt wurden ist. Es mögen auch die Worte uff die Meynunge, daß unser heiliger Vater der Pabst das Geld und Gut der Dutschen Nation und nicht des Glaubens Handhabunge suche, geret wurden sin, auch villicht noch geredet werden. Aber es ist nicht durch uns, als er schreibt, gescheen noch gered wurden, daß auch sin Heyligkeit sinen Bebstlichen Legaten die Uffsetzunge des zehenden Pfennigs ꝛc. nicht dann mit Bewilligunge der Nation, zu beherrschen, und die in der Nation Behaltenisse der, die sie darzu geben würden, stellen, solte bevolhen han, syn wir nicht wider, aber dem ist also von dem Bebstlichen Legaten nicht nachkummen, sunder vast bewegelich und ernstlichen von yem gegen der Nation, die ußzubrengen, understanden, und die Nation dardurch beweget wurden, des Mittel und Wege einer Uffhaltunge zu suchen, und fürzunemen, uff maße vorgerürt ꝛc.

Fürter als er setzt, so als wir nach verschehener Zyt der Bezahlunge des Geldes den Banckerern und Kaufflüden zu thun, das wir dem Stule zu Rome pflichtig gewest sin, und die Banckierer uns gelühen haben, von iren wegen excommuniciret und verbannet solten wurden syn, nicht sollen gedacht haben, und des zu entbenden und Gemeinschafft der Glaubigen zu keren, sunder je merer und mer in die Pane zu vertieffen, des auch nicht zu ym gepflagen, und uns gein yem nicht erclaget noch eyniche Hülff gebeten, sunder uns suhst von syner Heyligkeit beklaget und den Stule zu Rome mit unser Clage beschemet sollen han ꝛc.

Antworten wir, es möge sin, solten und wolten unsere Botschafft das Pallium von dannen han, sie haben sich über das, das sie von uns zu Bevehle hatten darvor, ob es anders nach unsers Stiffts Gelegenheit nicht bedacht, noch betracht wolt werden, mynner zu nemen, zugeben die alte gewönlich Tax und Satze unsers Stiffts verpflichten und begeben müßen, den Banckierern darvor zu geben ein Geld by dreifach als hochlaufende, als die alte gewönliche Tax gewest ist. So nu wir und unser Stifft mit mercklichen sweren Kriegs-Läufften die Zyt überfallen gewest sind, die dann vor und nach lange Zyt geweret han, und noch für Augen sint, darüber wir und unser Stifft merglich grosse Kost und Zerunge und Ußgeben gehabt und gethan han, und deshalben in grosse Schuld, des doch wir nicht Ursache gewest, kummen, und besunder in solich groß merglich Beschwerunge bracht wurden sin, daß wir so-

lichs so stattlich, sunder ferrer Beschwerunge unsers Stiffts, als das kuntlich und offenbare am Tage ligt, nicht haben können noch mögen ußgerichten. So wir dann also viel des Geltes, als unsers Stiffts vermögen, auch die alte gewönlich Tax und Satze unsers Stiffts gewest ist, bezahlt und gegeben han, und daß unser heiliger Vater der Pabst nicht genügig wolte syn, sunder wir, von syner Heyligkeit wegen, über unser und unsers Stiffts Vermögen unterstanden wurden sint mit Bannen und Processen zu beswren, hat unser und unsers Stiffts Notturfft nicht unbillig erfurdert, uns des mit gebührlichen Wegen und Mitteln versorgen und uffzuhalten,, und uns des davon als beschwert beruffen und appellirt, doch nicht anders dann zu recht, meynen auch darum, nachdem und nyemands über Vermögende zugeben durch Recht pflichtig ist, noch getrungen sulle werden, daran nicht unrecht, sunder Recht gethan han, denn solte das sin, daß man die Pallia derer Ertz-Bischöffe und Bischöffe durch Ersteigunge über ihr alt gewönlich Tax und Satze so höchlich und merglich brengen solte, wäre und würde in kurtzen zukünfftigen Zeyten, als uns nicht zwifelt, merglich wol prüfen mag, zu Sterunge und zu Vergenglichheyt aller Stifft brengen, daß billich das nicht zu loben ist. Wir wissen auch von keiner Verkundunge einigs Bannes, darinne wir behafft sint, oder sin sollen, uns ist auch nochmals kein Verkündunge einichs Bannes zu Augen kummen, oder vorgehalten worden, sind auch des von niemands ersucht, denn so viel wir des von Flucknern binnen Zyt unserer Appellierunge gehört mögen han, das uns doch, derselben Appellierunge halber, durch Recht billig nicht bannen noch belestigen solle, noch mag, und dwil unser Appellirunge nicht anders dann beschwert und betrenget über Vermögunge, zu Verhörunge der Sachen zu Recht gethan, auch deshalben nicht anders dann Rechts begert han, getruwen wir darumbe nicht bennüg, auch des Stuls zu Rome Gepotere Verachter zu sin.

Als fürter unser heyliger Vater der Pabst vermeynt, darumbe, daß wir uns mit einem erdichten beschemten Libell an eyn zukünfftig Concilium wider die Mantuanische Bulle und Gesetze beruffen haben, sollen wir mit der Gethat in die Pöne des Päbstlichen Bannes, und in andere Pöne, die wider die Verletzunge der Obersten Gewaltsame in den Rechten gegründet, gefallen, deßhalben von Ketzerey hefftiglichen vermergt sin, ꝛc.

Ist unsere Antwort: wiewohl daß ist, daß unser heiliger Vater der Pabst zu Mantua ein Gesetze gemacht hat, inhaltende: daß nyemand fürbaßer von einem Pabst an ein zukünfftig Concilium appelliren soll, bey der Pöne Verletzung der oberster Gewaltsamen. Aber so solichs nicht allein ein Land oder Nation, sunder die Nationes gemeiniglich der Christenheit berürende, und auch von den one Indrag von eyme yeden Beschwerten soliche Appellirunge gebruchet, und nu das sunder der aller Bewilligunge abgestalt, auch von den allen, die egerürt Constitutie nicht gewilliget noch uffgenommen, oder zugelassen, das auch wieder alle Göttlich, natürliche und geordnete Weher und Recht, das einem yeden Beschwerten von GOtt und Recht zugebruchen erlaupt, auch billig erleubet, gegünnet und gestattet werden soll, ist. So gedruwen wir darum und besunder, dwil wir soliche Appellirunge nicht one dreflich Ursache, sunder merglicher verterplicher Beschwerunge halber, gein uns und unsern Stifft fürzunemen understanden ist, gethan ist, keynerley Ketzerey begangen han, als wir auch ungern tun, oder uns des anders halten wolten, dann einem Christlichen, frummen Fürsten und Christen-Menschen, der wir auch sin, und biß an unser Ende zu verbliben, und zu versterben vermeynen, wol gezemet und gepürt, dann solte das sin, daß sich nyemand von Beschwerunge eyns Pabsts an ein künfftig gemeine Concilium beruffen solte, so möchte ein Pabst mit und gein einem yeden handeln und fürnemen, wes seines Willens were oder sin würde, und des möchte sich alsdann nyemands erweren noch uffgehalten, auch nicht vertragen sin noch verliben, was Last oder Beschwerde das eynem yeden Beschwerten tun und bringen möchte, mag meniglich wol prüfen. Daß wir nu um deswillen, daß wir uns der Appellirunge vorgemelt, als beschwert vom Pabst, gebrucht haben und yetzund aber in diesem merglichen und trefflichen grossen Sachen und Beschwerunge wider uns unverschult auch unerfurdert, unverhört und unerwonnen, alles Rechten wieder uns geweltiglich understanden, fürzunem ist, aber gebrochen wurden, vor einem Ketzer geschuldiget und gehalten werden solten, getruwen wir zu GOtt dem Allmechtigen Bessers, auch von menniglich nicht gelobt noch gebillicht werden solle.

Fürbaßer, als unser heyliger Vater der Pabst meldet; daß wir uns als ein verbannter Ingangs der Kirchen und der heyligen Amt, der Meße und Gezyde zugebruchen und erziehen, und dardurch in die Irregularität verfallen sin sollen ꝛc.

Antworten wir und getruwen zu Gotte, nachdem wir uns, als betrengt und beschwert, durch den Pabst von syner Heyligkeit zu Verhörunge

hörunge der Sachen zu Recht beruffen, und auch auff den Grundt des Rechten, und damit bevestet und versorget hatten, uns auch binnen Zyt der Appellirunge, oder auch dafür nie kein Proceß des Bannes zuhanden kommen, noch verkundet wurden ist, daß wir darumb in die Irregularität nicht verfallen, noch damit in ichts befleckt oder vermergt sin sollen, noch auch dafür gehalten werden.

Fürbaßer, als unser heyliger Vater der Pabst meldet, und uns zu verunglimpfigen vil lästerlichs begangen zuzühet, und uffmißet und unter andern hochanziihet, wie wir etwe viel um Zufall und Adhæsien unser Appellation ersucht, und angeruffen sollen han ꝛc. Were nun von siner Heiligkeit bedacht unser und unsers Stiffts Notturfft und Gelegenheyt, auch daß wir als ein Gehorsamer den alten gewöhnlichen Tax und Satze bezalt, auch daß wir überdas, daß nyemands über Vermögen und Billicheit pflichtig ist, noch getrungen werden soll, von syner Heyligkeit wegen unterstanden worden sin, zu beswren und deshalber nicht von eigenem Willen, sunder durch Notturfft unsers Stiffts, als das kuntliche und offenbare vor Augen gewest und noch ist, als beswert und genottrenget, und doch nicht anders dann zu Recht appelliren haben müssen; so zweiffelt uns nicht, sin Heyligkeit hette uns um Ersuchunge willen Adhesien, und Bekrefftigunge unsers Appellirens, so hefftiglichen nicht angezogen, und destominner darinne verdacht, angesehen, daß die Notwere eynen yeden zurecht erlaupt ist und sin soll.

Marggraff zu Burgaw, zu Oristani, zu Gotziani, und des Heyl. Röm. Reichs Fürst zu Schwaben, zu Catilonia, Asturia ꝛc. Herr in Frießland, auff der Windischen Marck, zu Portenaw, Bißcaja, Salins und zu Mechelen ꝛc. Bekennen offentlich mit diesem Brieff, und thun kund allermänniglich; Wiewohl wir allen und jeglichen Unseren und des Heyl. Reichs Underthanen und Getrewen, Unser Kayserl. Gnad und Gütigkeit mitzutheilen geneigt, seyn wir doch auß Kayserlicher Mildigkeit und schuldigen Pflichten mehr bewegt, die mit sonderlichen Gnaden zu fürsehen, die Uns und dem Reich, als die nechsten und vorderisten Glieder, die Bürde und Sorgfältigkeit desselben H. Reichs mit steten Diensten, und Darlegen ihres Leibs und Guts helffen tragen. Wann nun der Ehrwürdig Sebastian, Ertz-Bischoff zu Mayntz, des Heyl. Röm. Reichs in Germanien Ertz-Cantzler, Unser lieber Neve und Churfürst, in Gegenwärtigkeit ander Unser und des Heyl. Röm. Reichs Churfürsten und Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, so in guter Anzahl bey Uns gewesen seyn, für Uns kommen ist, und Uns demüthiglich gebetten hat, daß wir ihme sein und des vorgemelten Stiffts Mayntz Regalia, Lehen und Weltlichkeit, mit allen und ieglichen Mannschafften, Graffschafften und Herrschafften, Lehenschafften, Geistlichen und weltlichen Ertzten, Bergwercken, Wildbännen, Waidneyen, Ehren, Rechten, Strassen, Zöllen, Glaiden, Ehren, Würden, Zierden, Lehen, hohen und niederen Gerichten, Zwingen, Pannen und allen anderen Oberkeiten, Rechten und Gerechtigkeiten darzu gehörend, nichts außgenommen, so von Uns und dem Heyl. Reich zu Lehen rühren, zu Lehen zu reichen und zu verleyhen gnädiglich geruheten; Des haben wir angesehen und betracht solch des obgemelten Unsers lieben Neven und Churfürsten demüthig, fleißig und zimblich bethe, auch die lautern fleißigen, nutzlichen und getrewen Dienste, so Er Uns und dem Heyl. Reich in mannigfältig Weiß gethan hat, und hinführo an in künfftig Zeit wohl thun mag und solle; Und darumb mit wohlbedachtem Muthe, gutem Rathe der berührten Unser und des Reichs Churfürsten und Fürsten, auch Graffen, Edlen und Getrewen, und Rechter Wissen, dem vorgemelten Unserem lieben Neven und Churfürsten von Mayntz, alle und jegliche sein und seines Stiffts Regalia, Lehen und Weltlichkeit, mit allen und jeglichen Mannschafften, Graffschafften, Herrschafften, Lehenschafften, Geistlichen und weltlichen Ertzten, Bergwercken, Saltzwercken, Wildbännen, Waydneyen, Ehren, Rechten, Würden, Zierden, hohen und niedern Gerichten, Gericht-Zwengen, Strassen, Glaiden, Zöllen, Weeggelten, Gebotten und Verbotten, Oberkeit, Angriff und Jurisdiction uff Wasser und Land, auch Wasserflüssen, Leimpfäten am Rhein und am Mayn, Insulen und Neuen Wörden oder Sanden, mit allen anderen Regalien, Rechten, wie die seyn, oder seyn mögen, so weit seines Stiffts Güter, oder Fürstliche Recht und Obrigkeit begreiffen, nichts außgenommen, zu Lehen gnädiglich geraicht und geliehen; Reichen und verleyhen ihme die auch von Römischer Kayserl. Macht Vollkommenheit, wissentlich in Krafft dieß Brieffs, was wir ihme daran von Recht, Billigkeit und Gnaden zu verleyhen haben sollen und mögen, also, daß sein Lieb, die von Uns und dem Heyl. Reich zu Lehens weiß inhaben, besitzen, nutzen, niessen und gebrauchen soll und mag, in aller Massen und Rechten, die sein Vorfahren Ertz-Bischoffe zu Mayntz biß auff ihne, und Er bißhero ingehabt, gehalten, genossen und besessen haben, ungefährlich von allermänniglich ohnverhindert, der vorgenant Unser lieber Neve und Churfürst hat uns auch darauff gewöhnliche Gelübd und Ayde gethan, Uns, als Römischen Kayser, von solcher Regalien, Lehen und Weltlichkeit wegen, getrew, gehorsamb, und gewärtig zu seyn, für seinen natürlichen Herrn zu halten, zu dienen und zu thun, alß daß ein Churfürst und Ertz-Bischoffe zu Mayntz, einem Römischen Kayser von Rechtswegen zu thun pflichtig ist. Und gebiethen darauff allen und jeglichen des obgenanten Stiffts Mayntz Graffen, Freyen, Herren, Ritteren, Knechten, Mannen, Ambtleuthen, Burgermeistern, Räthen, Burgern, Vögten, Gemeinden, Hindersaßen und Underthanen, in was Würden, Stats oder Weesen die seyn, ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff, daß sie den obgenanten Ertz-Bischoffen Sebastian, in allen und jeglichen weltlichen Sachen und Geschäfften, sein und seines Stiffts Regalia, Lehen, Gericht und Herrlichkeit berührend, alß ihren rechten natürlichen Herrn, ohne alle Irrung und Widerrede, getrew und gewärtig seyn, und ihne der geruhiglich geniessen und gebrauchen lassen, alß lieb ihnen allen und Ihr jedem sey, unser und des Reichs schwere Ungnad zu vermeiden. Mit Urkund dieß Brieffs besiegelt mit Unserem Kayserl. anhangenden Insiegel. Geben in Unser und des Heyl. Reichs Statt Regenspurg, am dreyzehenden Tag des Monats Julii, nach Christi Unsers lieben Herrn Geburt, Fünffzehen hundert und im sechß und viertzigsten,

ſten, Unſeres Kayſerthums im ſechß und zwanzigſten, und Unſerer Reich im ein und dreyßigſten Jahren. Carolus. Ad Mandatum Cæſareæ & Cathol. Maj. proprium. Vidit Naves Obernburger.

CXVII.

Churfürſts Sebaſtiani zu Maynz Statuta Synodalia, de Anno 1549.

SEbaſtianus, Dei gratia ſanctæ ſedis Moguntinæ Archi-Epiſcopus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, & Princeps Elector &c. Univerſo clero & populo per diœceſim noſtram Moguntinam, ſalutem in domino ſempiternam.

Poſtquam grave illud paſtoralis muneris onus humeris noſtris, domino ſic diſponente, incubuiſſet, ſane nunquam quaſi in dignitatis & honorum faſtigio ſublimati, lætari potuimus, ſed quaſi in quadam ſpecula poſiti, ingentem & anxiam ſolicitudinem animo concepimus, & quaſi importabile onus humeris ſuſtinentes, ad omnem ſuſcepti muneris recordationem frequenter ingemuimus. Non enim ignorabamus depoſitum, quod tradente & commendante Chriſto ſuſcepimus, quanta in illo aſſervando cura, ſolicitudine & labore deſudare nos oporteat: quantave pœna nos maneat, & quam terribilis nos domini ſententia expectet, ſi quidquam de theſauro illo, quem Chriſtus, velut ſedulus & prudens negotiator, pretio ſanguinis ſui comparandum duxit, forte incuria perire contigerit. Accedebat ad cumulum ſolicitudinis noſtræ, & timoris noſtri pondus in immenſum augebat, quod functionem noſtram paſtoralem in eam videbamus tempeſtatem incidiſſe, qua tot ſectæ, ſchiſmata, & omnes pene præteritorum temporum hæreſes, velut conſpiratione facta agminatim in eccleſiam irruerant, & diſperſum Chriſti gregem immanes lupi ad interitum rapiebant: & qua univerſa vitiorum corruptela & graviſſimorum ſcelerum lues, ovile Chriſti quaſi contagione perſerpens oviculas Chriſti ſanguine redemptas orudelem in modum depaſcebatur.

Atque hac temporum iniquitate nobis nequaquam deſidiæ patrocinium, aut negligentiæ excuſationem, præberi exiſtimabamus; ſed curam & ſolicitudinem noſtram potius augeri: ut quanto gravioribus malis laborantem eccleſiam conſpiciebamus, tanto attentiore animo & ſtudio vigilantiore, in eam, quam Dominus nobis impoſuerat, paſtoralis officii functionem incumberemus, & gregi nobis credito cuſtodiam ſimul & diſciplinam ſedulo adhiberemus: cuſtodiam quidem, ut ex commonitione noſtra, cavere noxia, & ſalutaria appetere, peccata refugere, & virtutes ſectari, plebs nobis commiſſa ſedulo addiſceret. Diſciplinam vero, ut qui ſpretis ſalutaribus monitis, aut torpentes negligentia, aut malitia incitati, delinquerent, per nos à vitiis ſuis eccleſiaſticæ cenſuræ ſeveritate coercerentur. Siquidem, memineramus hanc utramque curam a domino, ovilis ſui cuſtodibus, ſub gravi comminatione injungi: cuſtodiam quidem, cum ait: Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina: & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt; Sanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram. Severitatem vero diſciplinæ dominus a paſtoribus exigens: Non quæras, inquit, fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: nimirum innuens gravi culpæ alligari eum, qui vitia ſubditorum, quæ pro poteſtate ſibi tradita compeſcendo emendare debet, diſſimulando nutrit & auget. Et alibi Dominus paſtorum negligentiam ſeveriſſimis minis increpans: Ecce ego ipſe, inquit, ſuper paſtores, gregem meum de manu eorum requiram.

His nos domini commotionibus incitari, jam inde ab initio ordinationis noſtræ propenſa voluntate ad debitam commiſſæ nobis functionis executionem omnem animi & conſilii vim convertebamus; ſed pios conatus noſtros inquietudo temporis illius impediebat, dum tumultibus & bellis ferverent omnia, ac plane appareret, ſeculum noſtrum jam nec vitia ſua ferre poſſe, nec remedia pati velle. Et jam nihil aliud, quam gravem eccleſiarum ruinam, & de proximo imminentem, religionis noſtræ interitum, oculis prævidebamus, niſi Deus pro immenſa ſua miſericordia miſeratus eccleſiam ſuam, tot malis graviſſime afflictam, & ſub tantarum calamitatum onere jamjam ruituram, invictiſſimi & potentiſſimi Principis Caroli quinti, pientiſſimi & vere Catholici Imperatoris, armis texiſſet, & a caſu præſervatam, pia ejusdem Imperatoris ſolicitudine ad priſtinæ ſecuritates recuperandæ ſpem erexiſſet.

Cum igitur ſingulari Dei gratia & miſericordia, & Chriſtianiſſimi, ac potentiſſimi Imperatoris beneficio, hæc quies eccleſiis reddita eſſet, ut jam de rebus religionis conſilia tuto capere liceret; Nos tamen opportunitatem, quam nos divinitus concedi diu deſideraveramus, nequaquam negligendam rati, omnes animi & conſilii conatus ad eccleſiarum nobis ſub-

ſubjectarum diſciplinam rite conſtituendam, & ad plebis commiſſæ ſalutem promovendam, adeoque ad totius paſtoralis muneris noſtri functionem pro virili exequendam, applicuimus: Et veterem eccleſiæ conſuetudinem inſequentes, quam Apoſtoli nobis reliquerunt, & ſancti patres quaſi per manus traditam ſedulo retinuerunt, ut quoties in fide Chriſtiana dubiæ quæſtiones orirentur, aut alioqui ancipiti malo eccleſia periclitaretur, mox Synodum convocarent, & dubias quæſtiones ex ſcripturis ſanctis, juxta communem ſanctorum Patrum conſenſum, & receptam eccleſiæ auctoritatem, dirimerent, & ſuborientibus difficultatibus & periculis, collato inter ſe conſilio, matura & ſalutaria remedia adhiberent: nos quoque poſt celebratam a nobis Synodum diœceſanam, præſentibus malis etiam ampliora conſilii remedia credentes quærenda, juxta ſacrorum canonum ſanctiones provinciale concilium duximus congregandum. Itaque Comprovinciales noſtros amicos chariſſimos & dilectos in Chriſto reverendos Epiſcopos, ad diem ſextum Maji in civitatem noſtram Moguntiam evocavimus, e quibus cum reverendus in Chriſto & Amicus noſter ſincere dilectus, Mauritius, Epiſcopus Eiſtetenſis, Vir inſigni eruditione præditus, & promovendæ religionis zelo mirifice flagrans, per ſeipſum; plerique vero alii per idoneos nuncios pietate, doctrina, providentia & conſilii magnitudine præſtantes Viros, prompte comparuiſſent, omnium, qui convenerant, voluntates ad eccleſiæ tot malis afflictæ, & tantis Cleri & populi vitiis deturpatæ, auxilium & emendationem valde pronas deprehendimus. Qua animorum alacri pietate, & pia alacritate exhilarati, invocato Dei auxilio, ſine ampliore mora ſancto & neceſſario negotio manus admovimus & quantum is nos adjuvare dignatus eſt, cujus cauſam agebamus, in commune cœpimus conſulere, quanam ratione populos nobis commiſſos in officio continere, noxias, quæque ab eis avertere, & ſalutaria eis providere, ac eccleſias noſtras in pace & puritate regere poſſimus, donec generale concilium his tantis malis aptiora remedia provideret, & omnium abuſuum pleniorem emendationem, ac Deo propitio calamitatum & diſſidiorum finem, inveniret. Tandem cum dies aliquot continuis deliberationibus aſſumpſiſſemus, quæcumque ad Dei gloriam illuſtrandam, ad eccleſiaſticæ diſciplinæ emendationem, & ad ſalutem commiſſi nobis gregis promovendam, apta & ſalutaria nobis viſa ſunt, in conſtitutiones divinæ legi, orthodoxorum Patrum ſententiis, & ſacrorum Canonum ſanctionibus & rectæ rationis judicio conſentaneas, congeſſimus, & eas, ut ab omnibus per civitates & diœceſes noſtras obſerventur, communi conſenſu publicandas decrevimus. Dedimus autem operam in iis noſtris conſtitutionibus, ut ſolicitudinis & paſtoralis noſtræ curæ utramque partem complecteremur, & gregi nobis commiſſo cuſtodiam ſimul & diſciplinam præſtaremus: omnem curam adhibentes, quatenus in eccleſiis noſtris ſimul ſalutarem, Chriſti doctrinam, in qua vita & ſalus Chriſtiani gregis conſiſtit, a pravis opinionibus immunem & puram conſervare, & diſciplinam eccleſiaſticam magna ex parte collapſam erigere, & ſic Chriſto, principi paſtorum, oves, quas ſuo ſangvine redimendas ſibi exiſtimavit, in illo die incolumes ſiſtere valeamus: nequaquam immemores, ut ingentis meriti ſibi comparant fructum, qui ſuper gregem domini diligenti cuſtodia incubantes, ad juſtitiam erudiunt, & ad ſalutem promovent multos; ſic æterni ſupplicii ſe reos conſtituere, qui ad paſtoralis officii functionem admoti, ſua negligentia interire ſinunt animas, pro quibus ſangvinem ſuum impendere, & acerbiſſimam mortem tolerare ſuſtinuit Chriſtus, Filius Dei.

Nos igitur juxta apoſtoli commonitionem, attendere volentes univerſo gregi, in quo nos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſangvine ſuo, memores nos aliquando coram juſto judice pro animabus commiſſæ nobis plebis rationem reddituros eſſe, in primis ſolicita cura duximus providendum, ut in eccleſiis per univerſam noſtram provinciam & diœceſes conſtitutis, ſana & ſincera, tum etiam una, conſentiens & concors ſacroſanctæ fidei noſtræ doctrina tradatur: quatenus populi curæ noſtræ commiſſi, ſicut, uno baptismo in ſpem vivam regenerati, unum colunt Deum, unamque fidem profitentur, & unam omnes ambiunt unius Patris in cœlo hæreditatem, ſic ad eandem una & concordi doctrina erudiantur.

Proinde univerſos & ſingulos paſtores, parochos, concionatores, & curatos, per civitates & diœceſes noſtras conſtitutos in domino exhortamur, eisque diſtricte præcipiendo injungimus, ut tum univerſam Chriſtianam doctrinam, juxta receptum ſanctorum patrum & orthodoxæ ac Catholicæ eccleſiæ ſenſum (vitatis noxiis novitatibus, & ſuſpectis opinionibus penitus omiſſis) plebibus commiſſis fideli cura tradant: tum vero eos præcipue, qui hiſce temporibus in controverſiam trahuntur, ſacroſanctæ religionis noſtræ articulos, in eam, quæ ſequitur, ſententiam explicent:

Capitula ad fidem pertinentia.

I.

Principio, ut, ſuperbenedictæ Trinitatis fidem, ſimplici populo non anxia nimis & ſcrupuloſa, ſed plana & ſimplici oratione, juxta ſcripturæ ſacræ, & trium Symbolorum apoſtolici, Nicæni, & Athanaſii traditionem, exponant; & eos unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate credere & confiteri edoceant: unum eundemque Deum in eſſentia, & in perſonis trinum, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum.

II.

Hunc Deum conditorem, conſervatorem, & gubernatorem eſſe rerum omnium, in pœnis & vindictis juſtum ſimul & miſericordem, in donis liberalem, omnis quidem boni, ſed nequaquam mali culpæ, auctorem: Siquidem nos peccata nulla impulſi neceſſitate, ſed malitia & vitio noſtro, perpetramus.

III.

Inter cetera bonitatis & potentiæ ſuæ opera, Deum ab initio hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidiſſe, corporis & animæ viribus rectum, ornatum juſtitia & gratia; intus in anima pravis moribus vacuum, in corpore infirmitatis omnis & omnium ærumnarum expertem, & a moriendi neceſſitate immunem, in voluntate ad bona malaque appetenda ex pari liberum.

IV.

Qui cum mandatum Dei, conditoris ſui, prævaricatus eſſet, ſanctitatem, gratiam & juſtitiam, in qua erat conſtitutus, juſtiſſimo Dei judicio amiſſis: iræ Dei ac damnationi obnoxius, & in corpore ſimul & anima factus deterior, ut jam in corpore famem, ſitim & innumeras alias miſerias & infirmitates, in anima concupiſcentiam ad mala allicientem, multasque noxias & moleſtas ærumnas, ac tandem utriusque, videlicet corporis & animæ, mortem ſuſtineret.

V.

Hoc primorum hominum peccatum propagatione in omnes homines tranſire, ac ſecum pœnam ſuam trahere, ut ſint natura omnes homines iræ Dei, mortis & damnationis rei, & in peccatum proni: qui per libertatem arbitrii ſui, quæ exigua & infirma in iis reſidet, nondum adjuti gratia Dei, ea, quæ ſunt Spiritus, & ad ſalutem conferunt, non agnoſcere, nedum appetere queant.

VI.

Ab hoc originalis peccati morbo, homines ſola Dei miſericordia per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, liberari; qui infirmitates & langvores noſtros in ſe ſuſcipiens, & peccata noſtra in cruce perferens in corpore ſuo, Patri nos reconciliavit, ut ſatisfactionem pro delictis noſtris, quam in noſtris meritis non invenimus, de Chriſti ſangvine & meritis ejus aſſumamus: cui dum per baptiſmum inſerimur, per Spiritum ſanctum mundamur, & omnem reatum, quem naſcendo vel proprie peccando contraximus, renaſcendo exuimus, & ab omni prorſus peccato liberamur, & per Spiritum ſanctum ſanctificamur, & innovamur ſecundum internum hominem, viresque contra relictæ concupiſcentiæ impetus accipimus, ut jam non regnet peccatum in mortali noſtro corpore: nec ad culpam nobis, ſed ad meriti occaſionem, ſi per gratiam Dei pugnaverimus, concupiſcentia in nobis ſit relicta.

VII.

Atque hac ratione ſanctificari homines, cum qui immundi & natura iræ filii, & damnationis rei ſunt, per Chriſti meritum peccatorum ſuorum remiſſione impetrata, renovantur Spiritu Dei, per Chriſtum ſecundum internum hominem: ut jam juſtificati gratia ipſius, & reconciliati Deo, & ab æternæ damnationis reatu abſoluti, heredes ſint ſecundum ſpem vitæ æternæ.

Talis autem juſtificationis initium ex Dei gratia provenire, qua ante omne meritum, dum adhuc inimici & peccatores ſunt, excitati & adjuti, & eidem gratiæ ſic excitanti & adjuvanti conſentientes & cooperantes, ad juſtificationem diſponuntur.

Hanc verò prævenientem gratiam, cum per alia media, tum potiſſimum in prædicatione verbi, ad converſionem hominis operari, dum homo peccatorum ſuorum admonitus, & a Deo juſto judice conſtituta peccatis ſupplicia metuens, mox excitatus & adjutus Dei gratia, a timore peccati, ad Dei miſericordiam cogitatione deflectit: & cum alia omnia in ſcripturis revelata, tum hoc præcipue fide firma capit, Deum peccatoribus propter Chriſtum miſereri velle: qua ſubnixus fiducia ſpem concipit, & timorem animo ejicit, ac Deum, quem ad miſerendum proclivem, ſibique jam propitium credit, diligere & peccata, quæ ipſum a Deo ſeparabant, odiſſe incipit, jamque Deo per baptiſmum uniri, ſi nondum eſt in Chriſto regeneratus: aut ſi poſt acceptam juſtificationis gratiam in peccata relapſus eſt, per pœnitentiam Deo reconciliari deſiderat, eique per vitæ novitatem placere, & per mandatorum ipſius obſervationem perpetuo adhærere velle proponit. Sicque is, qui tunc primo fidei Chriſtianæ initiandus venit, regenerationis lavacro ſuſcepto

ſuſcepto, aut ſaltem votis expetito, dum ſuſcipiendi facultas non ſuppetit, ille vero, qui poſt acceptam juſtificationis gratiam per peccatum rurſus excidit, per pœnitentiæ remedia juſtificationem accipit; quæ cum peccatorum remiſſione etiam ſanctificationem, & interni hominis innovationem confert, quatenus per meritum paſſionis Chriſti, quod jam credenti communicatur, cum venia peccatorum, homo etiam Dei gratiam, & per Spiritum ſanctum una cum fide, ſimul charitatem in corde diffuſam ac ſpem accepit. Hisque Dei donis in ipſo permanentibus, non jam ſolum ruputatur, aut nominatur, ſed vere exiſtit juſtus, non tamen ſua propria, aut ſuis meritis comparata, ſed ex gratia Dei per Chriſtum donata & communicata juſtitia.

Itaque hominem juſtificari gratis per fidem, quia nullis præcedentibus meritis juſtificatio acquiritur, ſed ex Dei gratia per Chriſtum donatur his, quibus in eum credentibus mortis ejus & ſuſi pro peccatoribus ſangvinis meritum applicatur.

VIII.

Caritatem vero, ſine qua nemo juſtus eſſe poteſt, jam tum, cum in juſtificatione hominis accedit, operibus bonis gravidam eſſe, nec otioſam manere in vere juſtificatis: quem oblata occaſione, & facultate permiſſa, promat de ſe opus bonum, & quotidiana faciat juſtitiæ incrementa, ſecundum ſcripturam: Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc. Ea vero, quæ juſtificati jam, membra ſua exhibentes arma juſtitiæ in ſanctificationem, fide per dilectionem operante, fecerint opera: tum quia Deus bene operantibus, & in ipſo ſperantibus, mercedem miſericorditer promiſit: tum etiam quia ejusmodi juſtificatorum opera, gratiæ Dei effectus ſunt, & movente & adjuvante Spiritu ſancto fiunt: vere bona, & Deo grata, ac remuneratione vitæ æternæ digna eſſe.

Non enim, ſecundum humanas vires æſtimanda ſunt juſtificatorum opera, ſed ſecundum eam gratiam, quam in ipſos influit Chriſtus, ex qua deinde bona ipſorum opera promanant. Et ſecundum eam dignitatem, quam de Spiritu ſancto, velut omnis boni operis motore & operatore, ſumunt. Sic enim extenuandæ vires humanæ, ut non ſimul & gratia Dei vilis reputetur, ſic in bono opere faciendo deprimenda eſt facultas hominis, ut interim cogitemus Spiritus ſancti motum & in nobis efficacem, & apud Deum acceptum, ac precioſum eſſe.

IX.

Ex eadem cauſa demonſtrandum eſt, mandatorum Dei obſervationem renatis ac juſtificatis eſſe poſſibilem, non ſecundum naturæ infirmitatem, quam habent cum aliis hominibus communem: Sed ſecundum gratiam Chriſti, quæ imbuti ſunt, & ſecundum opem Spiritus ſancti, quem renati ac juſtificati acceperunt: ut jam divinorum præceptorum obſervatio renatis tanto ſit poſſibilior, quanto majorem gratiam, eodem ſemper opitulante Spiritu, vel ſemel acceptam retinent, vel amiſſam novo ſubinde munere recuperant.

X.

Eam vero libertatem ſuam, (quam lex Spiritus, quæ eſt ipſa charitas, diffuſa in cordibus noſtris, nobis affert) Chriſtiani intelligant, non ut impleant ea, quæ in mandatis Dei exiguntur, ſed, quatenus ad ea adimplenda, non ut alii homines, pœnarum metu & imperio legis compellantur, ſed ea jam non inviti, imo vero volentes faciant: ita ut obedientia ipſorum, ſecundum animi promptitudinem, & in recte factis lætitiam, vera libertas: ſecundum præcepti adimpletionem, plena & pia ſervitus exiſtimetur. Alioqui cupiditatibus frena laxare, & carnis curam, ſecundum ejus deſideria facere, non Chriſti libertas, ſed pernicioſa diaboli ſervitus reputanda eſt.

XI.

Doceant etiam paſtores noſtri, ſeptem eſſe eccleſiæ Sacramenta divinitus inſtituta, per quæ, velut apta remedia atque inſtrumenta, & peccatis noſtris mederi, & ſuæ gratiæ munera nobis impartiri Deus noluerit; eaque non eſſe ritus ſimplices, quod quidam impie confingunt, ſed ſacroſancta ſignacula, & efficacia ſigna, quæ rite ea ſuſcipientes gratiam eis conferendo ſanctificent: Gratiam vero Sacramentorum, non ex ipſa externarum rerum virtute, nec ex merito Miniſtri, ſed ex internæ & divinæ operationis virtute, æſtimandam eſſe.

XII.

Et ut populus virtutem ac fructum uniuscujusque Sacramenti plane intelligat, concordi doctrina eruditi populos nobis commiſſos volumus, ut credant baptiſmi virtute omne prorſus peccatum tam originale, quam actuale remitti, nec quidquam in rite baptizato relinqui, quod ab ingreſſu regni cœleſtis remorari eum queat. Concupiſcentiam enim, quæ poſt baptiſmum in nobis ad agonem, non ad culpam, relinquitur, jam non eſſe peccatum vera ratione peccati; Sed peccatum ob id appellari, quod per peccatum facta, & ex peccato relicta ſit, & ad peccatum amplius inclinat.

XIII.

Datum etiam parvulis in fide eccleſiæ baptiſmum,

ptiſmum, ad abolendum originale peccatum, & ad ſalutem conſequendam, efficacem eſſe. Eumque ſemel rite, etiam a parvulo ſuſceptum, aut ab hæretico vel infideli in forma eccleſiæ cum recta intentione datum, ſine injuria Chriſti (in cujus mortis ſimilitudinem, ſemel pro nobis redimendis tolerat, trahitur) ſine grandi piaculo amplius iterari nec poſſe, nec debere: ne invocatio ſanctiſſimi nominis Dei, in qua ſemel ablutio data eſt, per iterationem, quaſi vana accuſetur; & mors domini, in cujus ſimilitudinem ſemel baptizamur, repetito baptiſmo, quaſi inefficax arguatur.

XIV.

Parochis vero & aliis Eccleſiarum Miniſtris per noſtras ditiones conſtitutis, ſedulo injungimus & ſub gravi pœna, prævaricantibus ſine remiſſione infligenda comminamur, nec aliter, quam adhibitis exorciſmis & ex ſufflationibus, unctionibus etiam & ceteris ritibus, per catholicam eccleſiam, ab antiquo obſervari ſolitis, & in aqua non profana, ſed ſolenni benedictione, & ſacri chriſmatis unctione, ſanctificata, extra caſum neceſſitatis, baptiſmum adminiſtrare præſumant.

XV.

Cum autem circa ſacrum baptiſma non raro evenire ſoleat, ut myſticæ illæ unctiones, jam inde ab initio religionis Chriſtianæ per univerſam eccleſiam adhiberi ſolitæ, vel ex neceſſitate propter metum imminentis mortis infantium, vel etiam ex contemptu, omittantur, nos parochis noſtris hanc curam ſerio injungimus, eisque diſtricte præcipiendo mandamus, ut de pueris ſic baptizatis diligenter inquirentes, ſi comperierint alioqui debitam, verborum formam obſervatam, baptiſmum quidem ſic traditum approbent: eos vero, qui, dum baptizarentur, unctiones non receperunt, ſerio exhortentur, & ſedulo inducere tenent, ut conſuetas unctiones cum oleo ſancto, in pectore & ſcapulis, & in vertice cum chriſmate (adjunctis ſolitis precationibus, quæ in agendis habentur) aliosque ritus omiſſos, in ſeipſis per catholicum Sacerdotem, juxta vetuſtiſſimum eccleſiæ morem, caute & pie ſuppleri curent. Quod ſi deprehenderint, in tali baptiſmo nec formam debitam eſſe obſervatam, his, qui ſic baptizati ſruſtra putabantur, totum baptiſma, ſecundum eccleſiæ ritum, tradant.

XVI.

Et ut tanto myſterio debita omnino reverentia exhibeatur, parochos & eccleſiarum miniſtros ſerio monemus, ut mane, intra officia divina, aut mox poſt ea peracta (non autem tempore pomeridiano poſt epulas & prandia, niſi neceſſitas aut periculum infantium accelerare baptiſmum expoſcat) cum multa ſobrietate & accurata devotione, baptiſmum adminiſtrent. Comeſſationes vero & parum ſobria convivia, quæ quibusdam in locis poſt baptiſmum fiunt, per civiles Magiſtratus inhiberi, aut ſaltem ad moderationem Chriſtianis dignam reduci volumus.

XVII.

Sacramentum confirmationis ex inſtitutione Chriſti, & Apoſtolorum praxi, eccleſiæ relictum eſſe, in quo, juxta domini promiſſionem, Spiritum ſanctum quo in baptiſmo ad peccati emundationem ſignati ſumus, cum novo gratiæ ſuæ munere accipimus: videlicet, ut virtute ejus contra Satanæ tentationes muniamur: ut gratia ejus, ad melius capienda fidei myſteria, illuminemur, ad confeſſionem Chriſti fiduciam & contra vitia robur accipiamus. Quæ omnia Chriſtus dominus per ſpiritum ſanctum, quem miſſurus erat, fidelibus conferenda diſerte promiſit. Ea vero, ut erant a Chriſto promiſſa, ipſis Apoſtolis in die pentecoſtes exhibita, & ab eisdem per manuum impoſitionem in alios transfundi cæpta, actus ipſorum ſatis teſtantur. Unde eccleſia catholica Spiritum ſanctum per manus Epiſcoporum fidelibus tradendi normam accepit.

XVIII.

Diligenter etiam populum inſtruant, cur hoc Sacramentum ab initio ſola manuum impoſitione exhibitum, mox ſub ipſis temporibus Apoſtolorum, ex eorundem traditione, adhibita chariſmatis unctione, cæperit conferri. Nam cum in initio Spiritus ſanctus, ad evidentiorem recentis adhuc fidei commendationem, ſigno viſibili influeret confirmatis, externa unctione, quæ illam internam deſignaret, tunc non erat opus. Poſtea vero adulta eccleſia, & ſtabilita fide, cum ſigna externa apparere ceſſaverunt, nec jam amplius Spiritus ſanctus viſibiliter deſcenderet, mox in locum viſibilis ſigni unctio chriſmatis adhiberi cæpit, quæ his qui confirmarentur internam & ſpiritualem unctionem repræſentaret, ut quid intus agatur per gratiam, foris aliquo viſibili ſigno innoteſcat, & verbi fidem externi clementi ſimilitudo confirmet.

XIX.

Non raro ex impedimentis cognationum Spiritualium, difficultates & periculoſa ſolent evenire: ad quæ cohibenda decernimus, ne cuiquam, ſive ex ſacro fonte levando, ſive ad ſacram confirmationem tenendo, plures quam unum patrinum, liceat adhibere.

XX.

Pœnitentiam, velut ſecundam, poſt naufragium, tabulam, cujus præſidio, in peccatorum voraginem relapſi, denuo perniciem effugimus, & gratiam reconciliationis & remiſſionis peccatorum recipimus; paſtores noſtri in eccleſiis ſedulo urgeant, & admoneant fideles, his partibus integram & utilem pœnitentiam abſolvi contritione, confeſſione & ſatisfactione.

XXI.

Neque enim remitti peccatum, cujus eum, qui admiſit, non pœniteat.

XXII.

Et cum ad ſananda hominum peccata Chriſtus duplicem miniſtris eccleſiæ ſuæ poteſtatem reliquerit, ut remittant aut retineant, ſolvant, aut ligent: quatenus id remedium ſanandis peccatis apponendum nobis dominus tradidit, eatenus confeſſionem, cum enumeratione peccatorum faciendam, nobis commendaſſe; ut ex recenſione peccatorum, is, qui diſcernendi poteſtatem accepit, ſciat, utram commiſſi muneris partem debeat exercere.

XXIII.

Satisfactionem vero ab his, qui deliquerunt doceant præſtandam. Non illam quidem, qua culpa peccati & æterna pœna diluitur, (hæc enim ſatisfactio ex ſola Chriſti propitiatione donatur) ſed illa a nobis præſtanda eſt, qua pœna temporalis, quæ poſt culpæ remiſſionem nonnunquam remanet, aut eleemoſynis aliisque pietatis operibus redimitur, aut jejuniis, aut aliis ſatisfactionibus (quæ tamen ipſæ etiam ex merito paſſionis Chriſti efficaciam ſumunt) avertitur.

XXIV.

Sacerdotes vero, qui confeſſionibus audiendis dant operam, abſolutionis formam non intricent pluribus membris, aut conditionibus appoſitis, ſed planis & ſimplicibus verbis depromant: Ego abſolvo te a peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti. Non tamen prohibemus, ut idoneo loco, ſeu ante abſolutionem, ſeu poſt eam, orationes, pro petenda delictorum venia, adjungant.

XXV.

Epiſcopis, qui curam animarum ſuſceperunt, hoc præſertim tempeſtate, qua variis & perniciosis opinionibus ſimplicium animi miſerandum in modum depravantur; ſummo ſtudio enitendum eſt, ut audiendis confeſſionibus, quæ ad formandas conſcientias opportune ſerviunt, ſacerdotes viri & integri & periti præficiantur. Unde omnes ſuperiores fratrum Mendicantium (qui in hac parte parochis in adjutorium accedunt) inducendos cenſemus, & ſerio monamus, ut fratres ſuos, quos ad audiendas confeſſiones admittere deſtinaverint, prius commiſſariis noſtris exhibeant: qui eos aut per examen, aut fide digno ſuorum ſuperiorum teſtimonio dijudicent, num idonei ſint, quibus ovium Chriſti ſalus tuto committi queat.

XXVI.

Ne autem, propter caſus reſervatos a ſalutari confeſſionis remedio homines retrahantur, dum vel in promptu Sacerdotem non inveniunt, qui eos abſolvere poſſit; vel etiam famæ ſuæ & ſumptui timent, ſi longius pro abſolutione conſequenda ablegentur: nos pudori ſimul & ſumptibus ſubditorum noſtrorum conſulere volentes, præſenti decreto ordinamus & conſtituimus, ut deinceps omnes parochi, per provinciam noſtram rite ordinati & vocati, omnesque fratres mendicantes, per ſuos ſuperiores, ut præmittitur, præſentati, & per commiſſarios noſtros approbati, poteſtatem habeant vice & nomine noſtro abſolvendi laicos contritos & confeſſos a quibuscunque peccatis occultis, qvantumvis gravibus & enormibus, qui alioqui auctoritati noſtræ ordinariæ reſervari debebant; exceptis duntaxat homicidis, hæreticis & excommunicatis, ad nos vel commiſſarios noſtros mittendis.

XXVII.

Nulli tamen religioſo (etiamſi ad confeſſiones audiendas, ut præmittitur, admiſſus fuerit) licere volumus, cuiquam laico ſacroſanctæ euchariſtiæ communitionem, ſine ſpeciali conſenſu parochi, ad cujus curam ille pertinet, porrigere. Quemadmodum & parochis omnibus ſerio inhibemus, ne quemquam alienum parochianum, ſine conſenſu ſui parochi extra neceſſitatem, ſive ad confeſſionem, ſive ad ullius Sacramenti perceptionem recipiant: ſi tamen ſubditus rationabilem cauſam allegans, alii Sacerdoti confeſſionem faciendi conſenſum a ſuo parocho petiverit, talem ei conſenſum volumus non denegari.

XXVIII.

Et ne contempto confeſſionis remedio homines ſacroſanctam euchariſtiam percepturi, periculum ſibi, quod Apoſtolus indignis & in exploratis graviter comminatur, accerſant: parochis noſtris injungimus, ne poſthac quenquam parochianum, qui non ſuo parocho confeſſionem fecerit (ſaltem ubi non factæ confeſſionis ſuſpicio ſubſit, ſine teſtimonio ejus, cui confeſſionem fecit, ad ſacroſanctam euchariſtiam admittere præſumant.

XXIX.

Magnam etiam cautionem adhibere debent confeſſarii Sacerdotes, ne de inuſitatis criminibus,

bus, præſertim a junioribus inquirendo, inexpertis novæ cupiditatis, aut criminis ante non tentati, occaſionem objiciant. Caveant etiam, ne confitentis peccatum ſermone, vel ſigno, vel aliqua ulla ratione prodant. Sed ſi conſilio ſuper aliqua re, in confeſſione ſibi manifeſtata indiguerint, rem ipſam, ſine ulla auctoris mentione, ad peritiorem referant. Quod ſi Sacerdos alicujus crimen per confeſſionem ſibi compertum, vel aperto indicio, aut ſaltem conditionis, aut loci, aut viciniæ, aut cujuscunque circumſtantiæ ſignificatione, revelaverit, a beneficio eccleſiaſtico remotus, ad arctum monaſterium ad agendam pœnitentiam retrudatur. Nec etiam Sacerdos confeſſarius a quoquam ſibi confitente de peccatis alterius expreſſo nomine ullo modo inquirere præſumat.

XXX.

Sacerdotes etiam confeſſarios monemus, eisque præcipiendo injungimus, ne in uſura, furto, rapina aut fraude, abſolutionem confitenti impertiantur: niſi ea, quæ injuſte abſtulit, qvatenus ejus facultates permittunt, ſe reſtiturum promiſerit. In aliis levioribus delictis, ſatisfactiones: juxta qualitatem culpæ, aut confitentis poſſibilitatem, moderentur.

Eosdem hortamur, ut, juxta delictorum qvalitatem ſatisfactionis modum temperent, & avaris eleemoſynas, incontinentibus jejunia, pro ſatisfactione imponant; quo ſemper confitentium vitia contrariis virtutibus compeſcantur.

XXXI.

De veritate corporis & ſangvinis dominici in euchariſtia plebem ex verbis domini inſtruant, ut credant, poſt conſecrationem ſub ſpeciebus panis & vini veram corporis & ſangvinis domini ſubſtantiam contineri: nec jam dividi Chriſtum, aut ſangvinem ejus a carne ſeparari unquam poſſe, quoniam amplius non moritur, ideoque ſub alterutra ſpecie Chriſtum integrum contineri, & ſub una ſpecie tantum a fidelibus, quantum ſub utraque ſumi.

XXXII.

Cum autem nemo fidelium dubitet, virtutem ſacroſanctæ euchariſtiæ, non ex ſpeciebus pendere, ſed ex vivifica Chriſti carne & ſangvine provenire: jam ne hoc quidem quisquam fidelis dubitare debet, illum ſub una ſpecie communicandi morem, ad ſalutem ſumentium æque utilem & efficacem eſſe, quam alterum ſub utraque: cum conſtet non minus accipi in una ſpecie: & eum quoque communicandi morem in una ſpecie: jam inde ab initio praxis Chriſti & Apoſtolorum in eccleſiam introduxerit. Unicuique autem fidelium, ex his duobus communicandi modis, eum merito tenendum eſſe, quam eccleſia, propter cauſas rationabiles, pro temporum ratione elegerit, & populo tradiderit obſervandum.

XXXIII.

Parochis etiam & miniſtris eccleſiarum ſerio inhibemus, ne cui extra caſum infirmitatis, aut neceſſitatis, ſacroſanctam euchariſtiam, niſi jejuno & confeſſo, porrigere præſumant.

XXXIV.

Sacram unctionem doceant paſtores noſtri, ad infirmorum, & eorum, qui ad vitæ exitum vergunt, præſidium a pio domino traditam eſſe, quam ejus juſſu primi apoſtoli exercuerunt. Quæ dum per orationem fidei infirmis adhibetur, per divinæ virtutis operationem, contra corporis infirmitates & terrores conſcientiæ, alleviationem & hilaritatem rite ſumentibus præbet: leviora peccata tollit, & graviorum teſtantes reliquias expurgat, juſta Apoſtoli teſtimonium, & receptam conſentientis eccleſiæ doctrinam.

XXXV.

In collatione ordinum, quæ cum impoſitione manuum velut viſibili ſigno traditur, doceant rite ordinatis gratiam divinitus conferri, qua ad eccleſiaſtica munera rite & utiliter exercenda apti & idonei efficiantur, & qua rata ſint & efficacia, quæ a rite ordinatis in eccleſia, juxta Chriſti & eccleſiæ inſtitutionem, geruntur. Hanc vero gratiam eſſe ordinis & muneris, non hominum, aut perſonarum, nec ad cujusquam privatam, ſed ad communem totius eccleſiæ utilitatem accommodari. Ideoque in rite ordinatis, ſive boni, ſive mali ſint, efficacem eſſe; Atque ita inter diſpares miniſtros domini noſtri dona ſemper æqualia, ſemper bona & ſancta permanere.

XXXVI.

De hoc ſacramento doceant noſtri paſtores, matrimonium ab initio ad officium inſtitutum, tandem ex Dei benignitate infirmis hominibus ad remedium ceſſiſſe; ut jam hæc maris & fœminæ commixtio, quæ alioqui, propter turpem concupiſcentiæ motum, peccato ex ſe non careret, propter gratiam Sacramenti, conjugibus ad peccatum non imputetur, ſed ſit honorabile in omnibus connubium, & torus immaculatus. Eſſe autem conjunctionem maris & fœminæ, duorum tantum; nec alicujus tertii conſortium, nec duorum a ſe invicem ſeparationem, niſi per alterius mortem, nullo modo admittendam. Quod ſi ob fornicationem (quæ ſola illis ſeparandi cauſa a domino permiſſa

miſſa eſt) conjuges invicem dimiſerint, manere debere innuptos, aut dimiſſo conjugi reconciliari, & neutri eorum, donec vixerit prior conjux, ad ſecunda tranſeundi matrimonia poteſtatem eſſe.

Matrimonia etiam ſine conſenſu parentum legitime inita non debere reſcindi.

Hanc conjunctionem ex libero conſenſu contrahentium per verba de præſenti expreſſa ſtabiliri, nec a parentibus (ſi forte eorum voluntas non acceſſerit) reſcindi poſſe.

XXXVII.

Volumus tamen liberos ſedulo admoneri, ut divini præcepti memores, velint in parentum eſſe poteſtate, nec illis inſciis, aut invitis inire matrimonia, ac quidquam rei ſeriæ inchoare præſumant.

XXXVIII.

Et ut matrimonio ſuus honos conſervetur, conjunctiones conjugum volumus in conſpectu eccleſiæ, adhibita celebritate conſueta, confirmari: ne per occultas copulationes, ſub prætextu conjugii illicitæ libidines graſſentur: Et ut pericula, quæ ex clandeſtinis copulationibus ſuboriri poſſunt, excludantur: nomina contrahere volentium, ante conjunctionem, tribus diebus feſtivis, non immediate ſe invicem ſequentibus, ſed per aliquot dierum intervalla a ſe diſtantibus, in eccleſia coram multitudine, proponi debent: ut ſi qui impedimentum matrimonii inter eos noverint, id ante nuptiarum diem parocho revelent. Nec contra hujusmodi denunciationem, niſi ex ardua & neceſſaria cauſa, diſpenſari debet. Quod ſi qui tempore hujus denuntiationis præſentes fuerint, & impedimentum reticuerint, poſt conjunctionem in conſpectu eccleſiæ celebratam, amplius ad ejus matrimonii accuſationem, aut ad teſtimonium contra ipſum, admitti non debent. Caveant etiam parochi & curati noſtri, ne peregrinos & ignotos ad matrimonia jungenda admittant, niſi libertatis ſuæ teſtimonia ex his locis attulerint, ubi prius vixerunt. Levitates vero, quas in pulſando ſponſo (& ſi quæ ſunt ſimiles) abuſus in ipſam usque eccleſiam invexit, omittantur: Saltationes laſcivæ, & comeſſationes parum ſobriæ, ſi in totum tolli nequeant, ſaltem ad moderationem, Chriſtianis dignam, reducantur; Ut ſic hilaritas nuptialis; pietate & modeſtia condita, oculis Dei, qui matrimonii auctor & copulator eſt, commendetur. Parochis ſeu Curatis, per univerſam provinciam noſtram conſtitutis, injungimus; Si ſub cura ſua habuerint ſubditum, qui mulierem, cui matrimonio jungi per impedimenta canonica non poteſt, tamen Uxoris loco publice foveant, ut ad dimittendam eam ipſum ſerio inhortentur: aut, ſi matrimonium eorum dubium ſit, num de jure ſubſiſtat, eosdem infra duos proximos menſes ad nos, aut officiales noſtros, pro declaratione accipienda, venire jubeant: quod ſi ſic moniti ab invicem non diſceſſerint, aut declarationem, ut præmittitur, non petiverint, aut noſtræ, vel officialium noſtrorum deciſioni & ſententiæ non acquieverint, ab eccleſiaſticis Sacramentis protinus arceantur, & niſi ante mortem peccatum ſuum emendaverint, aut ſaltem id confeſſi fuerint, aut ſerium ſuper eo animi dolorem oſtenderint, eccleſiaſtica etiam ſepultura priventur.

XXXIX.

Veterem morem in eccleſia ſequimur, dum ſalem, aquam, & ceteras quasdam res, in uſum fidelium, per orationes in verbo Dei præparamus. Quem morem nemo reprehendet, qui ſecum reputaverit, eccleſiam inter ceteras ſalutis & utilitatis ſuæ, cum augendæ, tum conſervandæ præſidia, etiam exorcizandi poteſtatem, contra inſidias dæmonum, aliasque noxias peſtes avertendas, accepiſſe. Quam poteſtatem, dum per res externas ad utilitatem fidelium exercet eccleſia, nimirum in eo ſanctorum imitatur exempla, qui ad eliciendos quosdam effectus, divino juſſu res corporales adhibuiſſe leguntur. Quem morem in eccleſiis noſtris præcipimus conſervandum, dummodo populum paſtores ſedulo doceant, effectus, qui inde petuntur, non ipſarum rerum efficaciæ, ſed divinæ virtutis operationi, per fortiſſimi nominis divini invocationem, tribuendos eſſe: & caverint, ne rebus talibus ad impias ſuperſtitiones abuti quisquam præſumat.

XL.

Similiter & reliquas ceremonias, quæ aut in cultu divino ornatum augent, aut mentes hominum ad pias & utiles cogitationes excitare poſſunt, diligenter retinendas cenſemus, præſertim eas, quas ex multa antiquitate profectas & per univerſam eccleſiam obſervatas, quaſi per manus traditas accepimus. Quales ſunt, quæ in adminiſtratione ſacramentorum adhiberi conſueverunt: quibus annumeramus, ut templa (velut orationum & divini cultus & Sacramentorum officinæ) per loca idonea, habeantur; ad quorum ornatum (ſimul etiam velut divini cultus, & promovendæ pietatis apta inſtrumenta) in iis ſigna crucis, aliasque imagines, vexilla, veſtes ſacras, altaria, & vaſa ſacra conſervari & uſurpari volumus.

XLI.

Imaginum autem uſum, velut pro erudienda plebe, & omnium animis excitandis utilem, in

cleſiis noſtris retineri ſerio mandamus: dummodo Paſtores noſtri populum accurate moneant, imagines non ad id proponi, ut adoremus, aut colamus eas, ſed ut quid adorare, aut colere, aut quarum rerum utiliter meminiſſe debeamus, per imagines recordemur. Procaces vero imagines, & nimio artis lenocinio, ad mundanæ potius vanitatis ſpeciem, quam ad pietatis commonitionem, effigiatas, in templis proponi omnino vetamus, tam laſcivam artis oſtentationem frugi & ſevero patriſamilias intra privatas ædes gravem, templis prorſus intolerabilem cenſentes.

XLII.

Cum utilis & legitimus imaginum uſus intra eos limites contineri merito debeat, ut ſimplex populus, non ipſas imagines adorare, aut fiduciam in eis ullam ponere; Sed quem adorare, quosve honorare, & unde omnia bona ſperare debeant, per imagines diſcant recordari. Nos, pravæ ſuperſtitioni viam præcludere volentes, omnibus locorum ordinariis injungimus, ut ſi forte in territoriis ſuis ad imaginem aliquam concurſus fieri, & homines ad ipſius imaginis figuram reſpectum habere, & quaſi quandam divinitatis opinionem illi tribuere, animadverterint, ipſam imaginem (adhibitis prius in conſilium theologis, & chriſtianarum antiquitatum ſcientiſſimis juxta ac pientiſſimis viris) pro cauſæ qualitate, aut tollant, aut mutent, & aliam, a prima notabili quantitate differentem reponant, ne rudis populus, in intellectu ſuo depreſſus, & ideo per media corporalia ad divina erigendus, ſpem ſuam contra eccleſiæ intentionem, in corporali, & quidem certa imagine, privata phantaſia atque inhæſione collocet: quaſi in illa ſit quædam neceſſitas, ut per eam, & non aliter, inducatur Deus & ſancti id facere, quod petuntur. Verum hæc omnia, uti dictum eſt, de theologorum & ſapientiſſimorum Virorum ſententia, ut ſic ſalubri ordinariorum providentia a pernicioſo idololatriæ ſcelere populi præſervetur ſimplicitas.

XLIII.

Reliquias etiam ſanctorum, velut divinæ gratiæ olim receptacula, & veriſſima Chriſti membra, & pura Spiritus Sancti domicilia, monemus in eccleſiis noſtris, vel ob id proponendas, & religioſa pietate venerandas, ut per eas fideles commoniti, diſcant virtutem & fidem ſanctorum imitari. Et alicubi in iis ſanguinolentas notas, & pro fide Chriſti tolerati martyrii veſtigia cernentes admoneantur ſpem fidei noſtræ non eſſe inanem, pro qua omnia dira pati ſancti martyres in animum ſibi induxerunt. Quorum exemplo ipſi etiam ad adverſitatum omnium tolerantiam animentur.

XLIV.

Peregrinationes etiam ad certas ſanctorum reliquias, aut ad templa memoriis eorum dedicata, vel ob id Chriſtiano populo cenſemus permittendas, ut ex ipſorum locorum admonitione, homines ad imitandam ſanctorum fidem, pietatem & conſtantiam, vehementiore affectu incitentur, & ut majori devotione ſe meritis ſanctorum ſociari, & precibus eorum adjuvare poſtulent: dummodo ſedulo caveant paſtores noſtri, ne uſpiam incertæ, aut novæ, ſine eccleſiæ auctoritate, aut ne ullæ etiam ad quæſtum proponantur, & ne concurſus ſuperſtitioſi ad ſtatuas, profanis potiſſimum locis ſitas, aut privata auctoritate erectas fiant.

XLV.

Doctrinam magno totius eccleſiæ conſenſu jam inde ab initio receptam, & quaſi per manus traditam, retineri eccleſiis noſtris omnino volumus; Sanctos videlicet, qui in fide Chriſti nos præceſſerunt, & vitæ hujus curſum beato fine clauſerunt, veluti ejus corporis, quo Chriſto conjungimur, nobiliſſima membra, â nobis merito honorari, non tamen eo, qui uni Deo debetur, cultu, ſed eo ſocietatis & dilectionis cultu, quo in hac vita ſancti homines â nobis rite coli poſſunt. Illos tamen tanto devotius, quanto ſecurius poſt incerta omnia ſuperata, quando etiam fidentiore laude prædicamus, jam in vita feliciore victores, quam in iſta adhuc usque pugnantes. Quorum etiam meritis aſſociari, & orationibus adjuvari, rite petimus, qui uno Spiritu nobiscum colligati, velut ejusdem corporis membra, utique hac nobis lege caritatis obligantur, qua pro invicem membra ſolicitudinem gerere, & pro invicem orare jubentur, ut ſalutem conſequantur: quod eo magis ſanctos in alia vita pro nobis facere confidimus, quo illis, poſt infirmæ carnis diſpoſitionem, & ferventior caritas, & de ſe ſecuris, ad promovendam aliorum ſalutem, promptior facultas acceſſit.

XLVI.

Ex eadem lege caritatis, qua nobiscum adhuc cohœrent, qui in fide & communione Chriſti ex hac vita migrarunt, tenendum eſt, defunctos vivorum pietate & orationibus adjuvari ſaltem eos, qui, cum viverent, ut eis hæc prodeſſe poſſent, meruerunt; qui non ita boni ex hac vita diſceſſerunt, ut iis non indigeant; nec ita mali, ut eis hæc prodeſſe non queant.

Eſt autem conſentiens eccleſiæ doctrinæ multarum ſcripturarum collatione, & evidenti ratione firmata, talem eſſe quendam medium decedentium

cedentium ſtatum, qui non mox, ut carnem hanc exuerint, aut æternis cruciatibus tradantur, aut ad beata illa ſanctorum conſortia admittantur: in quos, moderata & mixta clementiæ ſeveritate, vindicat ad tempus is, qui & miſericordiæ ſuæ, & tormentorum modum & menſuram novit. Alioqui, cum ex iis, qui peccaverunt, & per pœnitentiam, ſanantur, alii in hac vita multas adverſitates, alii aut parvas, aut nullas experiantur: & cum multi ex hac vita migrent, a lethalibus quidem criminibus immunes; levioribus tamen alius alio magis implicatus; quorum tamen nemo, ſive ob plura, ſive pauciora hæc delicta quotidiana, damnationem æternam ſuſtinebit: non facile modus inveniri poſſet, quomodo Deus (qui eſt in omnibus & erga omnes juſtiſſimus) non injuſtus videretur, ſi non poſt hanc vitam, per temporales, & non æternas pœnas, omnium compenſatio expectaretur.

XLVII.

Plebem Chriſtianam paſtores noſtri (ſumpta ex divinis literis commonitione) ad perpetuam vitæ ſobrietatem ſedulo cohortentur, ut cibi potusque moderatione carnis laſciviam comprimentes, ad exercitia pietatis mentem liberius intendere queant. Eos vero, quos neceſſitas nulla excuſat, etiam ad ſtatuta eccleſiæ jejunia obſervanda inducant: ipſumque jejunium divini eſſe præcepti doceant. Tempora vero jejunandi, prout ſalubritati corporum & animarum expedire videbatur, ab eccleſia ordinata, & totius Chriſtiani orbis conſenſu recepta, & jam inde ab Apoſtolorum temporibus obſervata ſunt: quæ, qui extra neceſſitatem non obſervaverint, velut eccleſiaſticæ diſciplinæ violatores, & conſuetudinum eccleſiæ temerarii contemptores, ſeveritate pœnarum, coërceri debent.

Huic jejuniorum obſervationi jungendus eſt ciborum delectus, itidem conſenſu totius eccleſiæ ad noſtra usque tempora retentus: monendique ſunt fideles, ut diebus jejuniorum, ſimiliter ſextis feriis, & Sabbatis, a carnium & aliorum ciborum eſu, quos eccleſiæ conſuetudo per eos dies hucusque vitare perſeveraverit, extra legitimam neceſſitatis excuſationem, ſibi temperent, non quidem ab iis velut immundis abſtinentes, ſed edomandi corporis cauſa, propter animam, ab irrationabilibus motibus amplius humiliandam. Non tamen exiſtiment Chriſtiani, ſola carnis abſtinentia ſe Deo gratos eſſe poſſe, cum meminerint, primos homines, qui carnem nondum guſtaverant, ob vitæ nequitiam, diluvii immiſſione deletos: Sed cum abſtinentia carnis, etiam ceterorum ciborum moderationem, & perpetuam totius vitæ ſobrietatem conjungant.

Capitula ad mores pertinentia.

XLVIII.

De conſtitutionibus eccleſiæ, quæ ad diſciplinam eccleſiæ continendam, ad bonum & decentem ordinem in eccleſia tuendum & conſervandum, & ad pietatem, publice ac privatim promovendam, introductæ ſunt, Paſtores plebem ſibi commiſſam probe & diligenter inſtruant, ut diſcant, eas ab ordinata poteſtate conditas, velut Dei ordinationes reverenter agnoſcere, & gratanter eisdem obedire: ſive hæ conſtitutiones ſerventur ex conſuetudine, quam Paulus violari non vult; Si quis vult contentioſus eſſe, inquit, nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia Dei: ſive tradantur ſcriptis Canonibus, quales apoſtoli Spiritui ſancto tribuere non verentur: Viſum eſt, inquiunt, Spiritui ſancto, & nobis. Itaque plebs chriſtiana eccleſiæ conſtitutiones, nequaquam ut traditiones hominum (quales erant Phariſæorum, ad ſubverſionem divinæ legis adinventæ, quibus Deus fruſtra colitur) aſpernentur: Sed ut ad pietatem colendam & continendam in officio plebem utiles libenter amplectantur, nec eas exiſtiment ſine grandi piaculo violari poſſe; conſiderantes, etſi hoc in præceptis divinis non continetur, quod tales majorum noſtrorum conſtitutiones jubent, tamen, ut majoribus obediamus (ſaltem in iis qui legi divinæ non adverſantur) diſerti juris divini eſt. Unde & per occaſionem talium conſtitutionum, transgreſſiones grandis peccati reos faciunt temerarios violatores: maxime, dum ex contemptu, aut cum ſcandalo caritatem violant, quorum utrumque per ſe peccatum mortale operatur. Alioqui eccleſia conſtitutiones ſuas caritati & neceſſitati libenter ſubmittit.

Hanc doctrinam, quæ in ſuperioribus compendio traditur, ad; ecta inſtitutione ad chriſtianam pietatem, diffuſius explanari curabimus. In qua omnia, quæ ad ſacræ religionis noſtræ fundamenta pertinent, & Chriſtianis omnibus cognitu admodum neceſſaria ſunt, copioſius explicabuntur: quam a parochis & paſtoribus noſtris diligenter legi, & ex ea populos ſibi commiſſos in iis, quæ ſunt fidei ſedulo erudiri volumus.

XLIX.

Eo quo minus inpoſterum ſalutaris Chriſti doctrinæ ſinceritas, perverſis dogmatibus, aut noxiis opinionibus & hæreſibus depravetur, decernimus, definimus, & præcipimus, ut homines vagi & ignoti, qui teſtimonia Epiſcoporum ſuorum, tum ejus, a quo receſſerint,

quam illius, ad cujus diœceſin deverterint, non habeant, à miniſterio verbi, ſeu prædicationis officio in provincia noſtra prohibeantur: & ſoli admittantur hi, qui ad id munus rite vocati, & ordinaria auctoritate examinati fuerint & approbati.

Fratres tamen mendicantes, quorumque plerique pietate & doctrina ſatis inſtructi, in aſſerenda catholicæ doctrinæ veritate, his temporibus utilem ſane operam præſtant (ſaltem ubi tales noti ſunt, & probitatis, doctrinæ & modeſtiæ ſuæ teſtimonium a ſuis ſuperioribus habent) a concionandi munere excludere non intendimus. Quos tamen ipſos etiam priusque quam concionandi munus in provincia, & diœceſibus noſtris ſibi uſurpent, nobis aut vicariis noſtris præſentari, & per eos vel examine prævio, vel ſufficienti & fide digno ſuorum ſuperiorum teſtimonio, tanquam ad id munus idoneos approbari volumus.

L.

Et ut peſtilentes doctrinæ, & pernicioſi errorum Magiſtri, ex eccleſiis protinus ejiciantur, mandamus & injungimus viſitatoribus noſtris, archi-presbyteris ſeu decanis ruralibus, & teſtibus Synodalibus, nunc exiſtentibus, aut in poſterum futuris, ut diœceſes crebro & ſedulo luſtrantes, ſi quos compererint eccleſiæ miniſtros, in exponendis ſcripturis ſacris, & adminiſtrandis Sacramentis ab orthodoxorum patrum communi conſenſu, & recepta eccleſiæ conſuetudine & auctoritate deflectentes; tales ordinario loci, aut ejus fiſcali, pro exceſſuum qualitate aut corripiendos, aut e miniſterio eccleſiæ prorſus abjiciendos, denuncient.

Idem, ſi quos per diœceſes Viros, doctrina & pietate excellentes, & ad miniſteria eccleſiæ idoneos, cognoverint, loci ordinario in locum, abjectorum ſufficiendos, aut alioqui deſtitutis eccleſiis præficiendos, commendent.

Commiſimus autem Vicariis, ſeu Officialibus noſtris, eisque in hoc viros pios & peritos adhibuimus, ut archipresbyteris & teſtibus Synodalibus tales querelas ad religionem pertinentes deferentibus, conſilio &, auxilio ſint.

LI.

Libros autem parochorum & concionatorum viſitatores inſpiciant, & ab eis diligenti inquiſitione cognoſcant, quosnam potiſſimum auctores legant, & in concionibus imitentur, contagioſos autem & de hæreſi ſuſpectos libros ab eis auferant: & ad lectionem Veterum Orthodoxorum, aut etiam recentiorum qui ſuſpecti non ſint, eos exhortentur.

LII.

Et ne parochi ac concionatores ſedulitatis & laboris ſui fructum amittant, ſi plebs ſacra eorum, & conciones audire refugiat: præfectis noſtris per loca ditionibus noſtris ſubjecta injungemus, ut tempore concionum & divinorum officiorum otioſam turbam e tabernis, e foro & plateis abigant, & concionibus & divinis officiis intereſſe, niſi legitimis cauſis impeditos, debitis pœnis compellant.

LIII.

Et ut ab hac retinendæ in verbo Dei puritatis cura, propinquo gradu ad divinorum officiorum celebrationem rite conſtituendam, & debita cum veneratione peragendam, tranſeamus; clericos, quibus ea cura incumbit, ſedulo commonendos, & per prælatos digne mandamus animadverſione compellendos, ut non vocis tantum modulatione, ſed devotione cordis, debitum ſuæ ſervitutis penſum abſolvant, & ad divina officia peragenda corpore pariter & mente ſe componant, quo ſimul & Deo cultum gratum exhibere, & populo conſideranti devotionem augere valeant.

Nemo in choro, aliis pſallentibus, ſeorſim legere aliquid, aut ſuas horas canonicas orare, aut fabulari, aut aliis levitatibus intendere permittatur: negligentes vero legere horas canonicas, ſi deprehenſi fuerint, per prælatos, ſubtractione portionis fructuum, in eleemoſynas pauperum, aut alios pios uſus convertendæ, puniantur.

LIV.

Circo ſacroſanctæ miſſæ officium, quo immenſum redemptionis humanæ beneficium, & ſummum illud ac tremendum Chriſtianæ religionis myſterium recolitur, volentes omnia providere, quæ populi animos & amorem & venerationem tanti myſterii inducere valeant, inprimis ſancimus & præcipimus, ne quis Sacerdos, ſolus ad celebrandam miſſam accedere præſumat, ſed ad minimum uno, aut altero, quaſi teſte adhibito, qui quod publico nomine agitur, ratum habeant, & ad publicas orationes eccleſiæ nomine reſpondeant.

LV.

Presbyter vero, qui veſpertinam computationem usque ad intempeſtam noctem produxerit, & mane adhuc heſternam crapulam eructans celebrare præſumpſerit, aut qui hoc ſacro myſterio ad ſuperſtitiones abuti auſus

auſus fuerit, prælati ſui arbitrio ſevere puniatur. Similiter & hi, qui talem vitæ turpitudinem, levitatem aut negligentiam, ad celebrationem miſſarum attulerint, ut & plebis animos offendant, & ab hoc ſacro abhorrere faciant, prælatorum ſuorum auctoritate coërceantur.

LVI.

Et cum, ſecundum ſacram ſcripturam maledictus ſit, qui opus Dei agit negligenter: nemo autem æque negligenter opus Dei in eccleſia agere videatur, quam qui, propriæ ſalutis prodigus, impura conſcientia, & illotis, ut dicitur, manibus, tremendo altaris ſacrificio aſſiſtit, contra id, quod propheta ait: Quid eſt, quod dilectus meus facit in domo mea ſcelera multa? Numquid carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas? Et apoſtolus: probet, inquit, ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Cumque non minimam malorum hujus tempeſtatis partem huic malo acceptam feramus, quod tam impure, non dijudicando corpus domini, ſacroſancta hæc myſteria tractantur: nos animarum ſalutis cupidi, ſtatuimus & ordinamus, ne aliter liceat cuiquam miſſam celebrare, quam præmiſſa ſacramentali confeſſione & abſolutione emendato, iis, quæ hujus ſacrificii devotio requirit, antea perſolutis. Injungimus præterea & diſtricte præcipiendo mandamus decanis, aliisque prælatis, ut diligenter ſuper hoc excubias agant; & ſi quos ita delinquentes deprehenderint, condigna animadverſione plectant. Super quo etiam conſcientias eorum duximus onerandas.

LVII.

Et cum Apoſtolus jubeat omnia honeſte & ſecundum ordinem fieri in eccleſia, citraque tumultum, ſtatuimus & ordinamus ne deinceps concionis tempore, aut ſub ſolenni miſſa, aliæ ſpeciales miſſæ celebrentur; Sed aut concionem & ſolenne ſacrum præcedant, aut in aliud tempus differantur, ne populus in diverſa diſtractus nulli ſacro, aut concioni ſatis intendat. Quam rem, pro opportunitate cujusvis loci & temporis prælatorum diſcretioni relinquimus curandam.

LVIII.

Concionatoribus autem & parochis noſtris ſimplicem plebem committimus, & præcipimus diligenter erudiendam, ut uſum myſterii hujus intelligant, ac omnem mentis vim atque ſenſum tam ſalutari actioni intendant, & voto id agant, quod Sacerdos agit miniſterio, ut ſcilicet diſcant, & ipſi ſuam totiusque Chriſtiani orbis ſalutem, tam ſalutaris & gratæ hoſtiæ interventione, & Chriſti Jeſu meritis, Deo patri commendare. Præterea ſacram euchariſtiam cum celebrante, ſi non ore, ſaltem fide & deſiderio cordis, ad percipiendum ſpiritualem ejus fructum, crebro ſumere.

LIX.

Sedulo commonendus eſt populus fidelis, clerici etiam per prælatos debita animadverſione inducendi, ut in celebratione miſſarum, adverſus tantum myſterium, quantum quisque per valetudinem poteſt, etiam corporis geſtu reverentiam quandam adhibeant: videlicet, ut dum in collectis pro communi orbis Chriſtiani incolumitate ad Deum preces fundantur, ipſi quoque, tanquam hujus ſacræ communionis cives, ſuas preces cum oratione publica conjungant, & vultu ad altare verſo, aperto & demiſſo capite ſtantes, geſtum orantibus convenientem præ ſe ferant. Pari religione ad nomen Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ſimiliter ad evangelium, Magnificat, Benedictus, nunc dimittis, gloria in excelſis, gloria patri, ceteraſque id genus divinorum officiorum partes, ſic genuum flexione, apertione capitis, ac totius corporis geſtu ſe componant, ut ad ea, quæ ibi aguntur, animum intendere videantur. Jam ſtatim ab inceptione canonis non ſedeant; ſed ad tremendi myſterii pertractationem intenti, vultu itidem ad altare converſo, corporibus humi demiſſis, & mente in cœlum elevata, ſub ſilentio, redemptionis humanæ beneficium & Chriſti paſſionem ſecum meditantes, ſalutis noſtræ auctori de impenſo ſangvine, & tolerata pro nobis morte, debitam gratiarum actionem exhibeant. Ceterum ad ſumptionem ſacroſanctæ euchariſtiæ, corporis humilitate & incitatione animi ſe componentes, ſi non ore cum celebrante de corporis & ſangvinis dominici ſacrificio communicent, ſaltem fructum ejus ſpiritualem ſibi applicari intimis animi votis exoptent.

LX.

Dum vero a novitiis Sacerdotibus hujus ſacri primitiæ celebrantur, ſerio mandamus choreas & omnino ſeculares pompas omittendas, & convivia non permittenda, niſi per paucos amicos, & ea ſobria tamen, & quæ ſine luxu in timore domini ineantur.

LXI.

Sed & ſanctorum celebritates, in diem dominicam incidentes, cenſemus ſubmovendas, & in feriam aliquam præcedentem, vel ſeqventem transferendas, quo ſanctorum omnium domino ſua conſervetur ſolennitas; exceptis beatæ Mariæ, apoſtolorum, & aliis ſummis feſtivitatibus. Nec tamen legem imponimus his, qui peculiaria ſingularum dominicarum officia,

officia, propter cantorum paucitatem obſervare non valentes, officia de Trinitate, de Spiritu ſancto, aut, quod decentiſſimum erat, de reſurrectione domini, diebus dominicis ſervaverint,

Et quo Dei gloria in obſervatione divini cultus magis illuſtretur, & fidelium devotio minus impediatur; diebus dominicis & feſtivitatibus celebrioribus, mercimonia, tripudia, ſaltationes, quas damnat concilium Toletanum, & profana ſpectacula, decernimus non permittenda: ſimul etiam ludicra quædam a pietate aliena, & theatris quam templis aptiora, cenſemus in eccleſias non admittenda.

LXII.

Cum etiam libros miſſales, antiphonarios, agendas, & breviaria, per viros doctos & pios inſpici & purgari res poſtulet, hanc operam neceſſariam cum primis, & eccleſiis utilem, a ſingulis comprovincialibus cenſemus præſtandam, per viros idoneos ad hoc adhibitos: qui ſententiam ſuper emendatione librorum, primo ad ordinarium, & mox ad metropolitanum referant, ut collatis conſiliis, ſana &, quoad fieri poteſt, concors divinorum officiorum celebratio, in omnibus provinciæ eccleſiis recipiatur & conſervetur.

LXIII.

Cum his, qui ad prælaturas eccleſiarum provehuntur, & in dignitatibus, velut excelſiore loco, ponuntur, ab inferioribus honorem & obedientiam exhiberi debere omnes eccleſiaſticæ conſtitutiones jubeant, utique tali eos virtute, doctrina, prudentia, præditos eſſe convenit, ut honorem hunc mereri videantur, & ceteri, ipſorum comparatione, gregem ſe merito dici reverenter agnoſcant. Nos igitur ad honores & dignitates eccleſiarum, ſubmotis minus idoneis, dignis modo & idoneis viam aperire volentes, conſtituimus & ordinamus, ut hi, qui ad prælaturas (quæ ſub noſtram aut aliorum prælatorum nobis ſubditorum diſpoſitionem cadunt) aſſumendi ſunt, prævio examine, de doctrina, de moribus, deque omnibus iis diſciplinis, quæ ad regimen cui deſtinantur, neceſſariæ ſunt, accurate explorentur ab iis qui jus inveſtiendi & confirmandi habent. Qui, niſi digni reperti fuerint, confirmationem recipere non debent: Sed iis abjectis, alii in eorum locum magis apti & digni ſubſtituantur.

LXIV.

Res ipſa loquitur, plura beneficia, potiſſimum quibus animarum cura ſubmiſſa eſt, non ſine gravi eccleſiarum damno, ab uno obtineri, cum unus in pluribus eccleſiis rite officia perſolvere, aut rebus earum neceſſariam curam impendere nequeat. Nos igitur, juxta reformationis commonitionem, contra hanc eccleſiarum calamitatem velut ſalubre remedium, illud Lugdunenſis concilii decretum opponentes, ſingulos ejusmodi curatorum beneficiorum detentores monemus, & diſtricte eis præcipiendo injungimus, ut intra trimeſtre tempus, poſt hujus ſynodi provincialis exitum, nobis aut comprovincialibus noſtris, locorum ordinariis diſpenſationes, quarum prætextu ejusmodi beneficia obtinent, exhibeant. Quod ni fecerint, talia beneficia quaſi eo ipſo illicite obtineri convincantur, poſt trimeſtre tempus elapſum, per eos, ad quos collatio eorum pertinet, aliis perſonis idoneis conferri debent. Quod ſi diſpenſatio alicujus legitima & ſufficiens videbitur, is beneficia ſine moleſtia retinebit: nihilominus tamen providebit per idoneum Vicariorum deputationem & congruæ portionis fructuum aſſignationem, ne cura animarum in his eccleſiis negligatur, nec ipſa beneficia debitis officiis fraudentur: alioqui negligentia ejus, per ordinarium de fructibus beneficii ſuppleri, & ipſe inſuper ſubtractione certæ portionis reliquorum fructuum, pro arbitrio ordinarii, puniri debet. Sin diſpenſationes invalidæ, aut non ſatis legitimæ viſæ fuerint, ſi is, qui earum prætextu plura beneficia curata obtinuit, uno retento, cetera libere reſignare recuſaverit, cauſa illius ad ſedem apoſtolicam referatur, ejusdemque judicium expectetur, quem ſui beneficii modum eſſe velit. Quod ſi quis in diverſis diœceſibus ejusmodi beneficia curata obtineat, a quolibet ordinario ad talem exhibitionem compelli debet. Et ſi legitima diſpenſatione munitus non fuerit, ultimo quod accepit beneficio retento, cetera reſignet: cum juxta juris communis diſpoſitionem, per ſubſequentis beneficii curati acceptationem, quod prius obtinebat, ipſo jure vacare dignoſcatur.

LXV.

Prudentes homines facile proſpiciunt, & boni ac pii jamdiu queruntur, interitum ſtudiorum, quæ in hac miſera perturbatione rerum, ſaltem in locis catholicis, propemodum in univerſum perierunt: in primis eccleſiaſtici ſtatus extirpationem, adeoque ſacroſanctæ religionis, ac totius reipublicæ Chriſtianæ ruinam ſecuturam eſſe. Cum enim ſucceſſio eorum, qui utramq; rempublicam adminiſtrare debent, ex juventute dependeat, ſi illa aut pravis, aut nullus doctrinis imbuatur, ſpes nulla eſſe poteſt, aut in eccleſiis puritatem religionis, aut in externa politia priſtinam tranquillitatem, unquam

quam nobis reddi poſſe. Itaque quanto quisque deſiderio ſacroſanctam religionem noſtram poſt ſe ſuperſtitem relinqui, ac porro ſalvam conſervari expetit, quanto deſiderio communis patriæ incolumitatem, & vivus reſtitutam videre, & ad poſteros transmittere ſatagit, tanto conatu ad inſtaurationem ſtudiorum incumbere debet. Præſertim vero homines eccleſiaſtici, quibus etiam hujus vitæ bene ac beate tranſigendæ omnis facultas, ab incolumitate religionis, (quæ ſine ſtudiorum auxilio nequaquam durare poteſt) dependet ad ſtudiorum conſervationem, veluti ad unicum ſtatus ſui conſervandi, & retinendæ dignitatis præſidium, omnes vires ſuas certatim conferre debent. Hinc comprovinciales noſtros in domino exhortamur, & ſerio commonemus, eisque pro auctoritate noſtra metropolitica injungimus, ut omni cura, ope & induſtria, ubique per univerſam provinciam noſtram, ſtudia præcipue generalia inſtaurare, promovere & conſervare ſatagant, & hanc religioni ac publicæ tranquillitati perniciosam neceſſitatem parentibus juventutis adimant: qui alioqui ſanctæ religioni noſtræ bene affecti, tamen ex neglectu ſtudiorum in locis catholicis, compelluntur filios ſuos ad alias univerſitates & ſcholas ablegare, ubi una cum literis noxias de religione opiniones hauriunt, quibus infecti & perverſi domum redeuntes, ipſos plerumque parentes ac totam ſæpe viciniam peſtilentibus opinionibus imbuunt, & ſinceritatem fidei chriſtianæ in eis corrumpunt. Ad quam perniciem avertendam, omnes boni, quos ulla pietatis ratio & ſacræ religionis noſtræ amor tangit, & in primis proceres eccleſiaſtici, omni conatu incumbere debent, quatenus in hac re ſaluti civium, & ſanctæ religionis profectui, & publicæ tranquillitati conſulatur.

Nec minorem curam & ſolicitudinem, comprovinciales noſtri circa ſcholas, per ſuas diœceſes in civitatibus & pagis conſtitutas, impendere debent, ut paſſim inſtaurentur & conſerventur, & eisdem idonei & catholicæ veritatis amantes, & de hæreſi non ſuſpecti, præficiantur pædagogi. Et ne deſint, qui ad meſſem ſpiritualem, velut idonei operarii, mitti rite queant, comprovinciales noſtros ſimiliter, per honorem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſacroſanctæ religionis noſtræ conſervandæ & promovendæ amorem, exhortamur, quatenus curare velint, ut aliquot adoleſcentes felicioris ingenii, & melioris ſpei (qvibus alioqui ad ſtudiorum ſuorum ſuſtentationem a parentibus & propinquis facultates non ſuppetunt) publicis eccleſiarum & monaſteriorum ſumptibus in ſtudiis alantur: qui ad theologiæ ſtudium operam ſuam applicent: in qua, ſi operæ precium fecerint, deinde eccleſiis & parochis per diœceſes præficiantur. Quos in eccleſiarum miniſterio ſervituros, maxime convenit earundem ſumptibus ſuſtentari.

LXVI.

Et quo magis eccleſiæ idoneis miniſtris abundent, decernimus, ut capitula quarumlibet eccleſiarum, in provincia Moguntina conſtitutarum, ex clericis ſecularibus beneficiariis, juxta cujusque collegii facultates & perſonarum numerum adoleſcentes aliquot bonæ ſpei & docilis ingenii, ad privilegiatas univerſitates, pro ſtudio potiſſimum theologico (cujus uſus cum primis eſt eccleſiis neceſſarius) mittant. Et iis ad quinquennium fructus beneficii omnes, exceptis quotidianis diſtributionibus, concedant. Si tamen cœptis ſtudiis gnaviter incubuerint, & de profectu eorum fructus ſperetur, (negligentes enim & pravis moribus deditos eccleſiarum patrimoniis non exiſtimamus alendos) ubi fructus præbendæ non ſuffecerint, de communi eccleſiarum cenſu, pro cognitione prælatorum, pars adjiciatur. Eos vero, qui ſic mittuntur, capitulis ſuis ſufficientem cautionem præſtare volumus, ſeſe in ordine clericali permanſuros eſſe. Quod ſi, mutato propoſito, ab ordine eccleſiaſtico reſiluerint, & ad matrimonia ſeu negotia ſecularia ſe transtulerint, ad reſtitutionem omnium fructuum, aut ſumptuum eccleſiaſticorum, quos ſic perceperint, eos teneri & omnino compelli volumus.

De clericis vero regularibus, diſpoſitionem reformationis & juris communis volumus obſervari: ut monaſteria opulentiora, intermiſſa ſtudia, in primis vero theologica, apud ſe inſtaurent. Quæ vero minus opulenta ſunt, & pauciores habent monachos, aliquot tamen juvenes felicioris ingenii, ad ejusdem ordinis & provinciæ monaſterium, in quo ſtudia vigeant, ablegent. Ubi vero prælati, ſive ſeculares, ſive regulares, in ea re negligentes fuerint, per ordinarium debent ad hoc debitis pœnis compelli.

LXVII.

Collegiis eccleſiarum, juxta reformationis præſcriptum, injungimus, ut doctores, qui theologiam profiteantur, pro cujusque eccleſiæ facultate & conditione conducant: contra negligentes ſic acturi, ne quid vel in publicis, vel privatis hiſce ſtudiis conſtituendis, ad pietatis incrementa paſſim promovenda, quantum in nobis fuerit, deſideretur.

LXVIII.

Res eſt pernicioſi exempli, & quæ gravem ſæpe eccleſiis calamitatem affert, quod patroni, tam eccleſiaſtici, tam laici, propinquitate junctos, aut aliis meritis & officiis ſibi conciliatos, ſine omni ætatis, aut eruditionis reſpectu, idoneis præteritis, ad beneficia eccleſiaſtica admovent. Alii de cenſibus beneficiorum partem ſibi retinent, aut etiam in totum fructus beneficiorum intercipiunt, his, quibus ea ad ſpeciem infamis cupiditatis ſuæ obvelandæ conferunt, inanem modo titulum relinqventes: quos præſenti conſtitutione provinciali in domino hortamur, & peremptorie monemus, ut a pernicioſo hoc conatu ſibi temperent: alioqui ſeveritate pœnarum rigide cenſemus coercendos, ac talis beneficii collatione, vel præſentatione ſaltem pro hac vice, aut pro gravitate exceſſus, per omnem vitam ſuam privandos; ita tamen, ut collatio talis beneficii, heredibus aut ſucceſſoribus eorum integre reſtituatur, & libere permittatur. Quo vero pernicioſam temeritatem patronorum a curatis beneficiis ſalubri conſilio prorſus ſecludamus, diſtricte præcipimus, ne quis prælatus, ſeu officialis ejus, ad quem munus inveſtiendi pertinet, ad beneficium, cui animarum cura annexa eſt, quenquam inveſtire præſumat, niſi qui annum ætatis ſuæ vigeſimum quintum attigerit: & qui in ceteris idoneus, etiam ordines, quos cura eccleſiæ, cui præfici vult, requirit, aut habeat, aut infra tempus a jure ſtatutum ſe ſuſcepturum, ſub amiſſione beneficii, ad quod veſtiendus eſt, promiſerit: & qui cenſum iſtius eccleſiæ, ad ſuam ſuſtentationem ſufficientem eſſe, eumque ſibi a patrono integrum relinqui, docuerit. Alioqui inveſtituram talem inanem & irritam, & ſalutaris hujus inhibitionis temerarium transgreſſorem, ipſo facto ab officio ſuſpendendum, & arbitrio ordinarii ſui puniendum decernimus. Eum vero, qui præſentationem, ſeu proviſionem alicujus beneficii, ſive curati, ſive non curati, a patrono receperit, cum tali pactione, ut patronus de proventibus beneficii portionem reſervet, ad tale beneficium prohibemus inveſtiri: aut ſi poſt inveſtituram talem pactionem feciſſe deprehenſus fuerit, beneficio decernimus privandum, & eidem beneficio alium idoneum præficiendum.

LXIX.

Univerſis Archipresbyteris, aut aliis Commiſſariis noſtris, ſerio inhibemus, ne quem ad alicujus beneficii poſſeſſionem vel ad regimen, aut ad officiaturam alicujus eccleſiæ, admittant, niſi qui inveſtituram ſeu proviſionem & inſtitutionem ſuam canonicam, literis earundem ſigillatis oſtenderit. Beneficium vero, quod quis legitime tenuit, non aliter, quam in manus noſtras, aut vicarii, ſeu officialis noſtri, ſive alterius collatoris ſuperioris, ad hoc poteſtatem habentis reſignare, aut dimittere præſumat. Quod ſi quis ſine noſtra, aut ſuperioris, ad id poteſtatem habentis, auctoritate, aut conſenſu beneficium aliquod dimiſerit, ad beneficium ſic dimiſſum nemo alius in favorem dimittentis inveſtiri, aut inſtitui; Sed beneficium illud, pro arbitrio ordinarii, ſive ſpecialis, ſive generalis, alteri idoneo tradi debet: niſi nos, vel officiales noſtri, aut ſuperior, reſignationem factam ex rationabili cauſa confirmaverimus.

LXX.

Pernicioſus abuſus eſt, cum pudendo cleri dedecore, & animarum periculo, gravique eccleſiarum detrimento conjunctus, quod in eccleſiis quibusdam cathedralibus & collegiatis, potiſſima proventuum portio canonicis, etiam apud eccleſias non reſidentibus, nec quidquam utilis aut neceſſarii miniſterii exequentibus, diſtribuitur; vicariis, qui diurna & nocturna fatigatione omnes eccleſiæ functiones ſuſtinent, vix tenui cenſu, & qui ad vitam miſere ſuſtentandam ægre ſufficiat, relicto. Hinc capitula & canonicos eccleſiarum in domino exhortamur, ut æquitatis & rationis ohm Deo reddendæ memores, ad functiones eccleſiis ſuis neceſſarias his, qui eas gerunt, de fructibus eccleſiarum ſufficientem & honeſtum victum deputent; ne cauſam præbeant, de eccleſiarum proventibus neceſſario aliter diſponendi.

LXXI.

Cum conſtet, harum dignitatum officia majores noſtros ideo in eccleſiis inſtituiſſe, ut eſſent, qui diſciplinam eccleſiaſticam, tanquam inſpectores & moderatores, conſervarent; jam vero videamus ea ab iis occupari, qui dignitatum titulos tantum gerunt, & emolumentis gaudent, & tamen ab eccleſiis ſuis abſunt, nihil minus quam appellationibus ſuis reſpondentes. Quare ſtatuimus, ut poſthac omnes, qui vel præpoſitorum, vel decanorum, vel ſcholaſticorum, vel cuſtodum, vel cantorum dignitatibus (quatenus hæ ad noſtram, aut comprovincialium noſtrorum diſpoſitionem pertinent) jam præfulgent, aut porro ornandi erunt, præſentes ſuis eccleſiis utilem & nomine dignam operam præſtent: non abſentes fructus tantum auferant: neque liceat cuiquam abſenti ullam harum dignitatum gerere; Sed quisque tali titulo inſignitus, ſuæ eccleſiæ non abſens, neque

neque conducta aliorum opera, ſed reſidendo præſens ipſe inſerviat.

LXXII.

Cum Apoſtolus victu, adeoque ipſa vita indignos judicet homines otioſos, qui panem non labore ſuo partum, cum gravamine aliorum edunt, quanto graviori indignationi divinæ eos ſubjacere putandum eſt, qui cenſus eccleſiæ, ſanctorum martyrum patrimonia, & donaria piæ plebis, ad divini miniſterii ſuſtentationem collata otioſe abſumunt, pro iis debita ipſis eccleſiis obſequia rependere non curantes? Nos igitur periculo animarum obviare, & neceſſitati eccleſiarum conſulere volentes, præſenti ſtatuto decernimus & ordinamus, ne poſthac in metropolitana, cathedralibus, collegiatis, aut quibusque aliis noſtris, & nobis ſubjectis eccleſiis, per univerſam provinciam conſtitutis, quotidianæ diſtributiones, ad breviſſima quædam momenta, puta ad lectionem epiſtolæ, ſeu unius Pſalmi, aut reſponſorii: ſed integris ac totis officiis & horis aſſignentur, & iis modo tribuantur, qui officiis divinis, de quibus hæc emolumenta dantur, ab initio ad finem interfuerint. Hi vero qui excurſus & recurſus ſuos ita partiri conſueverunt, ut de laboribus minimum, de emolumentis plurimum perciperent, inpoſterum, niſi integris officiis & horis intereſſe ſtudeant, illius officii aut horæ fructu in totum mulctentur, quibuscunque irrationabilibus, aut pravis conſuetudinibus (quæ potius corruptelæ cenſendæ ſunt) non obſtantibus. Si qui tamen infirmitate, aut legitima cauſa impediantur, apud Prælatum aut alium, cui de eccleſiæ conſuetudine competit ſe excuſent, & veniam abſentiæ ſuæ impetrent; Canonicos vero, per actus capitulares ab ingreſſu chori, quamdiu capitulis interſunt, & non diutius excuſari volumus. In qua re decanos eccleſiarum, aut quibus ea cura pro tempore incumbit, monemus, eisdem præcipientes, ne, extra neceſſitatem, capitula indicant in eam horam, qua divina officia peraguntur: cum poſſint aut maturius, aut ſerius capitula haberi, ut ipſi etiam Prælati & Canonici divinis officiis commodius intereſſe queant. Quos utique, ſupra chori officia, quæ ipſis incumbunt cum Vicariis communia, actuum Capitularium labor gravare non debet: cum ſupra communes diſtributiones, de præbendis ſuis ampliore etiam emolumento potiantur.

Simili modo diſtributiones, quæ de proceſſionibus percipiuntur, his modo dari volumus, qui eisdem ab initio ad finem præſentes intereſſe perſeveraverint.

Et ne beneficia per eccleſias debitis obſe-

quiis fraudentur, omnibus beneficiorum poſſeſſoribus, ſub amiſſione beneficiorum, injungimus, ut ordines, quos eorum beneficia requirunt, ſi nondum habent, proximis temporibus a jure ſtatutis recipiant: ad quod etiam Canonicos eccleſiarum, pro ſuo quemque ordine teneri volumus, ut obſequium, quod quisque pro officii ſui exigentia eccleſiæ debet, cum res poſtulat, per ſe præſtare queat.

LXXIII.

Eos vero, qui interim, dum divina peraguntur, in eccleſia, in qua beneficiati ſunt, aut foris circa eam otioſi inambulant, & aliis pſallentibus & Deo ſervientibus, ipſi inanibus, nonnunquam etiam turpibus, confabulationibus tempus terunt, amplius ferendos non cenſemus: quos illius non ſolum horæ, ſed totius diei emolumento, decernimus privandos: Seculares vero per Magiſtratus civiles debita animadverſione a tali ſacrorum contemptu coërcendos.

LXXIV.

Hinc hortamur atque monemus omnes & ſingulos clericos, ut vitam vivant, quam profeſſio eorum exigit, & Chriſtus requirit, inquiens: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt: & cum veſtitu honeſto incedant. Quapropter ſingulari cura intendat quisque prælatus, ne ii, quibus præeſt, torques aureos publice in eccleſia, aut veſtes varii coloris, velut virgatas & fimbriatas, aut diſciſſas, deferant: Sed longis atque talaribus utantur. Nulla arma induant, niſi itinerantes; barbamque non nutriant, coronam & tonſuram deferentes; tum ſummopere curantes, ne quem laicorum indecentia veſtitus offendant, ut ſacris canonibus cautum eſt.

Inſuper tabernas publicas evitent, niſi eos peregre profiſciſcentes ingredi oporteat, & tam inibi quam domi & alibi a crapula, ebrietatibus, omnique ludo a jure prohibito, blaſphemiis, rixis, & aliis quibuscunque exceſſibus & offenſionibus, penitus abſtineant; choreas ſpectaculaque & convivia publica vitent, ne ob luxum petulantiamque eorum nomen eccleſiaſticum male audiat.

Cumque ſecundum Apoſtolum, nemo militans Deo ſeſe negotiis ſecularibus implicare debeat: nemini clerico liceat domi ſuæ tabernam compotandique locum aperire laicis: quoniam non raro ſequi ſolent ebrietatem rixæ, cædes, & multa hoc genus ſcelera, quæ Sacerdotalem polluunt dignitatem: negotiationibus quoque, mercimoniisque more mercatorum abſtineant.

LXXV.

Cum autem, domino teſtante, mercenarius dignus ſit mercede ſua, ſtatuimus & decernimus, ut decimæ, quæ jure debentur divino, tam majores, quam minores, ſine fraude, aut diminutione ſolvantur, etiam perſonales, in quibus eas ſolvendi conſuetudo eſt.

Simili modo debent etiam quatuor offertoria, & cætera jura parochialia integre ſolvi.

LXXVI.

Præterea cum omnibus palam ſit, ſuper eccleſiarum atque eorum, qui in ſortem domini delecti, pro Magiſtratuum, imo totius reipublicæ ſalute, apud Deum quotidie interpellant, libertate & immunitate, non tam pontificio, quam etiam civili jure, cautum atque proviſum; comperimus tamen infelici hac rerum perturbatione eccleſiarum quarundam bona, imo ipſas Deo dicatas eccleſias, in profanos uſus ceſſiſſe; Clericos ad munia civilia, etiam ſordida, interdum coactos, quæſtiones contra ipſos, eorumque & eccleſiarum bona; Similiter ſuper cauſis matrimonialibus, & aliis etiam mere eccleſiaſticis, coram ſecularibus ſtatibus intentari, ac definiri. Proinde adhortamur omnes & ſingulos in domino, ut ſi non divini judicii reſpectu, vel eorum ſaltem, quæ legibus ſancita ſunt, memores, ab injuſta hac eccleſiaſticæ libertatis imminutione atque oppreſſione abſiſtant; eccleſias, ſacerdotes atque res ipſorum, ſuæ reſtituant atque permittant emunitati & libertati. Quorundam igitur vim injuſtam inhibere, & perſonis eccleſiaſticis ſuam libertatem vel in hoc aſſerere volentes, ſtatuimus ut actor clerico coram ſeculari judicio actionem intendens, eo ipſo omni cauſa cadat, nec amplius ad ejus cauſæ querelam, etiam coram eccleſiaſtico judice, admittatur. Judicem vero ſecularem, qui cauſam clerici, etiam eo conſentiente, aut etiam quamcunque cauſam, ad eccleſiaſticum judicium pertinentem, quales ſunt matrimoniales & ſimiles, judicandam ſibi deſumpſerit, excommunicationis pœnam ipſo facto incurrere decernimus.

Similiter Judex eccleſiaſticus cauſas, quas laici ad invicem habent, judicandas ſibi non aſſumat; niſi tales cauſæ ſint, quæ ad forum eccleſiaſticum de jure, vel conſuetudine pertinere noſcantur.

LXXVII.

Caveant autem Epiſcopi & Archidiaconi, dum ipſi officiis ſuis præeſſe non poſſunt, ne vices ſuas hominibus dubiæ famæ, aut ab ordine eccleſiaſtico prorſus alienis, comittant; Sed in ſuum locum, quoties ſuis muneribus per ſe non præſunt, viros bonos, graves, peritos, prudentes, & in primis eccleſiaſticos ſubſtituant. Nec unquam crimina ſubditorum per ſe, aut ſuos ſubſtitutos, mulcta pecuniaria punire præſumant, ſed aliis debitis, & a jure conſtitutis pœnis, coerceant.

LXXVIII.

Quoniam inſolentia quorundam, qui a religionibus, ſemel profeſſione ſolenni receptis, temere reſiliunt, his noſtris calamitoſiſſimis temporibus, diſciplinam eccleſiæ, adeoque totam religionem, non parum perturbavit, nos huic calamitati, ex monaſticæ diſciplinæ neglectu provenienti, pro viribus occurrere volentes, prælatos monaſteriorum per caritatem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, hortamur, & ſerio requirimus, ut curæ ſibi traditæ diligentius incumbentes, perſonas regulares ſibi ſubjectas, ad monaſticæ diſciplinæ & regularum ſuarum obſervantiam, ſolicitius inducant, aut refractarios etiam debitis pœnis compellant: alioqui ceſſationem & negligentiam Prælatorum, nos juxta canonum ſanctiones, ſupplebimus. Cum vero perſonæ quædam regulares jugum jamdudum excuſſerint, & deſertis monaſteriis, & ſpreta ſuorum Prælatorum Obedientia, in ſeculo verſentur, nos hujusmodi regulares, contra regulam divagantes, volentes ad ſua monaſteria reducere, ne alii ex prohibita illorum communione periculis involvantur, ſuperiores eorum monemus, ut ejusmodi vagos monachos diligenter inquirant, & ad ſua monaſteria eos retrahere quoquo modo procurent. Similiter & omnibus perſonis eccleſiaſticis nobis ſubjectis mandamus, ut omnes regulares, cujuscunque ſint conditionis aut ordinis, in ſuis diſtrictibus commorantes, diligenter moneant & requirant, ut infra menſis ſpatium, poſt ejusmodi requiſitionem, ad ſua monaſteria redeant, & obedientiæ ſuperiorum ſuorum ſubdantur: aut diſpenſationes ſuas, quarum prætextu obedientiam prælatorum ſuorum reliquerunt, intra idem tempus nobis, aut officialibus noſtris examinandas exhibeant. Hujusmodi vero monitioni non parentes, & in rebellione & inobedientia ſua perſeverantes, ſine mora nobis, aut officialibus noſtris denuncient, quos nos per eccleſiaſticæ cenſuræ pœnas & omni ſevera animadverſione, quantum nobis juſtitia permiſerit, ad ſuas regulas redigere, & ſub prælatorum ſuorum obedientiam retrudere, non omittemus,

Cum vero aliquoties contingat, ut perſonæ aliquæ regulares, aut graviorum exceſſuum conſcientia, aut etiam ex animi levitate, monaſteria ſua deſerant, deinde pœnitentia ductæ, redi-

redire ad ſua monaſteria volentes, a ſuperioribus quibusdam nimis rigidis, aut pœnarum aſperitate abſterreantur, aut prorſus non recipiantur, nos a quantacunque perverſitate reſipiſcenti, gremium miſericordiæ non eſſe claudendum conſiderantes, ne hujusmodi repulſis etiam amplius delinquendi occaſio præbeatur, præſenti ſtatuto cavemus & ordinamus, ut monaſteriorum Abbates & Prælati, Abbatiſſæ, Præpoſiti, Priores & Magiſtratus, cujuscunque ordinis nobis ſubjecti, regulares perſonas in apoſtaſiam ex quacunque cauſa lapſas, & cum humilitate redire volentes, juxta cujuscunque ordinis diſciplinam ſive regulam & conſuetudinem obſervatam benigne accipiant: nec eis pro excesſibus graviores pœnas, quam quæ in ſacris canonibus & regulis ordinum expreſſæ ſunt, imponant: ita tamen, ut propter excuſſus ſuos nec victus nec veſtitus neceſſarius eis ſubtrahatur. Prælatos vero, & quoscunque monaſteriorum Magiſtratus, huic conſtitutioni noſtræ contravenientes, ſententiæ ſuſpenſionis a divinis, ſimul etiam ab adminiſtratione tam ſpiritualium quam prælatorum, (quam in contraſacientes præſenti canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis) volumus ſubjacere.

Et cum hoc tempore paſſim eccleſiæ idoneorum miniſtrorum penuria nimis periculoſe laborent, prælatos regulares ſummopere exhortamur, & ſerio monemus, ſi qui fratres eorum poteſtati ſubjecti, per ordinarios locorum ad regimen eccleſiarum parochialium, aut ad munus prædicationis adhibiti ſint, aut tales ad eandem operam in poſterum evocari contingat, ut promovendæ pietatis & conſervandæ ſanctæ religionis noſtræ intuitu, ordinariis locorum in tanta neceſſitate deeſſe non velint. Religioſos tamen, de conſenſu ſuorum prælatorum ſive evocatos, nihilominus ſub eorundem obedientia, qui eos corrigere & revocare valeant, volumus permanere.

LXXIX.

Virginum Monialium, velut imbecillioris ſexus continentiam & munire præſidiis & adjuvare opportunis auxiliis volentes, præſenti ſtatuto inhibemus, ne ſanctimoniales, cujuscunque ordinis, quas votum ſub perpetua clauſura manendi adſtringit, quacunque de cauſa (niſi ſola inevitabili neceſſitate compulſæ, aut tali morbo infectæ, unde ex contagione aliis periculum immineret) conſortium ſororum ſuarum relinquere, aut extra monaſterium prodire, ullo modo præſumant. Viciſſim vero, quo minus animi Deo dicatarum virginum pravis cupiditatibus tententur, aut a ſalutaribus meditationibus diſtrahantur; omnibus perſonis, ſive eccleſiaſticis & regularibus, ſive laicis, præſertim viris, ſerio interdicimus, ne in ipſa monaſteria quarumcunque monalium, ſeu clauſuras, niſi ex neceſſaria cauſa, cum honeſto comitatu, & de manifeſto conſenſu ſuperioris, ad quem pertinet, introire audeant. Alioqui huic noſtræ prohibitioni temere contravenientes, ſi eccleſiaſtici ſint, ſuſpenſionis ab officio & beneficio; Si ſeculares, excommunicationis pœna percellantur.

LXXX.

Paſtoribus etiam, & iis qui curata beneficia obtinent, injungimus, ut eccleſiis, in quibus per conſenſum diœceſani inſtituti ſunt, nec tamen eisdem per ſe præſunt, Vicarios idoneos & canonice inſtitutos præficiant, eisque pro ſufficienti victu portionem congruam de proventibus eccleſiæ aſſignent; nec a ſe inſtitutos Vicarios ab eadem vicaria amoveant, niſi ipſi jam actu Sacerdotes eccleſias ſuas per ſeipſos regere velint, aut aliquam rationabilem amotionis cauſam contra vicarium coram diœceſano, aut ejus officiali, probaverint.

LXXXI.

De his, qui ad ſacros ordines promoveri volunt, ordinamus & decernimus, ut nemo ad quemcunque ordinem majorem recipiendum admittatur, niſi qui paulo ante confeſſus fuerit idoneo Sacerdoti, qui vitæ conditionem in ordinando ſedulo ſcrutatus, eum inſtruxerit, utrum expediat eum ordinari; an potius, propter irregularitatis, aut legitimi alicujus impedimenti ſequelam, abſtinere, donec tale impedimentum a ſe removerit, nec quisquam ordinandus recipiatur, niſi ad certum titulum eccleſiaſtici beneficii, quod ſit perpetuum, a quo non poſſit ad inordinatum alicujus placitum amoveri, aut cui de proprio patrimonio ſufficienter ſit proviſum.

LXXXII.

Et ne eccleſiarum miniſteria quibusvis (quæ res hactenus multis malis cauſam præbuit) ſed dignis modo & idoneis, permittantur, ſancimus, eos, qui ad ſuſcipiendos ordines aſſumi expetunt, Epiſcopi ſimul & plebis judicio comprobandos, hoc modo, ut Epiſcopus doctrinam examinet, plebs quoque de moribus teſtimonium præbeat. Morum itaque & vitæ teſtimonium ordinandi, idque in literis ſigillatis afferant, acceptum a prælatis eccleſiaſticis ſeu parocho, atque etiam a Senatu, ſeu judicio ejus loci, in quo majorem vitæ partem exegerint. Quod teſtimonium illis gratis concedi volumus. Ex longinquo vero venientes, ſi in provin-

cia Moguntina ordinari expetiverint, ad Canonicarum Sanctionem obſervantiam adigantur.

LXXXIII.

Hac calamitoſa tempeſtate, quo ſacrorum profanorumque omnium periculoſa confuſione laboramus, plerumque evenire ſolet, ut in ſacri baptiſmatis adminiſtratione, unctiones ſacri olei, in pectore & ſcapulis, & chriſmatis in vertice infantium, jam inde a temporibus Apoſtolorum per univerſam eccleſiam religioſa pietate adhibere ſolitæ, quorundam temerario auſu omittantur. De qua re circa eos, qui ordinibus ſacris initiari volunt, diligentem inquiſitionem per noſtros in pontificialibus vicarios, aut alios, qui ordinandorum examinibus præſunt, præcipimus faciendam. Eos vero, qui tales unctiones, dum baptizarentur, non receperint, niſi eas (una cum orationibus, quæ in agendis ad tales unctiones adhibendæ inveniuntur) in ſe per catholicum Sacerdotem pie ſupplere curaverint, ab ordinibus prorſus mandamus repellendos.

LXXXIV.

Evenire ſolet, ut aliqui eruditionis & vitæ non ſatis probatæ, aut alioqui cenſuris eccleſiaſticis obnoxii, conſcientiam eorum, quibus noti ſunt, ſubterfugientes, ad remotiores diœceſes ſe conferant, & ordines ab ignotis epiſcopis, qua poſſunt fraude extorqueant: aut ſaltem eos ſe conſecutos, commiſcentes, in iis miniſtrare præſumant: Quorum temeritatem reprimere volentes, Commiſſariis noſtris ſerio inhibemus, ne in poſterum alicui literas dimiſſorias ad aliam diœceſim, ſine magna & neceſſaria cauſa, quam bene exploratam habere debent, concedant. Qui vero in aliena diœceſi ordines ſuſceperint, ad miniſterium, ſeu executionem ordinum, quos ſe habere aſſeverant, non admittantur; niſi prius Vicariis, ſeu commiſſariis noſtris, de ſuſceptis ordinibus legitimo documento fidem fecerint, & ab eisdem, quod admitti debeant, teſtimonium patentibus literis obtinuerint: alioqui tales per archipresbyteros noſtros ab omni eccleſiæ officio ſemoveri, aut, ſi iis non paruerint, nobis denunciari debent.

LXXXV.

Ad confuſionem & dehoneſtamentum eccleſiaſtici ordinis facit, ſicubi honorum diſcrimina tolluntur, ne ſuus cuique honos habetur. Unde ordinamus & decernimus, ut inferioris dignitatis Clericus, ſeu Vicarius, ſive Canonicus, prælato ſuo reverentiam, ſive in aſſurgendo, ſive in aliis prærogativis, juxta conſuetudinem illius eccleſiæ debitam ſubtrahens, fructuum præbendæ ſubtractione ad tempus, pro exceſſus qualitate, puniatur. Quod ſi ſimultate aut animi arrogantia provectus in tali contemptu prælati ſui perſeveraverit a reliquis fratribus velut inobediens, & juramenti ſui parum memor, à conſortio eccleſiæ & omni fructuum perceptione amoveatur: non niſi de ipſius Epiſcopi conſenſu ad eandem rurſus admittendus, ut diſcat poteſtatem ſupra ſe poſitam, velut Dei ordinationem, agnoſcere & venerari.

LXXXVI.

Hactenus in eccleſiis cathedralibus & collegiatis (ſaltem in ea parte, qua majores noſtri, non ſine magna ratione, juniores canonicos, quos domicellares vocant, non ſtatim, ut beneficia acceperint, ad capitula admitti, ſed ad tempus ſub jugo prælatorum detineri voluerunt) ſatis negligenter advigilatum eſſe, non ſine eccleſiarum pernicie, ſentimus; dum hi, quibus ea cura incumbit, ad ſtudia & mores domicellarium parum attendentes; Si modo domicellares certum tempus in beneficii poſſeſſione exegiſſent, aut pecuniam pro emancipatione conſtitutam numeraſſent, ſine ampliori delectu quosvis ad capitula admiſerunt; etiam eos, quos nec vitæ honeſtate nec doctrina ſatis idoneos, aut eccleſiis utiles futuros norint. Unde fit, ut interdum eccleſiæ minus utili Canonicorum turba oneratæ, nec in ſpiritualibus nec in temporalibus debitis obſequiis adminiſtrentur. Quarum indemnitati conſulere volentes, prælatorum, capitulorum, & aliorum, quorum intereſt, conſcientias duximus onerandas, hisque diſtricte præcipiendo injungimus, ut in poſterum, non ſecundum prætenſam conſuetudinem (quæ in hac parte, ut eccleſiis perniciosa, irrationabilis, aut potius corruptela cenſenda eſt) quosliber, ſed ſecundum conſcientiam, idoneos tantum & dignos, ad capitula, præſertim metropoliticum & cathedralia admittant. Pravis vero moribus deditos & ignavos tantisper a capitulari dignitate & emolumento arceant, donec emendatione vitæ locum hunc mereri videbuntur: aut ſi contra omnem emendationem præfracti & incorrigibiles ſe exhibere perſeveraverint, ad dimiſſionem beneficiorum remediis juris, tanquam inhabiles & inſufficientes ac minus idoneos, prorſus cogant. Qua conſtitutione noſtra, & ipſis prælatis & capitulis, ut officio ſuo diligentius invigilent; & juventuti eccleſiaſticæ, ut vitæ ingeniique cultum accuratiore ſtudio capeſſant, occaſionem præſtari arbitramur.

LXXXVII.

Cum ſcriptura admoneat, virum crebro jurantem iniquitate oppleri, ac plagis multis obnoxium fieri; jurationem namque multa comitari pericula, quæ non tam, pejerantem, quam eum, qui perjurio cauſam, cum debet & poteſt, non ſubtrahit, involvunt. Nos igitur crebram illam juramentorum exactionem in capitulis, ſi

ſi non ut injuſtam, certe ut periculoſam, cenſemus coarctandam. Injuſta vero & illicita juramenta, per quæ nonnunquam via debitæ correctionis præcluditur, & prælati a promovenda eccleſiarum ſuarum diſciplina & utilitate impediuntur, omnino tolli debent. Et nos cum hac ſancta Synodo talia omnia damnantes, locorum ordinariis & prælatis capitulorum, ad ejusmodi correctionem per præſentes facultatem impertientes, diſtricte eis præcipiendo injungimus, ut eccleſiarum ſtatuta diligenti cura revideant, & juramenta non neceſſaria, a ſede apoſtolica non confirmata, inprimis vero injuſta & pernicioſa, non obſtantibus quibuscunque conſvetudinibus (cum iniquitati longinquitas temporis patrocinari non debeat) corrigant, caſſent & tollant. Quod ſi facere inferiores prælati & ordinarii, ultra ſex menſes poſt publicationem hujus conſtitutionis, diſtulerint, nos ad primam opportunitatem, aut ſaltem in futura provinciali Synodo, negligentiam illorum ſupplebimus, ipſosque ceſſatores debitis inſuper pœnis afficiemus.

LXXXVIII.

Multas eccleſias in bonis temporalibus ingentia detrimenta ſuſtinere, ac domos eorum, aut collapſas, aut ruinis proximas videmus, ex prava conſvetudine, ſeu potius corruptela, qua canonici quidam pecunias ex poſſeſſionibus novorum Canonicorum, aut optione domorum receptas, non in utilitatem eccleſiarum, ſed in proprios uſus convertunt. Quod nos ultra fieri omnino prohibemus; talesque pecunias neceſſitatibus eccleſiarum, aut domorum reparationi & conſervationi, impendi volumus. Si quos huic conſtitutioni noſtræ rebelles deprehenderimus, privatione omnium fructuum, quos ab ea eccleſia percipere deberent, per ſemeſtre tempus plectemus, fructusque eis ſic ademptos, in eccleſiæ utilitatem intendi curabimus. Sicubi vero in eccleſiis aliunde ſumptus, ad conſervationem templorum ædificiorum & domorum, ad eccleſias, aut earum perſonas pertinentium, & in alios neceſſarios uſus ſuppetunt, rationabiles conſvetudines, ſuper hujusmodi pecuniis diſponendis hactenus obſervatas, hac præſenti conſtitutione adſtringi aut abrogari non volumus.

LXXXIX.

Ne ex incuria aut negligentia, ſicut conſvevit, damna eccleſiis accidant, capitulis metropolitanæ, cathedralium & collegiatarum, aliarumque eccleſiarum Rectoribus & curatoribus mandato injungimus, ut ſingulis annis, ſemel ad minimum, omnes eccleſiarum res & ornatus inſpiciant, & in indice ſingula diligenter conſcribant, quo, ſi quid inde perierit, facilius deprehendi & ſarciri, & ratio ab his, quibus ea cura commiſſa eſt, expoſci & reddi queat. Eadem diligentia volumus & præcipimus, ut omnium eccleſiarum prædia & reditus, tum communes; tum etiam ad ſingulas dignitates, ſeu beneficia pertinentes, in libro ad id deputato exactiſſime conſcribantur. Literæ vero originales cenſuum, tam communium, quam ad ſingula beneficia pertinentium, non apud ſingulos poſſeſſores relinqui; Sed in publica & bene munita cuſtodia, copiis earundem auſcultatis apud poſſeſſores retentis, aſſervari debent. Unde, ſi occaſio exegerit, depromi, & ſingulis perſonis ſub cautione redhibitionis permitti poterunt.

XC.

Ut eccleſiæ per provinciam noſtram conſtitutæ, a damnis, quæ nonnunquam ex infida procuratione accipiunt, in poſterum vindicentur, decernimus & ordinamus, ne poſthac ſolis laicis; Sed cum aliquot laicis cujusque eccleſiæ Rectori ſeu plebano, velut principali, officium fabricæ ſeu procuratio eccleſiæ committatur; ita tamen ne ipſi eccleſiarum Rectores, ſeu plebani, officio exactionis cenſuum, proventuum ſive reditum, ſeu procurationis labore graventur. Tales etiam eccleſiarum procuratores, de pecuniis, ſeu proventibus eccleſiarum nihil in ſuum privatum uſum convertant: Sed omnia in eccleſiæ utilitatem impendant, & de omnibus acceptis & expenſis debito tempore, ad minimum ſemel in anno coram ipſo plebano ſeu Rectore eccleſiæ, & aliis ad hoc deputatis rationem conficiant.

Volumus etiam ad ſingulas eccleſiarum ciſtas, in quibus literæ cenſuum ſeu pecuniæ, & precioſiores eccleſiarum res, aſſervantur, diverſas ſeras, & ad minimum duas fieri, & ex clavibus ſemper unam apud parochum ſeu Rectorem eccleſiæ relinqui & cuſtodiri: Sic, ut tales ciſtæ, non ab uno aliquo procuratore, nec unquam abſente parocho aut Rectore eccleſiæ, poſſint aut debeant aperiri. Huic vero noſtræ conſtitutioni in eccleſiarum fraudem non parentes, ipſi plebani nobis, aut vicariis noſtris denuncient, debita monitione prævia excommunicandos.

XCI.

Ut autem inſtitutioni ad eccleſiaſtica beneficia omnem ambitionem, omnemque Simoniæ pravitatem præcidamus, præſenti ſtatuto ordinamus & decernimus, ut quicunque vel muneribus vel pollicitationibus, ſeu quibuscunque pactionibus, unius, vel plurium ſibi favorem conciliaverit, ut per eos ad beneficium ſeu

um ſeu dignitatem qualemcunque (quatenus ad noſtram diſpoſitionem pertinent) promoveatur, eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrat, & reddatur inhabilis, ne amplius ad tale beneficium ſeu dignitatem eligi, aut aſſumi poſſit. Quod ſi electus & aſſumptus poſtea fuerit deprehenſus, tales donationes, promiſſiones, ſeu pactiones feciſſe, beneficio ſic occupato privari, & de dignitate omnino deponi debet. Simili modo, quicunque penſiones non legitime aſſignatas aut dederint, aut receperint, aut alioqui illicitis modis beneficia, aut dignitates occupaverint, pro exceſſuum qualitate puniri, & talibus beneficiis, aut dignitatibus privari debent. Quæ ut arctius obſerventur, nullus inpoſterum clericus ad aliquod beneficium, ſeu dignitatem admitti debet, niſi prius juraverit, quod in ejus adeptione nullam commiſerit ſimoniam, aut illicitam fecerit pactionem.

XCII.

& de felicitate ſua triumphare. Stupentes ſumus, cum gentes illum tremunt, cum Reges venerationem impendunt, cum poteſtates ſine ceſſatione laudant, cum etiam ipſe Imperator ſuis ipſum præponit, quod animæ remedium non feſtinus requirit. Scriptum legimus: Quærite primum regnum Dei, & omnia apponentur. Qui ſic quemadmodum ille fulget fama, miror quod de Regno Dei & animæ ſuæ ſalute nihil inveſtigare ſtudet, ſed illos recipit, illis acquieſcit, qui potius animam in gehennam perdunt, quam ad viam ſalutis adducant. Duos Deos eſſe prædicant, alium in Deitate Patrem, alterum in Deitate, ſed pro creatura, Filium; cum ſcriptura dicat: Ego ſum Salvator, & non eſt alius præter me. Te Domina Chlodoſuinda, per tremendum diem judicii conjuro, ut hanc epiſtolam & benè legas, & bene illi & frequenter exponere ſtudeas, & ut ipſum interroges, quis eſt Salvator? Patrem dicunt eſſe Salvatorem, an filium? quomodo duos eſſe, cum unus eſt, & alius non eſt, denunciant? Si dicent Filium; ergo Pater Salvator non eſt: & ſi dixerint Patrem; ergo Filius non eſt Salvator; quia ſalvare, qui Salvator non eſt, nullum poteſt. Si dixerint, duo ſunt Salvatores, iſtud ſcriptum nusquam invenient, niſi, Ego & pater unum ſumus: hoc eſt, pater in Filio & cum Filio, & filius in Patre & cum Patre. Deus præ magnitudine videri ab oculo humano non poteſt, qui tantum grandis, tantum fulgens, tantum etiam igneus eſt. Legimus, in circuitu cœli & terræ tabernaculum ejus. Quod etiam præ iſta magnitudine & ſplendore ab homine videri non poteſt. Expreſſit de ſe, quem ſemper habuit apud ſe, qui latibulum ſibi de carne fecit, & ideo ſcriptura dicit: poſuit tenebras latibulum ſuum. Ideoque in evangelio ait verbum Dei, quod Joannes dicit, quia, in principio erat, verbum caro factum eſt, & quod de Maria erat, ſic illuc ad ſe junxit, ut eſſet unum. Et per ſcripturam dixit: Ex Sion ſpecies decoris ejus: hoc eſt, homo in Deo tranſibit. In evangeliis ipſe dixit: Ego ex Patre exivi, & veni in hunc mundum. In quadrageſimo ſeptimo Pſalmo dixit: Diſtribuite gradus ejus. Ejus dixit, non eorum; quoniam unus eſſe, ſed nec ſolus apertiſſime ſcitur. Ut enarretis in progenie altera: Nam in die reſurrectionis nec narrare, nec apparere poterit, qui Trinitatem in unitate non crediderit. Et pro eo omnis militia angelorum per ſingulos dies clamat, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Non tres ſancti, ſed per ſanctum dixit Dominum Deum Sabaoth. Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus. Unus Sanctus, ſicut unus Dominus. Unde & Joannes Evangeliſta dixit: Ipſe eſt, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt Salvator. Si per nomina ivero, gradus eſſe videntur. Cum Patrem audis, nomine major eſſe videtur: & ideò dixit; Pater major me eſt: ſed nomine tantum: in Deitate autem, evidentiſſime per Chriſtum & per Apoſtolos ejus unus eſſe agnoſcitur. Quia ipſe cum â diſcipulo interrogaretur: Domine, oſtende nobis Patrem: & ille: Me vides, & de Patre interrogas? Vides quia in Trinitate invocatur, & in una Deitate eſſe invenitur. Cum Patrem audis, ſine filio eſſe non credas: cum audis filium, cum Patre eſſe non dubites. Nec dubites tres in perſonis, nam unus in Deitate eſſe agnoſcitur, & ideo ad diſcipulos ſuos dixit: Ite, baptizate in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. In nomine dixit, non in nominibus, quia unam Deitatem dixit, non tres. Spiritus autem Sanctus ſeparari non poteſt, quoniam unde eſſe ſcitur gratia Dei, inde donum Dei eſſe cognoſcitur. Ab ipſo ſpirant bona omnia, ſicut Apoſtolus dixit: Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Et hinc Propheta dixit: Tu ſolus altiſſimus. Sed ſolus altiſſimus in omni terra Salvator. Jeſu nave ipſum conſpexit, & ideò dixit: Noſter es, an adverſariorum? Ille autem reſpondens ait: Ego ſum qui ſum, & alius præter me non eſt. Abraham, qui dicitur amicus Dei, & probatur, tres vidit, & unum credidit. Cum tres adorat, Trinitatem, ſicut dixi, commemorat: cum unum in domum intrare deprecatur, unam poteſtatem eſſe denunciat. Nam Moyſi quotiens atque quotiens dixit: Ego ſum, qui ſum, & alius præter me non eſt? Quid nos ire per ſingula neceſſe eſt? Ad duodecim diſcipulos quos habuit, veniamus, quia ipſi Gothi hodiè ipſis venerationem impendunt, & reliquias eorum furtim tollunt: ſed nihil ibi habent, quia fidem eorum annullare præſumunt. Quid eſt quod in baſilicis eorum corpora ipſorum hodie venerantur, non ingrediuntur? Quid eſt quod nihil ibidem præſumere audent, niſi furtivè, ut canes a foris animas decipiunt, cum illos ſuos fideles Rex Alboinus ſibi demittat, & ad Domini Petri, Pauli, Joannis, vel reliquorum ſanctorum limi-

limina perducat, ut ibidem miſſas facere ſi audent, deliberent; ſed non audent, quia Domini Petri diſcipuli non apparent, & contrarii Chriſti eſſe probantur: quia quæ per crucem ipſe redemit, deſtruere infelices inveniuntur. Hic ſi jubet ad dominum Martinum per feſtivitatem ſuam, quam undecima die facit November, ipſos mittat: & ibi ſi audent, aliquid præſumant, ubi cæcos hodie illuminari conſpicimus, ubi ſurdos auditum, & multos ſanitatem recipere. Nam quid dicam de leproſis, aut de aliis quamplurimis, qui quantacumque debilitate percuſſi ſunt, ibidem per ſingulos annos alii & alii ſanantur? fortaſſe dicunt, confingunt vel cæcos, qui cæci à nativitate eſſe videntur. Quid dicam, cum indè illuminatos conſpicimus, & ad propria, Deo miſerante, ſanos reverti videmus? Nam quid dicam adhuc de domino Germano, Hilario, vel Lupo Epiſcopis? ubi tanta mirabilia hodiè apparent quantum nec dicere verbis valeo: ubi tribulantes, id eſt, dæmonia habentes, in aëra ſuſpenſi torquentur, & dominos, quos dixi, eſſe confitentur? Numquid in eccleſiis eorum ſic faciunt? Non faciunt, quia Deum & dominos ſanctos ibi habitare non ſentiunt. Dæmon dæmonem non exorcizat. Nam ubi ſancti habitant, dæmon vagari non dimittitur. Ideo fit, ut locus, ubi Deus eſt, oſtendatur. Quid de Domino Remigio & domino Medardo Epiſcopis, quos tu, credo, vidiſti? Non poſſumus tanta exponere, quanta mirabilia per illos Deum videmus facere. Audiſti ab avia tua, domina bonæ memoriæ Rodhilde, qualiter in Franciam venerit, quomodo dominum Chlodoveum ad legem Catholicam adduxerit; & cum eſſet homo aſtutiſſimus, noluit acquieſcere, antequam vera agnoſceret. Cum iſta, quæ ſupra dixi, probata cognovit, humilis ad domini Martini limina cecidit, & baptizari ſe ſine mora permiſit. Qui baptizatus quanta in hæreticos, Alaricum, vel Gundobaldum Reges fecerit, audiſti; qualia bona ipſe, vel filii ejus in ſeculo poſſederunt, non ignoratis. Talis ornatus, talis Vir, qualis Alboinus Rex eſſe dicitur, talis fama, quem mundus ſic præponit, quare non convertitur, aut quare tardus ad requirendam viam ſalutis apparet? Deus bone, qui es ſanctorum gloria & omnium ſalus, tu te in illum mitte. Et tu Domina Chlodſuinda, cum verbum facis, ſolatium tribue, ut omnes de tali ſtella, de tali gemma ſic gaudeamus, qualiter Deo placere poſſimus. Saluto tantum quantum valeo, deprecor, ut otioſa non ſis: inceſſanter clama, inceſſanter canta. Audiſti dictum: Salvabitur Vir infidelis per mulierem fidelem. Nam ſcias, prima ſalus, prima remiſſio eſt, qui converti fecerit peccatorem ab errore ſuo. Vigila, vigila, quia Deum propitium habes. Rogo, ut ſic agas, ut & gentem Longobardorum fortem ſuper inimicos facias, & nos de ſalute tua vel Viri tui gaudere concedas.

III.

Des Frantzöſiſchen Königs Dagoberti Diploma, daß alles, was in ſeinen Landen der Kirche St. Petri des Ertz-Stiffts Trier gehörete, ruhig und ungekränckt bey derſelben verbleiben ſolle, de Anno 643.

DAgobertus Rex Francorum, viris illuſtribus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis & omnibus agentibus, tam ultra, quam citra Rhenum vel ultra Ligerim, tam abſentibus, quam præſentibus. Illud ad augmentum, vel ſtabilitatem regni noſtri, ſine dubio in Dei nomine, credimus permanere, ſi ſacerdotum, vel Eccleſiarum Dei rectis petitionibus annuentes, id, quod noſtris auribus pateſecerint, perducimus ad effectum: ideoque vir Apoſtolicus Pater noſter, dominus Modoaldus, Archiepiſcopus Eccleſiæ Trevericæ, præceptum afferens ad nos, præceptionibus prædeceſſorum anteriorum Regum, parentum noſtrorum, Sigeberti, Theodoberti, Theoderici, imoque bonæ recordationis Hlotharii glorioſi Regis genitoris noſtri, manibus roboratum; in quo erat inſertum, quod non ſolum idem genitor noſter, verum etiam præfati prædeceſſores ejus, Reges videlicet Francorum, omnes res, quascunque boni & ſancti viri pro divinæ contemplationis intuitu ad partem S. Petri Trevirenſis Eccleſiæ delegaverunt, ſuorum præceptorum autoritate confirmarunt, quatenus eorum regnum ſuperno auxilio tueretur & poſtmodum ipſi, in ætherio regno, cum Chriſto ſine carente gaudere poſſent; itaque pro rei firmitate idem præfatus præſul Modoaldus deprecatus fuit ſublimitatem noſtram, ut paternum ac prædeceſſorum morem ſequentes, hujuscemodi noſtræ auctoritatis præceptum, ob amorem Dei, & reverentiam S. Petri, de eisdem rebus juberemus fieri; cujus petitionis libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſam Eccleſiam pro divini cultus amore, & animæ noſtræ remedio fieri decrevimus; per quod præcipimus atque jubemus, ut omnes res vel facultates ad eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertinentes, ſcilicet cellam S. Hilarii, quæ nunc appellatur S. Maximini, quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa & cellam S. Paulini & S. Eucharii & monaſterium S. Mariæ, quod idem præfatus Pontifex Modoaldus in territorio S. Petri nuper a fundamento conſtruxit & vocatur Horrea, Baſilicamque S. Martini ſitam in pago Maiginenſi, & cæteras Baſilicas, caſtella, vicos, villas, vineas, ſilvas, homines vel quicquid, largiente divina clementia, deinceps ad eandem augmentandam Eccleſiam tribuetur, circa Rhenum & Ligerim fluvium in regno noſtro conſiſtentia, omnia ſub jure & poteſtate S. Petri Trevirenſis Eccleſiæ ejusque pontificis perpetualiter mancipata, permaneant. Præterea pari modo etiam ſtatuimus, ut nullus ex publicis Judicibus, vel aliquis ex judiciaria poteſtate, in monaſteria, eccleſias, caſtella, vicos, vel agros, loca, ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ Eccleſiæ, tam ultra, quam citra Rhenum, vel Ligerim fluvium, in pagis, vel territoriis, quæ infra poteſtatem regni noſtri memorata poſſidet Eccleſia; vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina poteſtas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda, aut tributa, aut conjectos aliquos exigendos, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendos, vel injuſtas exactiones inquirendas, vel teloneum exigendum, noſtris & futuris temporibus aggredi audeant; vel ea quæ ſupra memorata ſunt, nequaquam penitus exigere præſumant. Sed liceat memorato præſuli ſuisque ſucceſſoribus omnia præfata monaſteria, villas, vicos & caſtella, cum ſuis adjacentibus, integre perpetuo tempore, pro remedio animæ noſtræ, ſeu parentum noſtrorum, ſicut in præcepto piiſſimi genitoris noſtri continetur, qui eo ordine poſſidere & noſtro fideliter parere Imperio. Sed ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum, pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & a fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtris videlicet præſentibus & futuris temporibus verius credatur, & diligentius a ſucceſſoribus noſtris conſervetur, manu id propria cum Luidis noſtris ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impreſſione, ſignare juſſimus. Dagobertus, Rex Francorum ℣ Cunibertus, gratia Dei Colonienſis Archiepiſcopus, Abbo, Metenſis Epiſcopus, Principius, Spirenſis Epiſcopus, Pipinus, Major domus. Datum anno Regni XII.

IV.

Des Frantzöſiſchen Königs Caroli M. Confirmation aller von ſeinen Vorfahren dem Ertz-Stifft Trier ertheilten Gerechtſamen und Privilegien, de An. 773.

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Carolus, divina ordinante providentia Rex Francorum. Si liberalitatis noſtræ munere, locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii: & neceſſitates Eccleſiaſticas ad petitiones ſacerdotum noſtrorum revelamus juvamine, atque regali tuemur munimine; id nobis & ad mortalem vitam tranſigendam & ad æternum feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quam & futurorum ſagacitas, quia vir venerabilis, Weomadus, ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, obtulit, obtutibus noſtris præceptum domini & genitoris bonæ memoriæ Pipini Regis, in quo erat inſertum, quod non ſolum idem genitor noſter, verum etiam prædeceſſores ejus, Reges videlicet Francorum, omnes res quascunque boni & ſancti viri pro divinæ contemplationis intuitu, ad Partem S. Petri Trevirenſis Eccleſiæ delegaverunt, ſuorumque auctoritatibus confirmaverunt, quatenus eorum regnum ſuperno auxilio tueretur, & poſtmodum cum Chriſto Rege Regum regnarent in cœlis. Pro rei vero firmitate idem præfatus Præſul poſtulavit cellſitudinem noſtram ut paternum ſeu prædeceſſorum Regum morem ſequentes hujuscemodi noſtræ auctoritatis præceptum, ob amorem Dei & reverentiam S. Petri de eisdem rebus fieri juberemus. Cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum erga ipſam eccleſiam pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut omnes facultates ad Eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertinentes; ut ſcilicet cellam S. Maximini, quæ eſt in territorio S. Petri Principis Apoſtolorum conſtructa, & cellam S. Paulini & S. Eucharii & monaſterium S. Marcæ, quod Dominus Modovaldus Pontifex ejusdem eccleſiæ in territorio S. Petri

tri a fundamento conſtruxit, quod vocatur Horrea, & Eccleſiam S. Martini ſitam in Pago, Meginenſe & cæteras Baſilicas, caſtella, vicos, villas, vineas, ſilvas, homines, vel quidquid, Deo donante, ad eandem augmentandam Eccleſiam, circa Rhenum & Ligerim fluvium, omniaque in regno noſtro conſiſtentia, ſub jure & poteſtate S. Petri Trevirenſis Eccleſiæ ejusque Pontificis perpetualiter mancipata permaneant. Præterea pari modo ſtatuimus, ut nullus ex publicis judicibus, vel aliquis ex judiciali poteſtate, in monaſteria, eccleſias, caſtella, vicos & agros, loca, ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ Eccleſiæ, tam ultra, quam juxta Rhenum vel Ligurim fluvium, in pagis, vel territoriis, quæ infra in poteſtatem regni noſtri memorata poſſidet Eccleſia, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina poteſtas augeri ad cauſas audiendas vel freda, aut tributa, aut conjectos aliquos exigendos, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendos, aut injuſtas exactiones requirendas, vel telonium exigendum noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat; ſed liceat memorato Præſuli ſuisque ſucceſſoribus omnia præfata monaſteria, villas, vicos & caſtella cum ſuis adjacentibus in integrum, perpetuo tempore pro remedio animæ noſtræ, ſeu parentum noſtrorum, ut in præcepto piiſſimi genitoris noſtri continetur, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere imperio. Ut hoc itaque noſtræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & a fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtris videlicet præſentibus & futuris temporibus, verius credatur & diligentius a ſucceſſoribus noſtris conſervetur, manu propria firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Caroli glorioſiſſimi Regis.

Svavis, ad vicem Ercanbaldi recognovi. Data Kalend. Septembr. Anno VI. regnante Carolo piiſſimo Rege, Indict. XI. Ariſtalio palatio in Dei nomine, Amen.

V.

Ertz-Biſchoffs Hetti zu Trier Brieff an Biſchoff Frotharium zu Tull die Execution derer Statutorum des Concilii zu Acken betreffend, de Anno 816.

HEtti, gratia Dei Archiepiſcopus, venerabili in Chriſto, & cum ſumma reverentia nominando Frotharío, Epiſcopo Tullenſi, ſaluberrimam in Domino implorat ſalutem. Meminiſſe volumus ſagacitatem veſtram monitionis, quam inſtanti anno ſimillimis apicibus ſuſcepiſtis expreſſam. Non neſcitis eum qua cautela mandatum ſuſcepimus Domini Imperatoris nos in Diœceſi noſtra, & Epiſcopi ſinguli in parochiis ſuis, id eſt de regula augendæ religionis, & de miniſtratoriis Canonicorum officinis, ut ſi quibus in locis bene comptæ eſſent, deinceps cum ſumma diligentia ornarentur. Nunc autem in proximo eſt placitum, quo ſine dubio ſuſcitabitur de obtemperatione mandati Dominus mandati. Quapropter ſcrutemini diligenter in parochia veſtra, in veſtris aliorumque monaſteriis, ſi præfacta regula digne per omnia conſervetur, & ſi officinæ juxta ipſius decreta conſtructæ, atque innovatæ contineantur, ut cum imperiali ſolertiæ præſentabimur, dejecto procul molimento aliorum, una vobiscum ex omnibus illi a nobis veritas nuncietur; per triennium enim hæc monitio facta eſt, idcirco nulla poteſt, inveniri occaſio; ideoque quanto cuique fuerit imperfectior, tanto & fragilior. Valete in Domino, & pravitatis noſtræ nolite oblivíſci. Deus pacis & dilectionis ſit vobiscum, Amen.

VI.

Ejusdem Brieff an Biſchoff Frotharium zu Tull, daß er die in ſeiner Diœces befindliche Soldaten ſich zum Kriege parat zu halten auffmuntern ſolle, de Anno 817.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hetti, miſericordia Dei Archiepiſcopus diœceſeos Trevirenſis, nec non legatus Ludovici Sereniſſimi Imperatoris, venerabili fratri, Frotharío, Tullenſi Epiſcopo, æternam ſalutem. Notum ſit Tibi, quia terribile imperium ad vos pervenit Domini Imperatoris, ut omnibus notum faciamus, qui in noſtra legatione manere videntur, quatenus univerſi ſe præparent, qualiter proficiſci valeant ad bellum in Italiam: quoniam inſidiante Satana Bernadus Rex, diſponit rebellare illi; propterea tibi mandamus atque præcipi-

præcipimus de verbo Domini Imperatoris, ut ſolerti ſagacitate provideas cum ſumma feſtinatione omnibus Abbatibus, Abbatiſſis, Comitibus, Vaſallis dominicis, vel cuncto populo parochiæ tuæ, quibus convenit militiam Regiæ poteſtati exhibere, quatenus omnes præparati ſint, ut ſi veſpere eis adnuntiatum fuerit, mane; & ſi mane, veſpere abſque ulla tarditate proficiſcantur in partes Italiæ, quia Dominus Imperator ſuum iter præparat, ut quanto citius poterit, in partes illas una cum fidelibus ſuis pergat.

VII.

Des Röm. Königs Arnolphi Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Trier die Abtey S. Servatii zu Maſtrich geſchencket, de Anno 889.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis; Arnolphus, divina ordinante clementia Rex. Si fidelium noſtrorum petitionibus aurem ſerenitatis noſtræ accommodamus, opemque ex ſupernæ largitatis commodo eis præbere ſtuduerimus, ad perennis vitæ ſalutem feliciter obtinendam, hoc nobis profuturum eſſe liquido credimus. Quapropter comperiat omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentium ſcil. ac futurorum ſolertia, quoniam Ratbodus, venerandus Trevirenſis, Eccleſiæ Archiepiſcopus adiit culmen ſerenitatis noſtræ ſupplicans, ut quandam Abbatiam S. Servatii confeſſoris, quæ vocatur Trajecta, in comitatu Moſelant nuncupato conſiſtentem ad Eccleſiam S. Petri Principis Apoſtolorum, quæ conſtructa ſtat in Civitate Trevirenſi, ubi principalis Epiſcopii ſui ſedes eſſe dignoſcitur, ad honorem Dei ſanctorumque ejus ibidem quieſcentium traderemus, ſtatimque nos congruæ ejus ſvaſioni ob reverentiam ſui grataanter ſatisfacientes, decrevimus ita fieri. Dedimus quoque eandem Abbatiam cum univerſa integritate ſua ad præfatæ ſedis Eccleſiam, in beatæ memoriæ Ludvici Regis, avique noſtri, nec non Carolomanni genitoris noſtri patruorumque noſtrorum, videlicet Ludvici & Caroli, Chriſtianiſſimorum Regum, animæque noſtræ perpetuam commemorationem cum Eccleſiis, curtibus, ædificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, decimis, vineis, viis & inviis, exitibus & reditibus, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus & cum univerſis appendicibus & adjacentibus ſuis. Hæc itaque univerſa per hoc præſens autoritatis noſtræ præceptum ad ſæpe nominatam ſedem æternaliter retinenda donamus & tradimus ea ſcilicet ratione, ut præfatus Epiſcopus ſucceſſoresque illius ſimilem perpetuis temporibus ex prælibata Abbatia habeant poteſtatem, veluti de cæteris ejusdem Epiſcopatus cauſis juxta utilitatem ipſius Eccleſiæ, cuncta, prout illis placuerit, ſecure diſponere, quatenus rectores ejusdem ſedis cum omni clero eorum regimini ſubjecto, tam pro nobis, quam pro antedictis prædeceſſoribus noſtris divinam miſericordiam ſemper exorare delectet. Ut autem hæc donationis noſtræ autoritas nullo unquam ſucceſſore noſtro irrumpente, ſolidiſſimam in Dei nomine per omnia mundi volventis ſecula obtineat ſtabilitatem, munimine noſtro roborata, manu noſtra ſubtus eam firmavimus & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Signum Domini, Arnolphi, largiſſimi Regis.

Auſpertus Cancellarius, ad vicem Theomari Archicapellani recognovi. Data Kalend. Julii Anno Dominicæ Incarnat. DCCCLXXXIX. Indict. VII Anno ſecundo Regni domini Arnolphi piiſſimi Regis. Actum Franckenvurt palatio regali, in Dei nomine feliciter, Amen.

VIII.

Des Lotharingiſchen Königs Zventeboldi Lehen-Brieff vor Ertz-Biſchoff Ratbodum zu Trier über die Abtey S. Servatii zu Maſtrich, de Anno 898.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Zventeboldus, divina largiente clementia Rex. Si more prædeceſſorum noſtrorum, Eccleſias Chriſti varie honoramus, credimus hoc ad profectum corporis & animæ pertinere; ideoque noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ac futurorum prudentia, qualiter venerabilis genitor noſter, Arnolphus, Trevirenſi Metropolitanæque Sedi ad S. Petrum Principem Apoſtolorum quandam Abbatiam poteſtativo jure contradidit, ubi Ratbodus, Reverendiſſimus Archiepiſcopus eſſe videtur. Quam poſtquam ad nos primitus, Deo patreque noſtro concedente regni ſublimitas pervenit, ob fallentium ora, qui præfatum Epiſcopum totamque illius tuitionis congregationem

hoc velle narraverant, injuſte Reginario in precariam conceſſimus. Quo ita geſto, noſtrorum ineuntes conſilium, placitum generale Aquisgrani palatio fieri fidelesque noſtros illuc venire ſtatuimus: quo & memoratus Archiepiſcopus Ratbodus veniens, ſe ad noſtram reclamavit dominationem, quod jam dicta Abbatia de præfata ſede, illo, cæteraque congregatione neſciente, injuſte fuiſſet adepta. Quod nos circum cogitantes, ne forte incurreremus periculum in futuro, ipſam Abbatiam cum conſilio & judicio omnium noſtrorum videlicet Epiſcoporum & Comitum antedictæ ſedi Trevirenſi reddidimus; quæ eſt in pago Moſelant vocabulo Trajecta, quæ in beati confeſſoris Servatii honorem conſecrata eſt, ipſique eundem Epiſcopum inveſtientes coram multitudine populi recipimus, ut ne ulterius ipſius vel ſuccedentium temporibus alicui per precariam concedatur. Quod ſi alicujus ſuccedentium illius temporibus eveniat, anathematis ambo & qui dat, & qui accipit, vinculis ligati, in æternum permaneant, quod ut firmius habeatur, ipſi firmavimus, annuloque noſtro inſigniri juſſimus.

Signum Zuenteboldi, glorioſiſſimi Regis. Waltgerus Notarius, ad vicem Rutgeri Archiepiſcopi Archique-Cancellarii recognovi. Data tertio Idus Maji, ipſa die feſtivitatis S. Servatii, anno incarnationis Dominicæ DCCCXC VIII. Indictione prima, anno IV. Regis piiſſimi Actum Aquisgrani palatio, Inveſtituræ vero in ipſo Trajecto.

IX.

Des Lotharingiſchen Königs Ludovici IV. Diploma, Krafft deſſen er dem Ertz-Stifft Trier die Müntze, Zoll ꝛc. in der Stadt Trier überlaſſen, de Anno 902.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ludvicus, divina favente gratia Rex. Si noſtrorum Præſulum juſtis petitionibus indulgemus, omnium ſancta Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium præſentium ac futurorum comperiat agnitio, quod Conrardus & Geberardus, illuſtres Comites, noſtræ manſvetudini ſuggeſſerint, noſtræque celſitudinis clementiam popoſcerint, ut Trevericæ civitatis monetam, telonium, cenſuales, tributum atque medenam agrorum cum fiſcalibus omnibus, quæ quondam tempore Weomadi ejusdem urbis Archiepiſcopi de Epiſcopatu obſtricta & in comitatum converſa noſcuntur eidem Epiſcopo noſtræ majeſtatis authoritas reſtitueret. Quorum petitionem juſtam noſtræque ſaluti proficuam eſſe cenſentes, pro amore Dei & reverentia B. Petri Apoſtolorum Principis, nec non pro dilectione Ratbodi memoratæ civitatis venerabilis Archiepiſcopi, per conſenſum Wigerici Comitis, & omnium noſtrorum fidelium, qui præſentes adfuerunt, univerſa ſuperſcripta, monetam ſcilicet ipſius Civitatis, telonium omneque tributum intra civitatem & extra per omnem comitatum, de monaſteriis & villis & vineis ſed & cunctos cenſuales atque fiſcales & medenam agrorum de comitatu ad Epiſcopatum cum omni integritate convertimus, & de noſtro jure ad partem & poteſtatem S. Petri reddidimus ejusque dominio, per hoc ſerenitatis noſtræ præceptum ſancientes, perpetua ſtabilitate firmiter nuncupavimus, præcipientes obnixe, ut hæc omnia ſicut Comiti ſolvebant, ſic a die præſente deinceps in perpetuum in poteſtate permaneant Pontificis. Et ut hæc noſtræ largitionis, ſeu redditionis autoritas, firma & inviolabilis per cuncta ſuccedentia tempora conſiſtat, manu propria eam ſubterfirmavimus & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum Domini Ludovici Sereniſſimi Regis.

Ruadmirus Notarius, ad vicem Ratbodi Archi-Cancellarii recognovit. Data XIII Kalend. Octobris, anno Domin. Incarn. DCCCCII. Indict. V. anno vero III. Domini Ludvici glorioſiſſimi Regis. Actum in villa Wadegozzinga in Dei nomine feliciter, Amen.

X.

Des Lotharingiſchen Königs Caroli ſimplicis Privilegium, vor das Ertz-Stifft Trier, daß es freye Macht haben ſolle, einen Ertz-Biſchoff nach Belieben zu erwehlen, de Anno 917.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Carolus, divina largiente clementia Rex. Omnium Chriſtianæ religionis noſtrorumque fidelium, præſentium & futurorum, noverit induſtria, quod Ratbodus, venerabilis ſanctæ Trevericæ ſedis Metropolitanus Archiq; Capellanus noſter, ut providus bonusque paſtor in poſterum providens & eccleſiæ ſibi commiſſæ futuræ

futuræ utilitati conſulens, noſtram popoſcit celſitudinem, quatenus de eligendis poſt ejus diſceſſum ſucceſſoribus noſtræ autoritatis privilegium ſedi ſuæ concederemus. Cujus piæ petitioni pro divino intuitu & reverentia S. Petri, nec non pro illius dilectione atque fidelitate acquieſcentes, præſentium apicum noſtrorum privilegium fieri juſſimus, enixius præcipientes & perpetuæ firmitatis inviolabili ſtabilitate ſancientes, ut poſt hujus Antiſtitis obitum quemcunque Trevirenſis clerus & populus de propriis ejusdem Eccleſiæ filiis pari conſenſu elegerint, absque ulla cujuslibet contradictione, ille, Deo favente, eis detur Epiſcopus; nec ulterius contra eorum libitum contraque Canonicam auctoritatem, quenquam non optatæ perſonæ cogantur ſuſcipere paſtorem, & ii fortaſſe, quod futurum minime creditur, in ipſa Eccleſia talis inveniri non poterit, qui hujusmodi honori aptus ſit mancipari, nec propterea infracto privilegio noſtro illis denegetur electio, ſed potius a Regali majeſtate ſuſcipiant quemcunque voluerint aliunde eligere. Si hoc quoque evenerit, quod in quorundam Epiſcoporum electionibus contigiſſe dignoſcitur, ut vota eligentium diviſa diſſenſerint, ei parti in qua clerus & melioris intentionis viri conſenſerint, quod in cauſam gregisque dominici ſalvationem quærere comprobantur, regalis faveat autoritas, & ſecundum eorum electionem ſuper eos optatus conſtituatur antiſtes. Et ut hæc noſtri privilegii autoritas per cuncta ſuccedentia tempora firmiorem in Dei nomine obtineat perpetuæ ſtabilitatis vigorem, & a noſtris ſucceſſoribus inviolabili tenore ſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus adnotari.

Signum Domini Caroli ſereniſſimi Regis. Gozdinus Notarius, ad vicem Ratboldi Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit. Et data die Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXVII. Indictione V. anno XXI. Largiore vero hereditate indepta II. Actum Theodonis villæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

XI.

Des Frantzöſiſchen Königs Caroli ſimplicis Diploma reſtitutionis der dem Ertz Stifft Trier entriſſenen Abtey S. Servatii zu Maſtrich, de Anno 922.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus, divina propitiante clementia Rex Francorum. Dogmate divino inſtruimur, & regia majeſtate monemur, quatenus Sanctorum loca ſub ſolida tuitione provideamus: & ſi quæ ſunt alicujus pravitate attrita, ad priſtinum reverti faciamus, ſtatum. Noverit igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum, videlicet præſentium ac futurorum induſtria, quoniam vir venerabilis nobis fidelis, Rutgerus, Treverenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſæpius plangendo adiit celſitudinem noſtram, dicens, quod Abbatiam S. Servatii, quæ eſt conſtructa in Trajecto, in Comitatu Moſelant, quam dedit per ſuum præceptum ſibi commiſſæ Trevirenſi eccleſiæ Arnulphus Rex, ſed violentia Ragineri Comitis, & filii ejus Giſilberti, a prædicta Treverenſi Eccleſia jam olim eſſet injuſte ablata. Ergo ad cauſas noſtras ejus proclamationem mittens, judicio Scabinorum palatii noſtri, & atteſtatione omnium fidelium noſtrorum, ipſam Abbatiam S. Petro, in cujus honorem eſt conſtructa Treverenſis Eccleſia, & prænominato Præſuli reddimus, ut in perpetuum, ſine cujuspiam contradictione, cum omni integritate ipſe & ſucceſſores ejus ipſam Abbatiam teneant atque poſſideant, & aliquid pro ſua, ſuæque eccleſiæ utilitate, ex ipſa facere decreverint, liberam in omnibus poteſtatem habeant faciendi. Et ut hæc notitia inſtantibus & futuris temporibus rata eſſe credatur, & firmior habeatur, ſigillo noſtri palatii eam roborari juſſimus. Hæc ſunt nomina eorum, qui præfatum contulerunt judicium, videlicet

Epiſcoporum,
Wifridus, Dato, Raubertus,
Abbo, Stephanus.

Sed Comitum,
Matfridus, Sigardus, Otto.
Fulbertus, Chriſtianus, Erkengerus,
Iſembardus, Hugerus, Ecfridus.
Ermenfridus, Walterus.

Nec non & Scabinorum
Blidulphus, Regnardus, Adelbertus,
Sigebertus, Witterus, Adelbartus.
Rubertus, Bernacrus, Volmarus.
Roricus, Otkerus, Ingrannus
Betto, Engilbertus, Filbertus, Iswardus.

Rathbodus Notarius, præcipiente Domino Rege Carolo, hanc notitiam ſcripſit. Data Idibus Junii, indict. VIII. anno XXVII. regnante Rege Carolo, redintegrante XXII. largiore vero hæreditate indepta VII. Actum Heriſtal palatio.

XII.

Ejusdem Diploma publicationis, daß dem Ertz-Stifft Trier die Abtey S. Servatii zu Maſtrich von ihm reſtituiret worden, de Anno 923.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus, divina largiente miſericordia Rex Francorum. Si ſervorum Dei petitionibus aurem libenter accommodamus, divini cultus amore, regium decenter morem exequimur, ac vitæ æternæ præmia propter hoc adipiſci veraciter credimus. Quocirca comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorum videlicet præſentium & futurorum ſolertia, quoniam Archipræſul venerabilis Treverenſis Eccleſiæ Rotgerus, noſtræ Serenitatis culmen adiit, conquerens, quod Abbatiam quandam, quæ eſt conſtructa ſuper flumen Moſam, in loco Trajectus nuncupato, ubi requieſcit corpus ſanctiſſimi confeſſoris. Servatii, Arnulphus quondam Rex, deprecante Rathboldo prædictæ Eccleſiæ pridem Archiepiſcopo, delegaverat S. Petro Apoſtolo ad cathedram Treverenſem. Idque ſanctionis præceptum confirmare ſtuduit: ſed irruentibus diverſis contrarietatibus, a poteſtate ejusdem ſedis Raginerus pridem Comes eandem Abbatiam violenter ſubtraxit & reclamante dicto Rathboldo apud Regem Zuendeboldum, illam reddere compulſus eſt S. Petro. Verum Zuendeboldo peremto, iterum a Raginero pervaſa eſt, ac poſt illum ab ejus filio Giſilberto pari violentia hactenus negatur reddere. Cujus petitionem fore ſalubrem cognoſcentes, conſenſu Epiſcoporum noſtrorum & judico comitum, ſeu aliorum fidelium ſupradictam Abbatiam in Trajecto ſuper flumine Moſa ſitam, in comitatu vero Hasbacenſi, in conſpectu noſtro & præſentia Principum noſtrorum ipſimet prælibato Archiepiſcopo reddere imperavimus pro amore Dei. Ita dumtaxat, ut a nobis reſtitutam S. Petro, uſibusque ſanctæ Treverenſis Eccleſiæ abhinc in futurum nullus valeat eam ſubtrahere vel dividere exinde; ſed noſtræ pietatis munere ipſe Archi-Præſul Rutgerus & ejus ſucceſſores memoratam ſæpe Abbatiam habeant, teneant, cum villis, mancipiis utriusque ſexus & omnibus rebus juſte ibidem pertinentibus, & earumdem rerum exactionibus & omnia ad ſe pertinentia regant & diſponant pro ſuæ utilitatis ſtudio, ſicut priorum Regum auctoritates patefaciunt. Hanc igitur Abbatiam reddendam noſtræ auctoritatis præcepto Archi-Præſuli Rutgero & ſuæ Eccleſiæ manu propria roboravimus & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum Caroli Regis glorioſiſſimi. Gozelinus Notarius, ad vicem Rutkeri Archi-Præſulis ſummique Cancellarii recognovit. Data VII. Idus Julii Indictione VIII anno regni Caroli inclyti Regis XXVII redintegrante XXII. largiore vero hereditate indepta VIII. Actum in villa Theodonis.

XIII.

Des Röm. Königs Ottonis I. Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Trier die Abtey St. Servatii zu Maſtrich mit ihren Pertinentien in integrum reſtituiret, de Anno 945.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Si juſtis fidelium noſtrorum precibus præbuerimus remunerationis compenſationem, ubi de eccleſiaſticis ſit rebus, Dominum; ubi autem de negotiis ſit humanis, noſtros fideles credimus nobis fideliores exinde fore, ac promtiores devotioresque obſequio. Proinde agnoſcat omnium fidelium noſtrorum conventus, qualiter nos proceres noſtri adeuntes, ſcilicet Moguntiacenſis Epiſcopus Fridericus, & frater noſter Henricus ſimulque Comes Hermannus, rationabili prece deprecati ſunt, ut Eccleſiæ S. Petri Trevirenſi, ac fideli noſtro Ruotberto ejusdem ſedis Epiſcopo daremus, quin potius reſtitueremus Abbatiam S. Servatii ſitam in Trajecto, quorum ratis petitionibus acquieſcentes, agnoſcentesque nos ad hoc debitores, ut juſtitiam faceremus, eidem Trevirenſi Eccleſiæ reddidimus & reſtituimus prædictam Abbatiam S. Servatus ex toto & integro, omnesque appendices, cum cæteris omnibus quæ viſa eſt habere. Innovantes ergo prædeceſſorum noſtrorum edictionem, Regum videlicet Arnolphi, Zuendeboldi, Ludvici & Caroli, qui prælibatæ ſedi ante dictam contulere Trajectenſem Abbatiam, hoc regiæ liberalitatis præcepto ſancimus, quo nemo ſucceſſorum noſtri prætens datum refringendi, ſeu aliquo modo violandi habeat poteſtatem. Et ut hæc traditionis noſtræ autoritas pleniſſima vigeat firmitate, manu noſtra ſubterfirmavimus & annuli noſtri impreſſione corroboravimus.

Signum Domini Ottonis Sereniſſimi Regis.

Bruno Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognovi. Data quarto Kalend. Jan. anno Incarnationis Dominicæ DCCCC XLV. Indict. IIII. Anno Domini Ottonis X. Actum in Thalahem.

XIV.

Pabſts Johannis XIII. Bulla Confirmationis aller Privilegien und Gerechtſamen des Ertz-Stiffts Trier, de Anno 969.

JOannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimis nobis in Chriſto fratribus, univerſis Epiſcopis, ac totius dignitatis & ordinis Catholicis viris, præſentibus ſcilicet & futuris perpetuam ſalutem. Quia licet indigni, divinæ tamen dignationis gratia diſponente, B. Petri Apoſtolorum Principis ſacratiſſimam ſedem, univerſaleque in toto orbe terrarum miniſterium ſuſcepimus, neceſſe eſt omnium Eccleſiarum, ut diligentiſſimam ſolicitudinem ita continenter habeamus, ne earum jura, autoritate ejusdem Apoſtolorum principis, cæterorumque ſucceſſorum ejus venerabilium patrum inviolabiliter ſtatuta & confirmata, noſtro minuantur ac pereant tempore, ſed potius corroborata decenter augeantur atque proficiant. Ideoque omnium veſtrum noſſe volumus ſanctitatem & induſtriam, quod Theodorico dilectiſſimo fratre noſtro Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo veniente Romam, oratum & Sanctorum Apoſtolorum limina audivimus, ſicut etiam pridem audiendo, imo & legendo compertum habuimus, eandem ipſam præ cæteris Galliarum Eccleſiis Chriſtianæ Religionis exordium, Catholicæque fidei prima rudimenta percepiſſe, per ſanctiſſimorum virorum Eucharii, Valerii & Materni, & cæterorum Evangelicam doctrinam, quos tempore ſuo prædictus beatiſſimus Petrus Apoſtolus ordinavit & inſtruxit, nec non illuc ad prædicandum direxit. Unde totius ordinis noſtræ ſedis Apoſtolicæ conſultu gratuitoque aſſenſu, jura privilegiorum, quæ a Sancta Romana matre Eccleſia præfatis Sanctis, eorumque reliquis ſucceſſoribus, id eſt Agricio, Maximino, Paulino, Severo, almificis & Apoſtolicis viris, a primordio hucusque, autentice conceſſa ſunt; quæque etiam ipſius civitatis excidio, incendio aliove caſu conſumta probantur, eidem Trevirenſi Eccleſiæ prædictoque fratri noſtro Theodorico, & per cum cunctis ipſius ſucceſſoribus, reconfirmare, recorroborare & omnimodo reſtituere dignum duximus; decernentes per hujus noſtri Apoſtolici privilegii validiſſimam conſtitutionem; ut quandocunque a noſtra principali & Apoſtolica ſede Epiſcopus, Presbyter, vel Diaconus, vel ſubdiaconus, ſive quilibet ordinarius legatus rei Eccleſiaſticæ, ſeu cogendæ Synodi cauſa in Galliam, Germaniamve deſtinatus fuerit, Trevirenſis Præſul poſt quemlibet ordinarium legatum Apoſtolicæ Sedis primum inter alios Pontifices locum obtineat. Et ſi miſſus Romanæ Eccleſiæ defuerit, ſimiliter poſt Imperatorem, ſive regem ſedendi, ſententiam edicendi & Synodale judicium canonice promulgandi, primatum habeat, utpote in illis partibus vicarius noſtræ ſedis Apoſtolicæ merito conſtitutus. Neque enim dignum eſt, ut illius Eccleſiæ Præſul aliquo tempore ceteris non habeatur prælatus, cujus honor in illis partibus ſub ipſo Apoſtolorum principe extitit primitivus. Pari quoque modo ſancimus, omnes in parochiis ejus degentes ſive ordinationem & promotionem cujuslibet Eccleſiaſtici gradus a Pontifice ipſius percipientes, eidem ipſi matrici Eccleſiæ, Epiſcopoque illius debere canonice placere, obſequi & jure obedire. Siquidem decreto B. clementis Papæ, ſuper hoc ita cautum videtur: Si vobis Epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ſubdiaconi ac reliqui clerici cuncti omnesque principes tam majoris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi tribus & linguæ non obtemperaverint, a liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ alieni erunt dicente Domino: Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Inter hæc quoque omnia, quæ ad ſæpe dictam Trevirenſem Eccleſiam intra & extra civitatem pertinere videntur; id eſt eccleſias cum univerſis rebus ſibi attinentibus ſeu monaſteria tam monachorum, quam virginum, quæ ex Præceptis, ſive ſcriptis regum, ſeu Imperatorum, ſive eorundem fundatorum autoritate, ad ſe pertinent & pertinere debent, & quidquid omnino illa ipſa Eccleſia ub que, & quoquo merito poſſidet, & poſſidere debet, generaliter & ſpecialiter concedimus; reformamusque præfato Theodorico fratri & Coëpiſcopo noſtro ſuisque ſucceſſoribus ad perpetuam Sanctæ Trevirenſis Eccleſiæ dominationem atque ditionem per hujus noſtræ Apoſtolicæ præceptionis ſeriem a præſenti XII. Indictione & usque in finem ſeculi valituram. Contra quam, ſi quis quid quolibet modo agere præſumſerit, & quod juſte & canonice a nobis decretum eſt, in aliquo infringere

fringere tentaverit, ſciat ſe ex Dei omnipotentis & prædicti beatiſſimi Apoſtolorum Principis omniumque Sanctorum, ac deinde noſtra autoritate damnandum & anathematizandum, & cum omnibus impiis æternis ſuppliciis deputandum. Qui vero hoc privilegium noſtrum obſervare, cuſtodire, adimplere fideliter ſtuduerit, benedictionis gratiam & miſericordiæ plenitudinem in cœleſtibus caſtris inter Electorum numerum efficaciter a Domino Deo conſequi mereatur; Scriptum per manum Stephani Notarii & Regionarii & Scriniarii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in menſe Januario & Indictione XII. Data XI. Kalend. Februarii per manum Sicconis, Epiſcopi ſanctæ N. Eccleſiæ, ad vicem Guidonis Epiſcopi & Bibliothecarii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Joannis Pontificis & Univerſalis XIII. Papæ, in ſacratiſſima ſede D. Petri Apoſtoli IV. Imperii autem Ottonis majoris VII. minoris vero II. & Indictione XII.

XV.

Kayſers Ottonis III. Diploma reſtitutionis derer dem Ertz-Stifft Trier entriſſenen Abtey S. Servatii zu Maſtrich, de Anno 993.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum piæ devotioni pateat, qualiter vir venerabilis Egbertus, ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ad nos venit, ſecum deferens præceptum prædeceſſoris noſtri Arnolphi Regis; in quo continebatur, quomodo ipſe pro remedio animarum bonæ memoriæ avi ſui, Ludovici Regis, nec non Carolomanni genitoris ejus, patruorumque ſuorum Ludovici videlicet & Caroli Chriſtianiſſimorum Regum quandam ſuam Abbatiam, in honore ſancti Servatii confeſſoris Chriſti in loco Trajecto vocato, conſtructam, juxta fluvium Moſam dictum, ſitam, ad Eccleſiam ſancti Petri Principis Apoſtolorum, in civitate S. Petri Treviris ædificatam, ſua perceptione cum omnibus appendiciis ad eandem Abbatiam rite pertinentibus donavit & tradidit; aliique ſucceſſores ejus, præfati ſcilicet Regis, ſuis præceptionibus ad ipſum confirmaverunt. Similiter etiam avus noſter Otto, Imperator Auguſtus, per ſuam præceptionem, ut in ea ſcriptum invenitur, prælibatam Abbatiam eidem Eccleſiæ Trevirenſi cum omnibus utenſilibus illuc aſpicientibus, innovando donationes prædeceſſorum ſuorum Regum, videlicet Arnolphi, Zuendeboldi, Ludovici & Caroli ad integrum corroboravit. Sed poſtea malorum hominum conſultu, nefando facto, donationes & confirmationes prædictorum regum ſuamque ipſius proh dolor! corroborationem, commutatione, nulli probabili viro tunc vel nunc placita, infirmavit; ipſius ſanctæ ſæpe jam dictæ Trevirenſi Eccleſiæ Abbatiam, Horrea dictam, quaſi ſua propria eſſet in concambiam præceptionis ſuæ autoritate dando pro Abbatia Trajectenſi, quæ a tot Regibus, ut prælibatum & tradita & confirmata eſt. Pro hoc facto nefando nobis & aliis fidelibus noſtris omnibus, qui aderant, majoribus & minoribus inaudito, præfatus Archiepiſcopus Egbertus, flexis genibus, & voce lacrymabili noſtram clementiam precatus eſt, ut pro redemtione animæ ipſius jam dicti avi noſtri, qui eandem Trajectenſem Abbatiam a jure S. Petri abſtulit, & pro remedio animarum beatæ memoriæ ejus æquivoci, genitoris noſtri Imperatoris Auguſti, noſtraque genitricis Theophaniæ imperatricis Auguſtæ, Trevirenſi Eccleſiæ ablatam Abbatiam, novo noſtræ celſitudinis donativo redderemus & reſtitueremus. Nos vero divini timoris & amoris intuitu, ſimul etiam omnium fidelium noſtrorum conſultu, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Ducum & Comitum, piis ejus petitionibus aſſenſum præbentes, hac regia noſtræ poteſtatis munificentia, Sanctæ Trevirenſi Eccleſiæ & prædicto Archiepiſcopo, qui ei præſidet, quod incaute contra eum factum eſt, ſatisfecimus, denuo ei dantes & reddentes & reſtituentes ſupraſcriptam Abbatiam cum omnibus utenſilibus, eam juſte aſpicientibus; & hoc noſtro præcepto regio ex integro confirmantes, ita, ut nec regali potentia, nec alterius perſonæ præſumtione a S. Petro & ejus Eccleſia Treviris conſtructa, niſi ſub anathemate deinceps avelli poſſit, vel auferri. Et ut hæc noſtræ donationis reſtitutionis & confirmationis autoritas præſenti ac futuro tempore inviolabilis perſeveret, hoc regiæ magnitudinis noſtræ præceptum inde conſcriptum, manuque propria, ut infra videtur corroboratum ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum

Signum Domini Ottonis, Glorioſi Regis.

Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius, vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi. Data 14. Kalend. Maji, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIII. Indict. VI. anno autem III. Ottonis regnantis X. Actum Ingelheim feliciter.

XVI.

Pabſts Benedicti VIII. Bulla, worinn er Ertz-Biſchoff Popponi zu Trier den Gebrauch des Pallii verſtattet, de Anno 1017.

BEnedictus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei beatiſſimo confratri & Epiſcopo Popponi S. Trevericæ Sedis Archiepiſcopo Venerabili, æternam in Domino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ ſolicitudini convenit, benignum erga fratres ſemper præbere affectum eorumque petitionibus, quæ ratæ rationabilesque videntur, commodare aſſenſum. Proinde, dulciſſime Frater, quia poſtulaſti a me, uti juxta morem prædeceſſorum tuorum, uſum tibi pallii concederemus, libenter tuo voto annuimus, ſolerter tuam commonentes fraternitatem, ut exterioris indumenti habitum morum probitate exornes; talemque te in omnibus exhibeas, ut creditæ diſpenſationis officium, paſtorali cura ſemper adminiſtrare ſtudeas. Tunc enim, veluti lucerna, quæ in domo domini lucet, cunctis apparebis conſpicuus, ſi uti exteriori habitu, ita & interiore fueris adornatus; Crucem Chriſti, quam ſub pallii ſpecie geſtas in corpore, intus decreveris portare in mente, clamans cum Apoſtolo: mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo: deſideranter quoque & illud addens Prophetæ: confige clavis a timore tuo carnes meas. Debita igitur caritate te admonentes, ab Apoſtolica ſede pallium tibi transmittimus, hujus privilegii noſtri autoritate ſtatuentes, ut in celebratione miſſarum his tantummodo ſolennitatibus eo adornatus incedas; videlicet in natali Domini, in Epiphania Domini, in Cœna Domini, in Paſcha, Pentecoſte & in Aſcenſione Domini; & feſtivitatibus ſanctæ Dei Genetricis & perpetuæ Virginis Mariæ, & in natali ſancti Joannis Baptiſtæ, & in ſolennitatibus omnium Apoſtolorum, & in ſolennitate omnium Sanctorum. In Feſtis quoque illorum Sanctorum, quorum corpora & reliquiæ in tuo Epiſcopatu requieſcunt, & in dedicatione tuæ Eccleſiæ; & in die annuæ ordinationis tuæ; & ſi quando ſacros ordines competenter facere decreveris. Concedimus etiam, cariſſime Fili, crucem ante te geſtari. Omnipotens Dominus fraternitatem tuam, dulciſſime frater, hic & in futuro cuſtodiat; ſicque mentes noſtras in ſervitio ſuo corroboret, ut pro bene adminiſtratæ paſtoralis curæ officio in æterna beatitudine laborem noſtrum remuneret. Bene vale. Data VI. Idus Aprilis Menſis, per manus Benedicti Epiſcopi, Apoſtolicæ ſedis Legati. Anno Henrici invictiſſimi Regis Romanorum XVII. Imperii vero ejus tertio, Indictione XV.

XVII.

Diploma Abts Adalberonis der Kirchen S. Paulini zu Trier, worinn er verſchiedene ſeiner Güter dem Ertz-Stifft Trier vermacht, de Anno 1038.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Adalbero, Præpoſitus Sancti Paulini. Quoniam illas ſolummodo poſſeſſiones in æternum manſuras credo, quas pro Dei quis amore ſeliciter erogat; idcirco ego Adalbero Dei gratia Præpoſitus S. Paulini Trevirorum, dominus de Rutticho, de Serico, de Sarburg & de Berncaſtel, certiſſima fide credens, ſecundum ſcripturam, ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna redimi poſſe peccata; quia præſens vita ſtatum neſcit præſtare beatum, cum ſit inæqualis, nunc lucida, nunc pluvialis timens inſtabilitatem loci & perſonarum, mutationes rerum aſſiduas, vitamque hominis certus non eſſe diuturnam; ignorans interim, quid craſtina dies pariat; has inquam ob cauſas Deo, cui omnia debentur, pro animabus parentum meorum & pro peccatis meis maximis, quibus Deum ultionum perſonas Eccleſiaſticas, monaſteria nimis graviter offendi, cortes ipſorum deſtruendo & deprædando bona ipſorum; aliquid de meis proprietatibus, quas ipſo jubente Deo habere juſſus ſum, offerre diſponens, ſanus & incolumis, quia ſatis Deo charum non eſt, qui illi hoc dat, quo ipſe perfrui non poteſt, trado & tradidi monaſterio Prumienſi & fratribus villam meam Wiltingen, cum omnibus appendicibus ſuis, excepta decima, quam monaſterio S. Mariæ ad martyres legavi & lego. Item villam meam Emmel do S. Maximino cum omnibus appendicibus ſuis. Ad hæc villam meam Ocfe S. Martino. Item trado, le-

go & legavi villas meas Nenniche, Paltzele, Dilmere & Helfeldt S. Euchario, quibus villas meas proprias addens Hempteren, Balderingen, Lampaiden, & quæ eo referuntur, omnia; chortemque meam in Bermeroldt, quam venerabiles Archiepiſcopi Trevirenſes, Megingandus & Poppo deſtruxerunt: hæc, inquam, ſanctis patronis & Dominis meis Euchario, Valerio & Materno, cum paſcuis ovium & pecorum, in terminis villarum prædictarum Emmelde videlicet & Wiltinch, lego ac legavi. Deſcriptis & in metas diſtributis hiſce poſſeſſionibus: Ut autem hæc donatio mea & eleemoſynæ meæ oblatio ſemper firma & robuſta ſtabilisque ac per hoc Deo placita & mihi proficua perſeveret, hanc eandem conſcriptionis chartam à Venerabili Domino Abbate Bertolfo, paſtore videlicet ipſius monaſterii, rogatus ſum roborare. Quam manu propria ſigilli mei impreſſione roboravi. Facta autem eſt hæc donatio ſollemniter anno XXXVIII. Indictione VI. Epiſcopatus Domini Popponis XXII. Pontificatus autem D. Benedicti Papæ VIIII. anno VI. præſente venerabili patre ac Domino Poppone, Archiepiſcopo Trevirenſi, & viro religioſo Bertolfo Abbate prædicti monaſterii & multis aliis Prælatis, clericis & laicis, in Eccleſia majore feliciter.

XIIX.

Bulla Pabſts Leonis IX. worinn er Ertz-Biſchoff Eberhardo zu Trier und ſeinen Nachfolgern das Primat in Franckreich und denen Niederlanden, auch eine Röm. Mütze zu tragen concediret, de Anno 1049.

LEo Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectiſſimo Eberhardo, Trevirenſium Archiepiſcopo Veſtrisque ſucceſſoribus ſalutem in domino. Æternum divinæ diſpenſationis conſilium, quo decrevit per tempora diſtribuere omnia, nulla rerum mutabilitate mutatur, nullaque temporum diverſitate variatur. Unde factum eſt, ut hujus æternæ diſpoſitionis immutabilis ordo noſtram de Tullenſi Epiſcopatus humilitate mediocritatem ad Apoſtolicam promoveret ſublimitatem; gratuito quidem dono, non aliquo exigente noſtro merito. Quo circa Veſtra fraternitas, dulciſſime frater, nos, noſtra caritate victa comitata eſt, & Romæ nobiſcum aliquantulum remorata. Interea loci, cum unicuique ſuum jus ſuumque rectum, quod vel ablatum penitus, vel aliquantulum immutatum eſſet, omnimodis reſtituere cuperemus, dilectionis veſtræ privilegia nobis attuliſtis, quæ primatum Galliæ Belgicæ, ſubſcripto modo, Veſtris anteceſſoribus datum a noſtra Apoſtolica ſede aſſerebant, pro eo, quod in exordio religionis veſtra Trevirenſis Eccleſia, prima illis in partibus fidei rudimenta perceepiſſet, per egregios dogmatiſtas, Eucharium, Valerium, Maternum, quos beatiſſimus Petrus, Apoſtolorum Princeps inſtruxit & inſtructos ordinavit, & illuc ad prædicandum direxit, In quibus privilegiis, etiam antiquiora privilegia incendio memorantur conſumta, quæ prænominatis Sanctis eorumque ſucceſſoribus, id eſt, Agricio, Maximino, Paulino, Severo, almificis utique viris, a primordio autentice conceſſa erant de eodem. Quæ etiam privilegia Theodorico Trevirenſi Archiepiſcopo, Joannes XIII. Papa, Benedictus VI. nec non alius Benedictus VII. Egberto ſimiliter Trevirenſi Archiepiſcopo temporibus Ottonis primi & ſecundi, pia diſpoſitione contulerunt. Nos autem ea intuentes & diligenter perpendentes, dignum duximus cum conſilio & conſenſu totius cleri & populi Romani, id ipſum de Primatu, ſicut conſtitutum erat, confirmare atque noſtris Apoſtolicis apicibus corroborare. Quod ubi in Eccleſia S. Petri in Dominica Paſſionis, cuncto clero, cunctoque populo nos ipſi, ſurſum in ambone conſiſtentes, præſentia veſtra revelavimus; & eadem privilegia legi fecimus, pro amore diſcipulorum S. Petri, quos prætulimus Eucharii, Valerii & Materni, ab omnibus acclamatum eſt, jure primatum ipſum vobis, veſtrisque ſucceſſoribus deberi; qui in Cathedra ſedetis diſcipulorum S. Petri. Quapropter omnibus ipſis laudantibus & reſpicientibus pro inveſtitura ipſius primatus, Romana mitra caput veſtrum inſignivimus; qua & vos & ſucceſſores veſtri in Eccleſiaſticis officiis, Romano more, ſemper utamini, ſemperque vos eſſe Romanæ ſedis diſcipulos, reminiſcamini. Quod tamen in Synodo noſtra, quam circa XVII. poſt ipſum Paſchalem diem, Deo præſidente, celebravimus, Epiſcopis & Archiepiſcopis, nec non & aliis ordinibus conſentientibus, melius & firmius ſtabilivimus; ea tamen ratione ut ſingulis annis Vos veſtrique ſucceſſores ſemel legatos veſtros ad nos noſtrosque ſucceſſores mittatis; per quos vobis de noſtris utilitatibus, illis in partibus-

tibus agendis, remittamus; & ſemper vos ipſi tertio anno Romam Viſitationis gratia, ut dulciſſimi fratres ad primogenitum fratrem veniatis; niſi forte inevitabilis neceſſitas ingruerit. Quapropter deſideriis Veſtris annuentes, ſecundum præfatorum privilegiorum tenorem per hoc noſtræ Apoſtolicæ autoritatis privilegium decernimus & confirmamus ipſum vobis veſtrisque ſucceſſoribus primatum hoc modo, ut habeatis primum locum poſt legatum Apoſtolicum in Galliam Germaniamve deſtinatum &c. & ſi miſſus Romanæ Eccleſiæ defuerit, poſt Imperatorem vel Regem ſedendi, quæque alia in privilegiis Theodorico conceſſis enarrata ſuis locis. Ego Halmardus Lugdunenſis Eccleſiæ indignus Archiepiſcopus, in prædicta Synodo reſidens ſalva priſcarum conſtitutionum firmitate & Lugdunenſis Eccleſiæ autoritate hoc decretum laudavi, manuque propria roborans ſubſcripſi. Ego Joannes Portuenſis Epiſcopus, in prædicta Synodo reſidens confirmavi & ſubſcripſi, Ego Cadalous Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Benedictus, Sanctæ Tuſcanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Gerhardus, Florentinus Epiſcopus ſubſ. Ego Creſcentius, Sanctæ Silvæ Candidæ, gratia non meritis Epiſcopus ſubnotavi. Ego Hugo, Aſilienſis Epiſcopus ſubſ. Ego Wido, Aſtenſis Epiſcopus ſubſ. Ego Wido, Vulturnenſis Epiſcopus ſubſ. Ego Cunibertus Taurinenſium Epiſcopus ſubſ. Ego Henricus, Spoletanus Epiſcopus ſubſ. Data Idibus Aprilis per manus Petri Diaconi & Bibliothecarii & Cancellarii Sanctæ Apoſtolicæ ſedis. Anno Domini Leonis IX. Papæ I. Indictione ſecunda.

XIX.

Ertz-Biſchoffs Eberhardi zu Trier Diploma, vermöge deſſen er Graf Waldramo von Arlo und ſeiner Gemahlin innenbenennte Güter mit der Bedingung auff Lebens-Zeit überlaſſen, daß ſie, nach ihrem Tode, nebſt ſeinen eigenen Gütern an das Ertz-Stifft Trier fallen ſolten, de An. 1052.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Eberhardus, gratia Dei Trevirorum Archiepiſcopus quamvis indignus. Noverit omnis Ordo Eccleſiaſticus, imo omnis populus Chriſtianus, & qui eſt, & qui venturus eſt; conventionem ſive precariam, qua cum comite Waldramo de Arlo & uxore ejus Adelheide convenimus, annuente & ſuggerente ſereniſſimo, victorioſiſſimo & Chriſtianiſſimo Domino noſtro Henrico Rege III. Imperatore II. villas noſtras, imo Eccleſiæ noſtræ Buſſawilre, Merceche, Fuhde, Oſſima, Eveſche, Serveche, Bureche, Eile, Machera, Miena, Billiche, Sulime, Aule, Lerang, Palenzela, excepta congregatione ſanctæ Dei genetricis Mariæ in eadem villa ſerviente, omnibusque ad eandem congregationem jure pertinentibus; omnes has villas & ad eas pertinentia, cum omni integritate & utilitate, quali nos ad noſtros poſſedimus uſus, exceptis ſervientibus, nec non venatoribus, piſcatoribus, fabris, cœmentariis, architectis, ſive latomis noſtris eorumque beneficiis, Walramo de Arlo & uxore ipſius Adelheidæ in precariam dedimus cum legitima Advocati noſtri adſtipulatione, Cleri, Militiæ & filiorum Eccleſiæ noſtræ præſentia, conſilio atque favore. E contra prædictus Walramus & conjux ipſius Adelheidis prædia in Obtimetdinc, & in Pulicha, Canida, Retherot, Lemona, Cuberna, Alcana, Langenſelt, Bucho, Enrich, Rigila & villis circumjacentibus ad prænotata prædia pertinentia & prædia, quæ poſſidebant in Tragona & circa rivum Trogonæ fluvii cum Eccleſiis, areis, vineis, molendinis, agris, pratis, ſilvis, venationibus, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, mancipiis, utriusque ſexus, cum banno & conſtrictu inquiſitis & inquirendis & omni utilitate, quæ vel haberi, vel excogitari poteſt; & tali poteſtate & conſtrictu, quali vel anteceſſores illorum, vel ipſi poſt illos poſſidebant, cum adſtipulatione juſta & conſenſu filiorum ſuorum ad principale altare S. Petri in proprietatem tradiderunt, hac videlicet conventione, ut quouſque viverent, ſupra nominatis Eccleſiæ noſtræ prædiis, quæ in præcariam acceperant, liberrime uterentur. Poſt eorum vero mortem tantum ad filios eorum Walramum & Folconem hæc eadem precaria transiret. Eis vero de hac vita diſcedentibus, ceſſante penitus precaria & ceſſante ſive heredum, ſive affinium, ſive ſucceſſorum eorum poteſtate, in hæc præſcripta Eccleſiæ noſtræ bona omni ſive controverſia, ſive inclamatione ſopita, in jus, ditionem, uſus & utilitatem Trevericæ Eccleſiæ ejusdemque

Eccleſiæ Epiſcopi rediret. Simulque ea prædia, quæ S. Petro in proprietatem Comes Walramus & uxor ejus dederunt, & cum adſtipulatione, ut dictum eſt & conſenſu filiorum ipſorum ſupradictorum tradiderunt, in Eccleſiæ noſtræ proprietate & poteſtate, quiete, ſecure atque liberrime perpetualiter manerent. Præterea quoddam prædium in Egla, item & aliud in Corricha, ſæpe dictis Walramo & uxori ipſius conceſſimus, hac videlicet pactione, ut prædia in Mandernacha & circumjacentibus Villis ad illa pertinentia, injuſte illis ablata, ſi acquirere poſſent, S. Petro traderent; ſi vero acquirere non poſſent, ipſi & poſt mortem ipſorum quicunque filiorum eorum Walramus ſive Folco alterum ſuperviverent, ea ipſa bona in Egla & Corricha in finem vitæ ſuæ habeat & Epiſcopo Trevericæ ſedis hoc inde ſervitium faciat, ſcilicet XL. ſcutatos ex illa parte Alpium, & ſi iter Epiſcopi, vel regia expeditio ultra Alpes fuerit XX. mittat. Et ut hæc conventionis & Precariæ pagina firma & inconcuſſa permaneat, ſigilli noſtri impreſſione eam firmavimus. Data anno Incarn. Dom. MLII. Indict. V. Hi teſtes, qui interfuerunt, Ruricus, Corepiſcopus, Arnoldus, Corepiſcopus, Ruricus, Præpoſitus, Gerramus, Præpoſitus, Adelbero Presbyter, Hugo, Præpoſitus; Godeſchalcus, Werenbertus, Reginerus, Rutardus; Lacci: Arnoldus de Salmana, Arnoldus de Arſtein, Bezelinus de Ham, Adelbero de Madelberc, Odelbrecht de Stalle, Dietfrid, Advocatus, Anſelmus Bern, Anſelmus Hartmann. Eberhardus Archiepiſcopus.

XX.

Pabſts Gregorii VII Breve an Erz-Biſchoff Udonem zu Trier den Ungehorſam des Biſchoffs Theoderici zu Verdün betreffend, de Anno 1074.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Udoni, Trevirenſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Confrater noſter Theodericus, Virdunenſis Epiſcopus, ut ſæpe nobis relatum eſt, habitatores loci apud monaſterium quoddam ſancti Michaëlis infra parochiam tuam, ad quasdam novas conſuetudines ſua virtute & potentia flectere & coërcere diu conatus eſt, videlicet ut cum litaniis majorem eccleſiam, hoc eſt, ſuam Epiſcopalem ſedem, ſimul congregati ſingulis annis viſitarent. Quod cum illi inuſitatum, ne forte ad alterius novæ exactionis occaſionem darent, pati renuerent, divinum ibi officium fieri penitus interdixit. Ex qua re, cum Epiſcopus apoſtolicas jam ante literas recepiſſet, commonitus, ut locum abſolveret, & nihil inde, niſi quod canonicum & juſtum foret, exigeret; verba quidem non plene conſervatæ materiæ parum modeſte notavit, ſed voluntatem, & cognitam magiſtræ intentionis ſententiam omnino neglexit. Unde nec nos quidem de ejus obedientia, ſi privatim loquimur, multum confidentes, fraternitatem tuam apoſtolica auctoritate monemus, ut ex noſtra & tua parte convocatis & conjunctis tibi ſuffraganeis Epiſcopis, videlicet Herimanno Metenſi, & Popone Tullenſi, præfatum Epiſcopum ad colloquium noſtra vice convoces, indicans ſibi nos non æquo animo neglectam ab eo ſedis apoſtolicæ reverentiam accepiſſe: pariterque eum admonemus, ut prædicto loco communionem ſacroſancti & divini miniſterii reddat, & ſi quid juſtitiæ ſe confidit habere, conceſſo prius eisdem hominibus tanto tranquillitatis tempore, quanto eo violenter adſtrinxit, poſtea aut in conventu religioſorum epiſcoporum, aut in præſentia Romani Pontificis, quæ ſui juris æſtimat, ordinate requirat. Neque enim ad hoc prælati ſumus, ut noſtræ commiſſos providentiæ potenter magis, quam juſte tractemus. At ſi ille hæc noſtra parte procuranda monita adimplere ſpreverit, tibi injungimus, ut Apoſtolica fultus auctoritate una cum confratribus tuis anteſignatum locum ab omni interdictione & excommunicatione abſolvas, & eadem auctoritate presbyteris ibidem conſiſtentibus ad celebrandum divinum officium roboratis, Epiſcopum, ut nobis de pertinacia ſua, & contemptu noſtro reſpondeat, ex parte beati Petri, & noſtra, per illum apoſtolica præceptione commoneas. Has vero literas noſtras idcirco aperte ſignificari fecimus, ut tam Virdunenſi quam cæteris Epiſcopis oſtenſæ, commiſſæ tibi procurationis & auctoritatis certitudinem præbeant. Data Romæ, ſecundo Nonas Maji, indictione duodecima.

XXI.

Ejusdem Breve an Erz-Biſchoff Udonem zu Trier, daß er die Streitigkeit zwiſchen dem Biſchoff zu Tull und einem ſeiner Geiſtlichen unterſuchen ſolle, de Anno 1074.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Udoni, Trevirorum Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Admonere te, frater, ut ea, quæ tibi committimus fideliter agas ex caritate, ut vero velociter, ex conſiderata cauſarum vel temporum fit competentia & neceſſitate: quæ quidem utraque in ſubſcripto negotio ita te obſervare volumus, ut quemadmodum credimus, fidum te & indefeſſum nobis cooperatorem cognoſcamus. Frater iſte Tullenſis, ut fatetur, clericus ad nos veniens, conqueſtus eſt nobis, quoniam iratus ſit ei Dominus ſuus, videlicet Tullenſis, ut dicitur Epiſcopus, ſe exulem factum, & omnibus rebus ſuis expoliatum, ſupplicans ut apud Apoſtolicam pietatem tantarum miſeriarum aliquam inveniret conſolationem. Nobis vero, cur hoc ſibi acciderit, diligenter inquirentibus, retulit ſe ab Epiſcopo quandam Eccleſiam poſtulaſſe, quæ ad officium cuſtodiæ, quod tenebat legali conſtitutione, dicitur attinere.

Qua de re commotus Epiſcopus, cum ei non ſolum hanc denegaret eccleſiam, ſed totum officium per ſummam interdiceret obedientiam, reſpondit, ſe non debere ſibi obedientiæ reverentiam, quoniam Archidiaconatus, conſecrationes eccleſiarum, & ipſas eccleſias vendendo, ſimoniaca hæreſi ſe commaculaſſet; cum muliere quadam in publica fornicatione jaceret, de qua filiùm genuiſſet, quamque rumor eſſet ſacramento & deſponſatione laicorum more ſibi copulaſſe; & præterea quod nonnulli eum ad Epiſcopatum pactione præmii perveniſſe dicerent. His auditis Epiſcopus quaſi de manifeſtis culpis pœnitens, & de ſua correctione tum cum hoc ſolo, tum cum cæteris fratribus loquens, tandem manifeſta indignatione & ira ſuper iſtum inflammatus eſt. Egreſſoque ab urbe Epiſcopo, paulo poſt milites ejus, utpote non ignorantes voluntatem Domini, huic omnem ſecuritatem abnegavere, & intra clauſtrum ei minati ſunt in faciem. Quos cum inſidiari vitæ ſuæ & honori intelligeret, clam diſceſſit, ut ſua abſentia temperaret ſeveritatem hujus furoris. Epiſcopus vero confeſtim ſua omnia diripi & publicari præcepit: & ita iſte exulem ſe & egenum jamdiu fuiſſe conqueritur; verum hæc nobis inordinata & valde iniqua videntur; quoniam, ſi illa vera ſunt, Epiſcopus, imo Exepiſcopus, non hunc, ſed conſcientiam ſuam odiſſe & perſequi debuerat. Sin vero falſa, & utinam falſa, non tamen milites, ſed diſciplinam Canonum, iſtum corripere & flagellare æquum fuerat. Quocirca fraternitatem tuam Apoſtolica auctoritate commonitam, & in hac cauſa ſuffultam eſſe volumus, ut convocato & adjuncto tibi dilecto confratre noſtro, Herimanno, venerabili Epiſcopo Metenſi, Tullenſem conveniatis, eumque ut clericum iſtum, ſine omni periculo vitæ & ſecurum ab omni contumelia, in clauſtrum ſuum recipiat, & officium cuſtodiæ cum eccleſia, quam poſtulavit, ſi juſte attinet, cum cæteris omnibus juſtis pertinentiis & utilitatibus ſuis & præpoſituram ſuam, & officium ſcholarum, nec non omnia ablata ſibi bona, & tam irrationabiliter illata damna reſtituat, apoſtolicis juſſionibus commoneatis. Deinde convocatis Tullenſibus clericis per veram eos obedientiam, imo ſub comminatione anathematis conſtringite, ut quidquid de introitu & vita Epiſcopi ſciunt, vobis aperiant: & vos undique explorata veritate, quid nobis inde credendum ſit, in ſynodo, vel ante Synodum, quam in prima hebdomada quadrageſimæ celebraturi ſumus, per literas veſtras notificare nullatenus prætermittite. Quod ſi Epiſcopus, ut optamus, innocens de tot ac tantis criminibus apparuerit, quod clericus temere peccavit, quoniam ad noſtram venit audientiam, qualiter juſte corrigatur, Deo aſpirante, procurabimus. Si vero Epiſcopus ea, quæ ſibi intenduntur veraciter removere non poterit, nullo modo ferendum eſt nobis, vel vobis, ut locum paſtoris lupus obtineat. Has autem literas idcirco aperte ſigillari præcepimus, ut certiorem vobis auctoritatem traderemus. Data Romæ decimo ſeptimo Kalendas Novembris, indictione decima tertia.

XXII.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Udonem zu Trier, Biſchoff Theodoricum zu Verdún, und Biſchoff Herimannum zu Metz, daß ſie die Schiſmaticos meiden, und den Biſchoff zu Tull von ſeinem Ungehorſam abmahnen, widrigen Falls aber in Bann thun ſollen, de Anno 1075.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Fratribus & Coëpiſcopis Udoni, Trevirenſi, Theodorico, Virdunenſi, & Herimanno Metenſi, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Literas apoſtolicæ ſedis ideo vobis dirigendas eſſe cenſuimus, quia ſchiſmaticis, qui contra Dominum & auctoritatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſe erexerunt, non ſponte vos conſenſiſſe intelleximus. Qua in re, qualiter reſipiſcere vos oporteat, cum eandem, quam nos habemus fidem, & de ſanctorum patrum libris ſcientiam habeatis, omiſimus ſignificare, ſperantes fraternitatem veſtram ſtultiſſimam inimicorum noſtrorum præſumptionem deteſtari, & in ea, qua debetis & ſoliti eſtis devotione & amore ſanctæ Apoſtolicæ ſedi fideliter uniri. Unde rogamus & admonemus, ut quod ſchiſmaticorum pervaſione deliquiſtis, competenti emendatione corrigatis, ut ſicut mater veſtra de exceſſu veſtro condoluit, ita de ſatisfactione lætetur. Volumus etiam, ut vice noſtra Pipponem, Tullenſem Epiſcopum admoneatis, quatenus ea, quæ ſibi injunximus deinceps facere non omittat. Decuerat enim, ut de objectis ſibi debuiſſet reſpondere magis, quam contra auctoritatem Principis Apoſtolorum ad defenſionem iniquitatum ſuarum arma corripere, atque Regem ſollicitare, id contra nos præſumere, quod nunquam licuit, neque, Deo annuente, licebit in aliquem Clericorum fieri. Qui ſi verba exhortationis noſtræ contempſerit, auctoritate beati Petri eum a communione corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſeparatum eſſe ſibimet notificetis; & non ſolum in anima, ſed in corpore ipſius Principis Apoſtolorum, ultione digna fore puniendum.

XXIII.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Udonem zu Trier und ſeine Suffraganeos, die Stillung der Unruhe in Teutſchland, und ſeinen mit Kayſer Henrico IV. habenden Streit betreffend, de An. 1076.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Udoni, Trevirenſi Archiepiſcopo, & ejus Coëpiſcopis ſuffraganeis, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

De motu & perturbatione regni Teutonicorum quantam ſolicitudinem, quantamque jam per longum tempus anxietatem ſuſtinuerimus, ille præ omnibus novit, qui omnium ſecretorum cognitor eſt & inſpector verus. Cui etiam, ſi tales exaudire dignatur, multas ſupplicationes fecimus, & faciemus, commonitis & exoratis multis fratribus & religioſis congregationibus ad ſtudium earundem ſupplicationum, ut miſeretur gentis illius, nec ſineret eam in propria armari viſcera, & ad ruinam domeſticæ fortitudinis in bello confligere, ſed totius diſcordiæ cauſas ſua potenti virtute compeſceret, & ſua moderatione, ſine funeſto & luctuoſo fine componeret. Literas quoque jam ante tres menſes & eo amplius illuc direximus, videlicet legatis noſtris Bernardo, Diacono noſtro, & item Bernardo, religioſo Maſſilienſi Abbati, quem captum eſſe audivimus, nec non & univerſis principibus terræ, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus perſonis, in quibus, quod nobis ad evitandam cædem, incendia, & alia bellorum pericula, optimum & in tanti negotii diffinitione juſtiſſimum videbatur, eos conſulendo & hortando cum omni ſtudio exequi admonuimus; & ut fortius inſiſterent apoſtolica auctoritate injunximus. Verum quia nobis non ſatis compertum eſt, utrum ad vos pervenerint illæ literæ, aut, ſi perlatæ ſint, ne forte de earum veritate aliquid dubitetis, easdem vobis de noſtris exemplaribus reſcriptas mittere curavimus, admonentes vos, & per veram obedientiam præcipientes vos, modis omnibus operam detis, ut cauſa, ſecundum ſententiam earum literarum pertractata, finem habeat & accipiat. Miſimus etiam vobis ſacramentum, quod Rex Henricus nobis per fideles ſuos quosdam fecit, data quidem propria manu ſua in manum Abbatis Cluniacenſis, ut perlecto eo cognoſcatis, quam recte quamque honeſte pro ſuo nomine ſe erga nos habuerit: quippe à cujus fidelibus legati noſtri poſtea capti ſunt, videlicet Gerardus, Oſtienſis Epiſcopus in Longobardia, Bernardus, Abbas Maſſilienſis in terra Teutonica; unde eum nihil adhuc dignum feciſſe cognovimus.

Quamquam nos nunquam eum in aliqua cauſa, Deo providente, hac occaſione contravenire, juſtitiam circumvenire, aut gravare velimus, ſicut etiam poſt cœptum negotium nunquam apud nos, aut precibus, aut aliqua oſtentatione amicitiarum vel inimicitiarum obtinere potuit, ut quidquam pro eo, præter quod juſtum videretur, dicere vel cenſere vellemus. Atque in ea re quoad vixerimus, incunctanter, Deo adjuvante, perſiſtere nullo periculo vitæ vel mortis deterrebimur. Agite ergo, dilectiſſime fratres, ut appareat, quantum libertatem eccleſiæ & communem ſalutem omnium diligatis: ſcientes, quoniam ſi cauſa neglecta fuerit, & ad graviorem (quod abſit) exacerbationem venerit, non ſolum genti veſtræ & regno Teutonicorum, ſed quoad fines Chriſtianitatis ſunt, damna, pericula, confuſionem, & inæſtimabiles miſeriarum cauſas, pariet. Data Romæ, ſecundo Kalendas Octobris, indictione prima.

XXIV.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Udonem zu Trier, wegen Beförderung des Friedens in Teutſchland, und was deme mehr anhängig, de Anno 1078.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Udoni, Trevirenſi Archiepiſcopo, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quanto nobis ſolicitudo, quantaque triſtitia ſit de perturbatione imo de diſſidio regni veſtri olim clariſſimi & potentiſſimi, in communibus literis, quas hoc in anno ad vos miſimus ſatis vobis declaratum eſſe putamus. Verum quia res de die in diem pernicioſius implicari videtur, nobis quoque cura cum nimia anxietate altius in mente figitur. Proinde quidquid nobis ſuper hac re ad præſens melius viſum eſt, quod noſtra providentia vel auctoritate intervenire potuiſſet, maturare curavimus: quod tua fraternitas literis, quibus id ſingulariter ſcriptum eſt, plenius cognoſcet. Rogamus igitur & admonemus prudentiam tuam, in qua multum confidimus, ut ſecundum tenorem earundem literarum ſine omni dilatione de cauſa hac te intromittas, & omnibus tam minoribus, quam majoribus, quoad potes, quid a nobis deliberatum, & qualiter tibi injunctum ſit, notum facias: ut, miſerante Deo, & adjuvantibus his, qui Dominum diligunt, tam feralis diſcordiæ furorem aut penitus compeſcere & (quod maxime optamus) ad plenam pacem reducere poſſimus; aut ſi illud, peccatis impedientibus, minime obvenire poterit, ſaltem nos in tanto fratrum noſtrorum periculo culpam negligentiæ declinemus. Notificato autem conſilio & decreto noſtro, & requiſitis utriuſque reſponſionibus, ut eam certitudinem & conſenſum inveniatis, ne in mittendis legatis nobis dubitandum non ſit, ordinatis & confirmatis omnibus, quæ ad proſequendum hoc negotium loco, tempore, vel cæteris convenientiis neceſſaria ſunt, volumus, ut tu & frater ille, qui tecum hujus rei mediator eſſe debuerit, conſeſtim ad nos veniatis: quatenus cognitis ſecuritatibus, & quæ ſpes pacis eſſe debeat, legatos noſtros tam ſine periculo, quam ſine deſperatione fructus laboris & fatigationis eorum vobiſcum mittere valeamus. Nec durum tibi ſit, frater, ſubire, quod imponimus; quoniam ex quo in eccleſia locum ſacerdotii & officium ſuſcepiſti, nihil Deo dignius, aut animæ tuæ ſalubrius feciſti, quam ſi in hac re nequitiam diabolicæ fraudis elidere, & ſaluti tot millium hominum, opitulante Deo, conſulere potueris: & ſi hoc fatigationi tuæ pro voto non ſucceſſerit, tibi tamen apud illum certa manet retributio, apud quem non infectum reputabitur omne bonum, quod juſta & perſeveranti voluntate concipitur. Illud tamen a dilectione tua omnino nobis exhiberi volumus, ut etiamſi illum alium, quem hujus rei mediatorem te habere ſupra diximus, ſocium itineris habere non poſſis, tu tamen ad nos venire nullatenus prætermittas. Præcipimus etiam tibi ex auctoritate beati Petri, ut cui juſtitia favet, tu omnino faveas, & hoc idem facere clericos & laicos quos poteris ex parte noſtra commoneas. Treva etiam a vobis proviſa, usque ad quindecim dies poſt conventus ſolutionem illæſa ſervetur. Volumus autem, ut apud Regem diligenter procures, quatenus legati noſtri, qui in partibus illis ſunt, Bernardus ſcilicet, Diaconus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Bernardus, Maſſilienſis Abbas, ſi voluerint, licenter & ſecure ad nos redire valeant. Data Romæ ſeptimo Idus Martii, indictione prima.

XXV.

XXV.

Pabſts Calixti II. Privilegium vor das Ertz-Stifft Trier, daß demſelben, als Metropoli, die drey Biſchöfflichümer Metz, Tull und Verdün unterworffen ſeyn ſollen, worinn zugleich unterſchiedliche Privilegia gedachtes Ertz-Stiffts beſtätiget worden, de Anno 1120.

CAlixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Brunoni, Trevirenſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dignitatem, vel Eccleſiæ, vel perſonis per autentica prædeceſſorum noſtrorum privilegia traditam, nos quoque inconvulſum, præſtante Deo, volumus conſervari. Illud igitur dignitatis, illud honoris, quod Trevirenſi Eccleſiæ ac prædeceſſoribus veſtris de ſede Apoſtolica eſt collatum, nos, ejusdem ſedis autoritate, cooperante Domino, ſtabilimus, & legitimum perpetuumque manere ſancimus, ut videlicet Trevirenſis Eccleſia ſuper tres civitates, Metim, Tullum & Virdunum Metropolis habeatur; & ipſarum civitatum Epiſcopi, eam matrem ac magiſtram, ſalva in omnibus Romanæ Eccleſiæ autoritate ac reverentia, recognoſcant. Porro tibi tuisque legitimis ſucceſſoribus, frater in Chriſto chariſſime, uſum palii confirmamus, & ex Apoſtolicæ ſedis liberalitate jumento purpura inſtrato per conſtitutas Eccleſiæ ſtationes vehi, atque ante vos crucem deferri, concedimus, ſicut & prædeceſſores noſtros tuis conſtat prædeceſſoribus conceſſiſſe. Ego Calixtus, Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus. Ego Lambertus, Oſtienſis Eccleſiæ Epiſcopus. Datum Cluniaci per manum Chryſogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii III. Nonas Januarii, Indictione XIII. Incarnat. Dominicæ M C XX. Pontificatus autem Domini Calixti II. Papæ anno primo.

XXVI.

Ejusdem Privilegium vor Ertz-Biſchoff Brunonem zu Trier, daß er keinem Päbſtlichen Nuntio, ſondern nur einem Legato a latere unterwürffig und zu pariren ſchuldig ſeyn ſolle, de Anno 1120.

CAlixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Brunoni, Trevirenſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Et conſuetudo ſedis Apoſtolicæ perſuadet, & ipſe rationis ordo expoſcit, ut in Romanæ Eccleſiæ unitate atque obedientia devotos exiſtentes honorare amplius ac diligere debeamus. Proinde frater dulciſſime, poſtulationi tuæ libenter annuimus & perſonam tuam dilectionis brachiis amplectentes, eam a cujuslibet legati poteſtate abſolvimus, niſi forte a noſtro latere dirigatur. Confidimus enim in Domino, quia de ſapientia ac religione tua & Deo & Eccleſiæ honor magnus, utilitasque proveniet. Cluniaci tertio Nonas Januarii.

XXVII.

Kayſers Lotharii III. Confirmation einiger Gerechtſamen der dem Ertz-Stifft Trier zugehörigen Abtey S. Servatii zu Maſtrich, de Anno 1132.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Lotharius, hujus nominis Rex Romanorum tertius. Notum ſit omnibus tam poſteris quam præſentibus, quod ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum, Trajectenſi Eccleſiæ B. Servatii quamdam legem & juſtitiam renovavimus, quam antea trecentis annis & eo amplius in quiete & ſilentio tenuerat, & eam adſentu & favore Alexandri, Leodienſis Epiſcopi, confirmavimus ad deſtruendam controverſiam, quam Præpoſitus & Fratres de S. Maria Trajecti, in contradictione ejusdem legis ſuſcitaverant. Eſt autem ipſa lex & juſtitia talis, quod Eccleſia parochiæ S. Servatii ſola in Trajectenſi urbe habet decimas & terminum: & omnes de quacunque regione ad manendum ibi confluxerint, præter familiam S. Mariæ ſanctique Lamberti ad juſtitiam Regis pertinent, & in parochia S. Servatii baptizari & ſepeliri debent. Et conſuetudo eſt longo uſu in habitum converſa, ut presbyter parochiæ S. Servatii & presbyter parochiæ S. Mariæ, præſidente Archidiacono, communiter habeant Synodum in Eccleſia S. Mariæ: ita ut presbyter parochiæ S. Servatii appellet ſuos, videlicet omnes pertinentes ad juſtitiam regis, ubicunque maneant in eadem urbe & culpas eorum ſynodali lege corrigat. Quod ſi quis hanc juſtitiam ulterius infringere tentaverit, offenſam Dei

Dei & noſtram & ſucceſſorum noſtrorum, Regali poteſtate fungentium, incurrere merebitur: quia dignum eſt, ut quod tam libera Eccleſia, regno attinens tanto tempore obtinuit, noſtro Regali banno ſtabile & inconvulſum permaneat. Actum eſt hoc Aquisgrani in Paſchali curia, anno ab Incarnatione Domini M. C. XXXII. Indictione X. regnante Lothario hujus nominis Rege III. Alexandro Epiſcopo Leodii exiſtente. Hujus rei teſtes fuerunt: Wilhelmus, Prænestinus Epiſcopus, Cardinalis. Matthæus, Albanenſis Epiſcopus, Cardinalis. Joannes de Crema, presbyter Cardinalis. Wido Diaconus, Cardinalis. Albero, Trevirenſis Archiepiſcopus. Stephanus, Metenſis Epiſcopus. Lietardus, Cameracenſis Epiſcopus. De Principibus: Dux Waleramus, Dux Simon, Comes Alnulphus de Los, Goſuinus de Falcomonte, Gerardus Hoſtade. De Fratribus Eccleſiæ: Joannes Decanus, Winandus Cuſtos, Reinerus Scholaſticus, Willo Camerarius, Henricus Cantor. De Miniſtris: Godefridus, Chriſtianus, Walterus, Signum Domini Lotharii, invictiſſimi Romanorum Regis III. Ego Anſelmus, ad vicem Adelberti, Moguntini Archiepiſcopi, Archi-Cancellarii, recognovi.

XXIIX.

Kayſers Conradi II. Urtheil, vermöge deſſen die Abtey S. Maximin bey Trier, dem Ertz-Stifft Trier eigenthümlich zuerkannt und völlig reſtituiret worden, de Anno 1134.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus, divina favente clementia, Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, Adalberoni Reverendiſſimo Trevirenſium Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, ejusque ſucceſſoribus in perpetuum. Si fidelium noſtrorum juſtis petitionibus aurem Serenitatis noſtræ accommodamus, opemque ipſis, ex ſupernæ largitatis beneficio, præbere ſtuduerimus, ad perennis vitæ ſalutem feliciter obtinendam, & regni noſtri pacem ſtabiliter ordinandam, hoc nobis profuturum eſſe liquidò credimus: Quo circa omnium fidelium noſtrorum, tam futurorum, quam præſentium ſolertiæ notum eſſe volumus: Quod a longis retro temporibus, Trevericæ ſedis Archiepiſcopi non ceſſaverunt Prædeceſſoribus noſtris Regibus & Imperatoribus, proclamationem facere de Abbatia S. Maximini, quæ in fundo B. Petri conſtructa eſt, & ad Epiſcopium jure proprietatis pertinens injuſte inde ablata eſt; Sed noſtra memoria multo frequentius ac vehementius eandem querimoniam ventilaverunt. Apud dive recordationis Henricum, Avunculum noſtrum, Romanorum Imperatorem Quartum, Venerabilis Archiepiſcopus Bruno; apud Prædeceſſorem noſtrum Lotharium Imperatorem Tertium, Vir magne Reverentiæ nobisque ſumme fidelis Adalbero Archiepiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus. Ad poſtremum, cum privilegia ſua prædictus Archiepiſcopus Adalbero, prænominato Imperatori Lothario, quæ de ſupra ſcriptæ Abbatiæ S. Maximini poſſeſſione habebat, crebrius obtuliſſet, & eidem Imperatori pro hoc maxime conſequendo beneficio, in expeditione Apuliæ, cum magno & periculo & ſumptu fideliter deſerviſſet; tempus agendæ ſibi juſtitiæ, interventu Principum, obtinuit; ſed Imperatoris morte præventus, cautam jam quidem cœptam, ſed minimè conſummatam reliquit: Nobis autem, per Dei miſericordem providentiam, ad Regni gubernationem ſublimatis, fidemque ipſius Archiepiſcopi, ſtudium & labores, circa noſtram & Regni fidelitatem, multis argumentis perſentientibus: Idem Archiepiſcopus redivivam proclamationem, magnis & aſſiduis allegationibus, in oculis Principum, præſentavit; proferens utique antiqua privilegia, profeſſionem Abbatiæ S. Maximini, ſuo Epiſcopio, jure confirmantia. Unum ſiquidem Dagoberti Regis Francorum, Datum B. Modoaldo, Trevirenſis civitatis, S. Archiepiſcopo, in quo per Annuli ſui notam impreſſionem confirmat, eidem Beato Pontifici ejusque Succeſſoribus, in perpetuum, ſuper eadem poſſeſſione, præcepta Prædeceſſorum ſuorum, videlicet Regum Francorum, Sigeberti, Theodeberti, Theodorici & ſui glorioſi Genitoris, Regis Clotharii, ubi expreſsè & ſine ulla ambiguitatis nebula continetur, quòd Cella S. Hilarii, quæ nunc appellatur S. Maximini, quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa, ad Trevericum Epiſcopium pertineat. Aliud nihilominus præceptum Caroli, Regis Francorum, nota imagine ſignatum, recitabat conceſſum Weomado, Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, in quo Genitoris ſui Illuſtris Regis Pipini & aliorum Regum Francorum præcepta innovat & confirmat; quod, ut eisdem utamur verbis, Cella S. Maximini, quæ eſt in territorio S. Petri, Apoſtolorum Principis, conſtructa, ad Eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertineat. His igitur

igitur & ſimilibus firmamentis ſuffultus, honorem Regis, qui iudicium diligit, & æquitatem Principum inſtanter implorabat, ut ſæpè nominatam Abbatiam Sancti Maximini, quæ ſimpliciori & antiquo vocabulo, Cella Sancti Hilarii vel Sancti Maximini dicebatur, ſuis Prædeceſſoribus iniuſtè ablatam, ſibi ſuisque Succeſſoribus, iure iudiciali reſtitueremus, & Prædeceſſorum noſtrorum ſequentes morem, noſtri præcepti paginam factam confirmantes, ad poſterorum notitiam transmittere dignaremur. Nos itaque in hoc ipſum, tum manifeſta juſtitiæ atteſtatione, tum etiam precibus & petitione Venerabilis Patris noſtri, Papæ Innocentii Secundi & præterea ipſius dilectiſſimi ac fideliſſimi noſtri Archiepiſcopi Adalberonis obſequio & multi moda devotione, rationabiliter inclinati, ex Judicio Curiæ noſtræ, reddidimus, eidem Venerabili Archiepiſcopo Trevirorum Alberoni, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſecundum tenorem antiquorum privilegiorum, ſæpè memoratam in ſuburbio Trevirenſi S. Maximini Abbatiam omni iure proprietatis habendam, poſſidendam, ordinandam ea integritate, vel uſu; quo nos, vel Anteceſſores noſtri, eandem Abbatiam, hactenus habere videbamur, transfundentes per ipſum ſuis in perpetuum Succeſſoribus, Canonicè ordinatis, & noſtri Regni fidelitatem manentibus. Et ut hoc per ſuccedentia tempora ratum inconvulſumque permaneat. Hâc præcepti noſtri pagina, totam rei ſeriem comprehenſam Sigillo noſtro inſigniri fecimus, teſtesque de Principibus, qui affuerunt, ſubter notari juſſimus. Teſtes ſunt: Boccho, Wormatienſis Epiſcopus. Stephanus, Metenſis Epiſcopus. Embrico, Wirceburgenſis Epiſcopus. Warnerus, Monaſterienſis Epiſcopus. Guibaldus, Stabulenſis Abbas. Fridericus, Germanus noſter, Dux Sueviæ. Conradus, Dux de Ceringe. o. De Clericis Trevirenſis Eccleſiæ: Folmarus, Decanus majoris Eccleſiæ, Arnulphus, Archidiaconus, Conradus, Cadolius, Henricus, Canonici, † De miniſterialibus ejusdem Eccleſiæ, (Locus ſigni) Erfo Orthninus & alii multi. Actum Regii Argentinæ, Anno Dominicæ Incarnationis M C.XXXIV. Indictione 2. Regnante Domino Conrado, Romanorum Rege Secundo. Anno Regiminis ipſius II. feliciter Amen. Signum Domini Conradi, Secundi Regis invictiſſimi. Ego Arnoldus Cancellarius, ad vicem Adelberti Archi-Cancellarii Moguntini Archiepiſcopi recognovi.

XXIX.

Bulla Pabſts Innocentii II. worinn er Ertz-Biſchoff Adalberonem zu Trier zum Legaten des Römiſchen Stuhls in dem Trier-Maynтz-Cölln-Saltzburg-Bremund Magdeburgiſchen Archidiœceſibus ernennet, de Anno 1136.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis & dilectis filiis univerſis, Abbatibus, Clero, Principibus & Populo per Trevirenſem, Moguntinam, Colonienſem, Salzburgenſem, Bremenſem & Magdeburgenſem provincias conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Juxta ſententiam Doctoris Gentium Beati Pauli Apoſtoli, non tantum ſapientibus, ſed etiam inſipientibus, nec tantum vicinis, verum etiam longe poſitis, ex injuncto nobis a Deo Apoſtolatus officio, exiſtimus debitores; utpote quibus beati Petri vincula commiſſa, & omnium Eccleſiarum, quæ per mundi climata ſitæ ſunt, ſolicitudo incumbit; quatenus ea, quæ per locorum diſtantiam vel cauſarum multiplicitatem per noſtram præſentiam terminare non poſſumus, hæc eadem per Apoſtolicæ ſedis Vicarios, auctore Domino exequamur. Cujus rei gratia Venerabilem fratrem noſtrum Adelberonem, Trevirenſem Archiepiſcopum, virum utique ſapientem, diſcretum & in Eccleſiaſticis neceſſitatibus ab ineunte ætate probatum in partem ſolicitudinis noſtræ aſſumſimus, eumque in partibus veſtris legatum ſedis Apoſtolicæ conſtituimus, mandamus itaque vobis & præſentium autoritate præcipimus, ut eidem fratri noſtro obedientiam & reverentiam deferre & pro celebrandis conventibus Synodalibus ad ejus convocationem convenire non gravemini; quo veſtro nimirum fretus conſilio & auxilio corrigenda corrigere & quæ recta ſunt, adjuvante Domino, valeat ſtabilire. Datum in territorio Romano, Sexto Nonas Octobris.

XXX.

Pabſts Innocentii II. Confirmation des von Kayſer Conrado II. wegen der Abtey S. Maximins, in Faveur des Ertz-Stiffts Trier ertheilten Urtheils, de Anno 1140.

INnocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri, Adalberoni, Trevirenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato, ejusque Succeſſoribus, canonicè ſubſtituendis, in perpetuum. Tunc Sancta Mater lætatur & exultat Eccleſia, quando tantum fide plenum, induſtria & charitate roboratum Filium generat & enutrit, qui & eorum fulgore, Superni Numinis virtutibus plenus, reſplendeat, & in conſpectu Romani Pontificis, atque Sacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Regum, Principum, atque populi glorioſus, & reverendus appareat. Ea propter, Venerabilis in Domino Frater, Adalbero, Trevirenſis Archiepiſcope, Apoſtolicæ Sedis Legate, tuis & multorum Religioſorum pro te intercedentium precibus inclinati, non immemores ſiquidem devotionis, & obſequiorum à tua Fraternitate, temporibus Prædeceſſorum noſtrorum, felicis memoriæ, Papæ Paſchalis, Calixti, & Noſtri, propenſius impenſorum; communicato nimirum Fratrum noſtrorum, Epiſcoporum, & Cardinalium conſilio, illud Juris, quod chariſſimus Filius noſter, Conradus, Rom. Rex, ſive Anteceſſores ejus, in Abbatia S. Maximini habuiſſe noſcuntur, tibi, & per te Trevirenſ. Eccleſiæ, ab eodem Conrado collatum, ſive reſtitutum eſt, tibi & Succeſſoribus tuis, authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus; ſalva nimirum per omnia Juſtitia S.R.E. ſi quam habet; Si quis autem hujus noſtræ Confirmationis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, niſi congruè ſatisfecerit; indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, incurrat; conſervantes autem hæc, ejusdem Omnipotentis Dei, & ſupradictorum Apoſtolorum ejus benedictionem conſequantur. Amen, Amen, Amen.

(†)

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus, Sabinenſis Epiſcopus.
(L. S.)
Ego Gregorius, Diac. Cardinalis S. S. Sergii & Bacchi.
Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Vaſſ. Diac. Card S. Euſtachii.
Ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata.
Ego Gerhardus, Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Abſolon, Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina.
Ego Guido, S. R. E. indignus Sacerdos.
Ego Luc. Presb. Card. tit. S. Laurentii in Damaſco.
Ego Chryſog. Presb. Card. tit. S. Praxeidis.
Ego Ramerius, Presb. Card. tit. S. Priſcæ.
Ego Gerzo, Presb. Card. S. Cæciliæ.
Ego Hubaldus, Diac. Card. S. Adrian.

Datum Lateran. per manum. Ammerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii 13. Kal. Jan. Indict. 4. Incarnationis Dominicæ Anno 1140. Pontificatus verò Domini Innocentii II. Papæ. Anno XI.

XXXI.

Kayſers Conradi II. Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Adalberone zu Trier und Graf Heinrichen zu Namur, wegen der ſtrittigen Abtey S. Maximin, de Anno 1146.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus, Divina favente Clementia Romanorum Rex II. tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Omnipotens Dei gratia, quæ nos ad Regiæ poteſtatis ſublimavit officium ex debito compellit ſubditarum nationum & Eccleſiarum Dei jura tueri & ſervare, quæ aut abolitione temporis ſunt ſublata memoriæ aut ſeculari potentia ſunt ablata injuriоſe, ea propter querelam dilecti noſtri Adalberonis, Venerabilis Trevirorum Archi-Epiſcopi, quam in præſentia noſtra & in conſpectu Principum ſæpe & multum depoſuit inclinati ejus juſtis precibus ex conſilio recepimus ſcil. de Abbatia S. Maximini, quæ olim de bonis Trevirenſis Eccleſiæ a B. Hildolpho Regia poteſtate, ut erat querimonia Archi-Epiſcopi a prædicta Eccleſia eſt ſubtracta. Timens itaque ex-

extremi judicii examen, ne propter hoc apparerem reus in conſpectu Domini, cum totum eſſet in manu noſtra, Abbatia ſcil. & Advocatia, propter animæ meæ & prædeceſſorum meorum ſalutem, Trevirenſi Eccleſiæ & Archi-Epiſcopo reſignavi & redidi Abbatiam. Poſtea vero ſucceſſu temporis Advocatiam quæſivit & obtinuit a Nobis Henricus, Comes Namurcenſis, qui non contentus Advocatia longo tempore certavit cum Archi-Epiſcopo de Abbatia. Cum vero hinc inde totus Epiſcopatus rapinis, incendiis homicidiis deſtrueretur, & Comes & tota terra ſua a Romana & Trevirenſi Eccleſia Anathematis ſententia teneretur, & beneficia ſua prædicto Comiti a Nobis & ab Archi-Epiſcopo eſſent legitime abjudicata, ut tanta ceſſaret malitia ad præſentiam noſtram ex Conſilio Principum pars utraque Spiram eſt advocata. Illinc itaque Divina operante Clementia per Nos & per Principes noſtros & per Dominum Abbatem Claræ vallenſem inter eos hoc modo pax eſt reformata, Comes per omnia ſatisfaciens Archi-Epiſcopo rejuravit ei fidelitatem & Werpivit in præſentia omnium, qui affuerunt, Abbatiam & omnem adſtipulavit de ea Calumniam, & ſic ab Archi-Epiſcopo abſolutionem recepit, & beneficium ſuum, excepto Caſtro Manderſcheid & ad illud pertinentia. Juravit etiam Comes quod nunquam Roulmont firmaret, nec aliam refirmare juraret, nec Archi-Epiſcopi diebus, nec ſuorum temporibus, etſi in aliquo contra eum faceret, quod infra 18. ſeptimanas emendare non vellet, ſuam terram in manum Archi-Epiſcopi reddidit, ita ut beneficiati de illa terra de Manu Archi-Epiſcopi libere deinceps reciperent beneficia ſua, ut autem hæc pactio irrefragabiliter ſervetur & rata permaneat, hanc chartam inde conſcriptam & manu noſtra roboratam impreſſione ſigilli noſtri juſſimus ſignari, nec non & teſtes, ſub quorum præſentia hæc acta ſunt & firmata fecimus annotari, quorum nomina hæc ſunt: Hermannus, Conſtantienſis Epiſcopus, Ordicius, Baſilienſis Epiſcopus, Waltherus, Lauſſonenſis Epiſcopus, Burchardus, Argentinenſis Epiſcopus, Bocco, Wormatienſis Epiſcopus, Guntherus Spirenſis Epiſcopus, Anſelmus, Havelbergenſis Epiſcopus, Dominus Bernhardus, Clarevallenſis Abbas, Frideling, Augienſis Abbas, Benedictus, Witebergenſis Abbas. N.... Abbas Morbacenſis, Magiſter Otto Præpoſitus Cuſpenberg. Gerlandus, Horeffienſis, Gothofredus Major S. Petri Præpoſitus, Conradus S. Paulini Præpoſitus, Arnoldus, Moguntinus Camerarius, Ludovicus Præpoſitus S. Petri, Fridericus, Dux Svevorum, Conradus D. Burgund. Hermannus, Palatinus Comes de Rheno, Henricus, Comes de Arlo, Udalricus, Comes de Lenceburg, & Warnherus frater ejus Ecklebertus, Comes de Spira, Conradus, Comes de Kirberg, Gerlacus, Comes de Veldentza, Ludovicus, Comes de Moguntia, Emicho, Comes de Leiningen, Robertus, Comes de Lucemburg, Simon, Comes de Sarbruck, Reimboldus, Comes de Iſemburg, Cuno de Malberg de Lucelenburg, Adelinus, Anſelmus, Wilhelmus Jacobus, Conradus de Dalchem, -- Signum Domini Conradi, Romanorum Regis II.

Ego Arnoldus Cancellarius, Vice Henrici Moguntini Archi-Epiſcopi, Archi-Cancellarii, recognovi. Dat. prid. Non. Jan. Anno Dominicæ Incarnationis 1146 regnante Conrado Rom. Rege II. Anno regni ejus 9. Actum Spiræ in Chriſto feliciter, Amen.

XXXII.

Pabſts Eugenii III. Confirmation vorherſtehenden Vergleichs, de Anno 1147.

EUgenius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Venerabilis Fratri Adalberoni, Trevirenſ. Archiepiſcopo, ejusque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, in perpetuum. Cum univerſis S. Eccleſiæ Filiis debitores, ex injuncto Nobis, à Deo Apoſtolatus officio, exiſtamus, illos tamen Patres noſtros, Epiſcopos, & Eccleſiarum Dei Rectores, quos, in fidelitate & ſervitio S. Romanæ Eccleſiæ, devotiores, à longis retro temporibus, cognoſcimus extitiſſe arctioris charitatis brachiis diligere volumus & fovere, & Eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam juſtitiam conſervare. Ea propter Venerabilis Frater in Chriſto Adalbero, Trevirenſ. Archiepiſcope, devotionem tuam erga B. Petrum, ejusque Sanctam Romanam Eccleſiam, & Nos ipſos attendentes, tuis juſtis poſtulationibus, clementer annuimus, & Prædeceſſoris Noſtri, fœlicis memoriæ, Papæ Innocentii veſtigiis inhærentes, illud juris, quod chariſſimus filius noſter, Conradus, Romanorum Rex, ſive Anteceſſores ejus, in Abbatia S. Maximini habuiſſe noſcuntur; Tibi & per te Trevir. Eccleſiæ ab eodem Conrado collatum, ſive reſtitutum eſt, ſicut in ejusdem Regis ſcripto de reſtitutione & confirmatione continetur, tibi & Succeſſoribus tuis, Authoritate Apoſtolica, confirmamus & præſentis ſcripti pagina communimus. Pacem quoque & concordiam, ſive transactionem, quæ inter te & Nobilem virum, Henricum Namurcenſem Comitem, in præſentia præfati Regis, per chariſſimum filium noſtrum, Bernardum, Clarevallenſem Abbatem, & Principes ipſius Regni, rationabili providentia, facta eſt, & ejusdem ſcripto Regis firmata, ratam, & inconvulſam manere ſancimus, & præſentis ſcripti munimine roboramus. Si quis igitur in futurum, Eccleſiaſtica Sæcularisve Perſona hanc noſtræ Confirmationis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe, divino Judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo Examine, diſtrictæ ultioni ſubjaceat, Amen. Amen. Amen.

(†)

Ego Eugenius, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Albericus, Oſtienſ. Epiſcop9 ſubſc. (L.S.)

Ego Ymarus, Tuſculanus Epiſcopus ſubſc.

Ego Guido, Presbyter Card. tit. S. Chryſogoni ſubſc.

Ego Humbaldus, Presbyter. Card. tit. SS. Joannis & Pauli ſubſ.

Ego Gillibertus, Presbyter Card. tit. S. Marci ſubſcripſi.

Ego Guido, Presbyter Card. tit. SS. Laurentii & Damaſci ſubſ.

Ego Julius, Presbyter Card. tit. S. Marcelli ſubſ.

Ego Jordamio, Presbyter Card. tit. S, Suſannæ ſubſ.

Ego Odo, Diaconus Card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſ.

Ego Octavianus, Card. Diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano ſubſ.

Ego Joannes, S. Adriani Diaconus Card. S. Mariæ Novæ. ſubſ.

Ego Guido, Diac. Card. S Mariæ in Porticu ſubſ.

Ego Jacinthus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmidio. ſubſ.

Datum Pariſiis per manum Hugonis Presbyteri Cardinalis, agentis vicem Domini Guidonis, S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi & Cardinalis & Cancell. Non. Maji, Indictione X. Incarnationis Dominicæ Anno M.C.XLVII. Pontificatus verò Domini Eugenii III. Papæ Anno III.

XXXIII.

Diploma, woraus zu erſehen, wie die Grafen Everhard und Heinrich zu Sayn, das Schloß Sayn und die Hofſtätte daſelbſt mit allen Pertinentien dem Ertz-Stifft Trier geſchencket, und ihnen ſolches wiederum von Ertz-Biſchoff Hillino zu Trier zur Lehen gereichet worden, de Anno 1152.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Hillinus, Dei gratia humilis miniſter & Servus, omnibus tam preſentibus, quam futuris in perpetuum. Ad Epiſcoporum præcipue ſpectat officium, omnium Eccleſiarum ſibi commiſſarum honores in ſuo vigore manutenere atque defendere & earum poſſeſſiones, in quibus ſecundum Deum poſſunt, extendere. Cuius rationis intuitu notum facimus, quod Everhardus & ejus Vxor, & Heinricus, fratres, Comites de Sayna, ad nos & noſtram Eccleſiam venientes, idem caſtrum, quod Sayna dicitur, & ipſam Curiam de Sayna, cum omni integritate & vtilitate ad ipſam pertinente, excepto allodio, quod fuit Rorici, & area quadam, que pomerium dicitur, in quo miniſterialibus ſuis ad conſequenda iura ſua, cum oportuerit, diem ponere poſſint, Beato Petro & nobis, cuius Eccleſiæ preſidemus, licet indigni, ſub devotionis obtentu, vbi & qualiter debuerunt, legitima donatione vna manu & communi aſſenſu dederunt, ita tamen, quod idem Caſtrum cum Curia in feodum de noſtris manibus receperunt, eandem fidelitatem facientes, quam ligii homines facere conſueverunt; Quod ſi nos guerram cum aliquo habere contingeret, contra quem nobis adiutorium preſtare non poſſent, de Caſtro exire & eius poteſtatem absque eorum exheredatione nobis dare debent, ita quod finita guerra ad caſtrum, tanquam ad ſuum feodum, redeant. Nos itaque devotionem eorum non modicam erga noſtram Eccleſiam attendentes, & honorem Eccleſie augere cupientes, eis centum libras de beneficio primo vacante in beneficium dedimus. Si autem in predicto caſtro ab aliquo gravarentur, & in noſtra Curia iuſtitiam ei voluerint exhiberi, contra illum nos & Eccleſia noſtra, pro poſſe noſtro eis auxilium preſtabimus: cuiuscunque vero ſexus eis heres ſucceſſerit, etſi non propinquior, qui de eorum cognatione fuerit, idem caſtrum & prenominatum beneficium a Nobis & ſucceſſoribus noſtris absque iure illo, quod vulgariter dicitur Heregevvede, & illo

quod dicitur Hereſture, recipiet & eandem fidelitatem nobis & ſucceſſoribus noſtris faciet. Hoc autem beneficium, tam Caſtrorum, quam centum librarum predictarum, ſemper indiuiſum manebit, & in plures non diuidetur heredes; ſed ſi pro eodem inter ſe litigauerint, illi integre dabimus, cui potius cupimus. Quod ſi temporibus noſtris prefatum beneficium plene non fuerit aſſignatum, a ſucceſſoribus noſtris hoc idem, ſicut ſcriptum eſt, volumus obſervari. Teſtes ſunt iſti: Stephanus Metenſ. Epiſcop. Henricus, Tull. Epiſc. Albertus, Virdunenſis Epiſc. Godefridus, maior prepoſitus. Alexander, Archidiac. Bruno, Archid. Arnulfus, Archid. Sigerus, Abbas S. Maximini. Bertolphus, Abbas S. Eucharii. Richardus, Abbas de Sprenkirsbach. Randulphus, Abbas de Clauſtro. Mattheus, Dux Lotharingie. Henricus, Comes Namurcenſis. Henricus, Comes de Arlo. Cono de Moilburg. Manfridus de Numagen. Euerardus frater ejus. Wiricus de Bettingin. Fridericus de Marceto. VVilhelmus Mareſchalcus. Yſembardus frater eius. Engelbertus frater eius. Fridericus & Hermannus de Palez. VValterus frater eius. Lodewicus Dapifer. Embricho & Otto fratres &c. Factum Treviri Ao. M. C. LII. Indict. XV. regnante glorioſo Rege Friderico, Anno Regni eius & noſtri Pontificatus primo.

XXXIV.

Kayſers Friderici I. Brieff an Ertz-Biſchoff Hillinum zu Trier, die Tyranney des Pabſts und den Primat ſeines Ertz-Stiffts betreffend, de Anno 1157.

CUm Imperatoria dignitas Imperialibus armis pacem Eccleſiarum ubique tueri debeat, Imperialem manum adverſum ſe commovet, qui pacem Eccleſiarum diſturbat. Judicium quippe portabit, quicunque eſt ille. Diſturbat autem pacem Eccleſiarum, qui reus eſt Majeſtatis. Reus eſt Majeſtatis, qui Imperatoriæ derogat dignitati. Cum enim pax Eccleſiarum ex Imperatoria dignitate vigeat, paci Eccleſiæ ſtudet, qui Imperatoriæ non derogat dignitati.

Itaque cum paria ſint, pax ſcilicet Eccleſiarum, & Imperatoria dignitas (quia unum absque altero non conſiſtit: utpote nec Imperatoria dignitas ſine pace Eccleſiarum, neque pax Eccleſiarum ſine Imperatoria dignitate: qui unum offendit, offendit & aliud: quia qui dixit: Deum timete, idem ſtatim ſubjunxit: Regem honorificate: ut per hoc clareſceret, quod Dei timor, Regis eſſet honor, & è converſo Regis honor Dei eſſet timor) qui Regem inhonorat, Deum non timet. Inhonorat autem, qui dicit, eum ab homine accepiſſe illud. Cum enim (juxta Apoſtolum) omnis poteſtas à Deo ſit, mendacii reus eſt, qui dogmatiſat, ab homine eſſe, quod à Deo conſtat eſſe.

Pax itaque noſtra, & Regnum à Deo eſt, qui etiam ante mundi conſtitutionem elegit nos, ut per nos adminiſtraretur pax Eccleſiarum. Sed quia vos plurima pars eſtis de numero lætantium in pace Eccleſiarum, utpote columna & baſis Eccleſiarum, quam S. Petrus aliquando ſuo ditavit baculo, ſicut ipſe poſt Deum, ita vos poſt Petrum gubernate res Eccleſiæ. Hoc mare magnum & ſpacioſum manibus, ubi reptilia, quorum non eſt numerus, animalia puſilla cum magnis, in baculo Petri remigetis, in tranquillum charitatis portum anchoram fidei veſtræ figatis, innixique baculo Petri, non ſitis arundo vento agitata, nec ut quidam ajunt vos eſſe baculum arundineum, cui ſi innixi fuerimus, perforabitis manum noſtram.

Conquerimur Dilectioni veſtræ, quod nuper in Curia Biſantii, dum de ſtabilitate Regni & pace Eccleſiarum, debita ſolicitudine tractaremus, Apoſtolicus ſcripto nobis mandavit, quod præ oculis mentis haberemus, quomodo ipſe nos in thronum Regni coronaverit, & neque inde pœnituerit eum, ſi majora etiam beneficia noſtra Excellentia ab eo ſuſcepiſſet. Ecce audiſtis blaſphemiam. Recolite librarios, & percunctamini antiquarios veſtros, & videte ſi auditum ſit hujuscemodi verbum in diebus eorum, in diebus antiquis. Sed nec patres noſtri annunciaverunt nobis, quod unquam Regnum alicui Auguſtorum ab aliquo Apoſtolicorum beneficiatum ſit, ſicut iſte veſanæ mentis vir ſcripſit, ſe nos inbeneficiaſſe, pro eo ſolo, quod ſolum unctionem per reverentiam B. Petri ab eo accepimus.

Ecce ſchiſma, quod, niſi Deus avertat, inficiet totum corpus Eccleſiæ juxta illud: Neceſſe eſt, ut veniant ſcandala. Sed quid ſequitur? Væ autem illi, per quem veniunt ſcandala. Per nos igitur non veniunt, ſed per illum, qui ſe dicit vicarium Petri, & non eſt, quia ſi in viridi ligno hoc facit, quid in arido fiet? Tribus toxicatis nos de Mammona iniquitatis ſuæ appetiit, videlicet quod nos in Regnum coronaverit, & neque inde pœnituerit eum, ſi majora beneficia ab eo ſuſcepiſſemus. Videamus igitur ſi hæc vera ſunt.

Certe nobis coronam per electionem Principum impoſuimus: nihil niſi ſolam unctionem ab eo accepimus: & ubi eſt beneficium, quod ab eo conſecuti ſumus? Quæ eſt ergo illa pœnitentia? & ubi ſunt majora beneficia? An poteſt eſſe majus beneficium, quam Romanum Imperium? Nos ipſi nobis coronam impoſuimus, & quomodo tum coronavit, dum coronam Regni nobis ipſi impoſuimus? Regnum non ab eo, ſed à Deo ſuſcepimus. Videte ergo, qualiter mentitus ſit. Sed quia ipſe ſibi beneficia uſurpavit, ſine conſenſu noſtro; & Viterbium, Cameram Regni, ſibi fecit ſedem, præponens caudam capiti, & ancillam præferens dominæ.

Et quia, te teſte, nunquam pejus agitur divinum ſervitium, quàm Romæ, ubi domus Petri facta eſt ſpelunca latronum & habitatio Dæmonum: & ubi ille alter Simon hæreſiarcha, quærens ſua, non quæ Jeſu Chriſti, cuncta ſpiritualia habet venalia: Nos judicabimus eum in virga Regni noſtri, & requiremus ab eo, quæ noſtræ ditionis ſunt, urbes & caſtella, munitiones & oppida, quæ in tota tenet Apulia, & videbimus, quis liberet de manu noſtra.

Excommunicationem ejus non timebimus, quæ per tantum apud ſuos vilipenditur, deſpicitur negligiturque. Numquid poteſt nos excommunicare paries dealbatus? tumens in ſupercilio Phariſæorum, mortificans animas, quæ non moriuntur, & vivificans, quæ non vivitant. Nonne magis ſecundum B. Gregorium ligandi ſolvendique poteſtate ſe privat, qui hanc pro ſuis voluntatibus, non pro ſubjectorum meritis exercet? Quid ejus cis Alpes timemus excommunicationem? dum trans Alpes ipſi vulgares parvi pendunt ſuam excommunicationem. Romæ in ſede ſua vilipenditur cum ſua excommunicatione; & nobis tam gravis eſt ſua indignatio?

Ecce qualis ſubſannatio? Certè vos ipſe vidiſtis & audiſtis, quàm deriſui nos habuerint, vocantes nos ſtultos Alemannos, quod ad præceptum ejus ſtaremus ſubjecti, quorum dexteras totus orbis ferre non poſſet. Igitur quia vos primas eſtis cis Alpes, & cor Regni, & Metropolis illa veſtra, Treveris inquam inclyta, quæ inconſutili præpollet tunica Domini, veſtro conſilio & auxilio ſummam & myſterialem inconſutilem tunicam Domini, id eſt, Emath, de manu illius Amorrhæi, videlicet Apoſtolici, à quo hucusque ſciſſa & diviſa ſorte, & in jus Ægyptiorum iterum vendita eſt, eruemus. Non enim per oſtium, ſed aliunde aſcendit in ovile: fur quippe eſt & latro.

Nos in brachio Regni & arcu extento eam eruemus, & vobis, qui ideo ſecundæ Romæ præeſtis, ut ſi ille deviaverit, vos e contra confirmetis fratres veſtros: quod & vobis in baculo ſuo Petrus tradidit, ſicut ipſe à Domino accepit, ut ſolus ſitis inter omnes poſt Petrum, ſicut ipſe poſt Chriſtum; Emath Dei regendam in vice Petri Imperiali authoritate committimus, ut omnes de Regno noſtro cis Alpes, non Viterbii ad novam Romam, ſed Treverim ad ſecundam Romam veniant, qui in cauſa ſua ſecundum judicium & juſtitiam, non nummo cooperante, ſicut Romæ, ubi nummus regnat & imperat, quæſtiones ſuas exequantur, dum Deus tantum ſit in cauſa; & ideo Deus merces operis.

Nonne & hoc Petrus factis oſtendit, dum vobis baculum ſuum præſcius futurorum tradidit? quod adhuc tota dignitas Apoſtolici ad vos tantum Metropolitanum quaſi hæreditario jure derivaretur. Nonne ideo adhuc Apoſtolicus ſine baculo eſt, ut vos ſitis in baculo ejus? Igitur hæres Petri contra eum, qui ſe dicit vicarium Petri, & non eſt, inſurgite, & ſuffraganeos veſtros, Metenſem, Tullenſem & Verdunenſem, ut vobis & Regno ſubſcribant, efficite: & vos columna Regni, pro Regno, quod jam titubat, viriliter ſtate, & ſtando, quis & quis ſitis, factis oſtendite, ut per vos cæteri nobis fideliter aſſiſtant, & filius Belial unanimiter, prout Dominus dederit, reſiſtant.

XXXV.

Diploma, vermöge deſſen Pfaltzgraf Heinrich bey Rhein Ertz-Biſchoff Johanni I. zu Trier die Advocatie zu Trier überlaſſen, de Anno 1197. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. unter Chur-Pfaltz pag. 122.

XXXVI.

Ertz-Biſchoffs Johannis I. zu Trier Stifftungs-Brieff des Cloſters zu Sayn, De Anno 1202.

IN nomine ſacro ſancte & individue Trinitatis. Johannes Dei gratia Treuirenſis Archiepiſcopus Eccleſiæ, vniuerſis Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris in perpetuum. Que noſtris temporibus prudenti geruntur conſilio, & ad Dei cultum feliciter ordinantur, litte-

litterarum viuaci teſtimonio perennari decreuimus, vt in poſterum litis & controuerſie omnis occaſio amputetur. Declaretur ergo preſentibus & ſciant poſteri, quod Heinricus, Comes de Sayna, vir nobilis, ob ſpem eterne retributionis, clauſtrum in valle Sayna a primis extruxit fundamentis, quod prediis & allodiis copioſis dotans, ſcilicet curia de VVitersburg, cum omnibus appenditiis ſuis, curia in Ormunz, bonis in Engers, que fuerunt domini Rorici, bonis in Seimbach, bonis in Valle Sayna, que fuerunt domini Arnoldi Heringen, curia in Thur, bonis in Arvviler, Honingshoven, vineis in Bedendorff, bonis omnibus, que prius attinebant Capelle Vallenſi, cum nemore ex vtraque parte Vallis vſque in Burgendall, decima in Meinfelt, decima in Mettrich, conſenſu noſtro commanentes, tam in Caſtro Sayna, quam in valle prefata, adiunxit Monaſterio, vt Baptiſterium, ſepulturam, confeſſionem, & omnia Spiritualia ibidem expectent, preterea quod matri Eccleſie in Engers recognoſcentes hoc ius debitum & honorem, Synodum cum aliis parochianis obſeruabunt, & opus Cymiterii, ſicut ab antiquo conſuerunt peragere, non omittent. Verum ne iſta fierent in dampnum & grauamen Eccleſie in Engers, in recompenſationem condignam & ſufficiens reſtaurum, prudentum virorum conſilio allodium ab ipſo Comite ſex Marcis comparatum, eidem Eccleſie eſt aſſignatum. Placuit etiam de conſilio religioſorum virorum huic ſcripto annotari, quod eadem Eccleſia perpetuo recognoſcit ius filiationis, & debitum ſubiectionis matri Eccleſie in Steinfelt, de qua Conuentus primo exivit, & religio in predictam vallem emanavit. Vt autem iſta ordinatio ſtabilis & integra maneret in perpetuum, placuit preſentem conſcribi chartulam, & ſigilli noſtri munimine confirmari. Si quis vero diſcordie ſeminator, & pacis & concordie turbator, hanc noſtre confirmationis paginam infringere attemptauerit, indignationem omnipotentis Dei & ſciſſionem matris Eccleſie ſe incurriſſe nouerit, & horribili anathematis ſententia ſe percuſſum ſentiat, donec reſipiſcat. Vt etiam digniori robori hec pagina conualeſcat, Dominus Guido Cardinalis, qui ipſam Eccleſiam conſecrauit, authoritate Banni ſui eam confirmauit, & ſigilli ſui impreſſione muniuit. Teſtes quoque annotari ſtatuimus, quorum hec ſunt nomina: Bruno prepoſitus Bonnenſis, & Gerlacus frater eius, Conradus maioris Eccleſie prepoſitus in Treuiri, Erenfridus Abbas in Steinfeld. Gevvardus Abbas de Stromburg, Reynerus Abbas de Romesdorf. Laice perſone & nobiles, Euerhardus Comes de Sayna, Henricus Comes iunior, Godefridus Comes de Spanheim, Gerardus Comes de Ara, Adolphus Comes de Berge, Euerardus Burggravius de Arberg, & Otto frater eius, Emicho Comes de Leiningen, & Irſutus Comes, item Miniſteriales Comitis de Sayna, Arnoldus Burggrauius, & Ludovvicus filius eius, Gilbertus Pincerna, Wipertus & frater eius Giſo; Arnoldus Vincildorf, Henricus de Schonrode, Arnoldus de VVolfendorf, Gilbertus Ruffus, it. Caſtellani de Blanckenberg, Theodoricus Burggrav. & frater eius Heinricus, Ludovvicus de Mendane, Conradus de Hepenheche, & filius eius Henricus, Roricus, VVinandus, Rickvvinus, Sandolff, item Domini & Miniſteriales de Iſenburg, Gerlacus & filius eius Gerlacus, Henricus & frater eius Euerardus, Henricus Burggrauius, VVezelo Damarus, & Henricus frater eius, Theodericus de Honningen. Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo ſecundo.

XXXVII.

Kayſers Ottonis IV. Privilegium vor die Stadt Trier, de Anno 1212.

DEI gratia Otto, Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, univerſis Imperii fidelib9 præſentibus & futuris, quibus hæ literæ oſtenſæ fuerint gratiam ſuam & omne bonum. Notum vobis facimus, quod nos præ oculis habentes ſinceram devotionem dilectorum fidelium noſtrorum tam miniſterialiũ, quam Civium Trevirenſ., quam habent erga Imperium & nos; recepimus eos cum perſonis & univerſis rebus ipſorum mobilibus & immobilibus, ſub noſtram & Imperii ſpecialem defenſionẽ, ab omni eos gravamine & injuria immunes eſſe decernentes. Et quia memorati Miniſteriales & Cives, quemadmodum ab iis poſtulandum duximus, mandatum noſtrum in omnibus adimplere curarunt, & de ſervitio ſuo ad honorem Imperii contra omnem hominem viventem ſecuros nos reddiderunt: nos quoque verſa vice ipſis miniſterialibus & civibus fidelibus noſtris promiſimus, & nos ipſis obligavimus, quod neque cum Papa, neque cum alio aliquo homine vivente, in negotiis, quæ ipſos tangere videantur, compoſitionem aliquam ſeu concordiam faciemus, niſi ipſis in ea compoſitione & concordia incluſis, volentes eos in omnibus ſemper manu tenere & honorem civitatis Trevirenſis & commodum eorum diligenter & ubique promovere. Ad

Ad cujus rei certitudinem hanc paginam exinde conſcriptam, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Datum apud Hagnouve, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo, duodecimo, decimo quarto Kalend. Maji, Indictione XV.

XXXIIX.

Derer Gebrüder von Hunolſtein Revers, daß ſie das ihnen von der Stadt Trier angethane Unrecht niemals rächen wollen, de Anno 1267.

NOs Nicolaus & Joannes, fratres, & Hugo, cognatus noſter, Milites, Advocati de Hunolſtein, univerſis, præſentes literas inſpecturis volumus eſſe notum, quod captivitatem, quam Treverici cives contra me Nicolaum fecerunt, adverſus ipſos cives, civitatem eorum, vel aliquos, ſeu aliquem de civitate nunquam vindicabimus, nec captivitatis ipſius prætextu civibus iisdem nos & noſtri moleſtiam aliquam unquam exhibebimus, Renunciantes pro nobis & noſtris expreſſe, omni dolo & fraude remotis, cuilibet vindictæ & ultioni propter prædictam captivitatem memoratis civibus in poſterum faciendis, & ad hæc inviolabiliter obſervanda per præſentes literas nos firmiter obligamus, corporalibus noſtris interpoſitis juramentis. In cujus rei veritatem præſentes literas inde confectas, venerabilium virorum, Domini Simonis, majoris Præpoſiti & Archidiaconi Trevirenſis, Domini Theodorici de Haginhe, Domini Rudulphi de Ponte militum, & mei Nicolai ſigillorum munimine civibus Trevirenſibus tradidimus roboratas. Nos vero Joannes & Hugo ſupra dicti, ſigilla propria non habentes prædictis ſigillis contenti ſumus. Præterea nos major Præpoſitus, Theodoricus de Haginhe, Rudulphus de Ponte ſigilla noſtra ad petitionem dictorum Nicolai, Joannis & Hugonis præſentibus literis duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLXVII. feria quarta ante ramos Palmarum.

XXXIX.

Urtheil Kayſers Caroli IV. in Sachen Chur-Trier wider die Stadt Trier, worinn jenem ſowohl die Bothmäßigkeit über die Stadt, als die Vogtey daſelbſt zugeſprochen worden, de Anno 1300. befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. unter Chur-Trier, pag. 850.

XL.

Königs Eduardi III. in Engelland Vergleich mit Ertz-Biſchoff Baldewino zu Trier, wegen der ihme verpfändeten Engliſchen Crone, de Anno 1338. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur-Trier, pag. 52. vorhanden.

XLI.

Diploma Königs Eduardi III. in Engelland, woraus zu erſehen, daß die an Chur Trier verſetzt geweſene Königl. Crone wieder eingelöſet worden, de Anno 1340. befindet ſich loco antea citato, pag. 55.

XLII.

Graff Gottfrieds zu Sayn Brieff, vermöge deſſen er Ertz-Biſchoff Balduino zu Trier Marſayn auff Wiederkauff verkaufft, de Anno 1340.

WIr Godefried von Sayne, Herr zu Hoymburg und Valindar, in Gilbrecht und Salentin ſin Súne, thun Kund allen Leuthen, und bekennen öffentlich an dieſem Brief, daß wir mit einem guten einträchtigen Willen verkauffet han, und verkaufen in dieſem Briefe, alle unſer Gut, Gülte und Recht, die wir han vder haben mögen, in dem Dorff und Banne zu Marſeyne, ſo wie man die genennen mag, dem Ehrwürdigen in GOtt Vatter und Herren, unſerm Herren, Herrn Baldewin, Ertz-Biſchoff und ſeine Stiffte zu Trier, zu beſitzen und zu behalten und ewiglichen, an unſere Erben oder ander iemands Hinternüße oder Wiederſpreche, um 450. Marck Pf. als ſie zu Montabar genge und gebe ſind, und umb 222. Marck Pfennige, als ſie zu Coblentz genge und gebe ſind, Dreyheller guter und geber vor einen

Pfennig gezahlt, der Wir gäntzlich bezahlt ſin, ehe dieſer Brieff gemacht wurde, und geloben Wir, und unſer ieglicher vor ſich und alle Unſer Erben, dieſen Kauff ſtete und veſte zu halten, und darwieder nicht zu thun, noch lattzen geſchehen von iemanne in kein hande Weyß, und hat derſelbe unſer Herr von Trier umb ſunderlich Gunſt, die er zu uns hat, uns und unſern Erben all ſolche Gnade gethan, daß Wir oder unſere rechte Lehens-Erben das genant Gut um unſern vorgenanten Herren, ſeine Nachkommen oder dem Stifft von Triere, wiederkauffen mögen um die vorgenante Summe Geldes, alle Jahr tuſchen unſer Frauen Lytmiße und Semte-Walpur Tag mit unſern eigenen Pfennigen, uns und unſere Erben zu behalten und niemand anders, doch mit Beheltniße Rechts unſer vorgenanten und ſeines Stifftes zu Triere, von den das egenant Gut und Gülde von der Ban Marſeyne, allzumahle zu rechtem Manlehen rühret, alle Argeliſt ungereden ſy an allen dieſen vorgenanten Stücken. Zu eine ewige Uhrkund dieſer Sachen, han Wir Unſer Inſigele an dieſen Brief gehangen und zu einer immern Stedichheit, han Wir gebeten die Edlen, Gerlach und Salentin, Herren zu Iſenburg, unſer lieben Mege, daß ſie ihr Inſiegele zu dem Unſern auch an dieſem Brieff wollen hencken, und Wir Gerlach und Salentin, Herren zu Iſenburg, vorgenant, bekennen, daß Wir umb beeden Herren Godefriedes von Sayne, Engelbrechtis und Salentins ſeiner Süne unſer Inſiegel an dieſen Brieff han tun hencken. Der gegeben iſt nach Chriſtus Geburte, dreyzehenhundert Jahr, und darnach in dem viertzigſten Jahre an Sente Simons und Judas Dag, der Heil. Apoſteln.

XLIII.

Graff Johannis zu Sayn Recognitions-Schein, daß er die Graffſchafft Sayn, vom Ertz-Biſchoff Balduino zu Trier zu Lehen empfangen, de Anno 1340. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. II. unter den Grafen und Herren, pag. 402.

XLIV.

Ertz-Biſchoffs Balduini zu Trier Verſchreibung, daß er Königs Philippi in Franckreich, als ſeines Confœderirten, Nutzen und Beſtes möglichſt befördern wolle, de Anno 1341.

BAldewinus, Dei gratia ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Galliam Archi-Cancellarius. Cum iis, quos divina gratia ſolo Majeſtatis & ſtatus ſui magnitudine benigne extollit, ligam ſpecialis amicitiæ libenter contrahimus, per quos nobis ac noſtræ Eccleſiæ Promotiones, utilitates & commoda provenire ſperamus. Notum igitur facimus univerſis, quod nos ſereniſſimo & præclaro Principi, Domino Philippo, Francorum Regi, cujus ſalutis & honoris continuum incrementum ex juſtis & rationabilibus cauſis nos moventibus ex intimis affectamus, tenore præſentium promittimus bona fide, quod ipſius ex nunc ſimus & eſſe debeamus & velimus in perpetuum, quandiu vixerimus, bonus, fidelis & confœderatus amicus, ita ut omnia & ſingula ipſius negotia præſentia & futura cum quibuscunque promoveamus & procuremus & eisdem intendamus, quatenus commode poterimus, apoſtolicæ ſedis & noſtro honore ſalvo, per meliores vias, quas poſſumus invenire, ſeu cogitare ad ejusdem Domini Regis utilitatem & profectum, & quod damna ejus evitemus & impediamus absque fictione omni ingenio malo ceſſante. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Datum Treveris, die decima ſeptima menſis Septembris, anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo primo.

XLV.

Kayſers Caroli IV. Recognitions-Schein, daß er innenbenante Stücke der Graffſchafft Lützelburg von dem Ertz-Stifft Trier zu Lehen empfangen, de An. 1346.

CArolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Rex Bohemiæ & Comes Luzelburgenſis, univerſis ſacri Imperii fidelibus volumus eſſe notum, quod nos ratione Comitatus Luzelburgenſis recepimus in feudum, ac recepiſſe nos recognoſcimus, a venerabili Balduino Archiepiſcopo Trevirenſi, Principe & Patruo noſtro chariſſimo, marchionatum de Arluno cum ſuis attinentiis univerſis. Item officium ſupremum Marſchalcatus ſui & Eccleſiæ ſuæ

ſuæ Trevirenſis, cum ipſius officii juribus onere & honore. Item ſeptuaginta duas Eccleſias matrices cum juribus Patronatus, decimis & aliis earum pertinentiis, & quidquid nos obtinemus, ſeu alii ulterius a nobis obtinent in terminis earundem. Item Advocatias ſuper curias & bona S. Maximini extra muros Trevirenſes, ſive in manibus & poteſtate noſtra ipſas Advocatias adhuc teneamus, ſive alii eas, vel aliquas earum a nobis tenere ulterius dignoſcantur. Item oppidum Biedburg, prout in literis ſuper feudo ejusdem oppidi inter noſtros progenitores & Eccleſiam Trevirenſem ſpecialiter confectis plenius continetur. Quodque nos & noſtri hæredes, comites Lutzelburgenſes, præmiſſa omnia & ſingula à prædicto Archiepiſcopo & ſua Eccleſia ejusque ſucceſſoribus recipere & tenere debebimus, in feudum perpetuis ſucceſſivis temporibus, cum onere fidelitatis, & aliis de talibus feudis debitis, de conſvetudine, vel de jure. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum regni Bohemiæ & comitatus Lutzelburgenſis præſentibus eſt appenſum. Datum Treviris die tertia menſis Decembris, anno Domini MCCCXLVI. regnorum noſtrorum anno primo.

XLVI.

Kayſers Caroli IV. Privilegium, ſo er Ertz-Biſchoff Cunoni zu Trier über einige Gerechtſame gegeben, de Anno 1376. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur-Trier pag. 55. vorhanden.**

XLVII.

Diploma vermöge deſſen Graf Johann zu Sayn die Feſte und Burg Freußburg dem Ertz-Stifft Trier überlaſſen, und ſolche von ihm zu Lehen empfangen, de Anno 1378.

WIr Johann Greve zu Sayne, thun kund allen Leuten, und erkennen mit dieſem Briefe, daß wir umb mancherhand Gnade, Gunſt und Vürdernüße, die der Ehrwürdige, unſer gnädiger Herr Chun. Ertz-Biſchoff zu Trier, uns dicke, nützlich und gnädiglich gethan und beweiſet hat, uns Veſten und Burg Freußburg, die bißhero uns und unſere Altere eigen geweſt iſt, demſelben unſeren Herren von Trier, ſeinen Nachkommen und Stifft von Trier, mit Willen und Verhengnüß Reinhardts und Gerhardts uns Söhne, zu rechtem aufgebigem ledigen Huſe und Veſte, mit Mannen, Burgmännen, Vorburg, Dale und Luten darzu gehörig, gemachet han, und han ihn die zumahle ufgetragen und geben ihn die uf an dieſem Brief, und derer Wir und unſere Erben ihn auch ewiglich verhafft und verbunden ſeyn ſollen, Werſchafft zu thun, und hat er uns dieſelbe Veſten mit den Mannen, Burgmannen, Vorburg, Dale und Leuten, wieder zu rechtgebigem ledigen Lehen, über andere Lehen, die wir von ihme und ſeinem Stifft han, gelauen. Alſo daß er, ſeine Nachkommen und Stifft, dieſelbe Veſten, Vorburg und Dale, zu allem ihrem Willen und Nothen ihm fürbaß ewiglich uffen, und bereit finden, ſich daraus und darinne, mit wenig uñ mit viel Leuthen wieder allmanniglich zu behelffen, und daß Ihn, noch Ihren Unterthanen Geiſtlichen und Weltlichen nunmehr kein Schade der vorgenandten Veſten, Vorburgen und Dale, noch darin, geſchehen noch gethan ſoll werden, und ſollen Wir und unſere Erben, das allezeit mit Amptleuten, Pörtnern, Thurn-Knechten und Wächtern, verwahren und beſtellen, daß unſern ehegenanten Herrn von Trier, ſeine Nachkommen und Stifft, der vürgeſchrieben vürwerten Behelffs und Ufnungen wohl ſicher ſeyn, und daß ihn die allezeit gethiehen und unverbrüchlich gehalten werden, wann Wir die Veſten Freußburg, mit ihren vorgenanten Zugehörungē, in der Maßen von ehegenanten unſern Herrn und ſeinem Stifft von Trier han empfangen und empfahen, mit dieſem Brieff mit Manſchafft, Treuen Hulden und Eyden, als ſolchs Lehn-Recht und Gewohnheit iſt, als auch nahe uns thun ſollent unſere Lehens Erben, Greven zu Sayne, auch ſollen Wir, oder unſere Erben dieſen Veſten, Freußburg, Vorburg, Dal, Manne, Burgmanne und Leuthe darzu gehörig, noch andere Lehne, die Wir vur von unſern ehegenanten Herrn und von ſeine Stifft von Trier han, nicht vort verlehnen, verkäuffen, verpfänden, verſetzen, noch in einig andere Weiß veräuſern, ohne offenbaren Willen und Verhängniß unſers vorgenahmten Herrn, ſeiner Nachkommen und Stifft von Trier, daß Wir mit Ihren offnen verſiegelten Briefen können beweiſen, und wann Wir Reinhard und Gerhard Söhne des Greven von Sayn vorgenant, über uns vierzehen Jahr kommen ſeyn, ſo bekennen Wir an dieſem Brieffe, daß die vorgedachte Ufgebung und Uftragung und alle Punckte und Artickel in

diesem Brieff begriffen, mit unsern guten freyen Willen, Verhengnüß und Gutdüncken sind geschehen, und han Wir auch ungedrungen und unbeweltiget, und auch ohn allerley Vogte oder böse listige überkommen, oder hindergangen, gemeinlich und besonder, wol von allem Rechte, das von Rechten unter fünff und zwantzig Jahren gegeben und verschrieben ist, unsern guten und freyen Willen u. Verhängnüß darzu gethan und gegeben, thun und geben Urkunde dieses Briefes und han darzu Wir Joh. Greve, Reinhard uñ Gerhard vorgenandt, auch für uns, all unser Erben und Nachkomen verziegen und verzeigen übermiten unserem Briefe, uf alle Behelff und Schirm und Beschütnüß geistlich und weltliches Rechts, Gerichts, Freyheit und Gewohnheit, damit Wir uns gemeinlich, oder besonder, oder unsere Erben sich wieder diese vorgeschriebene Stück oder ie einige möchten behelffen, und sonderlich verzeihen wie auch daruf, daß Wir oder unsere Erben hernachmals sprechen und fürziehen möchten daß diese vorgeschriebene Sach anderst weren geschrieben, denn geschehen, und daß sie mit böser Liste weren gedacn, und daß Wir überhalb Theil Werdes in dieser Sachen weren betrogen: Und gemeinlich und besonder uf alles das, damit Wir uns oder unser Erben sich wieder diese vorgeschriebene Stück alle, oder ein Theil möchten behelffen, und wann Wilhelm und des Greven jüngste Sohn, uns Reinhards und Gerhards Bruder noch unter seinen mündigen Jahren und Tagen kommt, daß Wir dann schaffen und stellen sollen, daß er auch seinen Willen und Verhängnüß zu dem beschriebenen Sachen doe, und des seine versiegelte Briefe unserm vorgenanten Herrn und seinem Stifft gebe, in aller Form, als diese Brief stehent, und sich des heischend alle vorgeschriebene Stück, Puncte und Articule, und ihr iglich gemeinlich und besonder, han wir Johann Greve, Reinhard und Gerhard seine Söhne, für uns und unsere Erben in guter Treuen gelobt, gesichert und offelich zu den Heil. geschworen. Geloben, gesichern und schweren in diesem Briefe stete, vest und unverbrüchlich zu halten, und darwieder nimmer zu thun noch zu kommen, in einigerhand Weiß, ausgeschieden alle Argelist und Geferde. Zu Urkund und ewiger Stetigkeit aller verschriebener Sachen, han Wir Johann Greve zu Sayne, Reinhard und Gerhard seine Söhne ehegenandt, unser Insigel an diesen Brief gehangen. Der geben ist da man zahlte na Christus Geburth dreyzehenhundert echte und siebenzig Jahr, uf dem letzten Tag in dem Mertze.

XLVIII.

Graff Johannis zu Sayn Anweisungs-Brieff, Krafft dessen er die Lehenschafft auff der Herrschafft Vallendar dem Ertz-Stifft Trier überlassen, de Anno 1386. **stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. II. unter den Grafen und Herren,** pag. 404.

XLIX.

Pabsts, Eugenii IV. Diploma, worinn er die beyden Ertz-Bischöffe, Jacobum zu Trier und Theodoricum zu Cölln, weil sie ihn vor einen rechtmäßigen Pabst erkannt, in ihre Ertz-Stiffter restituiret, de Anno 1447.

Ad futuram rei memoriam

ADea, quæ ad reductionem subditorum omnium, pacem & tranquillitatem fidelium spectant, dirigentes aciem mentis nostræ, illa libenter agimus, ut Sedis Apostolicæ benignitas latius diffundatur. Sane carissimus in Christo filius Fredericus, Rex Romanorum illustris, ac venerabilis frater noster, Archiepiscopus Moguntinus & dilectus filius nobilis vir, Fridericus, Marchio Brandeburgensis, sacri Imperii Electores aliique nonnulli Prælati & Principes nationis Germanicæ pro bono pacis & concordiæ, & ad tollenda scandala nationis præfatæ nobis humiliter supplicarunt, prout in capitulo præsentibus de verbo ad verbum inserto continetur, sequitur & est talis: Item omnia & singula per ipsum Dominum Eugenium Papam, durante animorum suspensione prædicta contra & adversus reverendissimos in Christo Patres, Dominos, Jacobum Trevirensem, & Theodoricum Colonien sem Archiepiscopos, sacri Romani Imperii Principes Electores, eorumque Ecclesias, jura & dominia, ex causa neutralitatis, vel alia quacunque causa innovata, volentibus ipsis in declaratione pro ipso Domino Eugenio facienda, cum Regia Majestate & aliis Principibus Electoribus concurrere revocabit, cassabit, & annullabit, ac eos per suas literas cum Ecclesiis, dominiis ac juribus hujusmodi in pristinum statum reponet

ponet in forma necessaria & opportuna. Nos igitur sperantes, quod hoc cedet ad statum Ecclesiæ, pacem & tranquillitatem nationis prædictæ in præfatorum Regis, Archiepiscopi, Marchionis, aliorumque prælatorum & Principum, hoc petentium, complacentiam, tenore præsentium promittimus bona fide, quod, quando ipsi olim Treverensis & Colonien sis Archiepiscopi ad gremium nostrum & Ecclesiæ venientes cum Regia Serenitate & aliis Electoribus prædictis in declaratione pro nobis facienda ut præfertur, concurrerint, nobisque plenam & debitam obedientiam præbuerint, ac pro vero Jesu Christi vicario recognoverint, ipsos ad prædictas Ecclesias absque ulla exceptione, aut oppositione restituemus, ac in pristinum statum reponemus, juxta tenorem Capituli superius descripti. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum incarnationis Dominicæ MCCCCXLVII. Non Februarii Pontificatus Nostri Anno XVI.

L.

Pabsts Nicolai V. Fundations-Brieff der Universität Trier, de Anno 1454.

NIcolaus Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut accepimus venerabilis frater noster, Jacobus de Sirck, Archiepiscopus Trevirensis, & prout etiam dilectus filius noster Arnoldus Heimerici de Clivis literarum Apostolicarum Abbreviator & ipsius Archiepiscopi secretarius, ac in Romana Curia procurator nobis retulit, in ejus Civitate Trevirensi, tanquam loco insigniori, & magis ad hoc idoneo, in quo aëris viget temperies, commeatus ubertas, cæterarumque rerum ad usum humanum pertinentium copia reperitur, desideret plurimum fieri & ordinari per sedem Apostolicam studium generale in qualibet licita facultate. Nos præmissa considerantes & præsertim opportunitatem dictæ civitatis, quæ etiam, ut accepimus ad multiplicanda sanctæ doctrinæ semina & germina salutaria producenda valde commoda existit, ipsius Archiepiscopi in hac parte supplicationibus inclinati, ad laudem divini nominis, & ejusdem fidei propagationem autoritate Apostolica, tenore præsentium in eadem civitate studium generale erigimus ac statuimus & ordinamus, ut illud inibi perpetuis temporibus vigeat, tam in Theologia & jure canonico ac civili, quam in quavis alia licita facultate: quodque legentes & studentes ibidem omnibus & singulis privilegiis, libertatibus, honoribus, exemtionibus & immunitatibus, magistris, Doctoribus ac studentibus commorantibus in studio generali Colonien si competentibus uti & gaudere possint. Promotiones fiant etiam juxta consvetudines in studio Colonien si servari solitas & de promotorum jure dicendi legendi & regendi ubicunque: ac postremo conservatores præfatos, magistros, doctores & scholares adversus hanc constitutionem molestiis, aut injuriis affici non permittant, cum fuerint requisiti; sed eos defendant autoritate Apostolica per censuram Ecclesiasticam, obsistentes compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis & statuti infringere, vel ei contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLIV. quarto Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno VIII.

LI.

Churfürsts Johannis II. zu Trier Diploma, seine Einnehmung in die Churfürsten Verein betreffend, de Anno 1457.

WIr Johann, von GOttes Gnaden Erwehlter und bestettigter zu Trier des heiligen Römischen Reichs in Welschen Landen und durch das Königreich zu Arelat Ertz-Cantzler, und Churfürst, bekennen und thun kund offentlich mit diesem Brieffe, als sich die Ehrwürdigen in GOtt, Vatere und Hochgeborne Fürsten, Herr Dittrich zu Meintz, Herr Jacob seliger zu Trier und Herr Ditterich zu Cölln, Ertz-Bischoffe, des heiligen Römischen Reichs durch Germanien, und in Welschen Landen, durch das Königreich zu Arelat und Italien Ertz-Cantzlere, Herr Ludwig seelig, Pfaltz-Grave bey Rein, des heiligen Römischen Reichs Ertz-Druckses, und Hertzog in Beiern, Herr Friederich, Hertzog zu Saxen, des heiligen Römischen Reichs Ertz-Marschalck, Landgraffe in Düringen und Marggraffe zu Meißen, und Herr Friederich, Marggraff zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs

Ertz-Cämmerer und Burggraff zu Nürnberg, alle des heiligen Römischen Reichs Churfürsten, Unsere lieben Ohmen, Vorfar, besondere Freundt, und Schwager, GOtt zu Lobe, der heiligen Römischen Kirchen und auch dem Reich zu Ehren und umb gemeines Nutzes, Friedens und Gemachs willen, für sie, Ihre Nachkommen und Erben, zusammen verpflicht, vereiniget, und vorschrieben haben, uff Forme und Mas, und nach laut der Brive darüber gemacht, die also anfahendt: Von GOttes Gnaden Wir Ditterich zu Meintz, Jacob zu Trier und Ditterich zu Collen, Ertz-Bischoffe des heiligen Römischen Reichs durch Germanien, und in Welschen Landen durch das Königreich zu Arelat und in Italien Ertz-Cantzler, Ludwig, Pfaltz-Graffe bey Rein, des heiligen Römischen Reichs Ertz-Druckses und Hertzog in Beyern, Friederich, Hertzog zu Sachsen, des heiligen Römischen Reichs Ertz-Marschall, Land-Graffe zu Düringen und Marggraffe zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs Ertz-Cämmerer, und Burggraffe zu Nürnberg, alle des heiligen Römischen Reichs Churfürsten, bekennen und thun kund offentlich mit diesem Brieve, allen den, die ihn sehen, oder hören lesen. Als leider in der heiligen gemeinen Christlichen Kirchen ein Schisma und schwere Zwitracht ufferstanden ist, ꝛc. und also endtet: Des zu zu Uhrkund und gantzer Stetigkeit, so haben wier obgenannte Fürsten Unser jeglich sein Insiegel an diesen Brieff thun hencken. Der gegeben ist zu Franckfurt in dem Jahr, als man schreib nach Christi Geburt 1446ten Jahre am Montag nach dem Suntag, als man in der heiligen Kirchen singet Oculi. Und wann nun der vorgenannte Ertz-Bischoff Jacob seliger mit Todt abgangen, und wir durch Schickung des Allmächtigen mit demselben Ertz-Bißthum versehen sind: So haben Uns die vorgenannte zu Meintz und zu Collen Ertz-Bischoffe, der Hertzog zu Sachsen, und Marggraff zu Brandenburg, in die obgemeldte Einung uffgenommen, und wir dem jetzgenannten Marggraff Friedrichen, von ihr allerwegen und in Gegenwertigkeit ihr jegliches Räthe, zu voran dieselbe Einunge, in allen und jeglichen Stücken, Puncten und Articuln getreulich zu halten, mit Hand gebender Treu gelobt, bey unsern Fürstlichen Ehren und Würden, und darnach leiblich zu den Heiligen geschworen, die wahre, stete, vehste und unvorbrüchlich zu halten, zu vollführen und zu thun, und auch darwider nicht zu suchen, noch zu gebrauchen, geistlich oder weltlich, heimlich oder öffentlich, in keine Weise, alle Geferde und Argelist hierinne gäntzlich ausgeschieden. Und das alles zu Uhrkund und gantzer Stetigkeit, so haben Wir Unser Insiegel an diesen Brieff thun hencken, und jeglichen Unsern nechstgenannten Mit-Churfürsten der Brieff einen in gleicher Form lautende übergeben, der geben ist zu Franckfurt bey dem Meyen gelegen, am Freytag nach unsers Herren Uffarts-Tag, in dem Jahre, als man schreib nach Christi Geburth 1457.

LII.

Churfürstens Johannis II. zu Trier Erklärung in puncto des Pfältzischen Vicariats, de Anno 1468.

UNsern freundlichen Dienst zuvor, Hochgebohrner Fürst, lieber Oheim, Euer Liebden Schrifft, uns gethan, mit Uebersendung Copeyen, berührende Freyheit und Gnade des Fürstenthums der Pfaltz-Graffschafft, Inhalt Euerer Liebden Briefes, han wir gelesen, zu guter Maß verstanden, thun darauff derselben Euer Liebden gütlich zu wissen, was Euer Liebden und das Fürstenthum der Pfaltz-Graffschafft Gnade und Freyheit hat, daß wir uch des von gutem Hertzen wohl günnen wolten, auch ungern uch daran Abbruch thun. Denn es unser Meynung ye nit ist, sondern Euer Liebde Gunst, Willen und Freundschafft zu erzeigen, seyn wir gantz geneigt. Geben zu Cobelentz uff unser lieben Frauen Abend Purificationis, Anno LXVIII secundum stylum Treveren.

Johann von GOttes Gnaden Ertz-Bischoff zu Trier ꝛc. und Chur-Fürst.

Dem Hochgebohrnen Fürsten, Herren Friedrichen, Pfaltz-Graffen bey Rhein, Hertzogen in Beyern, des heiligen Römischen Reichs, Ertz Truchses und Churfürsten, und dieser Zeit gemeinen Vicarien hie disseits der Gebürge, unserm lieben Oheimb.

LIII.

LIII.

Ejusdem Revers, so er den Schwäbischen Bunds-Genossen, bey seiner Auffnehmung in den Schwäbischen Bund, gegeben, de Anno 1489.

WIr Johannes, von GOttes Gnaden Ertz-Bischoff zu Trier, des heiligen Römischen Reichs in Gallien und durch das Königreich Arelat, Ertz-Cantzler und Churfürst. Bekennen und thun kund offenlich mit diesem Brieff. Als der Allerdurchlutigist und Großmächtigist vnd Herr, Herr Fridrich, Römischer Kayser, vnser allergnedigister Herr, einen gemeinen Land-Friden gemacht, ußschriben laßen, vnd zu halten gebotten haut, vnd nochmahls den Prelaten, Graven, Freyen, Rittern, Knechten und des Heil. Reichs Stetten des Pundts im Landt zu Schwaben mit Nahmen, Augspurg, Ulm, Kauffbüren, Memmingen, Kempten, vnd Ysni, Werd, Lutkirch, Wangen, Bibrach, Ravenspurg, Lindaw, Vberlingen Pfullendorff, Reutlingen, Eßlingen, Weil, Heylbron, Wimpfen, Hall, Gemünd, Dinckelspühel, Aulen, Nördlingen, Giengen, vnd Borsingen, bey hohen Penen gebotten haut, sich mit einander zu verainen vnd zu verbinden, lut seiner Kayserlichen Mandat, und Gebutz-Brief, an Sy ußgangen: der datum steth zu Jnspruck an dem XXII. Tag des Monadts Januarii, nach Christi Geburt, vierzehen hundert vnd im acht vnd achtzigsten Jare: Das Sie nun, als die gehorsamen der Kayserl. Maj. in allerunderthönigkeit angenommen, vnd sich daruf in fruntlich Ainunge vnd Bündtnuß verpflicht vnd verbunden haben, lut der Ainungs-Brief zwischen Jnen darüber versigelt ußgericht; vnd wann aber Wir, als ein Kurfürste des heiligen Reichs sollichen Landfriden nit angenommen; Darumb vnd uff das sollicher Land-Fride dester baß gehalten vnd dest minder überfaren werde: So haben Wir Vns mit denselben Prelaten, Graven, Freyen, Rittern, Knechten vnd des Heiligen Reichs Stette des Bundts im Land zu Schwaben vnd Si mit vns vertragen vnd verainigt, alßo daß Wir vnsern Stiffte, Räte, Diener oder Zugewanten, die Zeit und Jarzale gantz uß deß gedachten Landfriden durch vnß noch die Vnsern der Wir ungeverlich nöthig seyn, wider, oder gegen den vermelten Prälaten, Grafen, Freyen Ritter, Knechten, vnd des Heiligen Reichs Städten, den Iren oder Zugewanten, oder die Jnen vnd den Iren zu versprechen steen, gemainlich oder sonderlich, kain Hilffe oder Bystand tun, schicken noch zu thuende gestatten, sonder sy fürdern sollen, vnd wollen, vnd geschäh es, daß in Zeit des Land-Fridens jemandts, wer der oder die wären, so die gemelten Prälaten, Graven, Fryen, Ritter, Knechte, des heiligen Reichs Stette, die Iren, oder Zugewandten, oder die Jnen und den Iren zu versprechen stand, gemainlich oder sonderlich, onerfolgt und onerlangt Rechtens täglich bekrügen würden: So sollen Wir, uff erfordern, Jnen zu sollichen täglichen Kriegen in Monats Frist in einen Iren Flecken vns gelegen schicken XXX. guter Raisiger zu Roß, oder so vil si minder begeren werden; daselbs fürter vnd von Jhr wegen uff vnsern Kosten vnd Iren Schaden, empfangen vnd gefürt sollen werden, am Ende, da sy not hetten, der zu gebrauchen, und Sy allwegen zum minsten sollich Anzale, als Sy von vnß begern, vor da ligen haben, und wie viel Wir Jnen schicken, nit weiter leihen noch bruchen, dann in Iren vnd der Iren Sachen vngeverlich.

Es sollen auch dieselben vnser Geschickten, der Jenen, vnder die man Sie bruchen wirdet, veind werden, vnd alsdann auch mit ihrem Hauptleuten, vnd mit andern den Iren, uff die Veinde zu reiten und die zu beschädigen gehorsam und gewärtig sein: auch nit von Jnen reyten ohne Vrlob Jrer Hauptleute; alles getrulich vnd ungevärlich. Vnd so Wir nun ehegemelter maßen Jnen zu täglichem Krieg geschickt hetten, ob dann Sy oder Jr Hauptleut, Stette, Schloß oder Flecken erobern oder gewinnen, dieselbige sollen Jnen allein zustehen. Was aber sonst in die gemein Büt gehört, dasselb soll darin, wie sich das gebürt, kommen. Die Gefangen, ob der zu baiden Tailen weren, sollen gegen einander ledig werden, vnd ob der überig vorhanden belieben, dieselben sollen Jnen auch allein zusteen.

Fürbaß wer es auch Sach, daß die dick gemelten Prälaten, Graven, Fryen, Ritter, Knechte vnd des Heiligen Reichs Stette, die Iren, Zugewanten, oder die Jnen vnd den Iren zu versprechen stehen, gemeinlich oder sonderlich, von yemandts, wer der oder die weren, mit Gewalt oder Macht, vnerfolgt vnd vnerlangt Rechtens, über-

überzogen: oder Ire Schloß, Stette oder Flecken belegert wurden; So ferr dann der oder dieſelben, oder auch die Ihnen deß Hilff oder Byſtand thun wolten oder wurden: oder auch ihre Schloß, Stette und Lande vns oder den vnſern icht geſeßen oder gelegen wären: So ſollen und wollen Wir uff ir Vordrunge, wider dieſelben, Hauptlüte, Helffer und Zuſtande, auch Ire Schloß, Statt vnd Land, mit Beſchedigung, vnd anderm nach Gelegenheit vnd Geſtalt der Sachen fürnemen vnd handlen, als ob es vnſer aigen Sach were: alles uff vnſern Koſten vnd Schaden, getrulich und vngeverlich.

Sie ſollen auch gegen Iren Vinden und Widerwertigen obgenant, kaynerley Friden, Biſtand, oder entlich Richtunge ingeen oder fürnemen, Wir vnd die Vnſern darinne verwant, ſyen danne auch darinne begriffen und verſorgt. Vnd ob ſich fügen würde, daß iemandts, wer der were, ſo in dieſem Verſtentnüß des Bundts zu Schwaben nit weren, die genanten Prelaten, Graven, Herrn, Ritter, Knechte vnd des heiligen Reichs Stette, die Iren, zugewant, vnd die Inen und den Iren zu verſprechen ſteen wurden, erſuchen vnd anlangen, vmb Sachen die ſich von dieſer Ainung wegen, dieweil die gewert, verloffen und begeben hetten: darinn ſollen vnd wollen Wir Inen vnd den Iren obgemelten, nach innhalt dieſer Ainunge, wiewohl die ußgangen wäre, dennoch deſtermin der nit beraten vnd beholffen ſeyn, zu gleicher Weiſe vnd in allweg, als ob diß Ainung noch werte. Alſo haben Wir für vns, vnſern Stifft Räte, Diener oder Zugewanten, oder die vns zugehören: vnd zu verſprechen ſteen, geiſtlich vnd weltlich, ſollich Puntnüß und Verainigung mit allen yeden Iren Stücken Puncten vnd Artickeln, von dato diß Briefs an, vnd darnach von der nagſtkünfftigen Mitfaſten anzuwahen, vnd von derſelben zu Sechs Jar die nechſten nach einander volgende, zu waren, die ſich enden uff den Sibenzehenden Tag des Monats Marcii, im ſechs vnd nunzigiſten Jaren, by vnſern Wirden, vnd Eren zu verſprechen, zu halten vnd vollführen alles getrulich vnd vngeverlich.

Vnd deß zu Vrkund haben Wir Vnſer Iryigel an dieſem Brieff thun hencken, der geben iſt, uff Sant Michels Tag des heiligen Ertz-Engels nach CHRISTI Geburth vierzehen hundert achtzig vnd Nun Jar.

LIV.

Vertrag zwiſchen Churfürſt Johannſen zu Trier, und Graff Gerharden zu Sayn des Tornes halber ufm Zoll zu Boppart de Anno 1501. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. Contin. I. **unter Chur Trier,** pag. 57.

LV.

Brieff, worinn von den andern Churfürſten, nach Abſterben Churfürſt Johannſen zu Trier, deſſen Succeſſor, **Churfürſt Jacob, in die Gelnhäuſiſche Churfürſten-Verein genommen worden,** de Anno 1503. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. **unter Chur-Fürſten und Ständen,** pag. 241. **befindlich.**

LVI.

Pabſts Leonis X. **Ablaß-Brieff vor alle diejenigen, welche die Dom-Kirche zu Trier fleißig beſuchen und den daſelbſt befindlichen Rock des Herren Chriſti, nebſt anderen** Reliquien, **demüthig verehren,** de Anno 1514.

LEo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus, Dei filius, ut genus humanum primi parentis prævaricatione, æterna morte damnatum, ſummo patri reconciliaret, de ſummis cœlorum ſedibus ad hujusmundi terrena deſcendere, & carnem noſtram ex virgineo utero ſumere, & tandem in ara crucis pro noſtrorum deponenda ſarcina peccatorum temporalem mortem ſponte ſubire dignatus eſt. Unde nos qui meritis, licet inſufficientibus, ejus vices, ſua pia diſpoſitione in terris gerimus, illius veſtigia

veſtigia inſequentes, oves gregis ſui noſtræ curæ commiſſas ad ſinceritatem, devotionem & pia charitatis opera exercenda ſpiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet & peccatorum remiſſionibus invitamus, ut per illa Dominicæ redemtionis fructum deſideratamque ab omnibus animarum ſalutem conſequi & ad perpetuæ felicitatis gaudia pervenire mereantur. Cum itaque, ſicut Venerabilis fratris noſtri Richardi, Archiepiſcopi Trevir. per nuntios ſuos, quod ad nos & Sedem Apoſtolicam pro præſtanda obedientia deſtinavit, relatione percepimus, quamvis eccleſia Trevirenſis ſub Beatiſſimo Petro, Apoſtolorum Principe, ante omnes Germaniæ & Galliæ Eccleſias, Doctoribus Euchario, Valerio, Materno, prima fidei rudimenta ſuſceperit, & Primatum, ob ejus venerandam antiquitatem ſuper omnes Transalpinas Eccleſias tenuerit, ſueritque ſucceſſu temporis, a D. Helena, Conſtantini M. matre, quæ ad id regiam ſuam domum, quam Treviris habebat, dedicavit, magnifice ſtructa & dotata, ac variis reliquiis, poſtquam ipſa B. Helena a Hieroſolymis Sacratiſſimis Cruce clavisque Dominicis inventis, reverſa fuerat, annuente & concedente Beatiſſimo Sylveſtro P.P. Tunica videlicet inconſutili Domini N. Jeſu Chriſti, & uno ex clavis, quibus, idem Dominus N. crucifixus fuit, ac capite S. Cornelii Papæ martyris, aliisque Sacratiſſimis reliquiis multipliciter decorata, & a dicto Conſtantino & aliis imperialibus largitionibus, adeo illuſtris effecta, ut recte Secunda Roma & Domina provinciarum, ac omnium Eccleſiarum Germaniæ & Galliæ prima dici meruerit, tamen ſucceſſu temporis proh dolor! cum pro Romanæ Eccleſiæ & Catholicæ fidei defenſione immota ſtetiſſet, diriſſimas Tyrannorum perſecutiones diutius perpeſſa, demum Attilæ Hunnorum, Græcorum, Vandalorum, Normannorum & aliorum fidei hoſtium incurſionibus protrita, adeo devaſtata & ſubverſa, ac auro, argento & pretioſiſſimis jocalibus ac clenodiis ſpoliata, & in eam paupertatem depreſſa extitit, ut in ſuis ſtructuris & ceremoniis ac divinis officiis pro ejus dignitate celebrandis, manuteneri & conſervari nequeat; nos cupientes, ut dicta Eccleſia Trev. congruis frequentetur honoribus, & prout ejus dignitas ac Tunicæ inconſutilis, & clavi dominici veneranda devotio, ac B. Petri Apoſtolorum Principis & S. Cornelii Epiſcopi & martyris, quorum & aliorum plurimorum S. S. reliquiæ ibi reconditæ eſſe noſcuntur, merita requirunt, decentibus & magnificis ſtructuris ac miniſtrorum copia & ceremoniarum varietate, ceterisq; ad divinum cultum pertinentibus ornetur, muniatur & decoretur, ac Chriſti fideles præfati, quorum dicta Eccleſia Trevir. ſuffragiis tanto tempore indiget, eo libentius devotionis cauſa ad eam confluant, & ad præmiſſa manus promtius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de ejusdem omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus autoritate confiſi, omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, ſeu vere pœnitendi & confitendi propoſitum habentibus, qui dictam Eccleſiam Trev & reliquias inibi recondiras ſingulis ſeptenniis, quando paſſadium Aquisgrani, Leodicenſis diœceſis, quod ſeptimo quoque anno, die ſeptima menſis Julii incipere, & per quatuordecim dies continuos immediate ſequentes durare conſuevit, celebratur a die ſeptima ejusdem menſis Julii, & per quatuordecim dies immediate ſequentes ſemel inviſitaverint, & ad præmiſſa manus porrexerint adjutrices, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem elargimur. Qui vero in aliqua ex nativitatis & reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ac Pentecoſtes & Aſſumtionis Beatæ Mariæ Virginis feſtivitatibus, ac die dedicationis ejusdem Eccleſiæ Trevir. & quarta, quinta & ſexta feriis majoris Hebdomadæ cujuslibet anni, centum annos & totidem quadragenas, ac qui quovis die Eccleſiam prædictam viſitaverint, & ſimiles manus porrexerint, nec non qui decantationi Miſſæ confraternitatis fidelium, ſub vocabulo prædictarum reliquiarum inſtitutæ in eadem Eccleſia Trev. die quolibet ac anniverſariis & commemorationibus confratrum dictæ confraternitatis defunctorum, ſingulis quatuor cujusque anni temporibus celebrari ſolitis interfuerint, & ſimiliter manus pro præmiſſis porrexerint adjutrices, unum annum & unam quadragenam, de injunctis eis pœnitentiis in Domino relaxamus. Et quo Chriſti fideles ad Eccleſiam Trevirenſem pro indulgentia hujusmodi conſequenda, pro tempore accedentes ad illam aptiores reddantur, quod idem Richardus & pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Trevirenſis ad dilecti filii capitulum dictæ Eccleſiæ Trevirenſis tot in eadem Eccleſia Presbyteros ſeculares, vel quorumvis etiam Mendicantium Ordinum regulares, quot ſibi opportuni videbuntur, & qui eosdem Chriſti fideles in ipſis ſeptenniis pro indulgentia hujusmodi conſequenda ad dictam Eccleſiam Trevirenſem accedentes confeſſionibus eorum diligenter auditis

ditis ab omnibus & singulis excommunicationis suspensionis & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet pro tempore innodati extiterint, nec non ab omnibus & singulis peccatis, excessibus & criminibus, quantumcunque gravibus & enormibus, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reservatis; præterquam offensæ Ecclesiasticæ libertatis, criminum, hæresis & rebellionis, aut conspirationis in personam, seu statum Romani Pontificis vel sedem eandem, falsitatis literarum, supplicationum & commissionum Apostolicarum, invasionis, deprædationis, occupationis, aut devastationis terrarum & maris dictæ Rom. Ecclesiæ mediate vel immediate subjectarum, offensæ personalis in Episcopum, vel prælatum, prohibitionis, devolutionis causarum ad Romanam Curiam, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: absolvere & pro commissis pœnitentiam salutarem injungere, nec non vota quæcunque in opus & utilitatem Ecclesiæ Trevirensis & ejus fabricæ ad reliquiarum prædictarum decorem duntaxat convertenda commutare possint, deputare libere & licite valeant.

Quodque oblationes, obventiones & eleemosynæ ac alia quæcunque per dictos fideles, in dictis septenniis & alias, causa indulgentias hujusmodi consequendi, eidem Ecclesiæ Trevirenti pro tempore erogata, in fabricam & ornatum Ecclesiæ Trev. & reliquiarum prædictarum, & non alios usus, converti debeant, autoritate Apostolica, tenore præsentium, statuimus & ordinamus, decernentes easdem præsentes literas, sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, aut limitationibus quarumcunque indulgentiarum, etiam plenariarum, quæ a nobis & sede prædicta etiam in subsidium fabricæ ac Basilicæ ejusdem Principis Apostolorum, de urbe, seu civitate etiam cum quibusvis derogatoriis aliisque fortioribus & efficacioribus clausulis emanarunt hactenus, & pro tempore emanaverint, nullarenus comprehendi, vel includi; sed ab illis semper exceptas esse, & quotiens sub eis comprehendi, seu includi viderentur, totiens in pristinum & eum, in quo ante eam fuerint, statum restitutas, repositas & plenarie redintegrandas esse & censeri debere, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque præsentibus, perpetuis futuris temporibus, valituris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDXIV. VII. Calend. Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

LVII.

Vergleich zwischen Chur-Trier und Chur-Pfaltz, und denen Gebrüdern von Sickingen die Häuser Ebernburg, Landstuhl und Homburg betreffend, de An. 1542.

siehe in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. unter Chur-Trier, p. 433.

LIIX.

Churfürstens Johannis V. zu Trier Mandatum Convocationis zu einem Synodo, de An. 1548.

JOannes Dei gratia sanctæ Trevirensis ecclesiæ Archi-Episcopus, sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatense Archi-Cancellarius ac princeps Elector, universis & singulis cathedralis nostræ, & collegiatarum parochialiumque Ecclesiarum, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, tum ruralibus divinorum Rectoribus, curatis ac non curatis, aliisque ecclesiasticis personis, civitatis & diœcesis nostræ Trevirensis quibuscunque conjunctim, aut singulatim, qui nostro Synodo episcopali, de jure aut consuetudine interesse consueverunt & tenentur, Salutem in domino sempiternam.

Neminem vestrum latere volumus, quod clementissimus & invictissimus Princeps & Dominus noster, Carolus quintus, Romanorum Imperator semper Augustus, publicæ pacis & tranquillitatis vindex, comitiis hisce superioribus Augustæ celebratis, omnem animi consiliique rationem in id contulerit, ut, pro admirabili sua prudentia, simul & suscepto cælitus ecclesiam tuendi catholicam officio, rebus jam in extremum periculum adductis, ac religioni prope universæ improborum licentia obliteratæ, opem ferret, eamque quoquo modo posset, divina adspirante gratia, in tutum tranquillitatis portum, de mediis procellarum turbinumque fluctibus reduceret. Itaque hac tam justa ac necessaria ratione commotus, nimirum quo celerioribus consiliis rebus lapsis succurreret, idoneaque magis via subvenire posset, tantamque ac tam pestilentem hæreticarum contentionum inundationem reprimeret, revocata redditaque inclytæ Germanicæ nationi pristina avitaque luce & pace, a catholicis

cis Imperii membris, præter alia de religionis forma, a sua majestate diserte declarata, clementer monendo postulavit, ne quid ab observatis, hactenus in universali Dei Ecclesia ritibus, sanctisque observationibus quisquam digrederetur: imo, ut cum nosipsos inprimis inculpatos, circa religionis normam exhiberemus, tum etiam nostræ fidei commissos, in divina disciplina ita moderaremur, ut omni diligentia cautum accurateque provisum videretur, ne aliunde insolens quid, aut alienum a vetustis ecclesiæ catholicæ ritibus irrepere, aut intromitti pateremur, sed immobiles potius, tanquam ad scopulum tabula aliqua naufragio ejecti, ita ad relictam a majoribus religionem, usque ad generalis concilii definitionem, adhæreremus. Quod quidem fieri posse illius Majestas existimavit, si ecclesiarum mores, vitæque ratio ad meliorem, sanctioremque formam revocarentur. Huic igitur tam pie monenti, perinde atque divino oraculo omnes catholici, Imperiique Principes, ac status, ut par erat, lubenter paruerunt, & pro se quisque simul atque ad suos rediisset, curaturum recepit. Et ne foret cuiquam necessarium, qualisnam esset reformandi processus, modusque assumendus, longum cogitando tempus impendere, Sacra illius Majestas sibi haudquaquam grave duxit formam nobis proponere, ad amussim consentaneam scripturis, & cœlitus inspiratis canonibus, quam de sacrorum Voluminum penu, piorum literatissimorumque hominum industria, deprompserat; qua quidem admoniti singuli, quid apud suos facto opus esset, ad restaurandam ecclesiæ integritatem, non difficulter neque obscure perspicerent. Hanc igitur nos protinus, ut a Comitiis vobis redditi sumus, convocato clero nostro superioris nostræ diœcesis Trevirensis, in cathedrali ecclesia: inferioris vero, in confluentina arce, reformationis formulam, juxta Cæsaris mandatum publicari & prælegi omnibus vobis curavimus, ac tunc de integro etiam a vobis exigimus, monentes & obsecrantes, aut etiam virtute sanctæ obedientiæ & auctoritate nostra præcipientes, ne quisquam vestrum a declarata Cæsareæ Majestatis formula, institutionibusque ecclesiasticæ & à majoribus nostris conservatæ disciplinæ vel in cathedrali, aut secundariis parochialibusque ecclesiis, monasteriis, sacellis, oratoriis, aut ullis locis religioni dicatis, discedat, aut alienum aliquid insolitumve agat, vel obstrepere præsumat, sed ea omnia qualia sunt, summo studio & animo complectatur, observet, & constanter re ipsa & opere prosequatur.

Deinde quoque eadem auctoritate requirimus, ut ad Synodum nostram episcopalem, in qua executionis edictum concludetur, die constituto, in ecclesia nostra metropolitana, ceteris postpositis rebus omnibus, propensis animis conveniatis, quo possimus in commune consulere ac dispicere ea omnia, quæ extirpandis erroribus erunt necessaria, & ad rectam divinorum officiorum administrationem conducibilia. Inquisituri præterea, quod etiam communis salus maximopere postulat, quid ad morum ornamenta, splendoremque conferat, quid vitam emendet, ac nos denique extra malevolorum reprehensionem ponat. Quas quidem commoditates ac officiorum certissima adjumenta suppeditabit, cum recte cupidus in Synodum allatus animus, tum ipsa norma & observatio veterum canonum divinorumque scriptorum, quæ sacro Spiritus afflatu, quasi indice viam ostendent. Ac ne quis dicat sibi de hujus nostræ Synodi, deque reformationis intimatione certi nihil constitisse, talique prætextu effugere se speret: ideo in omnem ecclesiæ nostræ regionem & agrum tot reformationis exempla spargi curavimus, ut omnibus vobis a maximo ad minimum sufficere credamus. Quamobrem ad unum omnes ratione officii nostri appellamus, & paterna caritate adhortamur, obsecramus & monemus, ut cum hanc religionis disciplinam divinitus Cæsari inspiratam nacti sitis, operam detis, nervosque omnes huc intendatis, ut illi per vos respondeatur, ejusque, tanquam fideles ministri in omnibus & singulis articulis curam summam habuisse videamini. Neque impunitum erit ea, quæ hic jubentur, non præstare, aut ad illius præscriptum non explodere in totum quidquid jam diu sævientibus dissensionum tempestatibus a catholica ecclesia alienum, sanctoque gregi noxium, atque huic reformationi contrarium fuerit invectum. Si vero quisquam obtemperare noluerit, aut obstiterit, quo minus hæc reformatio in opus producatur, ejus in futura Synodo indicia faciatis; ut aut nostra in talem auctoritas, juxta canonum censuram, animadvertat, aut ad Cæsaream Majestatem, uti injunctum est omnibus, de hujusmodi pertinacia relatio fiat.

Quamobrem unumquemque magno ac securo animo ad promulgandam reformationis doctrinam procedere jubemus, quia certus modo luculentæ veritatis scopus a Cæsare erectus est. Ad cujus conspectum, nulla vi aut potestate territi, una cum illis, quorum curam geritis, conniti debetis. Et hoc modo ad constitutum diem in Synodo idonei compareatis: in qua sane nos una cum vobis, juxta promulgationem harum literarum ad reforma-

tionis executionem erimus intenti, digna videlicet exceſſibus iſtis, qui contra reformationem commiſſi ſunt, & contumacibus remedia adhibituri. Porro in fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras literas ſigillo noſtro ſubimpreſſo fecimus communiri. Datum ex opido noſtro Vvittich, die trigeſima Octobris, An. 1548.

LIX.

Ejusdem Statuta Synodalia, de Anno 1548.

JOannes, Dei gratia Archi-Epiſcopus Trevirenſis, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius ac Princeps Elector, univerſis & ſingulis quorumcunque monaſteriorum, cathedralis noſtræ, & collegiatarum parochaliumque eccleſiarum, Abbatis, prioribus, præpoſitis, decanis, etiam ruralibus divinorum Rectoribus, curatis ac non curatis, aliisque eccleſiaſticis perſonis, civitatis & diœceſis noſtræ Trevirenſis, Salutem in domino.

Cum olim Chriſtum in carne ambulantem, & verbum Dei ſeminantem ſe veritatem appellaſſe non ignoremus, certo perſuadendum nobis omnibus erit: per ipſiſſimam illam veritatem nos falli minime poſſe, cum ejus præſentia nos quotquot in hoc cœtu ſacro ad evangelizandum bona & exterminandum mala compererit, Spiritus ſui chriſmate illuminatura ſit. Ait namque: Ubi duo vel tres in nomine meo congregati ſunt, in medio eorum ſum. Huic ideo veritati, tanquam ſacræ ancoræ innixi, non modo ſeculo noſtro, licet turbulentiſſimo, ſed & poſteritati conſulere volentes, quædam pudenda atque fœda, neque ullo modo ferenda in clero flagitia, ut eſt concubinatus, ſcortatio, & ſimilia: de quibus ordine inquiretur, Synodico hoc decreto inſectari, caſtigare, denique exſcindere, ſecundum invectas olim canonicas ſanctiones, ſevere ſtatuimus, mandamus, atque per præſentes decernimus. Deinde refractarios atque pertinaces, præſentes ſeu futuros, canonum cenſuris & reformationis pœna, Synodi auctoritate freti, juxta delictorum genera, magnitudinem atque fœditatem, coërcendos atque puniendos demandamus. Ita enim legum & canonum ſeveritate veriti, admiſſorum pœnitentia peracta, Deum timere & amare, & ab iniquitate ſeſe avertentes, honeſta vivendi exempla eſſe conſueſcent. Ceterum quando ingluvies, vinique intemperantia, non paucos obnoxios habet atque delectat, quo vitio cum omnes, tum clericali ordine initiari, Deum graviter offendunt, ideo nobis & ſanctæ Synodo viſum eſt, huic turpitudini ante omnia, utpote multorum malorum fonti, medelam adhibere.

I. De clericorum tumulentia

Porro ebrietas, ut palam eſt, inſignium flagitiorum incitatrix ac ſcaturigo, quæ in comeſſationibus & conventiculis dominatur, eccleſiaſticum gradum ſumma cum turpitudine paſſim infamavit. Quod perpendens reverendiſſimus dominus noſter, quam tetrum & abominabile ſit, cum in profanis, tum in Sacerdotibus vitium, quamque periculoſum, rixis nimirum, cædibus atque vulneribus ſcatens, quod confeſſionum arcana ſæpe effutit, judicium mentemque pervertit, in quascunque denique libidines, pecudis inſtar ratione privatum impellit atque exagitat: ideo huic fœditati deditos eccleſiarum miniſtros, reverendiſſima illius paternitas, una cum præſenti Synodo, ab officiis, curis, & eccleſiæ muneribus removendos decernit. Quid enim inhoneſtius, quam vino aſſidue madidos ejusmodi helluones animarum curæ præeſſe, de quibus Propheta dicit: Væ Sacerdoti & Prophetæ præ ebrietate erranti, & nunquam judicium aſpicienti. Formidabilem namque in eos ſtatuit pœnam evangelica tuba, niſi, Joele propheta monente, fleverint atque ululaverint ex inopinato dividendi ſobriis, ut cum hypocritis exitii æternæque damnationis partem ſortiantur. Quare ad ſobrietatem, cum omnes tum præcipue eccleſiæ ſervos, qui luminaria mundi & Sal terræ ſunt, una cum Paulo reverendiſſima illius paternitas inhortatur, utq; tumulentiam, in qua luxus eſt, divitent, obnixe precatur. Ceterum, qui turpiter illi vitio indulgent immorigeri, ab officiis & beneficiis, ut dictum eſt, eccleſiaſtica cenſura & Synodi auctoritate primum ſuſpendit; deinde ſi etiam impudenter deteſtandæ conſuetudini, & pariter ac viſu fœdiſſimæ, ulterius inhæſerint, omnibus honorum gradibus exutos, ad quadrupedum ſortem, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit, majoribus ſuppliciis affectos, ſtatuit abjiciendos.

II. De eorundem Concubinatu.

Huic vero alia ſuccedit, & pene gravior offenſionis macula, illicitus Sacerdotum & diaconorum concubinatus: qui quantum jam inde ab initio apud omnes fidei catholicæ cultores, conſecratis hominibus peperit invidiæ atque conſciverit odii, vix dici poteſt. Audemus tamen ingenue fateri, nullam aliam labem ebrietate & concubinatu vulgi oculos acerbius offendiſſe, majoremque cauſam dediſſe ſæviendi ac murmurandi contra eccleſiæ ſtatus. At etiam illud negari non poteſt, quod præter evidentia S. literarum teſtimonia, præter canonum ubique caſtimoniam initiatis inculcantium decreta, etiam ipſa ratio quodam modo loquitur, eccleſiaſticum hominem, qui divinis legibus ſeſe & animarum Saluti obſtrinxit, caſtitatem ſectari oportere: Quomodo enim alias, juxta Pauli admonitionem, præſtare poſſemus, ut adhæreamus domino absque ulla diſtractione? Cum enim corpus noſtrum templum ſit habitantis in nobis Spiritus ſancti, quem habemus a Deo, & noſtri negamur eſſe juris, qua ratione fieri poteſt, ut ſine Dei injuria in alterius redigamur poteſtatem? Siquidem etiam maritus proprii corporis jus non habet, ſed Uxor. Quid igitur juris nunc Spiritum ſanctum in eccleſiæ ſervis habere dicemus, qui corpus ſuum, ſcorti per illecebroſum concubitum fecerint membrum? Hæc nimirum ſolicite penſiculantes, viſum fuit nobis ac toti Synodo, non obſtante priori contra concubinarios mandato a nobis emiſſo, de integro admonere, ac illos per Chriſtum rogare, ut qui hactenus caſtitatis vota non violaverunt, ſtudeant ad ultimum usque terminum vitæ, incomparabile bonum ne amittant: memores, quod agnum immaculatum quocumque ierit, comitabuntur.

Cæterum quicunque carnis imperio, quo nihil poteſt hujusmodi accidere indignius, vinci ſe paſſi ſunt, conſpurcatisque per exoſam Deo impudicitiam membris, in contumeliam ſacrorum myſteriorum abuti non verentur, illius nimirum abactis ejusmodi incontinentiæ latrinis, pie conſulimus (quoniam Deus benignus & miſericors eſt) ut ſecundum hujus ſanctiſſimæ Synodi decretum, ſe ad integritatem totos convertant, pœniteant, culpam deprecentur, erroris ſui veniam apud Deum & homines conſecuturi.

III. Deploratorum pœna.

Quando tamen hæc peſtis, ut veriſimile eſt, quosdam adeo pervaſit, ac ita in totum labefecit, ut perquam, exigua ſpes ſit a fornicationis maculis, vel diuturnitate temporis, vel reverendiſſimi gratia, tanquam mitiori medicina elui poſſe: in illos igitur primum divinæ vindictæ metu, deinde Synodi hujus cenſura, ejus paternitas decernit, ut ſimul atque hujusmodi in libidinis cœno volutari deprehendentur, illico mandati contra concubinarios editi vigore, omnibus eccleſiæ bonis ſpolientur: ſcorta vero, aut de impura conſuetudine, illorum nomine, ſuſpectæ, longiſſime ab irretitorum miſereque captorum ædibus, Synodi virtute firmaque reverendiſſimi auctoritate, pellantur.

IV. De concubinis ad parentes redire volentibus.

Si qua vero adjectarum, ſi res ita fert, in eadem parochia, in qua Miniſtro altaris agglutinata fuit, hereditariam domum habeat, ea ne ob decreti vigorem privata animum deſpondeat, & ad deſperationem adigatur, reverendiſſimus noſter una cum Synodi auctoritate permittit, ut ad ſuos parentes commigret, & de priore converſatione pœniteat, omnemque anteactæ vitæ infamiam conſtanti pudicitia in poſterum, ſervata, abſtergat.

V. De relabentibus.

Porro ſi qui, aut ea qua dictum eſt cauſa remanentes, aut extra parochiam relegatas, concubinarii evidentibus indiciis & fide dignis teſtimoniis clam ſeu palam reviſiſſe, adiiſſeq; convicti fuerint, illos communi noſtra & Synodi ſententia, ipſo facto, ab officiis & beneficiis ceciditſſe, & iisdem privatos eſſe decernimus. Prævaricatrices vero, ut canes ad vomitum reverſas, dignis cenſuris extra hereditarias ædes exterminandas edicimus.

VI. De ſortilegis Sacerdotibus & laicis.

Qui vero auguria & ſortes tractant, ſive ſacri, ſive profani, aut divinationibus & incantamentis vacant, quibus ſane ſtudiis Dei cultus deſeritur, & ad dæmonum fallaciumq; Spirituum præſtigias confugitur, illos, quotquot officiales attenta inveſtigatione deprehenderit, canonico anathemate, niſi a damnatis divinitus erroribus ad legitimum Dei cultum illico admoniti animum atque mentem revocaverint, non modo non ferendos reverendiſſimus una & Synodi Senatus declarat, ſed per officiales in vincula quoque conjiciendos decernit, quousque dæmonum, magiſtrorum videlicet ſuorum, ſuſurris ac illuſionibus liberentur.

VII. De apoſtatis.

Verum ut nullum facinus turpe, ſine cacodæmonum inſtinctu admittitur, ita etiam religioſa profeſſio illius inſpiratione, in omnibus pene provinciis, a quibusdam votorum ſanctorum oblatis, nulla de cauſa eſt violata. Iſti quidem pro nihilo duxerunt, poſtquam ad dominicum aratrum manum appoſuiſſent, non reſpicere tantum, ſed & turpiter damnare, inſectari, & quibus poſſent convitiis proſcindere omneum quam profeſſi ſunt aliquamdiu anteactæ vitæ rationem. Cum igitur tales, qui ſpretis votis, projectis cucullis, ac religioſa in totum deſerta vita, ad ſeculum ſeſe retulerunt, pasſim etiam in Trevirenſi diœceſi vagari, ac libidinum nexibus ad eccleſiæ offendiculum involuti reperiantur, reverendiſſimus dominus cum congregatis patribus, nefas eſſe putavit, niſi præſentis Synodi decreto, utriusque ſexus, apoſtatæ, ad propria monaſteria, habita ſingulorum juſta ratione, aggregentur.

VIII. Contra Apoſtatarum patronos.

Verum enim vero nonnullam quibusdam ex illis præbuit fortaſſe ad deſertionem occaſionem refugii quorundam patrocinium, quo quaſi tecti,

ſiaſticam ſe cenſuram evitare poſſe confiderent. Ideo reverendiſſima gratia ſua, hujus Synodi ſuffragiis adjuta, ſub cenſuris huic negotio idoneis,ac ſuo tempore ſpecificandis, omnibus Trevirenſi diœceſi ſubjectis, cujuscunque ſtatus & præeminentiæ extiterint, mandat ac præcipit,ne poſthac tales apoſtatas recipere,fovere, tueri,aut animarum curis præficere, ullamve in eccleſia provinciam illis committere præſumant. Quin etiam potius, ne ſe alienis prævaricantium ſordibus coinquinent, illos admonitos eſſe, de paterno affectu deſiderat, ut hactenus contra eccleſiæ decreta defenſos, ita pro viribus ad profeſſionum repetitionem, reditumque adhortentur: ad quem reverendiſſima ejus gratia propenſis,& auxilium,& opem, & reſtitutionem benignam,prævia pœnitentia,miſericorditer promittit.

IX. De iis, qui contra votum ſolenne præſtitum,connubio ſeſe alligarunt.

Poſtremo, quia pontificum & occidentalis eccleſiæ ordinatione jam olim divinitus conſtitutum eſt, ut rite conſecrati utriusque ſexus homines, quo corpore & animo jugiter Deo inſervirent,non tantum in ſuis conventiculis caſtimoniam colerent, ſed etiam ſi forte de ſuſcepta ſolenniter profeſſione, aut errore ſeducti, vel in temperantia incitati defeciſſent, neutiquam contrahendi matrimonii jus haberent: atque adeo communi id apud omnes conſuetudine receptum ſuit, & canonicis & civilibus legibus,de vano & inceſtuoſo talium conjugio ſatis ſuperque eſt proditum. Nam proli quoque, ſi quam ſuſtulerunt tales, legibus ſucceſſione eſſe interdictum teneris. Ad tollendum igitur ejusmodi veritum matrimonium, ſuo ac patrum decreto, reverendiſſimus dominus noſter decernit, ac ſtricte mandat, ut quocunque loco in diœceſi ſua, aut ſub quacunque eccleſiaſtica & profana ditione Monachi, Moniales, aut aliis ſacris ordinibus initiati, nuptiali fœdere copulati deliteſcant, ab officialibus prehenſi ſuis impenſis, ſibi, velut ordinario præſententur,ut ex his, pro delicti qualitate, alii caſtigati, alii monaſticis diſciplinis emendati, exemplo ſint poſteritati, ut ab enormi ſcelere caveant, Porro reſipiſcentes, & ad eccleſiam matrem redire ultro volentes, quatenus ad reipublicæ Chriſtianæ utilitatem ſpectare cognoverit, placabili & propenſo animo,ut oves perditas & filios prodigos, reverendiſſima illius gratia recipiendos pollicetur.

X. Ordinum explorationes.

Fuerunt autem examinationum capita, quæ vere evangelicos fructus producunt. Quæſitum enim eſt,num eſſent faſtu turgidi quidam? Num ſuperbi efflati? aut libidinum illecebris ineſcati,(qua ſcabie monaſtici plerique ad bonorum Virorum nauſeam usque ſunt infecti) qui diaboli imperio magis quam Chriſto parerent? Deinde,an temperantiam, humilitatem, patientiam, cæteraque virtutum monaſteriorum arma, contra vitiorum impetum, ut milites Chriſti decet, parata haberent? & an,ut alii idem conarentur, ſedulo prædicarent? Et ſi quid forte turbulentum,odioſumve inter confratres ſubortum, num etiam, ut ſopiretur, tanquam pacis boni amatores, collaboraſſent? Ad hæc, an, quippe Monaſtici Viri, præcipuam navarent operam, ne cultu tantum foris, atque compoſitio ad pietatem corpore, id quod major pars ſatis eſſe ad pietatem indicat, ſed intus in pectore virtutum theſaurum,& religionis veram imaginem circumferrent? Deinde, an horis decantandis,orationibus fundendis, atque jejuniis ſtato tempore ſtrenue vacarent? Num hoſpitales eſſent? Num peregrinorum, pauperum & pupillorum curam ſubirent, propriis, honeſtisque ad hoc comparatis ædificiis, tum competenti ſupellectile adjecta? Quod inter extrema quidem monaſticæ vitæ opera minime ponitur: quoniam in hoc tot tamque ampli reditus ſunt piorum hominum liberaliter congeſti. An poſtremo ea omnia, quæ ſanctimoniam commendarent, graviter ſinguli ſuis ſungendo probe,tanquam coram Deo,officiis perſequerentur? Nam ea eſt Dei voluntas.

Ad hunc autem modum, monaſtici ordinis patres compellati ſunt, quo quid religionis diſciplina,verusque Dei cultus exigeret,in memoriam prolixius revocare,& manum juxta Synodi præſentis decretum, operi adhibere poſſent.

Tandem,ne quid præteriretur,quod ad celebris Synodi abſolutam rationem pertineret, gratia reverendiſſimi, metropolitanæ Trevirenſis eccleſiæ,ceterorumque collegiorum, cum ſuperioris, tum inferioris diœceſis, egregios Nobilesq; præpoſitos,decanos,archidiaconos, aliosque prælatos, quorum omnium cura & exemplis publica ſalus continetur, benigniter atque gratioſe rogavit, ut & ipſi qui lucernæ eſſent in domo Dei,ita ſeſe compararent,ut virtutum veros & æternos radios ſubditorum oculis inferre poſſent: nam dubium,nulli eſſe, ſi quorum id maxime intereſſet, tum ob generis ſplendorem,tum propter eccleſiaſticæ dignitatis eminentiam,ſeſe tales præſtarent,quales haberi & eſſe cuperent, fore, ut inferiores hominum ordines,bonorum exemplis commoniti, ad virtutis pietatisque ſtudium ardentioribus animis raperentur. Quare ante omnia bonis operibus, beneficentia, ſobrietate,modeſtia in ſermone, converſatione atque mutua caritate, divites atque locu-

locupletes fieri ſtudeant, bonaque ſtudia promoveant. Eæ nimirum divitiæ immortalitatis gloriam merentur,quando cæteræ quidem res, omnes occupationes atque ſtudia, nihil quidquam ſolidæ beatitudinis merentur. Sed hæc reverendiſſima illius gratia ad morum qualemcunque inſtitutionem ſatis eſſe putavit. Quod vero ad graviora incommoda evellenda maximopere requiritur,illud ordine quo ſequitur propoſitum fuit.

Imprimis reverendiſſimus Dominus noſter a ſingulis certiorem ſe fieri poſtulavit de hæreticis uſpiam in tota ſua diœceſi palam, aut abſtruſe vertantibus, vel in monaſteriis ſive collegiis, aut agrorum vicis deliteſcentibus. Deinde audire quoque a ſingulis indicio facto poſtulat, ſi usquam inveniantur, qui catholicam religionem, ejusque Sacros ritus oppugnant. Tum eadem obediendi religione, paternitati ſuæ paſtores inſigniter illiteratos nominatim pateſaciant, & illos, qui eccleſiæ doctrinam adulterant, aut Sacramenta perperam adminiſtrant,aut vitam pecuinam bonis odioſam ducant, manifeſtent: Suppreſſis minime prælatorum cujuscunque ordinis nominibus, qui aliqua hujusmodi nota ſuerint conſperſi.

In ſumma,quia eccleſiam Dei gravem maculam rugamque habere non oportet,quam Epiſcopi vigilantia tollere poſſet: ideo uſurarios,Simoniacos, aleatores, percuſſores, vinolentos,injuriatores ac contumelioſos,calumniatores, ad hæc eccleſiis cenſus denegantes, aut ædituum pernicioſum agentes, calamitatem egentium floccipendentes, quive peregrinos de monaſteriorum Xonodochiorumque limine arcent,aut quoquo modo eccleſiaſticam libertatem corrodunt, & opprimunt, nec non alia, cujuscunque ſint claſſis,dedecora admittunt, eos omnes reverendiſſimus ſibi indicari nominarique petit, quo cujusque defectui idoneo auxilio poſthac mederi poſſit.

Archipresbyteri vero, qui & Decani rurales appellantur,cum ad Synodi congreſſum admiſſi ſint,etiam cum paſtorum, & ſui ipſorum officii rationem reddere reverendiſſimo domino noſtro jubentur: quantoquidem ad eos pertinet, publicata ſubditorum delicta corrigere, animarum curæ conſulere, omnes pura verbi Dei doctrina paſcere, miſeros atque calamitoſos conſolando ſuſtentare, eccleſiæ in omnibus bene præeſſe,denique ipſos ſana vivendi exempla verbo & opere exhibere: quod qui faciunt, eos duplici honore dignos Apoſtolus judicat. Nam turpiſſimum Ethnicus eſſe cenſet, committere, quod doces alios non eſſe committendum. De iis igitur,tum etiam de aliis Sacerdote dignis curis, reſpondere ſuæ reverendiſſimæ gratiæ debent, quo cognoſcat illorum in adminiſtrandis officiis integritatem. Eo ſane nomine bonis ac lubenter parituris gratiam & laudem referri: malos vero & reprobos, cujuscunque conditionis fuerint,ignominia & pœna poſthac eccleſiaſticæ cenſuræ vigore affici imperabit.

Porro autem univerſis ordinibus, eo quo propoſitum eſt modo adrogata reſponſuris reverendus dominus Trevirenſis ipſe præſidit, ac coram duobus notariis reſponſa accipientibus, omnium & ſingulorum quæſtiones, accuſationes, examinationes & dubia, magna diligentia & labore multo auſcultavit atque inquiſivit, nihilque prætereundum putavit, quod ad Subditorum obedientiam,communem vitæ emendationem, & Dei honorem, & eccleſiarum uſus ſpectare cenſeret. Itaque triduo moleſtiſſima omnino inquiſitione jam abſumpto, atque patribus cæterisque ſtatibus, qui ex ordine fuerant,exploratis, cum omnes & ſinguli omnia ſancta,pia,honeſta ac laudabilia promitterent, atque ad communem patriæ tranquillitatem, quæ Dei & ejus filii Jeſu Chriſti puro cultu, & vivendi integritate facile paratur, concordibus votis conſpiraſſent,ſeque una jam voce Cæſareæ majeſtatis reformationi ſubmiſiſſent: tandem ad reverendiſſimum dominum tanquam ad unicum publicæ felicitatis patronum, omnes ora vultusque verterunt. Precabantur autem ut opem ferret,damna temporum perturbationibus incuſſa,& eccleſiaſtica privilegia, partim per vim potentiorum miſere vexata, partim defenſionis inopia etiam erepta,reſarciat, atque in integrum ſua amplitudine reſtituat. Etenim proditum eſſe ſacris literis,neque id reverendiſſimam gratiam ejus ignorare,neminem ſuis militare facultatibus,& præceptum eſſe,ut qui ſervirent altari,etiam de altari viverent: quod quidem perangustum factum foret,ſi eccleſiæ libertas, ſi proventuum integritas conſervetur incolumis. Poſtremo & illud patres orabant, ut illius reverendiſſima prudentia præcipuam curam expenderet,ut officiarios paſſim præficeret orthodoxæ fidei tenaces: nam illis vitiatis,apoſtatarum perniciosa dogmata, illorum diſſimulatione gliſcere. Poſtquam hæc patres & pie & ſincero animo locuti eſſent,reverendiſſima ejus gratia,prout debuit, omnium in religionem affectus unice comprobavit. Deinde petitiones, quantum per ætatem licet,ac divina gratia aſpirarat,ſibi in primis & ſemper curæ futuras promiſit: neque dubitarent, quin reipublicæ ſuæ felicitati,cujus ſalutem divinitus commendatam ſibi eſſe ſciret, ita proſpiceret, ut omnia illi adverſantia impedimenta, incommoda atque offendicula,

ſendicula, prout Notariorum ſumma cura & fide, accedente omnium conceſſione, excepta eſſent, ſeverioribus executionum telis, a reverendiſſima ſua gratia confoſſa, exciſa, penitusque ſublata aliquando cognoſcerent.

LX.

Ejusdem Statuta Synodalia, de Anno 1549.

JOhannes, Dei gratia ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Galliam Regnumque Arelatenſe Archicancellarius, & Princeps elector, ad perpetuam rei memoriam.

Rem omnino non novam aggredimur, neque per viam inſolitam ambulamus: verum orthodoxorum patrum & prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis tritam ingredimur; ſincero corde ſemper affectantes, ut univerſum clerum & gregem, nobis commiſſum usque quaque luſtremus & contemplemur, atque ſalubris ſtudii vigilantia in hoc ſedulo incumbamus, ut eam more boni paſtoris (quantum nobis ex alto conceditur) pura & ſana evangelicæ veritatis doctrina paſcamus & reficiamus, ut cum univerſalis & tremendi judicii tempus ingruerit, & paſtor ille paſtorum glorioſus in Majeſtate ſua apparuerit, ad cujus laudem hanc noſtram functionem obire cupimus, de muneris impoſiti adminiſtratione cum lucro & ex voto reſpondere valeamus. Hac igitur occaſione provocatos nos, & diligens cura & paterna ſolicitudo exſtimulat, ut circa noſtrorum ſubditorum ſtatum & vitam probe inſtituendam indefeſſo ſtudio ac labore advigilemus: utque ex hac animi noſtri promptitudine, ipſis piarum rerum cultus indies magis ac magis creſcat pariter & placeat, ipſorum onera & gravamina, pro hujus temporis iniquitate, inter manus in morem hydræ enaſcentia, imminuantur, ceſſent, finiantur, tollantur, atque tranquillitatis & pacis optatus portus, veluti in alto navigantibus aperiatur, id quod tum demum recte conſequi credimus, cum ſiniſtris eventibus viam præcludimus, vitiorum & malorum materiam reſecamus, & noxia diſſuadentes, ad optima quæque promovenda animum applicamus.

Quapropter horum noſtrorum ſtatutorum editione, tum antiquorum renovatione & explanatione, tum pœnarum comminatione impios & orthodoxæ eccleſiæ hoſtes ab infelici ſuo propoſito deterreamus & depellamus: ut in quibus virtutis zelus & ardor ad emendationem nihil proficit, eos ſaltem honeſtæ diſciplinæ ſeveritas atque pœnæ rigor retrahat & coërceat. Sane quondam felicis recordationis Balduinus, Archiepiſcopus Trevirenſis, & alii prædeceſſores noſtri, pro ſubditorum utilitate, pro libertate eccleſiæ & miniſtrorum ejus, quamplurima ſtatuta Synodalia & provincialia, non minus utilia, quam neceſſaria ediderunt, promulgarunt, publicarunt, & pœnarum adjectionibus, prout opportunum viſum fuerat, provide & conſulte vallarunt. Quæ nos omnia de Conſilio & Conſenſu Capituli eccleſiæ noſtræ Metropolitanæ Trevirenſis & nunciorum, ſeu procuratorum aliorum, reverendi domini Nicolai, Epiſcopi Virdunenſis, & nunciorum, ſeu procuratorum, reverendiſſimi Domini Joannis, Cardinalis de Lotharingia, adminiſtratoris Metenſis, & reverendi Domini Tonſani, Epiſcopi Tullenſi, ſuffraganeorum noſtrorum, in præſenti concilio provinciali congregatorum, quatenus per infra ſtatuenda expreſſe non fuerint revocata & caſſata, approbamus & innovamus, atque in ſuo robore permanere volumus, & eadem antiqua ſtatuta provincialia, atque ea nova, quæ nos in præſenti Concilio pro temporum ac rerum neceſſitate ſtatuimus & ordinamus, ut per totam noſtram provinciam Treverenſem firmiter & inviolabiliter, prout ſtatuuntur, publicentur, teneantur & obſerventur, firmiter decernimus:

I.

De fide Orthodoxa Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ fideliter & firmiter tenenda.

Quando vera in Jeſum Chriſtum fides fundamentum eſt & petra illa, de qua Salvator noſter dixit, ſuper eam ædificandam eſſe eccleſiam ſuam, adverſus quam inferorum portæ nunquam prævalituræ eſſent, (prævalerent autem, ſi eccleſia errare pernicioſe poſſet, aut docere noxia) fateri oportet eccleſiam in fide & veritate radicatam & fundatam errare non poſſe. Nam & in confeſſo eſt, teſtantibus nimirum ſanctæ eccleſiæ patribus, ac re ipſa clamante, Chriſti Apoſtolos Petrum & Paulum Dei ſanctum evangelium, in ſanguine quoque ipſorum ſignatum, Romanæ eccleſiæ reliquiſſe, atque in illius fidem eccleſias omnes, quæ ubique ſunt fideles in toto orbe terrarum, religioſe conſpiraſſe, atque ſocietate Sacramenti confœderatas & conjunctas eſſe. Itaque cum ad nos per epiſcoporum ſucceſſionem perpetuo continuata ea fides pervenerit, non dubitamus hanc unam eandemque eſſe, atque adeo veram fidem, quæ ab Apoſtolis ipſis in veritate eſt tradita, & uſque nunc religioſe ſemper cuſtodita, & in catholica eccleſia ſemper conſervata: Nihil proinde aliud

ud credendum, tenendum, aut docendum eſt, niſi quod ſancta Romana tenet & docet eccleſia, omnium conſentientium eccleſiarum mater & Magiſtra. Eum verò, qui à fide catholicæ & Romanæ eccleſiæ recedit, neceſſe eſt à veritate & capite deficere. Hortamur itaque & in domino obteſtamur omnes & ſingulos clericos & laicos, nobis Metropolitico jure ſubjectos, ut tenaciter & indivulſe adhæreant, non ſolum his, quæ in divinorum eloquiorum canone expreſſa ſunt, verum etiam his, quæ eccleſia ſancta Catholica habet, & quæ omnium orthodoxorum conſenſu probata & recepta ſunt: neque ulla ratione aut perſuaſione à veritate fidei, eccleſiæ & evangelii quod acceperunt, & in quo ſtant & ſalvantur omnes gentes, avelli ſe patiantur, ſed in eo, quod hactenus piè & rectè docti ſunt & crediderunt, permaneant.

II.

De prædicatoribus verbi, quos miſſos eſſe oportet.

Hoc habet apoſtolica eccleſia, ut nullus, niſi miſſus prædicet: Sic Chriſtus non niſi miſſus prædicavit ipſo apud Iſaiam teſtante: Spiritus domini ſuper me, eo quod unxerit me; ad evangelizandum pauperibus miſit me. Neque item ipſius præcurſor, de quo ſcriptum eſt: fuit homo miſſus à Deo; ſed nec Apoſtoli hoc feciſſent, niſi mandato à Chriſto accepto: ite, Ecce ego mitto vos. Proindè nos evangelicæ & apoſtolicæ regulæ innitentes, ſtatuimus & præcipimus, ne quisquam poſtquam, etiam quamcunque religionem profeſſus, publicè prædicare præſumat, niſi ab Epiſcopo ordinario, vel ejus Vicario, admiſſus fuerit. Et ſi quis etiam religioſus Apoſtolicæ ſedis privilegio nitatur, tenebitur nobis, aut vicariis noſtris, de hoc fidem legitimam facere. Laicis vero prorſus interdicimus, ne prædicandi officium uſurpent, aut occulta conventicula faciant, & Sacerdotum ſimplicitatem eludant. Et ſi forte neceſſitas poſtulet, ut ſacerdos, tanquam inutilis & indignus à cura gregis debeat removeri, ſervato ordine juris, de hoc agendum eſt apud Epiſcopum, ad cujus officium tam deſtitutio, quam inſtitutio Sacerdotum pertinere dignoſcitur. Omnes verò & ſingulos aliter, quam præmiſſum eſt publicè, vel privatim prædicationis officium uſurpare præſumentes, præſentis ſtatui rigore excommunicationis vinculo innodamus & excommunicatos declarari publice mandamus: &, niſi reſipuerint, alias competenti pœna à nobis aut noſtris ſuffraganeis, vel locorum ordinariis, plectendi ſunt.

III.

Non quivis admittendi ſunt, etiamſi præſentati fuerint.

Quando non parum refert, quis qualisvè ſit, cui alios inſtituendi & docendi poteſtas tradita eſt, probandi primum & explorandi ſunt futuri concionatores, à quibus & quomodo inſtructi ſint, ne peregrinis forte & hæreticis doctrinis imbuti, non ſatis perſpecti recipiantur in ovile Chriſti, ad gravem dominici gregis perniciem. Attamen non tam eloquentiores, quam ſapientiores neque tam argutiores, quam meliores eligendi ſunt, modo gregi ſana doctrina paſcendo non ſint prorſus inidonei. Imo tanto magis aliquoties cavendus eſt is, qui eloquentia pollet, quanto plus ob eloquentiam, dum rectè dicere & docere exiſtimatur, nocere & fallere poteſt.

IV.

Vocatus & admiſſus quid pro concione docere debeat.

Miſſi & admiſſi verbi prædicatores in hoc toti incumbant, ut verbum veritatis rectè & bona fide tractent, tanquam diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, omiſſis his, quæ à puritate evangelii aliena ſunt, vel ſuperva canea, vel parum ædificantia: ſed nec opinabilia ac dubia pro certis & receptis aſſeverare audeant. Ab apocryphis abſtineant, & quæ eccleſia occultanda eſſe decrevit, de ſuggeſto non promulgabunt. Comicas, aniles, & interim obſcænas fabulas, & quæ riſum moveant citius quam lacrymas propter peccata, populi auribus non ingerant. Et omiſſis odii, invidiæ, inſectationis, quæſtus, ambitionis, & conſimilibus nequam affectibus, ſincere & pacifice evangelium pacis annuncient, mutuis conviciis ſe non proſcindant, nec alius alium pro concione impugnet. Sed, ſi quis alterum hæreſim, vel pernicioſum errorem, aut aliud quidpiam, quod piarum aurium ſit offenſivum, dixiſſe deprehenderit, epiſcopo, aut illius Vicario, aut inquiſitori apoſtolico, vel officiali loci, ordine etiam ſervato evangelico, ſignificet. Et cum catholicas traditiones, tanquam arctiſſima quædam Chriſtianæ religionis & pacis vincula conſervare & cuſtodire omnes ex æquo deceat, neque dubitemus traditiones & conſuetudines univerſales, præſertim eas, quas per orbem tota frequentat eccleſia, ab Apoſtolis in Eccleſiæ ſinum transfuſas, vel à generalium ſacrorum conciliorum auctoritate profectas, nos eas ſimili religione, qua ea, quæ ſacræ ſcripturæ præſcribit auctoritas, ut obſerventur, doceri omnino mandamus. Quæ vero per loca vel regiones noſtræ diœceſis, vel provinciæ variantur,

eas quisque obſervet ad ædificationem morum & fidei. Ac ne quisquam temere contra eas de ſuggeſto rogationem facere præſumat, mandamus epiſcopis provinciæ noſtræ, & officialibus noſtris, ut ſi qui ritibus eccleſiæ antiquandis, vel novandis privata auctoritate ſtudere comperti fuerint, in eos ſeveriter animadvertant. Quare qui paſcendi gregis dominici curam ſuſceperunt, ea potiſſimum doceant, quæ ad tranquillitatem & piam concordiam facere, & ad captum rudis populi accommodata eſſe cognoverint. Cujusmodi eſt ſimplex explanatio Symboli, decem præceptorum, ſacramentorum & Ceremoniarum eccleſiæ, orationis dominicæ: item cohortatio ad pœnitentiam, in qua Chriſti ſervatoris commemorent beneficia, ac pœnas nunquam finiendas, quæ in malo obſtinatis paratæ ſunt, ob oculos ponant: ſed ne miſericordiam deſperent, rurſum ſublevent ac ſolentur. Ceſſantes ac torpentes excitent; animo dejectos in ſpem erigant; voluptuariis, resque mundi admirantibus, vitæ brevitatem, & æternos ignis cruciatus, ſubindè ingerant: ut ſaltem futuris malis territi peccare deſinant, atque ad meliorem frugem ſe recipiant: nec non populo omnino perſuadeant, non quamlibet fidem, qua in Deum creditur, ſed eam demum ſalutiferam fore, quæ, Apoſtolo teſte, per dilectionem operatur; ſic ad bona opera ſedulo hortentur, & præſertim ad opera miſericordiæ: patres ac matresfamilias, ut proles ad familiam Chriſtiane educent, graviter & continue commoneſaciant, atque ut adulti conſueta & ordinaria jejunia, quadrageſimæ videlicet, & quatuor temporum & vigiliarum, infringere non præſumant: plebem admoneant, & ut frequenter, vel ad minus in quadrageſima, in initio ejus, vel ante medium, ad confeſſionem veniant: & ſi non ſæpè, ſaltem in paſchate corpus domini recipiant, ſi velint inter catholicos reputari. Sanctorum religioſam mentionem ſubindè faciant, animosque Chriſti fidelium illorum exemplis incitent, confirment, & interceſſione conſolentur. Doceant quoque veras ſanctorum reliquias reverenter habendas. Contenti ſint evangelia & lectiones, quibus in dominicis & feſtis diebus eccleſia utitur, interpretari populo, & ex his ſermonem & doctrinam ad ædificationem populi formare.

V.

De Cultu divino diligenter & religioſe exequendo, deque diſciplina chori obſervanda.

Deus etſi Spiritus ſit, non tamen internis tantum affectibus fidei, ſpei & caritatis, verum etiam externis actibus colendus & adorandus eſt, ut cor & caro exultent in Deum vivum. Eſt enim externus cultus ſignum ac manifeſtatio quædam cultus interni; qualis eſt laus communis, & orationes publicæ, quæ per eccleſiæ miniſtros ex perſona totius populi fidelis Deo offeruntur, quo alii quoque (quatenus per ipſorum occupationes licet) ad laudes Dei & gratiarum actiones excitentur. Neque enim eccleſiaſticæ melodiæ ſua deeſt energia. Id quod Auguſtinus teſtatur, referens Ambroſium Mediolani cantum inſtituiſſe eccleſiaſticum, ſecundum morem eccleſiarum Orientalium, cumque cultum celebrari cæptum magno ſtudio fratrum, hymnos & Pſalmos canentium, quem etiam ceteræ eccleſiæ imitatæ ſunt. Sed & ipſe Auguſtinus quantum eccleſiaſticis fuerit canticis affectus, his verbis teſtatur: Quantum flevi, domine, in hymnis & Canticis tuis, ſuave ſonantis eccleſiæ vocibus acriter commotus? Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor meum, & ex ea æſtuabat affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & mihi bene erat cum illis. Et rurſus: Cum reminiſcor, inquit lacrymas, quas in primordio fidei meæ fudi ad cantus eccleſiæ, & nunc quoque commoveor, non cantu, ſed rebus, quæ cantantur, cum liquida voce & convenientiſſima modulatione magnam hujus inſtituti utilitatem rurſus agnoſco, magisque adducor conſuetudinem approbare in eccleſia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat. Hæc cum ita ſe habeant, hortamur omnes & ſingulos clericos, ut omnes pariter convenienti modulatione, conſona denique voce, debitum Deo cultum nocturnum & diurnum devotè & religioſe exhibeant & exequantur, eo modo, his ritibus & ceremoniis, quibus hactenus uſa eſt eccleſia, & ut à ſanctis patribus eſt traditus, atque à Majoribus noſtris obſervatus.

VI.

De horis Canonicis.

Omnes, qui horis canonicis perſolvendis deputati ſunt, dent operam, ut collectis animis, quoad fieri poteſt, debitum penſum abſolvant: nec ita ſe habeant, ut dum voce pſallunt, quidvis potius quam Deum animo cogitare videantur, ſemper caventes, ne prophetico illud audiant: Labiis quidem me honorant, cor autem eorum longe eſt à me. Quid autem eſt, voce quidem pſallere, mente autem domum aut forum circumire, niſi homines fallere, & Deum irridere? Grave admodum eſt quod ſcriptura dicit: Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Statuimus proinde, ut laudes divinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter, ſed tractim, ſervatis intervallis de-

decentibus, ratione dierum feſtorum, à profeſtis intermediis ſecernendorum, habitæ reverenter & alacriter abſolvantur, nequaquam ſublato in alterum clamore, ne vel inſanire, vel animi laſcivia geſtire videantur potius, quam fervore Spiritus exultare, ſemper verſiculum decantatiſſimum animo volventes.

Nec clamans, ſed amans cantat in aure Dei: Audit enim ille vocem cordis, ſine qua ſonum oris contemnit. Quare videndum eſt, ut qui ſpiritu pſallunt, & mente pſallant.

Caveant item, qui aliis occupati negotiis extra chorum horas privatim legunt, ne ſomnolente aut truncatis verbis, aut intra fauces compreſſo Spiritu preces demurmurare, vel, ut Ethnicus quidam ait, rabioſa ſilentia rodere videantur, ſed articulate, diſtincte, diſerte, & cum attentione integre omnia pronuncient.

Ne qua item occaſione in diverſa rapti deſint officio ſuo, diſtinctius prohibemus, ne deambulando horas dicant, ſed in locum aliquem orationi aptum tantiſper concedant, ne mentis evagatio, quæ ex tumultuaria deambulatione naſci ſolet, fructum orationis intercipiat.

Nullus item, dum canonicæ preces in templo publicè cantantur, aut leguntur, audeat privatim ibidem aliquid legere, ac ne horas quidem Canonicas abſolvere, ſed concinne, ac una cum fratribus Deum honorificet. Contrarium qui fecerit, tanquam abſens habeatur.

VII.

De his, qui, dum ſacra fiunt, per templa vagantur, profana miſcentes colloquia.

Quicunque tempore, quo divina peraguntur, ſpatiari in eccleſia, vel circa eam deambulare, ſimul & otioſis fabulis vacare, comperti fuerint, tanquam abſentes pro die illo habeantur. Et ſi ſemel admoniti non deſtiterint, ſed pertinaces fuerint, graviorem ſubeant pœnam arbitrio prælatorum, aut eorum vices gerentium, infligendam. Quos & ipſos hortamur, imo eis diſtrictè injungimus, præſertim in metropolitana eccleſia noſtra Trevirenſi, & in cathedralibus ſuffraganeorum noſtrorum, tanquam inſignioribus & frequentioribus eccleſiis, ut nulla ratione patiantur divina officia quorumcunque colloquiorum, confabulationum, deambulationum, aut canum, avium, morionum & ſimilium ſtrepitu, garritu & latratu, ſive à laicis perturbari, aut irreverentia affici. Sed nec ipſi prælati, quorum maximè intereſt removere ſcandala, atque ea, quæ verbis imperant, facto & exemplo confirmare, in iis ſeſe culpabiles reddant, neque in correctione Subditorum ſuorum negligentes ſe exhibeant: & quod nullus in peccatis excuſationi locus relinquatur, præſentis decreti tenore in irritum revocamus & annihilamus omnia ſtatuta, ordinationes, conſuetudines & privilegia exemptionum quibuscunque eccleſiis, militiis, hoſpitalibus, locis & monaſteriis quorumcunque ordinum, quacunque auctoritate & qualitercunque conceſſa, quæ reformationi prædictorum abuſuum, & correctioni perverſorum morum adverſantur, aut in mora ſunt, ut contra perſonas & loca prædictarum eccleſiarum, ordinum, domorum, militiarum, hoſpitalium, monaſteriorum, ſine omni exceptione ad correctionem ſeu emendationem procedi non poſſit aut valeat. Cujus executio in caſu negligentiæ à capitulis ad prælatos &, prælatorum negligentia intercedente, ad officiales, vel vicarios locorum, aut eorum ſuperiores devolvatur.

IIX.

Quo tempore quisque in Choro eſſe debeat.

Majorum noſtrorum veſtigia ſequentes & auctoritate ſacrorum generalium Conciliorum innitentes, ut cuncta in domo Dei ordine fiant, volumus, ut in metropolitana noſtra Trevirenſi, & in omnibus cathedralibus & collegiatis eccleſiis civitatis, diœceſis & provinciæ noſtræ Trevirenſis, habeantur duæ tabulæ, quarum una habeatur, aut ponatur in aut circa chorum; in qua diſciplina obſervanda deſcripta ſit, ex cujus tenore ſatis liqueat, quando & qualiter quis horis Canonicis intereſſe debeat. Ad cujus diſciplinæ obſervantiam, prælati cunctos ſibi ſubditos rigoroſe commoneant & compellant. Etſi alicubi hactenus erecta non fuit, aut deperdita, eam rurſum erigi & deſcribi jubemus. Secunda vero tabula locabitur & ponetur in Sacrario, aut alio loco convenienti: in qua quid ab uno quoque Canonico, vel alio beneficiato legendum, cantandumque ſit ſingulis diebus & horis per hebdomadam, ſcribatur: hic negligentiam committens pro modo delicti corrigatur. Nolumus autem, ut collegia canonicas preces in templis perſolvere, aut ſacra facere, vindemiæ, aut aliorum negotiorum & ſecularium occupationum prætextu omittant, non obſtante quacunque conſuetudine, ſed ita capiantur onera, ut dum alii temporalia procurent, alii orationibus & publicis precibus vacent. Et ſi alicubi hoc fieri non poteſt, ſaltem hebdomadarius pro tempore, præſentibus aliis, quotidie, durantibus vacationibus vindemialibus, Canonicas horas in choro ſaltem legendo perſolvere curabit. Ita tamen, ut dominicis die-

diebus, & Apoſtolorum feſtis, tertiæ, ſextæ, Veſperæ & completorium cantentur, & ſummum ſacrum fiat. Statuimus inſuper & ordinamus, ut deinceps capitula, actus & tractatus capitulares, tantum profectis ſeu ferialibus diebus teneantur. Sed nec in iis ſubmiſſa, veſperis, aut completorio indicantur & teneantur. Quinimo, ut omnes miſſæ interſint diſtricte mandamus. In aliis verò, ſi ſubſit urgens neceſſitas, aut evidens eccleſiæ utilitas poſtulet, ut capitulum teneatur, decanus indicabit dilationem ſeu moram capituli & actuum capitularium non carere periculo, & propterea ſub prædictis horis tractandum & agendum eſſe. Et ſi in his ſecus actum fuerit, tam indicens quam interesſentes reſidentia & præſentiis pro illa vice carebunt, quinimo omninò uti abſentes his horis reputabuntur.

IX.

De miſſæ officio ritè peragendo.

Hortamur, ut ſacroſanctam illam actionem, in qua ſacrificium pretii noſtri, corpus ſcilicet & ſanguis Chriſti, veraciter offertur pro vivis & defunctis, ſumma religione & devotione ſacerdotes peragant; ac, quoties datur, ſedulo frequentent & celebrent eo modo, & his ceremoniis ſeu ritibus obſervatis, quos hactenus Romana & occidentalis ſervavit & hodiè ſervat eccleſia.

Dum Sacerdos ſacrum ſacturus in ſacrario cum miniſtris induitur, nemo inibi conſabulari præſumat, undè vel ipſius, vel miniſtrorum devotio interturbetur. Egredienti ſacrarium ad altare, vel revertenti poſt ſacrum omnes aſſurgant; ſimiliter & miniſtris, dum ſacris induti, lecto evangelio, epiſtola, aut homilia, prætereunt.

Dum Sacerdos ſacrum ſacturus confeſſionem ex more præmittit, miniſtri nequaquam dent operam accedentis luminariis, aut aliis rebus mentem perſequentes, & pro ſe invicem eccleſiæ nomine orantes. Veterem Canonem inſtaurantes, prohibemus, ne quis Sacerdos miſſarum ſolennia publica celebrare præſumat, niſi ad minus duobus præſentibus. Quod ſi in privata miſſa commodè fieri non poteſt, ad minus adſit unus, qui reſpondentis locum ſuppleat; ſed ita, ne ſit proles illegitima, quam omninò, patre celebrante, altari adſtare prohibemus, multo magis concubinam, ſi quam habuit.

Et jejunus quilibet celebret, & velato capite altari aſſiſtere, aut ita illud accedere nullus omninò præſumat. Quæ & diaconos & ſubdiaconos obſervare mandamus: Si quis temerè contrarium facere præſumpſerit, excommunicationis vinculo innodetur.

In miſſa publica & ſumma præfatio & oratio dominica non debent privatim dici aut abrumpi. Ita & Symbolum, epiſtola & evangelium, integre, diſtinctè & clare cantari debent. Neque ferendum eſt, ut chorus verba Sacerdotis & Subdiaconi, mox in ipſo lectionis veſtibulo interrumpens, auſpicetur graduale tractum, vel Alleluja, quaſi ſcilicet hoc ſatis, ſi adſtantes ſciant, cujus ſit lectio aut epiſtola.

Dum evangelium cantatur in ſummo ſacro, expedit dare ſignum per Campanam, ut exiſtentes in vicino Laici ad elevationem dominici corporis & ſanguinis invitentur. In elevatione corporis & ſanguinis Chriſti, & poſt, usque dum cantatur Agnus Dei, ſileant organa. Nulla cantetur antiphona, neque pro pace, nequè adverſus peſtem, aut mortalitatem, ſed ſilentes pro ſe quisque, aut flexis genibus, aut proſtratis humi corporibus, paſſionis ac mortis Chriſti commemorationem faciat, ac Redemptori gratias agat pro beneficiis per mortem ipſius largiſſimè acquiſitis. Statuimus inſuper, imo antiquorum patrum ſtatuta innovamus, ut ſub ſummo ſacro nulli ſacerdotum liceat eodem in templo ſacram rem facere, ſed privatas miſſas ante abſolvant, ut omnibus ad publicum ſacrum convenire ſit integrum, & chorus plenus & collectior pleniorem ac puriorem Deo cultum exhibeat.

Etſi optare potius, quam ſperare liceat, adeſſe quotidiè aliquos, qui euchariſtiam accipiant; volumus tamen, ut Sacerdotes ad frequentationem hujus myſterii, & ſacram communionem laicos adhortentur; nec tamen ideò Sacerdotes à quotidiano ſacro deſiſtere oportet, quod deſinit qui cum Sacerdote ſacra faciente menſæ dominicæ quotidiè ſacramentaliter communicent.

Ordinamus præterea, ut per ſingulas diœceſes noſtræ provinciæ miſſarum officia decantentur & legantur, prout in miſſali ordinario unius cujusquè diœceſis ordinatum eſt. Et ſi qua diœceſis proprio ordine miſſalis caruerit, ad modum noſtræ Trevirenſis eccleſiæ miſſali utetur; neque alicui publicè, aut privatim alienis miſſalibus uti licebit. Idem & de breviariis obſervari volumus.

X.

De moderandis feriis.

Numerorum feſtorum creviſſe admodum videmus, ſed calentem fidelium devotionem frigeſcere: eoque Ventum eſſe, ut bona pars hominum omnia feſta negligat, idque impunè, nec ſine eccleſiæ dedecore. Pauperes qui non habent unde alant uxorem & familiam, clamant omnem ferè ceſſationem damnoſam ſibi eſſe.

Operæ

Operæ pretium proindè nobis viſum eſt, feſtorum numerum contrahere, quo & effrenes coërceantur, & aliquid detur neceſſitati pauperum. Itaque hæc feſta omnino celebria eſſe volumus, & pro paſtorali noſtro officio ſolenniter celebranda mandamus & præcipimus, dies dominicos omnes, feſtum nativitatis Chriſti, Stephani, Joannis, & omnium Apoſtolorum, circumciſionis, epiphaniæ & purificationis, annunciationis, aſſumptionis, nativitatis Virginis Mariæ, paſchæ cum duobus ſequentibus, corporis Chriſti, Joannis Baptiſtæ, Magdalenæ, Laurentii, Crucis, Michaëlis, omnium ſanctorum, Martini, Catharinæ, Andreæ, Nicolai, Thomæ. Et in civitate noſtra Trevirenſi hæc feſta patronorum, Maximini, Simeonis, Viſitationis, Helenæ, Paulini, translationis Materni & Eucharii. Et in ſingulis civitatibus, Opidis & parochiis, dedicatiõſſis feſta & patrocinia celebrari mandamus. Ceterum dies Innocentium, cinerum, paraſceves, cœnæ dominicæ, ſabbáthi magni, Marci, tres rogationum, commemorationis animarum, & omnes reliquos dies ſtationum, quos eccleſia noſtra Trevirenſis in diebus aliorum patronorum, vel pro ſpecialibus rogationibus ab antiquo introductis, in civitate noſtra Trevirenſi, vel ejus ſuburbio obſervatis usque in meridiem feriari volumus, ita ut facto ſacro, cuique ad labores, aut negotia ſua redire liceat. Simili ratione in cathedralibus & diœceſibus ſuffraganeorum noſtrorum, quibus tamen arbitrium ſuum in hoc relinquimus, & in aliis locis, & parochiis diœceſis noſtræ obſervanda. Et ſi quis, ſive clericus, ſivè laicus, in prænominatis celebribus feſtis, aut in aliis ante meridiem operæ mercenariæ, publice vel privatim, aut compotationibus, choreis, ludis, aut id genus laſciviis & levitatibus temere & contumaciter ſeſe dederit, aut immiſcuerit, ab officialibus noſtris pœna arbitraria pro modo delicti, etiam brachii ſecularis auxilio (ſi opus erit) invocato, puniri mandamus. Cetera verò feſta, quacunque ratione inſtituta ſunt vel recepta, in foro libera facimus. In choro verò & eccleſia eadem feſta, prout ab antiquo obſervata ſunt, devotè celebrentur: ita tamen, ut hiſtoriæ & lectiones parum probatæ omittantur. Et cum potiſſimum hac de cauſa indictæ ſint feriæ, ut feſtos dies in Dei laudibus, & gratiarum actione, ac audiendo verbo Dei, populus tranſigat, curent noſtrarum diœceſis & provinciæ, civitatum, opidorum, & locorum Magiſtratus ac Rectores, ut populus prænominatis diebus feſtis verbum Dei devote audiant, & divina frequentent. Nequè tempore divinorum, & præſertim hora, qua concionatores verba faciunt ad populum, patiantur cives vacantes otioſis fabulis in foro ſtantes.

XI.

De religioſis Monachis & monialibus.

Religioſos varii nominis & regulæ, ſimul & pia loca, ſancta Romana eccleſia benigno favore ſemper proſecuta, ſpecialibus gratiis, privilegiis, immunitatibus & exemptionibus decoravit: ea omnia nos per noſtram diœceſim & provinciam noſtram Trevirenſem nullatenus imminuere, ſed magis illibata conſervare, &, quatenus aliorum jure ſalvo poſſumus, augere & extendere in votis habemus & intendimus; ſed ita, ne ſub ovina pelle gregem dominicum truculentia lupi rapacis invadat, & ſub pietatis imagine virus hæreticæ pravitatis obrepat, & ſub prætextu converſationis evangelicæ Spiritus malignus illudat. Cujus rei gratia (præter ſingulorum ordinum ab eccleſia receptorum regulares inſtitutiones, quas tanquam ſalutares ab omnibus & ſingulis, prout illos reſpectivè concernunt, obſervari mandamus) varii canones editi ſunt, à quibus (quod dolenter referimus) ſi non ab omnibus, neque in omnibus, à pleriſque tamen & multis declinatur: non ſolum in propriæ ſalutis diſcrimen, ſed & in religionis opprobrium & plurimorum fidelium ſcandalum, ſed & in illius, cui ſuam integritatem ſponte voluntate devoverunt, gravem offenſam. Quapropter quæ in iis ab eccleſia & prædeceſſoribus noſtris ſanctè & canonicè ſtatuta ſunt, ut inviolabiliter ab omnibus obſerventur, ſerio mandamus & præcipimus.

Et inter cæteros abuſus reformandos curent prælati, Abbates, priores, guardiani, ſimul & monaſteriorum viſitatores, & alii quocunque titulo nominentur, ne aliquis ante decimum quintum annum, ad probationis annum admittatur.

Item ne quis anno probationis non completo ad profeſſionem recipiatur.

Item receptis ſic præceptores idonei deputentur, qui eos in regulari obſervantia, & divinis officiis non minus, quam in literis, & è converſo, inſtituant & forment.

Ad ſacros ordines ſuſcipiendos non niſi ætate & ſcientia ſufficientes præſentent.

Item idonei ad juſſum ſuperioris ſui, excuſatione legitima ceſſante, ne faciant promoveri.

Quoque gratis ſinguli ad profeſſionem recipiantur, nullo accepto precio, nec aliqua facta conventione: & ne hæc ſub paupertatis prætextu pallientur diſtrictè inhibemus.

Non patiantur Abbates, priores, Abbatiſſæ aut prioriſſæ, ut ſuorum monaſteriorum monachi aut moniales, honeſtatis habenis & mona-

chali modeſtia laxatis, impudenter ſe ſecularibus negotiis involvant, aut extra Monaſteriorum ſepta deambulent, vagentur & diſcurrant: & ſi quæ inevitabilis neceſſitas intercedat, quod tunc nullus egrediatur, niſi honeſta ſubſit cauſa.

Et tunc non niſi de expreſſa licentia ſuperioris, & cum habitu decenti & honeſto ſocio.

Cæteris canonibus de veſtitu, cibo, peculio, officio, capitulis, viſitatoribus, & correctione Monachorum, promulgatis, in ſuo robore permanentibus, volumus, ut omnes abbates & priores, tales diligenter obſervare procurent, quod iisdem diſtrictè præcipiendo injungimus.

Moniales vero, quarum ſexus fragilior eſt, nulla ratione vel cauſa, niſi tanta & talis ſit, quod omninò notorie excuſet, monaſteria ſua egredi facultatem habeant; ſed & tunc non niſi cum honeſto & decenti habitu, & aſſociatæ, egrediantur, id quod de expreſſa licentia epiſcopi, abbatis, viſitatoris, aut ab iis poteſtatem habentis; quam patri confeſſori pro tempore exiſtenti concedi prohibemus.

Nulli prorſus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ, niſi rationabilis & manifeſta cauſa ſubſit, ac tunc ſpeciali licentia illius, ad quem ſpectat conceſſio, petita & obtenta, acceſſus vel ingreſſus ad moniales pateat. Et quæ de clauſura in regularibus ordinum conſtitutionibus mandantur, omninò & illibate teneantur & obſerventur: ut ſic, à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, ſervire Deo liberius valeant, & ſublata laſciviendi opportunitate, corda & corpora ſua in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire poſſint.

Prohibemus inſuper diſtricte, ne moniales ordinem aliquem profeſſæ, confeſſorem habeant alium, quam ejusdem ordinis & regulæ.

Religioſi omnium ordinum, ut ſiniſtræ ſuſpicionis etiam tollatur occaſio, quascunque mulieres, & religioſas, & ſervientes Deo, in ambitum, ſeu periodum monaſterii recipere, aut introducere nullatenus præſumant.

Religioſi convivia ſecularium non frequentent, ſed nec facile illos ad cœnobia invitent, niſi neceſſitas & honeſtas ad ſuperiorum dictamen id ſuadeant.

Religioſi menſam non nimium lautam, aut ſumptuoſam neque deliciis ad luxum exquiſitis redundantem, habeant: quam à benedictione auſpicari, ſacræ lectionis paſtu fovere, hymno & gratiarum actione abſolvere convenit. Interim à longo accubitu, commeſſationibus fœdis, compotandi ſtudio, à crapula & ebrietate omninò abſtineant.

Religioſi, ut omnibus bono exemplo, nullis verò, quantum in ipſis erit, offendiculo ſint, honeſto prædeceſſorum ſuorum more, non nudis byrrhis, aut pileis, ſed capitibus cucullo tectis in publico incedant. Et nullatenus ad balnea promiſcua, aut alia loca publica intrent; ſed nec ad nuptias, aut nuptiarum convivia vadant; neque pueros de ſacro baptiſmatis fonte per ſe, vel ſuffectas perſonas ſuſcipere præſumant.

Inſuper ſtatuimus, imo antiquorum patrum Canones renovando mandamus, quod nullus Monachorum pro lucro terreno, de Monaſterio ſuo exire, nefandiſſimo auſu, aut ſecularibus negotiis ſeſe immiſcere præſumat. Itaque religioſos à curtibus Monaſteriorum ſuorum ad Monaſteria revocari, & curtes per fideles laicos, ſeu præbendarios adminiſtrari jubemus. Inſuper mendicantium ordinum prælati omnino provideant, ne poſthac terminarii eleemoſynarum partem quovis modo ſibi vendicent, ſed eas colligentes cum honeſtate morum, Dei habito timore, omni ſcandalo ſemoto, integram ad conventum & in commune conferre & præſentare, ad evitandam impietatis notam, ſtudeant.

XII.

De Monaſteriis non moleſtandis.

Licet ex injuncti nobis paſtoralis officii debito ſuper cunctum gregem nobis commiſſum mentis noſtræ aciem dirigere teneamur, vigilantius tamen & cautius agendum ducimus in iis, ubi ſubditorum noſtrorum majora incommoda & pericula verſantur. Sane uti ex plurimorum querela didicimus, multi barones, præfecti, officiati, aut alii nobiles & ignobiles, in tranſigendis aut componendis ſuis, vel aliorum controverſiis & diſſidiis, vel ſimili prætextu, ſeſe cum equis & jumentis in monaſteria, vel eorum curtes, aut poſſeſſiones conferunt, & hoſpitio excipi volunt, ut nedum luxus, diſſolvendæ religionis & monaſticæ diſciplinæ, ac turbandorum divinorum inibi in animarum diſcrimen & Dei offenſam occaſio naſcatur, verum etiam, ut experientia docti comperimus, niſi proviſionis noſtræ auxilio ſuccuramus, periculum ſit, ne monaſteria tandem funditus exhauſta depauperentur & collabantur. Nos itaque hujusmodi malo ac innumeris præterea & diverſis tribulationibus & injuriis, quibus ſub præfato prætextu religioſi ſæpè afficiuntur, medelam competentem, quam poſſumus, exhibere volentes, mandamus omnibus præfectis & officiatis noſtris, ac aliis quibuscunque baronib9, nobilibus & ignobilibus, ut nunc & poſthac talia jam prædicta tentare & facere nullo modo præſumant, neque ſub colore memorato, aut ſimili, monaſteria, aut eorum curtes, infeſtare aut moleſtare deinceps attentent.

Man-

Mandamus inſuper diſtrictè omnibus & ſingulis Abbatibus, prioribus & religioſis, ne deinceps tales etiam proprio ſuo conſenſu recipiant, vel admittant. Et ſi per aliquem prælatum, aut alium quempiam permiſſum, conceſſum, vel actum fuerit, animadverſione condigna ita cum illo agemus, ut ceteri ab exemplo diſcant obedire. Et ſi contra præmiſſa violenter quispiam ſeſe ingeſſerit, aut indebitè injurias, aut moleſtias Monaſteriis, aut eorundem perſonis intulerit, in eundem præſentis ſtatuti vigore excommunicationis ſententiam ferimus. Atque volumus, quod prælati & religioſi eundem nobis, aut officialibus noſtris, publicè ſignificare & deferre nominatim teneantur. Nos vero, aut officiales noſtri, extunc contra eundem ordine juris ſervato, usque ad condignam violentiæ injuriam, & damnorum ſatisfactionem procedemus, & per officiales noſtros procedi mandamus: ſalvis nihilominus & in ſuo robore duraturis aliis omnibus apoſtolicis, imperialibus, ac prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus & ordinationibus, per quas eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis in ſuis libertatibus proſpectum eſt & proviſum: quas etiam innovamus, & per noſtram civitatem, diœceſim, & provinciam Trevirenſem, inviolabiliter obſervari mandamus; jure etiam & præeminentia patronorum & fundatorum ſemper ſalvis & illabitis. Præterea inhibemus hac noſtra Synodali conſtitutione, ne quis aliquam religionem profeſſus eccleſiarum parochialium gubernacula & curam ſuſcipiat, niſi de noſtra vel ordinariorum admiſſione, ſubſiſtente cauſa legitima, & ſuperiorum ſuorum voluntate & licentia obtenta: ita tamen, quod per ſuperiores ſuos revocari poſſint, ac revocati humiliter obedire teneantur. Etſi qui hactenus aliter admiſſi ſunt, vel aſſumpti, volumus & jubemus, per officiales noſtros, in civitate & diœceſi noſtra Trevirenſi, ac per ſuffraganeos noſtros, eorundemque Vicarios, per totam provinciam Trevirenſem ad ſuperiores illorum remitti, ut dignas dent temeritatis ſuæ pœnas.

Eccleſias vero monaſteriis Unitas, ſeu incorporatas, ſi non tanta intercapedine diſtant, quin religioſi earundem curam habituri in communis vitæ regulari obſervantia & obedientia degere poſſint, per hujusmodi religioſos provideri & regi, modo idonei ſint, permittimus. Si vero Vicarios alios, ſive in propinquis, ſivè in diſtantibus parochiis, perpetuos, vel amobiles pro arbitrio conſtituere velint, hæc non præſumant, niſi per nos, noſtros ſuffraganeos, aut officiales noſtros & vicarios, tanquam habiles & idonei reperti & admiſſi fuerint.

Volumus inſuper, quod religioſi ad curam animarum ſic admiſſi, per omnia ſe parochialibus Sacerdotibus, juxta has noſtras & prædeceſſorum noſtrorum Synodales conſtitutiones & ordinationes, nec non univerſalis eccleſiæ & apoſtolicæ ſedis Canones in verbi divini explanatione, evangelii prædicatione, divinorum celebratione, Sacramentorum adminiſtratione, per omnia conforment, & nihil novitatis introducere præſumant.

Mendicantium vero ordinum fratres in verbi Dei propoſitione & prædicatione, in audiendis Confeſſionibus Chriſti fidelium, in ſepulturis & funeralibus & aliis hujusmodi, ſe per omnia conforment conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis deſuper editis: quas in poſterum inviolabiliter obſervari mandamus, ſublata penitus poteſtate, ceteris religioſis quorumcunque ordinum non mendicantium, ad curam animarum, ut præmittitur, non admiſſis, nec receptis, ne iis ſe ingerant, quod eisdem diſtrictè præcipiendo mandamus: ſalvis tamen regularibus conſtitutionibus omnium eorundem ordinum.

De Caſibus vero nobis reſervatis hoc ſtatuimus, ne quis eorum deciſionem ſibi arroget, niſi à nobis ſpecialiter ſibi commiſſum fuerit. Nos tamen hoc negotium dabimus expertis, eruditis & probatis aliquot presbyteris: prout etiam in ſimilibus caſibus ſuffraganei noſtri aliquos per ſuas diœceſes deſignare poterunt, quibus hoc committant.

In Caſibus verò non reſervatis nullus parochianum alterius parochiæ abſolvere præſumat, niſi de licentia ordinariorum loci, vel ex permiſſione proprii parochialis Sacerdotis, idque non niſi in Caſibus in conſtitutione Balduini felicis recordationis prædeceſſoris noſtri expreſſis. Et religioſi etiam mendicantium ordinum fratres, non obſtante quocunque privilegio, in civitate, diœceſi & provincia noſtra Trevirenſi præmiſſa obſervare debebunt & tenebuntur. Imo priores & guardiani non debent deputare fratres ſuorum ordinum, ad confeſſiones audiendas, niſi peritos & prudentes, qui etiam à nobis & ordinariis locorum, & non aliis, (quibus per ſcripta ſuperiorum nominari & præſentari tenentur) admittendi ſunt.

Et cum omnes Chriſti fideles ex conſtitutione eccleſiæ ſemel in anno teneantur proprio Sacerdoti confiteri, ſi quis hoc neglexerit, & in paſchate ſacram euchariſtiam accipere recuſaverit, (niſi forte de licentia & conſilio Confeſſoris abſtineant) ſic decedens careat eccleſiaſti-

ca

ca ſepultura, & vivus ab ingreſſu eccleſiæ arceatur. Proindè in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus eccleſiarum Rectoribus, Vicariis & Capellanis, curam gerentibus animarum, ut omnes hujusmodi rebelles & inobedientes, nobis aut locorum Epiſcopis & Ordinariis, per ſcripta nominatim indicent, ut vel Canonice puniantur, vel pudore ſuffuſi reſipiſcant. Quamobrem etiam diſtrictè prohibemus omnium ordinum religioſis, curam animarum non habentibus, nec alicui ſacram euchariſtiam porrigere præſumant, niſi de expreſſa permiſſione & ſcientia paſtoris.

XIII.

De Decanis Chriſtianitatis.

Volumus, ut omnes decani archidiaconatus tituli ſancti Lubentii in die Kirchen, ſe conformentarchipresbytero in Werzflaria & illius ſtatutis & juribus, in caſibus, qui ſingularibus ſtatutis deciſi non ſunt.

Cæterum in omnibus aliis archipresbyteratibus, & ſedium Chriſtianitatis decanatibus noſtræ diœceſis, volumus & mandamus, quod omnium & ſingularum eccleſiarum parochialium curati, intra annum à die acceptæ poſſeſſionis, per ſe, vel procuratorem legitimum præſtent juramentum decano, quo præſtito in fratrem recipiatur, & ſalvis juribus Capituli conſuetis, Decanus nunc & poſthac à ſic recepto habebit pro ſe unum aureum Rhenenſem. Et tenebitur quilibet in Capitulis generalibus & annalibus, & ſimiliter, quando neceſſitate occurrente Decanus Capitulum indicit, ſub pœnis conſuetis, comparere, & quotam expenſarum & ſumptuum à Decano factorum perſolvere. Nec non deinceps, quocunque paſtore plebano decedente, noſtro nomine marcam nobis debitam ipſe Decanus ſublevabit, & ſigillifero noſtro fideliter tradet.

Et pro ſe & juribus ſuis à quolibet ſic decedente ipſe Decanus habebit tres florenos Rhenenſes in auro, non obſtantibus quibuscunque aliis ſtatutis & conſuetudinibus, quæ & quas præſentium tenore caſſamus, irritamus & revocamus: atque præcipimus, quod deinceps contra promiſſa nullæ fiant pactiones, ſtatuta, aut ordinationes, niſi de noſtra, aut archidiaconorum loci expreſſa admiſſione & licentia. Et quo præmiſſa in plenarium effectum deducantur, cupimus, volumus, & præſentium tenore ſtatuimus, ſi quis elapſo anno in fratrem Capituli, ut præmittitur, ſe recipi non curaverit, tunc in pœnam ejus, propter contumaciam, fructus anni illius, qui noſtrum annum conſequitur, ſequeſtrentur. Et niſi intra eundem annum paruerit, extunc tales fructus confiſcabuntur; nobis pro media parte, reliqua medietate inter archidiaconum loci & decanum dividenda. Et ſic deinceps ſingulis annis fiat, donec & quousque paruerit. Præterea ſinguli Capellani, aut vicecurati, non ſedentium paſtorum, tenebuntur ſingulis annalibus capitulis comparere, & oſtendere Decano commiſſionem regendi: alias eosdem præſentis ſtatuti vigore excommunicationis ſententia teneri volumus, mandantes decanis locorum, ut mox tales nobis, aut archidiaconis noſtris denuncient declarandos.

Atque ipſi Capellani, ſeu vicecurati, nunc & inpoſterum de fructibus aut arrenda nullatenus reſpondeant antè finem anni, niſi retenta marca & media marca præmiſſis. Alioquin ipſi de his reſpondere, & de ſuo ſolvere tenebuntur. Quod etiam tempore Capitulorum obſervandorum generaliter, & cuilibet ſpecialiter, tempore admiſſionis injungi volumus & mandamus.

Inſuper ſtatuimus & ordinamus, quod deinceps, decedente 69 prælatis Monaſteriorum, ſive Collegiatarum eccleſiarum, quibus quacunque auctoritate eccleſiæ parochiales unitæ, aut incorporatæ ſunt, ita tamen & realiter, quod non per fixos Vicarios, ſed duntaxat ad nutum amobiles Capellanos gubernentur & regantur, quod ex tunc, morte prælatorum intercedente, nobis Marca argenti, aliis vero archidiaconis, ſedium Chriſtianitatis decanis & capitulis, infra annum jura aliis præſcripta perſolvantur. Inſuper præcipientes, ut ipſi Capellani, ut præmittitur, amobiles, non niſi idonei admittantur, & admiſſi ad comparationem & omnia capitularia onera teneantur & compellantur ſub modis & formis præſcriptis.

XIV.

De Competentia paſtorum.

Cum multorum querela pulſante intellexerimus, varios eſſe, qui vel ob inopiam parochias ſuas deſerere & mutare, aut contra canonum ſanctionem ſecularibus negotiis ſeſe implicare, aut pro ſacramentis eccleſiaſticis immoderate exactionem facere præſumunt, aut in dedecus clericalis ordinis victum quaſi mendicare coguntur, dignum eſſe & æquum arbitramur, ut qui altari ſerviunt de altari & vivant. Neque abſonum reputamus, ut ea, quæ ex antiqua conſuetudine locorum paſtoribus & curatis ſolvi & præſtare eisdem ſolita ſunt, etſi modica ſint, benignè perſolvantur: eoque minus ſub hoc prætextu Sacramentorum venditionem cauſentur iſti, qui omnia ſiniſtre in ordinis clericalis confuſionem interpretantur: atque ut omnium in hoc uniformis obſervantia in noſtra diœceſi conſtituatur, maturo conſilio ſtatuimus & ordinamus, ut deinceps in noſtra civitate & diœceſi Trevirenſi, curatis pro licentiatorio, ſeu dimiſſoriis literis, duodecim albos rotatos pro educendis ſeu benedicendis puerperis, duodecim denarios, pro eo tempore, quo ſacroſanctum euchariſtiæ Sacramentum ad infirmos defertur, quatuor denarios; extremæ vero unctionis ſacramentum, duodecim denarios, pro offertorio quatuor feſtivitatum pro qualibet unum denarium exigere liceat.

Ultra tamen nullus curatus exigere præſumat, datum tamen aut oblatum liberaliter recipere poteſt.

Pariformiter, pro baptiſmi aut pœnitentiæ Sacramentis nihil exigat; liberaliter oblatum recipere poteſt.

In nuptiis vero celebrandis Sacerdos, juxta conſvetudinem loci, cibariis miſſis a nuptiis debet contentus eſſe, nihil ultra exigendo. Si vero copulati pro iis pecuniam largiri vellent, numerum octo alborum excedere non debent.

In funeralibus vero, aut exequiis defunctorum, aut tertio, ſeptimo & triceſimo, expenſis & duobus albis, aut deficientibus expenſis, ultra tres albos Sacerdotes exigere non præſumant: ſed liberaliter oblata recipere poſſunt.

In pecoribus vero paſcendis & cuſtodiendis: & quæ ſunt domus dotis eccleſiæ, curtis & ædificiorum reparationis, decanatus ſtatuta obſerventur: & iis deficientibus, ad ſtatuta diœceſana, olim per felicis recordationis Balduinum, prædeceſſorem noſtrum edita & condita, recurſus haberi debet.

Inſuper ſi ſuper competentia quæſtio emerſerit, cum certa regula dari non poſſit, coram ordinario loci proponetur & deducetur, ac ſummarie, ſimpliciter & de plano per officiales noſtros procedi; & ſententiam ferri mandamus: & ſi diffinitum, aut cognitum fuerit, quod competentia danda ſit, ex tunc nos, aut Commiſſarii noſtri, quos ſpecialiter ad hoc deputabimus, primo recurſum habebunt ad decimam parochiæ, ſive eam clerici, ſive laici habeant: atque hac deficiente, ad plurium parochialium uniones, ſeu annexiones, prout commodius fieri potuerit; & ultimo, ſi nec ſic provideri poteſt ordinaria auctoritate parochianos ad debitam parochi ſuſtentationem compellere oportebit.

XV.

De Scholis.

Magna & præcipua cura habenda eſt, ut juventus noſtræ civitatis, diœceſis & provinciæ Trevirenſis, a primo ætatis flore, non minus Chriſtianæ pietatis inſtitutis & incorruptis moribus imbuatur, quam rudimentis literarum incontammatis recte inſtituatur. Quapropter præcipimus, ut juxta patrum antiquorum decreta, ſingula collegia ſcholas inſtaurare, vel erectas conſervare debeant, & prælati eccleſiarum, ac alii, quibus id muneris ex officio incumbit, ſolerter providere, ut pædagogi & magiſtri idonei ſint & probi, atque vitæ omnino inculpatæ: qui ea prælegant, quæ puerorum, ſeu adoleſcentum ætati conveniunt: dummodo non ſint obſcœna, ſuſpecta, aut contagioſa. Simili ratione hæc obſervanda ſunt in ſcholis parochialibus opidorum & aliorum locorum diœceſis & provinciæ noſtræ Trevirenſis. In quibus curent parochiales Sacerdotes, ſi in præmiſſis defectus aut negligentia ſuboriatur, quod ordinariis locorum denuncient: quibus injungimus, ut diligenter circumſpiciant, ne quid in iis, quæ ad veram eruditionem, aut ad pietatem & cultum Dei attinent, negligatur. Præterea, quo collegia doctis & bonis viris ornentur & illuſtrentur, prælati eccleſiarum & capitula, canonicos ſuos, id petentes, tribus annis expectantiarum finitis, (quorum primus nobis, ſecundus præſentiarum augmento, tertius eccleſiarum fabricis debetur, non obſtantibus aliis expectantiarum, aut primæ reſidentiæ annis, & ſtatutis vel conſvetudinibus debitis, quæ & quas ad effectum præſentem ſtudiorum obtinendum, revocamus & caſſamus, ſed quæ tamen ad alios, ad ſtudia non deſtinatos, illibata eſſe volumus) ſi in ſacris majoribus ordinibus fuerint, & ſtudiis apti extiterint, ad uniuerſitates catholicas, arbitrio capituli, nec non ſufficienti tempore eis determinato, ac præbenda debita eisdem aſſignata, ſalvo tamen & deducto conſulto onere, mittere debent. Ipſis vero in minoribus ordinibus exiſtentibus, de præbenda, quæ eis deducto onere, ſi reſiderent, deberetur in abſentia reſpondere tenebuntur: data tamen primus ſufficienti cautione, de perceptis ſimpliciter eccleſiæ reſtituendis, ſi finitis annis pro ſtudio conceſſis, mox tunc intra proximum annum ſacris majoribus ordinibus initiari, & apud easdem eccleſias reſidere diſtulerint: non obſtantibus quibuscunque ſtatutis vel conſvetudinibus eccleſiarum, quibus auctoritate noſtra de conſenſu hujus Synodi noſtræ provincialis, quatenus præmiſſis contraria fuerint, præſentium tenore derogamus, & pro iſta parte tollimus, caſſamus, annullamus.

XVI.

Ut nemo clericos vel eccleſiaſticas perſonas ad judicium ſeculare trahere præſumat.

Magnum abuſum, & canonibus, & imperialibus legibus contrarium, omnino tollere &

abolere affectantes, vetera ſtatuta provincialia prædeceſſorum noſtrorum innovamus & diſtricte præcipiendo mandamus, quod nullus eccleſiaſticam perſonam trahere ad judicium ſeculare præſumat.

Et ſi laicus actor hoc fecerit, a jure ſuo cadat, & judicatum non teneat, & judex ex tunc omni poteſtate judicandi ſit privatus.

Clericus vero actor alium clericum trahens ultra præmiſſa, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

Clericus vero reus ſub ſimili pœna, præter alias pœnas juris, in judicium laicale non conſentiat. Et quicunque Judex ſecularis directe, vel indirecte, per ſe vel alium, clericum coram ſe litigare, aut reſpondere compellit, aut cautionem, vel fidejuſſionem exigit, aut impedimentum & moleſtiam infert aut procurat, quo minus eccleſiaſticæ perſonæ, in foro eccleſiaſtico libere agere & defendere poſſint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat; a qua non debet abſolvi, niſi prius damno & intereſſe, ut vocamus, reſtituto, prout latius in prioribus ſtatutis prædeceſſorum noſtrorum ordinatum reperitur. At ſub ſimilibus pœnis Judex ſecularis clericos reos non compellat, ſed & eis agentibus in foro ſeculari juſtitiam denegare non præſumat.

XVII.

De immunitate eccleſiarum.

Præterea ſtatuimus, quod nullus a perſonis eccleſiaſticis, ſeu eorum bonis, contra libertatem eccleſiaſticam pedagia, telonia, angarias, parangarias, collectas, aut exactiones, extorquere aut imponere præſumat, quinimo ad abſtinendum ab iis & ſimilibus, & ad reſtituendum, ſi quis aliquid extorſerit, canonica monitione præmiſſa, per ordinarios locorum, juxta eccleſiaſticam cenſuram, cogatur.

XIIX.

Ne quis aliqua ſtatuta contra libertatem eccleſiæ facere præſumat.

Vetera ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum innovando & extendendo, præſente noſtra ordinatione caſſamus & irritamus omnia ſtatuta & conſvetudines, quæ & quas civitates, communitates & loca, præſides, poteſtates, Rectores & Conſules, & quæcunque aliæ perſonæ, contra libertatem eccleſiæ edere, vel ſervare præſumpſerint, & ſi aliqui, ſecundum ſtatuta vel conſvetudines memoratas, judicaverint, judicatum vigore careat, & ipſi judicantes, vel exequentes ipſo facto inhabiles ſint ad omnem legitimum actum in eccleſia: ſalvis nihilominus aliis pœnis contra tales in concilio generali promulgatis.

XIX.

De vita & honeſtate Clericorum.

Et ſi ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Auguſtanam reformationem, nobis & aliis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & eccleſiarum prælatis, ad deliberandum traditam, & eam quaſi ſacris Canonibus conſonam & convenientem, ſine omni ſanctæ ſedis apoſtolicæ præjudicio probatam receperimus, & in noſtra diœceſi Trevirenſi ſolenniter publicari & exequi, quantum in nobis fuit, curaverimus, atque nonnulla ſtatuta morum correctionem concernentia, in noſtra epiſcopali Synodo edi & publicari mandaverimus: in quibus abunde & ſufficienter contra Simoniacos, concubinarios, ſortilegos, ebrioſos, uſurarios, & alios criminoſos proviſum exiſtit; nos tamen nunc, auctoritate Metropolitica, ea omnia innovando, hortamur & monemus omnes & ſingulos noſtræ civitatis, diœceſis & provinciæ prælatos & ſubditos, quatenus quemlibet concernit, ut, Dei timore & reverentia habitis, omni pravo affectu ſemoto, cum ſacræ cæſareæ reformationis intuitu, tum noſtra metropolitica auctoritate, ex ſacrorum canonum & generalium conciliorum præſcripto, ſanctæ ſedis apoſtolicæ auctoritate ſemper ſalva, in omnibus iis ſeſe irreprehenſibiles & inculpabiles reddant & exhibeant. Alioquin prælatorum negligentiam, ſubditorum vero exceſſus opportunis juris remediis, in quantum poſſumus, ſupplebimus & corrigemus.

XX.

Ut quilibet habeat copiam ſtatutorum provincialium.

Ne quispiam affectata ignorantia ſe valeat excuſare, præcipimus & mandamus, quod per civitatem, diœceſim & provinciam noſtram Trevirenſem, horum noſtrorum ſtatutorum legitima fiat publicatio, & quod omnium & ſingulorum monaſteriorum, collegiorum prælati & Rectores, nec non Chriſtianitatis decani & plebani locorum, copiam ſtatutorum, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum & præſentium ſtatutorum ſemper & continuo penes ſe habeant & teneant, & in iis ſtatuta & ordinata, in quantum quemlibet concernunt; inviolabiliter obſervent. Alioquin negligentes, ſeu contrarium facientes, in iis ſcriptis excommunicamus, præter alias pœnas ſupra comminatas: reſervando tamen nobis & ſucceſſoribus noſtris Archiepiſcopis, Trevirenſibus Metropolitanis, poteſtatem ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis addendi, minuendi, corrigendi, extendendi, interpretandi & declarandi, quoties opus fuerit, & viſum erit expedire. In cujus rei

rei fidem ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Datum in Metropolitana noſtra Eccleſia Trevirenſi, die decimo tertio Maji, anno milleſimo, quingenteſimo, qvadrageſimo nono.

LXI.

Kayſers Ferdinandi I. Privilegium, welches er Churfürſt Johanni zu Trier, derer Appellationen halber ertheilet, de Anno 1562. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur-Trier pag. 58. vorhanden.**

LXII.

Pabſts Pii IV. Breve an Ertz-Biſchoff Johannem zu Trier, die Verſtattung des H. Abendmahls unter beyderley Geſtalt betreffend, de Anno 1564.

VEnerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Sacro-ſancta Tridentina Synodus in ſeſſione de Sacrificio Miſſæ habita, referendum ad nos eſſe decreverit negotium, alias in eadem Synodo propoſitum, de uſu ſacri calicis alicujus nationis, vel regni populis concedendo: ut id nos conſilium caperemus, quod animabus ipſum calicem petentium ſalutare futurum eſſe judicaremus; peracto concilio chariſſimus in Chriſto filius noſter Fetdinandus, Romanorum Imperator electus, inſigni & perpetuo ſuo pietatis Zelo adductus, re prius, ſicut ad nos ſcripſit, communicata cum nonnullis præcipuis ſacri Romani Imperii Prælatis ac Principibus Eccleſiaſticis & dilecto filio, Nobili viro, Alberto, Bavariæ Duce, genero ſuo per literas & per oratorem ſuum diligentiſſime nobis expoſuit ingens evidensque periculum, quod in provinciis inclytæ nationis Germanicæ & aliis regnis ac dominiis ſuis imminet religioni catholicæ; ne ibi penitus extingvatur: propterea, quod illæ catholicorum reliquiæ tanto deſiderio communicandi ſub utraque ſpecie teneantur; ut non pauci jam ad Hæreticos ſeſe, ob eam ipſam cauſam, contulerint: a quibus catholicæ fidei veritatem abjurare coacti ſunt: & de ceteris, niſi calicis uſus ipſis concedatur, magnopere ne idem faciant, atque ita omnes ab Eccleſia recedeant, verendum ſit; Itaque vehementer nos oravit, obſecravit & inſtitit, ſuo & ipſius Ducis Bavariæ nomine, ut tot Germanicæ nationis & regnorum ac provinciarum ſuarum populis opitulari pro conceſſa nobis a Deo poteſtate vellemus. Qua eadem de re idem Bavariæ Dux, Princeps non genere magis, quam pietate inſignis ac nobilis per oratorem ipſe quoque & per literas diligentiſſime nobiſcum egit, multique præterea doctrina, religione prudentiaque præſtantes viri nos hortati ſunt. Commota fuerunt perinde ac debuerunt & penitus concuſſa viſcera noſtra dolore quodam intimo, poſtquam de tot animarum jactura, pro quibus Chriſtus, Dominus noſter pretioſiſſimum ſuum ſengvinem in ara Crucis effudit, & de tanto ac tam manifeſto diſcrimine, quod Catholicorum reliquiis, in illa nobiliſſima natione & dictis regnis ac Dominiis impendet, ex tam piorum Principum & aliorum gravium virorum teſtimonio cognovimus. Huic igitur periculo quod proponitur, pro paſtorali officio cupientes obviam ire & multorum infirmitati paternæ charitatis viſceribus ſubvenire, ne unquam de nobis dici poſſit, tot pereuntes animas a nobis neglectas fuiſſe, & non feciſſe nos quidquid potuerimus, ut nutantes confirmaremus, lapſos erigeremus, errantes in ſalutis viam reduceremus, de Fraternitatis tuæ Zelo, diligentia & circumſpectione confiſi; ſi ita eſſe & ſaluti animarum expedire cognoveris (in quo conſcientiam tuam oneramus) Tibi & iis, qui maturo rectoque judicio ſubdelegabuntur a te, tenore præſentium, de poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine facultatem damus atque concedimus, eligendi & deputandi Catholicos ſacerdotes, qui in provincia tua (exceptis iis partibus, in quibus chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Francorum & Hiſpaniarum Reges, aut Dux Lotharingiæ temporale dominium, poſſeſſionem, aut aliud jus habent) utramque ſpeciem, decenti ordine ſervato, & omni offenſione vitata, quæ oriri poſſet inter communicantes ſub utraque & ſub una tantum ſpecie, miniſtrare poſſint illam ex devotionis fervore petentibus; dummodo ii, qui illam petierint, cum ſancta Romana Eccleſia communionem habeant; & cum ceteris in rebus fidem ejus doctrinamque ſequantur, tum hoc quoque confiteantur, profiteantur & credant in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento tam ſub una, quam ſub utraque ſpecie verum & integrum Chriſti corpus eſſe, nec Romanam Eccleſiam erraſſe, aut errare, quæ, exceptis duntaxat ſacerdotibus celebrantibus, ceteros

teros tam clericos, quam Laicos ſub ſpecie tantum panis communicat & præterea contriti ac confeſſi, munere ſacramentalis abſolutionis accepto, ad ipſam ſub utraque ſpecie communionem ſumendam accedant. Ut vero etiam lapſis, ſi ad gremium Matris Eccleſiæ redire voluerint, remiſſo rigore canonum conſulamus, permittimus, ut ſi vere & ex animo reſipiſcant, erroresque & hæreſes, in quibus fuerint, apud te, vel ſubdelegatos abs te, deteſtentur, abjuratio eis ſecreta ſufficiat, injuncta tamen iis pœnitentia ſalutari, niſi magis eam abjurationem publice fieri expedire tibi, ipſiſve ſubdelegatis viſum fuerit; quod arbitrio veſtro relinquimus; atque ita ab omnibus pœnis, cenſuris & ſententiis, in quas propter hæreſis crimen incurrerint, abſoluti, & fidelium unitati, ac Sacramentis Eccleſiæ reſtituti, ipſi quoque ad communionem ſub utraque ſpecie admitti poſſint. Illud fraternitatem tuam monemus & diligenter curare volumus ac mandamus, ut confeſſores & ſacerdotes abs te, illive, quibus tu hanc poteſtatem ſubdelegabis eligendi & deputandi, in concionibus & hortationibus ſuis ſedulo populum ſub utraque ſpecie communicaturum doceant, adhortentur ac moneant; ut integrum Chriſtum, ſicut diximus, tam ſub una, quam ſub utraque ſpecie contineri fideliter credat, confiteatur ac teneat. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XVI. Aprilis MDLXIV. Pontificatus noſtri anno quinto.

Subſcriptum, Ant. Florobellus Lavellinus.

Inſcriptio erat:

Venerabili Fratri Joanni, Archiepiſcopo Trevirenſi, Sacri Romani Imperii Principi Electori.

LXIII.

Urtheil des Kayſerlichen und des H. Röm. Reichs Cammer-Gerichts zu Speyer vor Chur-Trier wider die Abtey St Maximin, de Anno 1570.

IN cauſa exemptionis Cæſarei Fiſcalis Actoris ex una, contra & adverſus Dominum Jacobum Archiepiſcopum Trevirenſem, Electorem eximentem & Abbatem Sancti Maximini exemptum, Reos altera, partibus, exhibitis conſideratis, in jure decernitur: nominatos Reos ab actione inſtituta abſolvendos eſſe, prout hiſce abſolvimus, expenſas judiciales certis ex cauſis hinc inde compenſantes. Publicata Spiræ die 17. Februarii anno 1570. Ad mandatum Domini Electi Imperatoris proprium. Wernerus Koch D. Præfectus. Panthaleon Klein, Licent. Judicii Cameræ Imperialis Prothonatarius.

LXIV.

Kayſers Rudolphi II. Urtheil in Sachen Chur-Trier contra die Stadt Trier ratione Dominii directi & utilis, und was deme mehr anhängig, de Anno 1580. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec Contin. I. unter Chur-Trier, p. 61.

LXV.

Receſs zwiſchen Chur-Trier und Herren Ludwig, Grafen zu Wittgenſtein derer Sayn und Freußburgiſchen Lehen halber, de Anno 1598. ſiehe loco antea citato p. 64.

LXVI.

Pabſts Urbani IIX. Bulla, worinn er Ertz-Biſchoff Philipp Chriſtophen zu Trier die Abtey St. Maximin unter ſeinen Schutz und Verwaltung gegeben, de Anno 1624.

URbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, venerabili Fratri, Philippo Chriſtophoro, Archiepiſcopo Treverenſi, Sacri Romani Imperii Electori, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Romani Pontificis providentia circumſpecta Eccleſiis & Monaſteriis ſingulis, quæ vacationis incommoda deplorare noſcuntur, ut Gubernatorum utilium fulciantur præſidio, proſpicit diligenter, ac perſonis Eccleſiaſticis quibuslibet, præſertim Pontificali dignitate præditis, ut in ſuis opportunitatibus, congruum ſuſcipiant relevamen, de ſubventionis auxilio, prout decens eſt, providet opportune. Cum itaque, ſicut accepimus, Monaſterium, Abbatia nuncupatum, ſancti Maximini, prope & extra muros Civitatis Treverenſis, ordinis ſancti Benedicti

nedicti, cui quondam Petrus, ipſius Monaſterii Abbas dum viveret, præſidebat per obitum dicti Petri Abbatis, qui extra Romanam curiam de menſe Octobri, Anni proxime præteriti, diem clauſit extremum, aut alias certo alio modo, Abbatis regimine caruerit & careat ad præſens, licet dilecti filii, Conventus ejusdem Monaſterii ad illud, ut præfertur vacans, dilectum filium Agritium Recchingen, pro ejusdem Monaſterii Monacho ſe gerentem, prætextu concordatorum inter ſedem Apoſtolicam, & nationem germanicam initorum, in ſuum & ipſius Monaſterii Abbatem, ut dicitur, elegerint: ipſeque, ut aſſeritur, electioni hujusmodi de ſua perſona factæ conſenſerit; præfata vero electio, de mandato noſtro in Sacro Rotæ auditorio examinata, non eſſe talis, quæ veniret confirmanda, ſeu minus canonice, ac præter & contra ſacrorum canonum formam facta fuiſſe, per binas deciſiones declarata fuerit. Nos propterea, vel etiam ex eo, quod dicta Electio, intra tempus in præfatis Concordatis præſcriptum, ad ſedem prætactam, juxta formam conſtitutionis, fœlicis recordationis Nicolai Papæ III. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit cupientes, deleta non apparet, ipſius Monaſterii liberam proviſionem, juxta eorundem Concordatorum tenorem, hac vice ad ſedem eandem legitime devolutam eſſe attendentes; ac tam eidem Monaſterio de Gubernatore utili & idoneo, per quem circumſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeat, quam Tibi, qui Sacri Romani Imperii Elector exiſtis, ut ſtatum tuum, juxta Pontificalis & Electoralis dignitatis exigentiam decentius tenere, ac expenſarum onera, quæ Te, ratione utriusque dignitatis hujusmodi, jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes, Teque a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, hauſeris, abſolventes & abſolutum fore cenſentes: ac Electionem de perſona dicti Agritii, per eosdem Conventum, ut præfertur, factam, nullam & invalidam eſſe, Apoſtolica auctoritate decernentes & declarantes, ac irritantes & caſſantes, motu proprio non ad tuam, vel alterius pro Te nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Monaſterium præfatum, cujus fructus, redditus & proventus, ad quadringentos & quindecim florenos auri, in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, ſecundum vero communem exiſtimationem, ſex millium ducatorum auri de Camera, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, ſine præmiſſo, ſive alio quovis modo, quem, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus haberi volumus pro expreſſo, aut ex alterius cujuscunque perſona, ſeu per liberam ceſſionem dicti Petri Abbatis, vel cujusvis alterius, de illius regimine & adminiſtratione, in dicta Curia vel extra eam, & coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, aut conſtitutionem piæ memoriæ Joannis Papæ XXII. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Execrabilis, vel aſſequutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus proviſio, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad ſedem præfatam legitime devoluta exiſtat; & illa ex quavis cauſa, ad ſedem eandem ſpecialiter vel generaliter pertineat, ac de illo conſiſtorialiter diſponi conſveverit, ſeu debeat: nec non ſuper illius regimine & adminiſtratione præfatis, inter aliquos lis ſeu illorum poſſeſſorio vel quaſi, moleſtia, cujus ſtatum etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datarum præſentium eidem Monaſterio de Abbate auctoritate Apoſtolica proviſum, aut illud alteri commendatum canonice non exiſtat, cum illi forſan annexis, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis tibi per te quoad vixeris etiam una cum Trevirenſi ac Spirenſi Eccleſiis, quibus ex diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſceris, tenendum, regendum & gubernandum; ita quod liceat Tibi, debitis & conſvetis ipſius Monaſterii ac præfatorum Conventus ſupportatis oneribus, quarta parte Abbatali ſeparata ac ſeorſim a Conventuali, uti in reſtaurationem illius fabricæ, ſeu ornamentorum veſtium & paramentorum emptionem, vel fulcimentum, aut pauperum alimoniam & ſuſtentationem, vel debitorum extinctionem, prout major exegerit & ſvaſerit neceſſitas: ſi vero communis inibi menſa fuerit, tertia parte omnium & ſingulorum fructuum, redituum & proventuum ipſius Monaſterii, pro præmiſſis ſupportandis, & ſuſtentatione Monachorum, omnibus aliis deductis oneribus, annis ſinguiis impartita De reſiduis vero illius fructibus, reditibus & proventibus diſponere & ordinare, ſicut Abbates potuerunt ſeu etiam debuerunt; alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & pretioſorum mobilium dicti Monaſterii tibi

penitus interdicta, Apoſtolica auctoritate commendamus; curam ejusdem Monaſterii, ac hujusmodi regimen & adminiſtrationem Tibi in ſpiritualibus & temporalibus, plenarie committendo, decernentes præſentes literas, etiam ex eo quod Agritius, Conventus præfati, vel quicunque alii intereſſe in præmiſſis habentes, ſeu forſan undecunque habere prætendentes, ad hoc vocati, vel auditi, ac cauſæ propter quas electio hujusmodi nulla & invalida exiſtat, coram ordinario loci juſtificatæ aut verificatæ non fuerint, aut alias ex quibusvis quantum vis ex juſtiſſimis cauſis, de ſubreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu notari ſeu retractari, in jus vel controverſiam revocari, aut alias impugnari, vel quodcunque juris generale, vel facti remedium, adverſus illas impetrari nullatenus poſſe, ſed ſemper & perpetuo validas & efficaces exiſtere, ſuosque effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter obſervari, ſicque & non aliter, per quoscunque Judices ordinarios & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales dictæque ſedis Nuncios, vel Legatos ſeu vice Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quovis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, in quacunque inſtantia ubique judicari, & diffiniri debere: irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis cauſarum curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac Decano & Archidiacono Eccleſiæ Treverenſis, Motu ſimili, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, Tibi in adipiſcenda poſſeſſione, vel quaſi regiminis & adminiſtrationis præfatorum ac bonorum ejusdem Monaſterii, autoritate noſtra aſſiſtentes, faciant Tibi a conventu præfatis obedientiam & reverentiam debitas & devotas, nec non a dilectis filiis, vaſallis & aliis ſubditis ejusdem Monaſterii, conſveta ſervitia, & jura Tibi ab eis debita integre exhiberi. Contradictores auctoritate noſtra præfata appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, ſuper examinandis electionibus ad monaſteria vacantia, & alias quomodolibet in contrarium diſponentibus, ac recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, ac aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, nec non Monaſterii & ordinis hujusmodi juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel vis firmitate alia, roboratis, ſtatutis & conſvetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis, eidem Monaſterio ac illius ſuperioribus & perſonis, etiam contra commendas ac alias quomodolibet, ſub quibuscunque tenoribus & formis, per quoscunque, Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, editis ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis: quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti eorum derogatione, de eis eorumque totis tenoribus, ſpecialis ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus; contrariis quibuscunque, aut ſi conventui, Vaſallis & Subditis præfatis, vel quibusvis aliis, communiter aut diviſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod propter commendam noſtram hujusmodi, in dicto Monaſterio, divinus cultus ac ſolitus Monachorum & miniſtrorum numerus nullatenus minuatur, ſed illius ac Conventus hujusmodi congrue ſupportentur onera ante dicta, quodque Te cedente vel decedente, aut alias præfatum Monaſterium quomodolibet, dimittente, vel amittente, illud amplius commendari non debeat, ſed ad priſtinam tituli naturam revertatur, & præfati conventus ad electionem novi Abbatis, ſervata alias ſacrorum Canonum & concordatorum hujusmodi forma, devenire poſſint & valeant, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi illud nunquam commendatum fuiſſet. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo, Sexcenteſimo, vigeſimo quarto pridie nonas februarii, Pontificatus noſtri anno ſecundo. Subſcriptum F. Julianus. Tritonius per Comp. Cajus Paul. &c. Fabius Rentius. S. Iſquierdus. F. Rentius, P. Girod. Cap A. Confettus. S. Vgolinus. Fautinus Rentius. Pro M. A. Burgeſio. M. Pangagua F. Rentius. L. de Freſchis Cap. B. Boncompagnus. I. Auila. &c. A. Ruffinellus C. Pignarellus, M. Marionus, O. Aſtius &c. Fantinus Rentius. C. Nutius Reg.

LXVII.

LXVII.

Eyd, den ein jedweder Abt zu St. Maximin dem Ertz-Stifft Trier ſchweren muß.

EGo N. Abbas Monaſterii S. Maximini, extra & prope mœnia civitatis Trevirenſis. Notum facio univerſis, quod Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino Domino N. Archiepiſcopo Trevirenſi, ac Principi Electori, infra ſcriptum fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ præſtiti juramentum, ſub hac, quæ ſequitur, forma. Ego N. Abbas Monaſterii S. Maximini, extra & prope mœnia civitatis Trevirenſis promitto, ſpondeo & juro, me, ex nunc in antea, fore fidelem & obedientem Sacro Romano Imperio & Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Illuſtriſſimoque Principi ac Domino, Domino N. Archiepiſcopo Trevirenſi, Sacri Romani Imperii, per Galliam & Regnum Arelatenſe, Archi-Cancellario & Principi Electori, Domino meo Gratioſiſſimo, Imperiali & Regia authoritate, & nomine, juxta tenorem literarum, ſuisque ſucceſſoribus, canonice intrantibus, jura ſua, & ſuæ Diœceſis quoad potero, defendam; neque, quod in me eſt, lædi patiar: non dabo conſilium, vel conſilio interero, cujus occaſione dictus Dominus Archiepiſcopus, vel ſui Succeſſores, periculum corporis, honoris, læſionem membrorum, ſuæ ditionis, vel ſubditorum, patiatur; ſed ſi id ab aliis tentatum reſcivero, pandam illi ſuisque ſucceſſoribus fideliter; Regalia, temporalitates, feuda, & quæcunque Monaſterii mei jura, fideliter conſervabo, & manutenebo, deperdita pro poſſe recuperabo: Sic me Deus adjuvet: Ita juro ad hæc ſancta Dei Evangelia. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum præſentibus eſt appreſſum. Datæ N. die &c. menſis &c. anno Domini &c.

LXIIX.

Churfürſts Philipp Chriſtophs zu Trier Renunciation auf die vom Pabſt Urbano IIX. im Jahr 1624. erhaltene Verwaltung der Abtey St. Maximin de An. 1625.

NOs Philippus Chriſtophorus, Dei gratia Archiepiſcopus Treverenſis, Sacri Rom. Imperii per Galliam & regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius ac Princeps Elector &c. Tenore præſentium publice atteſtamur. Cum orta nuper controverſia, intuitu Abbatiæ S. Maximini prope civitatem Trevirenſem nos eam virtute Pontificii diplomatis ſub onere penſionum eo contentarum, titulo commendæ ad nos ſpectare contendiſſemus, atque ex adverſo Electus ceterique Religioſi ejusdem monaſterii hoc nomine apud ſuam ſanctitatem, Majeſtatem Cæſaream, præcipue vero apud Sereniſſimum Infantem Hiſpaniarum Iſabellam, cui nomine Regiæ Majeſtatis Catholicæ, Ducatus Luxenburgenſis, protectio memoratæ Abbatiæ incumbit, conqueſti fuiſſent; contendentes, eam cum penſionibus gravari, aut Commendæ titulo concedi non potuiſſe, citra præjudicium privilegiorum S. R. Imp. dictæque Abbatiæ. Nos Philippus Chriſtophorus, Archiepiſcopus antedictus deſiderio præfatorum principum morem gerere & ſtudio pacis difficultatibus nos explicare cupientes, ſtuduimus memorato diplomati, omnique juri ac titulo Commendæ, quod virtute ejusdem ſuper memorata Abbatia nobis competebat aut competere poterat, renunciare, prout bona fide & meliori modo formaque, qua id fieri poteſt, omnino renuntiamus tenore præſentium, conſentientes, ut in vim Procuratorii, quod eo nomine expediri curavimus, eadem Commenda, obſervatis ſolennitatibus in manus ſuæ Sanctitatis reſignetur; hoc fine, ut præfatum monaſterium eo loci ſtatusque reponatur, quo erat ante impetrationem diplomatis ejusdem, irritis, quæ in contrarium acta ſunt, ſignanterque proceſſu executorio pro adimpletione prædictorum omnium, nos proprio nomine & manuali ſubſcriptione ſigillique noſtri ſub impreſſione in verbo Principis obligantes. Signatum in civitate noſtra Witliaca, die 10. menſ. Novembr. Anni 1625.

LXIX.

Urtheil des Kayſerl. und des H. Röm. Reichs Cammer-Gerichts zu Speyer vor Chur-Trier wider die Abtey St. Maximin de Anno 1628.

NOs Ferdinandus II. Dei gratia, Romanorum Imperator &c. Fatemur, ac omnibus hiſce noſtris Cæſareis literis manifeſtum facimus & atteſtamur. Poſteaquam in Judicio Imperialis noſtræ Cameræ, jutxta Protocollum & acta 17. Februarii 1570, in cauſa Exemptionis, tunc temporis, Cæſarei Fiſcalis Actoris ex una, contra quondam Jacobum Archiepiſcopum Trevirenſem ac Principem Electorem Eximentem, ac contra Abbatem S. Maximini exemptum altera partibus, de Jure deciſum ac pronunciatum ſit, prædictos Reos, ab intentata

actione

actione abſolvendos ac liberandos, litisque expenſas, ex cauſis moventibus compenſandas eſſe: Et ſuper hoc Dominus Philippus Chriſtophorus, modernus Archiepiſcopus Trevirenſis, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius, Epiſcopus Spirenſis, & Præpoſitus Weiſſenburgenſis, perdilectus noſter Cognatus, Elector, Conſiliarius, ac Cameræ noſtræ Imperialis Judex, apud jam dictam Cameram noſtram, Teſtimoniales, quo in judicio nempe ante dicta ſententia lata ſit, per ſuæ dilectionis Procuratorem ſupplicando ſollicitaverit, quæ etiam ipſi hoc infra ſcripto die abjudicatæ fuerunt; quod in allegata exemptionis cauſa, prædictus Fiſcalis anno 1549. 1. Junii, loco ſuæ querelæ, petitionem articulatam judicialiter exhibuerit, in cujus fine petierit, decerni & pronunciari, quod dictus Abbas ad Imperium ſpectet, & Prælatus Sacri Romani Imperii ſit, ac proinde omnes Imperii ordinarias & extraordinarias, liberas & non liberas collectas & quotationes, quæ quovis tempore, ex recepto more, communi conſenſu exactæ ſunt, ſolvere teneatur, & quod deſuper dicto, Archiepiſcopo Trevirenſi & Electori, non attenta illius præſumpta exceptione & intereſſe, perpetuum ſilentium imponendum ſit: Aut ſi omnino Elector audiri, & Abbas S. Maximini eximi jure debeat, quod tunc ipſe Abbatis ordinariam & extraordinariam, liberam & non liberam quotàm, & quotationem, quovis tempore in ſacro Romano Imperio applacidatam & injunctam, pro dicto Abbate ponere & numerare teneatur; & ſic Actor Fiſcalis per hæc, tam quoad ſupra memorati Archiepiſcopatus, in S. Maximino immedietatem, quam etiam quoad collectandi Jus petitorium inſtituit; Et eo non minus, ipſe Fiſcalis ſuas probationes, quam Eximens Elector ſuas defenſionales, cum ſuis probationibus direxerunt. Ab hac autem actione, juxta præallegatam ſententiam rei conventi abſoluti ſunt. In quorum fidem hæ Teſtimoniales, noſtræ Cæſareo Sigillo munitæ, conceſſæ ſunt. Datæ in noſtra, & Sacri Romani Imperii Civitate Spirenſi 2. menſis Januarii, Anno 1628. Regnorum noſtrorum, Romani nono, Ungarici decimo, & Bohemici undecimo. Ita Subſcriptum. Ad mandatum Domini Electi Imperatoris proprium. Cyprianus Vomelius Stappert, Doctor, Præfectus. Franciſcus Henricus Fauſt, Judicii Imperialis Cameræ Protonotarius.

LXX.

Churfürſts Philipp Chriſtophs zu Trier Capitulation mit der Cron Franckreich, worinn er die Frantzöſiſche Protection angenommen, nebſt des Königs Ludovici XIII. in Franckreich Ratification, de Anno 1632. befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur Trier, pag. 65.

LXXI.

Ejusdem Capitulation mit der Cron Schweden, Krafft deren er die Schwediſche Neutralität angenommen, de Anno 1632. ſtehet loco antea citato pag. 67.

LXXII.

Königs Guſtaphi Adolphi in Schweden Ratification über vorherſtehende Chur-Trieriſche Capitulation de Anno 1632. ſiehe loco ſupra allegato pag. 69.

LXXIII.

Urtheil des Parlaments und Geiſtl. Conſiſtorii zu Trier wider die Abtey St. Maximin, de Anno 1633.

IN cauſa, per Imperium Romanum & Electoratum Trevirenſem notaria, a Priore & Conventu S. Maximini, contra Eminentiſſimum & reverendiſſimum eorum Archiepiſcopum, Principem Electorem Dominum Ordinarium & Commendatorem, nec non, interritoria & ſubditos Trevirenſes excitati belli, exercitarum rebellionis, ſeditionis, Pacis publ. fractionis, cauſati damni, extantium liquidorum, Imperialium, Unionis, Provincialium, Cameralium, aliarumque contributionum; viſis & mature conſideratis originalibus literis, quæſtoriæ generalis rationum libris, exhibitis Documentis, Confeſſionibus, Claris Pontificiis, Rotæ Romanæ, Cæſareis & Imperii Sententiis, ac rebus judicatis, maxime vero, ob notorietatem & evidentiam, enormiſſimorum factorum (ob quæ, ab initio absque citatione, Monitorio & Sententia, ab executione, inchoari potuiſſet (Electoris Trevirenſis, ad hanc cauſam, vigore Archiepiſcopatus clarorum Privilegiorum, in ejusmodi caſibus deputati, Eccleſiaſtici & Sæculares, Nobiles ac Jurisperiti, Conſiliarii & Commiſſarii conſiſtorium, item & Parlamentum Eccleſiaſticum ac Sæculare, jus & juſtitiam adminiſtrantes, remiſſis, quantum ad hunc

ad hunc actum opus, eorundem juramentis, dicunt, decernunt & pronunciant: Agritium Reckingen, pro Abbate Monaſterii S. Maximini hactenus ſe falſo geſſiſſe; Eundem priorem & Conventum, circa implorationem protectionis Luxemburgicæ, excitatum bellum publicum, & cauſatas cædes, rapinas & incendia, aliasque in Archiepiſcopatu, ob Commendam, nec non ob Imperiales, Provinciales, Camerales, aliasque contributiones, exercitas hoſtilitates; contra claram ordinationem jurium gentium, Imperii fundamentale Conſtitutiones, pacem publicam generaliter ſancitam, & contra eorundem ab Anteceſſoribus Abbatibus, Archiepiſcopis præſtita juramenta, ſimiliter & contra Pontificias, Rotæ Romanæ, Cæſareas Sententias, & res judicatas, ac contra ipſammet ſanctitatem, perperam & nimis injuſte, feciſſe, quo ipſo, publicas rebellionem, ſeditionem, & Pacis publicæ ruptu-ram, exercuiſſe; ac proinde, in puncto Commendæ, Altementionarum Dn. Archiepiſcopum, (cum non niſi nudum Procuratorium ad reſignandum, ab Ipſo, armis injuſtis, extorqueri potuerit, ideoque non productum, non acceptatum, minus in effectum deductum ſit) in jure, titulo & poſſeſſione commendæ, permaniſſe; Eminentiam Suam, pro vero & legitimo Commendatore, à Monachis agnoſci & haberi debere: Eidem competere jus percipiendi fructus & reditus commendæ, in Bulla Pontificia deputatos, & a tempore adeptæ poſſeſſionis ceſſos, nec non jus repoſcendi penſiones, Romæ, intuitu prætactæ Commendæ ſolutas, ibidemque ac publicis Legationibus, in Aulis Cæſarea ac Bruxellenſi, ac alibi factas expenſas, uti & propter damna, per arreſta, invaſiones, devaſtationes, extorſiones, aliaq; hoſtilitates, cauſata & illata, portionem illam moderno Archiepiſcopo, à Pontifice in Bullis deſignatam, Archiepiſcopatui Trevirenſi tam diu affectam manere debere, donec de prædictis expenſis, penſionibus & debitis per Quæſtoriam Electoralem ad viginti octo mille octingentos, & quatuordecim Coronatos, liquidatis & taxatis; nec non de fructibus Commendæ, illatisque damnis ſuo tempore per prædictos Commiſſarios, amicabiliter, aut judicialiter componendis, plenarie ſatisfactum ſit. In puncto vero omnimodæ Jurisdictionis, Eccleſiaſticæ & temporalis, dicunt, decernunt, & pronunciant prædicti Conſiliarii & Commiſſarii, Conſiſtorium item ac Parlamentum Eccleſiaſticum ac Sæculare, Altememorato Domino Archiepiſcopo & Electori, prætactam omnimodam jurisdictionem, Eccleſiaſticam & Sæcularem in & ſuper Monaſterium S. Maximini, ejusque Subditos Cæſareis & Pontificiis conceſſionibus acquiſitam, Sententiis rebusque judicatis ſummorum Imperii Judiciorum (præterſis privilegiis, ab Abbatibus, ſeu Priore & Conventu ſub & obreptitie expracticatis & allegatis, annullatis, ac pro talibus judicatis) confirmatam, contra quoscunque turbatores, mediis quibuscunque tam juris, quam facti, tueri & conſervare; Monachosque ad ſolutionem contributionum, ex jure Superioritatis debitarum, ab anno 1609. ceſſarum & juxta diſtributionem prætactæ Quæſtoriæ, Summam viginti mille octingentorum & triginta novem Coronatorum excedentium, nec non adſolutionem futurarum contributionum via executiva adigere, Eminentiæ Suæ licuiſſe & etiamnum licere. Protectionem Luxemburgicam, ab Abbatibus ſeu Priore & Conventu, perperam & ſeditioſe imploratam, vel implorandam, jam dudum Sententiis Imperatorum, ſummorum Pontificum confirmationibus, Aurea Bulla, fundamentalibus Imperii Legibus, caſſatam, abolitam ac exploſam eſſe, & in perpetuum manere debere. Priorem denique & Conventu, a notoriis, & in actis aſſertis, ſcandaloſis factis perjuriorum, proditionis Eccleſiæ & Patriæ Trevirenſis; Læſarum ſummæ Pontificiæ Majeſtatis & Electoralis Dignitatis, uſurpatæ jurisdictionis, ſeditionis, excitati belli inteſtini, fractæ Pacis publicæ, falſorum damnatorum dogmatum, aliisque criminibus enormiſſimis flagrantibus, ac inſacto permanentibus, in totum abſtinere ac reſpective revocare, atque adjuratam debitam ſubjectionem, obedientiam, & reverentiam moderni Domini Archiepiſcopi ac Principis Electoris, Ordinarii, ac Commendatoris ſui, uti & Succeſſorum redire; aut hoc, ni faciant, contra eosdem, ratione allegatorum criminum notoriorum, juxta communia Canonica, & Cæſarea jura, Conſtitutiones Pontificias & Imperiales, nec non ſpecialia a Summis Pontificibus & Imperatoribus, Archiepiſcopis & Electoribus Trevirenſibus conceſſa privilegia, via juris & executiva, ulterius procedi poſſe ac debere. Lata in Conſilio, ſub Eminentiæ Suæ Cancellariæ Secreto, Trevirenſis in Palatio S. Petri, die 19. menſis Decembris, anno 1663.

(L.S.)

Ex mandato &c.

Joannes Finger
Secret. &c.

LXXIV.

Churfürſts Philipp Chriſtophs zu Trier Appellation a Cæſare male informato ad melius informandum, wegen einiger ihm beygemeſſenen Beſchuldigungen, de Anno 1640. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unter Chur-Trier, pag. 70. vorhanden.

LXXV.

Kayſers Ferdinandi III Diploma Amneſtiæ vor Churfürſt Philipp Chriſtophen zu Trier, als er zu Wien im Jahr 1645. auff freyen Fuß geſtellet worden.

FErdinandus III. Electus Romanor. Imperator ſemper Auguſtus &c. Præſentibus notum facimus atque atteſtamur pro nobis & ſucceſſoribus noſtris. Poſtquam Rdmus Philippus Chriſtophorus, Elector Trevirenſis, concluſa pacis Pragenſis in omnibus punctis, clauſulis & articulis denuo pure acceptavit, Nobisque ſub fide dignitatis & verbi ſui Electoralis, juxta Receſſum deſuper erectum & ſigillatum addixit & promiſit, quod in electionem noſtram Cæſaream & quicquid illarum ratione anno 1636. aliasque hucusque a reliquis Dilectionis ſuæ Coëlectoribus, collegialiter concluſum eſt, ſine ulla diſputatione conſentiat, eisque plene acquieſcat, & ea omnino ſequi velit; caſtrum quoque Ehrenbreitſtein pro noſtro libitu & beneplacito neceſſario præſidio providendum, ad plenam usque compoſitionem belli Germanici in noſtris manibus relinquere, Philippiburgum vero modis omnibus e poteſtate Gallorum eruere, atque pro noſtra & Imperii utilitate & ſervitio pie cuſtodire, contra coëlectores ſuos aliosque Principes & ſtatus Imperii eorumque conſederatos, ſicut & Capitulares ſuos Trevirenſes & Spirenſes, & utriusque patriæ ſtatus, Officiales, Conſiliarios, ſubditos & miniſtros, neque etiam in utroque Archi- & Epiſcopatu Trevirenſi & Spirenſi hujusque conſtitutos adminiſtratores, neque contra quemquam alium, cujuscunque ille demum ſummi & infimi gradus ſit, ratione eorum, quæ hucusque contra ſuam dilectionem ejusque adhærentes acta ſunt, aut geſtæ in ejus abſentia, adminiſtrationis & reginiinis ergo, quoquo modo vindicare, aut de eis ſiniſtre ulterius cogitare; ſed illa omnia cum omni cauſa omnibusque inde ſecutis perpetua oblivione ſopire, atque ita omni modo ſervare velit, prout in pace Pragenſi, in puncto amniſtiæ ſancitum atque conventum eſt. Præſertim autem contra Præpoſitum ſuum Trev. Joan. Wilhelmum Huſman à Namedii, ejusque nepotes, ſicut & fratres Barones de Metternich eorumque adhærentes aliosque quoscunque, ipſius Archi- & diœceſis confederatos & ſubditos, conceptam disgratiam averſionem & proceſſus plane deponere, illosque omnes in priori ſuo ſtatu integre & ſine impedimento quiete permanere & ſinere velit. Sic nos ipſius D. Archiepiſcopi Trev. dilectionem, his ſub conditionibus, ad pacis Pragenſis concluſa, ad inſtar aliorum Electorum, Principum & Statum Imperii, ex gratia Cæſarea admiſimus & ſuſcepimus, ipſique clementer promiſimus, prout facimus virtute præſentium, ſub fide Cæſareæ noſtræ dignitatis & verbi, quod nos dilectionem ſuam illis omnibus quiete frui, ipſamque ad præſentem Imperii deputationem Francofurthi, atque in ipſa pro parte noſtra ad ſeſſionem & votum, in Electorum & Principum conſiliis, ratione Archi- & diœceſium ejus libere & ſine impedimento admittemus, ſimiliter ad decentem ejus inſtantiam eam de regalibus & ſecularibus, prout moris eſt, clementer inveſtiemus, ipſiusque Archi- & diœceſis privilegia, prout juris & moris confirmabimus, in eisque clementer defendemus & manu tenebimus, curabimusque, ut in civitate Trevirenſi, Confluentina & Hamerſtein exiſtentia præſidia, quamprimum neceſſitas & imminens inimicorum periculum ceſſaverint, neque de eo quicquam amplius metuetur, educantur, ſuaque dilectio ejusque ditiones & ſubditi, ab eis ulterius non graventur neque impetantur; neque pro parte noſtra contra ſuam Dilectionem eique adhærentes, ratione eorum, quæ inter dilectum Parentem noſtrum & Dominum noſtrum quondam Ferdinandum II. Imper. in Deo beate quieſcentem, ipſiusque Electoris dilectionem non ſalutis amice forſan contigerunt, ſiniſtre quicquam recordabimur; ſed omnia relinquemus, prout pax Pragenſis in puncto amniſtiæ ſancivit, in eoque erga ſuam Dilectionem ejusque adhærentes, ſicut cum aliis fidelibus Electoribus, Principibus & ſtatibus obſervabimus; ſimulque clementer curabimus, ut Dilectio ſua cum omnibus ſuis Officialibus, Conſiliariis & miniſtris, hinc Ratisbonam, nam, & inde ad ſuas Archi- & diœceſin ſecure perveniat. Omnia clementer & ſine fraude. In cujus rei teſtimonium præſentem Receſſum manu noſtra ſubſignavimus, ſigillumque noſtrum Cæſareum imprimi juſſimus. Actum Viennæ 12. Aprilis, Anno 1645.

LXXVI.

Des Päbſtl. Nuntii Sententia Abſolutionis Churfürſt Philipp Chriſtophs zu Trier, nebſt Pabſts Innocentii X. Vollmacht darzu, de Anno 1645. befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unter Chur-Trier, pag. 72.

LXXVII.

Kayſers Ferdinandi III. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Trier, beſonders aber der verſtatteten Zoll-Translation, de Anno 1645.

FErdinandus Tertius, divina favente Clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac ſuperioris & inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Ad perpetuam rei memoriam, omnibus patere volumus, quanquam cunctorum noſtrorum & Imperii ſacri fidelium agendorum multiplicium Nos ingens cura ſolliciter, eorum tamen gratioſius & diligentius intuemur honores & commoda promovemus, quorum fides eſt amplioribus comprobata operibus, quique pro exaltandis noſtris & Imperii Sacri Juribus diligentius laborant, ac ſollicitudines continuas & labores ſuſtinere non deſinunt. Ea propter ad univerſorum tam præſentium, quam etiam futurorum volumus notitiam devenire, quod Nos attendentes ſinceræ devotionis affectum, & fidei puritatem, qua Venerabilis Philippus Chriſtophorus, Archiepiſcopus Trevirenſis, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius, Princeps Elector & Nepos noſter dilectus, ſuique Prædeceſſores erga Nos & auguſtæ memoriæ Imperatores, Anteceſſores noſtros, Sacrumque Romanum Imperium conſtantibus animis fideliſſime claruerunt, penſantesque illius curam pervigilem, ac labores aſſiduos, quibus pro augendis noſtris & Sacri Imperii honoribus ſe reddidit, & crebro reddit ſollicitum & intentum. Juſtis igitur ſuis ſupplicationibus benignius annuentes, omnes & ſingulas libertates, literas, conceſſiones, donationes & privilegia quascunq; & quæcunq; a divis Rom. Imp. & Regibus, noſtris prædeceſſoribus, ſuis prædeceſſoribus, ac Eccleſiæ Trevir. ac eorum cuilibet conceſſas & indultas, conceſſa & indulta, & denuo una cum Diplomate conſenſus S. Romani Imperii Principum Electorum, Francofurti Anno Domini milleſimo, ſexenteſimo, duodecimo expedito, ſuper teloneo, quod Archiepiſcopi Trevirenſes in oppido Confluentia fluminis Moſellæ habuerunt, in oppidum Valender aut Hammerſtein fluminis Rheni ex privilegio Imperatoris Friderici transferendo, confirmari, approbari, & ſi opus ſit, denuo concedi a Nobis, tanquam electo Romanorum Imperatore humiliter petiit (quorum quidem tenores pleno Diplomate proxime expediendo de verbo ad verbum inſerendos hic pro expreſſis habere volumus) cum omni earum effectu, in ſingulis ſuis articulis atque punctis confirmavimus, approbavimus & ratificavimus, prout præſentium tenore ipſas litteras omnes & ſingulas, & earum quamlibet in ſolidum & ſignanter conſenſum & ratificationem Sacri Romani Imperii Principum Electorum de teloneo ex oppido Confluentia, fluminis Moſellæ, in oppidum Valender, aut Hammerſtein, fluminis Rheni transferendo, confirmamus, approbamus & ratificamus, & non ſecus, ac ſi eorum omnium tenores hic de verbo ad verbum inſerti eſſent, de novo concedimus. Inhibentes univerſis & ſingulis Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus Clientibus, Civibus, & Univerſitatibus terrarum & diſtrictuum, Civitatum & locorum Sacri Romani Imperii, qui pro tempore fuerint, cujuscunque etiam dignitatis, præeminentiæ, ſeu ſtatus exiſtant, fidelibus noſtris & præſertim Magiſtro Scabinorum, Scabinis Magiſtris officiorum, Conſulibus & Civibus, ac Incolis univerſis & ſingulis Civitatis Trevirenſis, ne præfatum Philippum Chriſtophorum, Archiepiſcopum, ſucceſſores ſuos, & Eccleſiam Trevirenſem in perpetuum adver-

ſus præſens noſtræ approbationis & confirmationis, nec non innovationis indultum impediant, aut ſinant quomodolibet impediri, aut impedientibus præſtent auxilium, Conſilium vel favorem. Non obſtantibus quibuscunque privilegiis, libertatibus, gratiis vel indultis, etiam Imperiali vel Regali, vel alia quavis auctoritate, ipſis communiter, vel diviſim, ſub quacunque etiam verborum forma concesſis vel imposterum concedendis, cujuscunque tenoris exiſtant, etiamſi de eisdem de verbo ad verbum facienda foret mentio ſpecialis, & clauſulas quascunque in ſe derogatorias continerent, conſuetudinibus & ſtatutis quibuscunque contrariis, quæ præfatis Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Scabinis, Magiſtris officiorum, Civibus & Incolis Trevirenſibus prædictis poſſent in præmiſſis vel contra ea quomodolibet ſuffragari; quas & quæ tanquam Eccleſiæ Trevirenſi totique Reipublicæ præjudiciales, damnoſas & contrarias decernimus caſſas, irritas atque nullas, ipſasque & ipſa de certa noſtra ſcientia perpetuo caſſamus, irritamus, & annullamus, & eis etiam volumus, ac ſi de verbo ad verbum, præſentibus inſerta eſſent, per præſentes derogare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtræ conceſſionis, approbationis, ratificationis, innovationis, conſenſus, decreti, declarationis, inhibitionis, confirmationis, caſſationis, irritationis & de novo conceſſionis & pœnarum inflictionis paginam infringere, vel ei quovis auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, pœnam indignationis noſtræ graviſſimam, & pœnas in ſupradictis privilegiorum literis contentas, prout in eisdem & qualibet earum contentæ ſunt, ſingulas pœnas, ſingulis exceſſibus referendo, & ultra pœnas præfatas, pœnam mille librarum auri puri ſe noverit toties, quoties contravenerit, irremiſſibiliter incurſurum. Quarum quidem pœnarum petitionem, receptionem & exactionem plenariam in contrarium facientes, ſicut præmittitur, eidem Philippo Chriſtophoro Archiepiſcopo Trevir. ſuisque Succeſſoribus Archiepiſcopis, eadem authoritate noſtra Imperiali, & de certa noſtra Scientia committimus faciendam, & ad hoc ipſis ſtudebimus & debebimus favorem & auxilium Imperiale adhibere; Præſentium ſub noſtræ Imperialis Majeſtatis ſigilli teſtimonio Literarum. Datum in Civitate noſtra Viennæ, die vigeſima quinta Aprilis, Anno Domini milleſimo, ſexenteſimo, quadrageſimo quinto, Regnorum noſtrorum, Romani nono, Hungarici vigeſimo, Bohemici vero decimo octavo. Subſcriptum ut ſequitur. Ferdinandus. Ferdinandus Comes Curtius. Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium, Joan. Walderode. Rta. Georg. Wangner.

LXXIIX.

Kayſers Ferdinandi III. Intercesſionales vor Churfürſt Philipp Chriſtophen zu Trier an König Philippum IV. in Spanien, daß ihm ſeine abgenommene Güter reſtituiret werden möchten, de Anno 1645.

FErdinandus tertius &c.

Non dubitamus, quin Serenitas Veſtra a Reverendiſſimo ac Sereniſſimo quondam Cardinale Infante, Fratre ſuo, Conſobrino & Affine noſtro Chariſſimo pientiſſimæ memoriæ, Belgicarum tum Provinciarum Gubernatore, certior facta fuerit, ac recenti uſque dum teneat memoria, quemadmodum Sacra quondam Cæſarea Majeſtas & Dilectio Sua, Dominus Genitor ac Prædeceſſor noſter colendiſſimus, Auguſtiſſimæ recordationis, ob certas quasdam inter eandem & (tit.) Electorem Trevirenſem exortas controverſias ac differentias, tam præcipua quædam ad hujus dilectionem proprie ſpectantia, Neoburgum deportata mobilia; quam etiam ob pias cauſas jam ante eadem deſtinata bona Patrimonialia, imperiali ſuo arreſto curarit ſubjicienda. Quum autem dictis differentiis jam penitus compoſitis, ipſum quoque arreſtum prorſus relaxatum ſit, atque abolitum. Tum ipſe Elector demiſſe juxta atque enixe petierit, uti dicta bona ipſi integre curemus reſtituenda. Idcirco Serenitatem Veſtram hiſce benevole, & pro ſolita noſtra fiducia, amanter atque enixe requirimus, ut id ſolenni ſuo tam Nobis gratificandi, quam afflictæ Reipubl. tuendæ ac ſublevandæ ſtudio tribuere, dandisque opportunis atque efficacibus, eo ubi opus fuerit locorum mandatis, accurrate providere velit, quo ſæped. Electori, ſupra memorata bona absque ulla ulteriori mora, aut tergiverſatione, quantocius relaxentur ac tradantur, & ſi quid forte ex ipſis ablatum fuerit, reponatur, pleneque & integre reſtituatur. In eo, uti Serenitas Veſtra faciet rem non modo ſibi ac communi nomini noſtro glorioſam, ac rei univerſæ Catholicæ utilem, ita Nobis erit perquam gratum, qui reciproca officiorum viciſſitudine parem calculum ponere nunquam intermittemus. De cætero Serenitatis Veſtræ ſinceriſſimi amantiſſimi fratris, Conſobrini & Affinis affectum prolixe offerentes proſperrimos eidem rerum ſucceſſus ex animo vovemus. Viénnæ 10. May. 1645.

LXXIX.

LXXIX.

Ejusdem Brieff an den Spaniſchen Gouverneur in denen Niederlanden, Marggrafen von Caſtel Rodrigo, die Reſtitution derer Ertz-Biſchoff Chriſtophen zu Trier abgenominenen Güter betreffend, de Anno 1645.

FErdinandus III. (tit.) Omnino confidimus, literas noſtras 10. May proxime præteriti ad Vos datas, quibus Vobis ſignificabamus, Nos arreſtum, cui Auguſtus quondam Dominus Pater, & proxime Prædeceſſor noſter, glorioſæ memoriæ, cum mobilia, tum alia etiam quædam bona patrimonialia ad Venerabilem Electorem Trevir. ſpectantia ſubjecerat, & Luxemburgi aſſervanda curarat, relaxaſſe; ſimulque requirebamus, ut oportuna ac efficacia mandata dare, atque id ſedulo agere velletis, quo dicto Electori præmemorata bona quantocius relaxentur, ac ſi quid forte ex iis amotum fuiſſet, reponatur, pleneque Dilectioni ſuæ ac integre reſtituatur, recte ad vos perveniſſe. Quando autem hactenus nullum ad easdem literas reſponſum ad Nos perlatum eſt. Viſum nobis fuit, earundem exemplum una cum hiſce Vobis transmittere, denuoque benigne & benevole Vos requirere, ut negotium hoc cordi habere, operamque dare velitis, ut dicto Electori, quam primum ac cumulatiſſime quoad prælibata bona ſatisfiat. Prout de Veſtro in juſtitiam ſtudio, tum ſpectata quoque in Nos obſervantia omnino confidimus; Qui de cætero gratiam ac benevolentiam Vobis noſtram Cæſaream, clementer conſervamus. Datum in Civitate noſtra S. Hyppolyti 18. Auguſti anno 1645.

LXXX.

Des Spaniſchen Gouverneurs in denen Niederlanden, Maragrafens de Caſtel Rodrigo Befehl an Præſident und geheimen Rath zu Luxenburg, daß ſie Churfürſt Philipp Chriſtophen zu Trier ſeine Meublen und Güter reſtituiren ſollen, de Anno 1645.

DON MANUEL DE MOURA Cortereal, Marquis de Caſtel Rodrigo &c.

Meſſieurs, Ceſte ſera pour vous dire & ordonner de la part de Sa Majeſté, que vous laiſſiez & facier, que l'on laiſſe ſuivre à Monſieur l'Archevesque Electeur de Treves tous les meubles & hardes, qu'il y a en la Ville de Luxenbourg, qu'il conſtera lui appartenir. De Gand les de Septembre 1645. Signé M. Caſtel Rodrigo, & contreſigné Verreicken. La Superſcription eſtoit A Meſſieurs les Preſident & gens du Conſeil du Roy, noſtre Sire, à Luxenbourg &c.

LXXXI.

Tractat zwiſchen König Ludovico XIV. in Franckreich und Churfürſt Philipp Chriſtophen zu Trier, de Anno 1646. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unter Chur-Trier,** pag. 73. **befindlich.**

LXXXII.

Vergleich Frauen Johannetten, gebohrnen Gräfin zu Sayn, verwittibter Fürſtin zu Heſſen, und Frauen Erneſtinen, Gräfin zu Manderſcheid, auch gebohrner Gräfin zu Sayn mit Chur-Trier, de Anno 1652. **ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. II. unter Grafen und Herren,** p. 432.

LXXXIII.

Des Dom-Capituls zu Trier Conſens über die zwiſchen Chur-Trier und Sayn auffgerichtete Transaction, de Anno 1652. **befindet ſich** loco antea citato, pag. 435.

LXXXIV.

Alliance, ſo im Nahmen Königs Ludovici XIV. in Franckreich und Churfürſt Carl Caſparn von Trier Anno 1661. **geſchloſſen worden, nebſt denen darzu gehörigen Vollmachten und der Churfürſtlichen Ratification, iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unter Chur-Trier,** pag. 74. **vorhanden.**

LXXXV.

Articles und Conditiones zwiſchen Chur-Trier und Hertzog Carl von Lothringen, wegen der Feſtung Homburg, de An. 1671. ſiehe loco antea citato, pag. 77.

LXXXVI.

Edict Churfürſtens Johann Hugonis zu Trier, daß die ihm unterworffene Geiſtlichkeit dem Concilio Tridentino nachleben, und die Concubinen, auch andere verdächtige Weibes-Perſonen abſchaffen ſollen, de An. 1690. ſiehe loco ſupra citato, pag. 78.

Anhang
Zum
Ertz-Stifft Trier.
Von der demſelben incorporirten
Abtey St. Maximin.

LXXXVII.

Des Frantzöſiſchen Königs Dagoberti Diploma, vermöge deſſen er der Abtey St. Maximin innenbenennte Güter mit ihren Pertinentien geſchencket, auch verordnet, daß allezeit 100. Mönche in ſelbiger unterhalten werden ſollen, de Anno 640.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Omnium Chriſtianorum noverit induſtria, qualiter ego Dagobertus, Rex potentiſſimus, convenienti Conſilio Epiſcoporum meorum, Comitumque legatos de mea parte ad Abbatem Memilianum direxi: mandans, & ut diligenter inquireret, mihique per ſe ipſum indicaret, quibus authoribus illud Monaſterium Sancti Maximini conſtructum vel cujus imperio a priſtinis temporibus eſſet ſubjectum. Hanc legationem Abbas cum fratribus ſollicite percipiens, perlectisque in eodem loco quibusdam vetuſtiſſimis cartulis, inventum eſt ipſum Monaſterium Conſtantini Imperatoris fuiſſe regale templum, atque juſſu ejus dedicatum fore in honore Sancti Joannis Evangeliſtæ a Sancto Agritio, Venerabili Archiepiſcopo: In quo videlicet templo, ut idem Pater Monaſterii noſtræ regalitati certa relatione patefecit, Helena ſacra famula, petente & favente, ſupradictus Imperator pauperes Chriſti congregavit, eisque virum Dei Joannem præpoſuit, ut in ſervitio Dei ſemper vacarent, & pro ſe orationibus inſiſterent, & inſuper illius loci habitationem aliæ perſonæ noluit ſubdere, niſi ſuæ, ſucceſſorumque Imperatorum poteſtati. His rebus ita eſſe firmiter intellectis, regio more conſtituo, atque firmiſſima juſſione præcipio; ut nullus unquam proterve illud Monaſterium in quo Abbas ſupradictus præeſſe videtur, audeat inire, vel ullam inhumanitatem illi violenter inferre. Igitur ut aſſidue recordatio mei, meorumque Parentum maneret in prædicto Monaſterio, ipſorum Sancti Maximini præbendariorum victualia ſub præmemorato Imperatore conſtituta, additis mea ex parte prædiis augere curavi, quorum nomina hæc ſunt: Kannis, Creſſiacum, Luncwich, Regiodala, Vallis, Polich, Budeliacum, Talevant, Loavia. Hæc loca ad Regiam curtem, quæ dicitur Decima, pertinent. Quam curtem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, hoc eſt, quicquid prædii viſus ſum habere a fluvio, qui nuncupatur Rubera uſque ad Sylvam, quæ dicitur Jeder: Sancto Maximino Præſuli in perpetuam hæreditatem contradidi: Inſuper etiam cum Conſilio & rogatu meorum Principum, catervis ibibi Deo deſervientibus, hanc legem firmiter ac perpetualiter inpoſterum habendam decrevi, ſcilicet, ut centenorum ibidem ſumma Monachorum ſemper integra maneat & inconvulſa, excepto, ſi Imperatorum Principumve per ſecula ſuccedentium benevolentia prædiis augmentetur, vel theſauris: Et ſi, propter Paganorum, vel infidelium Chriſtianorum devaſtationem eisdem Chriſti Servitoribus penuria ultra modum ingruerit, & per theſauri effuſionem expelli nequiverit, Dei omnipotentis & mei, meorumque Succeſſorum habeant licentiam alodium cum familia a fidelibus illo contraditum dandi & vendendi, antequam Dei deſtruantur ſervitia, & ut iſtius cartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, & noſtro ſigillo eam inde firmavi. Datum priedie Nonas Aprilis, Anno

Anno regni noſtri XII. Moguntiæ feliciter, Amen. Signum Da-( )goberti Regis. Henricus Cancella-( )rius ad vicem Ricolfi Archicapellani recognovi.

LXXXVIII.

Bulla Pabſts Gregorii II. vor die Abtey St. Maximin, daß ſie einen Abt nach Belieben erwehlen, von aller Jurisdiction der Königlichen Vaſallen befreyet ſeyn, und allein unter Königl. Schutz verbleiben ſolle, und was deme mehr anhängig, de Anno 729.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Baſino, Abbati Venerabili Monaſterii Sancti Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ atque Sanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Maximini, cujus corpus ibidem quieſcit, tibi, tuisque Succeſſoribus Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Si ſemper ſunt concedenda, quæ piis deſideriis congruunt, tanto propenſius ea, quæ pro divini cultus religione poſtulantur, alacri devotione, & omni occaſione remota, benevola intentione continuo ſunt largienda. Periiſti igitur nos, ut Monaſterio tuo, quod in ſuburbio Trevirorum, in honorem Sancti Joannis Evangeliſtæ conſtructum eſſe dignoſcitur, ubi prænominatus Chriſti confeſſor quieſcit, ob confirmandam fratribus ibidem Deo ſervientibus monaſticæ tranquillitatis normam, Sanctæ Apoſtolicæ noſtræ, cui, auctore Deo, deſervimus Eccleſiæ Privilegium concederemus, nosque piæ petitioni tuæ aſſenſum accommodare curavimus, decernentes Apoſtolicæ authoritatis præcepto, ut congregatio Deo ibi religioſe ſerviens, ſicut per præcedentia a Regibus eidem Cœnobio conceſſum eſt, liberam deinceps habeant creandi inter ſe, quem ſecundum Deum elegerint, ſibi Abbatem, nec aliqua cujuslibet dignitatis perſona infra Monaſterium prædictum, niſi a te, aliove Abbate, tuo ſucceſſore vocatus, quicquam pro ſuo lubitu ordinare, vel temere exercere præſumat. Præterea Apoſtolica noſtra authoritate omnimodis interdicimus, ne cui unquam Eccleſiæ, vel Sedi, concambio, aut aliquo ingenio ſubdatur, ſed tali immunitate & libertate, quali regalia loca utuntur, inoffenſe & perpetualiter gaudeat. Ipſe vero locus Monaſterii ſub Mundiburdio Regum ut permaneat, nullique unquam perſonæ beneficiarius, aut invadendus pareat, ſed ad tranquillitatem Monachorum ibi ſub regula Sancti Benedicti Deo militantium quietus permaneat. Conſtituimus etiam & hac paterna dilectione tibi, tuisque ſucceſſoribus concedimus, ut ad myſteria ſacra in præcipuis feſtivitatibus mitra, dalmatica, ſandaliis utaris, fraternitatem tuam commonentes, ut cum augmento honoris augeatur etiam in te divini virtus amoris. Prohibemus etiam, ut ex authoritate beati Petri, cujus vices, licet indigni in hac Apoſtolica ſede fungimur, & funditus interdicimus, ut nullus Dux, nullus Comes, nulla prorſus perſona Eccleſiaſtica, ſive mundana, in poſſeſſione, vel allodio Sancti Maximini montem, ſive rupem capere, vel munitionem aliquam in eis facere præſumat, niſi forte Abbas ejusdem Monaſterii, propter metum paganorum, vel propter incurſionem malignorum hominum ad tempus, donec tranquillitas pacis redeat, ſe ſuosque interim muniat. Ad cumulum quoque vel augmentum monaſticæ tranquillitatis adjicimus, ne qua cujuslibet dignitatis perſona, magnum vel minimum alienare vel imminuere de rebus Eccleſiæ præſumat, tam de his, quæ per te modo, vel per alios eidem Monaſterio conceſſa ſunt, quam ex his, quæ cæteri fideles pro remedio animarum ſuarum collaturi ſunt. Si quis vero, quod abſit, auſu nefario præſumpſerit ea, quæ a nobis ad laudem Dei, pro ſtabilitate jam dicti Venerabilis Monaſterii ſtatuta ſunt, infringere, aut in quodam violare: ſciat ſe ſub divini judicii teſtificatione per interventum Beati Petri Apoſtoli anathematis vinculo inextricabiliter innodatum, & a regno alienandum, & cum diabolo & ejus ſequacibus atrociſſimis pœnis concremandum. Qui vero pio intuitu, & reſpectu divini timoris obſervator hujus noſtræ præceptionis Apoſtolicæ extiterit, æternæ benedictionis gratiam a Chriſto Domino conſequi mereatur. Scriptum per manum Benedicti, Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in Menſe Januario, Indictione XII.

LXXXIX.

Des Frantzöſiſchen Königs Pippini Privilegium vor die Abtey St. Maximin, worinn er ſie in ſeinen beſondern Schutz genommen, auch ihr die Freyheit gelaſſen, einen Abt nach Belieben zu erwehlen, de An. 765.

DOmino & Salvatore noſtro vitam æternam in Evangelio promittente, plena & integra fide ſine dubio credimus nobis in futuro ſeculo recompenſari, ſi ſtabilitatem & quietem Monaſteriorum confirmamus, ac res Eccleſiaſticas, Deo donante, cum protectione augmentamus. Proinde ego Pipinus, gratia Dei Rex Francorum, omnibus Regibus in æternum futuris hoc teſtamento denuntio, me habere ſub poteſtate Regali quoddam Monaſterium, ubi Sanctus Maximinus, Dei præful, eſt corpore ſepultus, conſtructum videlicet in ſuburbio Treviris, atque dedicatum in honore Sancti Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ. Quod Monaſterium cum theſauro, atque tota Abbatia ſub illius loci Abbate ſemper conſtare præcipio, quia per antecedentia tempora a Regibus ita conſtitutum eſſe repertum teneo. Quapropter hunc præſentem Abbatem Vtilradum, & omnes Abbates poſt eum futuros, de eodem loco ſimul cum Monachis', & Abbatia ſub Regum Mundiburdio in ſecula manere decerno: ut ab omni inquietudine expediti, Deo valeant ſervire cum gaudio ſpiritali. Electionem quoque Abbatis ſupradictis Monachis concedo, ut habeant poteſtatem eligendi quemcunque, ſive quocunque voluerint, ea ratione, ut regulam cum ſibi ſubjectis cuſtodiat. Si quis autem, quod abſit, hanc chartam infringere voluerit, vel ejusdem loci familiæ ullam moleſtiam in aliqua re intulerit contra voluntatem Abbatis, iram Dei incurrat, ac Regiæ Majeſtati reus omni tempore teneatur. Et ut hæc deſcriptio firma ſit, annulo ſigillare eam juſſimus noſtro. Adalolfus reſignavit. Datum (quod fecit menſe Januario) in publico palatio Moguntiæ, decimo quarto regni noſtri anno feliciter.

(L.S.)

XC.

Kayſers Caroli M. Confirmation der von ſeinem Herren Vater, König Pipino in Franckreich ertheilten Privilegien, de Anno 822.

IN nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Notum ſit omnibus in Chriſtum fideliter credentibus Regibus, Epiſcopis, Ducibus, quod ego Karolus, gratia Dei, Rex Francorum, Longobardorum, & Patricius Romanorum, pro remedio animæ meæ atque ſtabilitate Regni noſtri Sanctorum Monaſteria, ſub meo regimine conſtituta taliter volo per ſucceſſiones temporum manere illæſa, qualiter per Anteceſſoris mei Privilegia inveni eſſe firmata. Proinde quia Abbatiam S. Maximini in privilegio mei genitoris Pipini ſub ipſius Mundiburdio reperi, Ego quoque delibero teſtamentum facere, per quod ipſe locus atque Monachi ibi converſantes ſub noſtra defenſione cum quiete valeant vivere & orationi vacare. Quapropter Werinolffo, Abbati de eodem Monaſterio ſupradicti Confeſſoris Chriſti, quod eſt conſtitutum in Suburbio Treviris atque dedicatum in honore S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, monachisque in eodem loco Chriſto famulantibus regali authorithate ſeu poteſtate concedimus, ut habeant in ſæcula poſt nos futura, liberam poteſtatem eligendi Abbatem inter ipſos Monachos, ſi autem ibi non poterit inveniri, eligant ſibi, ubicunque voluerint. Inſuper noſtra præceptione conſtituimus, atque inconvulſe firmamus, ut nullus Regum nobis ſuccedentium, vel alia perſona aliqua contra eundem locum, vel monachos in tota Abbatia ullam poteſtatem exercere præſumat, nec telonium usquam a navibus eorum exigat, ſeu placitum teneat, ſine juſſione & petitione Abbatis, ſed ſecure & cum pace maneat locus ille ſub noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum Mundiburdio. Et ut iſtius chartæ authoritas firmiter per tempora habeatur, noſtræ manus ſignaculis eam affirmare decrevimus, & annulo noſtro firmari juſſimus.

Signum Karoli, Glorioſiſſimi Regis. Rado relegi.

(L.S.)

Data menſe Auguſto quadrageſimo anno regni noſtri. Acta Padreburnæ Fiſco noſtro ſuper ipſa.

XCI.

XCI.

Kayſers Ludovici Pii Privilegium vor die Abtey St. Maximin, daß ſie von fremder Jurisdiction und Zöllen befreyet ſeyn, auch unter Kayſerl. Protection verbleiben ſolle, de Anno 822.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus, divina propitiante clementia Imperator Auguſtus. Univerſis Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, ſeu omnibus publicæ rei ſervientibus, tam præſentibus, quam & futuris notum ſit, quoniam inſignis Vir & Abbas, Elyſachar de Monaſterio S. Maximini, ubi ipſe requieſcit, quod dedicatum eſt in honore S. Joannis Evangeliſtæ in Civitate, quæ dicitur Treviris, attulit noſtræ Regalitati quoddam Privilegium Senioris & Patris noſtri Karoli, bonæ recordationis atque Excellentiſſimi Imperatoris, in quo ſua benevola largitate denotatum fuit, qualiter ſupradicto Monaſterio & Monachis in eo, pro regni noſtri ſalvatione, Deo ſedulo ſervientibus, ad neceſſitates eorum levigandas, concederet, ut nullus in poteſtate ſua eſſet, nec poſt eum futurus, qui in Curtis vel villis eorum placitum tenere, vel quidquam poteſtatis præſumeret exercere, ſine Abbatis & Monachorum permiſſione. Et addens, ut ubicunque naves eorum, vel homines perveniſſent, nullus telonium ab eis exigere auderet. Et deprecatus eſt prædictus Abbas, ut juxta morem Paternum per noſtram authoritatem idem concederemus, cujus rogationi aſſenſum præbere omnimodè placuit. Igitur iſtud præceptum ad utilitatem Monachorum fieri juſſimus, per quod imperamus, ne quislibet de judiciaria poteſtate in Curtes, vel in villas ipſius Monaſterii ad cauſas audiendum, nec fidejuſſores tollendum, neq; ad manendum aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendum ingredi præſumat, ſed, ſicut ipſe locus ſub Anteceſſorum Regum hactenus fuit conſervatus: Ita deinceps per noſtram authoritatem permaneat inconvulſus, & ut iſtud decretum firmius per tempora conſervetur, manus noſtræ ſubſcriptione & annali noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Ludovici, Sereniſſimi Imperatoris. Donandus Diaconus recognovit. Datum IV. Nonas Aprilis, Anno regni noſtri IX. In Longolano feliciter Amen.

(L. S.)

XCII.

Kayſers Lotharii I. Confirmation derer Privilegien der Abtey St. Maximin, worinn er ſie zugleich von einigen Impoſten befreyet, de Anno 868.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Cum Regalis officii ſit, diverſarum partium negotia pia ſollicitudine prævidere, maxime tamen in his, quæ ad Deum pertinent, hoc eſt, in Eccleſiis ſtabiliendis ſeu confirmandis, ab anteceſſoribus noſtris in honorem Dei conſtructis, ſummum neceſſe eſt ſtudium impendere. Unde nos de ſtatu Regni noſtri tractantes, Conſulente venerabili Epiſcopo Metenſis Eccleſiæ Adventitio, Abbatiam S. Maximini, quæ in ſuburbio Trevirorum requieſcit, cui Venerabilis Abbas Waldo præeſſe videtur, more piæ memoriæ Domini Lotharii Imperatoris, Genitoris ſcilicet noſtri, ceterorumque Anteceſſorum noſtrorum, noſtris etiam Privilegiis corroborare decrevimus, & nulli alii ſubjectam vel obnoxiam, excepta noſtra Regalitate, ſicut ſub Anteceſſoribus noſtris eſſe volumus: Nulli etiam Comitatui bannum ac fredas exolvat: vel aliquis in locis ejusdem ſancti Maximini, ſine noſtro juſſu, placitum habere præſumat, & ut hoc Authoritatis noſtræ præceptum firmum ac ſtabile permaneat, hanc chartam ſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Ego Grimlandus ad vicem Adventii Archicapellani recognovi. Data Metis Civitate XVII. Kl. May Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXVIII. Indictione prima, Anno Sereniſſimi Regis Lotharii XV. in Dei nomine feliciter. Amen.

(L. S.)

XCIII.

Kayſers Ottonis I. Diploma Protectionis vor die Abtey St. Maximin, De Anno 940.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Rex. Noverint omnes noſtri fideles, tam præſentes, quàm etiam & futuri. Qualiter Ogo, venerabilis

Abbas & reliqui fratres ex Cœnobio ſancti Maximini, digna & venerabili religione inſigniti noſtram adierint clementiam, Germani noſtri videlicet Henrici fulti interventionis præſidio, nec non & Conradi noſtri Comitis, quatenus noſtræ Clementiæ decretum, juxta prædeceſſorum Regum morem in prædicto Cœnobio conſentiremus illis quietem, ſecundum quod illorum religio & vita prætendebat, quæ diu ab Anterioribus poſt habita, ſed authore Deo, tempore noſtri, Genitoris ſcilicet Henrici Sereniſſimi Regis relevata. Ipſius amore & memoria ſuccenſi, quo finetenus ſervetur juxta deliberationis voluntatem fideliumque noſtrorum Conſilium & petitionem dedimus aſſenſum. Hoc eſt ut ipſi fratres prædicto degentes loco, tanta religione dedito à nulla unquam vim dominationis patiantur perſona, ſed neque ullius premantur ordinationis poteſtate, vel famulatus, abſq; voluntate electi Abbatis, qui à reliqua promoveatur ejusdem Cœnobii congregatione, ſecundum S. Benedicti regulam, quando Dominus voluerit, qui prædeceſſorum diſcrevit tempora, utque in noſtro & ſucceſſorum noſtrorum Regum maneant Mundiburdio, quatenus illorum quietudo, noſtro defendatur Imperiali ſceptro, Res quoque prædiorum loci diſpoſiti, quæ ubinam noſtro verſantur in Regno ſimili potiantur libertatis poteſtate. Hoc eſt in Territorio Trevirenſi, & loco dicto Embilado & Tabena & quidquid ibi aſpicit, & quidquid in pago Bleſenſi viſus eſt S. Maximinus habere, & in pago halmenſi, & quidquid infra Civitatem Metis & ſuburbio illius Beſſich, Everlinga, Merſchs, Gozeldinga, Hehchichesdorff, Wimariskircha, Marketicht, & quidquid in pago Betenſ. Vallis, Cannis decima, Budinacha, Licavia, Guntershuſen, Rivenaga, & quidquid ultra Rhenum ipſe beatiſſimus viſus eſt habere, Cella etiam, quæ Appula dicitur, & quidquid ad ipſam aſpicit, Annectimus etiam confirmationis cauſa & Eccleſiam, quæ eſt in villa Theodonis, noſtri Palatii, cum duobus manſis, quam noſter genitor, ob recordationem ſuæ memoriæ, præfato contulerat loco utque noſtræ recordatio memoriæ in reliquum & per omne tempus inibi habeatur & ſucceſſores noſtros precando monemus, ut quæ ſtatuimus, ob honorem Dei & Beati Maximini confirment, Et hoc teſtamentum conſcriptionis fieri juſſimus, noſtrique impreſſione annuli roboratum tradidimus.

Signum Dni. Ottonis invictiſſimi Regis. Poppo Cancellarius, ad vicem Ruodberti Archi-Cancellarii ſubnotavi. Data III. Nonas Junii, Anno Incarnationis Domini DCCCCXL. Indictione XIII. anno autem Regni Ottonis piiſſimi Regis IV. Actum Moguntiæ in Dei nomine. Amen.

(L. S.)

XCIV.

Ejusdem Privilegium vor die Abtey St. Maximin, worinn er ihr die Freyheit verſtattet, einen Abt nach Belieben zu erwehlen, de Anno 943.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, quod nos pro amore Dei & precatu Venerabilis Archiepiſcopi noſtri, Friderici, monachis in loco, qui Treviris dicitur ad Monaſterium ſancti Maximini Deo familiaribus, noſtræ liberalitatis munere poteſtatem eligendi concedimus inter ſe Abbatem, cum fieri neceſſitas poſtulaverit, quemcunque voluerint. Si autem, quod non optamus, inter illos huic regimini aptus inveniri non potuerit, ubicunque regulari vitæ illorum dignioſſimus & gratus eis inventus fuerit, electioni illorum aſſenſus præbeatur in ipſo. Et ut hæc noſtræ conceſſionis authoritas firmior permaneat, nullus eis in antea niſi regularis & electus ab illis in eodem loco conſtituatur Abbas, manu propria ſubtus eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Domini Ottonis Sereniſſimi Regis. Actum in Witlara, Data XV. Kl. Februarii, A. Incarnation. Dominicæ DCCCCXLIII indictione XIII. Anno regni Domini Ottonis VII.

(L. S.)

XCV.

Ejusdem Ausſpruch vor die Abtey St. Maximin, daß ſie Ertz-Biſchoff Rothbertus zu Trier mit ſeinen Anſprüchen verſchonen, und ſelbige beſtändig unter Kayſerl. Schutz ohngekränckt verbleiben ſolle, de Anno 953.

IN nomine ſanctæ & inviduæ Trinitatis. Otto, divina annuente clementia Rex. Notum eſſe volumus omnium noſtrorum, Præſentium ſcilicet & futurorum induſtriæ, quod nos piè & ſalubriter de noſtri ſtatu regni tractando, ſancta loca ab Anteceſſoribus noſtris, videlicet Regibus, vel aliis fidelibus in honore Dei conſtructa, noſtris etiam privilegiis regali more roborare decrevimus, ſed Venerabilis Trevericæ ſedis Archiepiſcopus, Rothbertus aliquorum quas rei veritas latebat, adhortatus inſtinctu, noſtram (ſuper loco vel Abbatia ſancti Confeſſoris Chriſti Maximini) adiit regalitatem, hanc injuſtè ſibi vel Eccleſiæ ſuæ ablatam fuiſſe conqueſtus. Nos tamen lectis in præſentia noſtra ejusdem Archiepiſcopi Ruthberti, vel aliorum fidelium noſtrorum, ſuper eodem loco præcedentium Regum Privilegiis & Decretis, eum ab antiquiſſimis temporibus ad opus Monachorum conſtructum, nullæ aliæ Eccleſiæ, vel ſedi appendicem aut ſubjectum, ſed ſemper ſub regiæ tuitionis clypeo & poteſtate permanſiſſe, certiſſima ratione reperimus. Idcirco interventu & rogatu Germani noſtri, Archiepiſcopi Brunonis & Cunradi Ducis, ne vel eadem privilegia talibus prædicti Archiepiſcopi Rothberti reclamationibus aut querelis infirmarentur; vel Abbas, aut Monachi ibidem Deo ſervientes tali ulterius infeſtatione comprimerentur, idem Cœnobium cum Abbatia ſub noſtra perpetualiter, & omnium ſuccedentium Regum defenſione & poteſtate permanſurum volumus. Et prænotati Epiſcopi, vel ſucceſſorum ſuorum Epiſcoporum omnes injuſtos ſuper eodem loco querelas præcepti noſtri authoritate excludimus. Inſuper Venerabilis ejusdem loci Abbas, Willerus, in præſentia prænominati Trevericæ ſedis Archiepiſcopi eſt conqueſtus in Treverica valle, multas ab eo ſuisque ſuis & ſibi incommoditates ingeri, maximeque in piſcatione & Venna quadam in Ruveræ fluvio conſtructa, fideli noſtro Duce Cunrado affirmante, querimoni. m Abbatis juſtam eſſe. Igitur præſenti Archiepiſcopo Ruthberto interdiximus, deincepsque volumus, atque authoritate regali jubemus, ne vel ipſe Archiepiſcopus Ruthbertus, vel ſucceſſores ejus Epiſcopi aliquid incommoditatis, vel in piſcatione ejusdem fluvii, vel in Venna in eo conſtructa, vel in aliquo negotio prædicto Abbati, Cœnobitisque poſt futuris ingerant, & ut præſens noſtræ regalitatis præceptum in poſtfutura ſæcula fixum & ſtabile permaneat, manu propria ſubtus firmavimus, & annuli noſtri impreſſione muniri juſſimus.

Signum Domini Ottonis Invictiſſimi Regis. Rudolphus Cancellarius, ad vicem Brunonis Archicapellani recognovi. Data III. Kl. Septemb. Anno incarnationis Domini DCCCCLIII. Indictione VII. Anno vero Regni Domini Ottonis Regis XVIII. Actum Moguntiæ in Dei nomine feliciter. Amen.

(L. S.)

XCVI.

Pabſts Agapeti II. Bulla Confirmationis des vorher ſtehenden Ausſpruchs vor die Abtey St. Maximin, de Anno 95--.

AGapitus, ſervus ſervorum Dei, Reverendiſſimo Abbati, Willihario, totius charitatis exhibitionem in Chriſto. Nuntios veſtræ almitatis ad ſacrorum Apoſtolorum limina, partemque noſtram Apoſtolicam dignitatem directos, Aſolphum videlicet atque Gunthárium cum magna benevolentia ſuſcepimus, ac illorum legationem, præſente omni Romano clero clementer audivimus; ſcimus vero ipſis referentibus ſæpè ac multum vos vexatos a Rotberto, quamvis in hoc minimè in aliis tamen Venerabili Archiepiſcopo, eo quod vobis commiſſum Monaſterium ſibi commiſſæ Eccleſiæ videlicet vellet ſubdere injuſtè, niſi vos tueretur hinc inde juſtum judicium ex regia dignitate ſereniſſimi Ottonis prolatum: Inde Kartæ Karoli Magni atque aliorum antiquorum Regum in medio recitatæ. Ergo ordo Romani Cleri, annuente noſtra Apoſtolica digni-

admonitus reſipiſcat, non ut paſtor, ſed ut mercenarius tractetur. Idcirco ſi in tam pertinaci duritia perſtiterit, ad ultimum noſtra Apoſtolica authoritate excommunicetur. Et inſuper bonis Regibus & Ducibus, juſtisque judicibus reſiſtentibus, compos voti ſui nunquam fiat. Scriptum per manum Johannis, Scrinarii ſanctæ Eccleſiæ Romanæ. Data pridie Kalend. Martii, Indictione VIII. Bene valete.

XCVII.

Käyſers Ottonis I. Diploma, vermöge deſſen er die Abtey St. Maximin auff ewig zu einem immediaten Reichs-Stifft gemacht, und ihre Privilegia confirmiret, de Anno 962.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus.

Quamvis omnium Eccleſiarum Dei curam nos oporteat gerere; præcipuè tamen & ſpecialius illius Eccleſiæ profectum & honorem augere & confirmare dignum duximus, de qua & per quam Regni noſtri & Imperii corroboratur ſtatus, & per quam contectalem noſtram more prædeceſſorum noſtrorum, dotali lege nobis aſſotiare & in regnum & imperium ſublimare debemus. Quia propter fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum magnitudini notum eſſe volumus, qualiter nos piè ſalubriterque de noſtri ſtatu Regni tractantes, devotamque ſollicitudinem prædeceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum, Conſtantini videlicet, ſanctæ Helenæ filii, nec non Theodoſii Mauritii, Dagoberti, Pipini, ſed & Magni Karoli, aliorumque poſt illos usque ad nos imitari cupientes, Adelheidam Conjugem noſtram dilectiſſimam cum Abbatia S. Joannis Evangeliſtæ, quæ in ſuburbio Trevirorum ſita eſt, ubi S. Maximinus pretioſiſſimus Confeſſor corpore quieſcit, cum omnibus Eccleſiis & poſſeſſionibus ad eam in quibuscunque locis juſte & legaliter pertinentibus, ſicut antea cum nuptiali fœdere & Regali conſecratione eam nobis aſſociaremus in Regnum ultra montes in Galliæ partibus, ita nunc & in hac Romana urbe, ſanctiſſimo viro Joanne ſummo & univerſali Papa, Beati Petri Apoſtoli vicem gerente, per apoſtolicæ ſuæ auctoritatis Privilegium confirmante, cum præfata Abbatia, ſicut primitus in Regnum ita & nunc in Imperium dotamus, ſublimamus & corroboramus præcipientes videlicet, & per hoc noſtræ auctoritatis privilegium firmiſſimè decernentes, ut idem locus, cui Venerabilis Vir, Williherus Abbas, jam præeſſe dignoſcitur, à Regni dote quacunque arte vel ingenio, nunquam avellatur, nec alicui ſedi vel Eccleſiæ, nec alicui Eccleſiaſticæ ſive mundanæ perſonæ famula aut appendix unquam ſubjaceat. Sed ſicut ſub prædeceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque ſucceſſorum noſtrorum Mundiburdio & defenſione & apoſtolicæ ſedis dotata munimine, ab omni perturbationis moleſtia libera ſemper & immunis permaneat. Decernimus etiam atque conſtituimus, ut præfatus Abbas, omnesque ſui ſucceſſores prædictæ conjugi noſtræ Adelheidæ ſcilicet Imperatrici, aliisque poſt illam Reginis vel Imperatricibus ad Capellam, ad menſam in Curia regia ſerviant & ſervitium, quod in ſecundo ſemper anno de eadem Abbatia, dictante juſtitia, daturi ſunt, ſibi exhibeant. Ipſi verò, quotiescunque ad Regalem curiam venerint, de regia menſa paſcantur & inter curiales & domeſticos Regis & Reginæ, qui regio cibo veſcuntur, non infimi ſemper habeantur, prout decet illum ſacratiſſimum locum, & proviſores ac Miniſtros illius Eccleſiæ, per quam cuncti Reges & Imperatores per viciſſitudines temporum cum ſuis Conjugibus in Regnum & Imperium ſemper confirmabuntur. Statuimus inſuper & hac noſtra Imperiali auctoritate ad præbendam fratrum in antedicto Monaſterio Deo, ſanctisque ejus ſervientibus corroborare decrevimus, quidquid ſub anteceſſoribus noſtris Conſtantino, Dagoberto, Pippino, Karolo, Arnulpho & Henrico Patre noſtro ad noſtra usque tempora, ad peculiaritatem illorum in Eccleſiis, aut locis ſupernotatis, pertinere videbatur, ut ex his victum atque veſtitum conſequantur: hoc eſt, Apula Suaucheim, Euernesheim, Mannendal, Narheim, Bukinheim, Alſontia, Scheringesfeld, Ukinesheim, Baſinbach, Siemera, Junthereshuſem, Quosbah, Holzhuſun, Folemæresbach, Rivenaha, Loavia, Windingun, Ochisheim, Ratersdorff, Buſtat, Meisbrath, Ebeno, Decima & Vallis cum ſuis pertinentiis, Markedeth, Daleheim, Linniche, Mierske, Everlinga, Fula & quod in Pago Salnenſe, vel in Civitate Metenſi, vel circumcirca in Villa Wilere in vineis, aut agris habere videntur, vel in Pago Naogwe in his Eccleſiis, Cozoluesheim, Albucho, Wildiſtein, Wienheim, aut juxta moſellam Didenhouun ſive quod ultra Rhenum in curte, quæ Prichina vocatur, cum omnibus ad eam pertinentibus ſanctus Maximinus habere videtur, Murmirdinga &

& Druhdiloinga, quæ ad cellam in Tavena aſpicere probantur. Hæc igitur loca & poſſeſſiones & omnes S. Maximini Eccleſias cum decimis & ſalicis decimationibus ad præbendam fratrum, & ad uſus hoſpitum peregrinorum ac pauperum delegamus & corroboramus. Et ut nullus Succeſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum, neque Abbas aliquam de prædictis curtem, vel cuiquam beneficiare præſumat, per hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmiſſimè præcipimus; Et ut hoc, quod ad honorem Regni noſtri & Imperii & ad utilitatem ejusdem loci ſtatuimus, firmum ſemper & ſtabile permaneat, cartam hanc inde conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludolfus Cancellarius ad vicem Wilhelmi recognovi. Data Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXII. Indictione quinta, Anno Imperii Domini Ottonis primo. Regni vero Sereniſſimi Regis Ottonis, Filii ejus ſecundo. Actum Romæ, in Dei nomine feliciter, Amen.

(L. S.)

XCVIII.

Des Röm. Königs Ottonis II. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 963.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina annuente Clementia Rex. Quoniam Regalis anteceſſorum noſtrorum Providentia, & ſollicitudo in conſtruendis, conſtructisque ſtabiliendis Dei Eccleſiis piè jugiter invigilavit, idcirco benigniſſima & miſericordiſſima Chriſti miſeratione, in cujus manu Regum corda & Jura conſiſtunt, Regni illorum diuturnitas pacificata viguit & effloruit. Unde nos pie ſalubriterque de noſtri ſtatu Regni tractantes, devotamque illorum ſollicitudinem imitari cupientes privilegia piiſſimi Genitoris noſtri, Domini Imperatoris Auguſti, Cæſaris Ottonis, cæterorumque retroacti temporis Imperatorum & Regum Dagoberti videlicet, Pippini, Magni Caroli, piique Ludovici Succeſſorumque eorum, Cœnobio Sancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, conceſſa vel attributa cum Conſilio Archiepiſcopi Wilhelmi, Fratris ſcilicet noſtri, noſtra etiam authoritate roborare decrevimus, ut & Anteceſſorum noſtrorum benevola, pietas non à nobis neglecta debilitetur, & Monachorum ibidem Dei Servientium Tranquillitas ab aliqua ſubintroducenda perſona non inquietetur. Ea ſiquidem ratio, ut idem Cœnobium, ubi prænotatus S. Pontifex requieſcit, cui venerandus Abbas Willerus præeſſe videtur, ſicut ſub Anteceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque Jure, Mundiburdio, & defenſione conſiſtat, nec alicui ſedi aut Eccleſiæ (excepto, noſtræ regalitati:) ut famulum, aut appendix ſubjaceat. Conceſſimus etiam eis liberum inter ſe eligendi Abbatem arbitrium, ut eo ſecurius divinum ab illis impleatur officium ſummæque propenſius Majeſtatis pro nobis implorent auxilium. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum, firmum & ſtabile permaneat, chartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam manu propria ſubtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis invictiſſimi Regis. Ludulphus Cancellarius ad vicem Wilhelmi Archi-Capellani recognovi. Data XII. Kalend. Auguſti Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXIII. Indictione VI. Anno Imperii Domini Imperatoris Auguſti pii Cæſaris Ottonis II. Regni vero Sereniſſimi Regis Ottonis III. Actum Sologe in DEI nomine feliciter. Amen.

(L. S.)

XCIX.

Käyſers Ottonis I. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 965.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina auxiliante Clementia Imperator Auguſtus. Quoniam Imperatoriæ dignitatis officium eſſe conſtat, ut Monaſteria Deo & ſanctis ejus cultu & devotione fidelium dicata, ab incurſantibus & irruentibus undique moleſtiis pia ſollicitudine præmuniantur, idcirco nos interventu & monitu dilectæ Conjugis noſtræ Adelheidæ Imperatricis, Fratris quoque noſtri chariſſimi, Brunonis Archiepiſcopi, pro ſtatu & incolumitate Regni & Imperii noſtri vel filii noſtri Regis Ottonis privilegia ab Anteceſſoribus noſtris Imperatoribus Carolo videlicet, Ludovico & Lothario cæterisque

Francorum Regibus Cœnobio ſancti Maximini Confeſſoris, qui in ſuburbio Civitatis Trevirenſ. requieſcit conceſſa, noſtris etiam Privilegiis more imperatorio augere decrevimus & roborare, ea ſiquidem ratione, ut idem Cœnobium ſub noſtro Succeſſorum noſtrorum Mundiburdio vel defenſione perpetualiter permaneat, nec alicui ſedi aut Eccleſiæ vel cuilibet perſonæ beneficiarium aut ſubjectum niſi Imperatoriæ vel Regis dignitati ſubſidati. Monachi etiam ibidem Deo ſervientes eligendi inter ſe Abbatem liberum habeant arbitrium, talique per omnia, ſicut cæteri Monachi, in Regalibus & publicis Abbatiis libertate fruantur. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum inconvulſum & ſtabile permaneat, chartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domini Ottonis, invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludulphus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovi. Data Nonas Aprilis Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXV. Indictione VIII. Anno regni XXX. Domini Imperatoris Auguſti Ottonis. Actum Ingelinheim Palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

(L. S.)

C.

Pabſts Johannis XIII. Confirmation und Extenſion derer Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 967.

JOannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili Abbati, amabili nobis in Chriſto filio, Theitfrido Apoſtolicam benedictionem & ſalutem. Congruit Apoſtolico moderamini, pia religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere & poſcentium animis alacri devotione impartire aſſenſum, ex hoc enim lucri potiſſimum a Conditore omnium Deo procul dubio promeremur, dum venerabilia loca opportunè ordinata ad meliorem fuerint ſtatum reducta. Igitur quia Religioſitas tua petit, ut Monaſterio tuo, quod in ſuburbio Trevirenſi, in honorem beatiſſimi Confeſſoris Chriſti, Maximini Conſtructum eſſe dignoſcitur ob conſervandam tibi, atque fratribus vel ſucceſſoribus tuis Monaſticæ tranquillitatis normam ſanctæ Apoſtolicæ noſtræ (cui authore Deo præſidemus) Eccleſiæ privilegium concedamus, piæ tuæ petitioni benevola intentione aſſenſum accommodare curavimus, decernentes Apoſtolicæ Authoritatis præcepto, ut congregatio Deo, ſanctoque Maximino religioſè deſerviens, ſicuti a cariſſimo filio noſtro, Ottone, cæterisque Regibus, vel Imperatoribus Francorum conceſſum eſt, liberam deinceps habeant poteſtatem creandi inter ſe, quem ſecundum Deum ſibi Abbatem elegerint, nec aliqua cujuslibet dignitatis perſona infra Monaſterium, niſi a te aliove Abbate ſucceſſore tuo vocatus, quicquid pro ſuo libitu ordinare, vel temere exercere præſumat. Præterea Apoſtolica noſtra authoritate omnimodis interdicimus, ne cui unquam Eccleſiæ vel Sedi concambio, vel alio aliquo negotio ſubdatur, ſed tali libertate & immunitate, ſicut Prumienſe Monaſterium, cæteraque loca Regalia inoffenſè & perpetualiter ſemper fruatur: Ipſe autem locus Monaſterii perenniter ſub Mundiburdio Regum vel Imperatorum filiorum ſcilicet ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præcepto Apoſtolico jubemus, ut permaneat, nulli unquam perſonæ beneficiarius, aut invadendus pateat, ſed ad uſus & tranquillitatem Monachorum ibi ſub regula ſancti Benedicti Deo militantium absque ullius contradictione liber permaneat. Ad cumulum quoque vel augmentum Monaſticæ tranquillitatis adjicimus, ne qua cujuslibet dignitatis perſona quicquam vel minimum alienare, vel minuere de rebus Eccleſiæ præſumat tam ex his, quæ modo Monaſterio tuo collata ſunt, quam ex his, quæ cæteri fideles in dies collaturi ſunt. Si quis autem (quod abſit) nefario auſu præſumere hæc, quæ a nobis ad laudem Dei omnipotentis pro ſtabilitate jam dicti Venerabilis Cœnobii ſtatuta ſunt, infringere, aut in quocunque violare ſtuduerit, ex authoritate Dei omnipotentis per interventum beati Petri Apoſtolorum Principis (cujus vice fungimur) & noſtræ humanitatis Apoſtolicæ conſtitutionem & aſſenſum omnium comprovincialium ſive ſuffraganeorum Epiſcoporum anathematis vinculo in extricabili re innodamus. Scriptum per manu Stephani, Scrinarii ſacræ Romanæ Eccleſiæ, lectum in Synodo Romæ habita, aſſidentibus divis Imperatoribus Ottone Magno, filioque ejus æquivoco Anno Imperii majoris ſexto, Junioris primo. Datum IV. Nonas Januarii.

CI.

Kayſers Ottonis I. Privilegium vor die Abtey St. Maximin, die Erwehlung eines Advocaten, den Stiffts-Zoll und anders mehr betreffend, de Anno 970.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Notum eſſe volumus tam præſentibus, quam & futuris, qualiter Venerabilis Abbas, Theitfridus de Cœnobio ſancti Maximini, quod eſt in ſuburbio Trevericæ Civitatis conſtructum in honore ſanctis Johannis Evangeliſtæ, noſtram Imperialem Ravennæ adiit clementiam, conquerens ob Advocatorum in curiam ſe ſuamque familiam per multa pati incommoda. Ideo quoniam idem locus ſub Mundiburdio & Advocatia Anteceſſorum noſtrorum Imperatorum videlicet, ſive Regum ſemper conſtitutus erat per interventum dilectæ Conjugis noſtræ Imperatricis Adelheidis, Filii quoque noſtri Sereniſſimi Auguſti æquivoci Ottonis; nec non Cononis, Wormatienſis Epiſcopi, & Protolfi Comitis, decrevimus noſtræ auctoritatis præcepto, ut idem Abbas, ejusque Succeſſores Advocatias habeant, quibus velint dandi, quibusque velint tollendi poteſtatem. Concedimus quoque ipſius prædicti Confeſſoris Chriſti familiæ, in prædicta Trevirorum urbe, aliisque imperii noſtri Civitatibus, vel præfecturis habitandi, ut ea conditione, quam & noſtra Imperialis familia, habeant licentiam, (quam & ſemper habebat) intrandi & exeundi, vendendi & emendi, paſcendi & adaquandi, prædia Regalibus familiis mutuo dandi, & ab ipſis accipiendi mutuo, & nec Epiſcoporum aut Ducum, Comitumve aut alicujus judiciariæ poteſtatis placitum attendant, niſi ſolius Abbatis & Advocatorum, quos ipſe elegerit & conſtituerit. Addimus etiam, ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum, ut ubicunque naves Monachorum Deo in prædicto loco, ſub regula ſancti Benedicti militantium, vel homines eorum pervenerint, nullus ab eis Telonium exigere audeat, Et quoniam ſanctorum familiæ Regiis Civitatibus, vel Palatiis adjunctæ, Regalibus aliorumque potentium interdum opprimuntur operibus, eadem opera ſuprafcripti Confeſſoris Chriſti familiæ, pro animæ noſtræ remedio, perpetualiter perdonavimus. Et ut hoc noſtræ authoritatis præceptum inconvulſum & ſtabile permaneat, chartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domini invictiſſimi Imperatoris Auguſti Ottonis. Lurtgerus Cancellarius ad vicem Rothberti Archi-Capellani notavi. Data III. Calend. April. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXX. Indictione decima tertia, Anno regni Domini Ottonis XXXV. Imperii autem IX. Filiique ejus regni X. Imperii autem IV. Actum Ravennæ in Domino feliciter. Amen.

(L. S.)

CII.

Kayſers Ottonis II. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 974.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina annuente clementia Imperator Auguſtus. Quoniam Regalis Anteceſſorum noſtrorum providentia & ſollicitudo in conſtruendis, conſtructisque ſtabiliendis Dei Eccleſiis piè jugiterque invigilavit. Idcirco benigniſſima & miſericordiſſima Chriſti miſeratione, in cujus manu Regum corda & jura conſiſtunt, regni illorum diuturnitas pacificata viguit & efflo-

ruit. Unde nos pie ſalubriterque de noſtri ſtatu regni tractantes, devotamque illorum ſollicitudinem imitari cupientes privilegia piiſſimi Genitoris noſtri, Domini Imperatoris Auguſti, Cæſaris Ottonis, cæterorumque retroacti temporis Imperatorum aut Regum, Dagoberti videlicet, Pipini, Magni Caroli, Pii Ludovici, Succeſſorumque eorum Cœnobio ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit,

ſcit, conceſſa, vel attributa ob interventum cariſſimæ Genitricis noſtræ Adelheidis, & Conjugis noſtræ Theophaniæ, nec non Theodorici ſanctæ Metenſis Eccleſiæ Epiſcopi, noſtra etiam authoritate roborare decrevimus, ut & Anteceſſorum noſtrorum benevola pietas non a nobis neglecta debilitetur, & Monachorum inibi Deo ſervientium tranquillitas ab aliqua introducenda perſona non inquietetur. Ea ſiquidem ratione, ut idem Cœnobium, ubi prænotatus ſanctus Pontifex requieſcit; cui Venerandus Abbas Theofridus præeſſe videtur, ſicut ſub Anteceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque Jure, Mundiburdio & defenſione conſiſtat. Nec alicui ſedi aut Eccleſiæ (excepto noſtræ Imperialitati) Succeſſorum noſtrorum famulum aut appendix vel beneficiarium ſubjaceat. Concedimus etiam eis liberum inter ſe eligendi Abbatem arbitrium, ut eo ſecurius divinum ab illis impleatur officium, ſummæque propenſius Majeſtatis pro nobis implorent auxilium. Inſuper etiam concedimus, ut idem Abbas ſibique commiſſa congregatio, eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant Advocatias Monaſterii ſui, cui velint dandi, cuique velint tollendi. Et ut nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in Curtibus eorum placitum habere præſumat, Teloneum a navibus eorum nullus exigat, familiaque eorum bannum & fredas nulli niſi Abbati perſolvat, nulliusque niſi Abbatis, vel ab eo conſtitutorum placitum attendit, & in ſingulis Civitatibus Imperialibus, vel præfectoriis liberam poteſtatem habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, paſcendi & adaquandi, eique opera Imperialia vel Comitialia funditus perdonamus. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, privilegium hoc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod propria manu ſubtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis, invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Willigiſus Notarius, vice Rodberti Archi-Capellani ſubſcripſi. Data V. Kalendar. Julii, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIV. Indictione prima. Anno regni Domini Uttonis XIII. Imperii VI. Actum Wormatiæ in Domino feliciter. Amen.

(L. S.)

CIII.

Pabſts Johannis XV. Confirmation der Immedietät und anderer Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 98[illegible].

JOannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili Abbati, amabili nobis in Chriſto filio, Ogoni benedictionem Apoſtolicam. Convenit Apoſtolico moderaminii, pia religione pollentibus benevola compaſſione ſubvenire & religioſo voto aſſenſum impartiri. A ſummo enim opifice nos ex hoc præmium accepturos ſperamus, ſi Eccleſias ad ejus cultum præparatas noſtra induſtria in melius ſtatuere laboramus. Igitur tuæ religioſæ Petitioni aſſenſum præbentes, authoritate Apoſtolici præcepti decernimus, ut congregatio Deo ſanctoque Maximino deſerviens ſicuti a Chariſſimo filio noſtro, Rege Ottone, cæterisque Regibus, vel Imperatoribus Francorum, tuo cœnobio conceſſum eſt, liberam deinceps habeant poteſtatem creandi inter ſe, quem ſecundum Deum ſibi elegerint Abbatem, nec aliqua cujuslibet dignitatis perſona infra Monaſterium niſi a te, vel a Tuo Succeſſore invitatus quicquam pro ſuo libitu, ordinare vel exercere præſumat. Interdicimus etiam Apoſtolico præcepto, ne cui unquam Eccleſiæ, vel ſedi concambio, vel aliquo ingenio ſubdatur, ſed tali libertate & immunitate, ſicut Prumienſe Monaſterium, cæteraque Regalia loca inoffenſe & perpetualiter fruatur: ipſe vero locus Monaſterii perenniter ſub Mundiburdio Regum vel Imperatorum, filiorum ſacra Romanæ Eccleſiæ, Apoſtolico præcepto jubemus, ut maneat, nulli unquam perſonæ beneficiarius, aut invadendus pateat, ſed ad uſus & tranquillitatem Monachorum ibidem absque ullius contradictione liber permaneat, ad cumulum quoque vel augmentum Monaſticæ tranquillitatis adjicimus, ne qua cujuslibet dignitatis perſona, vel aliquis ſucceſſorū tuorum ſpiritu maligno ſeductus, quiquam vel minimum alienare præſumat, tam ex his, quæ modo Monaſterio tuo collata ſunt, quā ex his, quæ cæteri fideles indies collaturi ſunt. Si quis autem (quod abſit) nefario auſu præſumpſerit, ea, quæad utilitatem jam dicti Venerabili Monaſterii ſtatuta ſunt, infringere, aut in quoquam violare, ſciat ſe, ex authoritate omnipotentis Dei, per interventum Beati Petri Apoſtolorum Principis, cujus vice fungimur, & noſtræ authoritatis Apoſtolicæ conſtitutionem & aſſenſum omnium comprovincialium & ſuffraganeorum Epiſcoporum anathematis vinculo inextricabiliter innodatum. Scriptum per manum Theophili Latini, Notarii & Regionarii atque Scriniarii Sacræ Romanæ Eccleſiæ. In menſe Januario, Indictione XV. bene valete. Data VII. Idus Januarii, per manum Joannis Epiſcopi & Bibliothecarii ſanctæ Apoſtolicæ Sedis, Anno Deo propitio Pontificatus Domini Joannis ſummi Pontificis & univerſalis PP. XV. In Sacrario Eccleſiæ S. Petri Apoſtoli.

CIV.

Kayſers Ottonis III. Confirmation und Extenſion derer Privilegien der Abtey St. Maximin, de Anno 990.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Quoniam omnium Regum Imperia conſiſtunt in divinæ manus potentia, miſericordiſſima Dei ea gubernari miſeratione credimus, ſi dignis ſervorum Dei religionibus aures pietatis accommodamus. Unde noverit omnium induſtria fidelium, tam præſentium quam & futurorum, qualiter venerabilis Abbas Wolemarus, Cœnobii Sancti Maximini, regulari ſecundum regulam S. Benedicti religione inſigniti, quod conſtructum in ſuburbio Trevirorum in honore S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, prædictus Chriſti Pontifex inſignis corpore, adierit clementiam noſtræ Regalitatis, Willigiſi ſanctæ Mogunciensis Eccleſiæ Archiepiſcopi, nec non & Ottonis Comitis fultus præſidio interventionis, quatenus noſtri privilegii decreto juxta morem prædeceſſorum noſtrorum, Regum, vel Imperatorum, prædicto Cœnobio tranquillitatem juxta quod illius religio expoſcit, concederemus. Igitur amore religionis accenſus, quo in eodem loco absque ullius impedimenti ſcrupulo ſervetur finetenus, juxta propriæ deliberationis arbitrium, fideliumque noſtrorum petitionem & conſilium privilegia anteceſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum, Dagoberti videlicet, Pipini, Magni Caroli, Ludovici Pii, ſucceſſorumque eorum Avi etiam noſtri Ottonis Patrisque noſtri æque Ottonis, divorum videlicet Auguſtorum, noſtræ Authoritatis decreto corroboramus. Et ut benevola noſtrorum Anteceſſorum pietas non a nobis neglecta debilitetur, & Monachorum inibi Deo ſub Regula S. Benedicti ſervientium tranquillitas ab aliqua ſubintroducenda perſona non inquietetur, decernentes, ut hoc idem Cœnobium ubi prænominatus Pontifex requieſcit Maximinus, cui præeſſe videtur prædictus venerabilis Abbas Wolemarus, ſicut & Anteceſſorum noſtrorum ſic ſub noſtro quoque Succeſſorum noſtrorum jure, Mundiburdio & defenſione conſiſtat, nec alicui ſedi aut Eccleſiæ, excepto noſtræ Regalitati, ſucceſſorumque noſtrorum, famulum aut appendix vel beneficiarium ſubjaceat, Concedimus etiam iisdem Monachis liberum inter ſe eligendi Abbatem arbitrium, ut eo ſecurius ab eis divinum impleatur officium, ſummæque propenſius Majeſtatis pro nobis implorent auxilium. Inſuper etiam concedimus, ut idem Abbas, ſibique commiſſa congregatio, eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant Advocatias Monaſterii ſui, cui velint dandi, cuique velint tollendi. Advocati quoque conſtituti in villis eorum, nec non hominibus illius loci, qui vocantur Sacrarii, niſi præſentia Abbatis, vel ejus præpoſiti placitum habere præſumat, bannumque in placito cum Sacrariis hominibus habito non Advocatus, ſed Abbas accipiat, aliaque familia Abbati ſubjecta, placitum nullius niſi Abbatis, vel ab eo conſtitutorum attendat. Bannum & fredum nulli niſi Abbati perſolvat. Et nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in curtibus eorum placitum teneat, Teloneum a navibus nullus exigat, & in ſingulis Civitatibus regalibus, vel præfectoriis liberam poteſtam habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, paſcendi & adaquandi. Eique opera Imperialia vel Comitalia funditus perdonamus. Et ut hoc noſtræ authoritatis præceptum ſtabile & inconvulſum permaneat, privilegium hoc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod propria manu ſubtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis, glorioſiſſimi Regis. Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi. Data XVI. Kalend. Julii, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXC. Indictione III. Anno autem III. Ottonis regnantis VII. Actum Franckonovurt feliciter, Amen.

(L. S.)

CV.

Graff Siegfrieds zu Luxemburg und Seiner Gemahlin Diploma, vermöge deſſen ſie der Abtey St. Maximin einige Güter geſchencket, de Anno 993.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam omni homini neceſſarium eſſe pernoſcitur, ut in hac vita poſitus de futuris pie meditetur, & rebus tranſitoriis lucra æternæ vitæ mercari conetur, ſacra exhortante ſcriptura: Honora dominum de tua ſubſtantia: itemque, Sicut aqua extingvit ignem, ita eleemoſyna extingvit peccatum. Idcirco ego Sigifridus Comes, cum conjuge mea Hadewig, hac ſalutifera admonitione commonitus, ob remedium animarum noſtrarum, liberorumque noſtrorum, ſuperſtitum videlicet, ſeu defunctorum, tradimus domino ſanctoque *Maximino*, qui in ſuburdio Trevirorum requieſcit, & cœnobiis, Deo prædictoque confeſſori ſub regula S. Benedicti militantibus quibus venerabilis Folomarus Abbas præeſſe videtur, in valle Alſuntienſi, in villa Moriſch, in comitatu Ardennenſi, regimini filii noſtri Henrici Comitis ſubjacenti, unum videlicet manſum Neuelunc, & ejus conjugis Rozelæ, ſucceſſorumque ſuorum, altari S. Clementis, in eodem monaſterio poſito, ubi corpora noſtra diem extremi examinis expectabunt, Deo propitio. Ita duntaxat, ut idem Niuelongus, vel ſucceſſores ejus, omni anno quinque ſolidos probatæ monetæ perſolvant ex eodem manſo, ab omni deinceps ſervitio libero ſervili: quatenus benedictione & licentia venerandi Abbatis, ſacerdos ibidem Deo pſalmodiæ & Miſſarum celebraturus Sacrificia, his Xeniis adjutus, pro ereptione animarum noſtrarum exoret libentius. Reliquas vero proprietatis noſtræ poſſeſſiones, in eadem villa conſiſtentes, in communem cœnobitarum uſum, quidquid videlicet vel concambio, vel theſauro noſtro acquiſivimus, tam in mancipiis, quam in ædificiis, molendinis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, exitibus & reditibus, cum omni integritate, ſervitio & cenſu, ſicut eam hactenus habuimus: excepto Ravachone, & conjuge & filiis ejus, Luzone & filiis ejus, & hæreditate eorum. Ea ſcilicet ratione, ut ego & conjux mea Hadewig, usque ad terminum vitæ noſtræ, idem prædium in uſum noſtrum poſſideamus: poſt obitum vero noſtrum, in uſum prædictorum cœnobitarum, absque ullius contradictione, pertineat. Illud ſane omnimodis in Dei nomine rogantes, ut in anniverſario obitus mei, ex eodem prædio recordatio prædictis cœnobitis exhibeatur, in memoriam noſtri. Ita enim rogamus atque obſecramus, ne Abbas, vel aliquis ejusdem loci Proviſor alicui perſonæ ex eodem prædio aliquod beneficium accommodet: ne ut deſtructores eleemoſynæ noſtræ ab heredibus noſtris, noſtra permiſſione ad id commonitis, idem prædium perdant, niſi monita reſipiſcant. Si quis vero coheredum meorum (quod quidem fieri non credo) infringere voluerit, vel tentaverit hanc noſtræ traditionis largitatem, inprimis iram Dei & S. Maximini incurrat, & quæ machinatur non efficiat, coactusque Theſaurario Regis C. libras auri, & M. talenta perſolvat argenti. Acta eſt hæc traditio publice Treveris, in monaſterio S. Maximini, coram Hilderado, ejusdem monaſterii Advocato, aſtante venerabili Abbate Volcmaro, cum omni ejusdem loci congregatione me Sigifrido Comite, & conjuge mea Hadewich tradente, ſub fidejuſſoribus, quos vulgo Saliburgiones vocamus, alio Hilderado, & Thiezelino, coram teſtibus Gozberto, Tancrado, Tietfrido, Dudone, Iſenuardo, Walerammo, Wilerico, Immone, Bertrammo, & multis aliis, anno dominicæ incarnationis, D CCCC XCIII, regno Ottonis tertii X. Indictione VI.

CVI.

Kayſers Henrici II. Diploma, worinn er die ihm von der Abtey St. Maximin übergebenen Güter innenbenenten Perſonen, mit der Bedingung zur Lehen gereichet, daß ſie vor den Abt gemeldeter Abtey die Königl. Hof- und Kriegs-Dienſte verrichten, iedoch dieſelbe an dem Eigenthum gemeldeter Güter nicht kränken ſolten, und was deme mehr anhängig, de Anno 1023.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Henricus, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quamvis ab Eccleſiaſticis inſtitutionibus & a paternis præjudiciis nulli ſit licitum deviare, noſtri tamen juris eſt præ cæteris id ſolum & ſpeciale, ut unde fideles noſtri infra Regnum noſtrum gravantur, aut unde Eccleſiæ Dei detrimentum majus, quam commodum, patiuntur, in melius debeamus commutare: Idcirco fidelium noſtrorum tam præſentium quam futurorum ſolertiæ notum fieri cupimus, qualiter nos ex Abbatia

batia S. Joannis Evangeliſtæ & S. Maximini, quæ in ſuburbio Trevirorum ſita eſt, ubi Haricho Abbas præeſſe videtur, quasdam Curtes & territoria, villas & poſſeſſiones, ſcilicet ſex millia, ſexcentos, quinquaginta ſex manſos, ut verius computari potuit, a præfato Abbate in beneficium accepimus, & his fidelibus noſtris, Ezzoni videlicet Palatino Comiti, & Henrico Duci, nec non Ottoni Comiti ea conditione beneficiavimus, ut quia præfatus Abbas jam ſenio confectus, commode nobis domi, militiæque ſervire non poterat, ipſi & hæredes, qui hæc beneficia habent, pro eodem Abbate, ſuisque ſucceſſoribus curiam regalem petant, & in expeditionem eant: Abbas vero ſuique ſucceſſores a curia Regia, & ab omni expeditione omnino ſint liberi, niſi in Moguntinenſem ſive Metenenſem, aut Colonienſem Civitatem, ad generale Conſilium, ſive Colloquium aliqua neceſſitate cogente, fuerint invitati & ne animæ noſtræ inde detrimentum patiamur, ſi ea, quæ a fidelibus Chriſti eidem ſacratiſſimo loco tradita ſunt, aut collata, nos injuſte videamur aufferre, ſervitium quod nobis, & quibusdam prædeceſſoribus noſtris, in ſecundo ſemper anno de eadem Abbatia traditum eſt, pro timore Dei & veneratione Sancti Joannis, & Sancti Maximini, & ob interventum Aribonis Mogunciacenſis, & Piligrimi Colonienſis & Popponis Trevirenſis venerabilium Archiepiſcoporum, aliorumque fidelium noſtrorum, Deo ſanctoque Joanni & Beato Maximino, cunctisque poſt eos inibi Abbatibus in perpetuum indulgendo ignovimus & ignoſcendo indulſimus. Et ne quis ſucceſſorum noſtrorum, Regum vel Imperatorum, idem ſervitium in periculum animæ noſtræ ac ſuæ inde ulterius exigat, niſi eadem bona, quæ nos non tam in noſtrum, quam in eorum ſervitium inde diſtraximus & ex integro reddat aut reſtituat, noſtra Imperiali authoritate conſtituendo præcipimus, & præcipiendo confirmamus. Jubemus etiam, atque interdicimus præfato Abbati, ſuisque Succeſſoribus in perpetuum, ne de reliquis Curtibus, Eccleſiis ac poſſeſſionibus, quæ ad peculiarem præbendam fratrum Deo ibi famulantium, a noſtris prædeceſſoribus Regibus, aut Imperatoribus, Dagoberto videlicet, Pippino, Carolo, Ludovico, Arnolpho, item Carolo Viendiboldo, nec non a tribus Ottonibus in noſtra usque tempora, & per nos eriam delegata ſunt & conceſſa, alicui de majoribus, ſive liberis hominibus, aut alterius Eccleſiæ, vel alienæ familiæ quibuslibet ſervitoribus, quam beneficiare, vel ab eorum jure quoquo modo abalienare præſumant. Hoc eſt in his locis, Suabheim, Heſinesheim, Bricinheim, Everesheim, Weldinſtein, Albucha, Cozolvesheim, Bingin, Holzhuſa Apula, Alſontia, Sceringesfeld, Hukinesheim, Bukinheim, Siemera, Mannedal, Narheim, Folemareshak, pro Luesdervoth Gracho, Decima, Vallis, cum ſuis pertinentibus, Ratheresdorff, Bicendorff, Meisbrath, Ebeno, Arnolfesberg, Lieznich, Okisheim, Rivenacha, Loavia, Windingis, Luckeſingis, & in Pago Sallingouve, Dincriche, Luolkurt, Biſangis, & in Civitate Metenſi, & circum circa, domos, vineas, agros & Areolas, & in his locis Diedenhoven, Wilare, Beſſiaco, Lucelenkiricha, Tavena, Druhdelinga, Murmiringa, Meroldivilla, Wimereskircha, Straza, Crufra, Seranna, Marchidith, Krisho, Billich, Curmiringen, Brunnacha, Hanivilleri: inſuper etiam in pago Drachere locus, qui vocatur Guntereshuſen, nec non in pago Einriche, locus alius, vocabulo Prichina, cum omnibus, ad ſe juſte & legaliter pertinentibus vel aſpicientibus rebus. Has duas Curtes ad Sagimen & ad femoralia, mantelas, etiam & menſalia fratrum, nec non ad infirmorum curam & debilium & ad ſuſceptionem hoſpitum, nec non ad recreationem pauperum & peregrinorum ſicut Anteceſſores noſtri conſtituerunt, ita & nos ſpecialiter conſtituimus, atque firmavimus, & ut ex his locis & Eccleſiis nullus Abbas, nulla alia perſona, magna, ſive parva, alicui libero, aut alieno homini, ut antea diximus, aliquid beneficiare, vel a præbenda fratrum quoquo modo abalienare præſumat, firmiſſime præcepimus, ſed liceat inde Abbati, ſuisque ſucceſſoribus luminariaEccleſiæ reſtaurare, ædificia recuperare, & quæ neceſſaria tantummodo fratribus ſunt, procurare. De Eccleſiis vero & de omnibus per totam Abbatiam ſalicis decimationibus, nulli omnino beneficium aliquod concedi permittimus, ſed in uſus hoſpitum, pauperum ac peregrinorum, perpetualiter conſtituimus atque ſancimus. Conſtituimus præterea hoc & hac noſtra Imperiali auctoritate firmamus, ut ſi quis fortaſſe illorum, aut, filii filiorum ſuorum quibus bona & poſſeſſiones Sancti Maximini beneficiamus, ſine herede fuerit defunctus, beneficium, vel quidquid ab eodem loco habere viſus eſt, ſub jus & Dominium præfatorum ſanctorum & Abbatis, ac fratrum ipſius Monaſterii redeat & tranſeat; & ad amplificandam congregationem, nec non ad regale ſervitium quantum Abbas inde ſine detrimento aliarum rerum Eccleſiæ bene perficere poſſit, absque omni contradictione permaneat. Inſuper etiam concedimus atque præcipimus, ut idem Abbas, ſui-

que successores, potestatem habeant, Advocatias omnes Monasterii sui, cui velint dandi, cui velint justo judicio tollendi, & ut Advocati nullum post se ponere audeant, qui vocetur Proadvocatus, nullumque placitum præter tria jure debita in Abbatia tenere præsumant, nec cuiquam illorum liceat, aliqua violentia homines gravare aut vi paraveredos eorum, aut pecora tollere, vel quicquam super officiales, aut ministros, sive mansionarios, seu omnia jura Abbatis constituere. Et ut hoc nostræ authoritatis præceptum inde conscriptum firmum & stabile semper permaneat, non solum hoc manu propria firmavimus, & sigilli nostri impressione muniri jussimus, verum etiam ut firmiori auctoritate polleret Beatissimi Patris nostri, Domini videlicet Benedicti Sedis Apostolicæ Præsulis, Privilegium inde conscriptum, & Apostolica auctoritate roboratum, præfato Cœnobio obtinere meruimus, ut si, quod absit, aliquis Successorum nostrorum Regum, vel Imperatorum, diabolica aviditate corruptus quicquam de his, quæ præfati sæpe Monasterii fratribus, ad quietem illorum constituimus, imminere tentaverit, Abbas, qui tunc ibi præesse videbitur, ac fratres libere Apostolicam Sedem, cui idem locus sacratissimus sub antiquis temporibus Constantini Imperatoris & Helenæ matris illius addictus esse dignoscitur, fiducialiter appellent, & ad eam quasi filii ad matrem confugiant, ut ab ea, sicuti dignum est, fulciti, aut ea, quæ inde abstulimus bona sua recipiant, aut quod nos pro tantis bonis & possessionibus Sancti Joannis & Sancti Maximini inde Abbatum ad quietudinem illorum ordinavimus atque firmavimus Apostolica authoritate roborati obtinere prævaleant.

Signum Domini Henrici Romanorum invictissimi Imperatoris Augusti

(L.S.)

Guntherus Cancellarius, vice Aribonis, Archi-Capellani recognovi. Data quarta Idus Decembris, Indictione sexta, Anno Dominicæ Incarnationis MXXIII. Anno vero Domini Secundi Henrici regnantis, vigesimo tertio, Imperii autem decimo, Actum in Treburia, regia villa, Palatio publico, in Dei nomine, Amen. Amen.

CVII.

Kayſers Conradi II. Diploma vor die Abtey St. Maximin, ſo mit vorherſtehenden gleiches Inhalts iſt, de Anno 1026:

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina ordinante Clementia Rex. Si rationabilibus fidelium nostrorum petitionibus, quas pro utilitatibus Ecclesiarum Dei nostræ Regali Excellentiæ suggerunt, assensum præbuimus, id nobis ad æternæ vitæ præmium promerendum sint dubio profuturum esse liquido novimus; Unde noverit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium, quam futurorum industria, qualiter Poppo Venerabilis Abbas ex Monasterio Sancti Maximini, qui in Suburbio Trevirorum corporaliter quiescit, quasdam præceptiones nostris obtutibus obtulit, in quibus continebatur, quod Prædecessor noster Henricus videlicet Imperator Excellentissimus ex præfata Abbatia Curtes aliquas & possessiones quam plurimas, usque ad sex millia, sexcentos, quinquaginta sex mansos, ut verius computari potuit, progredientes abstulit, & quibusdam fidelibus suis, ea ratione beneficiaverit, ut ipsi & hæredes eorum pro eodem Abbate, successoribusque ejus Regalem Curiam peterent, & in expeditionem irent. Abbas vero, suique successores ab omni expeditione, & a Regali servitio Imperiali prædicti Imperatoris constitutione, liberi omnino existerent, relictis videlicet illis & specialiter delegatis quibusdam Curtibus & Villis ac Ecclesiis omnibus ubicunque in Sancti Maximini prædio jacentibus, cum cunctis salicis decimationibus, unde necessaria tantummodo suis deberent procurare fratribus, flagitans nostram Regalem clementiam, ut easdem possessiones, Ecclesias & Villas ad præbendam Monachorum Deo inibi famulantium pertinentes, illis peculiariter concederemus, & nostris privilegiis corroborando firmaremus. Cujus petitioni propter amorem Dei & reverentiam B. Joannis Apostoli & Evangelistæ, in cujus honorem idem locus sacratissimus sub Constantino & Helena quondam dicatus esse dignoscitur, nec non beatissimi Confessoris Christi, Maximini, & ob interventum dilectissimæ Conjugis nostræ Giselæ videlicet Reginæ, & Aribonis Mogunciacensis, ac Pilig rini Colonienſis, Venerabilium Archiepiscoporum, & Ramberti Virdunensis Episcopi ac Theodorici Ducis, aliorumque fidelium nostrorum assensum præbemus statuentes videlicet, ac hac nostra Regali auctoritate firmiter præcipientes, ut in Ecclesiis, villis & possessionibus quas ad præbendam Monachorum inibi Deo servientium, prædictus antecessor noster Henricus piæ memoriæ Imperator Augustus, aliique ante eum Reges & Imperatores, Dagobertus,

bertus, Pippinus, Carolus, Ludovicus, Lotharius, item Carolus, Arnolphus Zuenteboldus, nec non tres Ottones ad peculiaritatem fratrum, sicut in privilegiis eorum in nostra præsentia lectis cernitur, nullam a quolibet judiciariæ potestatis violentiam patiantur, sed victum inde atque habitum pro nostræ animæ absolutione, aliorumque Prædecessorum, Successorumque nostrorum remissionem specialiter consequantur: Hoc est in Schvabheim, Evernesheim, Hechnisheim, Brinsenheim, Manneldal, Narheim, Prichina cum omnibus ad se pertinentibus, Guntershusen, cum suis pertinentiis, quas duas Curtes ad Sagimen & ad femoralia nec non ad infirmorum, debiliumque fratrum curam, & ad susceptionem hospitum ac peregrinorum, pauperumque recreationem, sicut antecessores nostri constituerunt, ita & nos specialiter, statuimus decernimus atque firmamus, similiter, quod in his locis possidere videntur, Apula, Scheringesvelt, Alsoncia, Fulnuelt, Holzhusen, Hockivesheim, Buckinheim, Symera, Rommichach, Provesterod, Weldenstein, Albucha, Bouzuvolvesheim, Bingen, Decima Vallis, cum suis pertinentiis, Ratersdorff cum suis, Bickendorff, Meisbracht, Okisheim, Arnolfesbergh, Fractucis, Rivenacha, Loavia, Windingis, Luckingis, & in Civitate Metensi, & circum circa, domos, vineas, agros, & areolas, & in pago Salvigove, Dincrich, Zuolkurt, Besinga, item alibi, Wilre, Leucelenkircha, Tavena, Bessiaco, Druthelinga, Murmeringis, Meroldivilla, Wimari Ecclesia, Grusta, Strassa, Scranna, Marthedith, & Billiche ac Kriske, ex his ergo villis, & earum pertinentiis nullus Abbas audeat, alicui libero homini sive alterius Ecclesiæ servienti aliquid beneficiare, aut a præbenda fratrum quoquo modo abalienare, sed liceat inde illi suisque successoribus luminaria Ecclesiæ restaurare, ædificia recuperare, & cætera, quæ necessaria tantummodo sunt fratribus, fideliter procurare, statuimus etiam, & corroborare decrevimus, ut idem Abbas, suique successores potestatem habeant, Advocatias suas per omnem Abbatiam, cui velint dandi, cui velint justo judicio tollendi, & ut Advocati nullum post se ponere præsumant, qui vocetur Postadvocatus, nec quisquam illorum potestatem habeat aliqua violentia sive petitione homines gravare, aut placitum præter illa tria jure debita tenere, vel quicquam super officiales vel Mansionarios, aut ministros, seu omnia jura abbatis constituere. Et ut hoc nostræ auctoritatis præceptum firmum, & stabile permaneat, manu propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domini Chuonradi, Regis invictissimi.

(L.S.)

Odalricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archi-Cancellarii recognovi. Data III Idus Januarii, Indictione VIII. Anno Dominicæ Incarnationis MXXVI. Anno autem Domini Conradi secundi regnantis II. Actum Treviris in Dei nomine, Amen.

CIIX.

Kayſers Henrici III. Diploma, verſchiedene Freyheiten der Abtey St. Maximin betreffend, de Anno 1044.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente Clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis officium sit, diversarum partium negotia pia sollicitudine prævidere, maxime tamen & magis proprie illius Ecclesiæ utilitatibus consulere nos decet in omnibus, per quam Regni nostri statum confirmare, & contectalem nostram dotali Lege & legitimo jure in regnum nobis associare & sublimare debemus. Quapropter fidelium nostrorum tam præsentium quam futurorum universitati notum esse volumus, qualiter nos de nostri statu regni tractantes, dilectissimam nobis in Christo contectalem Agnetem, a cunctis regni nostri Principibus electam, & regali more, ac pia omnium fidelium nostrorum devotione in Moguntina Civitate solenniter consecratam, & regalibus insignibus decoratam, ad honorem regni nostri sublimavimus, corroboravimus, & secundum morem & institutionem piissimi Genitoris nostri Conradi Imperatoris invictissimi aliorumque prædecessorum nostrorum Henrici & trium Ottonum, Arnolfi, Magni Caroli Pipini, Dagoberti & aliorum Regum & Imperatorum usque ad nos, cum Abbatia Sancti Maximini pretiosissimi Confessoris Christi, quæ in suburbio Trevirorum sita est, quam Constantinus & Helena Regina in Christo sacratissima in honorem Sancti Joannis Apostoli & Evangelistæ primitus construxerant. Hanc igitur & cum omnibus rebus, Ecclesiis & possessionibus ad eam in quibuscunque locis juste & legaliter pertinentibus præfatam conjugem nostram, Agnetem scilicet nobis in Christo charissimam dotali & lege & legitima Regni dote ad thronum & honorem Regni nost i dotavimus,

dotavimus, ſublimavimus, & confirmavimus, ut ſicut revera per B. Petrum Apoſtolum, & diſcipulus ejus ſanctiſſimos, Eucharium Valerium, Maternum, in Trevirenſi Epiſcopio, & inde per totam Galliam Catholicæ fidei primitus cœpit pullulare & initiare ſacramentum: ita & per hanc prædictam Abbatiam omnes Reges & Imperatores cum ſuis conjugibus propagandæ ſobolis incrementum & regiæ poteſtatis ac dignitatis ſemper percipiant teſtamentum. Ducernimus etiam atque hujus noſtræ Regiæ auctoritatis confirmamus edicto, ne eadem Abbatia alicui Sedi vel Eccleſiæ famula, aut appendix unquam ſubjaceat, ſed ſicuti ſub prædeceſſorum noſtrorum; ſic ſub noſtro quoque ſucceſſorumque noſtrorum Mundiburdio libera ſemper permaneat: Addentes videlicet, & conſtituentes, ut Poppo ejusdem loci Abbas, ſuique ſucceſſores, prænominatæ conjugi noſtræ, Agneti ſcilicet, aliisque poſt illam Reginis in Regali curia ſemper ſerviant & obſequantur, & quia ſub Henrico Imperatore ea bona illis ablata ſunt unde ad militiam ire, vel nobis in ſecundo ſemper anno Regale ſervitium perſolvere, vel unde ſe ſuosque victitaſſe videbant, volumus atque conſtituimus, ut quotieſcunque ad curiam Regiam venerint, ſive vocati fuerint, de Regia menſa paſcantur, & in curiales & domeſticos Regis & Reginæ non infimi ſemper habeantur, ſicut revera Magiſtros ac proviſores illius Eccleſiæ decet, per quam Regum & Imperatorum Conjuges in Regnum & Imperium ſemper conſecrari & confirmari videbuntur. Conſtituimus præterea, & ad præbendam fratrum, inibi Deo famulantium, ſpecialiter delegamus, quicquid ſub temporibus Caroli, prout ipſe diſpoſuit, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum Regum, vel Imperatorum ad peculiaritatem illorum pertinere cognovimus, id eſt, has Eccleſias Gozolvesheim, Albucho, Wiedeſtein, Weinheim, Diedenhouum, Weinwelde, inſuper omnes Sancti Maximini Eccleſias cum decimis, & decimationibus & omnes ſalicas decimationes quas in uſus hoſpitum peregrinorum ac pauperum deſtinamus: vel quidquid in his locis habere videntur hactenus, hoc & Svaveheim, Evernesheim, Hezinesheim, Mannendal, Narheim Apula, Alſontia Scheringesvelt, Bukinheim, Symera, Baſinbach, Ukinhesheim, Guntereshuſen, Kuosbach, Holzhuſun, Dieffenbach, Sweppenhuzun, Rivenacho, Louun, Ockisheim, Liezenich, Ratheresdorff, Buſtat, Meisbrath, Buochenesburi, Folemaresbach, decima & Vallis cum ſuis pertinentiis Marchedeh Daleheim, Friſinga, Mormirdinga, Druhdildinga, Tavena, Scitelinga, Merſche, Mambra, Linnich, Everlinga & Fula, Areurlere, Windingun, vel quod in pago Salingouve aut juxta Metenſem Civitatem in villa Willere, vel in ipſa urbe, in vineis, aut areolis, aut agris habere videntur, & ultra Rhenum fluvium Curtem, quæ Prichina dicitur, cum omnibus ad eam pertinentibus quam ad ſagimen, & femorolia, mantelas & menſalia fratrum & ad ſuſceptionem hoſpitum, ac pauperum, ac infirmorum curam, ſpecialiter ſtatuimus atque firmamus. Et ne aliquis Succeſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum neque Abbas quidquam de his rebus præter hæreditaria illius Eccleſiæ miniſtris beneficia alicui præſtare, vel a præbenda fratrum quoquo modo abalienare præſumat, firmiter præcipimus, & præcipiendo firmamus. Cui rei teſtem cartam hac inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Tertii, Regis invictiſſimi. (L. S.)

Everhardus Cancellarius, vice Domini Bardonis Archi-Cancellarii recognovi. Data 8. Kal. Auguſti Anno Incarnat. Domini MXLIV. Indictione XII. Anno autem Domini Henrici Tertii ordinationis ejus XVI. Regni vero quinto. Actum Mogunt. in Dei nomine feliciter, Amen.

CIX.

Pabſts Leonis IX. Bulla Confirmationis aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 1051.

LEo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Eccleſiæ in honorem ſancti Joannis Evangeliſtæ, ſanctique Maximini Confeſſoris in ſuburbio Trevirorum ſpecialiter dedicatæ, & præterea Theodorico Abbati, ſuisque ſucceſſoribus Monachis ſetiam inibi Deo famulantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacri Apoſtolatus ordo, & ſanctæ Romanæ ſedis pia devotio id ſemper exigit a nobis, ut vigilanter Eccleſiarum ſollicitudinem gerere & utilitates famulorum Dei digne providere debeamus in omnibus. Idcirco propter amorem Domini, & ob petitionem dilectiſſimi filii noſtri, Henrici, videlicet Imperatoris Auguſti, Eccleſias & Villas, ad victualia Monachorum in præfato Cœnobio

bio Deo famulantium ſpecialiter pertinentes, noſtræ apoſtolicæ authoritatis privilegio ad uſus illorum, prædeceſſorum noſtrorum more confirmare decrevimus. Volumus itaque, & ſacræ primæ ſedis authoritate ſancimus, ut in Eccleſiis, villis, ac poſſeſſionibus, quæ ad præbendam prædictorum Fratrum a Regibus & Imperatoribus Dagoberto videlicet, ac Pipino, Carolo Ludovico, Arnulpho, Henrico, Conrado, & a tribus Ottonibus, ſive a præfato filio noſtro chariſſimo, Henrico ſcilicet Imperatore Auguſtiſſimo, conceſſa vel attributa ſunt, nullius perſonæ magnæ, vel parvæ violentiam patiantur, ſed victum inde atque habitum conſequantur, hoc eſt Apula, Schwabenheim, Brincisheim, Evernisheim, Heinſinesheim, Vehinsheim, Scheringesfelt, Bubenheim, Alſontia, Baſinbach, Siemera, Mamendal, Narheim, Luesderouorf, & de his Eccleſiis, Gozolvesheim, Albucha, Weldenſtein, Wanheim, Flanheim, Nuſum, & de Villa Gundershauſum, aliisque ad eam pertinentibus, id eſt Ruosbach, Holtzhauſen, Daffendal, Sveppenhauſun, & ex his locis Rivenacha, Leovum, Gracho, Decima Vallis cum ſuis pertinentiis, Mayrchidith, Billiche, Keriskee, Daleheim, Bislee, Wilre, Druhdildinga, Mambra, Murmiringa, Eccleſia in Steinſela, Diedenhovum, Wimareskircha, Berge, Cruſta, Luterensdarra, Tavena, Lindiche, Merſche, Biſanga, & quæ infra & extra Civitatem Metis in domibus, aut vineis, agris, aut aureolis habent, quæve in pago Bengouve, in his locis Ratheresdorff, Buſtat, Franckingen, Ebeno, vel Meisbrath poſſident, aut quæ juxta Maſſam fluvium in Carmiringun, & fractura, aut in pago Eiffela, his locis Vahisheim, vel Lieznich ad idem Monaſterium pertinent, Curtem etiam quandam vocabulo Prichina in pago Einriche ſitam, quam ſicut eisdem fratribus præfatus dilectiſſimus filius noſter, Henricus videlicet, Imperator Auguſtus ante aliquot annos abſtulit. Ita in noſtræ apoſtolicæ authoritatis patrocinio commonitus reddidit. Et ne quis ea uiterius a præbenda fratrum cuiquam præſtando, ſubtraheret, ſuo præcepto firmavit. Nosque ut idem faceremus devotiſſime poſtulavit, quatenus iidem fratres de prædicta Villa, aliisque ad eam pertinentibus ſagimen interdum habeant, & ſecundum præceptum ſanctæ Regulæ hoſpites ſuſcipiant, & infirmorum, debiliumque curam agentes peregrinorum ac pauperum uſibus fideliter inde deſerviant, femoralia etiam, ac mantelas, & menſalia ad uſus neceſſarios inde percipiant. Igitur ut iidem fratres prælibata loca cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes totius Abbatiæ Eccleſias cum Decimis, dote, dotalibusque ad ipſas pertinentibus, & cunctas ſalicas decimationes, quas in uſus hoſpitum, peregrinorum ac pauperum concedimus ſub eorum cura teneant, &. juxta ſuum arbitrium, ſecure, quiete & pacifice poſſideant, divina obteſtatione, & hac noſtra ſtpoſtolica confirmatione taliter illis roboramus, ut nullus Imperator, nullus Rex, nullus Abbas, nullus Dux, nullus Comes, aut Vice-Comes, nullæ Eccleſiaſticæ dignitatis, vel mundanæ conditionis magna parvaque perſona, alicui libero homini, ſive alterius Eccleſiæ, vel domini famulo, vel miniſtro aliquid inde præſtare, vel a præbenda fratrum quoquomodo abalienare præſumat, ſed juxta id, quod ſanctæ apoſtolicæ ſedi jure ſubjectum eſſe debet, & ſub Mundiburdio Regum & Imperatorum conſtat, absque omni contradictione ad uſus Monachorum perpetualiter permaneant, ſi quis autem (quod abſit) nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ vel a nobis, aut aliis Prædeceſſoribus noſtris ſacræ Romanæ Eccleſiæ Pontificibus ſanctiſſimis ad laudem omnipotentis Dei pro ſtabilitate jam dicti Venerabilis Cœnobii ſtatuta ſunt, infringere, aut in quoquam violare ſtuduerit, ex authoritate omnipotentis Dei per interventum Beati Petri Apoſtolorum Principis, cujus vice fungimur, & noſtræ humilitatis Apoſtolicæ conſtitutione anathematis vinculo inextricabiliter innodamus.

Dat. XVII. Kal. Februarii per manus Udonis ſanctæ apoſtolicæ ſedis Cancellarii & Bibliothecarii & Tullenſis Pinnicerii, Anno Domini Leonis IX. Papæ II. Indictione IV. Incarnationis Domini MLI.

CX.

Kayſers Henrici III. Conſtitution die Advocaten und Schutz-Herren der Abtey St. Maximin betreffend, de Anno 1056.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Eccleſiis, vel Cœnobiis divino cultui mancipatis alicujus patrocinii, vel defenſionis ſolatium adverſus inſolentiam perfidorum vel malignorum hominum præbuerimus, divinitus nos, procul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum magnitudo comperiat, qualiter nos, ob amorem Dei & per interventum cariſſimæ conjectalis noſtræ, Agnetis, Imperatricis Auguſtæ, noſtrique filii Henrici IV. Regis, crebram & importunam querimoniam Theodorici, Reverendi Abbatis de Cœnobio Sancti Maximini, benigne ſuſcepimus, de multis ſcilicet oppreſſionibus, quas familia Sancti Maximini patitur, ab Advocatis & Comitibus eam defendere magis, quam diſſipare vel affligere debentibus, quæ non ſolum antiquis legibus deſtituta, ſed ita potius in ſervitutem Advocatorum eſt omnimodis redacta, ut non quaſi regalis ſive regiæ dotis eadem Abbatia, ſed ut propria magis eorundem Advocatorum eſſe videatur ancilla, unde in præſentia noſtri, aliorumque fidelium noſtrorum Eberhardi Trevirenſis, Luctbaldi, Moguntienſis, Venerabilium Archiepiſcoporum, Adelberonis, Metenſis, Theodorici, Virdunenſis, Epiſcoporum, nec non Ebbonis, Fuldenſis, Ruobberti, Prumienſis, Odalrici, Laureshamenſis, Samuelis Vicinburgenſis, Ruobberti, Muorbacenſis reverendorum Abbatum, Godefridi, Gerardi, Friderici Ducum, Giſilberti, Hermanni, Theodorici, Emmichonis & Berthdolfi de Struomburgh Comitum, aliorumque fidelium noſtrorum duodecim de ſervientibus, qui Scaremanni dicuntur, & XXIV. ex antiquioribus de familia per ſacramentum jurare & confirmare decrevimus, quibus legibus, vel juri ſub tempore Henrici Ducis Senioris & Henrici Ducis Junioris ſervientes, aut familia loci illius ſubjaceret, qualiter placita & judicia fierent, ad quem præbendarii, qui ante portam, vel circa urbem ſunt, aut in cellula, quæ Tavena, vel Apula dicitur, reſpectum habere deberent, ut ipſi & poſteri eorum eodem jure eademque lege exinde perfruerentur. Confirmatum eſt itaque eorum ſacramento, quia Advocati Abbatiæ illius ubicunque in regno noſtro ſita ſit, non niſi ter in anno, & illi, qui Hunnones dicuntur, tertio tantum anno, niſi recens furtum fuerit, aut ex parte Abbatis vocati fuerint, placitare in Abbatia non debeant, quicquid autem in illis tribus placitis Advocatorum, vel Hunnonum clam, aut aperte, retro, vel ante in via illuc vel inde eundo aut redeundo, quisque reus vadiaverit: Arbitrio Abbatis vel præpoſitorum aut Villicorum & meliorum, qui in Curtibus ſunt, ſecundum culpam & facultatem uniuscujusque hominis diſponatur, inde duæ partes Abbati, tertia Advocatis tribuatur. Si cujus bona vel prædia propter aliquam culpam, vel querimoniam in placitis Abbatis, id eſt Budingen dominicata vel publicata fuerint. Omnia Abbatis erunt, niſi bonis eisdem poſtquam villici Abbatis ea in cuſtodiam ſuſceperint, ſe quilibet temere intromiſerit. De bonis autem quæ Advocatorum placitis publicata fuerint duæ partes Abbatis, tertia vero pars in eodem tantum anno rerum & frugum Advocatorum erit, poſtea vero nihil ad eos pertinet, quid Abbas inde diſponere velit Advocati autem ſervitia in Curtibus, in quibus jure dabuntur, cum villicis & Scavionibus accipiant & non emittant, vel vendant, quia adhoc eis donantur ut quicquid Abbati, vel familiæ adverſitatis contigerit, corrigant: quod ſi non fecerint, & bis, vel ter aliquid in agris, vel vineis, unde damnum habet Abbas, aut familia, eis accuſatum, aut denunciatum fuerit, & non correxerint, ſervitio eos Abbas conſtringat, donec ea, quæ in prioribus binis, aut tribus placitis accuſata ſunt, ad correctionem perducant. Si quis propter furtum, vel latrocinium captus, aut juſto judicio dijudicatus, vel damnatus fuerit, ſubſtantia illius & omnis poſſeſſio Abbatis erit! Advocatis vero de homine, quod juſtum eſt, aut quod ſibi & aliis comprovincialibus ſuis melius viſum fuerit, agere licebit. Si aliquis ex familia interfectus fuerit, pretium illius, id eſt Weregelt, & ſine Advocato acquiri poterit, totum

totum Abbatis erit; Si autem per Advocatum acquiſitum fuerit, tertiam partem Advocatus habebit: Servientes vero, qui præbendarii ſunt, & qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt, ſive in ipſo loco, vel in cellulis illuc pertinentibus, id eſt, Apula, vel Tavena, quamvis jam diu deſtructis, Deo tamen, noſtroque & dilectiſſimæ conjugis noſtræ Agnetis Imperatricis Auguſtæ, ſi vita comes fuerit, auxilio patrocinante conſtruendis & recuperandis, ſive qui foris vel intus Dageſcalci, vel piſtores, bovarii, aut piſcatores coci, aut lavatores, vel quicunque foris, vel intus quotidiano ſervitio fratribus ſervituri ſunt, nulli Advocato, neque Hunnoni ſubjaceant, ſed tantum Abbati, ſuisque præpoſitis pro quibuscunque culpis ſuis, reſpondeant, vapulent, aut evadant, ſi Villani, vel Manſionarii debitum cenſum, vel Servitium Sancto Maximino & Abbati volunt denegare primum per alios Judices, deinde in ipſo principali loco Treviris, unde vivunt per illos judices ac miniſtros, qui Scaremanni dicuntur, & qui meliores ſunt Eccleſiæ conſtringantur: Sin autem per cartam & Advocatum, ad ultimum vero per manifeſtum judicium in quo ſi convicti fuerint, omnibus bonis ſuis ad manus Abbatis attractis carebunt, & jus quod Abbas eis poſtea conceſſerit, habebunt, ſervientes vero, qui Scaremanni dicuntur, nulli Advocato niſi Abbati ſubjaceant, nulli eorum ſerviant, niſi beneficia ab eis habeant, aut Abbas pro neceſſitate & utilitate Monaſterii, cum illis eos alicubi ire præcipiat, Advocatus vero Giſelbertus, qui in præſentiarum eſt, aliique Succeſſores ipſius, qui bannum a Regia manu ſuſceperint, proxima die poſt Feſtum Sancti Maximini ſuper prædia & mancipio eorum, qui miniſtri, vel Scaremanni dicuntur illa ſola die, ſi feſtum celebre vel jejunium non fuerit, placitabunt, ſin autem, cum prima pulſata fuerit, placitum intrabunt, & usque ad nonam horam illud tenebunt; poſtea vero nullum ibi diutius ſtare diſtringere poterunt. Et quicquid ibi placitando acquiſierint, duæ partes Abbatis, tertia ipſorum erit, eadem vero die Abbas, ipſi Advocato, quicunque eſt, ſervitium dabit, duos ſcilicet modios panis, Friskingos IV. ovinos & amam unam vini; ſi amplius habere voluerit, de placito habebit. Si quis ex Villanis, vel Manſionariis qui circa urbem, vel in aliis longe vel prope poſitis Curtibus commanent, cenſum debitum, qui ad uſum fratrum quotidianum, ſive in lignis, aut in aliis quibuslibet rebus pertinet, neglexerit, & ſtatuto die, vel tempore non dederit, ſtatim ſequenti die Villicus Abbatis Vadimonium de domo ipſius, ſive Advocato tale accipiat, cum quo illud, quod ipſe ad ſervitium debuit fratrum, pleniſſime perſolvat, cæterum vero ſervitium ejus in eadem Curte, in qua habitat, ab eo, prout juſtum eſt, exigendo requirat, nusquam niſi inter ſe nubant, aut uxorem ex familia Sancti Petri accipiant: Ita tamen, ut alteri Eccleſiæ altera damnum non inferat, ſed per ſucceſſiones filiorum, aut filiarum quod ſuum eſt, utraque Eccleſia retineat, ſi homo in hominem verbis aut factis deliquerit, nec Abbas, nec Advocatus in rationem id deponere debet, niſi præſens ſit aliquis, qui eum accuſet, aut res talis ſit, & inter ſe clam & aperte pacificati inde fuerint, ubi culpa patet, omnes Eccleſiæ & Salicæ decimationes, tam in agris, quam in vineis, ſive in Sylvis ubicunque in prædio Sancti Maximini jacentibus tam in Kiliwualde, quam in ſylva circa Curtem Steinſiela, vel caſtrum Luzelenburc, aut in Hart, vel Waber juxta Talevanc adjacente, ad ſuſceptionem hoſpitum & pauperum debent pertinere, in ſuis vero ſylvis, quas adhuc Abbas, aut fratres habere videntur, quicquid ſibi utile videbitur, exceptis feris bannitis, decet eos libere diſponere. Addimus etiam nos & noſtra Imperiali authoritate firmiſſime interdicimus, ut nullus Advocatorum aliquod placitum, præter tria jure debita, in Abbatia habeat, nullus illorum hoſpitia ſeu ſervitia in Curtibus Abbatis aut fratrum ſive a ruſticis, violenter exigat, nullus eorum per inciſiones aut petitiones homines gravare, aut vi pecora illorum, aut paraveredos tollere præſumat, quia ſex millia, ſeptingentos, quinquaginta & amplius manſos de bonis Sancti Maximini, unde Abbas in militiam ire, & noſtræ contectali vel nobis in ſecundo ſemper anno ſervire debuit, adhoc idem Advocati ex noſtra parte habent in beneficium, ut cætera, quæ fratribus remanſerant absque omni Advocatorum moleſtia, quiete poſſideant. Harum omnium rerum teſtem cartam hanc inde conſcribi & Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Tertii Regis, invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti. Winitherius Cancellarius, vice Luitboldi Archi-Cancellarii & Archi-Capellani recognovi.

(L.S.)

Data prid. Kal. Julii Anno dominicæ Incarnationis

nationis MLVI. Indictione IX. Anno autem Domini Henrici Tertii Regis, ſecundi Imperatoris ordinationis XXVIII. Regni vero XVIII. Imperii X. Actum Treviris in Domino feliciter, Amen.

CXI.

Kayſers Henrici III. Privilegium vor die Abtey St. Maximin, daß ſie in dem Flecken Billich einen Marckt und Müntze anlegen, auch Zoll und andere Abgaben daſelbſt fordern möge, de An. 1056.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si locis divino cultui mancipatis alicujus honoris & augmentationis ſublimentum præbuerimus, divinitus nobis remunerari procul dubio credimus.

Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium præſentium ac futurorum ſolers comperiat ſagacitas, quomodo nos, ob remedium animæ noſtræ & parentum noſtrorum, nec non per interventum cariſſimæ conjugis noſtræ, ſcilicet Agnetis Imperatricis Auguſtæ, noſtrique filii dilectiſſimi Henrici IV. Regis, Theodorico, Reverendo Abbati de Sancto Maximino, ſuisque Succeſſoribus largiti ſumus, conceſſimus ac perdonavimus, jus, poteſtatem, ſecuramque licentiam mercatum & monetam conſtruendi, faciendi ac per omnes ſemper hebdomadas in feria quinta tenendi, tali legitimæ ſtabilitatis ordine, ut idem Abbas tam ipſe, quam & ſui ſucceſſores in ſua liberali poteſtate teneat, regat & perpetualiter habeat, idem mercatum cum moneta, teloneo, ac totius publicæ rei functione & diſpoſitione in quadam villa Billiche dicta ad Sanctum Maximum pertinente, in pago quoque Moſelgawi & in Comitatu Bertoldi Comitis ſita. Proinde volumus & Imperialiter edicimus, ut omnes homines præſentes, futurique prædictum mercatum viſitantes cum omni pace illuc eant, redeant, compareant, & quicquid illis placuerit, ſicut in aliis publicis mercatis vendant, noſtra, omniumque noſtrorum ſuccedentium contradictione remota. Quicunque autem hujus noſtræ authoritatis, conceſſionis & poteſtativæ perdonationis contradictor & violator in aliqua re extiterit, ſciat ſe componere noſtrum bannum, ita ſicut ille, qui mercato Moguntiæ, Coloniæ & Treviris conſracto & contaminato damnatus fuerit. Et ut hæc noſtra Imperialis donatio ſtabilis permaneat, hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroborantes ſigillare præcepimus.

Signum Domini Henrici Tertii Regis, invictiſſimi Secundi Romanorum Imperatoris Auguſti. (L. S.) Winitherus Cancellarius, Vice Luithboldi Archi-Cancellarii & Archiepiſcopi recognovi. Data XVII. Kal. Octobr. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo, quinquageſimo ſexto, indictione nona, anno autem Domini Henrici Regis tertii ſecundi Imperatoris Ordinationis viceſimo octavo, Regni vero decimo octavo, Imperii decimo. Actum Botvelt in Dei nomine feliciter. Amen,

CXII.

Kayſers Henrici IV. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de An. 1066.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divinæ pietatis adjuvante clementia Rex. Si locis divino cultui mancipatis, & inibi Deo ſamulantibus digne conſulimus, multo magis illi loco ſacratiſſimo aliqua pietatis opera impendimus, per quem, & a quo regni noſtri Statum ſemper confirmabimus, & conjugem noſtram legitimo jure noſtræ Regalitati in Regnum aſſociare, dotare & ſublimare debemus. Proinde cunctis fidelibus noſtris, tam præſentibus ſcilicet, quam futuris notum eſſe volumus, qualiter nos de noſtri ſtatu regni tractantes Berhdam contectalem noſtram in Chriſto nobis dilectiſſimam a cunctis regni noſtri Principibus electam, regalibus nuptiis in Villa Triburia noſtræ regalitati copulavimus, & ſecundum morem & inſtitutionem piiſſimi Genitoris noſtri, Avique noſtri, Henrici videlicet atque Chuonradi invictiſſimorum Imperatorum, aliorumque Prædeceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum, Henrici nec non trium Ottonum, Arnolphi, Magni Karoli, Pippini, Dagoberti, Conſtantini & omnium Regum & Imperatorum a tempore præfati Conſtantini &

& Helenæ matris illius Sanctiſſimæ usque ad nos, cum Abbatia Sancti Maximini, qui in Suburbio Trevirorum corporaliter quieſcit, cum omnibus rebus & Eccleſiis ac poſſeſſionibus ad eam in quibuscunque locis juſte & legaliter pertinentibus prænominatam Conjugem noſtram Bertham ſcilicet Reginam legitimo jure in regnum nobis aſſociavimus, dotavimus ac perpetuo jure firmamus, ut ſicuti revera primitus per Beatum Petrum Apoſtolum, & diſcipulos illius ſanctiſſimos Eucharium, Valerium & Maternum, & poſtea per beatum Agritium, Maximinum atque Paulinum in Trevirenſi Epiſcopio, & inde per totam Galliam Catholicæ fidei & Chriſtianæ devotionis cepit pullulare, & initiare Sacramentum: ita & præfatam Abbatiam Sancti Maximini omnes Reges & Imperatores ac Conjuges illorum regiæ dignitatis & propagandæ ſoboliſ percipiant fundamentum. Volumus etiam atque hujus noſtræ Regalitatis edicto præcipimus atque firmamus, ut eadem Abbatia nulli Eccleſiæ, vel Sedi, ſive perſonæ quoquo pacto unquam famula aut appendix ſubjaceat, ſed, ſicut ſub prædeceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque Mundiburdio & defenſione, aliorumque ſucceſſorum noſtrorum tuitione libera ſemper permaneat. Addentos videlicet, & per hoc noſtræ Regiæ authoritatis privilegium firmiſſime decernentes, ut Theodericus ejusdem loci Abbas, ſuique Succeſſores prænominatæ contectali noſtræ Berhdæ, ſcilicet in Chriſto nobis cariſſimæ, aliisque poſt illam Reginis, & Imperatricibus in regia curia ſemper ſerviant & obſequantur. Et quia ſub Henrico, piæ memoriæ Auguſto, ante Avum noſtrum Conradum proximo ea bona illis ablata ſunt, unde ad militiam ire vel noſtræ regalitati ſervire, aut unde ſe, ſuosque prius victitare videbantur, volumus atque conſtituimus, ut quotieſcunque ad regalem curiam venerint, ſive vocati fuerint, de regia menſa paſcantur, & inter curiales & domeſticos atque Cappellanos Regis & Reginæ non infimi ſemper habeantur, ſicut revera miniſtros & procuratores illius Eccleſiæ decet, de qua & per quam Reges & Imperatores, & Conjuges illorum legitimo jure in regnum & Imperium ſemper dotari & confirmari videbuntur. Conſtituimus præterea, & ad præbendam fratrum inibi Deo ſamulantium ſpecialiter delegamus, quidquid per privilegia Henrici Genitoris noſtri atque Cuonradi Avi noſtri, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum, a Conſtantino videlicet & Helena matre ejus usque ad nos ad peculiaritatem illorum pertinere cognovimus, id eſt, has Eccleſias, Golvesheim, Albucho, Weildeſtein, Wienheim, Huſun, Diedenhoum, Winuddum, & inſuper omnes Sancti Maximini Eccleſias cum Decimis, cuicunque Curtes beneficiatæ ſint, nec non omnes ſalicæ terræ decimationes, quas in uſus hoſpitum, peregrinorum ac pauperum conſtituimus, vel quidquid in his locis habere videntur hactenus, hoc eſt, Suaveheim, Evernesheim, Mannendal, Narheim, Apula, Sceringesfeldt, Bukinheim, Heſinesheim, Simera, Guntheres-huſun, Ruosbach, Holtzhuſun, Sueppenhuſun, Rivenanacho, Louvin, Okeisheim, Lieznich, Fracturis, Ratheresdorff, Buſtat, Meisbrath, Frainkingun, Mietriche, Decima & Vallis cum ſuis pertinentiis, Markideth, Daleheim, Murmirdinga, Druhildinga, Liſche, Scittlinga, Mambro, Linniche, Mierſche, Everlinga, Fula, Aſtillabrunna, & quod in pago Bleſenſe, ſive Salnenſe, aut Sallingowe, vel juxta Metenſem Urbem in villa Willere, aut in ipſa Civitate in vineis aut areolis habere videntur. Curtem etiam quandam vocabulo Prichinâ ultra Rhenum fluvium ſitam, quam genitor noſter Heinricus piæ memoriæ Imperator Auguſtus per præfatum Theodoricum Abbatem cuidam Anshelmo miniſtro ſuo beneficiari præcepit, ſed poſtea pœnitentia ductus, & beati Leonis Papæ atque Agnetis Genitricis noſtræ piiſſimæ interventu commonitus, eidem loci fratribus reddidit atque firmavit, ita & nos illius exemplum ſectantes, eandem curtem cum omnibus rebus ad eam juſte & legaliter pertinentibus Sancto Maximino & Fratribus ſibi ſervientibus ab iſta die & deinceps per interventum Berhtæ contectalis noſtræ dilectiſſimæ reddimus atque firmamus, & ut ſagimen & ſemoralia, mantelas & menſalia inde habeant, & hoſpites ac pauperes inde ſuſcipiant, ſtatuimus atque jubemus, & ut nullus ſucceſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum, neque Abbas aliquid de prædictis Curtibus vel Eccleſiis præter hæreditaria ſervientium beneficia cuiquam præſtare præſumat, firmiſſime interdicimus. Harum omnium rerum teſtem cartam hanc inde conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri

Signum Domini Henrici IV. Regis. Sigehardus Cancellarius ad Vicem Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi.

(L. S.)

Data III. Idus Julii, Anno Dominicæ Incarnationis MLXVI. Indictione IV. Anno ordinationis Domini Henrici IV. Regis XII. Regni vero X. Actum in Triburia in Dei nomine. Amen.

CXIII.

Abts Theodorici zu St. Maximin Vergleich mit einem ſeiner Stiffts-Vaſallen, wegen des Guts Brechena.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus fratribus noſtris tam præſentibus, quam etiam futuris, qualiter ego, Theodoricus, Cœnobii Sancti Maximini Abbas indignus, in ipſo momento, cum mihi data eſſet Abbatia a Domino meo Imperatore, tertio Henrico, multis precibus ab eodem convictus & ipſius authoritate ad primam ejus petitionem nimium conſtrictus, illud maximum bonum de Brechena cuidam fideli ſuo, Anſelmo nomine, non ſine multis lachrymis in præſentia ipſius Imperatoris mea manu usque in finem duntaxat vitæ ſuæ præſtiterim. Servientes itaque excepimus, quos Domina Wendela, dum ipſam Curtem Sancto Maximino tradidit habebat, quos Scaremannos vocamus, qui cum viginti manſis terræ a nobis retenti ſunt, & nullatenus ipſi beneficio adjuncti. Hi enim nobis in Curte Sancti Maximini & ubi opus fuerit cum cæteris noſtræ familiæ militibus ſervire debent, nullique Advocato, vel Domino debent obedire, niſi nobis, nec alicujus niſi parium ſuorum ſubjacere judicio. Nomina eorum ſunt hæc. Azecho & Regulo cum tribus fratribus eorum. Rucher cum Clerico uno, Hucercho, Guntram, Meiſo, Inuza cum filiis ſuis & alii complures. Qua de re precor in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ne quis ſucceſſorum meorum, me in hoc reprehendat, vel male dicta mihi ingerat, quaſi ego volens & libera utens poteſtate, tale bonum unquam præſtiterim, ſed Deum teſtor, & Sanctos ejus, quod invitus & valde coactus hoc feci, quia niſi ego, amicorum uſus conſilio illud propria manu præſtitiſſem, Dominus meus Imperator illud ei perpetuo dono tradidiſſet. Poſt mortem Anſelmi, cum jam ſperarem, immo ſecurus eſſem prædictum bonum ad Eccleſiam debere redire: Ecce uxor illius & Guntramus filius ejus & Gerlach, & Otto, & omnis illa parentela prædictum Imperatorem adierunt, & ut hoc ipſum bonum Guntramo filio ejus præſtarem aſſiduis precibus pulſando vix tandem impetrarunt. Poſtea vero, orta ſeditione inter me & Archiepiſcopum Eberhardum, cum rei ita popoſciſſet neceſſitas, ut Caſtrum S. Maximini cuſtodire ac munire deberem, eidem Guntramo, ut ad me veniret, & intra Caſtellum noſtrum cum ſuo ſumptu excubias faceret, usque tertio mandavi, ſed nullo modo hoc efficere potui. Tandem ad ultimum poſt legitimas inducias eum ad rationem poſui & juſto judicio ſuorum parium Beneficium, quod ex me tenebat fere, ei aufferre debui, ſed obtentu Domini mei Imperatoris, quia ipſe pro eo interceſſerat, tali modo eum placitare permiſi, ſcilicet ut ex prædicto bono XII. manſos mihi Eccleſiæque redderet, & deinceps ſingulis annis XII. porcos ſaginatos & totidem Camiſialia fratribus pro veſtitura perſolveret, & quamdiu hoc faceret beneficium ſuum libere teneret. Si vero aut ipſe in vita ſua, aut aliquis ſuorum ſucceſſorum hanc conſtitutionem a nobis, & a fratribus Eccleſiæ factam, & ab eo collaudatam infregerit, illico totum beneficium perdat, & ipſum bonum cum omni integritate ſua ad Eccleſiam redeat. Ut ergo hæc noſtræ conſtitutionis pagina per ſuccedentia tempora poſteris noſtris innoteſcat, hanc deſcriptionis chartulam fieri juſſimus, & ut pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, ſigilli impreſſione, ſcilicet S. Maximini juſſimus inſigniri.

CXIV.

Kayſers Henrici IV. Diploma reſtitutionis derer der Abtey St. Maximin entriſſenen Güter Svabheim und Evernesheim, de An. 1101.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente Clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus tam futuri quam præſentis temporis fidelibus, quoniam duas Curtes, Suabheim & Evernesheim, quæ jure fratribus de Sancto Maximino Trevirenſi ſervire debebant, ſed ob negligentiam Abbatum, & malorum hominum cupiditatem fratribus abalienatæ fuerant, & in beneficium datæ fuerant, nos quoque in beneficium donavimus, quia ipſos Abbates eas in beneficium dediſſe cognovimus, ſed divina miſericordia nos exterius gravi corporis moleſtia corripiente, interius vero occulta ſua inſpiratione clementer monente, contra Deum & Sanctum Maximinum nos peccaſſe recognovimus, & quod deliquimus, ex toto pectore corrigere propoſuimus, ſperantes nobis divinam gratiam, meritis & interceſſionibus Beati Maximini reconciliari: Gravi igitur corporis ægritudine

tudine liberati, prædictas Curtes ob noſtram ibi memoriam a fratribus perenniter faciendam, ſimul etiam pro remedio animarum Parentum noſtrorum, Avi ſcilicet Cuonradi & Patris noſtri Henrici Imperatorum, Giſilæ Aviæ noſtræ, Agnetis matris noſtræ Imperatricum, & filii noſtri dilectiſſimi Henrici V. Regis, aliorumque noſtrorum parentum libere reddidimus, ea videlicet ratione, ut Folcmarus ejusdem loci Abbas, ipſiusque Succeſſores prædictas Curtes ad uſus fratrum Deo, ſanctoque Maximino ſervientium poſſideant, & nulli unquam dare, beneficiare, vel vendere, vel in vadimonium alicui ponere, aut aliquo modo abalienare præſumant. Decernimus quoque, ut in anniverſario die noſtræ ordinationis, ad imperium, quæ eſt priedie Kal. Aprilis fratres ſervitium inde habeant, & trecenti pauperes paſcuntur, & ex his duodecim veſtiantur, & quod nobis vivente de pauperibus & fratribus fieri conſtituimus, idem poſt obitum noſtrum in anniverſario noſtro obſervari diſponimus. Et ut hæc traditio firma & inconvulſa in perpetuum permaneat, cartam præſentem ſi illi noſtri impreſſione inſigniri præcepimus.

Signum Domini Henrici III. Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Humbertus Cancellarius Vice Archicancellarii recognovit.

(L. S.)

Data VII. Kal. Aprilis, Anno ab incarnatione Domini MCI., Indictione VIII. regnante Henrico tertio Romanorum Imperatore Auguſto, Anno XLVII. Imperante XVI. Acta eſt Spiræ in Dei nomine feliciter. Amen.

CXV.

Kayſers Henrici V. Diploma die Advocaten und Schutz-Herren der Abtey St. Maximin, auch andere Freyheiten, derſelben mehr betreffend, de Anno 1112.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Quartus, Romanorum Imperator Auguſtus. Si Monaſteria ſacra & famulos inibi Deo famulantes a multimodis Advocatorum oppreſſionibus præmunire ſtuduerimus: Regni noſtri & Imperii ſtatum divinitus inde corroborari non dubitamus. Proinde fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum magnitudo comperiat, qualiter fidelis noſter, Berengorus, videlicet Abbas de Monaſterio Sancti Maximini, qui in Suburbio Trevirorum corporaliter quieſcit, noſtram Imperialem adivit clementiam poſtulans & in Domino humiliter obſecrans, quatenus privilegia prædeceſſorum Henrici. Item Henrici, nec non Chuonradi aliorumque Anteceſſorum noſtrorum invictiſſimorum ſuper multimoda Advocatorum moleſtia, præfato Cœnobio conceſſa, noſtris etiam privilegiis renovare & corroborare dignaremur. Cujus petitioni, ob amorem Dei, & ob interventum Mathildis, Reginæ dilectiſſimæ, Conjugis noſtræ, Brunonis etiam Trevirenſis, ac Friderici Colonienſis Archiepiſcoporum, nec non Brunonis, Spirenſis, Burchardi Monaſterienſis, Othberti Leodienſis, Burcharti Trajectenſis, Arlongi Wurtzburgenſis, Ottonis, Babenburgenſis, Eberhardi Ebſtatenſis, Herimanni Auguſtatenſis, Odalrici, Conſtatienſis, Rudolphi, Baſilienſis, Kuononis, Strasburgenſis, Vidonis, Curienſis Richardi Virdunenſis, Richivini Tullenſis, Venerandorum Epiſcoporum, Friderici, Ducis, Godofridi, Berengeri, Cuonradi, Ludovici, Bertholphi, Friderici Comitum, aliorumque noſtrorum fidelium aſſenſum præbentes, & paternis traditionibus per omnia conſentientes, hoc noſtræ authoritatis præceptum, inde fieri decrevimus, per quod volumus atque jubemus, ut leges & jura, quæ familia Sancti Maximini ſub progenitorum noſtrorum temporibus habuerat, deinceps firmata & ejusdem loci hominibus ſtabilita ſemper & inconvulſa permaneant; volumus etiam atque præcipimus, ut Advocati in Abbatia illa non niſi ter in anno, & illi, qui Hunnones in quibusdam locis dicuntur, non niſi in tertio tantum anno (niſi recens furtum fuerit) placitare debeant. In illis igitur placitis Advocatorum ſive Hunnonum, quicquid clam aut aperte, retro vel ante in via, illuc vel inde eundo, vel redeundo quisquis reus vadiaverit, ſecundum Arbitrium Abbatis, aut præpoſitorum ſuorum ſive villicorum aut meliorum qui in Curtibus ſunt juxta modum culpæ & facultatis uniuscujusque hominis diſponatur, inde duæ partes Abbati, tertia Advocatis tribuatur. Si propter cenſus ſui negligentiam, vel ob quamlibet etiam aliam culpam manſus aut poſſeſſio alicujus hominis in placitis Abbatis publicata ſive dominicata fuerint, omnia Abbatis erunt, niſi bonis eisdem quilibet

libet rei poſtea ſe temere intromiſerint. Bonorum autem, quæ in placitis Advocatorum publicata fuerint, duas partes Abbas, tertiam Advocatus habebit, exceptis frugibus, quarum tertiam partem in eodem tantum anno Advocatus habebit, poſtea vero nihil ad eum pertinet, quid Abbas per villicos ſuos inde diſponere velit, ſervitia, quæ in Curtibus quibusdam Advocatis tribuuntur, cum villicis & ſcavionibus accipere & non emittere debent, vel vendere, quia ad hoc eis donantur, ut quicquid Abbati, vel familiæ adverſitatis contigerit, per eos corrigatur; quod ſi id non correxerint, quod bis, vel ter in illorum placitis ex parte Abbatis, eis accuſatum, vel denunciatum fuerit, tamdiu Abbas eos ſervitio conſtringat, donec ea, quæ prius illis in placitis ipſorum accuſata ſunt, ad correctionem perducant. Si quis propter furtum, aut latrocinium damnatus fuerit, omnis ſubſtantia ſive poſſeſſio illius Abbatis erit, Advocatus vero de homine, quod ſibi & comprovincialibus melius viſum fuerit, agere licebit. Si quis ex familia interfectus fuerit, pretium illius id eſt, Weregeld totum Abbatis erit: Si vero per Advocatum acquiſierit, tertiam partem ſibi dabit; Servientes vero qui Scaremanni dicuntur, nulli Advocato ſubjaceant, niſi noſtro, ſucceſſorumque noſtrorum Regali vel Imperiali Dominio, vel poteſtati, nulli eorum pro quibuscunque culpis, aut rebus reſpondeant. Nulli eorum ſerviant, niſi beneficia ab eis habeant, aut Abbas pro neceſſitate & utilitate Monaſterii cum illis eos alicubi ire præcipiat. Præbendarii autem, qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt, ſive in ipſo loco, ſive in Cellula, quæ Tavena dicitur ſive Dageſcalci aut cenſuales, qui cereales dicuntur, ſive piſcatores aut piſtores, nulli Advocato vel Hunnoni ſubjaceant, ſed tantum Abbati aut Villicis ſuis, pro quibuscunque rebus reſpondeant. Si Villani debitum cenſum voluerint denegare, primum per alios ludices, deinde in ipſo principali loco Treviris per illos ludices ac miniſtros, qui Scaremanni dicuntur, ad viam, ſi poſſunt, reducantur: Sin autem per cartam, vel Advocatum; ad ultimum vero per manifeſtum judicium, in quo, ſi convicti fuerint, omnibus bonis ſuis carebunt, & nullum jus, niſi quod Abbas poſtea eis conceſſerit, habebunt. Si quis ex manſionariis, qui circa Urbem, vel in aliis longe, vel prope poſitis curtibus commanent, cenſum debitum, qui ad uſum fratrum quotidianum pertinent, die ſtatuto, vel tempore non dederit, ſtatim ſequenti die villicus Abbatis ſine Advocato de domo ipſius Vadimonium tale accipiat, cum quo ſervitium fratrum, quantum ille debuit, pleniſſime perſolvet. Cæterum autem ſervitium ejus in Curte, qua habitat, ſecundum judicia Scavionum exigendo requirat, nusquam niſi inter ſe Villani, aut Manſionarii nubant, aut uxorem ex familia Sancti Petri accipiant, ita tamen, ut alteri Eccleſiæ, altera damnum non inferat; Sed per Succeſſiones filiorum aut filiarum utrique Eccleſiæ, quod ſuum eſt, ad ultimum redeat & remaneat. Si homo in hominem verbis aut factis deliquerit Advocatus eum inde non accuſabit, niſi præſens ſit aliquis, qui eum accuſaverit, aut inter ſe duo inimici clam, aut aperte pacificati fuerint inter ſe, ibi utrorumque culpa parebit. Advocatus vero Wilhelmus Comes, qui in præſentiarum eſt, ſive ſucceſſor ejus, qui bannum a Regia manu ſuſceperit, proxima die poſt Feſtum S. Maximini ſuper prædia & mancipia miniſtrorum a prima usque ad nonam placitabit. Ita tamen, ſi celebre Feſtum, vel jejunium ea die non fuerit: & quicquid ibi placitando acquiſierit, duas inde partes Abbas, tertiam vero Advocatus habebit. Ad ſervitum autem ſi placitaverit, & quæ corrigenda ſunt, Scavionum judicio correxerit duos modios panis, quatuor oves, & amam vini Abbas Advocato dabit, ſi amplius neceſſe habet, de placito habebit, quemadmodum omnes Eccleſiaſticas & ſalicas decimationes ad ſuſceptionem hoſpitum & peregrinorum Abbatem habere decrevimus; Ita ſine dubio de omnibus ſilvis ſive nemoribus in Sancti Maximini proprio jacentibus decimam partem tam in Arboribus, quam de pretio porcorum, ſive utilitate apium eum per omnia habere volumus, atque firmavimus, tam in Kilewaldo, quam in Silva, juxta Curtem Steinſila, vel circa Caſtrum Lutzelenbourgh adjacente, nec non in ſylvula, vel Wader in Talevangeromarca dicitur conſiſtere. In ſuis autem Sylvis, quas adhuc in manibus habet, poteſtatem ei damus, quidquid ſibi placuerit, exceptis feris bannitis, libere diſponere. Poteſtative vero per Abbatiam placita (exceptis tribus debitis) tenere, vel de curte in Curtem ire, aut hoſpitia vel ſervitia ruſticis ſive villicis Abbatis, & Fratrum violenter exigere, aut in Sciſſionibus, vel petitionibus eos gravare, & vi pecora illorum, aut parefredos tollere tam Comitibus & Ducibus, quam Advocatis hac noſtra Imperiali authoritate omnimodis interdicimus, quia ſicut in privilegiis Genitoris noſtri Henrici, aliorumque progenitorum noſtrorum Henrici atque Conradi, nec non Henrici piiſimorum Imperatorum inſpeximus ſex millia, ſeptingenti, quinquaginta & amplius manſi, unde Abbas in militiam

tiam ire, vel Prædeceſſoribus noſtris vel noſtræ Regalitati in ſecundo ſemper anno ſervire debuit, Adhoc beneficiati ſunt diverſis fidelibus noſtris Ducibus ſcilicet atque Comitibus, ut cætera, quæ ad præbendam Fratrum remanſerant absque omnium Advocatorum inquietudine (exceptis tribus illorum placitis) libere & quiete poſſideant. Addimus etiam, atque præfato Abbate petente remittimus fratribus in cellula, quæ Tavena dicitur, Deo ſanctoque Quiriaco ſervientibus bona videlicet ſua in Murmirdinga, vel in Druchtildinga, vel in Capella Ahelſpelt, quibus eos per aliquot annos conſenſu Wilhelmi Comitis & Henrici fratris ſui, poſt obitum cujusdam Udonis de Viſchebach, qui eadem bona a Theodorico Abbate, quamvis injuſte pro beneficio habuit, injuſte eos perdidiſſe cognovimus, & ut eadem bona famulis Dei in præfata cellula, Deo, ſanctisque Chriſti Confeſſoribus Auctori & Quiriaco famulantibus nullus aufferre præſumat, firmiter interdicimus, & ut hæc jura præfati Monaſterii & familiæ Sancti Maximini, additis etiam bonis jam dictis ab iſta die, & deinceps nullus infirmare, vel auferre audeat, aut infringere, chartam hanc inde conſcriptam manu propria ſubtus firmavimus, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Domini Henrici IV. Romanorum Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Adelbertus Cancellarius recognovit. Data VI. Idus Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis MCXII. Indictione V. Regnante Domino Henrico V. Rege, IV. Imperatore Anno regni ejus XII. Imperii vero primo. Actum Spiræ in Dei nomine feliciter. Amen.

(L.S.)

CXVI.

Kayſers Henrici V. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten vor die Abtey St. Maximin, de An. 1162.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Henricus, divina favente clementia Quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Sicut antiquorum inſignia Regum Deo ordinante geſtamus; ita præclara eorum merita in præceptis, ſeu præceptorum confirmativis Eccleſiis Dei concedendis per omnia imitari debemus. Quapropter fidelibus noſtris tam præſentibus ſcilicet, quam futuris notum fieri cupimus, qualiter fidelis noſter Berengozus, videlicet Abbas Sancti Maximini de Treviris ultra montes nos proſecutus in Italiam, inter cætera, noſtram Imperialem appellavit clementiam, quatenus privilegia prædeceſſorum noſtrorum, Regum & Imperatorum, præfato cœnobio, confirmaremus: Inſuper etiam quasdam curtes & poſſeſſiones violenter inde ſublatas reſtituere vellemus. Cujus petitioni propter amorem Dei, & ob interventum ſpiritualis Patris noſtri, Domini videlicet Paſchalis, beatiſimi Papæ, atque dilectiſſimæ conſobrinæ noſtræ, Mathildis, Reginæ, nec non Burchardi, Monaſterienſis, Odalrici, Conſtantienſis, Gebehardi, Tridentini: Mazonis, Virdunenſis Venerabilium Epiſcoporum, & Erlolfi, Venerandi ſanctæ Fuldenſis Eccleſiæ Abbatis, aliorumque fidelium noſtrorum aſſenſum præbemus; & hoc noſtræ authoritatis præceptum inde fieri decernimus: per quod præcipimus atque jubemus, ut eadem Abbatia Sancti Maximini Confeſſoris Chriſti pretioſiſimi, nulli unquam Sedi & Eccleſiæ quolibet ingenio, vel quacunque occaſione ſubdatur, nullius perſonæ magnæ, vel parvæ violentiam ſive dominationem patiatur, ſicut ſub anteceſſoribus noſtris usque ad præſens ab omni inquietudine immunis extiterat. Ita quoque ſub noſtro, Succeſſorumque noſtrorum mundiburdio ac defenſione perpetualiter libera permaneat; ac ſi ea, quæ nulli unquam perſonæ, niſi Regibus & Imperatoribus decentiſſime ſubjacebat, Monachis etiam inibi Deo ſervientibus per noſtræ Serenitatis aſſenſum eligendi inter ſe Abbatem, quando opus fuerit, liberum arbitrium concedimus, quam diu talis inter eos fuerit repertus, qui ad hoc officium probabilis videtur & idoneus. Præcipimus etiam ut nullus Advocatus in curias Abbatis ac Fratrum temere introeat; aut a villicis eorum ſervitia violenter exigat: vel a redditibus & præbenda eorum Fratrum ſibi ſervire præcipiat; Et licet unaquæque pene villa contra juſtitiam plures, quam neceſſe ſit, Advocatos habeat, præcipimus tamen, ut nullus ex illis, præter unum, aliquod placitum (niſi tria jure debita) ſuo loco & tempore cum ruſticis poſſideat. In quibus placitis nihil retro, vel antelam aut aperte ſine villicis Abbatis aliquo modo diſponat, nullusque eorum, ſive ſit dives, aut pauper, ſummus aut infimus in Allodio Sancti Maximini Caſtrum aliquod ædificare præſumat. Sed liceat Abbati, ſuisque Succeſſoribus curias totius Abbatiæ quibuscunque velint fratribus, aut villicis committere, & pro re & tempore quicquid ſibi, ſecundum commoditatem Eccleſiæ, melius inde viſum fuerit, libere diſponere. Præcipimus etiam, ut ſervientes Eccleſiæ, qui Scaremanni dicuntur, nulli Advocato vel Domino præter

ter Imperatorem & Abbatem violenter cogantur ſervire, niſi ſibi placeat, aut beneficium aliquod ab eis videantur habere. Præbendarii etiam ſive Manſionarii fratrum circa Monaſterium infra militare unum e vicino manentes; ſive Dageſcalci, aut cerearii, foris ubique per villas poſiti, nullius Advocati, vel Hunnonis placitum, niſi pro aliqua temeritate vel negotio ab Abbate, vel a ſuis fuerint invitati, reſpiciant, familiaque totius Abbatiæ in quocunque placito, vel negotio, bannum, vel fredas nulli, niſi Abbati, aut villicis ſuis perſolvat, & Telonium a navibus eorum in regno noſtro nullus exigat. Præterea fideles noſtros tam præſentes ſcilicet, quam futuros ignorare nolumus, quia per inventum Patris noſtri Domini Paſchalis Apoſtolici & Mathildis, æque Reginæ nec non fidelis noſtri Arnulfi, Aquenſis Præpoſiti, aliorumque fidelium noſtrorum, quos prænominavimus, ac pro jugi ac fideli ſervitio prædicti Abbatis Berengori cœnobio ſibi commiſſo ac fratribus quasdam Curtes & poſſeſſiones Beato Maximino injuſtè ſubtractas, id eſt Liovena, Lutthardesdarra, Mannendal etiam & Gunthereshuſum, cum omnibus pertinentiis ſuis ad præſens eis reddimus atque firmamus: Et ut nullus Succeſſorum noſtrorum Regum, vel Imperatorum, nulla prorſus Eccleſiaſtica, ſive mundana perſona eadem bona quoquo modo inde auferre, vel a præbenda fratrum abalienare præſumat, firmiſſime præcipimus atque jubemus. Et ut hoc Imperiale noſtræ authoritatis præceptum de his omnibus conſcriptum firmum & ſtabile permaneat, ulterius manu propria ſubtus firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Inſuper & ſpiritualem Patrem noſtrum, Dominum Paſchalem, banno ſuo confirmare rogavimus.

Signum Domini Henrici IV. Romanorum Imperatoris Invictiſſimi. Bruno Cancellarius recognovit. Data Kl. Julii, Indictione IX. An. Dominicæ Incarnationis MCXVI. regnante Domino Henrico V. Rege Romanorum Anno XI. Imperante vero VI. Actum in Italia in Caſtro Burgulicin Dei nomine feliciter, Amen.

(L. S.)

CXVII.

Graf Conradi zu Luxenburg Diploma, ſo wohl ſeine, als auch der Abtey St. Maximin und ihrer Bedienten Gerechtſame betreffend, de Anno 1135.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus, Comes de Lutzelenbourgh, poſtquam providente Deo, poſt deceſſum piiſſimi genitoris noſtri, Wilhelmi Comitis de manu Regia, quidque juris noſtri eſt, cum omni integritate recepimus conſilio fidelium noſtrorum, quid nos hominibus noſtris, quid nobis homines noſtri, quid nos Eccleſiis, quid nobis Eccleſiæ ad Advocatiam noſtram ſpectantes deberent, ſollicitè perſcrutari ſtuduimus. Unde cum in Eccleſiam Beati Maximini proximo die poſt feſtum ejusdem glorioſi Confeſſoris veniſſemus, & in loco nobis præparato una cum Abbate Gerardo ad celebrandum placitum noſtrum ſediſſemus de omni judicio noſtro, & præcipuè de ſervitio, quod ipſo die nobis debetur, præſentibus liberis hominibus noſtris, miniſterialibus noſtris, & miniſterialibus Eccleſiæ diligentius perſcrutati ſumus: quod tamen, ut debito ordine proceſſum haberet, Tybaldum de Bettingen, VVecelonem de Zolver, Reynerum de Dumeldingen, ut communicato conſilio, cum paribus ſive de jure noſtro, juxta quod a patribus ſuis perceperant, vel certe ex privilegiis, quæ in ipſa Eccleſia ſunt, cognoviſſe poterant, nobis referrent, ſicut debuimus, monuimus. Ipſi vero communi & unanimi conſilio, ſicut audierant & viderant, ex ſententia nobis retulerunt: quod ipſo die a prima hora usque ad nonam ſuper prædia & mancipia eorum, qui Miniſtri vel Scaremanni dicuntur, placitare debemus: Ita tamen ſi celebre feſtum, vel jejunium a die non fuerit, & quicquid placitando adquiſierimus duæ partes Abbatis, tertia noſtra erit: nullus vero pro nobis ipſo die placitare poterit, & niſi in perſona noſtra præſentes fuerimus, non placitabitur ex parte noſtra, nec ſervitium exigetur, ad ſervitium noſtrum, ſi placitaverimus, & quæ corrigenda ſunt, judicio miniſterialium & Scabinorum correxerimus, duos maldros panis, quatuor oves, & amam vini Abbas nobis dabit, quod amplius neceſſe fuerit, de placito accipiemus; per curtes vero Abbatiæ Advocati, qui de manu noſtra Advocatias tenent, non niſi ter in anno tantùm placitare debent, & illi, qui Hunnones in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum anno, niſi recens fuerit furtum, aut ex parte Abbatis vocati fuerit, placitum habebunt. In illis autem placitis Advocatorum vel Hunnonum quicquid clam vel aperte quisque reus vadiaverit, duas partes Abbas, tertiam Advocati vel Hunnones habebunt, ipſumque vadium, ſecundum arbitrium Abbatis, conſilio villicorum & meliorum, qui in

in Curtibus ſunt, juxta modum culpæ & facultatis uniuscujusq; hominis diſponetur. Si quæ bona ex ſententia Scabinorum judiciario ordine indominicata fuerint. Primo anno Abbas debitum cenſum excipiet, & poſtea duas partes de fructibus eorundem bonorum, tertiam Advocati habebunt; Poſtmodum verò ipſa bona Abbas in ſua poteſtate liberè habebit, colet, omnemque fructum recipiet, donec fortè heres redeat, & de manu Abbatis per conſenſum Advocati, & per ſententiam ſcabinorum bona ſua de indominicatione liberata recipiat, in curtibus, in quibus Advocatis ſervitium debetur, ipſum ſervitium cum Abbate vel Præpoſito ejus, & cum ſcabinis expendent. Quotiescunque autem petente Abbate vel exigente negotio Eccleſiæ, ad eundem locum venerimus illi de Anteportam, de Ruuere, de Martini villa, de Mathena, de Centarbers, de Emmelda, qui nullum niſi Abbatem Advocatum habent, in lignis, ſtraminibus & lectiſterniis providente Sculteto Abbatis nobis ſervire debent. Hæc igitur per ſententiam nobis dicta, & in privilegio Domini Henrici IV. Regis Romanorum, aliisque privilegiis Romanorum Imperatorum & Regum expreſſa & confirmata rata habemus, nobisque & omnibus ſucceſſoribus noſtris inviolabiliter tenenda, in perpetuum relinquimus, de ſervitio, quod in feſto prædicti Patroni miniſterialibus datur, urgentibus ipſis miniſterialibus, nec minus petente Abbate & Fratribus per ſententiam quæſivimus, accepimus igitur per ſententiam, quod equos eorum, qui miniſteriales ſunt, & jus miniſterialium a prædeceſſoribus ſuis integritate generis & conditionis obtinuerunt, illi qui ad hoc officium infeudati ſunt, circa nonam advenientis feſti, in quoddam pratum, quod eſt Kenne, deducent, & uſque ad nonam ſequentis diei, vel quamdiu Abbas ipſos miniſteriales detinere voluerit, cuſtodient, nullum pabulum eis debetur. Miniſterialis ſi cum uxore ſua venerit duodecim panes, ſex ſextaria vini, ovem unam recipiet, ſi autem ſine uxore venerit cum Abbate ipſe & famuli ſui, qui duo tantum, vel tres eſſe debent, comedet, & ſicut nullus prædictorum miniſterialium a conſilio, vel a menſa Abbatis in ipſo feſto arceri debet: Ita nullus eorum prædictum ſervitium foris efferendum recipiet, niſi loco militis Abbati decenter aſſiſtere & ſervire poſſit; ſi quis Miniſterialium Eccleſiæ extraneam uxorem duxerit, filii ejus prædictum ſervitium, quod pater eorum, quia miniſterialis Eccleſiæ erat, habuiſſe videbatur, non habebunt; fœmina miniſterialis Eccleſiæ, ſi viro extraneo nupſerit, filii ejus propter conditionem matris, prædicto ſervitio non privabuntur. Ipſi Miniſteriales depoſito amictu clamydis, vel alterius ſuperveſtimenti, in veſperis, in cœna, in miſſa ſubſequentis feſti, debita cum reverentia Abbatis obſequio ſe offerent: Abbas ſi proximo die poſt feſtum de negotiis privatis, vel communibus cum Miniſterialibus aliqua tractare voluerit, ſive nos præſentes, ſive abſentes fuerimus, absque expenſis eorum ipſos detinebit. Si ad placitum venire non poterimus, & Abbas eorum præſentia carere voluerit, circa nonam in ipſo feſto redeundi ad propria ſingulis licentiam dabit. Hæc igitur de jure noſtro, de jure Eccleſiæ, de jure miniſterialium per ſententiam nobis relata, & aſſenſu omnium comprobata, Abbati & Fratribus, atque miniſterialibus petentibus ſcripto commendavimus, & impreſſione Sigilli noſtri, ut in perpetuum rata & inconvulſa teneantur, confirmavimus. Hujus rei teſtes ſunt Godefridus, Comes de Heſch, Tybaldus de Hettingen, Wyricus de Viſchbach, Wetzelo de Zolveren, Humbertus de Anſenburch, Reinerus de Merchedicto, Eugenbrandus de Rockingen, Betzelinus de Decima, & quam plures alii. Acta ſunt hæc Anno ab Incarnatione Domini, Milleſimo, centeſimo, treceſimo quinto, Regnante Lothario Romanorum Rege. Treviri præſidente Alberone Archiepiſcopo.

(L. S.)

CXIIX.

Pabſts Innocentii II Confirmation aller Gerechtſamen und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 1140.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, Sigero, Abbati Monaſterii ſancti Maximini, quod in ſuburbio Trevirenſi ſitum eſt, ejusque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis. Incomprehenſibilis & ineffabilis divinæ miſeratio poteſtatis nos hac providentiæ ratione in Apoſtolicæ ſedis adminiſtratione conſtituit, ut paternam de omnibus Eccleſiis ſollicitudinem gerere ſtudeamus. Siquidem ſancta Romana Eccleſia, quæ a Deo ſibi conceſſum omnium Eccleſiarum retinet principatum, tanquam diligens & mater ſingulis, ut

debet, Eccleſiis inſtanti vigilantia providere. Ad ipſam enim quaſi ad caput & matrem ab omnibus eſt concurrendum, ut ejus viſceribus nutriantur, authoritate defendantur, & a ſuis oppreſſionibus releventur: condecet igitur, ut Eccleſiæ & venerabilia loca maximè, quæ ad ſpeciale jus & ſingularem proprietatem ſanctæ Romanæ (cui Deo authore ſervimus) ſpectant Eccleſiæ, ſpecialioris prærogativæ fortiantur honorem & Apoſtolicæ authoritatis munimine roborentur. Quamobrem, dilecte in Domino fili, Sigere Abbas, tuis ac tuorum fratrum juſtis poſtulationibus clementius inclinati ad inſtar prædeceſſorum noſtrorum, ſanctæ recordationis, Gregorii, Agapiti, Joannis, item Joannis & Leonis Noni, Romanorum Pontificum, Beati Maximini Monaſter. cui authore Domino præſides, ſub Apoſtolicæ ſedis tutela & protectione ſuſcipimus, & præſenti privilegio communimus. Statuimus enim, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona in Eccleſiis, villis, terris, cultis vel incultis, ſeu aliis rebus eidem Monaſterio in præſentiarum juſtè & legitimè, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, Imperatorum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, tibi, tuisque Succeſſoribus ac fratribus inibi Domino pro tempore famulantibus firma in perpetuum, & illibata conſiſtant. In quibus hæc propriis duximus imprimenda vocabulis, in Archiepiſcopatu Trevirenſi villas cum Eccleſiis Beſcha, Willera, Drudelinga, Murmiringa, Mambra, Dalcheim, Friſinga, Tevena, Berga, cum appenditiis ſuis Emmelde, Luttersharra, Billicha, Marchidictum cum appenditiis ſuis, Oldinga, Schithelinga, Mudevurt, Merſche, Liniche cum pertinentiis ſuis, Everlinga, Vœla, Ham cum appenditiis ſuis in pago Bidgouve, Ratersdorff, Buchſtatt, Frankingun, Ebbena, Metzrich, Stedeheim, Enſelinga, Simonis villa, Meisbreth, KenneInſula, Lonquich, Vallis cum appenditiis ſuis, Riola, Lorche, Poliche, Decima cum appenditiis ſuis, Martini villa, Bumaga cum pertinentiis ſuis, Budelbach, Lovena, Rivenacha, Gunderhauſen cum appenditiis ſuis, Prichena cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam de Talefangh, Eccleſiam de Remiche, Eccleſiam de Wimerskirche, Eccleſiam de Lunesdorff, Eccleſiam de Cumiciaco, Eccleſiam de Steinſele, Eccleſiam de Schoneberga, Eccleſiam de Betresdorff, in Archiepiſcopatu Moguntino, Eccleſiam ſancti Chriſtophori cum domibus, & areolis in ipſa Civitate, Eccleſiam de Wyldenſtein, Eccleſiam de Gozolvesheim, Eccleſiam de Albucha, Eccleſiam de Winheim, Eccleſiam de Flancheim, Eccleſiam de Huſun, Item villas cum Svapeheim, Evernesheim, Briccenheim, Buckenheim, Eſenheim, Apula cũ ſuis appenditiis, Scheringesfeld, Mammeldal, Simera, in Archiepiſcopatu Colonienſi, Oxesheim cum Eccleſia, Leccenic cum Eccleſia, Buddelar & Barwillere cum Eccleſia & appenditiis ſuis, in Epiſcopatu Leodienſi Aſelbrunna cum Eccleſia, Curmeringa, Fractura in Epiſcopatu Metenſi, in ipſa Civitate domos cum areolis, vineis & agris. Eccleſiam de Theodoniſuilla cum quinque manſis, Wilre cum Eccleſia, Eccleſiam de Lutzelkirche, Biſanga cum Eccleſia & ſuis pertinentiis, Wirtzkircka cum Eccleſia, Tincheris, Uriulcurt, Vkenisheim, piſcationem quoque Roveri fluvii, & vennam in eo conſtructam vobis nihilominus confirmamus, Eccleſias inſuper & alias poſſeſſiones ad præfatam Abbatiam pertinentes cum Decimis & dotibus ſuis, & cunctas ſalicas decimationes, quas in uſus hoſpitum, pauperum ac peregrinorum felicis memoriæ, Prædeceſſor noſter Leo Papa, veſtro Monaſterio habendas conceſſit, vobis nihilominus confirmamus libertatem etiam a Romanis Pontificibus & Religioſis Regibus ſive Imperatoribus Monaſterio veſtro collatam, inviolatam ſervari decernimus, ut videlicet idem locus nulli unquam ſedi vel Eccleſiæ ſubdatur, ſed ſub ſanctæ Romanæ Eccleſiæ jure, patrocinio & Imperatorum Mundiburdio, ſeu tuitione conſiſtens ea libertate & immunitate fruatur, quam idem Monaſterium a Romanis Pontificibus & Imperatoribus noſcitur habuiſſe. Nulla etiam cujuslibet dignitatis perſona, niſi a te vel tuo quolibet Succeſſore invitata, infra præfatum Monaſterium quicquam pro ſuo libitu audeat ordinare, vel auſu temerario exercere, obeunte vero te, ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus inibi, qualibet ſurreptionis aſturia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, ſeu pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam præviderint eligendum. Sane ſepulturam ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotioni (niſi forte excommunicati ſint) nullus obſiſtat. Decernimꝰ ergo ut nulli unquam Eccleſiaſticæ, ſecularive perſonæ liceat præfatum veſtrum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſive quibuslibet fatigare moleſtiis, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Siqua igitur impoſterum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire tentaverit ſecundo, terriove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimis corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud ſupremum Judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

(L. S.)

Ego Innocentius, Catholic. Eccleſiæ Epiſcopus.
† Ego Anſelmus, Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina.
† Ego Chriſogonus, Presbyter Card. tituli Sanctæ Praxedis.
† Ego Ivo, Card. Presbyter S. Laurentii in Damaſc.
† Ego GG. Cardin. Presbyter tituli S. Calixti.
† Ego Ribaldus, Presbyter Card. tituli S. Anaſtaſiæ.
† Ego Wido, Presbyt. Card. tituli S. Chriſogoni.
† Ego Presbyter, tit. Paſtoris Card. Presbyter.
† Ego Goizo, Presbyter Card. tit. S. Ceciliæ.
† Ego Conradus Sabinienſis Epiſcopus.
† Ego Theodevinus, S. Rufinæ Epiſcopus.
† Ego Albertus, Albanenſis Epiſcopus.
† Ego Gregorius, Diaconus Cardinalis ſanctorum Sergii & Bachi.
† Ego Albericus, Hoſtienſis Epiſcopus.
† Ego Otto, Diaconus Card. S. Gregorii ad velum aureum.
† Ego Vaſallus Diaconus Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.
† Ego Hubaldus, Diaconus Card. S. Mariæ in via lata.
† Ego Octavianus, Diaconus Card. S. Nicolai in Carcere.
† Ego Guido, S. Rom. Eccleſ. Diac. Cardinalis.

Datum Laterani, per manum Almerici S. Rom. Eccleſ. Diaconi. Cardinalis & Cancellarii, ſecundo Nonas Maji, Indictione III. An. Incarnationis Dominic. MCXL. Pontificatus vero Domini Innocentii II. Papæ Anno undecimo, &c.

CXIX.

Kayſers Friderici I. Diploma, Krafft deſſen er der Abtey St. Maximin den Beſitz ihrer Güter beſtetiget, de Anno 1182.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus, divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Ad æterni Regni meritum, & ad temporalis Imperii incrementum apud Regem Regum nobis proficere non ambigimus, ſi Eccleſiis Dei poſſeſſiones ſuas ac jura conſervando Imperiali Clementia ſalubriter provideamus. Cujus rei conſideratione univerſa bona, quæ Prædeceſſor noſter Henricus II. Imperator Eccleſiæ S. Maximini, in ſuburbio Trevirorum reliquit, quando ſex millia, ſexcentos, quinquaginta ſex Manſos, nomine feudi, inde alienavit, & eandem Eccleſiam ab onere expeditionum liberavit: eidem Eccleſiæ & Abbati Conrado, ſuisque Succeſſoribus Imperiali authoritate confirmamus, in his videlicet locis: Prichina, quod in pago Emriche ſitum eſt: Guntereshuſen, quod in pago Drechere jacet, cum ſuis pertinentiis, quæ ad Sagimen fratrum & ad infirmorum curam pertinent. Schvvapheim, Heſenesheim, Brinczenheim, VVildeſten, Evernesheim, Bingin, Holtzhuſen, Schringesvelt, Hultzinesheim, Buchenheim, Alſoncia, Apula, Furnivelt, Simera, Mannetal, Narheim, Folmersbach, Provesdervorth, Okesheim, Arnolfesbert, Meisbach, Rateresdorff, Ebeno, Bikendorff, Liezinha. Decima vallis, Burnacha, Hanevvillire, Meroldi villa, VVimari Eccleſia, Cruſta. Secranna, Luzelenkircha, VVilare, Tavena, Beſſiaco, Druhdeldinga, Murmiringa; & in Civitate Metenſi, & circumcirca vineas, domos & areolas: & in pago Sallingouve, Dincrihe, Ivolcourt, Biſangaten: in Pago Muſolenſi, Villa, quæ vocatur Lukeſinga & Loavia & Rivenacha, & inter Moſellam & Suram Marchedith & Billich & Kriske. Item Eccleſias ac redditus, privilegio Proavi noſtri Henrici Imperatoris IV. præfatæ Eccleſiæ S. Maximini, confirmatos; Abbatibus & pro tempore præſidentibus noſtræ authoritatis robore ſtabilimus: videlicet Eccleſias in Gozolvesheim, Albucho, VVildeſtein, VVinheim: & duodecim talenta cenſuum in Apula cum Eccleſia, & Villam quandam vocabulo Folmaresbach, quæ ad veſtituram fratrum, & ad luminaria Monaſterii cæterosque uſus pertinent. Statuimus itaque & authoritate noſtra firmiſſimè præcipimus, ut nulli Regum ſeu Imperatorum, ſeu Abbatum, nec cuiquam hominum liceat quippiam de iisdem bonis alicui in beneficiatione, vel nomine pignoris obligare; ſed omnia prænemorata ad veſtituram aliosque uſus fratrum, vel ad Luminaria concinnanda, & ædificia reparanda absque omni inquietudine, omni tempore permaneant. Si quis autem (quod abſit) hujus præcepti noſtri in aliquo violator extiterit; noſtr in

noſtrorumque ſucceſſorum offenſionem incurrat, & pro pœna, ſexaginta libras auri componat. Quarum una medietas Fiſco; altera vero Eccleſiæ, & Abbati injuriam paſſo, perſolvatur. Et ut hæc in omne ævum rata permaneant & inconvulſa præſentem paginam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt, Philippus, Colonienſis Archiepiſcopus, Hermannus Monaſterienſ. Epiſcopus, Ulricus Spirenſ. Epiſcop. Conradus Abbas Fuldenſ. Arnoldus, major præpoſitus in Magunt. Rudolphus, Imperialis aulæ Protonotarius, Henricus Decanus majoris Eccleſiæ in Magunt. Sifridus, magiſter ſcholarum, Herimannus Cantor, Ruckerus, Archypresbyter, Fridericus, Dux Sueviæ, Conradus Comes Palatinus de Rheno, Gerardus, Comes de Lon, Poppo de VVertheim, Comes Simon de Sarebrucke, Henricus Comes de Dietſe, Henricus Mareſchalcus, Conradus Pincerna, Bartmannus de Budingen, Conradus de Bockersberch, Dudo Camerarius, Reibodo de Pingvia: & alii quam plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Invictiſſimi. Ego Godefridus, Imperialis aulæ Cancellarius, vice Chriſtiani Magunt. Sedis Archiepiſc. & Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi, Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXII. Indictione XV. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno Regni ejus XXXI. Imperii vero XXVIII. Data Moguntiæ in ſolenni Curia. II. Calend. Jun.

(L. S.)

CXX.

Des Römiſchen Königs Conradi, Kayſers Friderici II. Sohns Diploma, vermöge deſſen er die Abtey St. Maximin in ſeinen und des H. Röm. Reichs Schutz genommen, de Anno 1242.

COnradus, divi Auguſti Imperatoris Friderici Filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus ſemper Auguſtus & hæres Regni Jeruſalem, Univerſis Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Supplicaverunt Celſitudini noſtræ, Venerabilis Abbas & Conventus ſancti Maximini Trevirenſ. fideles noſtri, ut Eccleſiam & omnia bona eorum, quæ juſte tenent & poſſident, ſub Imperialis & noſtræ protectionis gratia recipere dignaremur. Nos igitur, qui perſonas Religioſas & loca Deo dicata de innata nobis pietate intendimus & affectamus defenſare favorabiliter, ac fovere, piis eorum ſupplicationibus legitime inclinati eandem Eccleſiam cum omnibus bonis ſuis, quæ in præſenti juſtè tenent & poſſident, vel quæ in antea juſtis modis poterunt adipiſci, ſub protectione noſtra & Imperii recipimus ſpeciali: Mandantes & per obtentum gratiæ Domini & Patris noſtri & noſtræ firmiter præcipientes, quatenus nullus ſit, qui eandem Eccleſiam, vel perſonas in ea Domino famulantes in bonis ſuis præſumat vel audeat aliquatenus temere moleſtare. Quod qui præſumpſerit, indignationem noſtram & Imperii ſe noverit graviter incurriſſe. Actum Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo, Ducenteſimo, quadrageſimo ſecundo, mente Martii. Quintæ decimæ Indictionis, Datum apud Treverim anno, menſe, Indictione præſcriptis.

(L. S.)

CXXI.

Kayſers Rudolphi I. Diploma, worinn er die Abtey St. Maximin in ſeinen und des H. Röm. Reichs beſondern Schutz genommen, auch alle derſelben Privilegien und Freyheiten confirmiret, de Anno 1273.

RUdolphus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, in perpetuum. Totiens Regiæ Celſitudinis ſceptrum extollitur altius, & ipſius ſtatus a Domino (a quo datur omnis poteſtas) felicius gubernatur, quotiens loca divino cultui dedicata benigna conſideratione reguntur, ad ipſorum libertates ſervandas, & facultates augendas gratioſa profectio Principis invenitur. Cum enim omnis gloria ſive potentia Principatus in ſubditorum præcipue conſiſtat ſolidata fortunis, expediens, arbitramur & concedens, ut ſimus ſubjectis, & in juſtitia faciles, & in gratia liberales. Noverit igitur præſens ætas & ſucceſſura poſteritas, quod nos ob devotionem ſynceram, qua religioſi viri Abbas & Conventus Monaſterii S. Maximini, qui in Trevirorum ſub-

ſuburbio requieſcit, circa divini cultus obſequia jugiter & frequenter invigilant, gratioſius attendentes, penſantes quoque benignius integræ fidei puritatem, qua erga nos & Romanorum Imperium dilucidè corruſcare noſcuntur. Et propter hoc magnopere cupientes eorum Monaſterium & in ſpiritualibus eſſe floridum, & in temporalibus opulentum, devotis ipſorum, Abbatis & Conventus, ſupplicationibus inclinati, prædictum eorum Monaſterium cum perſonis & rebus eidem annexis ſub noſtra & Imperii protectione ſuſcipimus ſpeciali, & omnia privilegia, libertates, donationes conceſſiones & jura a divæ memoriæ Imperatoribus & Regibus Romanis, Prædeceſſoribus noſtris usque ad tempora Claræ Recordationis f. ultimi Romanorum Imperatoris præfato Monaſterio piè ac ritè conceſſa, eidem Monaſterio ſancti Maximini, nec non perſonis in ipſo divino obſequio mancipatis, de liberalitate regia liberaliter innovamus, confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, innovationis & confirmationis infringere, vel eidem in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui facere forte præſumpſerit, gravem noſtræ indignationis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium, & perpetui roboris firmamentum præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Data Argentinæ III. Nonas Januarii, indictione II., Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Septuageſimo tertio, Regni verò noſtri Anno primo &c.

CXXII.

Des Römiſchen Königs Caroli IV. Mandatum an Graf Wenceslaum zu Luxenburg, daß er die von ihm in ſeinen und des Röm. Reichs beſondern Schutz genommene Abtey St. Maximin, als derſelben Schutz-Vogt, wider alle Gewalt und Unrecht ſchützen ſolle, de Anno 1354.

CArolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex. Illuſtri VVenceslao, Comiti Luxemburgenſi, fratri noſtro chariſſimo, aut ei, qui pro tempore ibidem eſſet Comes & cui præſentes literæ exhiberentur, gratiam Regiam & omne bonum. Cum nos ob ſingularis ardoris affectum, quem ad honorabilem & religioſos, Abbatem & Conventum Monaſterii S. Maximini extra muros Trevirenſ. devotos, noſtros dilectos ſemper geſſimus & gerimus in præſenti, volentesque ipſos ubilibet proſequi favoribus gratioſis. Præfatos Abbatem & Conventum cum omnibus & ſingulis eorum bonis, oppidis, villis, juribus, libertatibus, poſſeſſionibus, redditibus, hominibus, ſervitoribus, familiaribus ubicunque locorum ſitis, in noſtram ac ſacri Romani Imperii receperimus protectionem, Guardiam & defenſionem ſingularem, dilectionem tuam attento ſtudio requirimus & hortamur, mandantes nihilominus ſeriosè, quatenus, tanquam Advocatus & fidelis dicti Monaſterii S. Maximini, præfatos Abbatem & conventum præfati Monaſterii ac homines, bona & reditus ac jura ipſorum ab omnibus injuriis, moleſtiis, turbationibus & violentiis, quibuscunque nominibus cenſeantur auctoritate Regia protegas, manuteneas, defendas gratioſius & conſerves, quotiens ipſis erit neceſſe & opportunum, vel ſuper eo per prædictos, Abbatem & Conventum, aut eorum Procuratores & nuntios fueris ſpecialiter requiſitus, non permittens prædictis, Abbati & Conventui in ipſorum bonis, reditibus, fructibus & poſſeſſionibus, hominibus & ſervitoribus quibuscunque, quos & quæ in Comitatu Luxemburgenſi, vel extra habent, ſeu habere noſcuntur a quocunque vel per quemcunque, cujuscunque ſtatus vel proeminentiæ exiſtant, aliquam injuriam, turbationem, violentiam, aut moleſtiam inferri, ſeu aliqualiter irrogari. In eo noſtræ Celſitudini, frater chariſſime, exhibetis gratitudinem & complacentiam ſingularem. Data Treviris Anno Milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo quarto. Indictione ſeptima, octavo Kalend. Martii. Regnorum noſtrorum Anno octavo.

CXXIII.

Ejusdem Schutz-Brieff vor die Abtey St. Maximin, de Anno 1354.

CArolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex. Univerſis præſentes literas inſpecturis, harum ſerie pateſiat; quod nos ob ſingularis ardoris affectum, quem ad honorabilem & religioſos Abbatem & Conventum Monaſterii S. Maximini extra muros Trevirenſes devotos noſtros, dilectos ſemper geſſimus & gerimus in præſenti, volen-

tesque ipſos ubilibet proſequi favoribus gratioſis, prælatos, Abbatem & Conventum cum omnibus & ſingulis eorum bonis, Oppidis, Villis, Juribus, Libertatibus, poſſeſſionibus, reditibus, hominibus, ſervitoribus, familiaribus, ubicunque locorum ſitis, in noſtram, ac ſacri Romani Imperii recipimus protectionem, gardiam, & defenſionem ſingularem. Quapropter mandamus & diſtrictè præcipimus gratiæ noſtræ ſub obtentu omnibus & ſingulis Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Advocatis, Militibus, Clientibus, Judicibus & Conſulibus ac Civibus Civitatum, cæterisque noſtris & Imperii ſubditis & fidelibus, præſentibus & futuris, quibus præſentes exhibitæ fuerint; quatenus præfatos, Abbatem & Conventum dicti Monaſterii ac homines, bona & reditus, ac jura ipſorum ab omnibus injuriis, moleſtiis, turbationibus, & violentiis, quibuscunque nominibus cenſeantur auctore Regia protegant, manuteneant, defendant gratioſius & conſervent, quoties ipſis erit neceſſe & opportunum, vel ſuper eo per prædictos Abbatem & Conventum, aut eorum Procuratores & Nuntios fuerint ſpecialiter requiſiti: ſi quis autem contra præfatam gratiam noſtram frivolè attentare præſumpſerit, indignationem Regiam & pœnam graviſſimam, & præſertim viginti Marcharum auri puri; quarum medietatem Fiſco Regio, aliamque medietatem antedictis Abbati & Conventui applicari volumus, quoties id contra eandem gratiam noſtram temeraria præſumptione attentatum fuerit, ſe noverit infallibiliter incurſurum, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum Treviris, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, quinquageſimo quarto. Indictione VII. ſeptimo Kal. Martii, Regnorum noſtrorum anno octavo.

CXXIV.

Des Röm. Königs Wenceslai Confirmation derer vom Kayſer Henrico II. im Jahr 1005 und Kayſer Henrico IV. im Jahr 1065. der Abtey S. Maximin ertheilten und vom Kayſer Carolo IV. reſpective beſtätigten Schutz-Briefe, de Anno 1384.

WEnceslaus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis, quod oblata nuper Serenitati noſtræ, per honorabilem & Religioſos Abbatem & Conventum Monaſteri S. Maximini extra muros civitatis Trevirenſis, Ordinis S. Benedicti, devotos noſtros dilectos ſupplex petitio continebat, quatenus ſibi quasdam literas infra ſcriptas ſuper juribus, Libertatibus & gratiis per Prædeceſſores noſtros Romanorum Imperatores & Reges, ſpecialiter recolendæ memoriæ, Sereniſſimum Principem Dn. Carolum, tunc Romanorum Regem, Genitorem noſtrum cariſſimum, ipſis & eorum Monaſterio conceſſas & datas, ratificare, auctorizare, innovare & confirmare, benignitate ſolita gratioſius dignaremur. Quorum quidem privilegiorum duorum videlicet tenores ſequuntur in hæc verba: Carolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire, quod oblata nobis per honorabilem & Religioſos Abbatem totumq; Conventum Monaſterii S. Maximini extra muros civitatis Trevirenſis, ordinis S. Benedicti devotos noſtros dilectos ſupplex petitio continebat, quatenus ſibi literas continentiæ infra ſcriptæ & omnia contenta in eisdem quondam a divis Imperatoribus & Romanor. Regib9 & Prædeceſſoribus noſtris conceſſas de ſolita benignitatis noſtræ clementia approbare & confirmare gratioſius dignaremur. Quarum tenor ſequitur in hæc verba: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Henricus, divina favente elementia Rex; quoniam Regalis Anteceſſorum noſtrorum providentia & ſollicitudo in conſtruendis conſtructisve ſtabiliendis Dei Eccleſiis piè jugiter invigilavit. Idcirco benigniſſima Chriſti miſeratione, in cujus manu Regum corda, vel jura conſiſtunt, regni illorum diuturnitas viguit, unde nos pie ſalubriterq; de noſtri regni ſtatu tractantes, devotamque illorum ſollicitudinem imitari cupientes, privilegia Anteceſſorum noſtrorum Regum ſive Imperatorum Cœnobio S. Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit conceſſa vel attributa, ob interventum dilectiſſimi Adelberti Hamaburienſ. Archiepiſcopi, nec non & Annonis, Colonien. Archiepiſcopi, & Eberardi Treviror. Archiepiſcopi, Everhardi quoque, Triſingenſis Epiſcopi, & Theodorici, Verdunenſ. Epiſcopi aliorumque fidelium noſtrorum, ſcilicet Gerhardi Ducis & Godefridi Ducis & Ottonis Marchionis, noſtra etiam authoritate roborare decrevimus, ut & Anteceſſorum noſtrorum pietas non a nobis neglecta debilitetur, & Monachorum inibi Deo ſervientium tranquillitas ab aliqua introducenda perſona non inquietetur. Ea ſiquidē ratione, ut idem Cœnobium, ubi prænotatus S. Pontifex, cui Venerandus Abbas Theodoricus nunc præeſſe videtur, ſicut ſub Anteceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro jure, Mundiburdio & Defenſione conſiſtat, ne alicui ſedi aut Eccleſiæ, excepto noſtræ Regali poteſtati, ſucceſſorumq; noſtro-

noſtrorum famulum aut appendix vel beneficiarium ſubjaceat. Concedimus etiam eis liberum arbitrium inter ſe eligendi Abbatem tali honore dignum, & ad id officium idoneum, ut eo ſecurius ab eis divinum impleatur miniſterium, ſummæque propenſius Majeſtatis pro nobis implorent auxilium. Inſuper etiam concedim9, ut idem Abbas, ſibique commiſſa congregatio, eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant Advocatias Monaſterii ſui, cui velint dandi, cuique velint, tollendi; & ut nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in curtibus eorum placitum habere præſumat. Teloneum a navibus eorum nullus exigat, familiaque eorum bannum & fredas nulli, niſi Abbati perſolvat, nulliusque niſi Abbatis, vel ab eo conſtitutorum placitum attendat, & in ſingulis Civitatibus, regalibus, vel præfectoriis liberam poteſtatē habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, paſcendi & adaquandi eisque opera regalia & comitialia funditus perdonamus. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum, firmum & ſtabile permaneat, manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Domini Henrici IV. Regis. Sigebardus Cancellarius, vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi. Data anno Dominicæ Incarnationis MLXV. Indictione III. Anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis XII. Regni vero IX. Actum Treviris in Dei nomine feliciter, Amen.

(L. S.)

Secundi verò privilegii tenor ſequitur, & eſt iſte:

Carolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire. Quod oblata nobis per honorabilem & Religioſos Abbatem totumque Conventum Monaſterii ſancti Maximini extra muros Civitatis Trevirenſis, ordinis ſancti Benedicti, devotos noſtros dilectos ſupplex petitio continebat, quatenus ſibi literas continentiæ infra ſcriptæ & omnia contenta in eisdem, quondam a divis Imperatoribus & Romanorum Regibus, Prædeceſſoribus noſtris conceſſas, de ſolita benignitatis noſtræ clementia approbare & confirmare gratioſius dignaremur. Quarum tenor ſequitur in hæc verba: In Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Henricus divina favente clementia Rex. Quoniam Regalis Anteceſſorum noſtrorum providentia & ſollicitudo in conſtruendis conſtructisve ſtabiliendis Dei Eccleſiis pia jugiter invigilavit. Idcircò benigniſſima Chriſti miſeratione, in cujus manu Regum corda, vel jura conſiſtunt, Regni illorum diuturnitas pacificata viguit, & effloruit de noſtri ſtatu regni tractantes, devotamque illorum ſollicitudinem imitari cupientes, privilegia Anteceſſorum noſtrorum Regum, ſive Imperatorum Cœnobii ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, conceſſa, vel attributa, ob interventum dilectiſſimæ Conjugis noſtræ Cunigundæ, fidelis Reginæ noſtræ, etiam noſtra authoritate roborare decrevimus, ut & anteceſſorum noſtrorum benevola pietas non a nobis neglecta debilitetur, & Monachorum inibi Deo ſervientium tranquillitas ſub aliqua ſubintroducenda perſona non inquietetur. Ea ſiquidem ratione, ut idem Cœnobium, ubi prænotatus ſanctus Pontifex requieſcit, cui Venerandus Abbas Ofderius nunc præeſſe videtur, ſicut ſub Anteceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque jure, Mundiburdio & defenſione conſiſtat, nec alicui Sedi, aut Eccleſiæ (excepto noſtræ Regali poteſtati) ſucceſſorumque noſtrorum famulum, aut appendix, vel beneficiarium ſubjaceat. Concedimus etiam eis liberum arbitrium inter ſe eligendi Abbatem tali honore dignum, & ad id officium idoneum, ut eo ſecurius ab eis impleatur divinum miniſterium, ſummæque propenſius Majeſtatis pro nobis implorent auxilium: Inſuper etiam concedimus, ut idem Abbas, ſibique commiſſa congregatio, eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant Advocatias Monaſterii ſui, cui velint dandi, cuique velint, tollendi. Et ut nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in Curtibus eorum placitum habere præſumat. Telonium a navibus eorum nullus exigat, familiaque bannum & fredas nulli, niſi Abbati perſolvat, nulliusque ſive vel ab eo conſtitutorum placitum attendat. Et in ſingulis Civitatibus Regalibus, vel Præfectoriis liberam poteſtatem habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, Paſcendi & adaquandi. Eique opera Regalia & Comitialia funditus perdonamus. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, manu propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Domini Henrici, Regis invictiſſimi. Egelbertus Cancellarius vice Williſi Archicapellani recognovi. Data V. Idus Aprilis, Anno Dominicæ Incarnationis MV. Indictione II. Anno vero Domini Henrici Regis III. Actum Aquisgrani in Dei nomine feliciter, Amen.

(L. S.)

Nos

Nos itaque ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, nec non intemeratæ Genitricis ejus Virginis Mariæ nec non divini cultus augmentum dictorum Abbatis & Conventus ſupplicationibus rationabilibus favorabiliter annuentes ſupra ſcriptas literas & omnia in eis contenta, in omnibus ſuis punctis, ſententiis, clauſulis & articulis, prout de verbo ad verbum ſuperius expreſſantur, animo deliberato, maturoque Principum, Baronum & Procerum fidelium noſtrorum accedente conſilio, prout provide & rationabiliter præceſſerunt, ratificamus, authorizamus, innovamus & præſentis ſcripti patrocinio de certa noſtra ſcientia nec non Regiæ Romanorum poteſtatis plenitudine confirmamus, decernentes expreſſe & hoc regali ſtatuentes edicto, ut præſcripta privilegia & omnia in eis contenta ut præmittitur, perpetuo obtinere debeant roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Ratificationis, Authorizationis, approbationis, innovationis, confirmationis & Decreti paginam infringere, aut ei auſu quovis temerario contraire. Si quis autem contrarium attentare præſumpſerit indignationis noſtræ graviſſimæ aculeum ac pœnam in inſcriptis privilegiis contentam, & inſuper ad noſtrum arbitrium infligendam ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum. Datum in Luxembourg, Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, octuageſimo quarto, Indictione ſeptima, ſexto Idus Auguſti, Regnorum noſtrorum Anno Bohemiæ viceſimo ſecundo, Romanorum vero nono.

CXXV.

Ejusdem Mandatum an den Magiſtrat zu Trier, daß er die Abtey St. Maximin und die Ihrigen an denen von ihm beſtetigten Privilegien und Freyheiten nicht kränken noch irren ſollen, de Anno 1384.

WIr Wentzlaw von GOttes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, und König zu Böhem bekennen und thun kund offentlich mit dieſem Brieff allen den, die ihn ſehen oder hören leſen. Wann Wir dem Ehrſamen und Geiſtlichen, dem Abt und Convent des Cloſters zu S. Maximein S. Benedicten Orden, Unſeren und des Reichs lieben Andächtigen ihre Brieve, Privilegien und Handveſten, die ſie von ſehliger Gedechtnuß etwan Unſern lieben Herrn und Vater, Kayſer Karle und Unſeren Vorfahren an dem Reiche Kayſern und König gehabt und herbracht haben, beſtettet und confirmiret haben. Als das andere Unſer Brive, die Wir ihn mit Unſer Königliche Mayeſtät Inſigel verſiegelt darüber geben haben, woll außweißen. Darum ſo gebietten Wir dem Burgermeiſter, Rathe und den Burgern gemeinlich der Stadt zu Trier, die nue ſein, oder in Zeitten werden, ernſtlich und veſtiglich, daß ſie die ehgemelte den Abte und Convent, alle ihre Handwerckleute und mit Nahmen Fleiſchhauer und Webber, die in ihren Gebietten ſitzen, andere ihre Leute und Güter an allen und ieglichen ihren Rechten Freyheitten und Gewohnheitten, als ſie die von Alter bißher beſeſſen und herbracht haben, nicht hindern, noch irren, noch geſtatten, das es von iemand geſchehe, ſondern ſie dabey von unſern und des Reichs wegen getreulich handhaben, ſchützen und ſchirmen, als ſie uns und des Reichs ſchwere Ungnad und auch die pene, die in den egemelten ihren Brieven begriffen iſt, woln vermeiden. Mit Vrkund dieß Brives verſiegelt mit unſer Königlichen Mayeſtät Inſiegel. Geben zu Lützemburg nach Chriſti Geburt dreyzehen hundert Jar und darnach in dem vier und achtzigſten Jahren, am nechſten Mitwochen vor Unſer Vrawen Tag Auffart. Unß Reich des Böhemſchen in den XXII. unde des Römiſchen in dem Neundten Jaren, uff der falte ſtunde geſchrieben

Ad mandatum Reg. & totius Conſilii.

CXXVI.

Graff Friedrichs zu Moers und Saarwerden, Gouverneurs zu Luxenburg, Protectorium vor die Abtey St. Maximin, de Anno 1408.

WIr Friedrich, Eldeſte Son zu Murſe, Grave zu Sairwerden, Momper, und Heubtman deß Landes von Lützelenburg und Graffſchafft von Chiny. Dun kunt allen Leuden, die dieſen Brieff ſehent oder hörent leſen, alſo als die Eirſamen Geiſtlichen Herren, Apte und Convent des Cloiſters und Goitzhauß zu S. Maximin bey Trier, etlie viel und manich Privilegien, Brieffe, Handfeſten und Carten von unſerm Gnedigen Herrn Kayſer Heinrich, Kayſer Karle, Hertzoge Wenceslawe, von Behem, Herrn Wentzeslawe Römiſchen und Böhemiſchen

hemiſchen Königs und Herrn Joſten, Marggraffen zu Brandenburg und zu Mehrn, alſamen Hertzogen und Graffen zu Lützelnburg, habend, welche obgemelte Brieffe, Hantfeſten, Carten und Privilegien, wie und in welcher Fugen und Wyſen die obgemelte Abte, Convent und ihr Gotzhauß die habent von den unſern gnedigen Herren, die globen Wir in dieſem vnſerm Brieff unverbrochelich, by allen ihren Puncten, Worten und Vßwyſunge zu behalten glycher Wyſe, als hetten Wir dieſelben Briefe und Privilegien mit vnſers ſelber Ingeſiegel beſiegelt, und ſo welcherley Zweyunge, mißel, Infal und uneyndreichticheit, enzüſchen die zwey Lande von Lützelenburg, und von Trier kommen möchten, die ſüllent die obgemelte Abte, Convent, und Gotzheiß, nit krüden, hindern, noch ſchaden bringen, dann Wir ſollen ſie als lange Wir das obgemelte Landt von Lützelnburg inhalden und handhaben, ſchirmen, ſchützen, hüden, verantworten, und behalten by allen und ieglichen ihren obgemelten Brieffen, Privilegien und Carten. Gebieden darum allen und yglichen vnſers gnedigen Herren des Marggraffen obgemelten Amptlüden, Probſten, Scholtißen, Richtern, Meyern und Underſaſſen des obgemelten Landes von Lützelnburg daß ſie die obgemelte Abte, Convent und Gotzheiß von Sente Maximin by diſem vnſern Brieffe und Gnaden behalden, aen ſie in einicher Hande Wyſe darwyder zu drengen, zu hindern, zu kruden, noch zu ſtoren, ſo lyff yn alſamen, und yr yclichen beſonder ſie zu behalten des obgemelten unſers gnedigen Herren des Marggraffen Gnade und Hulde, und auch unſer Gebott. In Gezückeniße der Wahrheit allen vorgeſchriebenen Sachen veſte und ſtede zu halten, ſo han Wir unſer Ingeſiegel an dieſen Brieff thun henckten. Datum anno Domini milleſimo, quadringenteſimo octavo, Vigilia Beati Bartholomæi Apoſtoli.

CXXVII.

Kayſers Sigismundi Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de Anno 1422.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Sigismundus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex ad perpetuam rei memoriam, adhoc ſummi diſpoſitione præſidii principalis Monarchiæ obtinuimus principatum, adhoc ſacri Romani Imperii ſuſcepimus dyadema, ut ſi ad alia extrinſeca nos ſollicitudo provocet aſſidue, ad ea tamen, quæ ſtatum felicem & quietum ac incrementum jurium, gratiarum & libertatum, perſonarum religioſarum reſpiciunt, tanto intendamus uberius, quanto noſtrum præ cæteris mundi Principibus ſolum magnificentius erexit cœleſtis providentia Creatoris. Hanc religioſorum Abbatis & Conventus Monaſterii S. Maximini prope Trevirim ordinis ſancti Benedicti, devotorum nobis dilectorum oblata noſtro culmini petitio continebat, quatenus de ſolitæ benignitatis noſtræ clementia eis omnia & ſingula privilegia, literas, libertates, conceſſiones, donationes & gratias, quas & quæ a divæ memoriæ Romanorum Imperatoribus ac Regibus, prædeceſſoribus noſtris ac aliis Chriſti fidelibus obtinuiſſe noſcuntur, approbare, innovare, ratificare & confirmare gratioſius dignaremur. Nos igitur, qui perſonas Monaſticas, quæ conditori noſtri condignum aſſidue præbent obſequium, promovere deſideramus aſſidue, ſupradictorum Abbatis & Conventus devotis ſupplicationibus favorabiliter annuentes authoritate Romana Regia, & ex certa noſtra ſcientia eis omnia & ſingula privilegia, nec non omnes & ſingulas libertates, conceſſiones, donationes, literas, & gratias ipſis Abbati & Conventui ſupradicti Monaſterii a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac aliis Chriſti fidelibus, rite & provide conceſſa & tradita, ac conceſſas & traditas in omnibus ſuis tenoribus, punctis & clauſulis de verbo ad verbum, prout ſcriptæ ſunt ſeu ſcripta forent, etiamſi de his jure, vel conſvetudine mentio ſpecialis fieri deberet, authoritate & ſcientia prædictis approbavimus, innovavimus, ratificavimus & confirmavimus ac præſentibus approbamus, innovamus, ratificamus, & gratioſius confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, innovationis & confirmationis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit noſtram & Imperii ſacri indignationem ſe noverit incurſurum, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo, teſtimonio literarum. Datum Norembergæ, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, vigeſimo ſecundo, ſecunda die Menſis Septembris Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c.

triceſimo ſexto, Romani duodecimo, Bohemiæ vero tertio. P. D. G. Epiſcopum Patavienſem, Cancellarium, Michael, Præpoſitus Boleslavienſis.

CXXIIX.

Protectorium der Hertzogin Eliſabeth zu Görlitz und Luxenburg vor die Abtey St. Maximin, de Anno 1428.

CElisabeth von Gorlitz, mit der Gnaden Gotz Pfaltzgraffinne by Rine, Hertzoginne in Beyeren, und zu Lützembourg, Graffinne zu Chiny, Frawe zu Borne und Erkel, Wiedwe, dun kunt und erkennen mit dieſem Brieve, daß Wir eygentlichen vnd ſychtenclichen erfonden hain an Keynſer Rodoulff und Keynſer Karle, Marggrafen Joeſt von Mehren, alle onſe Elteren und Furfaren, Herren zu Luccembourch, ſelen Gedechtniße, Majeſtait, Brieve und Sigel, wie ein Herr von Luccembourch von Alters ein Recht Voet und Beſchirmer iſt des Gotzhuyß von Sant Maximine by Triere, des Aptz und der Müniche in demſelben Gotzhuyß und ihrer Lúde, Güter, Dürffere, Heúffe und anders, wo ſie die ligen hain, es ſy binnent oder bouſſent Lantz von Luccembourch, die ſall und hat ein Herr zu Luccembourch glich ſynen Lyden, Gütern und Landen von Gewalt und Vnrecht zu hüden, und zu ſchirmen als ein Voet, und das Vbermitz ſolliche Jaire Rent und ſchirme, als das egemelt Gotzhuyße ſelber, und Voet enen als eins deiltz ihre Lúde und Dürffere Jairs zu Luccembourch in die Bourch richten und geben ſint, und want das von alters ſo geweſt und herkommen iſt, ſo hain Wir mit gutem Raede als Frauwe und Hertzoginne zu Luccembourch das egemelte Gotzhuiß den Apt und die Münche deſſelben Gotzhuiß zu Sant Maximine, ihre Haußgeſinde und Diener, ihre Heuffe, ihre Dürffere, ihre Lúde, und was hin zubehoert, gelegen bynnen und bouſſent vnſers Luccembourch, als ein Voet deſſelben Gotzhuiß genommen und nemen die in Krafft dieß Brieffs, in onſe und in unſers Lantz Luccembourch alte Hude und Schirme, naſt inhalt und Vßwiſonge der obgemelten onſeren Vorfahren und Elteren Majeſtät Brieve darüber gegeben, und darumb ſo heiſchen und gebietten Wir allen und yclichen onſeren Troſſatzen, Heuſſtlúden, Preuſten, Richtern, Rentmeiſtern, Kelneren, Scholteßen, Meyeren und anderen onſeren Amptlúden Welchande vnnd vber alle, wo die geſeßen ſint, die noe ſint und werden mogent, erſtelichen und betreffelichen daß ſie ſamen und menliche beſonder von onſeren und von ihren Amptleuten wegen das obgemelt Gotzhuiß von Sint Maximine bey Triere gelegen, den Apt und die Münich deſſelben Gotzhuiß, ihre Diener vnnd Houßgeſinde, ihre Gütere, Lúde, Dürffere, Hoeffe und anders, was hinzu behöret bynnet und bouſſent onſers Lantz von Luczembourch gelegen, gegent allermenlichen vor aller Gewalt, Onrecht, und Vberbracht behúten, ſchützen und ſchirmen, gelich den Onſen, und des nit entlaſſent ſo lieff ihn iſt onſer Gnade zu behalden und vnſere Gnade zu myden, deß zu Vrkund, ſo hain wir Eliſabeth, Hertzoginne obgemelten vnſern Ingeſiegel her an dieſen Brieff dun hangen. Vff vnſer Frouwen Avent Nativitaten in dem Septembre, in dem Jare unſers Heern, duſent vierhondert acht und zwantzig.

CXXIX.

Des Römiſchen Königs Friderici III. Diploma, vermöge deſſen er die Abtey St. Maximin in ſeinen und des Römiſchen Reichs beſondern Schutz genommen, auch alle deſſelben Privilegien und Freyheiten confirmiret, de Anno 1442.

FRidericus, Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Auſtriæ Styriæ, Karinthiæ & Carniolæ Dux, Comes Tyrolis &c. ad perpetuam rei memoriam. Quamquam noſtræ benignitatis Regia celſitudo, univerſos, quos Romanum ambit imperium, teneatur dulcoroſis favoribus & benignis promotionibus amplexari, dignum tamen decrevit noſtra ſerenitas & congruum arbitramur, ut horum honoribus augmentandis & commoditatibus procurandis ferventius & vigilantius intendamus, quos in Dei laudibus & divinis obſequiis regularis profeſſio, obſervantia & ſincera devotio dedicavit. Sane honorabilem & religioſos devotos Abbatem & Conventum Monaſterii Sancti Maximini in præurbio civitatis Trevirenſis ordinis, Sancti Benedicti, devotos noſtros dilectos, & ipſum Monaſterium propter augmentum cultus divini multorum corpora Sanctorum inibi quieſcentia, & divinæ retributionis, intuitu. Cum & Romani Imperii ſpecialis domus, & reſervata Camera exiſtat, & eſt

& eſt omnium Imperatorum & Regum Romanorum: idcirco idem Monaſterium confirmandis eorum privilegiis ſpecialibus, gratiis & favoribus, prævenire volentes, cum in roborandis beneficiis, non minus quam in largiendis bonis eidem Monaſterio, ut noſtro ac Imperii Romani ſpeciali habitaculo provideatur: Cum idem Monaſterium cum omnibus ſuis appendiciis & annexis, per omnes noſtros prædeceſſores, divos Imperatores, & Reges Romanorum, usque ad noſtra tempora moderna, ſub eorum protectione, gwardia & defenſione ſingulari ſit receptum, ac hactenus conſervatum; ea propter univerſa & ſingula privilegia, literas, conceſſiones, libertates gratias, confirmationes, immunitates, jura, feuda, caſtra, munitiones, oppida, villas, terras, dominia, jurisdictiones, conſvetudines, honores, conſvetas & laudabiles obſervantias, prædictis Abbati & Conventui, ipſique Monaſterio Sancti Maximini, in capite & in membris, a recolendæ memoriæ Divis Imperatoribus, & Romanorum Regibus, noſtris prædeceſſoribus indulta vel indultas, conceſſa vel conceſſas, maturo præcedente conſilio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de plenitudine Regiæ Romanæ poteſtatis in omnibus eorum clauſulis, articulis, punctis & ſententiis, de verbo ad verbum ac ſi prædictorum privilegiorum, literarum, donationum, libertatum conceſſionum, Jurium, feudorum, conſvetudinum, bonorum omnium tenores, in propriis clauſulis eſſent præſentibus inſerti, & totaliter intercluſi, prout rite & provide proceſſerunt, approbamus, innovamus, laudamus, ratificamus & præſentis ſcripti patrocinio & auctoritate Regia confirmamus. Volentes etiam ipſos, Abbatem & Conventum cum ſingulis & omnibus eorum bonis villis, oppidis, juribus & libertatibus poſſeſſionibus, reditibus, hominibus, ſervitoribus, familiaribus ubique locorum ſitis, in noſtram ſingularem ac Sacri Romani Imperii recipere protectionem, gwardiam, & defenſionem, quapropter mandamus, & diſtricte præcipimus gratiæ noſtræ ſub obtentu, omnibus Principibus tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Advocatis, militibus, clientibus, Judicibus & Conſulibus ac civibus civitatum, cæterisque noſtris & Imperii ſubditis & fidelibus, & illuſtri Duci Luxemburgenſi, Principi & conſangvineo noſtro chariſſimo, præſentibus & futuris, quibus præſentes exhibitæ fuerint, quatenus præfatos Abbatem & Conventum dicti Monaſterii, ac homines, bona & reditus, ac jura ipſorum ab omnibus injuriis, moleſtiis, oppreſſionibus, perturbationibus & violentiis, quibuscunque nominibus cenſeantur, auctoritate Regia protegant, manuteneant, defendant, gratioſius & conſervent, quoties ipſis erit neceſſe & opportunum & per ipſos aut procuratores, vel nuntios eorum fueritis requiſiti, decernentes & præcipientes & volentes prædicta & eorum quodlibet, ut præmittitur, perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc noſtræ confirmationis, præcepti, & innovationis paginam infringere, aut ei auſu temerario aliqualiter contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, præter gravem indignationis noſtræ aculeum, pœnam quinquaginta marcarum auri puri pro qualibet præſumptuoſa ac temeraria attentatione, quarum medietatem Fiſco noſtro Regio, & aliam medietatem prædictis, Abbati & Conventui, & ipſi Monaſterio Sancti Maximini applicari volumus, & pœnæ nomine ſolvere tenebitur, ſe ſciat irremiſſibiliter incurſurum. Datum Francofordiæ, die ſexta Menſis Auguſti, Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſecundo, Regni vero noſtri Anno tertio.

Ad mandatum Domini Regis,
Jacobus de Lins, Decretorum Doctor.

CXXX.

Hertzogs Caroli Audacis zu Burgund Schutz-Brieff und Salvaguardia vor die Abtey St. Maximin, de Anno 1473.

KArolus, Dei gratia Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, ac Lucemburgiæ, Comes Flandriæ, Artheſii, Burgundiæ, Palatinus Hanoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Namurci; ſacrique Imperii Marchio ac dominus Friſiæ, Salinarum ac Mechliniæ: Univerſis & ſingulis noſtris locum tenentibus & Gubernatoribus in Ducatu noſtro Lucemburgiæ, & cunctis aliis Judicibus & officiariis noſtris, ad quos id pertinebit, aut poterit pertinere, vel eorum locum tenentibus ſalutem. Cum ex jure noſtri Ducatus Lucemburgiæ, nos Eccleſiæ & Abbatiæ Sancti Maximini juxta urbem Treviris ſitæ, ſimul & agrorum prædiorum, cenſuum, villarum, reditum, poſſeſſionum & bonorum quorumcunque eis pertinentium conſerva-

tores ac protectores ſimus. Significamus vobis, nos in hac parte noſtro jure uſos, ſimul, ſingulari quadam devotione & affectione, quam erga eandem Eccleſiam & Abbatiam, ejusque religioſos & ſuppoſita, ſimul eorum agros, prædia, cenſus, villas & reditus, in capite & membris, eorumque famulos, officiarios & miniſtros his literis cepiſſe ac poſſuiſſe, capere & ponere in noſtra protectione & clientela ſpeciali, duntaxat ipſorum perſonarum tuenderum gratia; nec non & jurium conſervandorum. Quare his præſentibus vobis diſtricte præcipimus & mandamus, eosdem religioſos ac ſuppoſita hujus Abbatiæ tenere, & ſervare, ex parteque noſtra teneri & ſervari facere in cunctis eorum juſtis poſſeſſionibus, juribus, immunitatibus, uſibus, libertatibus, uſucapionibus, in quibus reperietis eos eſſe, ac eorum prædeceſſores pacifice & antiquitus fuiſſe. Simul quoque vobis præcipimus illos cuſtodire, ac tueri, ex parteque noſtri cuſtodiri tuerive facere ab omnibus injuriis violentiis, nocumentis, oppreſſionibus, moleſtiis: vi armata, ſæculari potentia, armatorum hoſpitio, & a cunctis aliis inquietationibus & novitatibus indebitis. Quæ ſi in præjudicium hujus noſtræ Clientelæ Religioſorum ſubditorumve patrata, eſſe fuiſſeve, confeſtim & ſine mora integrum & primum ſtatum reducatis & reponatis; reduci, reponive faciatis. Ac ob id ſatisfactionem condignam, & nobis & illis factam eſſe curetis: Atque hanc præſentem noſtram clientelam locis & perſonis, quorum intereſt, aut pro quibus vos interpellaverint, promulgari, intimari faciatis. In cujus ſigno ac documento imminente periculo pallos & vexillulos inſigniis, armisque noſtris inſignitos ſuper fores hujus Abbatiæ, prædiorum, proprietatum, poſſeſſionum, & quorumvis bonorum ad eam pertinentium figere atque inſeri faciatis inhibitionem & prohibitionem ex parte noſtri cunctis noſtris ſubditis & aliis quorum intererit, facientes aut facere curantes, ne eidem Abbatiæ, ejus religioſis, ſubditis, juribus & rebus ſupradictis quipiam noceant, contra eave attemptent, nec quovis modo noceri, attemptarive patiantur. Quin ad cuncta hæc promptius exequenda, ſupradictis Religioſis & eorum miniſtris unum, pluresve ſatellitum noſtrorum, ſiquidem opus erit, & fueritis requiſiti, eorum ſumptu præſtetis & deputetis. Quibus nihilominus omnem cauſæ cognitionem prohibemus.

Datum in Caſtello noſtro Lucemburg die XIIII. Menſis Septembris, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio.

CXXXI.

Des Römiſchen Königs Maximiliani I. und ſeines Sohnes Philippi Auſtriaci, als Hertzogen zu Burgund und Luxemburg Protectorium vor die Abtey St. Maximin, de Anno 1487.

MAximilianus, divina favente clementia Romanorum| Rex ſemper Auguſtus, & Philippus eadem clementia Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ, Comites Flandriæ, Tirolis, Artheſiæ, Burgundiæ, Palatini, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurci, Zutphaniæ, ſacrique Imperii Marchiones ac Domini Friſiæ, Salinarum & Mechliniæ, univerſis & ſingulis noſtris locumtenentibus & Gubernatoribus in Ducatu noſtro Lucemburgiæ, & cunctis aliis Judicibus & officiariis noſtris, ad quos id pertinebit, aut poterit pertinere, vel eorum loca tenentibus ſalutem. Cum ex jure noſtri Ducatus Lucemburgiæ nos Eccleſiæ & Abbatiæ Sancti Maximini juxta urbem Treviris ſitæ, ſimul & agrorum, prædiorum, cenſuum, Villarum, Reditum, poſſeſſionum & bonorum quorumcunque eis pertinentium conſervatoeres & protectores ſimus, ſignificamus vobis nos in hac parte noſtro Jure uſos, ſimul ſingulari devotione, quam erga dictam Eccleſiam gerimus: eandem Eccleſiam & Abbatiam, ejusque Religioſos & ſuppoſita; ſimul eorum agros, prædia, cenſus, villas, ac reditus in capite & membris eorumque famulos, officiarios & miniſtros his literis cepiſſe & poſuiſſe, capere & ponere in noſtra protectione & clientela ſpeciali, duntaxat ipſarum perſonarum tuendarum gratia, nec non & Jurium conſervandorum. Quare his præſentibus vobis diſtricte præcipimus & mandamus, eosdem Religioſos ac ſuppoſita hujus Abbatiæ tenere & conſervare, ex parteque noſtri tueri & ſervari facere in cunctis eorum poſſeſſionibus, Juribus, immunitatibus, uſibus, libertatibus, uſicapionibus, in quibus reperietis eos eſſe, ac eorum prædeceſſores pacifice & antiquitus fuiſſe. Simul quoque vobis, præcipimus illos cuſtodire, ac tueri, ex parteque noſtri cuſtodiri, tuerive facere ab omnibus injuriis, violentiis, nocumentis, oppreſſionibus, moleſtiis, vi armata, ſeculari potentia, armatorum hoſpitio, & a cunctis aliis inquietationibus & novitatibus indebitis. Quæ ſi in præjudicium hujus noſtræ clientelæ Religioſorum, ſubditorumve patrata eſſe, fuiſſeve ſcietis, confeſtim, & ſine mora in integrum & primum ſtatum reducatis & reponatis, reduci, reponive faciatis, ac ob id ſatisfactionem dignam, & nobis & illis factam eſſe curetis, atque hanc præſentem noſtram clientelam locis & perſonis, quorum intereſt, aut pro quibus vos interpellaverint, promulgari & intimari faciatis, in cujus ſigno ac documento, imminente periculo pallos & vexillos inſigniis armisque noſtris inſignitos ſuper fores prædictæ Abbatiæ, prædiorum, proprietatum, poſſeſſionum & quorumvis bonorum ad eam pertinentium figere atque inſeri faciatis. Inhibitionem & prohibitionem

ex parte noſtri cunctis noſtris ſubditis, & aliis, quorum intererit, facientes, aut facere curantes nec eidem Abbatiæ, ejus Religioſis, ſubditis Juribus & rebus ſupra dictis quispiam noceant contra eave attemptent, nec quovis modo noceri attemptarive patiantur. Quum ad cuncta hæc promptius exequenda ſupradictis Religioſis, vel eorum miniſtris unum pluresve ſatellitum noſtrorum, ſiquidem opus erit, & fueritis requiſiti, eorum ſumptu præſtetis & deputetis, quibus nihilominus omnem cauſæ cognitionem prohibemus. Datum in oppido noſtro Brugenſ. die viceſimâ ſecunda menſis Julii. Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo ſeptimo, Regni vero noſtri Regis ſecundo.

Per Dominum Regem,

De Longveville.

CXXXII.

JOannes, Dei gratia ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius, & Princeps Elector, ac Commiſſarius perpetuus a ſereniſſima invictiſſimaque Cæſarea Majeſtate ad infra ſcripta deputatus, ad futuram rei memoriam univerſis & ſingulis præſentibus & futuris notum facimus; Cum Sereniſſimus & invictiſſimus Princeps & Dominus, Dominus Carolus V. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Dominus noſter gratioſiſſimus jam pridem veſtigiis Anteceſſorum ſuæ Majeſtatis, divorum Imperatorum & Regum inhærendo, Nobis & Succeſſoribus noſtris: ut ſcilicet Trevirorum Archiepiſcopo, pro tempore Abbati Monaſterii S. Maximini extra muros Civitatis noſtræ Trevirenſ. Ordinis S. Benedicti, Regalia, Temporalia & feuda quæcunque ſui Monaſterii concedere, deque eisdem Abbates ipſos infeudare, ſeu inveſtire, Imperatoris, ſeu Regis nomine & auctoritate valeant, perpetuò indulſerit, uti in Imperialibus literis nobis, Eccleſiæ noſtræ & Succeſſoribus noſtris nuper datis claret, ſanctiſſimus verò Dominus noſter, Dominus Paulus, Papa Tertius, motu proprio & ex certa ejus ſcientia dudum prædictum Monaſterium S. Maximini nobis, quoad viveremus, una cum Eccleſia Trevirenſi tenendum & poſſidendum cum gratioſa diſpenſatione commendaverit, prout in literis Apoſtolicis deſuper editis latius continetur; Ita, quod duæ qualitates & diverſa jura, ſive Officia, perpetui ſcilicet Commiſſarii & Commendatarii, hoc tempore in noſtra perſona concurrant, nosque, uti Commendatarius propterea Venerabilem ac validos Dominos Joannem a Petra, Canonicum & Archidiaconum majorem in Eccleſia noſtra Trevirenſi prædicta, atque Henricum a Buchel, Jurium Licentiatum ac dicti Monaſterii in temporalibus Officiatum, in Procuratores & factores noſtros conſtituerimus, quibus dedimus in mandatis, ut juxta conſtitutionis ſuæ tenorem; dicta Regalia, Temporalia & feuda, ſicut hactenus de antiqua & approbata conſuetudine eſt obſervatum, ritè & legitime, procuratorio nomine peterent & reciperent, ac fidelitatis & obedientiæ juramentum debitum præſtarent, unde præmiſſorum intuitu, nec non vigore hujusmodi Conſtitutionis; Et ne, vel Monaſterium ipſum, aut ſacrum Rom. Imp. in juribus ſuis aliquatenus defraudentur, aut damnum aliquod incurrant, comparuerunt coram nobis, uti perpetuo Commiſſario, præmentionati Procuratores legitimè conſtituti, prout de eorum mandato, publico inſtrumento per Notarium public. infra ſcriptum deſuper rogatum confecto & ſubſcripto fidem fecerunt legitimam, & nos, ut Commiſſarium in his perpetuum deputatum, reverenter, inſtanter, & humiliter requiſiverunt & petierunt, quatenus ipſis procuratorio nomine prædicto Regalia, Temporalia & feuda Monaſterii ſancti Maximini (quod inſigne S. Rom. Imp. membrum exiſtit) quæ ab eodem Imperio pro tempore ibidem exiſtentes Abbates antehac habuiſſent & tenuiſſent & tenere debuiſſent, concedere, ipſosque de eisdem nomine, quo ſupra, infeudare & inveſtire dignaremur; Nos igitur, ut, & tanquam Cæſareæ Majeſtatis atque Sac. Rom. Imperii in hac parte perpetuus Commiſſarius, recepto prius ab antedictis Procuratoribus debito & conſveto fidelitatis, ſubjectionis & obedientiæ juramento in manibus noſtris & in vim mandati eorum præſtito, vigore conceſſionis & indulti Imperialis, nec non authoritate prædictis, eisdem Procuratoribus inſtanter petentibus, nomine procuratorio Regalia, Temporalia & feuda hujusmodi conceſſimus, ipſosque de eisdem, nomine quo ſupra, infeudavimus & inveſtivimus per præſentes, decernentes eisdem nomine & authoritate præſcriptis, quæ nos tanquam Commendatarius, ſive Procuratores noſtro nomine in omnibus & ſingulis Monaſterii prædicti oppidis, Suburbiis, Vicis, Pagis, Caſtris, Caſtellis, Curiis, Villis, Dominiis, Territoriis & diſtrictibus, etiam fluminibus, ripis & locis aliis diviſim, aut conjunctim Regalia, temporalia & feuda hujusmodi cum ſuis honoribus præeminentiis, libertatibus, privilegiis, prærogativis, Juribus, conſvetudinibus, obſervantiis, pertinentiis & attinentiis quibuscunque & qualibuscunque, meroque & mixto Imperio & exercitio Jurisdictionis temporalis exercere & habere, illisque uti valeant & poſſint, quemadmodum Prædeceſſores Abbates prædicti Monaſterii habuerunt & exercuerunt, illisque uſi ſunt, ſeu exercere, habere & uti quomodolibet potuerunt & debuerunt, mandantes propterea nomine & auctoritate præmiſſis, univerſis & ſingulis Vaſallis & fidelibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Equitibus & Miniſterialibus, Gubernatoribus, Rectoribus Burggraviis, Schultetis, Majoribus Præpoſitis, Juſtitiariis, Centurionibus, Advocatis & Officialibus, Civibus & Oppidanis, Suburbanis, Colonis, Curtariis & Subditis quibuscunque prædicti Monaſterii, cujuscunque dignitatis gradus, ſtatus, ſeu conditionis exiſtant, quatenus nobis, utpote Commendatario, tanquam vero, naturali, recto, ordinario & legitimo ſuo Domino, ſeu Procuratoriis noſtris, noſtro nomine in omnibus & ſingulis, Regalia, temporalia, & feuda hujusmodi, merumque ac mixtum Imperia, ac temporalis Jurisdictionis exercitium, ſeu alia præmiſſa quomodolibet concernentibus, debite & reverenter obediant, & pareant; omnibus contradictione, difficultate & impedimento plane poſtpoſitis; Jure tamen Imperii & aliorum alias & Eccleſiæ noſtræ ſemper ſalvo; In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes literas noſtras exinde fieri, & per Notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi, Sigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum in oppido noſtro Munſtermeinfeldt, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo nono, die Martis, vigeſima quinta menſis Junii, præſentibus ibidem generoſo, nobilibus ac validis viris, Domino Gvilhelmo Juniore de Seyna, Comite in Wittgenſtein, Georgio a Ratzenbourg atque Philippo ab Hunberg teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter requiſitis.

De mandato Reverendiſſimi Domini, Domini Archi-Epiſc. Trevirenſ. Principis Electoris ad ſupra ſcripta Commiſſarii Imperialis perpetui Deputati.

Ego Conradus Falck a Kuba, Sacris Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius publicus, manu propria ſubſcripſi.

CXLIV.

Königs Philippi II. in Spanien, als Hertzogs zu Luxemburg, Schutz-Brieff und Salvagvardia vor die Abtey St. Maximin, de Anno 1557.

PHilippus, Dei gratia Rex Caſtellæ, Legionis, Arragonum, Angliæ, Franciæ Navarræ, Neapolis, Siciliæ, Majoricarum, Sardiniarum, Inſularum, Indiarum, & terræ firmæ, maris Oceani, Archidus Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Geldriæ & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Artheſii, Burgundiæ, Palatinus & Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Princeps Sveviæ, Marchio Sacri Imperii, Dominus Friſiæ, Salinarum, Mechliniæ, territorii Trajectenſis citra & ultra Inſulam & Groningæ, nec non Dominator in Aſia & Affrica.

Cum ex porrecta nobis ſupplicatione Reverendi Patris Abbatis & devotorum nobis in Chriſto dilectorum religioſorum, Prioris & Conventus Monaſterii Sancti Maximini in Suburbio Civitatis Trevirenſis, ordinis Sancti Benedicti: quam literarum munimentis deſuper exhibitis nobis innotuerit, qualiter præfatum Monaſterium Sancti Maximini a Divis

Romanorum Imperatoribus antiquissime fundatum, variisque juribus, Dominiis possessionibus, Privilegiis, exemptionibus, prærogativis & libertatibus decoratum & dotatum fuerit, quodque Illustres Prædecessores nostri, Duces Lucemburgi & Comites a Chini ex speciali privilegio Imperiali Advocatiam supremam ipsius Monasterii diutissime commissam obtinuerint. Atque illud Monasterium in capite & in membris, ejusque homines, bona reditus, ac jura ipsorum, siva in Ducatu Luxemburgensi, sive extra sita sint, contra injuriam, turbationem, violentiam, aut molestiam quorumcunque, vel cujuscunque status, aut præeminentiæ essent, protegere, manutenere, defendere, & a gravaminibus, violentiis, oppressionibusque conservare conseveverint. Ipsi autem vice versa majorum suorum vestigiis insistendo nobis & Successoribus nostris, Ducibus Luxemburgensibus omnem reverentiam, fidem & honorem, quæ de jure aut consvetudine tenentur in perpetuum præstare, promiserint. Ac ea propter a nobis humiliter petierint, ut eos juxta morem prædecessorum nostrorum, clementer in nostram protectionem, tuitionem, defensionem & specialem Salvagardiam suscipere eorumque libertates, prærogativas & privilegia prædicta confirmare dignaremur: Notum facimus, quod nos sacrorum Imperatorum & aliorum progenitorum nostrorum vestigiis inhærentes, considerata laudabili observantia regulari, de qua tam ipse Abbas, quam religiosi ejusdem Monasterii fide digno apud nos commendantur testimonio, & quatenus eorum precibus & suffragiis Deo acceptiores esse valeamus. Præfatum Monasterium Sancti Maximini tam in capite, quam in membris, Abbate videlicet & Conventu, religiosis fratribus, ac etiam eorum Dominiis, ditionibus, villis, prædiis, hominibus, subditis, Vasallis, Scultetis, Officiariis, Justitiariis, Clientibus, Colonis, Servitoribus, famulis, negotiorum gestoribus, animalibus, & cæteris bonis molibus & immobilibus quibuscunque, præsentibus & futuris, ubicunque locorum sitis & collocatis, in nostram tuitionem protectionem, tutelam & specialem Salvagardiam, ratione Ducatus nostri Luxemburgensis, juxta vota Imperialia, ac more prædecessorum nostrorum Principum Luxemburgensium, suscipiendum, amplectendum & ponendum duximus, suscipimus amplectimur & ponimus, ex certa scientia, & de gratia nostra speciali per præsentes. Et insuper ex nostra ampliori gratia omnes & singulas antememoratorum Abbatum & Religiosorum libertates, exemptiones, jura, privilegia, gratias, indulta & præeminentias illi Monasterio concessas, & spectantes, & quibus antea soliti sunt, debite uti & gaudere, approbavimus, ratificavimus, & quantum in nobis est, & opus esset, confirmamus, approbamus, & ratificamus, per earundem præsentium tenorem, dantes & concedentes eisdem: Abbati & Religiosis, quatenus dictis omnibus & singulis libertatibus, juribus & privilegiis quibuscunque, ipsi Monasterio concessis, plenarie, & pacifice, ubi & gaudere valeant, prout ut quemadmodum sui Prædecessores, ejusdem Monasterii Abbates & Religiosi ab omni antiquitate & prisco tempore debite fecerunt, facere soliti sunt & potuerunt. Cæterum quia ad plenum edocti sumus eundem Conventum & Religiosos, quando Abbates eorum e vivis excedere contingit, secundum antiquam prærogativam & consvetudinem solitos esse in locum defuncti, alium Successorem libere eligere: Quo ipsi Abbas & Conventus nostram erga se propensionem clarius percipere possint, pro ratione nostræ Advocatiæ ac protectionis, in futurum sedulo, quoad in nobis erit, operam dabimus, ne deinceps jure suæ liberæ electionis eidem Conventui Competentis frustrari, aut fraudari possint. Quocirca districte præcipientes, mandamus dilectis & fidelibus nostris, Gubernatori, Præsidi & Consilio nostro prædictarum ditionum nostrarum Locemburgen. & Chiniacens. nec non Præpositis cæterisque Justitiariis, Officiariis ac eorum Locatenentibus ibidem præsentibus & futuris: Quatenus præfatos, Abbatem, Priorem, Conventum & Religiosos ipsius Monasterii, & Ecclesiam Sancti Maximini, in capite & in membris, in suis juribus, dominiis, ditionibus, privilegiis & prærogativis, libertatibus, justis possessionibus, exemptionibus, eorumque homines, Vasallos, Scultetos, Receptores, Officiarios, Colonos, Villicos, famulos negotiorum gestores, animalia & cætera bona, reditus ac jura ipsorum, præsentia & futura, quocunque locorum sita & collocata, manuteant, & defendant ab omnibus violentiis, injuriis, oppressionibus, molestiis & gravaminibus, prout illorum singulos concernet, defendant, tueantur & præservent. Et si quas eis in præjudicium præsentis nostræ Salvagardiæ irrogatas agnoverint, illas reparari faciant, & quævis attentata in & ad pristinum statum revocent & reducant. Facientes tam nobis, quam ipsis Religiosis pro injuria, damnisque illatis satisfactionem & emendam fieri condignas Et ut præsens Salvagardia cunctis innotescat, easdem

præsentes publicent, & significent ipsi Justitiarii & officiarii nostri seu prædicti eorum locatenentes, aut publicari & significari debite faciant: Quilibet in terminis & limitibus suæ jurisdictionis, ut prædictum est. Et in eventum periculi, discriminis evidentis, signa seu vexilla nostris armis depicta, bonis, rebus & possessionibus ejusdem Monasterii & Religiosorum prædictorum apponant, ipsisque religiosis unum, vel plures clientes Gardianos deputent & committant rationabilibus eorum sumptibus & expensis, quibus quidem clientibus omnem causæ cognitionem penitus interdicimus, sed propter infractionem, aut violentiam, seu violationem hujusmodi nostræ Salvagardiæ cognitio causæ requiratur, illam prædictis nostris, Gubernatori, Præsidi & Consiliariis Luxemburgensibus expresse committendam duximus & committimus harum serie literarum, injungentes eisdem ex nunc prout ex tunc, quatenus partibus vocatis & auditis breve & expeditum ipsis faciant atque ministrent Justitiæ complementum, sine dilatione, acceptatione, vel dissimulatione quacunque. Quoniam ita fieri volumus. In cujus rei testimonium his præsentibus sigillum nostrum appendi fecimus. Datum in oppido nostro Bruxella, die nona mensis Julii, Anno Domini millesimo, quingentesimo, quinquagesimo septimo, regnorum vero nostrorum videlicet Hispaniarum, & Siciliæ secundo, Angliæ autem Franciæ Neapolis quarto.

Sic supra plicam signatum.

Per Regem.

J. van der Aa, subscripsi.

Collationata & auscultata est præsens copia cum suo vero originali in pergameno Sigillo Regali in cæra rubea appenso, integro & illæso, nec non circumscriptione tali.

Philippus D. G. Rex Hisp. Angl. Franc. utr. Sicil. & Archid. Austriæ. Dux Burg. Brab. &c. Comes Flandriæ &c. & eidem de verbo ad verbum per me Petrum Bourlæum Secretarium Civitatis Trevericæ, nec non in Ducatu Luxemburgensi Notarium immatriculatum &c. concordans inventa. Soubsigne

Petrus Bourlæus, Notarius.

CXLV.

Kayſers Maximiliani II. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey zu St. Maximin, de Anno 1566.

WIr Maximilian der Ander, von GOttes Gnaden, Erwehlter Röm. Kayser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, ꝛc. König, Ertzhertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgund ꝛc. Marggraff des Heil. Röm. Reichs ꝛc. Bekenn offentlich mit diesem Brieff und thun kund allermänniglich, als vns die Ersamen lieben Andächten, Peter, Apt und Convent des Gotshauß S. Maximin, S. Benedicten Ordens, bey der Stadt Trier gelegen, demüthiglichen gebetten haben, daß Wir ihnen, und ihren Nachkommen all und iecklich ihre Gnad, Freyheitten, Recht, Brieff, Privilegien, Handvesten und gute Gewohnheiten, die sie von Weyland Unsern Vorfahren am Reich, Römischen Kayser und Königen, auch Unsern Vorforderen den Hertzogen zu Burgund, und Lützemburg, und andern Fürsten und Herrn redlich erworben und löbl. herbracht hetten, zu erneuweren, zu confirmiren und zu bestetten gnedig geruheten. Daß haben Wir angesehen, solch ihr demütig ziemlich Bitt, und darumben mit wohbledachtem Muth, gutem Rath, und rechtem Wissen, den genanten Abt und Convent des Gotshauß zu S. Maximin all und iecklich ihr Gnad, Freyheitten, Recht, Brieff, Privilegien, Handtvesten, und gut Gewonheiten, die sie von vnsern Vorfahren im Reich, und dem Hauß Burgund, auch anderen Fürsten und Herren redlich erworben und löblich herbracht haben, als Römischer Kayser gnädiglich ernewert, confirmirt und bestettiget; Erneweren, confirmiren und bestettigen die also von Römischer Kayserlicher Macht, in allen ihren Punckten, Stücken, Articlen, und Begreifungen, in allermaß, alsob die von Wort zu Wort hierin begriffen weren, wissentlich in Krafft dieses Brieffs, und mainen, setzen und wollen, daß sie dabey bleiben, und deren geruhlich gebrauchen und genießen sollen, vnd mögen, von allermenniglich unverhindert: Wir haben auch ehgemelten Abt und Convent und ihren Nachkommen zu S. Maximein mit allen ihren Gütern und Zugehörungen in Unsere und des Reichs sondere Gnade, Verspruch, Schutz und Schirm genommen, und nehme sie darin hiemit wissentlich, und in Krafft dieses Brieffes, und gebietten daruff allen und ieden Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Prelaten, Graffen, Freyherrn, Herrn, Ritteren, Knechten, Hauptleuten, Vitzdomben, Voigten, Pflegern, Verweseren, Ambtleuten, Scholtheisen, Bürgemeisteren, Richteren, Räthen, Burgeren, Gemeinden und sonst allen unsern und des Reichs, auch unseren erblichen Fürstenthumben und Land-Unterthanen vnd Getreuen,

treuen, was Würden, Standes oder Weſens die ſein, ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff und wollen, daß ſie die obgemelte Abt und Convent zu S. Maximein und ihr Nachkommen an den ehgemelten ihren Gnaden, Freyheitten Brieffen, Privilegien, Handveſten und gutten Gewohnheitten, auch dieſer vnſer Erneweruug, Confirmation und Beſtettigung nicht hindern noch irren, ſondern ſie deren geruwlich gebrauchen, genießen, und gentzlich dabey bleiben laſſen, und hierwieder nicht thun, noch iemands anders zu thun geſtatten, in kein Weiß, als lieb einem ieden ſey vnſer und des Reichs Ungnadt, und darzu ein Peen nemlich zwantzig Marck löttigs Golds zu vermeiden, die ein ieder, ſo offt er frewentlich hiewieder thete, Vns halb in Vnſer und des Reichs Cammer, und den andern halben Theil dem vorgemelten Abt und Convent zu S. Maximein vnd ihren Nachkommen unabläßig zu bezahlen verfallen ſein ſoll, mit Vrkund dieſes Brieffs, beſiegelt mit Vnſern Kayſerlichen anhangenden Inſiegel. Geben in Vnſer und des Reichs Stadt Augſpurg den 16. Tag des Monats May, nach Chriſti Vnſers lieben Herren Geburt 1566, Vnſerer Reich des Römiſchen im vierdten, des Hungariſchen im dritten, und des Böhemiſchen im achtzehenden Jahren.

CXLVI.

Pabſts Pii V. Bulla Abſolutionis vor Abt Matthiam zu St. Maximin, im Fall er etwan in Bann gerathen ſeyn ſolte, de Anno 1570.

PIus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Matthiæ a Sarburg, Monacho Monaſterii Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, Sancti Maximini, prope & extra muros Trevirenſes, ordinis Sancti Benedicti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ Sedis conſveta clementia, ne diſpoſitiones per illam de Eccleſiis & Monaſteriis quibuslibet pro tempore factæ, valeant, quomodolibet impugnari, ſed perſonæ ad illorum regimina aſſumendæ, illis puro corde & ſincera conſcientia valeant præſidere, remedia, prout convenit, adhibet opportuna. Cum itaque nos hodie electionem de perſona tua, per dilectos filios Conventum Monaſterii, ſedi prædictæ immediatæ ſubjecti, S. Maximini prope & extra muros Trevirenſ. ordinis S. Benedicti, in eorum & dicti Monaſterii tunc certo modo Abbatis regimine deſtituti, Abbatem canonice celebratum, de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica authoritate approbare & confirmare, teque eidem Monaſterio in Abbatem præficere intendamus. Nos, ne, ſi forſan aliquibus ſententiis & cenſuris Eccleſiaſticis ligatus ſis, approbatio, confirmatio & præfectio prædictæ poſſint propterea quomodolibet impugnari providere volentes, te a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, adhoc, ut approbatio, confirmatio & præfectio prædictæ, ac ſingulæ literæ Apoſtolicæ deſuper conficiendæ ſuum ſortiantur effectum, auctoritate prædicta, tenore præſentium abſolvimus, & abſolutum fore nuntiamus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac Monaſterii, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſvetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis & nunciationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſ. quingenteſ. ſeptuageſ. Duodecimo Kal. Decembris. Pontificatus noſtri anno quinto.

CXLVII.

Ejusdem Bulla Confirmationis der Wahl Abts Matthiæ zu St. Maximin, de Anno 1570.

PIus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, Matthiæ a Sarbourg, Abbati Monaſterii, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, Sancti Maximini prope & extra muros Trevirenſ. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Summi diſpoſitione rectoris ad regimen univerſalis Eccleſiæ aſſumpti, curis angimur aſſiduis, & continua meditatione, pulſamur ut opem & operam, quantum nobis ex alto conceditur, efficaces impendamus, quod Eccleſiæ & Monaſteria univerſa paſtorum regiminibus deſtituta, viris committantur idoneis, qui ſciant, velint & valeant, Eccleſias & Monaſteria ipſa feliciter gubernare. Sane dudum Monaſterio, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecto, ſancti Maximini prope & extra muros Trevirenſ. cui quondam Petrus, ipſius Monaſterii Abbas, dum viveret, præſidebat, per obitum ejusdem Petri, qui extra Romanam

manam curiam debitum naturæ perſolvit, Abbatis regimine deſtituto, dilecti filii Conventus dicti Monaſterii, ad quos electio perſonæ idoneæ in Abbatem ipſius Monaſterii, dum pro tempore vacat, juxta concordata dudum inter ſedem prætactam & nationem Germanicam inita, pertinere dignoſcitur, pro futuri, inibi Abbatis electione celebranda vocatis omnibus, qui voluerant, potuerant & debuerant electioni hujusmodi commode intereſſe, die ad eligendum præfixa, ut moris eſt, convenientes in unum, te Monachum ejusdem Monaſterii, ordinem ipſum expreſſe profeſſum, & in presbyteratus ordine conſtitutum, in eorum & dicti Monaſterii Abbatem, via ſcrutinii, concorditer elegerunt, tuque electioni hujusmodi, illius tibi præſentato decreto, conſenſiſti, & deinde electionis hujusmodi negotium proponi feciſti in Conſiſtorio coram nobis, petens illam Apoſtolica authoritate confirmari, & in his omnibus, ſtatutis a jure temporibus obſervatis; Nos igitur, qui electionem de perſona tua, cui apud nos de religionis Zelo, vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliisque multiplicium virtutum donis, fide digna teſtimonia perhibentur, invenimus canonice celebratam, illam de fratrum noſtrorum conſilio, authoritate prædicta approbamus & confirmamus. Teque eidem Monaſterio in Abbatem præficimus, curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Monaſterii tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias & largitur præmia, confidentes, quod dextera domini tibi aſſiſtente propitia, prætactum Monaſterium per tuæ circumſpectionis induſtriam & ſtudium fructuoſum regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac grata in eisdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi a Domino onus regiminis & adminiſtrationis prædictorum prompta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem hujusmodi ſic ſollicite geras & fideliter proſequaris, quod per tuæ diligentiæ laudabile ſtudium, Monaſterium ipſum gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum, Tuque præter æternæ retributionis præmium, noſtram & dictæ Sedis benedictionem & gratiam exinde uberius conſequi merearis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno dominicæ Incarnationis milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo, duodecimo Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

CXLIIX.

Ejusdem Bulla, worinn er den Convent der Abtey S. Maximin ermahnet, deſſen neuerwehltem Abt Matthiæ, getreu und gehorſam zu ſeyn, de Anno 1570.

PIus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Conventui Monaſterii, ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, ſancti Maximini prope & extra muros Trevirenſ. ordinis Sancti Benedicti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie electionem de perſona dilecti filii Matthiæ a Sarburg, Abbatis veſtri, Sedi Apoſtolicæ immediate Subjecti, Sancti Maximini, prope & extra muros, Trevirenſes, Ordinis Sancti Benedicti, tunc per obitum quondam Petri, olim ipſius Monaſterii Abbatis, extra Romanam curiam defuncti, Abbatis regimine deſtituti, canonicecelebratam, de fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtolica authoritate approbavimus, & confirmavimus, ipſumque illi in Abbatem præfecimus, curam, regimen & adminiſtrationem ipſius Monaſterii ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Matthiam, Abbatem, tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum, devote ſuſcipientes & exhibentes ſibi obedientiam & reverentiam debitas & devotas, ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin ſententiam, quam idem Matthias Abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino, usque ad ſatisfactionem condignam, inviolabiliter obſervari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo; duodecimo Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

CXLIX.

Ejusdem Bulla an die Vaſallen der Abtey St. Maximin, daß ſie ihrem neuerwehlten Abt Matthiæ gehorſam und gewärtig ſeyn ſollen, de Anno 1570.

PIus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, univerſis Vaſallis Monaſterii, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, Sancti Maximini prope & extra muros Trevirenſes, ordinis ſancti

ſancti Benedicti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie electionem de perſona dilecti filii, Matthiæ, Abbatis Monaſterii, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, Sancti Maximini, prope & extra muros Trevirenſes, ordinis Sancti Benedicti, per dilectos filios, Conventum ipſius Monaſterii in eorum & dicti Monaſterii, tunc per obitum quondam Petri, olim ipſius Monaſterii Abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, Abbatis regimine deſtituti, Abbatem canonice celebratam, de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica authoritate approbavimus, & confirmavimus, ipſumque illi in Abbatem præfecimus, curam, regimen & adminiſtrationem ipſius Monaſterii, ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Matthiam, Abbatem, grato ſuſcipientes honore ei fidelitatem ſolitam, nec non conſveta ſervitia & jura ſibi a vobis debita exhibere integre ſtudeatis, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam idem Matthias, Abbas, rite tulerit, ſen ſtatuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, usque ad Satisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo; duodecimo Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

CL.

Ejusdem Bulla, worinn er Kayſer Maximiliano II. den neuerwehlten Abt zu St. Maximin recommandiret, de Anno 1570.

PIus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, Maximiliano, Romanorum Regi illuſtri, in eorundem Romanorum Imperatorem electo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie electionem de perſona dilecti filii a Sarburg, Abbatis Monaſterii, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, ſancti Maximini prope & extra muros Trevirenſes, ordinis S. Benedicti, per dilectos filios, Conventum ipſius Monaſterii, in eorum & dicti Monaſterii, tunc per obitum quondam Petri, olim ipſius Monaſterii Abbatis extra Romanam Curiam defuncti, Abbatis regimine deſtituti, Abbatem, canonice celebratam, de fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtolica authoritate approbavimus & confirmavimus, ipſumque illi in Abbatem præfecimus, curam, regimen & adminiſtrationem ipſius Monaſterii ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque, fili chariſſime, ſit virtutis opus Dei miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis & operibus, pro Regis æterni gloria venerari, Majeſtatem tuam rogamus & hortamur attente, quatenus eundem Matthiam, Abbatem & prætactum Monaſterium ſuæ curæ commiſſum habens, pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia, propenſius commendatos in ampliandis & conſervandis juribus ſuis, ſic eos benigni favoris auxilio proſequaris, quod idem Matthias Abbas tuæ Celſitudinis fultus præſidio, in commiſſo ſibi dicti Monaſterii regimine poſſit Deo propitio proſperari, ac tibi exinde a Deo perennis vitæ præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo; duodecimo Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

CLI.

Ejusdem Bulla, daß ſich Abt Matthias zu St. Maximin, nach Belieben, von einem vom Röm. Stuhl nicht excommunicirten Ertz- oder Biſchoff möge einweihen laſſen, de Anno 1570.

PIus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Matthiæ, Abbati Monaſterii, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, S. Maximini, prope & extra muros Trevirenſes, ordinis S. Benedicti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum nos hodie electionem de perſona tua, per dilectos filios Conventum Monaſterii, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, S. Maximini, prope & extra muros Trevirenſes, ordinis S. Benedicti, in eorum, & dicti Monaſterii tunc per obitum quondam Petri, olim ipſius Monaſterii Abbatis, extra Romanam curiam defuncti, Abbatis regimine deſtituti, Abbatem, canonice celebratam, de fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtolica authoritate, approbaverimus teque eidem Monaſterio in Abbatem præfecerimus, curam, regimen & adminiſtrationem ipſius monaſterii tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, Tibi, ut a quocunque volueris Catholico Antiſtite gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, munus benedictionis recipere valeas, ac eidem Antiſtiti, ut illud licite tibi

tibi impendere poſſit, concedimus per præſentes. Volumus autem, quod idem Antiſtes, qui tibi munus prædictum impendet, antequam illud tibi impendat, a te, noſtro & Romanæ Eccleſiæ nomine, fidelitatis debitæ ſolitum recipiat juramentum, juxta formam, quam ſub bulla noſtra mittimus introcluſam. ad quod tu formam juramenti hujusmodi, quod præſtabit nobis, de verbo ad verbum, per tuas patentes literas, tuo ſigillo munitas, per proprium nuntium quantocitius deſtinare procures. Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo; duodecimo Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

CLII.

Eyd, welchen ein Abt zu St. Maximin dem Röm. Stuhle ſchweren muß, wie ſolcher vom Abt Matthia daſelbſt, Pabſt Pio V. abgeleget worden, de Anno 1570.

EGo Matthias a Sarburg, Abbas Monaſterii, Sedi Apoſtolicæ immediate Subjecti, Sancti Maximini prope & extra muros Trevirenſes, ordinis Sancti Benedicti, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, ſanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ ac Domino noſtro, Domino Pio, Papæ V. ejusque Succeſſoribus canonice intrantibus; Non ero in Conſilio, conſenſu vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, ſeu capiantur, aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur, vel injuriæ aliquæ inferantur, quovis quæſito colore. Conſilium vero, quod mihi crediturі ſunt per ſe, aut nuntios, ſeu literas, ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri, Adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum contra omnem hominem. Legatos Apoſtolicæ Sedis in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo; Jura, honores, privilegia & authoritatem Romanæ Eccleſiæ, Domini noſtri Papæ & Succeſſorum prædictorum conſervare, defendere, augere & promovere curabo. Nec ero in conſilio, facto, vel tractatu, in quibus contra ipſum Dominum noſtrum, vel eandem Eccleſiam Romanam aliqua ſiniſtra vel præjudicialia perſonæ, honoris, Status, juris, & poteſtatis eorum machinentur. Et ſi talia a quibuscunque procurari novero, vel tractari, impediam hæc pro poſſe, & quantocitius potero, commode ſignificabo eidem Domino noſtro, vel alteri, per quem ad ipſius notitiam poterit pervenire: Regulas Sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, ſententias, diſpoſitiones, reſervationes, proviſiones & mandata Apoſtolica totis viribus obſervabo, & faciam ab aliis obſervari, hæreticos, Schismaticos & rebelles Domino noſtro & Succeſſoribus prædictis, pro poſſe perſequar & impugnabo. Vocatus ad Synodum, veniam, niſi præpeditus fuero canonica præpeditione, poſſeſſiones vero ad monaſterium meum pertinentes non vendam, neque donabo neque impignorabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Conventus monaſterii mei, inconſulto Romano Pontifice, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

CLIII.

Kayſers Rudolphi II. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten, der Abtey St. Maximin, de Anno 1582.

WIr Rudolff der Ander von GOttes Gnaden, erwöhlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Böhaim, Dalmatien, Croatien, und Schlavonien ꝛc. König Ertzhertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgund, zu Brabant, zu Steyer, zu Kärndten, zu Crain, zu Lützemburg, zu Wirtemberg, Ober- und Nieder-Schleſien, Fürſt zu Schwaben, Marggraff des H. Römiſchen Reichs zu Burgaw, zu Märhern, Ober- und Niederlaußnitz, Gefürſteter Grave zu Habsburg, zu Tyrol, zu Pfierdt, zu Kyburg und zu Görtz, ꝛc. Landtgrave in Elſas, Herr auf der Windiſchen Marck, zu Portenaw und zu Salins ꝛc. Bekennen öffentlich mit dieſem Brieff, und thun kund allermänniglich, als uns die Ehrſamen, vnſer lieben Andächtigen, Reynerus, Abt und Convent des Gottshauß S. Maximin, S. Benedicts Orden der Stadt Trier gelegen, demütiglichen gebetten haben, daß Wir ihnen und ihren Nachkommen all und iecklich ihr Gnad, Freyheiten, Recht, Brieff, Privilegien, Handtveſten und gute Gewohnheiten, die ſie von Weiland vnſern Vorfahren am Reich, Römiſchen Kayſern und Königen, auch vnſern Vorforderen den Hertzogen zu Burgundt und Lützemburg und andern Fürſten und Herrn redlich erworben und löblich herbracht hetten, zu erneweren,

erneuweren, zu confirmiren vnd zu beſtetten, immaßen jüngſt hievor Weiland vnſer geliebter Vater Kayſer Maximilian der Ander ꝛc. hochlöblichſter Gedächtnuß auch gethan, gnädiglich geruhten, daß haben Wir angeſehen ſolch ihr demüthig ziemlich Bitt, und darumben mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechtem Wißen den genanten Abt und Convent des Gottshauß S. Maximein all und iegklich ihre Gnad, Freyheitten, Recht, Brieff, Privilegien, Handveſten, und gute Gewohnheiten, die ſie von vnſern Vorfahren im Reich, und dem Hauß Burgundt, auch andern Fürſten und Herrn redlich erworben und löblich herbracht haben, als Römiſcher Käyſer gnediglich erneuwert confirmirt und beſtettet; Erneweren, confirmiren und beſtätten die alſo vom Röm. Kayſerlicher Macht, in allen ihren Puncten, Stücken, Articlen und Begreiffungen, in allermaß, als ob die von Wortten zu Worten hierin begriffen weren, wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffs, und mainen, ſetzen und wollen, daß ſie dabey bleiben, und deren geruhlich gebrauchen und genieſſen ſollen und mögen, von allermänniglich unverhindert. Wir haben auch ehgenanten Abt und Convent, und ihre Nachkommen zu S. Maximein mit allen ihren Güttern und Zugehörungen in vnſer und des Reichs ſondere Gnad, Verſpruch, Schutz und Schirm genohmen, und nehme ſie darin hiemit wiſſentlich und in Krafft diß Brieffs, und gebietten darauff allen und ieden Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prelaten, Grafen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Hauptleuten, Vitzdumben, Voigten, Pflegern, Verweſern Ambtleuten, Scholtheißen, Bürgermeiſtern, Richtern, Räthen, Bürgern Gemainden, und ſonſt allen unſern, vnnd des Reichs, auch unſer erblichen Fürſtenthumb und Land, Vnterthanen und Getrewen, was Würden, Standts oder Weſen die ſein, ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff, und wollen, daß ſie obgemelten Abt und Convent zu S. Maximein, und ihr Nachkommen an den ehgenanten ihren Gnaden, Freyheitten, Brieffen, Privilegien Handveſten, und gutten Gewohnheitten, auch dieſer vnſer Erneuwerung Confirmation und Beſtettigung nicht hindern noch irren, ſondern ſie dern geruhiglich gebrauchen, genieſſen und gäntzlich dabey bleiben laſſen, und hierwieder nicht thun, noch iemands anders zu thun geſtatten, in keine Weiß, als lieb einem ieden ſey, Vnſer und des Reichs Ungnad, und darzu ein Peen nemlich zwantzig Marck lötigs Golds zu vermeiden, die ein ieder, ſo offt er freventlich hiewieder thette, vns halb in unſer und des Reichs Camer, und den andern halben Theil, den vorgenanten Abt und Convent zu S. Maximin und ihren Nachkommen unabläßig zu bezahlen, verfallen ſeyn ſoll, mit Vrkund dieſes Brieffs, beſiegelt mit vnſern Kayſerl. anhangenden Inſiegel. Geben in vnſer und des Reichs Stadt Augſpurg den neunten Tag des Monats Julii, nach Chriſti unſers lieben Herrn Geburt, funffzehenhundert und im zwey und achtzigſten, vnſerer Reich des Römiſchen im ſiebenden, des Hungariſchen im zehenten, und des Bohaimiſchen auch im ſiebenten Jahren.

CLIV.

Ertz-Hertzogs Alberti zu Oeſterreich und ſeiner Gemahlin Eliſabethæ Claræ Eugeniæ, als Beſitzer des Hertzogthums Luxemburg und Graffſchafft Chiny Confirmation und Extenſion, des von König Philippo II. in Spanien der Abtey St. Maximin im Jahr 1557. ertheilten Schutz-Brieffs und Salvagvardiæ, de Anno 1604.

ALbertus & Iſabella Clara Eugenia, Hiſpaniarum Infantia, Dei gratia Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxenburgi & Geldriæ: Comites Habſpurgi, Flandriæ, Artheſiæ, Burgundiæ, Tyrolis Palatini, & Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Marchiones Sacri Romani Imperii, Domini Friſiæ, Salinarum, Mechliniæ, civitatum & oppidorum & territorii Ultrajectini, Tranſiſſulani, & Groningæ &c.

Quandoquidem Reverendus Pater, nobis charus & dilectus, Dominus Reinerus, venerabilis Abbas & religioſi, devotæ perſonæ, Prior & Conventus Monaſterii Sancti Maximini prope Trevirim fecerunt remonſtrari, quod Imperatores, Reges Romanorum, fundatores prædicti Monaſterii glorioſiſſimæ memoriæ, donaverint & conceſſerint eidem ſpeciales gratias, plures immunitates & privilegia prehendentes ipſos Abbates prædeceſſores remonſtrantes, religioſos ſimul & omnia bona, reditus & proventus prædicti Monaſterii, in ſuam Salvagardiam & protectionem, &, ut eos facerent tanto melius & quietius frui, donaverint inſuper ſupremam Advocatiam ejusdem Monaſterii noſtris illuſtriſſimis Prædeceſſoribus, Ducibus Luxenburgenſibus & Comitibus de Chiny, qui poſtmodum etiam conſequenter, imo ipſe Rex Catholicus excellentiſſimæ memoriæ, noſter Cariſſimus & honoratiſſimus bonus Dominus, pater, quem Deus habeat in ſua

in ſua ſancta cuſtodia, approbarunt, ratificarunt & confirmarunt prædictas gratias, privilegia & Salvasguardias prædicto Monaſterio conceſſas, prout infra amplius & apertius per copiam authenticam poſtremæ confirmationis obtentæ a prædicto Rege Catholico, quæ ſequitur hic inſerta de verbo ad verbum.

Inſeratur hic Protectorium & Salvaguardia Philippi II. Regis Hiſpaniarum de Anno 1557. quæ ſupra Num. CXLIV. exſtat.

Et quia prædicti remonſtrantes deſiderarent etiam bene habere a nobis eandem confirmationem & ſub nomine noſtro ſupplicarunt nobis humiliter, ut placeret nobis, inſequendo veſtigia noſtrorum honoratiſſimorum Anteceſſorum eam ipſis accordare benigne, & ut de hoc expediantur litteræ Patentes in forma duplicatæ prædictæ poſtremæ confirmationis facientes nihilominus ad obviandum ſiniſtris interpretationibus, quas aliqui poſtea voluerunt comminiſci, tam in præjudicium noſtrum, ut protectorum, quam Supplicantium & eorum domus, derogantes per eas prædictis privilegiis & ſalvisguardiis in loco, ubi fit mentio bonorum dicti Monaſterii per hæc verba generalia (ubicunque locorum ſitis) inſeri hæc verba clariora & ſpecificatiora, (ſive in Ducatu Luxenburgenſi & Lotharingiæ: Epiſcopatibus, Trevirenſi, Leodienſi, Metenſi, ſive alibi:) ſecundum bonas intentiones noſtrorum Prædeceſſorum & noſtram. Notum facimus omnibus præſentibus & futuris, quod nos, rebus prædictis conſideratis, deſideremus in hoc continuare veſtigia Sacrorum Imperatorum & aliorum noſtrorum progenitorum, idque in conſideratione bonæ relationis nobis factæ de laudabili regulari obſervantia tam dicti Abbatis, quam religioſorum dicti Monaſterii: atque ut per eorum preces & orationes tanto ſimus acceptiores noſtro bono Deo: Suſcepimus & poſuimus dictum Monaſterium S. Maximini, tam in capite, quam in membris, nimirum Abbatem & Conventum, religioſos, fratres, ac etiam eorum dominia, jurisdictiones oppida, pagos homines, ſubjectos, Vaſallos, Schultetos, Juſtitiarios, officiarios, familiares, villicos, laboratores, ſervitores, agentes & procuratores, animalia & beſtias, & omnia alia eorum bona, mobilia & immobilia quæcunque præſentia & futura, ſita tam in Ducatu Luxenburgenſi, Lotharingiæ; quam Archiepiſcopatu & Epiſcopatibus, Trevirenſi, Leodienſi, Metenſi & alibi; ſuſcipimus & ponimus de ſpeciali gratia per has, ratione & cauſa noſtri dicti Ducatus Luxenburgenſis, ſecundum intentiones & zelum prædictorum Imperatorum, & conſuetudines noſtrorum dictorum Prædeceſſorum, Principum Luxenburgenſium, de noſtra certa Scientia in noſtram protectionem, tuitionem, & ſpecialem Salvamguardiam. Inſuper de noſtra ampliore gratia, omnes libertates, exemptiones, jura, privilegia, gratias, præeminentias, indulta prædicto Monaſterio, Abbati & religioſis accordata & appertinentia, & quibus debito modo conſueverunt, frui & uti approbavimus & ratificavimus, &, quantum in nobis eſt, & ſatis ſit, confirmamus, approbamus & ratificamus per haſce præſentes, donantes & concedentes prædicto Abbati & religioſis, ut plene & pacifice poſſint frui, & uti omnibus & ſingulis libertatibus, juribus & privilegiis quibuscunque ad prædictum Monaſterium appertinentibus, ſicut & in ea forma, & in eo modo, quo eorum Prædeceſſores, Abbates & religioſi dicti Monaſterii ab omni tempore & antiquitate, debito modo fecerunt & potuerunt facere, & conſueverunt facere. Et denique quemadmodum nos ſumus debito modo & ad plenum informati. Si contingat decedere dictum Abbatem dictæ Abbatiæ Sancti Maximini prædictus Conventus & religioſi, ſecundum ſuam prærogativam & antiquam conſuetudinem libere conſueverunt eligere aliquem alium Abbatem Succeſſorem in locum dicti defuncti. Et ut prædictus Abbas & Conventus poſſint tanto clarius cognoſcere & percipere noſtram affectionem & inclinationem erga ſe, procurabimus & providebimus, quantum in nobis eſt, ut impoſterum non fruſtrentur ſuo jure liberæ electionis appertinente ad prædictum Conventum, ordinamus & commendamus igitur expreſſe dilectis & fidelibus noſtris Gubernatoribus, Præſidentibus, & quotquot de Conſilio noſtro Provinciali noſtræ ditionis & Ducatus Luxenburgenſis & Comitatus Chiny, & omnibus aliis noſtris præpoſitis, Juſtitiariis, officiariis & illorum locum tenentibus præſentibus & futuris, ad quos reſpiciet & appertinebit, ut manuteneant prædictum Abbatem, Priorem & Conventum & religioſos dicti Monaſterii & Eccleſiæ S. Maximini in capite, & in membris, in eorum juribus, dominiis, ditionibus, privilegiis & prærogativis, libertatibus, juſtis poſſeſſionibus, exemptionibus: etiam eorum homines, Vaſallos, Schultetos, Receptores, Officiarios, Laboratores, Villicos, Servitores, animalia & beſtias, & eorum alia bona, proventus, reditus, & illorum jura præſentia & futura, ſita tam in dicto Ducatu Luxenburgenſi, Lotharingiæ; quam in Archi-Epiſcopatu & Epiſcopatibus reſpective Trevirenſi, Leodienſi & Metenſi & alibi, defendendo, cuſtodiendo, præſervando

ab omnibus violentiis, injuriis, oppreſſionibus, moleſtationibus & aggravationibus quibuscunque. Et ſi contingat illos res quæpiam attentata & irrogata contra & in præjudicium iſtius præſentis noſtræ Salvaguardiæ, eam faciant reparari, revocando & reducendo attentatos in primum ac debitum ſtatum, & faciendo tam nobis, quam prædictis Abbati & religioſis facere ſatisfactionem, reparationem & emendationem damnis & injuriis factis, ac Supportatis condignam: Atque ut noſtra præſens Salvaguardia ſit notoria omnibus & ſingulis noſtri Juſticiarii & Officiarii, vel eorum locum tenentes & ſinguli eorum eam faciant debito modo publicari & ſignificari in locis & limitibus ſuæ Jurisdictionis, & ubi ſimiles publicationes fieri conſueverunt; quemadmodum ante dictum eſt, & in caſu periculi eminentis, faciant mitti & apponi bonis, rebus, domibus & poſſeſſionibus prædictæ Abbatiæ & religioſorum laminas inſignatas & depictas armis noſtris, deputando & committendo unum, aut plures defenſores & Cuſtodes iſtius Salvæguardiæ, eorum ſumptibus & expenſis rationabilibus: Prohibentes nihilominus, ut prohibemus per haſce prædictis Cuſtodibus Salvæguardiæ omnem cognitionem cauſæ, quod ſi ex ratione alicujus infractionis, violentiæ, aut violationis noſtræ prædictæ Salvæguardiæ ſit opus cognitione cauſæ: Nos illam expreſſe commiſimus & comittimus per haſce præſentes prædictis, Gubernatori, Præſidenti, & quotquot de noſtro Conſilio Provinciali noſtri prædicti Ducatus Luxenburgenſ. quibus mandamus & ex nunc pro tunc, ut prædictæ partes, illis appellatis & auditis, faciant & adminiſtrent bonum & breve jus & expeditionem juſtitiæ ſine aliqua dilatione, acceptatione aut diſſimulatione qualicunque. Nam ita nobis placet. In hujus teſtimonium fecimus apponi noſtrum grande Sigillum hiſce præſentibus. Datis in noſtro Oppido Bruxellenſi, die undecimo, Menſis Martii Anno gratiæ Milleſimo Sexcenteſimo quarto.

CLV.

Pabſts Pauli V. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, de An. 1611.

Paulus P.P.V.

AD perpetuam rei memoriam, ad ea, quibus Monaſteriorum quorumlibet præſertim nobis & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectorum jura confirmentur, libenter intendimus, eaque favoribus proſequimur opportunis: Expoſitum ſiquidem nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum, Abbatis & Monachorum Monaſterii Sancti Maximini, Ordinis Sancti Benedicti prope & extra muros Civitatis Trevirenſis, nobis & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecti, quod ipſi eorumque Monaſterium ultra Juris & Sacrorum Conciliorum & Apoſtolicarum conſtitutionum vigore ſibi conceſſam immunitatem exemptionis a ſolutione onerum & contributionum ſibi a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, nec non Imperatoribus Romanis conceſſis gaudent privilegiis, quæ pro eorum firmiori ſubſiſtentia Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri plurimum deſiderant.

Quare pro parte Superiorum & Monachorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportune confirmationis noſtræ gratiam impertiri de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos honeſtæ hujusmodi petitionis æquitatem attendentes & Abbati ac Monachis prædictis ſpecialem gratiam facere volentes, illosque & eorum ſingulos à quibus ſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt) ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus, eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia & ſingula privilegia, immunitates, libertates & exemptiones a ſolutione onerum, & quarumcunque contributionum prædictorum eidem Monaſterio, ejusque Abbati pro tempore exiſtenti ac prædictis, eorum ſervientibus, colonis, Monaſteriis, domibus, grangiis, locis, terris ac bonis quibuscunque per quoscunque Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros ac Imperatos & Principes conceſſa (dummodo tamen quoad Imperatorum & Principum privilegia hujusmodi licita ſint ac honeſta, ac Sacris Canonibus, Concilio Tridentino & Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria) Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuo confirmamus & approbamus: Decernentes idem Monaſterium, illiusque pro tempore exiſtentem Abbatem & Superiores ac Monachos ubicunque & quandocunque opus fuerit, privilegiis & exemptionibus prædictis uti & gaudere libere, & licite poſſe & valere, irritumque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam,

quam, quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo piſcatoris, die quinta Octobris 1611. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

CLVI.

Königs Philippi IV. in Spanien, als Hertzogs zu Luxemburg Protectorium vor die Abtey St. Maximin, de Anno 1623.

PHilippus, Dei gratia Rex Caſtellæ, Legionis. Arragoniæ, utriusque Siciliæ, Hieroſolymæ, Portugalliæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Seviliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Jahen, Algarbiæ, Algeſiæ, Gibraltar Inſularum Canariæ, Indiarum tam orientalium, quam occidentalium Inſularum & terræ firmæ, maris Oceani. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Geldriæ & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Artheſiæ, Burgundiæ & Tirolis Palatinus, & Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Princeps Sueviæ Marchio Sacri Imperii Romani, Dominus Friſiæ, Salinarum, Mechliniæ, Civitatum, Oppidorum & Territorii trajecti, Tranſiſulanæ & Groningæ, nec non dominator in Aſia & in Africa, omnibus præſentes literas viſuris ſalutem. Cum ex porrecta nobis ſupplicatione Reverendi Patris Abbatis, & devotorum nobis in Chriſto dilectorum Religioſorum, Prioris & Conventus Monaſterii Sancti Maximini in Suburbio civitatis Trevirenſis, ordinis ſancti Benedicti nobis innotuerit, qualiter præfatum Monaſterium, a Divis Romanorum Imperatoribus, antiquiſſime fundatum, variiſque juribus, dominiis, poſſeſſionibus, privilegiis, exemptionibus, prærogativis & libertatibus, decoratum & dotatum fuerit, quodque illuſtres Prædeceſſores noſtri, Duces Luxemburgi & Comites a Chiny ex ſpeciali privilegio Imperiali, Advocatiam ſupremam ipſius Monaſterii diutiſſime commiſſam obtinuerint, atque illud Monaſterium in Capite & in Membris, ejusque homines, bona reditus, ac jura ipſorum ſive in Ducatu Luxemburgenſi, ſive extra ſita ſint, contra injuriam, turbationem, violentiam, aut moleſtiam quorumcunque, vel cujuscunque ſtatus, aut præeminentiæ eſſent, protegere, manutenere, defendere & a gravaminibus, violentiis, oppreſſionibusque conſervare conſueverint: Tum etiam quod in eundem finem Philippus II. (glorioſæ memoriæ) Dominus & Avus noſter, literis patentibus nona Junii, Anno Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo datis, immunitatem ſive Salvagardiam in ampliſſima forma conceſſerit. Ipſi autem reciproce majorum ſuorum veſtigiis inſiſtendo, nobis & Succeſſoribus noſtris, Ducibus Luxemburgenſibus omnem reverentiam, fidem & honorem, quæ de jure, aut conſuetudine tenentur, in perpetuum præſtare promiſerint. Ac ea propter a nobis humiliter petierint, ut prædictam Salvagardiam renovare & juxta morem Prædeceſſorum noſtrorum clementer continuare, habere & ſuſcipere eos in noſtram protectionem, tuitionem & defenſionem eorumque libertates prærogativas & privilegia prædicta confirmare dignaremur. Notum facimus, quod nos Sacrorum Imperatorum & aliorum progenitorum noſtrorum ac particulariter (glorioſæ memoriæ) prædicti Domini Avi noſtri veſtigiis inhærentes, conſiderata laudabili obſervantia regulari, de qua, tam ipſe Abbas, quam Religioſi ejusdem Monaſterii fide digno apud nos commendantur teſtimonio, & quatenus eorum precibus & ſuffragiis Deo acceptiores eſſe valeamus: præfatum Monaſterium Sancti Maximini tam in Capite, quam in membris, Abbate videlicet & Conventu, Religioſis fratribus ac etiam eorum dominiis, ditionibus, villis, prædiis, hominibus, ſubditis, Vaſallis, Scultetis, Officiariis, Juſtitiariis, Clientibus, Canonis, Villicis, Servitoribus, famulis, negotiorum geſtoribus, animalibus & cæteris bonis mobilibus & immobilibus, quibuscunque præſentibus & futuris ubicunque locorum ſitis & collocatis in noſtram tuitionem, protectionem, tutelam & ſpecialem Salvagardiam ratione Ducatus noſtri Luxemburgenſis juxta vota Imperialia, ac more Prædeceſſorum noſtrorum Principum Luxemburgenſium continuandum, ſuſcipiendum, amplectendum & ponendum duximus; continuamus, ſuſcipimus, amplectimur & ponimus ex certa ſcientia, & de gratia noſtra ſpeciali per præſentes. Et inſuper ex noſtra ampliori gratia, omnes & ſingulas antememoratorum Abbatum & Religioſorum libertates, exemptiones, jura, privilegia, gratias, indulta & præeminentias, illi Monaſterio conceſſas & ſpectantes, & quibus antea ſoliti ſunt debite uti & gaudere approbavimus, ratificavimus, & quantum in nobis eſt & opus fuerit, confirmamus, approbamus & ratificamus per

carundem præſentium tenorem. Dantes & concedentes eisdem, Abbati, & Religioſis, quatenus dictis omnibus & ſingulis libertatibus; juribus, & privilegiis quibuscunque ad ipſum Monaſterium ſpectantibus plenarie & pacifice uti & gaudere valeant, prout & quemadmodum ſui Prædeceſſores ejusdem Monaſterii Abbates & Religioſi ab omni antiquitate & priſco tempore debite fecerunt & facere ſoliti ſunt: Cæterum, quia ad plenum edocti ſumus, eundem Conventum & Religioſos, quando Abbates illorum e vivis excedere contingit, ſecundum antiquam prærogativam & conſuetudinem ſolitos eſſe in locum defuncti alium Succeſſorem libere eligere, quo ipſi, Abbas & Conventus noſtram erga ſe propenſionem clarius percipere poſſint, pro ratione noſtræ Advocatiæ ac Protectionis in futurum ſedulo quoad in nobis erit, operam dabimus, ne deinceps jure liberæ ſuæ electionis eidem Conventui competentis fruſtrari, aut fraudari poſſint. Quocirca precamur dilectiſſimam & chariſſimam bonam Amitam noſtram, Dominam Iſabellam Claram Eugeniam, Dei gratia Hiſpaniarum Infantem &c. & diſtricte præcipientes, mandamus dilectis & fidelibus noſtris: Gubernatori, Præſidi & Conſilio noſtro prædictarum ditionum noſtrarum Luxemburgenſium & Chiniacenſium, nec non Præpoſitis, cæterisque Juſticiariis, Officiariis ac eorum locumtenentibus ibidem præſentibus & futuris, quatenus præfatos Abbatem, Priorem Conventum & Religioſos ipſius Monaſterii, & Eccleſiam Sancti Maximini in capite & in membris, in ſuis juribus, dominiis, ditionibus, privilegiis & prærogativis, libertatibus, juſtis poſſeſſionibus exemptionibus, eorumque homines, Vaſallos, Scultetos, Receptores, Officiarios, Cononos, Villicos, famulos, negotiorum geſtores, animalia & cætera bona, reditus, ac jura ipſorum præſentia & futura, quocunque locorum ſita & collocata, manuteneant, & defendant ab omnibus violentiis & injuriis, oppreſſionibus, moleſtiis & gravaminibus, prout illorum ſingulos concernet, defendant, tueantur & præſervent: Et ſi quas eis in præjudicium præſentis noſtræ Salvagardiæ irrogatas agnoverint, illas reparari faciant, & quævis attentata, in & ad priſtinum ſtatum revocent & reducant, facientes tam nobis, quam ipſis Religioſis pro injuria, damnisque illatis ſatisfactionem & emendam fieri condignas. Et ut præſens Salvagardia cunctis innoteſcat, easdem præſentes publicent, & ſignificent, ipſi juſtitiarii & officiarii noſtri, ſeu prædicti eorum locumtenentes aut publicari & ſignificari debite faciant, quilibet in terminis & limitibus ſuæ Jurisdictionis, ut prædictum eſt. Et, in eventum periculi, diſcriminis evidentis, ſigna ſeu vexilla noſtris armis depicta bonis, rebus & poſſeſſionibus ejusdem Monaſterii & religioſorum prædictorum apponant, ipſisque Religioſis unum vel plures Clientes Guardianos deputent, & committant rationabilibus eorum ſumptibus & expenſis. Quibus quidem Clientibus omnem cauſæ cognitionem penitus interdicimus. Sed ſi propter infractionem aut violentiam, ſeu violationem hujusmodi noſtræ Salvagardiæ cognitio cauſæ requiratur, illam prædictis noſtris Gubernatori, Præſidi & Conſiliariis Luxemburgenſibus expreſſe committendam duximus, & committimus harum ſerie litterarum injungentes eisdem ex nunc, prout ex tunc, quatenus partibus vocatis & auditis breve & expeditum ipſis faciant atque miniſtrent juſtitiæ complementum, ſine dilatione, exceptione, vel diſſimulatione quacunque. Quoniam ita volumus. In cujus rei teſtimonium & robur præſentes ſignavimus, iisque magnum noſtrum Sigillum appendi mandavimus. Datum Madriti die XXVIII Menſis Julii Anno Domini Milleſimo, ſexenteſimo, vigeſimo tertio, & Regnorum noſtrorum tertio.

CLVII.

Kayſers Ferdinandi II. Diploma Protectionis vor die Abtey zu St. Maximin, vermöge deſſen er dieſelbe in des Heil. Röm. Reichs beſondern Schutz und Verſpruch genommen, de Anno 1625.

WIr Ferdinand, von GOttes Gnaden Erwöhlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungern, Bohaim, Dalmatien, Croatien und Schlavonien; Konig, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgund, zu Brabant, zu Steyer, zu Kärndten, zu Crain, zu Lützemburg, zu Wirtemberg, Ober- und Nieder-Schleſien, Fürſt zu Schwaben, Marggraff des H. Röm. Reichs, zu Burgaw, zu Mähren, Ober- und Nieder-Laußnitz, Gefürſteter Grave zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Pfürdt, zu Kyburg und zu Görtz ꝛc. Landgraff in Elſaß, Herr auff der Windiſchen Marck, zu Portenaw, und zu Salins ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff, und thun kund allermänniglichen, daß wir, als gleichwohl ohne daß Obriſter Advocat, Schutz- und Schirmherr aller Stifftungen und Gotteshäuſer im Reich, aus erheblichen Urſachen und ſelbſt aigner Bewegnuß die Erſamen und

und Unſere liebe Andächtige Agritium, Abten, N. Priorn und gantzen Convent des Gotts-hauß St. Maximin, ſamt deſſelben Rath, Diener, Angehörigen und Schutz-Verwandten die ietziger Zeit dort ſeind, oder künfftig dahin kommen, oder beruffen werden, ſampt ihren zugehörigen Dörffern, Höfen, Güteren, Lehn- und eigenen Leuthen, Unterthanen, Hinterſaßen, und allen ihren Gütern, ſo ſie ietzund haben, oder künfftiglich mit rechtmeßigem Titel an ſich bringen, wo und welcher Enden die gelegen ſein, nichts davon ausgenommen, in unſern und des heiligen Reichs ſondern Verſpruch, Schutz und Schirm aufgenommen und empfahen haben, nehmen und empfahen ſie auch alſo in Unſern und des heiligen Reichs ſondern Verſpruch, Schutz und Schirm aus Römiſcher Kayſerl. Macht, Vollkommenheit wiſſentlich in Krafft dieß Brieffs, und mainen, ſetzen und wollen, daß nun hinfuran, die gedachten: Abt, Prior gantzes Convent zu St. Maximin, ſamt all den Ihrigen, und was ihnen zugehört, wie obgemelt, in Unſerem und des heiligen Reichs beſonderm Verſpruch, Schutz und Schirm ſein, und von niemanden darwieder belaidiget, beſchwärt oder bekümmert werden; auch all und iegliche Gnad, Freyheit, Privilegien, Vortel, Recht und Gerechtigkeit haben, und ſich deren an allen Enden und Oerthern, ihrer Notturfft und Gelegenheit nach frewen, gebrauchen und genießen ſollen und mogen, als andere Unſere und deß heiligen Reichs Geiſtlich und weltlich Unterthanen ſo in Unſern und des Heil. Reichs beſondern Verſpruch, Schutz und Schirm ſein, und allermanniglich unverhindert: Doch ſollen ſie einem ieden, ſo rechtmeßige Spruch und Anforderung zu ihnen zu haben vermaint, umb derſelben Spruch und Forderung willen, an Orthen und Enden, da ſichs gebürth, rechtens ſtatt thun, und deme nit vor ſein. Und gebieten darauf allen und ieden Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prälaten, Graven, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten, Landvoigten, Hauptleuthen, Vizdumben, Voigten, Pflegern, Verweſern, Ambtleuthen, Landrichtern, Scholteißen, Bürgemeiſtern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemainden und ſonſt allen andern Unſern und des Reichs Unterthanen und Getreuen, in was Würden, Standts oder Weſens die ſeind, ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff, und wollen daß ſie vorberürte: Abt, Priorn und Convent zu St. Maximin, ſambt all den ihrigen, ſo ihnen zugehören, und zu verſprechen ſtehen, bey dieſem unſerm Kayſerl. Schutz und Schirm unverhindert, ohne menniglichs Irrung pleiben, deſſen geruhiglich frewen, gebrauchen und genieſſen laſſen und ſie hierüber nicht anfechten, tringen, bekömmeren, belaidigen und beſchwären, noch das iemand andern zu thun geſtatten, in kein Weiß noch Weg, als lieb einem ieden ſey, unſere und des Reichs ſchwere Ungnad und Straff, und darzu eine Peen, nemlich zwantzig Marck löttigs Goldts zu vermeiden, die ein ieder, ſo offt er freventlich hierwider thäte, uns halb in unſer und des Reichs Cammer; und den andern halben Theil, viel ernanten Abt, Priorn und Convent zu St. Maximin unablößig zu bezahlen verfallen ſeyn ſoll. Mit Uhrkund dieſes Brieffes, beſiegelt mit vnſern Kayſerl. anhangenden Inſiegel, der geben iſt in vnſere Haupt-Stadt Wien, den zwölfften Tag des Monats May, nach Chriſti unſers lieben HErrn und Seeligmachers Geburt im ſechszehenhundert fünff und zwantzigſten unſerer Reich, deß Römiſchen im ſechſten, des Hungariſchen im Siebendten, und des Bohaimiſchen im achten Jahren.

CLIIX.

Urtheil des Kayſerl. Reichs Hoff-Raths wider Chur-Trier, wegen des Steurens in der Abtey St. Maximin und prætendirten Exemtion derſelben, de Anno 1626.

IN Sachen weylandt Herrn Lotharii, anitzo Herrn Philips Chriſtoffen, Ertz-Biſchovens zu Trier, des heiligen Reichs Churfürſten ꝛc. an einem, gegen und wieder auch weiland Herrn Reinerum, ietzt Herrn Agritium, Abten deß Gottshauß St. Maximin, und deſſelben Gottshauß Unterthanen am andern, die geklagte ausſtehende und künfftige Landſteuren und darüber ausgewürcktes Mandatum ſine clauſula betreffend, iſt allem Fürbringen nach zu Recht erkendt, daß ſolches Mandatum zu caſſiren, und aufzuheben, immaſſen es auch hiemit caſſirt und aufgehebt wird, ſo dann iſt weiters in ordinario poſſeſſorio cauſam principalem betreffend erkant, daß klagender Herr Ertz-Biſchoff und Churfürſt auch deſſen Nachkommen ſich hinführo des angemaſten Stewrens zu enthalten, und deßhalben, gnugſame Caution zu thun, dargegen beklagter Herr Abt ſeine Nachkommen und ſeines Gotteshauß Unterthanen alle Hülffen und Anlagen dem Reich, ſo iederzeit bewilligt, ohne Mittel, gleichwie andere unmittelbahre Reichsſtändt zu erlegen und zu bezahlen, auch alles anders, was anderen unmittel-

bahren Reichsſtendten zu laiſten und zu thun obliegt, zu thun und zu laiſten ſchuldig, und die zu beeden Theilen auffgelauffene Gerichts-Koſten, aus bewegenden Urſachen, gegen einander verglichen und compenſirt ſein ſollen.

Signatum zu Wien, unter Ihrer Kayſerl. Mayeſt. aufgetruckten Secret Inſiegel, den dritten Auguſti, Anno Sechzehenhundert ſechs und zwanzig.

CLIX.

Kayſers Ferdinandi II. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten der Abtey St. Maximin, worinn er zugleich dem Abt daſelbſt und ſeinen Nachfolgern das Prædicat eines Ertz Capellans der Röm. Kayſern ertheilet, und was demehr anhängig, de An. 1626.

FErdinandus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthæ, Carneoliæ &c. Marchio Moraviæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac ſuperioris & inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Tecke, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Ad perpetuam rei memoriam agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis. Toties Imperialis Aquilæ ſceptrum extollitur altius, & ipſius Status a Domino (a quo datur omnis poteſtas) gubernatur felicius: quoties loca Vicario cultui dedicata ab irruentibus undique moleſtiis pia ſollicitudine præmuniuntur, iisdemque ſtabiliendis ac conſervandis jugiter invigilatur. Attendentes igitur Monaſterii Sancti Maximini in Suburbio civitatis Imperialis Trevirenſis conſtructionem & dotationem a prædeceſſoribus noſtris, Romanorum Imperatoribus inſtitutam & religioſorum ibidem exactæ vitæ profeſſionem, obſervantiam & devotionem: dignum judicamus, ut quod per illos bono zelo erectum extitit, per nos ſedulo conſervetur, quo & divinus cultus augeatur & ſanctis atque electis Dei major ibidem in dies honor exhibeatur: Hocque ex eo maxime futurum arbitramur, ſi Abbas & Religioſi ipſi in bona quiete & tranquillitate a nobis, tanquam Romanorum Imperatore, cujus Protectioni & Salvagardiæ immediate ſubjacent, defendantur & foveantur. Quare cum Honorabilis Agritius, Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Maximini humiliter a nobis petierint, quatenus de ſolitæ benignitatis noſtræ clementia, eis omnia & ſingula Privilegia, literas, libertates, conceſſiones, donationes, immunitates, jura, feuda, jurisdictiones & gratias, quas, & quæ a Divæ memoriæ Romanorum Imperatoribus & Regibus, Prædeceſſoribus noſtris, item Ducibus Burgundiæ, atque aliis Principibus & Chriſti fidelibus obtinuerunt, approbare, innovare, ratificare, confirmare, & novis augmentare gratioſius dignaremur, æquum omnino eſſe duximus ad imitationem & æmulationem Prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Imperatorum & Regum, usque ad tempora Rudolphi II. Imperatoris, Auguſtæ memoriæ jam dictum Abbatem & Conventum, ipſorumque Monaſterium noſtra quoque confirmationis munificentia, ut, quod per Prædeceſſores noſtros piiſſimo zelo erectum extitit, per nos ſedulo conſervetur, locupletare. Idcirco ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, intemeratæ ejus genitricis, Virginis Mariæ, & Sanctorum Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, Maximini, Agritii, Nicetii, Baſini, Meomadi & aliorum, quorum ibidem requieſcunt corpora, majorem honorem, divini cultus augmentum, & Imperialis noſtræ poteſtatis, Romanique Imperii, ac noſtræ poſteritatis incrementum, univerſa privilegia, literas, conceſſiones, libertates, confirmationes, immunitates, jura, feuda, caſtra, flumina, munitiones, oppida, villas, terras, dominia, Jurisdictiones, conſuetudines, honores, conſuetas, & laudabiles obſervantias; inter quas, has ſpecialiter exprimendas eſſe duximus, ut Abbas, ſicut ſub Divis Prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus, &c. ſic & ſub nobis & Succeſſoribus noſtris titulo Archi-Capellani Romanorum Imperatricis gaudeat & uratur. Advocatias omnes quæ ad Monaſterium ſpectant, cum ſibi commiſſa congregatione, cui velit dandi, cuique velit tollendi, poteſtatem in perpetuum habeat; nullus ab illorum navibus, bonis & hominibus telonium exigat, & quandocunque divina vocatione Abbas obierit, & ad loca meliora tranſierit, fratres liberum inter ſe, juxta antiquam conſuetudinem & Regulam Sancti Benedicti eligendi Abbatem habeant arbitrium, aliaque omnia & ſingula privilegia & gratias prædictis:

Abba-

Abbati & Conventui, ipſique Monaſterio Sancti Maximini in capite & in membris a recolendæ memoriæ Romanorum Imperatoribus indulta, vel indultas, conceſſa, vel conceſſas maturo præcedente conſilio, ex certa noſtra ſcientia, & de Imperialis noſtræ poteſtatis plenitudine in omnibus clauſulis, articulis, punctis & ſententiis, ac ſi prædictorum Privilegiorum, literarum, donationum, libertatum, conceſſionum jurium, feudorum conſuetudinum, honorum & bonorum omnium tenores præſentibus de verbo ad verbum eſſent inſerti, approbamus, innovamus, laudamus, ratificamus & præſentis Diplomatis patrocinio & authoritate Imperiali confirmavimus. Præterea ipſum Sancti Maximini Monaſterium (quod Sacri Romani Imperii ſpecialis domus ac reſervata camera exiſtit) ejusque Abbatem & Conventum, cum omnibus & ſingulis eorum bonis, villis, oppidis, juribus & libertatibus, poſſeſſionibus, reditibus, ſubditis, hominibus, Servitoribus, familiaribus, ubicunque locorum ſitis, in noſtram ſingularem ac Sacri Romani Imperii protectionem, guardiam & defenſionem recipimus. Volumus inſuper, & diſtricte præcipimus univerſis & ſingulis & ſpeciatim Venerabili Archiepiſcopo & Electori Trevirenſi, aut qui pro tempore rerum potietur, ut præfatos: Abbatum & Conventum, eorumque Monaſterium, cum omnibus & ſingulis ipſius membris, ſubditis, bonis & pertinentiis, ubicunque locorum ea ſita ſint, ſalva ſemper & immunia teneant, nec illis munera publica vel privata, neque onera, neque vecturas, neque exactiones, neque telonia, neque alia quæcunque gravamina, quocunque nomine cenſeantur, contra expreſſum privilegiorum tenorem imponere, vel ab iisdem exigere præſumant, ſed potius eos in noſtris & Divorum Prædeceſſorum noſtrorum Privilegiis ac confirmationibus tueantur & defendant, Caſſantes nihilominus & annihilantes, omnia & ſingula mandata, exactiones & gravamina quæcunque huic noſtro Imperiali Privilegio contraria, a quocunque, quovis modo attentata fuerint. Mandamus proinde univerſis & ſingulis Electoribus, aliisque Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis Civitatum, Oppidorum & locorum Communitatibus & Rectoribus eorundem, cæterisque noſtris & Imperii Sacri fidelibus, dilectis & præſertim Sereniſſimo Hiſpaniarum Regi Catholico &c. præſenti & futuro, tanquam Duci Luxemburgenſi, & Cæſareo ac Regio ipſius Monaſterii Advocato, quatenus præfatum Abbatem, Conventum & Monaſterium, ac ſubditos, homines, bona, reditus, & jura ipſorum ab omnibus injuriis, moleſtiis oppreſſionibus, perturbationibus, & violentiis, authoritate noſtra protegant, manuteneant, defendant & conſervent, quotiescunque neceſſarium erit, aut per ipſos, vel eorum nuntios ſeu procuratores requiſiti fuerint. Decernentes, præcipientes & volentes prædicta, & eorum quodlibet, ut præmittitur, perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram confirmationis, corroborationis, innovationis, Protectionis & Decreti paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, ac pœnam quinquaginta Marcharum auri puri, pro dimidia Fiſco ſeu ærario Imperiali, pro reliqua vero injuriam paſſi ac paſſorum uſibus toties, quoties contra factum fuerit, ſe noverit ipſo facto irremiſſibiliter incurſurum. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Viennæ, die duodecima Menſis Octobris, Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo ſexto, Regnorum noſtrorum: Romani octavo, Hungarici nono: Bohemici vero decimo.

CLX.

Ejusdem Diploma, das der Abtey St. Maximin in ihren Flecken und Dörffern zuſtehende Recht, Schutz- und Caſten-Vögte zu ſetzen, betreffend, de An. 1626.

FErdinandus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carneoliæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ ac Superioris & Inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Techæ, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis. Quod demiſſe nobis exponi curarint Honorabilis, Religioſi, devoti nobis dilecti, Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Maximini prope Treviros diverſa, in & extra territorium

Abba-

Abbatiæ Sancti Maximini eſſe oppida & loca, quibus ſpeciales Advocatos antiquitus dare & conſtituere conſueverint, quorum conſtituendorum, & pro arbitrio removendorum libera, dicto Abbati & Conventui ex diverſis tum antiquis, tum recentibus divorum quondam Imperatorum conceſsionibus, & noviſſima Rudolphi II. Imperatoris, Domini Patruelis, ac Prædeceſſoris noſtri colendiſſimi de dato Auguſtæ Vindelicorum, die nona Menſis Julii, Anno domini, milleſimo, quingenteſimo octuageſimo ſecundo ſubſecuta confirmatione nobis in authentica & fide digna forma exhibita competat facultas, & licet, neceſſitate ſic exigente, hoc ſuo jure nonnunquam uti ſtatuerint, metuere tamen, ne periculoſis præſertim hiſce temporibus, graviores inde ſibi, ſuoque Monaſterio moleſtias ac difficultates accerſant, Ideoque demiſſe nobis ſupplicarint, ut ad majorem cautelam & ſecuritatem, nos quoque Divorum Prædeceſſorum noſtrorum exemplo, hanc facultatem ac poteſtatem ſibi privilegio noſtro Cæſareo clementer confirmare dignaremur. Nos igitur qui perſonas Eccleſiaſticas & Deo dicatas in juribus ac privilegiis ſuis defendere ſatagimus ſupradictis precibus clementer annuentes, memoratam Divorum Prædeceſſorum noſtrorum conceſsionem in omnibus & per omnia approbandam, innovandam, ratificandam & confirmandam, ac quatenus opus eſt, de novo concedendam duximus, uti vigore præſentium approbamus, innovamus, ratificamus & confirmamus, ac de novo concedimus. Volentes & expreſſe decernentes, quod quotieſcunque caſus tulerit, aut neceſſitas exegerit, Abbas & Conventus dicti Monaſterii Sancti Maximini, quicunque pro tempore fuerint libere privilegio eo uti, Advocatos conſtituere, & Advocatias ſuas, tam in, quam extra Abbatiam, cui velint dare & conferre, cui velint adimere poſſint & valeant ſine cujusquam impedimento & contradictione. Noſtris tamen & Sacri Imperii, atque adeo domus Lucemburgicæ protectionis juribus ſemper ſalvis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis & de novo conceſſionis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire. Si quis autem id attentare præſumſerit, noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, & pœnam quinquaginta marcharum auri puri, Fiſco ſeu ærario noſtro Imperiali, & parti læſæ ex æquo, omni ſpe veniæ ſublata, pendendam ſe noverit ipſo facto, irremiſſibiliter incurſurum. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Viennæ, die duodecima menſis Octobris, Anno Domini Milleſimo, Sexcenteſimo, vigeſimo ſexto, Regnorum noſtrorum, Romani octavo, Hungarici nono, Bohemici vero decimo.

CLXI.

Urtheil des Kayſerl. Reichs-Hof-Raths, worinn die Streit-Sache St. Maximin contra Chur-Trier vom Reichs-Hof-Rath ab, und an das Kayſerl. und des Heil. Röm. Reichs Cammer-Gerichte zu Speyer gewieſen wird, de An. 1630.

CUm Cæſarea Majeſtas, prævviis maturis & bene ponderatis cauſæ & utriusque partis productarum ſcripturarum conſiderationibus & deliberationibus comperiat, quod prælegato modo ordinarium mandatum de non contraveniendo edicto an. 1626. apud Cæſareum Camerale tribunal Spiræ ſuper ſententia an. 1570. in puncto exemtionis emanata, obtentum & lis ibidem cœpta ſit: hinc atque ex his aliisque ſuæ majeſtati deſuper adductis, & moventibus juſtis rationibus, ſua Majeſtas clementiſſime declarat, quod ejusmodi in Camera litispendentia acquieſcat, quodque ambæ partes litigantes eo remiſſæ ſint. Ita tamen, ut interim ſententia, quæ in aula Cæſarea 3. Aug. 1626. ſuper Ordinario poſſeſſorio lata eſt, omnino ſalva permaneat. Quod ante memorata ſua Cæſ. Maj tam prædictæ Electorali, quam etiam D. Abbati ſuæ Eminentiæ & Conventui monaſterii S. Maximini, loco Receſſus, per præſentes ita intimari mandavit; ut eidem ſeſe conformare, & ulterius oportunis locis neceſſaria tractare & peragere valeant. Signatum Viennæ ſub ſuæ Cæſareæ Majeſtatis ſigillo ſecreto, die 18. Martii ann. 1630.

CLXII.

Urtheil des Kayſerlichen und des Heil. Röm. Reichs Cammer-Gerichts zu Speyer, vermöge deſſen die Abtey St. Maximin, laut Urtheils vom Jahr 1570. dem Ertz-Stifft Trier, als ein mediater Stand gehorſam und gewärtig zu ſeyn, angewieſen wird, de Anno 1630.

NOs Ferdinandus II. Dei gratia electus Romanorum Imperator, Honorabilibus, devotis nobis, dilectis N.N. toti conventui monaſterii S. Maximini &c. Vobis autoritate noſtra Cæſarea & ſub pœna duodecim marcarum auri puri, pro medietate Cameræ noſtræ Cæſ. & pro alia medie-

mediatæ impetrantis Electoris Dilectioni irremiſſibiliter ſolvendarum, ſerio mandamus & volumus, ne ullo quovis modo contra prætactam (anni 1570) ſententiam & rem judicatam faciatis; neque ut per alios id fiat, procuretis, aut permittatis. Sed juxta illam, prout mediatum Archiepiſcopatui Trevirenſ. ſubjectum ſtatum, licet provincialem, decet, quoad præſtationem omnium debitorum ſubjectos vos exhibeatis; ab exterorum potentiorum imploratione, eorundem protectioni ſubjectione, inſignium eorundem de facto affixione & omnibus iis, quæ præterea ſuperius per querelas depoſita ſunt, abſtineatis & vos abdicetis, hisce omnibus eatenus obedienter & ſine tergiverſatione pareatis, & cum effectu inſiſtatis, in quantum vultis pœnas comminatas evitare. In eo enim ſeria noſtra voluntas adimpletur. Datæ Spiræ 33. Julii An. 1630.

III. Von Cölln.

I.

Pabſts Johannis X. Breve an Ertz-Biſchoff Herimannum I. zu Cölln, worinnen er ihn, nebſt denen beyden Competenten um das Hoch-Stifft Tongern, (Lüttich) Richario und Hilduino, binnen beſtimmter Zeit nach Rom zu kommen ermahnet, de Anno 921.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro, Herimanno, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.

Cum ſimus dominicæ plebis ſuperna miſeratione rectores, ſtudioſius nos convenit Dei præſidium pro ſubditorum ſæpe cogitare ſalute, ne fruſtratis, quod abſit, animabus antiqui hoſtis inſidiis, ante omnium paſtorem diſtrictam cogamur ſolvere rationem: quia ideo fidelis ſervus & prudens Domini ſuper familia conſtitutus eſſe dinoſcitur: ut congruo tempore det illis fructum. Congruo tempore ſacerdotes præpoſiti Deo fructum dant, cum pro ſalute omnium ſibi ſubditorum, quod opportunum eſt, offerunt. Et quia veſtra fraternitas ſententiam Apoſtoli reprobavit operando, qui monet nullo modo alicui leviter manus imponere, cum Hilduuinum, canonicis ſibi obviantibus regulis, absque clericorum electione & laicorum acclamatione, Giſſeberti metu, Epiſcopali inſula decorare non denegaſtis, cum priſca conſuetudo vigeat, qualiter nullus alicui clerico Epiſcopatum conferre debeat, niſi Rex, cui divinitus ſceptra collata ſunt. Quo vero ordine Giſſebertus hoc, quod illi conceſſum non eſt, agere non metuit, ut arbitror, quia illicite præſumpſit, rationabiliter imbecille permanebit. Tamen quia Richarius, ut Caroli Regis Teſtimonium perhibet, atque noſtri dilecti filii Berengarii glorioſiſſimi Imperatoris literæ teſtantur, primitus a clero electus, & a populo expetitus eſt, cur donum ſancti Spiritus, quaſi temporale commodum, cui non licuit imponere, non diſtuliſti, omnino miramur, cum ſcriptum ſit: Intelligens gubernacula poſſidebit. In veteri etiam teſtamento divina lege ſancitum eſt, ut ſacerdotes de ſacrificio Domini pectuſculum ſumant. Non equidem ob aliud, niſi ut in ſacrificio diſcant quid de ſemetipſis ipſi ſuo conditori debeant immolare. Et cum noſmet ipſos Deo offerre ſedulo debeamus, cur alios errantes ſequi non contemnimus, cum ſcriptum ſit: ſi ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris? Igitur quia magis hominis quam Dei formidine metuiſtis, quod inutiliter geſtum eſt, noſtra imbuti admonitione, ut citius emendare delectemini omnino monemus. Valde namque admirari non diſtulimus, cur contra rationem absque Regis juſſione agere pertemptaſtis, cum vobis reminiſcentibus hoc nullo modo eſſe debeat, ut absque regali perceptione in qualibet parochia Epiſcopus ſit conſecratus. Tamen mediante Octobrio ad limina Apoſtolorum cum Hilduuino & Richero venire ſatagite, ut ante præſentiam noſtri noſtrorumque Epiſcoporum coadunati, quid ex hoc canonica jubeat auctoritas explicare non denegetur. Et ſi forſitan pro paganorum metu tunc venire non valetis, in Kalendis Aprilis, omni occaſione poſtpoſita, ad nos quantocius, ſicut ſuperius ſtatutum eſt, pervenite. Et tunc omni errore radicitus extirpato, qui dignus inventus fuerit, per oſtium ingrediatur in ovile ovium, & non aliunde, ut fur æſtimetur. Quia nos Caroli Regis decus nullo modo auferre volumus, ſed pro vigore atque dilectione, vel conſanguinitate noſtri

ſtri dilecti filii Berengarii, glorioſiſſimi Imperatoris, ut prior anteceſſorum ſuorum Regum mos fuit, cum ita illibatam atque inconcuſſam dominationem obtinere delectamur: & ſicut priores ſuos Anteceſſores, noſtrorum Anteceſſorum auctoritate, Epiſcopum per unam quamque parochiam ordinare probabiliter ſtatutum eſt, ita ut Carolus Rex faciat confirmando jubemus. Tamen usque ad illud temporis, ſicut ſuperius ſtatutum eſt, Leogis Epiſcoparus in veſtra maneat poteſtate: ita ut Hilduuinus illic aliquod ſacerdotale miniſterium nullo modo audeat exhibere.

His Apoſtolicis Romam vocati præceptis, ejusdem domini Papæ ſanctorumque Canonum auctoritate, eo vos præſcripto inevitabiliter invitamus tempore. Valere veſtram optamus almitatem ſemper memores veſtri memoris.

II.

Ertz-Biſchoffs Herimanni I. zu Cölln Brieff, welchen er, bey Uberſchickung vorhergehenden Päbſtl. Brevis, an den um das Hoch-Stifft Tongern competirenden Abt Richarium abgeben laſſen, de Anno 921.

MAgnifice Venerando, omnique dilectionis affectu veraciter colendo, Richario Abbati, Herimannus ſanctæ Coloniensis Eccleſiæ ſervorum Chriſti famulus, prætens & permanens vale in Chriſto.

Sanctimoniam veſtram, ut ſæpe ſolemus, etiam nunc denuo poſtulamus, quo noſtræ ſenectutis imbecillitati in præſentiarum incumbenti, pia intentione memores, orationum veſtrarum remedia, quibus plus omnibus indignemus, impendere non dedignemini: nihilominus ambigentes, quin id ipſum pro virium ſuffi-cientia, pro beatitudine veſtra, die noctuq; agere minime ceſſemus. Cæterum intimetur almæ reverentiæ veſtræ, his nos diebus epiſtolam ex Dn. Papa Joanne transmiſſam accepiſſe: quæquid contineat, ſine permutatione liberæ vel ſyllabæ, in hoc exemplari liquido perſpicere licebit.

III.

Teſtamentum Ertz-Biſchoffs Brunonis zu Cölln, de Anno 965.

BRUno, ſervus Chriſti, filiis ſuis Coloniæ Deo militantibus. Quæ in animum induxi de rebus, quas divina mihi commiſit munificentia, diſpenſandis, veſtro roborari judicio, juxta & teſtimonio: ſi ipſumme præſentem hæc Deus vobiscum communicare non ſiverit, digniſſimum ſtatui ſcripto ad vos perlato ſtabiliri. Ea propter ex ſententia fratrum noſtrorum Theoderici & Wicfridi, qui & ipſi alumni noſtri ſunt, cuncta conſcientia recta, Deo volente, tranſigite, & quicquid theſauri noſtris opibus illati Eccleſiæ, quicquid enim eſt, clavibus hujus Evizonis, viri illuſtris, Kimiliarchi S. Petri cuſtoditur, præter ſi quid a miniſtris nondum relatum ſit, ne quid ab Eccleſia diviſum eſſe videretur, ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ, ante altare S. Petri, palam Domino Popone, Proto & Iconomo Eccleſiæ noſtræ congeſta, diligentique ratione inſpecta, vaſa aurea & pretioſiora quæque in miniſterio ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & beati Petri Apoſtoli in ipſa, Eccleſiæ in perpetuo uſu perpetuo conſecrentur. Cuppam auream, ſigillum & ſcutellam Græcam, quæ penes nos ſunt, beato Pantaleoni; candelabra præterea, quæ in miniſterio noſtro ſunt cottidiano, equitem argenteum, a Mogonciaco Archiepiſcopo datum, pallia decem optima, vaſa decem argentea ex melioribus; libras centum ad clauſtrum perficiendum, trecentas ad Eccleſiam ampliandam, cortinam latiorem, menſalia tria, tapecia tria, ſcannalia totidem, mappas triginta; Inſuper equorum, quicquid nobis fuerit, ipſiq; Eccleſiæ repertæ ſunt, exceptis villis, quas Eccleſiæ noſtræ acquiſivi, Langalon juxta Renum, Werebetti, Heingelon, Lidron, Wishem, quam Moſa alluit, Domum quoque Sobrini noſtri, Mettenſ. Epiſcopi & villam Havingan; inſuper quicquid de rebus Eccleſiæ noſtræ tenet, trado. Detur etiam uſui Monachorum tertia pars hujus anni fructuum ad uſus noſtros elaboratorum. Jerichomium loco competenti ad nutum Abbatis non longo a Cœnobio conſtituatur, cui quicquid prædii nobis tuitum eſt, & quicquid Gevehardo, quondam Bonnenſis Præpoſitus juxta Moſellam ſcitur habuiſſe, confero; & ut hoc bona venia noſtri Senioris & Succeſſoris fieri queat, pro utriusque noſtrum remedio, Ruothinge, quod Eccleſiæ rebus opera noſtra augmentatum eſt, ut libet, utatur. Inſtar oratorii, quod beato privato conſtruimus juxta altare S. Martini in occidente Eccleſia, Beato Gregorio magno Martyri, qui recens adductus eſt, fiat, ubi ſacratiſſimum corpus ejus recondatur; huic fundando centum libræ legentur. Cuppas aureas fratribus noſtris; ad ſanctum Petrum libras viginti, cortinam, menſalia II. ſcannalia totidem: Ad ſancti Gereonis altare orcei magni, pallia II. tapete ex majoribus, fratribus naves & libræ

XIII.

XIII. menſale & ſcannalia II. Ad altare Sancti Severini conſummandum IV. libræ auri, fratribus libræ VIII. vaſa II. menſale & ſcannalia II. Sancto Cuniberto Scutulæ II. Sanctis Evvaldis duobus pallia III. fratribus vaſa II. libræ VIII. menſale & ſcannalia II. tapete I. Sancto Andreæ libræ XXX pallia IV. totidem vaſa, candelabra II. fratribus libræ VI. Beato Eliſio Martiri, Sancto Martino conferatur tantundem, prædium præterea Solagon per precariam noſtræ Eccleſiæ acquiſitum: Ad ſanctæ Mariæ altare vaſa II. ex melioribus: Monaſterio & clauſtro perficiendo libræ centum, cortina, ſcannalia II. mappæ totidem: Ad altare ſanctæ Ceciliæ auri libræ tres, cortina, candelabra II. vaſa II. tapete I. ſcannalia II. In conſummando monaſterio libræ L. Collegio illius monaſterii libræ X. menſale: Ad ſanctas virgines vaſa II. candelabra II. pallia II. cortina, tapete I. ſcannalia II. Sanctis monialibus libræ X. menſale: Altari ſanctorum Martyrum Caſſii & Florentii auri libræ II. baccina, quæ penes nos ſunt, cappæ duæ, pallia totidem: fratribus libræ X. Sancto Victori & collegio tantundem: Monaſterio & clauſtro Soſacio fundando libræ C. altari VI. vaſa, pallia totidem, tapete I. ex majoribus, ſcannalia II. cappa & caſula ex noſtris, Prædium præterea, quod Wodilo deprecario noſtro dedit, illud etiam, quod Dominus Popo Richildinchuſo & Arvite nobis ſatis naviter acquiſivit.

IV.

Kayſers Ottonis II. Privilegium vor das Ertz-Stifft Cölln über das Jagt-Recht und freye Gewalt zu fiſchen an innen benenten Orten, de Anno 973.

IN nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: Otto, ordinante divinæ majeſtatis clementia Imperator Auguſtus. Si ſervorum Dei & maxime præſulum petitionibus, quas pro Eccleſiarum ſibimet commiſſarum utilitatibus ſuggerunt, clementer aſſenſum præbemus, eos promtiores ad noſtræ devotionis inclinamen obſequium, & ex eo æterni regni gaudia nos incunctanter adipiſci confidimus: Proinde noverit cunctorum ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentium ſcilicet & futurorum induſtria; quod Gero, S. Coloniensis Eccleſiæ venerandus Archiepiſcopus, Noſtram deprecatus eſt ſerenitatem, ut quasdam res à Ludvico quondam Rege ſancto Petro Coloniæ collatas & à Patre noſtro divæ memoriæ, Ottone Imperatore Auguſto, ſibi ſuisque prædeceſſoribus roboratas, ſecundum prioris præcepti teſtimonium noſtræ quoque donationis munificentia corroboremus. Cujus poſtulationi libentiſſimo animo annuentes, confirmamus præcepti noſtri autoritate, Domino S. Petro ad Eccleſiam ſupra memoratam omnes beſtias inter hæc loca, quæ ſubtus tenentur deſcripta, & bannum & poteſtatem banni, quæ ſuper eas ad Regiam pertinuit poteſtatem videlicet: de Wisheim via, quæ prope Muluch-Willere, trans Ruram ad Aquasgrani tendit, uſque ad Haram flumen & deorſum, ſicut defluit in flumen Wurm, & ſicut Wurm decurrit usque ad viam quæ de Trajecto Coloniam ducit, inde ad Gleſicke, per eandem viam usque ad flumen Arnapham, & ſic ſurſum per curſum ejus donec ad Wisheim iterum viam usque deſignatam perveniat: omnes inquam beſtias in ſilvis & in piſcationibus, id eſt in Salenbruche & Burgina & cæteris locis quæ ſupra nominatis terminis comprehenſa ſunt hoc eſt Peſché & Merebura, & absque Gerberchtuslon, quod ad opus noſtrum acceſſerit: ſimiliter ſicut via publica de Ekhendorp ad Moffendorp, & ſic usque ad Rhenum fluvium vadit, Cotenforaſt, & omnes beſtias in eo ad Bannum ſuper eas de Cotenforeſte, deorſum per totam Filam inter Arnapham & Rhenum usque ad Oſtia ubi confluunt: beſtias ſcilicet, id eſt, cervos & cervas & Bannum ſuper eas, cum populi contentu Domino ſancto Petro Coloniæ, ſecundum prioris præcepti authoritatem Noſtra etiam liberalitate in proprium confirmavimus. Unde hos Noſtræ ſublimitatis apices fieri juſſimus, ſtatuentes & enixius præcipientes, & ab hodierna die in reliquum, absque aliqua cujuslibet calumniantis perſona beſtia de jam dictis locis & poteſtas banni in poteſtate ſancti Petri tranquilla dominatione conſiſtat, & loci illius Rectoris arbitrio in omnibus diſponantur atque cuſtodiantur. Et ut hæc Noſtræ corroborationis autoritas firmiorem in Dei nomine obtineat perpetuæ ſtabilitatis vigorem, manu propria ſubtus ea firmavimus & ut verius credatur & à ſucceſſoribus noſtris diligenter obſervetur, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Ottonis, juſtiſſimi Imperatoris Auguſti. Datæ VIII. Kalendas Auguſti, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIII. Indictione prima, anno Regni Domini Ottonis II. Imperat. quinto, Actum Aquis.

V.

Der Königin Richezæ in Pohlen, gebohrner Pfaltzgräfin bey Rhein Diploma, vermöge deſſen ſie ſich unter Ertz-Biſchoffs Pilegrimi zu Cölln, Schutz und Tribut begeben, de Anno 103-.

IN memoriam & laudem ſanctæ & individuæ Trinitatis omniumq; Sanctorum Dei. Quamplures Dei fidelium Eccleſias dedicari, ſe ſuisq; rebus a Deo ſibi collatis & præſtitis effecerunt, hoc autem vel ob amorem futurorum honorum ſeu metum infernalium tormentorum, quibus condigne remunerandi, prout geſſerunt, ſive bonum ſive malum, cum venerit, qui venturus eſt, judicare actus cujuscunque noſtrum; Quod ego Richeza ſæpius animo volvens & mutua confabulatione, cum amicis meis diſſerens inſuper animata a Domino Archi-Epiſcopo Pilegrimo cum eſſem ingenua, deliberavi eſſe ancilla & ſub tributo. Quia vero poſt puſillum facillime quocunque caſu, obliviſcimur, quod hodie factum fuerat, MSto petiit fieri memoriale, quatenus ſic ſit manifeſtum tam futuris, quam præſentibus Chriſti fidelibus, quomodo, vel quo facto ſim ſub tributo. Ego enim Richeza alicujus cupida, cujus eſſem patrocinio ab inſurgentibus in me ſecura, Archi-Epiſcopum Pilegrimum Advocatum feci omnibus, nullo excepto excluſove; donans me in urbe Colonia, ad Sanctas Virgines ſuo Conſilio, ea videlicet confeſſione, quatenus ſingulis annis perſolverem duas denariatas ceræ, & ut mei poſteri ſint ejusdem conditionis, poſt obitum vero, id etiam ſtatui, ut detur ad altare ſupradictarum Virginum mea pretioſa veſtis, ſeu meorum ſucceſſorum, videlicet, quæ fuerit elaborata nendo vel texendo, nec deinceps ulli ſumus conditione ſubditi, ſed noſtri ſumus liberi arbitrii. Ad hanc meam traditionem teſtes idonei præſentes fuerunt, quorum ſubſcripta tenentur nomina: Archi-Epiſcopus Pilegrimus, Comes Kathelo, frater ejus Ydololphus Præpoſitus. Qui vero huic Chartæ contradixerit, meam traditionem infringere præſumpſerit Omnipotentis Dei Sanctarumque Virginum & omnium Sanctorum Dei incurrat maledictionem, niſi pœnitentiam egerit. Amen.

VI.

Kayſers Heinrici III. Confirmation über die von der Königin Richeza in Pohlen, gebohrner Pfaltzgräfin bey Rhein, der unter des Ertz-Stiffts Cölln beſonderm Verſpruch und Schutz ſtehenden Abtey Bruwiller geſchenckten Güter, nebſt einer Zoll-Befreyung vor gemeldte Abtey, de Anno 1051.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si locis Deo dicatis, quibus beneficia non conferimus, ſaltem ab aliis fidelibus Chriſti tradita confirmaverimus, divinitus nos procul dubio remunerati confidimus. Quapropter fidelium noſtrorum tam præſentium quam futurorum magnitudo comperiat, qualiter quædam Domina venerabilis, Richeza nomine, Regina quondam Poloniæ, prædium ſuum Clotteno dictum cum aliis locis ſupernotatis id eſt, Cochenheimb, Ebre, Brembe, Aſche, Maßbrich, Werruß, Canebach, Wilre, Pulego, Condebo, Werle & Ryle, Enchriche, Lützenrodt, Dreiſe & Oettingen, cum mancis & mancipiis & cum omni integritate ipſius in villis, in areis, in manſionibus, in vineis & arpennis, in ſylvis & in agris, in pratis & in aquis aquarumque decurſibus & in paſcuis, viis & inviis, terris cultis & incultis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omnibus appenditiis ſuis, absque ulla ſui diminutione pro remedio animæ ſuæ, ſuique fratris bonæ memoriæ Ottonis Ducis, aliorumque parentum ſuorum in Monaſterio Browilerenſi ſepultorum libere & integre Deo ſanctoque Nicolao ad prædictum Monaſterium per manum Henrici Palatini Comitis filii Patrui ſui, ſub cujus nunc Mundiburdio manebat, contradidit, terminum etiam & bannum ejusdem Prædii, ſicut ipſa prius habuit, a fluvio Andrida usque ad fluvium Elza ita conſtituit, ut nullus ibi aliquam poteſtatem habeat, niſi Abbas ejusdem loci & villicus ejus, quem conſtituet. Quas etiam arpennas, id eſt, vineas quibusdam ſervientibus ſuis beneficiaverit, id eſt Roberto Præpoſito duas, Weringero de Salefeld duas, Sagobodoni de Odendorf duas, Sigefrido Pincernæ tres, Epponi de Altendorff duas, & Cameram juxta Dominicalem curtem Adelberto fratri Winboldi duas, Embrichoni de Gildesdorff duas, Aufrido Clerico ſuo XIIII. manſos cum mancipiis ſuis ad Lutzenrode, & unum, quod dicitur Scovvein in Clotteno, Erneſtoni fratri ſuo duos manſos, cum mancipiis in Dreiſe, Wolferum etiam tradidit illum cum ſua poſſeſſione, ea videlicet conditione, ut quamdiu vivant, Eccleſiæ bona ſ. beneficia habeant, poſt mortem vero illorum nullus heredum ſuorum quicquam de his ſibi quaſi jure hereditario vindicet, aut poſſideat, ſed in jus & dominium S. Nicolai & Abbatis ipſius ac fratrum ſibi ſervientium redeant, ut quod Abbas utilius ſibi & fratribus inde judicaverit, faciat ac diſponat. Homines etiam, quos dedit S. Nicolao, ita tradidit, ut nullus extraneas niſi forte liberas, vel ex parte S. Petri Coloniæ ducat uxores. Si autem alienas acceperit uxores, omnis hæreditas eorum & univerſa, quæ poſſident, ad S. Nicolai cedant monaſterium & nullus hæredum ſuorum in his quicquam habeat. Si vero ex poteſtate S. Petri Coloniæ uxores duxerint filii eorum iterum accipiant uxores ex poteſtate S. Nicolai, quod ſi non fecerint, omnis hereditas eorum, & omnia, quæ poſſident, ad S. Nicolai & Abbatis redeant Dominium. Eadem vero occaſione Abbas Tegeno prædicti Monaſterii, idem ei prædium promiſit, cui in beneficium, poſtquam ipſe illud in ſuum redegerat Dominium, cui ſtatim curtem Caneda & familiam quinque libras ibi ſolventem, quod fuit Ellonis beneficium ad Gevverre, tradidit; & VI. arpennas Clotteno, quæ fuerant Sicconis Comitis beneficium & duas manſiunculas, quas Wecelinus habuit, & in quibus habitavit. Tradidit etiam caſtrum ſuum Chuchomo Henrico, Palatino Comiti, filio ſuo ea ſcil. conditione, ut quamdiu viveret, ſuper ipſum Clotteno defenſor & Advocatus exiſteret, poſt obitum vero ſuum, ſi ipſe heredibus careret, proximus hæres Richezæ Reginæ advocatiam ſuper eadem bona haberet, ſi vero & ipſi hæredes defuerint, Colonienſis Archiepiſcopus eandem Advocatiam tribuat, cuicunque Abbas & fratres petierint; Sicconi vero Comiti, qui eandem Advocatiam a Palatino Comite, prædicta Regina Richeza petente, ſuſcepit, tale ſervitium tribus tantum temporibus cum ſibi ſuccedentibus advocatis conſtituit, ſcilicet, ut ad unum quodque placitum detur advocato modius unus tritici, & unus Sigilinis & ſolidi quinque levis monetæ, pro carne autem porce vel ovis quinque ſolidi levis monetæ valentes & tantum vini detur, quantum ad iſtud ſervitium conveniat, modii quinque avenæ, id eſt, ad duo placita modii decem avenæ. In natali vero Johannis Baptiſtæ in prato, quod vocatur Humut, pabulum ei detur in gramine, addito uno modio avenæ. At ſi villicus, vel de ædificiis, vel de agricultura placitum ibidem habuerit, nullum inde partem, vel juſtitiam quærat advocatus, ſimiliter & de placito, quod vocatur Budineck. Hanc autem traditionem cum moneta & mercatu per manum Henrici Comitis Palatini, ſub cujus tunc Mundiburdio manebat, in præſentia noſtra & Domini Hermanni, ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis venerabilis & pii Archi-Epiſcopi, multorumque Principum regni fecit. Quum Abbas Tegeno ejusdem Monaſterii & Sicco præfatus Comes & Advocatus ibidem ſuſceperunt, noſtram Imperialem flagitantes Clementiam, ut eadem bona Deo ſanctoque Nicolao confirmaremus; & ut navibus & bonis Abbatis & Patrum & Familiæ de Clotteno & Meſenich per Alveum Rheni ſive inſulæ, quotiescunque neceſſitas popoſcerit, liberum aſcenſum & deſcenſum, ſine aliqua exactione telonii, traderemus, quorum petitioni annuentes Chartam hanc inde conſcribi, manuq; propria ut ſubtus videtur, corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Quam ſi quis inſringere tentaverit, ad primum iram Dei ſanctique Petri ſimulque omnium Sanctorum incurrat. Signum Domini Henrici III. Regis invictiſſimi II. Romanorum Imperatoris Auguſti. Winthericus Cancellarius, vice Bardonis Archicancellarii recognovit. Dat. X. Kal. Auguſti Indict. IV. Anno Domini Incarnationis, MLI. Anno autem Henrici III. Regis, II. Imperatoris Ord. ejus XXIV. regni vero ejus, XIII. Imperii V. Actum Comphyngen feliciter Amen. Hujus rei teſtes ſunt Hermannus, Archi-Epiſc. Colonienſ. Henricus, Comes Palatinus, Sicco Comes, Starchri, Comes, Gerardus, Beringerus, Gozvvinus, Rutgerus, Embrico, Eppo, Winboldus, Auffridus, &c.

VII.

Ejusdem Diploma, die dem Ertz-Stifft Cölln geſchehene unmittelbare Unterwerffung der Abtey Bruwiller betreffend, und was derſelben mehr anhängig, de Anno 1051.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus: Notum eſſe volumus cunctis, tam præſentibus, quam futuris, qualiter Erenfridus, beatæ memoriæ Comes Palatinus, una cum conjuge ſua, Domina Mathilde Abbatiam in loco, qui vocatur Bruvvillre conſtruxerunt, quam ſecundum locum, quod a Domino fuit eis inſpiratum, compoſitam & ordinatam poſuerunt, ſub Mundiburdio S. Petri Coloniæ,

scilicet ut Abbas loci illius annis singulis trium Colonienſium monetæ denariorum pondus auri, qui lingua vulgari mancus appellant, unum ad altare S. Petri persolvat, pro censu, sicque monasterium illud in perpetuum cum universis appenditiis suis ad cætera liberum sub tutela B. Petri Principis Apostolorum ab omni posteritate permaneret intactum; postea, defunctis supradictis principibus, filii eorum Hermannus scilicet clarissimus noster sanctæ Colonienſis Ecclesiæ venerabilis, ac pius Archi-Episcopus, nec non sorores ejus, Domina Richeza Poloniæ quondam Regina, ac Theophania, Asnydenſis Monasterii Abbatissa; Hi, inquam, Parentum suorum successores, edocti a legis peritis irritari posse traditionem illam supradictam, monasterium cum omnibus eo pertinentib9 in hæreditarium sibi jus legibus postularunt, quibus loco & tempore concessis, Dn. Hermannus Archi-Episcopus cum advocato suo, Rutgero, nec non Domina Richeza cum advocato suo, Gerardo, in Paderbrunnon, Domina quoque Theophania in Goslare in meâ venerunt præsentiam, legem de prædicto postulantes Monasterio. Quibus in mea præsentia placito indicto, legibus discussis filii parentum suorum hæreditatem Principum obtinuere judicio. Sed mox amore & timore Dei commoti pro se suorumq; parentum æterna memoria, eandem hæreditatẽ, præfatum scil. monasterium, cum omnib9 aliis locis subternotatis & universis adhoc pertinentibus, i. e. Lövenick Uremyrsdorff, Danswilre, Gleſene, Kirdorff, Sindere, Manſtede ſ. Mannede, Rhindorff, Slenderhagen cum omnib. appenditiis suis, h. e. utriusq; mancipiis, locis, ædibus, terris cultis & incultis, viis & invijs, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis aquarumq; decursibus, molis, molendinis, piscationib9, exitibus, reditibus, quæsitis & inquirendis, cum omni utilitate, quæ nullo modo inde provenire poterit, Dn. Hermannus Archiepisc. & Domina Richeza in P.derbronnon, Domina vero Theophania paulo post in Goslare rata ac perpetua traditione S. Petro Coloniæ in perpetuam proprietatem absque omni exceptione cum advocatis suis in manus Christiani advocati sui, tam liberum ab omni servitute donando tradiderunt, quam propter Abbatem & fratres ejusdem loci nulli hominũ in aliquo Jure teneatur obnoxium. Terminum etiam ac bannum ejusdem prædii prædicto monasterio, sicut eorum progenitores habuisse noscuntur, designantes a via, quæ dicitur Jacobsweg, usq; ad viam Hespath: rursumq; a via Hespath ad viam Regiam, & a via Regia per cursum rivuli, qui dicitur Visbach, usq; trans fluvium, qui dicitur Arnese, ita constituerunt, ut nullus ibidem aliquid juris vel potestatem habeat præter Abbatem ipsius loci, & villicum quemcunq; statuerit. In eodem quoque prædio quatuor sylvas, quarum nomina sunt Wiedeßhowe, Hanepuţe, Aßp, & Brom eidem Monasterio cum omnia sua integritate contulerunt, quarum duas, i. e. Wiedehowe & Hanepuţe illi solummodo familiæ Ecclesiæ, quæ censum solvit ad sublevamen concesserunt, ita tamen ut nullus extraneus aliquid juris in eis habeat; Porro duas reliquas, i. e. Assp & Brom libere & integre ad Cameram Abbatis constituerunt: cui etiam Abbati singulariter duas paludes, unam inter Synlere & Gleſſene, alteram circa fluvium Arnese, a sylva quercea usq; ad pontem Turre, tali jure tradiderunt, ut nemo in his præter Abbatem aliquam potestatem usurpare præsumat, neque aliquis ibi excepto Abbate & fratrib9 piscari audeat: prata quoque, quæ ipse Ezzo Comes Palatinus tunc habuit, vel Abbas vel fratres ejusdem loci acquirere potuerint, in illis terminis, qui vulgo dicuntur Cuppelenwede, quorum terminorum duos S. Petro dedit, unum in Thoneburgh, alterum circa ripam Arnese, tali eos pace habere decreverunt, ut nulli penitus quicquam juris inde facere compellantur. Sylva etiam, quæ præ magnitudine die Velle nuncupatur. Dn. Ezzo memoratus Comes Palatinus & frater ejus Comes Ezelinus, dum communi utilitate possiderent eandem utilitatem parcientes, ob remedium suarum animarum duobus cœnobiis tradiderunt. Comes Palatinus suam quidem partem S. Nicolao in Bravviler, frater vero ejus suam S. Cornelio cum prædio Bercheim, hanc utrobiq; legem statuentes, ut nullus in prædicta sylva, aliquid potestatis aut juris habeat præter supradictorum Cœnobiorum Patres & mansionarios illos, qui in bonis Ecclesiæ destructa resarcire & communire debebunt, vel quibus ipsi Abbates per misericordiam concesserint; nullus autem extraneorum in ea aliquid quasi per justitiam usurpandi licentiam habeat, præter illos tantum, quos prædicti Abbates in illam persolvendo sibi frumento consignaverint, qui vulgo dicuntur Werlude, ea tamen conditione, ut si ipsi homines aliquid contrarii admiserint, liceat ipsis Abbatibus eos inde expellere, & alios quos voluerint, pro eis admittere: si quis autem absq; eorum concessione aliquid in illa sylva præsumpserit, & forestarius Abbatis in Bruvvilre hoc deprehendens aliquid pro pignore detinuerit, utriq; Abbates ex æquo partiuntur eadem vicissitudine custodita, ex parte Abbatis S. Cornelii, si forestarius ipsius idem deprehenderit, simili modo partiendo, nec suis Advocatis inde aliquid dare, aut respondere tenebuntur. Venerabilis itaque Archiepisc. Dn. Hermannus suæq; sorores prænominatæ tam piam ac sanctam imitati devotionem & factam ab eo traditionem approbantes, dictam sylvam cum suis utilitatibus præfato Cœnobio adjecerunt ea ratione, quod tam Caminatæ Abbatis, quam fratrum Officinis id est, coquinæ, pistrino, infirmorum domibus vel ubicunque justa ordinatione fratrum necessitas postulaverit, usus necessarius in perpetuum inde perveniret. His itaque per omnia, perinde & distincte persecutis, & traditione legitima atque competente peracta, rituque legali Colonienſis Ecclesiæ proprietate confirmata, ipsi qui tradiderant, nostram adivere clementiam, rogantes, ut eam loco prædicto libertatis gratiam statueremus, quatenus ab omnium præsentium ac futurorum tam Pontificum, quam Regum seu Imperatorum quorumlibet dominatu lætius, tam pro nostra, quam pro ipsorum salute, vacaret. Quod si etiam Abbas loci ad Dominum migraverit, i. e. infra locum frater idoneus electum a Monachis Archi-Episcopus Abbatem constituat; Si vero secum non invenerint, in alios Archiepiscopi monachos patrem eligat monasterii, qui ab Archiepiscopo ipsum ordinante præficiatur, Archiepiscopus quoq; Abbatis consilio advocatum constituat, dummodo Abbas idoneum velit, sub quo nequaquam alius fiat, quem secundum vocant advocatum, hanc eorum petitionem justam ac piam agnoscentes, annuente simulq; regnante Dn. Hermanno, tunc temporis in Urbe sancta pio ac venerabili Archiepiscopo, qui & ipse traditionem fecerat, Advocato quoque Domus S. Petri Christiano præsente atque assentiente voluntati eorum præbuimus assensum, loco illi scilicet Bruvvillare prænominatam Abbatiæ libertatem statuentes, atq; ut rata & inconvulsa maneat in perpetuum. Chartam hanc libertatis ei conscribi, manuque propria, ut subtus videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri, quã si quis infringere tentaverit, ad primum iram Dei sanctiq; Petri simulq; omnium Sanctorum incurrat, sciatque se compositurum auri purissimi libras centum, nostræ Cameræ medietatem, Archiepiscopo alteram medietatem persolvat.

Signatum uti supra.

VIII.

Ejusdem Diploma, worinn er determiniret, wie weit sich die Gewalt eines Advocaten in der dem Ertz-Stifft Cölln ohne Mittel unterworffenen Abtey Bruwiller erstrecken, auch was er von selbiger zu genieſſen haben solle, de Anno 1051.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus præsentibus & futuris, quod Chariſſimus Noster Hermannus, S. Colonienſis Ecclesiæ Venerabilis ac pius Archi-Episcopus, nec non soror ejusdem Domina Richeza Regina quondam Poloniæ, ad nostram accedentes præsentiam, Abbatiam in loco, qui Bruvillare dicitur a suis parentibus, Dn. Ehrenfrido, scil. Comite Palatino, & sua conjuge, Domina Mathilde, primum fundatam, dehinc post decessum eorum ad ipsos jure hæreditario devolutam, ipsum etiam prædium Bruvvillre cum omnibus appenditiis suis, sicut ab ipsis devote Deo Sanctoque Nicolao traditum ac pia dispensatione primum fuerat constitutum, sibi in jus hæreditarium legibus postularunt. Quibus in mea præsentia, placito indicto, legibus discussis filii Parentum hæreditatem justitia dictante præsentium Principum obtinuerunt. Qui amore & timore Dei commoti, pro se suorumque parentum, fratrum & sororum in gremio ejusdem Ecclesiæ sepultorum, æterna memoria dictum prædium Bruvvilre cum omnibus appenditiis suis & cum omni integritate scilicet in agris, pratis, aquis, pascuis, sylvis Deo ac piissimo Nicolao & fratribus ibidem Deo servientibus perpetuo possidendum, secundum definitionem ac liberam parentum suorum traditionem pari devotione contulerunt. Terminum etiam & bannum ipsius prædii, prædicto monasterio, sicut eorum progenitores habuisse noscuntur, designantes a via, quæ dicitur Zajepsvveg, usque ad viam Hespach, rursumque a via Hußbach, usque ad viam Regiam, & a via Regia per cursum rivuli, qui dicitur Vischbach, usque trans fluvium, qui dicitur Arnese, ita constituerunt, ut nullus ibidem aliquid juris & potestatis habeat, præter Abbatem ipsius loci, & villicum ejus, quemcunque statuerit: pro abundanti quoque cautela B. Petro, S. Colonienſis Ecclesiæ advocato, summo Patrono, idem monasterium, dictumque prædium in proprietatem absque omni exceptione, in manus Christiani Colonienſis Advocati rata & perpetua donatione tradiderunt, quatenus idem locus ab omnium præsentium & futurorum tam Pontificum, quam Regum, seu Imperatorum quorumlibet Dominatu lætius, tam pro nostra quam pro illorum salute vacaret. Verum quod plerumque accidit, servos Dei aut perfidorum violentiis opprimi injuriis, seu damno fatigari, canto deliberationis moderamine constituerunt, ut Colonienſis Archiepiscopus de consilio &

vo-

voluntate Abbatum dictæ Eccleſiæ advocatum præficiat, dummodo Abbas velit idoneum, poſt quem, qui ſecundus dicitur Advocatus, nullo modo ſubrogetur; de ſervitio etiam, quod exhibendum erit hujusmodi Advocato ſic ordinaverunt, ſcilicet ut tribus anni temporibus, quibus legitima placita obſervanda erunt, cum viginti equis Advocatus in locum veniat & prima nocte, qua venerit, ſequentique die ſervitium ei Abbas tribuat, ut tantum ſufficiat, dehinc mane ſcilicet tertia die prandium ſolummodo recipiat & recedat. Ipſe quoque Advocatus caveat, ne ſuper ſtatutum ſibi ſervitium ſuperfluum aliquid exigat, vel requirat. Si vero plures ſecum adduxerit, in Abbatum erit arbitrio, ipſis aliquid, aut nihil dare; familia quoque ejusdem Eccleſiæ obſervet placitum ejusdem advocati tribus anni temporibus & non amplius. Quoties vero Abbas, vel ſuus Villicus apud Bruvvilre, vel quolibet in loco, infra terminos Abbatiæ placitum habere voluerit, quod vulgariter Beding dicitur, id ſuæ ſit poteſtatis, nihilque in tali placito Advocatus requirat, aut vendicare præſumat: Hujus igitur Conſtitutionis paginam, quæ ad inſtantiam ſupra memorati Colonienſ. Archiepiſcopi & ſuæ Sororis Dominæ Richezæ Reginæ, in Noſtra Primorumq; Regni præſentia juſte & rationabiliter ordinata eſt, ut rata & inconvulſa in perpetuum permaneat, manu propria, ut ſubtus videtur, corroborantes noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri. Quam ſi quis infringere tentaverit, Dei Omnipotentis Petri & omnium Sanctorum incurrat iram, & ut violator noſtræ conſtitutionis perdat Advocatiam illam, ſciatque ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum noſtræ Cameræ medietatem, Archi-Epiſcopo alteram medietatem. &c.

Signum uti ſupra.

IX.

Teſtamentum der Königin Richezæ in Pohlen, gebohrner Pfaltzgräfin bey Rhein, worinn ſie die dem Ertz-Stifft Cölln geſchehene ohnmittelbare Subjection der Abtey Bruwiller beſtätiget, und demſelben etwas legiret, de Anno 1501.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Sicut Religioſa & pia ſemper Parentum ſolicitudo quodam affectu dilectis filiis non ſolum in temporalibus ad præſens, ſed etiam de manſuris providere debet in futurum; ſic devota filiorum ſucceſſio rationabilia parentum Deoque placita inſtituta non tantum debet inconvulſa cuſtodire, verum ad inſtar ſervorum fidelium ſibi creditum a Domino talentum geminando per opera miſericordiæ & ſemper ad meliora proficiendo æternæ retributionis præmium fiduciali-ter expectare, inde eſt, quod Ego Richeza, Poloniæ quondam Regina, poſt deceſſum Patris mei, Dn. Erenfridi, Illuſtriſſ. Comitis Palatini, & matris meæ, Deo Devotiſſimæ Mathildis, Brunvvillerenſi Cœnobio ab ipſis primum fundato, paternæ donationis intuitu, debitam cupiens exhibere reverentiam; poſſeſſiones ad ipſum prædium Bruvviller pertinentes, cum villis, agris, manſis, mancipiis, ſylvis, pratis, paſcuis, molis, molendinis, aquis aquarumque decurſib9, quæſitis & acquirendis in ipſo termino conſtitutis; Clotteno etiam ſuper Moſellam cum ſuis appendiciis Meſenich & Rile, cum omni integritate, ſicut pater meus ea jure proprietatis legitime & pacifice poſſederat & jam dudum vivus & incolumis pro remedio animæ ſuæ & matris meæ defunctæ præfato monaſterio, cum filiorum conſenſu, libere tradiderat; quemadmodum in Privilegio Dn. Piligrini venerabilis Colonienſis Archiepiſcopi continetur, hæc, inquam, Deo ſanctoq; Nicolao conſignara, ſecundum Patris mei conſtitutionem non ſolum rata & inconvulſa cuſtodire curavi, verum etiam de meo Patrimonio adhuc mihi ſuperſtite Chriſtum faciens heredem, ob ſempiternam Parentum & fratrum meorum in gremio ejusdem Eccleſiæ ſepultorum meiq; memoriam. D. Nicolao Præfati Cœnobii Patrono arpennas 21. in Clotteno perpetua traditione adjeci, mihiq; in eodem loco poſt deceſſum meum, locum requietionis & ſepulturæ deſtinando prævidi. Si quis autem hanc meæ conſtitutionis paginam infringere, vel auſu temerario violare præſumſerit, iram Dei omnipotentis, & B. Petri Principis Apoſtolorum S. Nicolai & omnium Sanctorum incurrat, & niſi mature reſipiſcat, authoritate Patris & Filii & Spiritus S. perpetuo anathemati ſubjaceat. Verum ne quis huic liberæ meæ traditioni in ſua ſimplici veritate derogare poſſit in futurum, contra perfidorum machinationes præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione munire & roborare curavim9, teſtibus idoneis, qui hoc viderunt & audierunt, ſubter notatis: Henricus Comes Palatinus, Ruotgerus Advocatus, Gerhardus Comes, Gosvvin9, Starckero, Sicco Comes, Ruotpertus, Cappellanus, Embrico, Eppo, Wmboldus, Ansfridus, Henno. Data 7. id. Septembr. Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo LI. Indict. 4. Regnante Henrico III. Romanorum Imperatore &c.

X.

Ertz-Biſchoffs Annonis II. zu Cölln Vergleich mit der Königin Richeza in Polen, vermöge deſſen dieſe dem Ertz-Stifft Cölln das Gut Salefeld mit ſeinen Pertinentien, gegen anderwärtige Ergötzung auff Lebens-Zeit, zu ewigen Zeiten überlaſſen, de Anno 1057.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Anno ſecundus, divina præſtante Miſericordia Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus. Conſiderans ego, quod fecit mihi Dominus magna, qui potens eſt, anxius factus ſum pro eo, quod vix invenerim, quod retribuerem Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. His curis æſtuanti mihi, divina pietas viam aperuit, qua pergens eo, quo deſideraveram, attingere poſſe ſperaveram, ſcil. aut ampliando Eccleſiam dono Dei mihi commiſſam, his, qui me præceſſerunt, viris, toto pene orbe terrarum tum ſanctitate, tum patrimonio, tum generis claritate conſpicuis, ut pace illorum dicam, me ſtudioſius operantem parem illis factum eſſe dicere non formidem. Inde occaſione data Dominam Richezam, Reginam ſuper quibusdam prædiis Salefeld, videlicet & Koburg quatenus de his precariam conſentiens ea S. Petro Coloniæ traderet, convenimus. Quod cum in aditu primo parum ad votum reſponderet, voluntas Dei fuit, ut non longo poſt tempore, quod quærebamus proſperum ac felicem haberet exitum. Unde notum eſſe volumus cunctis tam futuris, quam præſentibus Domini Dei & S. Petri fidelibus, qualiter Starckhare quidam vir ingenuus & Comes, miles ipſius Reginæ, præcepto atque petitione Dominæ ſuæ, Salevelde Caſtellum cum omnibus & univerſis ad hoc pertinentibus terris & ſylvis foreſtis atque piſcationibus, pratis, paſcuis & familiis, & quicquid ipſa proprietate habere viſa eſt, exceptis ſervientibus, S. Petro Coloniæ ad uſum Archi-Epiſcopi, Chriſtiano Advocato tradidit jure perpetuo poſſidendum: eo videlicet tenore, ut ipſius prædii uſum fructum Domina Richeza, usque in finem vitæ ſuæ teneat; ea quoque ratione ac firmiſſimo interdicto, ne unquam aliquis Archi-Epiſcoporum per concambium, vel cuiquam in beneficium dando, Salefeld, vel ad hoc pertinentia a Dominatu ſuo faciat alienum, niſi forte quantum nos cum ejusdem Reginæ conſilio pro anima noſtra, nec non ipſius ſuorumque Parentum per monaſteria Coloniæ diſtribuendum ex ipſo ſtatuerimus, ſed & decimam veſtimentorumque ſive ejusdem generis pannorum, nec non & Lodicum Mellis & Ceræ in uſum Monachorum in Brunwilze Regina diſpoſuit. Nos quoque pro devotione Chriſtianiſſimæ Reginæ, non multa quidem a nobis quærenti, quantum tamen ipſa propoſuerat in precariam ejus conceſſimus, has videlicet villas Dominicatus noſtri ei tradentes usque in finem vitæ ſuæ cum omni utilitate poſſidendas, Gedtebach, Brikenheim, Wictolo, Moffendorff, Muotersheim, Blasheim, Zuovero: inſuper annis ſingulis Centum Marcas argenti de Camera noſtra. Quæ omnia eo tenore facta ſunt, ut ſi quis vel Rex, vel Epiſcopus, ſive ipſe ego, vel aliquis Succeſſorum meorum, de his omnibus ei aliquid minuere, vel aliquo modo mutare, niſi ipſa petente, tentaverit; Odium Dei & S. Petri incurrat, ipſaque ſit potens Salevelde & omnia ei per continentia recipere eisque ut propriis uti. Tradidit quoque Domina Regina imo ſupradictus Comes Starckhare, ſervientes, quos ſupra excepimus omnes utriusque generis ad hæc prædia pertinentes, præcepto ac petitione Dominæ ſuæ ad altare S. Petri ſub cenſu duorum denariorum annis ſingulis, quatenus ipſi & omnis poſteritas eorum, ſub ea lege permaneant, quem omnes ſimilem cenſum ad altare ſolvant. Illud quoque firma ratione conſtituens, ut liberis...venatoribus, ſive cujuscunque generis hominibus ad hanc donationem pertinentibus, quæ ſuis temporibus jura & optimas conſvetudines habuiſſe probare poterint.... Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLVII. Ind. X. VII Kal. Julii facta eſt hæc traditio de Salevelden, ſecundum legem & ritum gentis illius; cujus rei teſtes ſunt hi aſtantes, quidem & videntes traditionem: Otto, Comes Ottlogh, Wettego, Romzezo, Herman, ejusque filius Herman, & iterum Herman, Rusgehart, Gerward, Adelger & iterum Adelger, Günther, Ratheor, Mazzo, Ruodolf, Herman, Adolhart, Gerart, Uſiro, Helmbold, Ruozelin, Adolich, Marlog, Unicho, Becho, Babo, Gadelherr, Starckhare. Quando Domina Regina ſtans in Domo S. Petri traditionem hanc recognovit & Starckhare Comes ita, ut in Salveld tradidit, S. Petrum ita veſtivit. Teſtis eſt Colonienſis Clerus & Populus, tum hi, qui ſubter notavimus: Berthold, Sicco, Ruotger, Adolff, Chriſtian, Ingram, Bering, Adelger, Burghard, Thirmar, Herman, Arnold, Gotfried, Verrinig, Sigebold, Waltaw, Rur, Gozwin, Wecho, Cuno, Wigman, Herman, Herwart, Bertholdt.

XI.

Pabſts Alexandri II. Privilegium vor die dem Ertz-Stifft Cölln unterworffene Abtey Siegeberg, de Anno 106---

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Annoni Archiepiſcopo ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ in Chriſto Jeſu fratri chariſſimo.

Quod a nobis Deo dilecte frater expetis: ex officio ſuſcepto, & apoſtolica auctoritate univerſis debemus Eccleſiis: At mihi tecum, in Deo dilecte frater, aliter agendum eſt, quippe apud virum religioſum, & revera tam operibus, quam nomine Epiſcopum. Itaque ex parte Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancti Dei genetricis Mariæ, ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, omniumque ſanctorum & electorum Dei, confirmamus & corroboramus Abbatiam illam in perpetuum, ne qua perſona magna, vel parva, non aliquis ſucceſſorum tuorum, non Rex aut Comes, nullus, inquam hominum ex ea quidquam ad deſtructionem, loci demoliri audeat: verum omnibus collatis & conferendis pax ſit permanens & inconvulſa, & prima iſta qua modo inſtituuntur, apud Monachos permaneat conſvetudo, ſitque illis de Abbate libera electio. Si quis hujus noſtri privilegii temere violator extiterit, perpetui anathematis vinculis ſe innodandum noverit, niſi forte reſipiſcens digne ſatisfecerit. Qui vero pia devotione obſervator eſſe ſtuduerit; peccatorum ſuorum omnium conſequatur veniam, & æternæ beatitudinis gloriam mereatur.

XII.

Pabſts Gregorii VII. Breve an Ertz-Biſchoff Annonem II. zu Cölln, worinn er denſelben einen Verweiß giebt, daß er an ihn, als Pabſt, noch nicht geſchrieben, de Anno 1074.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Annoni, Colonienſi Archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quanta caritate Romanæ Eccleſiæ Colonienſis in omnibus obſequendo conjuncta fuerit, dignitas vobis collata teſtatur. Quæ nimirum caritas adeo in te videtur tepuiſſe, ut ex eo, quo ſuſceptæ adminiſtrationis laborem ſubivimus, nullas viſitationis tuæ, præter has nuperrime miſſas literas receperimus; cum id nobis viſitationis frequentius impendendum putemus, qui ob recordationem diſciplinæ, qua tempore anteceſſoris noſtri in eccleſia Colonienſi enutriti ſumus, ſpecialem ſibi inter cæteras occidentales eccleſias dilectionem impendimus, &, ſicut adhuc Romanæ eccleſiæ filii teſtantur, tempore beati Leonis Papæ Trevirenſi Epiſcopo pro honore eccleſiæ veſtræ, quod idem beatus Leo ægre tulit, viribus totis reſtitimus. Sed his noſtris ſtudiis debitæ dilectionis non exhibentes viciſſitudinem, merito vos non ſolum negligentiæ, ſed quaſi promovendæ litis arguere poſſumus, juxta illud: qui non eſt mecum, adverſum me eſt; licet hanc litem virga apoſtolicæ correctionis, Deo auxiliante, nobis facillimum ſit dirimere. Si enim honorem beati Petri, non in totum, ſed in partem Coloniæ, & non Romæ probaverimus te diligere, tu nos quoque in totum, neque in partem poteris habere. At ſi ex negligente ſolicitum, & ex tepeſcente calidum te amor & reverentia matris tuæ ſanctæ Romanæ fecerit, non in partem, ſed in totum communis piſcatoris noſtri gratiam, noſtramque dilectionem ſine dubio obtinebis. Data Romæ, decimo quarto Kalendas Maji, indictione duodecima.

XIII.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Annonem II. zu Cölln, worinn er ihn ermahnet, nebſt ſeinen Suffraganeis die Decreta des Röm. Stuhls von der Keuſchheit der Cleriſey, in einem öffentlichen Synodo zu promulgiren, auch wider diejenigen, ſo des Laſters der Simonie ſchuldig, nach den Statutis der Röm. Kirche zu verfahren, de Anno 1075.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Annoni, Colonienſi Archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Conſtat eccleſiam Colonienſem inter cæteras Regni Teutonici eccleſias ſanctæ & Apoſtolicæ ſedi, cui Deo auctore deſervimus, ita fide & dilectione atque obſequiis ab annis prioribus eſſe devinctam, ut ſingulari familiaritate & gratia caritatis apud eam, tanquam apud matrem, dulciſſima filia præpolleat. Quem benevolentiæ laudabilis uſum ab anteceſſoribus noſtris ad nos usque deductum non ſolum obſervare, ſed etiam ampliare & augmentare pro rerum opportunitate & temporum modis omnibus

omnibus paratus. Hinc etiam, cariſſime frater, de obedientia tui ſecurior fiducialius adhortor & moneo, atque communis Domini beati Petri auctoritate præcipio, ut ad caſtitatem clericorum prædicandam atque inculcandam, juxta patrum Decreta, & auctoritatem canonum, cum ſuffraganeis tuis omnibus ſtudioſius accingaris, ut ſponſæ Chriſti, quæ maculam neſcit aut rugam, candidatæ immaculatæ familiæ gratioſum exhibeatur officium. Novit enim fraternitas tua, quia præcepta hæc non de noſtro ſenſu exſculpimus, ſed antiquorum patrum ſanctiones, Spiritu ſancto prædicante, prolatas, officii noſtri neceſſitate in medium propalamus, ne pigri ſervi ſubeamus periculum, ſi Dominicam pecuniam, quæ cum fenore repoſcitur, ſub ſilentio abſcondamus. Quamquam huic ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſemper licuit, ſemperque licebit, contra noviter increſcentes exceſſus nova quoque decreta atque remedia procurare, quæ rationis & auctoritatis edita judicio, nulli hominum ſit fas, ut irrita, refutare. Urget nos etiam timor illius maledicti, quod per Salomonem depromitur, usque ad id quod in ſuperiore epiſtola ait: Obedientia ergo eſt, ſine qua licet fidelis quisque videatur, infideles eſſe convincitur. Sed ut ea, quæ dilectioni tuæ injungimus, compendioſius efficaciusque proſequaris, cum fratribus & coëpiſcopis tuis concilium te cogere ſvademus, in quo, quam maximo poteris clericorum cœtu congregato, leges canonicas, & ſedis apoſtolicæ auctoritatem, tuamq; & confratrum omnium, patenter promulgabis; quanta caſtitatis ſit virtus, quamque eccleſiaſticis gradibus neceſſaria, ſeu quam ſponſi virginis, & virginis ſponſæ cubiculariis ſit competens, ut, Deo donante, noſti, latius expones. Subinde firmiter pronunciabis non ulterius ſibi licere, quod in perniciem ſui hactenus uſurparunt; cum tolerabilius omnino ſit ceſſare ab officio quam inceſtam, vel etiam moleſtam ſuo ſalvatori ingerere ſervitutem; & inde ſibi iram coacervare, atque ſupplicium, unde præmium debuit emereri. Quod ſi te fideliter hæc & firmiter exequentem tribulatio ac perſecutio invenerit, reſpice ad eum, qui dixit: Confidite, ego vici mundum. Nos quoque clypeo beati Petri munitos indubitanter noveris, ſeu ad repellendos hoſtes, ſi poſſumus, ſeu ad protegendum te omni hora paratiſſimos inveniri. Illud fraternitati tuæ notum eſſe volumus, contra Simoniacam hæreſim in Synodo confirmaſſe (nam a ſanctis patribus longe ante ſtatutum eſt) ac vehementer prohibuiſſe, ut neque eccleſiæ ullatenus vendantur, aut pro manus impoſitione precium accipiatur. Quod ſi hoc modo ordinatus aliquis fuerit, eum a miſſæ celebratione & evangelii lectione omnimodis removemus, &, ut hæc diligenter obſervetis, enixius admonemus. Data Romæ quarto Kalendas Aprilis, indictione decima tertia.

XIV.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Annonem II. zu Cölln, worinn er ihn, den Streit zwiſchen dem Biſchoff zu Oßnabrück und Abt zu Covrey beyzulegen, auch die ihm untergebene Cleriſey zur Keuſchheit anzuhalten, ermahnet, de Anno 1075.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Annoni, Colonienſi Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ut diligentia tua, dilectiſſime frater, reminiſci poteſt, legati noſtri Ubertus, Præneſtinus, & Giraldus, Oſtienſis Epiſcopi ad partes veſtras deſtinati, litem quæ inter Bennonem Oſenburgenſem Epiſcopum & ----Corbeienſem Abbatem, ac quandam Abbatiſſam verſabatur, ad ſe, ut dirimetur delatam, tuæ venerandæ ſolertiæ juſte diffiniendam commiſerunt. Verum neſcio, qua obſtante cauſa, adhuc indiſcuſſa remanere nobis perhibetur. Quapropter caritatem tuam, frater cariſſime, iterum duximus adhortandam, ut præfatum negotium diligenter audias, & legitime diffinias. Cæterum ſi aliqua ratio, quæ hoc perficere nequeas obſtiterit, his ſibi literis oſtenſis nos ad ſynodum in prima proximæ quadrageſimæ hebdomada agendam adire commoneas; quatenus controverſia inter eos diu protracta, omni occaſione propulſa, canonicum finem accipiat. Præterea ſolicitudinem tuam ex parte beati Petri communis patris & Domini inſtanter admonemus, ut non ſolum in eccleſiæ tuæ diœceſi, ſed etiam in omnibus ſuffraganeorum tuorum parochiis, presbyteros, diaconos, & ſubdiaconos admonitionibus tuis caſte vivere facias: quoniam, ut fraternitas tua novit, cæteræ virtutes apud Deum ſine caſtitate nihil valent, ſicut nec ſine cæteris virtutibus caſtitas. In hoc igitur diligens & ſolicitus ſtudeas, quatenus, ſicut in aliis virtutibus tuis, ſic in Petrum Apoſtolorum debitorem facias. Data Romæ decimo quarto Kalendas Decembris, indictione decima tertia.

XV.

Pabsts Eugenii III. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln, de Anno 1151.

EUgenius, servus servorum Dei, venerabili fratri, Arnoldo, Colonienſi Archiepiſcopo, ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis.

In eminenti apoſtolicæ ſedis ſpecula, divina diſponente gratia, conſtituti, ex injuncto nobis a Deo apoſtolatus officio, fratres noſtros, Epiſcopos, ſincera caritate diligere, & eccleſiis eorum regimini & gubernationi commiſſis, ſuam debemus juſtitiam conſervare. Sicut enim in humani compage corporis naturalis ratio ſingulis quibusque membris ad ſalutem providens, ſpeciales & proprios actus edocet, nobilioribus vero ſuam dignitatem conſervat: ita in corpore eccleſiæ apoſtolica providentia ſecundum ſacrorum canonum inſtitutiones, univerſas regit eccleſias; digniores autem & famoſiores in ſui ſtatus prærogativa cuſtodit. Æquum itaque & rationabile eſt, ut ſuus unicuique honor eccleſiæ, & propria jura munimine ſedis Apoſtolicæ confirmentur. Quocirca, dilecte in Chriſto frater Arnolde, Archiepiſcope, tuis juſtis poſtulationibus benignum impertientes aſſenſum, ad exemplar prædeceſſoris noſtri, felicis memoriæ Leonis IX. papæ, beati Petri Colonienſem eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub ipſius Apoſtolorum principis, cujus in loco, licet immeriti, reſidere conſpicimur, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona, eadem eccleſia impræſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Pallii quoque uſum, & vivificæ crucis vexillum, atque naccum, inſigne videlicet feſtivi equi, quæ prædeceſſoribus conceſſa ſunt, ſuo tempore ſuoque loco ferenda, nos tam tibi, quam tuis ſucceſſoribus confirmamus: adjicientes, ut nulli primati, niſi tantum Romano pontifici, debeas eſſe ſubjectus. Pro amplioris etiam & ſpecialioris gratiæ prærogativa ordinationem Regis infra tuam provinciam tibi duximus concedendam. Et ſi Romanus pontifex, vel apoſtolicæ ſedis legatus in eadem provincia concilium celebraverit, tu poſt eos primum inter alios locum obtineas. Statuimus præterea, ut ſeptem idonei presbyteri cardinales in prædicta eccleſia ordinentur, qui induti dalmaticis, & mitris ornati, ad principalia duo altaria ejusdem eccleſiæ, cum totidem Diaconibus & Subdiaconibus, quibus ſandaliorum uſum concedimus, Miſſarum ſolennia in feſtivis diebus tantummodo adminiſtrent. Ut ergo hæc omnia, quæ ſupra diximus, plenium in poſterum robur obtineant, ſicut in privilegiis prædeceſſorum noſtrorum continentur, tam tibi quam ſucceſſoribus tuis ea favoris noſtri autoritate firmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva in omnibus Apoſtolicæ ſedis autoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptionis noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius, catholicæ eccleſiæ Epiſcopus,
Ego Ymarus, Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Nicolaus, Albanenſis Epiſcopus.
Ego Hugo, Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Gregorius, presbyter Cardinalis tituli ſancti Calixti.
Ego Hubaldus, presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Praxedis.
Ego Manfredus, presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Savinæ.
Ego Gvido, presbyter Cardinalis tituli ſancti Paſtoris.
Ego Bernardus, presbyter Cardinalis tituli ſancti Clementis.
Ego Gerardus, presbyter Cardinalis tituli ſancti Stephani in monte Cælio.
Ego Otto, Diaconus Cardinalis ſancti Gregorii ad Velum aureum.

Ego

Ego Rodulphus, Diaconus Cardinalis ſanctæ Luciæ in Septiſoliis.
Ego Gregorius, Diaconus Cardinalis ſancti Angeli.
Ego Joannes, Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ novæ.
Ego Gvido, Diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ in porticu.
Ego Hyacinthus, Diaconus cardinalis ſanctæ Mariæ in Coſmedin.
Ego Cencius, Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ Akyto.

Datum Signiæ, per manus Boſonis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſcriptoris VI. Idus Januarii, Indictione decima quinta, Incarnationis Dominicæ anno 1151. pontificatus vero Domini Eugenii III. Papæ anno ſeptimo.

XVI.

Ertz-Biſchoffs Philippi I. zu Cölln Diploma, worinn er die zwiſchen ſeines Ertz-Stiffts Burggrafen und Advocaten in der Stadt Cölln, wegen des Witzichgedings, entſtandene Streittigkeiten, aus einem alten Privilegio der Stadt Cölln abgethan, de Anno 1169.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Philippus, divina favente clementia, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus omnibus tam futuris, quam præſentibus in perpetuum. Ne ea, quæ aguntur in tempore, ſimul cum tempore labantur, ſolent in dictis teſtium & ſcripturæ memoriæ perennari. Ea propter univerſorum notitiæ cupimus declarari; quod cum inter fideles noſtros Henricum, virum Nobilem de Arberg, Burggravium noſtrum Colonienſem, & Gerhardum militem de Eppendorp, Advocatum noſtrum Colonienſem, ſuper Judicio quod Witzichgedinge dicitur, coram nobis, Prioribus & fidelibus noſtris præſentibus, quæſtio verteretur, & idem Burggravius firmiter aſſereret, & allegaret juris ſui ab antiquo eſſe, quod ſolus judicio, quod Witzichgedinge dicitur, præſidere deberet, & absque Advocato noſtro Colonienſi prædicto frangere ædificia, quæ Burgegimbre dicuntur, & jam dictus Advocatus e converſo proponeret, juris ſui eſſe, ædificia dicta una cum eo debere frangere, Nos tandem, quia de judicio hujusmodi non conſtitit, habito fidelium noſtrorum prædictorum conſilio, vocari fecimus Magiſtros Civium & Scabinos noſtros Colonienſes, ac officiatos de Rycherzeggede, & jurari fecimus eosdem, cum jura Civitatis Colonienſis eis eſſent agnita, & ea in ſuis privilegiis haberent ſcripta, quid de hujusmodi judicio ſentirent vel ſcirent, nos inſtruere vellent, qui inter ſe habito conſilio, ſcrinium ſuum, in quo privilegia ſua erant recondita, licet invite aperuerunt, & quoddam privilegium, cujus ſcriptum vix ex nimia vetuſtate intueri poterat, extraxerunt, & nobis exhibuerunt, in quo una cum prioribus noſtris videmus contineri, quod Advocatus noſter, qui in eodem privilegio Schultetus Archiepiſcopi Colonienſis nominabatur, una cum dicto Burggravio Colonienſi in omnibus cauſis judicio præſidere debet, excepto judicio quod Witzigedinge dicitur, & judicio de hæreditatibus infra Coloniam ſitis, quibus dictus Burggravius ſolus judicio præſidere debet, & quæſtum de eisdem provenientem recipere. Item continebatur in eodem privilegio, quod una nobiſcum Bannum judicii in judicio teneat, cum in ſuo Banno talis ſit vis, quod ille, ſicut & nos bannire, proſcribere eos, qui de jure fuerint proſcribendi, & etiam ab eodem præſcriptos in jus ſuum, in quo prius fuerunt, reſtituere poterit; Et continebatur in eodem privilegio, quod ſi quem, ad inſtantiam cujuscunque, vocare deberet ad judicium, illum talibus verbis Teuthonicis vocare debeat: Einen N. von N. klaigen umb die offene Wunde, off blengende Dait off Doitſchlag, off Wurff, off ſtich, off vrab nottzucht off von welcher noit dat id ſy, den heiſchen ich herin ein Werff, ander Werff, derde Werff, und bannen In mit meinem Banne her int gedynge zo rechten Gerichte ꝛc. Et Advocatus & illi, quibus judicia committuntur vocare debent, & dicere verba prædicta, eo excepto, quod dicent, indbannen Ine mit meines Herren Banne her int gedinge zo rechten Gerichte ꝛc. Item continebatur in eodem privilegio, quod Cives noſtri Colonienſes a Prædeceſſoribus noſtris Archiepiſcopis, talem obtinuerunt libertatem, quod neque nos, neque Succeſſores noſtri, neque Burggravius, neque Succeſſores ſui, ipſos ad alicujus inſtantiam ratione dicti banni poterimus extra Civitatem Colonienſem, ad Judicium evocare: Præterea continebatur in eodem privilegio, quod quando nos, vel Succeſſores noſtri Judicio ſangvinis præſidere contingeret, dictus Burggravius noſter debet eſſe Advocatus, & ſi ad hoc deventum fuerit, quod forte pugna fieri debet, idem Burggravius pugnam absque Advocato noſtro ratione Banni ſui judicabit, & eques in

circulo, quod Warff dicitur, incedere debet, ad custodiendum circulum & ad resistendum pressuræ populi, ne pugnantes impediantur, & ne judicio maculemur, nos & nostri successores dicere debemus Burggravio & Scabinis, ut diligenter caveant ne reo, vel actori injuria fiat: Item continebatur in eodem Privilegio, quod si in causis judicii sangvinis, de quibus quæstio nobis, vel Successoribus nostris infra Civitatem Colonienſem, videlicet inter Cives nostros Colonienſes mota fuerit, & compositio amicabilis intervenerit, de quæstu inde proveniente recipiemus tres partes, & Burggravius, ratione Banni sui, quartam partem. Item continebatur in eodem privilegio, quod dictus Burggravius & Advocatus quæstum judicii, quod situm est in curia nostra Episcopali æqualiter dividere debent, excepto quæstu Witzichgedinge & hæreditatum. quod specialiter ad Burggravium & suos successores spectare dinoscitur. Item continebatur in eodem privilegio, quod quando dictum Burggravium ædificia, quæ Burgezimbere dicuntur, frangere contigerit, quærere debet, cujus est hoc ædificium, & si non fuerit qui præstet id per sententiam Scabini, illud frangere debet, & fragmenta ædificiorum talium in suam faciat deferri conservationem, & si fuerit, qui confiteatur tale ædificium esse suum, nihilominus illud frangere, & ille, cujus est ædificium vadiare debet dicto Burggravio LX. sol. quos ipsi solvere debet, antiquam sol resideat, & si non solverit, pœnam duplicem incurret, & si dictus Burggravius nobis & Successoribus nostris ex hoc queremoniam deposuerit, talem ad solvendum per censuram Ecclesiasticam compellemus. Item continebatur in eodem privilegio, quod Scabinus Colonienses de quacunque sit causa requisitus a dicto Burggravio, de sententia in continenti, vel intra triduum sententiam ipsam ferre debet, alioquin vadiare debet vel suis Successoribus LX. sol. quos, antequam sol resideat, ipsi solvere debet, quos si solvere noluerit, & dictus Burggravius, vel sui Successores, nobis vel Successoribus nostris similiter ex hoc querimoniam deposuerit, talem ad solvendum per censuram Ecclesiasticam compellemus. Item continebatur in eodem privilegio, quod Burggravii & Successores sui ab Ecclesia Colonienſi in sede Scabinatus locare Scabinos Electos, & providere debent, sibi diligenter & perscrutari, ne scabini, post locare debent, sint gibbosi, curvi, Monoculi, surdi, claudi, balbutientes, paracliti, vel aliqua specie lepræ notati, homicidæ, vel perjuri, vel aliqua culpa scripti, vel usurarii, seu mediante pecunia ad officium Scabinatus electi, tales vero personas Burggravius refutare debet, & nullatenus in sede Scabinatus locare, neque personas quin sint ad minus XXIIII Annorum, vel amplius. Et continebatur in eodem privilegio, qui juris sui est & successorum suorum, de quolibet Scabino ab eo in sede Scabinatus locato, recipere unam marcam denariorum Colonienſium, & unum maldrum avenæ, quæ solvere debeat antequam sol resideat, & si solvere noluerit, si dictus Burggravius, vel Successores sui nobis, vel Successoribus nostris ex hoc queremoniam deposuerint, ipsos ad persolvendum per censuram ecclesiasticam compellemus. Item continebatur in eodem privilegio, quod juris dicti Burggravii est & successorum ab Ecclesia Colonienſi, ex antiquo conducere judæos infra Diœcesim volentes Coloniam exire, vel intrare, de quo conductu universitas judæorum nostrorum Colonienſium ipsi & Successor bus suis singulis Annis in festo Beati Martini assignare debet X. mr. denariorum Colonienſium & sex libras piperis. Item continebatur in eodem privilegio, quod jurisdictio Burggravii & successorum suorum ex antiquo est ab Ecclesia Colonienſi, quod quoties nos & successo es nostri imaginem monetæ nostræ Colonienſ. innovare contigerit, habebunt de moneta nostra unam marcam novorum denariorum, quam ipsis Magister denariorum, quam ipsis Magister monetæ nostræ assignabit. Item continebatur in eodem privilegio, quod idem Burggravius & sui successores jure hæreditario, ex antiquo ab Ecclesia Colonienſi teneret in feudum antiquum portam munitionis Civitatis, quæ quondam Agrippina vocabatur, quæ situata est ex opposito capellæ sancti Apri. Item continebatur in eodem privilegio, quod dictus Burggravius & sui Successores una cum Scabinis gaudere debent omni jure & servitio, quod ipsis a magistro Scabinorum & Civium Colonienſium consvetum est exhiberi. Item continebatur in eodem privilegio, quod cives nostri Colonienses ex antiquo a Prædecessoribus nostris ab ecclesia Colonienſi talem habent libertatem, quod cum rebus ad loca, ubi telonia sita fuerunt, advenire contigerit, quod penitus dabunt nullum telonium, & quia dictum privilegium in quo ea, quæ præmissa sunt, scripta continebantur, vere ex nimia vetustate & corrosione vermium extiterat consumptum, ita quod ipsum vix intueri possit, nos, ad petitionem tam dicti Burggravii, quam Scabinorum nostrorum prædictorum dictum privilegium

gium antiquum scripto præsenti innovavimus; & ne in posterum super hujusmodi judicio, quod Witzichgedinge dicitur inter Burggravium prædictum, & suos Successores ex una parte, & Advocatos nostros Colonienses, qui pro tempore extiterunt ex altera quæstio oriatur; nec etiam jura dicti Burggravii & libertates civium nostrorum Colonienſium prædictorum a nobis, vel Successoribus nostris, vel a quocunque infringi possint, vel dubium revocari, præsentem paginam exinde, & sigillo Sancti Petri Patroni, accedente consensu capituli nostri Colonienſis, nec non sigillo nostro fecimus munitione roborari; Hujus innovationis testes sunt Adolphus Major Decanus & Archidiaconus, Joannes, Chori Episcopus, Magister Rudolphus, Majoris Ecclesiæ Scholasticus, fideles nostri, Godefridus, Dux Brabantiæ, Philippus, Comes Flandrienſis, Theodoricus, Comes Cievenſis, Otto, Comes Geldrienſis, Wilhelmus, Comes Juliacenſis, Gerhardus, Comes de Are, Theodoricus, Comes Honstadenſis, Henricus, Comes Synenſis, Engelbertus, Comes de Monte, & Henricus de Volmersteine, Ministeriales nostri, Cives Colonienses, Carolus in Ryngassen, Theodoricus in Mölengaßen, Lodowicus de Mommerßloch, Richolphus perfusus, Henricus Raitzl, Marckmannus Weveltütze, Gerhardus Vmnatze, & alii viri probi & honesti quam plures Actum & datum in Palatio nostro Colonienſi, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, centeſimo, sexageſimo nono, menſe Majo.

XVII.

Ejusdem Lehen-Brieff vor Gerhardum von Eppendorff und seine Nachkommen über die Vogtey in der Stadt Cölln, de Anno 1169.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

Philippus, divina favente Clementia, Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus tam futuris, quam præsentibus in perpetuum &c. Ne ea, quæ aguntur in tempore labantur, poni solent in dictis testium, & scripturæ memoriæ perennari; Ea propter universorum notitiæ cupimus declarari, quod cum ab antiquo juris & consvetudinis esset, Prædecessorum nostrorum usque ad tempora nostra singulis annis in festo B. Margarethæ locare Advocatum in sede Judicii nostræ Civitatis Colonienſis, quemcunque voluissent, & dilectus & familiaris noster, vir providus Gerhardus, Miles De Eppendorff, temporibus nostris Advocatus existeret, nos monitis & precibus devotis Sereniſſimi Romanorum Imperatoris Friderici, ac fidelis nostri Nobilis Godefridi, illustris Ducis Brabantiæ, cæterorumque fidelium nostrorum inducti, nihilominus attendentes ejusdem Gerhardi fidele obsequium, quod una cum Cognatis, & Amicis suis Ecclesiæ Colonienſi, & nobis sæpius exhibuit, de consilio eorundem fidelium, & dilectorum Priorum nostrorum Colonienſ. accedente consensu Capituli nostri Colonienſis, concessimus eidem Gerhardo, suis hæredibus dictam Advocatiam cum omnibus eidem attinentibus jure hæreditario perpetuo ab Ecclesia Colonienſi in feudo tenendam; Itaque, Senior filius Successorum suorum eandem obtinebit, pro qua idem Gerhardus Advocatus tam pro se, quam pro suis Successoribus Ecclesiæ Colonienſi & nobis fecit homagium, & ut sciatur, dictus Advocatus Gerhardus, & sui Successores una cum Burgravio Civitatis nostræ Colonienſis in omnibus causis judicandis Judicio præsidebit, illis duntaxat exceptis, quæ vulgo Witzgedinge dicuntur, quibus specialiter Judicio præsidere debet Burgravius Memoratus & sui successores. Hujus rei testes sunt Adolphus, Major Decanus, & Archidiaconus, Joannes, Chori Episcopus, Magister Rodolphus, Scholasticus Majoris Ecclesiæ Colonienſis, fideles nostri, Godefridus, Dux Brabantiæ, Philippus, Comes Flandriæ, Theodoricus, Comes Clivenſis, Otto, Comes Geldrienſis, Wilhelmus, Comes Julienſis, Gerhardus, Comes de Are, Theodoricus Comes Hochstedenſis, Henricus, Comes Seynenſis, Engelbertus, Comes de monte & Henricus de Wolmesteine, Ecclesiæ nostræ Ministeriales; Cives Colonienses, Carolus in Rheingaßen, Theodoricus de Müllengaßen, Vdalricus de Mommersloch, Richolfus perfusus, Henricus Ratio, Maremannus Wevelrusche, Gerhardus Wemaiße, Telonarius, Joannes Notarius, & alii quam plures viri probi, & honesti; Et ne hoc factum nostrum a nobis, vel a Successoribus nostris aliquatenus infringi possit, vel in dubium revocari, præsentem paginam conscribi, & Sigillo S. Petri Patroni Nostri & nostro munimine fecimus roborari; Actum & datum in Palatio nostro Colonienſi per manum Ulrici Capellani nostri, Anno Dominicæ incarnationis M. C. LXIX. regnante Sereniſſimo Imperatore Friderico.

XIIX.

XIIX.

Pabſts Alexandri III. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln, de Anno 1179.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri, Philippo, Colonienſi Archiepiſcopo, ejusque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, in perpetuam memoriam.

Etſi teneamur omnibus fratribus & coepiſcopis noſtris ex adminiſtratione ſuſcepti regiminis apoſtolicum patrocinium exhibere: his tamen ſpecialiter adeſſe compellimur, qui ſicut dignitate, ita præeminent & virtute: cum noſtræ ſolicitudinis debeat & circumſpectionis exiſtere, ut univerſos, juxta qualitates perſonarum & merita, reſpicere videamur. Ea propter, venerabilis in Chriſto frater, Archiepiſcope, prudentiam & devotionem tuam diligentius attendentes, & tuis petitionibus noſtrum facile præbentes aſſenſum, Colonienſem eccleſiam, cui Deo autore præeſſe dignoſceris, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Præterea tua, frater Archiepiſcope, providentia & devotione penſata, confirmamus tibi ea, quæ in privilegiis patrum & prædeceſſorum noſtrorum habentur: videlicet crucem & pallium, ſuo tempore ſuoque loco ferendum. Inſigne quoque feſtivi equi, quod a quibusdam vulgo naccum vocatur Concedimus etiam, & apoſtolica autoritate ſtatuimus, ut majus altare eccleſiæ tuæ uni & vero Deo, in memoriam beatæ Mariæ virginis, & alterum in memoriam beati Petri, apoſtolorum Principis dedicatum, reverenter miniſtrando procurent ſeptem canonici cardinales presbyteri, induti Dalmaticis & mitris ornati: quibus etiam, cum totidem Diaconibus & Subdiaconibus, ad hoc miniſterium prudenter electis, ut utantur ſcandalibus, indulgemus, ſicut a patribus & prædeceſſoribus noſtris id prædictæ eccleſiæ conceſſum eſt per avthentica privilegia, & hactenus obſervatum Inſuper etiam auctoritatem & honorem, quem eccleſia tua hactenus habuiſſe dignoſcitur, apoſtolici favoris patrocinio confirmamus: videlicet ut, ſi quando Synodus infra tuam diœceſim a Romano pontifice, aut a legato ab ejus latere deſtinato, fuerit congregata, priorem locum poſt ipſum Colonienſis Archiepiſcopus in Synodo teneat, & in proferenda ſacrorum canonum autoritate prior exiſtat: ita tamen, ut, ſicut eſt prior in hac probabili dignitate, ita etiam prior polleat honeſtate vitæ, & gratia meritorum: & cujus annunciaverit verba, imitetur exempla. Conſecrationem quoque regum infra limites tuæ diœceſis fiendam, præſentis ſcripti autoritate cenſemus: & ut electio Archiepiſcopi, ſecundum ſtatuta canonum, a filiis præſcriptæ eccleſiæ celebretur, per hujus ſcripti paginam duximus ſtatuendum. Ad hæc monaſteria, eccleſias Coloniæ poſitas, & omnia ſacra loca, infra & circa urbem Coloniæ ad jurisdictionem Colonienſis eccleſiæ pertinentia: monetam præfatæ civitatis, telonium forum, & omne jus civile, ſub poteſtate tua & ſucceſſorum tuorum: abbatias pe diverſa loca, villas, vicos, & caſtella, cum omnibus eorum pertinentiis, ſervis videlicet, ancillis, terris cultis & incultis, aquis, pratis, campis, ſilvis, foreſtis: nec non etiam comitia in Weſtphalia, quæ vulgariter Gograrhophe, dicuntur & allodia, Dulberg, Hachen, Marchan, Waſſenberg, ſicut hæc omnia rationabiliter poſſides, tibi tuisque ſucceſſoribus autoritate apoſtolica confirmamus. Illud quoque ſtatuimus, ut, ſicut nullus coarchiepiſcoporum tuorum eſt tibi ſubjectus, ita etiam tu ſub nullo primate debeas eſſe: ſalva tamen nobis in te, ſicut in cæteris Archiepiſcopis, ſubjectione, quæ apoſtolicæ autoritati debetur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, nec ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita niſi ſatisfactione congrua id emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſangvine Dei ac Domini redemptoris noſtri JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Alexander, Papa III.

Vias tuas Domine demonſtra mihi.

Ego Joannes, presbyter cardin. ſanctorum Joannis & Pauli, tituli Pammachii.

Ego Boſo, presbyter Cardinalis ſanctæ Budentianæ, tituli paſtoris.

Ego Petrus, presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Suſannæ.

Ego Alexander, catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Hubaldus, Oſtienſis Epiſcopus.

Ego Hyacinthus, Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Coſmedin.

Ego Arditio, diaconus Cardinalis ſancti Theodori.

Ego Cynthius, diaconus Cardinalis ſancti Hadriani.

Ego Hugo, Diaconus Cardinalis ſancti Angeli.

Datum Laterani per manum Alberti, ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyteri Cardinalis & Cancellarii, decimo tertio Kalendas Julii, Indictione undecima, Incarnationis dominicæ anno milleſimo, centeſimo ſeptuageſimo nono, pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. anno decimo nono.

XIX.

Aurea Bulla Kayſers Friderici Barbaroſſæ, die Donation und Inveſtitur eines Stücks vom Hertzogthum Engern und Weſtphalen, an den Ertz-Biſchoff Philipp den I. zu Cölln betreffend, de Anno 1180. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. unter Chur-Cölln, pag. 434.

XX.

Pabſts Lucii III. Confirmation alles desjenigen, was Ertz-Biſchoff Philippus I. zu Cölln an das Ertz-Stifft Cölln gebracht, de Anno 118-.

LUcius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili Fratri Philippo, Colonienſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex injuncto Nobis Apoſtolatus Officio, Fratres & Coepiſcopos noſtros ſincere debemus diligere Charitatis affectu & Eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam dignitatem & juſtitiam conſervare, & ne his etiam, quæ devotione fidelium, vel juſto quocunque titulo conſecutæ, alicujus temeritate priventur, Apoſtolico ea præſidio communire; Ea propter Venerabilis in Chriſto Frater, devotionem quam ad nos & Romanam Eccleſiam habere dignoſceris, ſicut convenit, attendentes, ea, quæ per ſollicitudinem Tuam eidem eccleſiæ rationabiliter acquiſiviſti, vel ab aliis illi rationabili providentia ſunt collata, ſicut ea juſte ac ſine controverſiæ poſſides, tibi & per te ipſi eccleſiæ authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; videlicet caſtrum Arnisberg cum toto allodio. Caſtrum Waßenberg, Caſtrum Perremont, cum allodio de Ozendorff & Miniſterialibus. Caſtrum Hachene cum ſuo allodio. Caſtrum Marcha cum toto allodio Rabodonis & cum attinentiis & miniſterialibus ſuis. Allodium Walteri de Dulbergh, cum Miniſterialibus ſuis, allodium de Heinenckhuſen, cum Miniſterialibus & attinentiis ſuis. Allodium de Spurne, quod fuit Marchionis Tetrici de Landisberg, cum pertinentiis ſuis, Allodium quod fuit fratrum de Caminata. Allodium Stephani de Oya, cum ipſius loci caſtro, Aliodium Terrici de Burgenich. Advocatiam in Renſa, Caſtrum Oudenkirchen & totum Allodium Comitiſſæ de Mere, quod cum Miniſterialibus & Beneficiatis ipſius jam dicta Comitiſſa eidem Eccleſiæ pia devotione donavit: Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagn. Non. Martii &c.

XXI.

Ertz-Biſchoffs Philippi I. zu Cölln Urkund, daß er Pfaltzgraff Conrado bey Rhein und denen Seinigen die Burg-Stahelecke und Advocatie zu Bacherach Lehens-Weiſe überlaſſen, de An. 1184.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Philippus, divina diſpenſatione Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus; Univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris,

ris, in perpetuum ſcire volumus omnes in Chriſto renatos, quod caſtrum Staheleke, & advocatiam in Bacheraehe, a manu Domini Palatini Comitis, Cunradi, cum aliis, quæ illic a nobis in beneficio tenuit, ipſo rogante & hæc nobis reſignante, ſuſcepimus, & in eodem momento ipſi & ejus jugali Dominæ Irmentrudi, ejusque filiæ Agneti jure feudali conceſſimus, accepto ab ipſis dominabus hominio ſtatuentes, ut dum vixerint, hæc pariter poſſideant: Et ſi unus, aut duo deceſſerint, quicunque eorum ſuperſtes fuerit, ſine omni contradictione idem beneficium habeat. Quod quia piis eorum precibus annuentes ſic inſtituimus, nec ab aliquo interitura revocari potuerit, in præſenti carta conſcribi, & hanc impreſſione ſigilli noſtri muniri fecimus. Facta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXIV. Indictione 7. Clemente III. Sanctæ Romanæ Sedis Antiſtite, regnante Friderico Imperatore Romano, ejusque filio Rege Henrico, ſub his teſtibus:

1. Johanne, Trevirorum Archiepiſcopo.
2. Brunone, Præpoſito St. Mariæ in Colonia, ejusque fratre.
3. Everhardo, Comite de Seine.
4. Diodorico, Comite de Widun.
5. Et filio Clerico Tiderico.
6. Reginhero Comite de **Freyſperg.**
7. Ulrico, Comite de **Nürberg**, & ejus filio.
8. Gerhardo, Comite de Are.
9. Gerhardo, Comite de Dietha.
10. Bertholdo, Comite de **Katzenellnbogen.**
11. Ludovico, Comite de **Spanheim.**
12. Sigismundo, Comite de **Sarbrücken.**
13. Henrico, Comite de **Keſſele.**
14. Reginboldo, Comite de **Iſenburg.**
15. Gerlaco de **Covern.**
16. Friderico de **Ehrenberg**, & ejus Filio **Friderico.**
17. Heinrico de **Milewald.**
18. Wilhelmo de **Brunnershorn.**
19. Heinrico de Dieke, ejusque filio Alexandro.
20. Hermanno de **Malebach**), & ejus Filio, vel Fratre Friderico.
21. Hereberto de Sigenheim.
22. Friderico de **Kirberg.**
23. Homberto de **Sconenburg.**
24. Conrado de Boparde.
25. Richardo de Duna.
26. Gerhardo, Pincerna Epiſcopi Colon. qui dicitur Suar.
27. Tidorico de Cloteeve.
28. Johanne de Dalcheim.
29. Hermanno, Advocato Pinguenſi, & aliis quam pluribus.

XXII.

Kayſers Henrici VI. Müntz- und Zoll-Freyheits-Privilegium vor das Ertz-Stifft und Stadt Cölln, de Anno 1190.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Henricus ſextus, divina favente Clementia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, ineunte throno Majeſtatis Imperatoris conſtituti. Sicut Rebelles Celſitudinis Noſtræ dextra debita præcellere vindicta, ſic eos, qui jugi & ſincera devotione ſtudent Imperii honorem promovere Regiæ liberalitatis munificentia beare conſuevimus. Noverit igitur univerſorum Imperii fidelium tam præſens ætas, quam Succeſſura poſteritas, quod Nos attendentes devota dilecti Principis Noſtri, Philippi, Colonienſis Archiepiſcopi obſequia, quæ frequenter Sereniſſimo Patri Noſtro Friderico, Romanorum Imperatori Auguſto & Nobis exhibuit, ut in poſterum conſtanter creditur exhibiturus. Concedimus ei, & Eccleſiæ Colonienſi, ut de cætero in Diœceſi Colonienſis Archiepiſcopus nullas monetas habeamus, niſi duas, ſcilicet apud **Duißburg**, & apud Tremoniam, easque de cætero cudi non permittemus, niſi ſecundum antiquam conſuetudinem, inhibentes etiam ne tam in Archiepiſcopatu Colonienſi, quam extra eundem Archiepiſcopatum aliqua moneta fiat ſecundum valentiam, & formam & imaginem Colonienſis monetæ, ſi vero extra Diœceſin Colonienſis Archi-Epiſcopatus monetam eudi fecerimus, quæ in pondere & puritate argenti æquivalet Colonienſi monetæ, & Colon. Archiepiſcopatus inhibuit, ne recipiatur in Civitatibus & Oppidis ſuis, id graviter Nos ferimus, Etſi Nos preceperimus, ne Colonienſis moneta recipiatur in Civitatibus, & Oppidis Noſtris & Colon. Archiepiſcopatus id æquo animo & ſine rancore tolerabit, Ad hoc intuitu Archiepiſcopi ſupradicti ſtatuimus & auctoritate Regia per præſentem dominicalem paginam ſancimus, ut Burgen. de Civitate Colonia, Nuiſſa, & aliis Oppidis, quæ Colonienſis Archiepiſcopus libere tenet ad manus ſuas, ſint de cætero apud Werdam de omni Telonio abſoluti. Si vero aliquis prædictorum Burgen. Culpetur a Telonario Noſtro, quod vehet merces alterius, juramento propriæ manus ſe expurget, & ſine dilatione libere recedat auctoritate Regali, qua fungimur, diſtricte præcipientes, ne aliqua perſona humilis, vel alta, ſæcularis, vel Eccleſiaſtica, contra præſentem pragmaticam Sanctionem venire præſumat, quod qui fecerit Noſtræ Majeſtatis indignationem ſe ſciat graviter incurriſſe. Teſtes ſunt hujus rei Conradus, Moguntinenſis Archiepiſcopus, Wichneamus, Megideburgenſis Archiepiſcopus, Otto, Bamberburgenſis Archiepiſcopus, Tirritius, Halberſtadenſis Epiſcopus, Siſridus, Abbas Hirsfeldenſis, Conradus, Goslarienſis Præpoſitus, Henricus, Præpoſitus Sancti Mauritii in Moguntia, Bruno, Præpoſitus Beatæ Mariæ ad gradus in Colonia, Bernhardus, Monaſterienſis Præpoſitus, Conradus, Palatinus Comes de Rheno, Otto, Marchio Burgundiæ, Otto, Dux Bohemiæ, Albertus, Marchio Miſnenſis, Marchio Dedo, Comes Rappo de Werthenio, Gerhardus, Comes de Loy, Wiricus, Comes de Hochſteden, Rupertus de Durus, Cuno de **Muntzenberg**, Truſſardus de **Coſtenburg**, Conradus de Aubiler, & alii quam plures.

Signum Domini Henrici Invictiſſimi Romanorum Regis & ſemper Auguſti. Acta ſunt hæc apud Franckfordiam, Anno Dominicæ incarnationis milleſimo, centeſimo, nonageſimo, Indictione Septima, VIII. Kalendas Aprilis, Regnante Domino Henrico, glorioſiſſimo Romanorum Rege ſemper Auguſto, Anno regni ejus viceſ. primo.

(L. S.)

Ego Theodoricus vice Domini Conradi Moguntinæ ſedis Archiepiſcopi & totius Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi. Datum per manum Magiſtri Henrici, Aulæ Imperialis prothonotarii.

XXIII.

Bündniß zwiſchen Ertz-Biſchoff Brunone zu Cölln, und Hertzog Heinrichen zu Lothringen, de Anno 1193. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unter **Chur-Cölln**, pag. 79. befindlich.

XXIV.

Bündniß zwiſchen Ertz-Biſchoff Adolpho I. zu Cölln und Abt Widekindo zu Corvey, de Anno 1198.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Adolphus, divina favente clementia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus: Licet naturalis legis æquitas generaliter depoſcat, ut omnes Eccleſiæ mutuis gaudeant conſolationibus; tamen quia plus ſolet obligare, quod ſpecialiter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur: Notum facimus tam futuris, quam præſentibus, quod temporibus Widekindi, Corbejenſis Abbatis, inter noſtram & ipſius Eccleſiam, conſentientibus & cooperantibus noſtris fidelibus hujuscemodi obſervationis fœdus, adhibitis neceſſariis ſolemnitatibus, contraximus, ut prædicta in quolibet neceſſitatis articulo noſtro fulciatur præſidio, & verſa vice noſtra Eccleſia a Corbejenſi opportunum auxilii experiatur commodum. Ne ergo pactum tam ſolerti induſtria firmatum nobis & prædicto Abbate decedentibus aliqua Succeſſorum levitate ſolvatur, non ſolum circa perſonas præſidentium, quæ mutari poſſunt, ſed circa prænominatas Eccleſias perpetua ſtabilitate inviolabiliter ſtatuimus obſervandum. Hujus ergo facti ſeriem præſenti inſtrumento commendatam ſigilli noſtri & Eccleſiæ Beati Petri impreſſione firmamus, & teſtium ſubſcriptione roboramus. Teſtes ſunt hi, Theodericus, Trajectenſis Epiſcopus, Tietmarus, Mindenſis Epiſcopus, Heribertus, Abbas de Werthen, Ludewicus, major Præpoſitus, Vdo, major Decanus, Bruno, Brunnenſis Præpoſitus, Theodericus Præpoſitus S.S. Apoſtolorum, Engelbertus, Præpoſitus S. Georgii, Herimannus, Chori Epiſcopus, Rodolfus, major Scholaſticus, Heinricus, Dux de Limburg, Heinricus, Comes de Seyna, Simon, Comes de Teckeneborg, Arnoldus, Comes de Altena, Albertus, Comes de Everſtein, Adolfus, Comes de Monte, Heinricus, Comes de Keſſele, Heinricus, Comes de Hukeswage, Herimannus de Waldecke, Henricus de Swalenberg, Henricus & Gerardus, fratres de Wolmundeſtein, Herimannus, Colonienſis advocatus, Herimannus Sculletus de Suſatia, & Herimannus, filius ejus, Otto, Camerarius, Henricus, Dapifer, Henricus Marſcalcus, Adam, Pincerna & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis MCXCVIII. Indict. I. datum apud aquisgr. IV. nonas Julii, per manus Godefridi Capellarii in die ſcilicet Coronationis Domini Ottonis quarti Romanorum Regis feliciter Amen.

XXV.

Kayſers Ottonis IV. Confirmation einiger Gerechtſamen des Ertz-Stiffts Cölln, de Anno 1198.

IN nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex ſemper Auguſtus. Ratio ſuadet, æquitas requirit, noſtramque decet Celſitudinem, omnium Eccleſiarum noſtrarum indemnitati providere, & eas in ſui honoris ac juris conſervatione pie & clementer confovere, inter quas ſpecialis gratiæ benevolentia Colonienſem diligentes Eccleſiam, univerſa bona, quibus a noſtris anteceſſoribus minus decenter privata eſt, reſtituenda duxerimus ac liberanda, nec non ab indebitis oppreſſionibus miniſteriorum, quibus quondam aggravata eſt, ad hæc quidem per fideliſſimum Principem noſtrum Adolphum, venerabilem Archiepiſcopum invitati. Inde eſt: quod omnibus Chriſti fidelibus per ſcriptum præſens cupimus clareſcere, quod nos attendentes devotionis ac fidelitatis conſtantiam jam dicti Principis noſtri nobis ſæpius exhibitam Colon. Eccleſiæ, ei ejusque Succeſſoribus allodium in Saleveld, cum omni integritate & uſufructu attinentium plene reſtituimus, & in perpetuum confirmamus. .... Et Ducatus allodia, fœda, ſive miniſteriales, quos nunc Colonienſis Eccleſia, vel alii ejus nomine poſſident, cum bona voluntate Noſtra & fratrum noſtrorum, Henrici Palatini Rheni, & Wilhelmi de Brunſwicke & hæredum noſtrorum, ſine calumnia ſæpe nominatus Archiepiſcopus, & ejus Suceſſores in perpetuum poſſidebunt. Mindenſis etiam Eccleſia, quæ à Colonienſi Eccleſia de bonis tenet eisdem, quiete ſine aliqua contradictione poſſidebit. Præterea conſuetudinem minus decentem, squam Fridericus Imperator contra juſtitiam induxerat, ſcilicet quod, decedentibus Principibus, Eccleſiaſticis videlicet perſonis, quemadmodum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Abbatiſſis, & Præpoſitis, eorum ſuppellectilem ſive violenter uſurpavit, penitus abolemus, nec a Nobis, nec a Noſtris ſucceſſoribus retractandum. Adhæc bona fide præmemoratum adjuvabimus Archiepiſcopum, ut bona, quæ Colonienſis Eccleſia a Moſella ſuperius tenet, & a quorum poſſeſſione ipſe violenter deſtitutus eſt, recuperet. Ut igitur hoc regalis noſtræ munificentiæ factum pium ac commendabile, nullus impoſterum calumnia perturbari poſſit, ſed ratum permaneat, etiam in perpetuum perſeveret, præſentem iſtam paginam conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus inſigniri. Cujus rei teſtes ſunt, Conradus, Argentinenſis Epiſcopus, Dithmarus, Mindenſis Epiſcopus, Tirricus, Trajectenſis Epiſcopus, Bernardus, Paderbornenſis Epiſcopus, - - - - Xantenſis, Bonnenſis Præpoſitus, Bruno, Mechtildis, Ducisſa Brabantiæ, Baldewinus, Comes Flandriæ, Henricus, Dux de Limburg, Otto, Comes Geldrienſis, Arnoldus, Comes de Clivo, Tirricus, Comes Hollandiæ, Henricus de Kuich, Henricus, Comes Seyn, Simon, Comes de Teclenburg, Arnoldus, Comes de Altena, Wilhelmus, Comes Juliæ, Gerhardus, Comes de Are, Henricus Comes de Hockeſwagen, Henricus, Comes de Ceſſele, Rutgerus de Merheim, Conradus de Dika, Giſelbertus & Rutgerus de Brempt, Otto de Wikerothe, Henricus & Gerhardus de Wolmunſtein, Habermannus, Advocatus Colonienſis, Hermannus de Alvetre, Mareſcalcus, Otto, Camerarius, Reymarus de Rothe, Giſelbertus de Cerrecke, & alii quam plures viri honorati.

Signum Domini Ottonis quarti, Romanorum Regis Invictiſſimi.

(L. S.)

XXVI.

Alliance zwiſchen Ertz-Biſchoff Adolpho I. zu Cölln, und Hertzog Heinrichen zu Lothringen, de Anno 1203. **ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Special. Cont. I. **unter Chur-Cölln,** p. 79.

XXVII.

Kayſers Ottonis IV. Privilegium, ſo er Ertz-Biſchoff Adolpho I. zu Cölln über einige ſeines Ertz-Stiffts Gerechtſame ertheilet, de An. 1204.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus: Ratio ſuadet, æquitas requirit, Noſtramque decet Celſitudinem omnium Eccleſiarum Nos indemnitati providere, & eas in ſui honoris, ac juris conſervatione pie ac clementer confovere, inter quas ſpecialis gratia benevolen. Colonien. diligent. Eccleſiam univerſa & ſingula bona, quibus a Noſtris anteceſſoribus minus decenter privata eſt, reſtituenda duximus, ac quidem per fideliſſimum Principem Noſtrum, Adolphum, Venerabilem Colonienſem Archiepiſcopum invitata, inde eſt, quod omnibus Chriſti fidelibus per ſcriptum præſens cupimus clareſcere, quod Nos attendentes devotionis ac fidelitatis conſtantiam jam dicti Principis Noſtri Nobis ſæpius exhibitam, Colonienſi Eccleſiæ ejusque ſucceſſoribus Allodium in **Sarevaelt** cum omni antiquitate, & uſu fructu attinen. libere reſtituimus, & in perpetuum confirmamus, pro eò recipien. Abbatias in **Hervorde** & Werdene cum omnibus pertinentiis, revocato concambio, quod Fridericus Imperator piæ memoriæ & Philippus, Archiepiſcopus Colonienſis, ſuper eisdem fecerant, reſtituimus jam etiam dictæ Eccleſiæ, & Archiepiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus Curtim in Andernaco, & Curtim **in Eckenhagen,** cum omnibus attinentiis, integritate, ſecundum ſui privilegii tenorem, quod Fridericus Imperator, Reinoldo, venerabili Colonienſi Archiepiſcopo, quondam ſuper eisdem condidit; Similiter & Advocatiam in Clotone, quam Comes de Are de manu Colonienſ. cum omni pace poſſidebit cæterum ad commodum Colonienſis Eccleſiæ univerſum Telonium **in Wrechen,** quod de novo, & contra Juſtitiam ibidem inſtitutum penitus auferimus, reducentes, ſecundum ſtatum priſtinum ad locum, in quo de jure eſſe debebit, quod etiam nequaquam augmentabitur, vel per Nos, vel per Noſtros Succeſſores, Burgenſibus Colonienſibus, Suſatienſibus, & aliis Oppidis, & Villis Colonienſis Eccleſiæ tale jus præſtamus, & confirmamus, quod non aliud pedagium ſolvent per totum Imperium, niſi ſecundum privilegii tenorem prædeceſſoris Noſtri piæ recordationis Henrici Imperatoris &c. Cujus rei teſtes ſunt Argentinenſis Epiſcopus, Dithmarus, Mindenſis Epiſcopus, Triticus, Trajectenſis Epiſcopus, Bernardus, Paderbornenſis Epiſcopus, Præpoſitus Xanten. Bonnen. Præpoſitus Bruno, Mechtild. Ducisſa Brabantiæ, Baldebinus, Comes Flandriæ, Henricus, Dux de Limburg, Otto, Comes Geldrienſis, Arnoldus, Comes de Clivis, Ericus, Comes Hollandiæ, Henricus de Luxenburg, Henricus, Comes Seinenſis, Simon, Comes de Tecklenburg, Arnoldus, Comes de Altina, Wilhelmus, Comes Juliacenſis, Gerhardus, Comes de Are, Conradus de Dicka, Gisbertus & Rutgerus de Brembt, Henricus, Comes de **Horſteſelbach,** Henricus Comes de Caſſele, Rutgerus de Mericheim, Otto de Wickrode, Henricus & Gerlacus de Volmet**ſtein,** Hermannus Advocatus Colonienſis, Hermannus de Altre.

Marſchalcus Otto Camerarius Reimarus de Recke, Albertus de Torckhe, & alii quam plures Viri honorati. Signum Domini Ottonis quarti Romanorum Regis invictiſſimi &c.

(L. S.)

XXVIII.

Erneuerte Allianz zwiſchen Ertz-Biſchoff Theodorico I. zu Cölln, und Hertzog Heinrichen zu Lothringen, de Anno 1208. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. Cont. I. **unter Chur Cölln** p. 80. **vorhanden.**

XXIX.

Erneuerte Allianz zwiſchen Ertz-Biſchoff Engelberto I. zu Cölln und Hertzog Heinrichen zu Lothringen, de An. 1217. **ſtehet** loco antea citato, p. 80.

XXX.

Pabſts Honorii III. Breve an Ertz-Biſchoff Engelbertum I. zu Cölln und ſeine Suffraganeos, worinn er ihnen anbefiehlt die Advocatien über ihre Kirchen keinen weltlichen Perſonen mehr anzuvertrauen, de Anno 1220.

HOnorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Colonienſi ac ſuffraganeis ejus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum plerique advocati Eccleſiarum, advocationis obſequium convertentes in dominationis abuſum, Eccleſias ipſas opprimant & affligant, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Eccleſias veſtrarum diœceſeon, humano amore ac mundano timore poſtpoſitis, ab advocatorum vexationibus taliter defendere ſtudeatis, quod per ſtudium veſtrum a ſuis poſſint anguſtiis reſpirare, nosque ſolicitudinem veſtram commendare merito debeamus. Adhæc ſi quas advocatias vacare contigerit, expreſſe inhibeatis eccleſiis, ad quas ſpectant, ne illas conferre præſumant, ſed ſuis curent uſibus applicare: illud diſtrictius inhibentes, ne una Eccleſia plures advocatos aſſumat, cum miniſterium advocatorum hujusmodi, quod ad Eccleſiarum tranquillitatem noſcitur fuiſſe proviſum, ad vexationem ipſarum per eorum uſurpationes conſtat eſſe converſum. Datum Laterani Idibus Martii, Pontificatus noſtri anno quinto.

XXXI.

Ertz-Biſchoffs Engelberti I. zu Cölln Vergleich mit dem Abt zu Helmwardshauſen, worinn dieſer dem Ertz-Stifft Cölln die halbe Stadt Helmwardshauſen abgetreten, de An. 1220.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Engelbertus, divina favente clementia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Quoniam ea, quæ aguntur in tempore, ne ex temporis diuturnitate ab humana labantur memoria, plerumque ſolent indicio ſcripturæ æternari; Ea propter teſtimonio præſentium notum facimus univerſis, quod Abbas in Helmwarzhuſen, conſilio & voluntate ſui conventus, pro ſpe pacis ipſorum & defenſionis, Nobis & Eccleſiæ Colonienſi donavit & recognovit medietatem Oppidi memorati prout in præſentiarum inhabitatur, & in futurum ampliabitur cum moneta, theloneo, jurisdictione, cenſibus, & omnibus proventibus perpetuo poſſidendam, ſub ea forma, quod jurisdictiones prædicti Oppidi per manum ſuam, conſilio tamen & ordinatione Marſchalci noſtri, ſeu alterius nuncii noſtri, in homines, qui ſunt de familia Monaſterii, locabuntur. Quia vero Monaſterium prædictum Advocatum ante non habuit, jus ſibi Advocatiæ reſervavit. Emolumenti autem totius exinde derivantis dimidium, ſicut præſcriptum eſt, ad nos ſpectabit, præter quam gladii exempti. Judex autem jurabit, quod queſtum omnem ſæpefacti Oppidi fideliter tam nobis, quam Abbati partietur. Adjectum quoque eſt, quod jus patronatus adhuc ibidem conſtruendæ eccleſiæ ad Præpoſitum pertinebit, & ipſius Eccleſiæ redditus utilitati fratrum provenient ad ſtipendiorum ſuorum ſupplementum. Ab hac autem donatione excipiuntur Allodium Monaſterii memorati, duo molendina eidem ab antiquo pertinentia, duæ areæ piſcatorum, & una area fabri, Abbati ſpecialiter deſervientis. Quæ omnia ſicut & nunc integraliter ad Monaſterium ſpectabunt prænotatum. Si proceſſu vero temporis aliquis ſucceſſorum noſtrorum de bonis prælibati Monaſterii plus ſibi, quam ordinatum & conſcriptum eſt, uſurpare attemptaverit, omnia, quæ Eccleſiæ Colonienſi donata ſunt, ad ipſum Monaſterium redibunt. Ut autem hæc omnia rata & inconvulſa, futuris obſerventur temporibus, ſigilli noſtri ac majoris Eccleſiæ Colonienſis Charactere præſentem paginam fecimus inſigniri. Hujus rei teſtes ſunt Conradus, majoris Eccleſiæ Colonienſis Præpoſitus, & Archidiaconus, Gozwinus, major Decanus & Archidiaconus, Hermannus, Sancti Gereonis Decanus, Gerhardus, Decanus Sancti Severini, Vortlivus, Decanus Sancti Georgii, Henricus, Præpoſitus Carpenſis, Pylegrinus & Godefridus, Notarii, Joannes, Præpoſitus Heldewardenſis, Gerungus, Decanus, Bertoldus Cuſtos, Conradus Camerarius, Joannes Plebanus & Præpoſitus, Adolfus, Comes de Marchia, Hermannus de Lippia, Hermannus, Advocatus Colonienſis, Hermannus Marſchalcus, Bruno Pincerna, Riquinus, Marſchalcus Weſtphaliæ, Hermannus, Scultetus Suſatienſis, & alii quam plures. Actæ hæc ſunt Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo, ducenteſimo vigeſimo, decimo ſeptimo Calend. Auguſti, Indictione octava.

XXXII.

Pabſts Honorii III. Confirmation des vorherſtehenden Vergleichs, de Anno 1222.

HOnorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filiis, Abbati & Conventui Monaſterii de Helmwardeshuſen, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum & honeſtum eſt, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter Dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, compoſitionem, quæ inter vos ex parte una, & venerabilem fratrem noſtrum, Colonienſem Archiepiſcopum ex altera, ſuper munitione quadam & Oppido juxta Monaſterium veſtrum conſtructis, & rebus aliis amicabiliter interceſſit, ſicut ſine pravitate provide facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta, & hactenus obſervata, & in ejusdem Archiepiſcopi literis exinde confectis plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. VII. Calend. Februarii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

XXXIV.

XXXIII.

Pabſts Innocentii IV. Ablaß-Brieff vor alle diejenigen, ſo die Heil. Drey-Königs-Kirche in Cölln, fleißig beſuchen werden, de Anno 1246.

INnocentius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Fratri Archiepiſcopo & dilectis filiis Capitulo Colon. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri: nihilominus tamen deſiderantes reddere Domino populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum ei, quaſi quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra, in qua trium Sanctorum Majorum corpora coruſcantia multis miraculis ſub veneranda cuſtodia conſervantur, congruis honoribus frequentetur: omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſtivitate ipſorum Sanctorum venerabiliter viſitaverint, annuatim de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia annis ſingulis miſericorditer relaxamus.

Datum Lugduni, Sexto Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno quarto.

XXXIV.

Urtheil Ertz-Biſchoffs Conradi zu Cölln, vermöge deſſen er einige Müntzer in der Stadt Cölln ihrer Müntz-Freyheit entſetzet, und das Müntz-Weſen daſelbſt reformiret, de An. 1258.

COnradus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Italiæ Archi-Cancellarius, omnibus præſens ſcriptum viſuris in perpetuum. Ea, quæ fiunt in tempore, ne labantur cum tempore, ſolent ſcriptis memoriæ commendari, ſciant igitur tam poſteri, quam præſentes, quod cum Nos a Monetariis Colon. qui Huyßgenoßen vulgariter nuncupantur, multiplices requiriremus exceſſus, ipſi prudenter ſententiæ calculum prævenientes, ſe, & quicquam juris habeant, ſeu habere videbantur, vel etiam dicebant ſe habere in officio, quod vulgariter dicitur Huyßgenoßſchafft, ſeu cuſtodia monetæ, omnes & ſinguli poteſtati Noſtræ ſimpliciter & de plano ſubmiſerunt, & expreſſe promiſerunt, quod quicquam ſuper præmiſſis ordinaverimus, ſtatuerimus, ſeu ſententiaverimus, absque contradictione qualibet inviolabiliter obſervabunt; Et ad majorem certitudinem prædictorum omnia privilegia, & munimenta, quibus ſe poterant, vel credebant in ſuo jure, ſeu conſuetudine defenſare, in manus noſtras publice reſignarunt, poteſtantes, quod alia inſtrumenta non haberent de prædicto negotio, vel ipſum negotium contingentia. Adjicientes inſuper, & eligentes, quod ſi quæ haberent alia, nullius eſſent momenti, nec per ea poſſent impoſterum aliquid juris vendicare huic ſubmiſſioni, & inſtrumentorum prædictorum reſignationi interfuerunt, Teſtes Engelbertus major Præpoſitus, Goswinus major Decanus, Wernerus S. Gereonis, Henricus S. Severini, & Henricus Sanctorum Apoſtolorum Præpoſiti, S. Panthaleonis, & S. Martini Abbates; S. Cuniberti, S. Andreæ, & S. Georgii Decani, Conradus Subdecanus, Godefridus, Chori-Epiſcopus, Philippus, Præpoſitus Zuſatienſis & Cuſtos Colonienſis, Conradus de Buren, Winricus, Ulricus & Henricus de novo Caſtro, Goswinus, Canonici majoris Eccleſiæ, Frater Albertus, Lector Fratrum Prædicatorum in Colonia, Wilhelmus, Juliacenſis, & Henricus de Wirnenburg Comites, Walramus de Monoie, & Wilhelmus de Vrenſe Nobiles, Gerhardus de Landtseron, Henricus de Veienhoven, Winemarus de Gelsdorp, Rudgerus & Wilhelmus Fratres filii Advocati milites, Scabini & multi de Fraternitatibus, & alii quam plures Cives Colonienſes in domo prædicti Werneri Præpoſiti S. Gereonis. His igitur omnibus ſolenniter expletis, eorum privilegia diligenter examinavimus & examinari fecimus per Viros honeſtos, qui Nobis adhæc expedire videbantur, & ea nullius momenti invenimus multiplici ratione, quæ, ſi eſſent, omni exceptione majora, eis multipliciter ab utendo Monetariorum officio ſeu Huyßgenoßſchafft penitus ſe reddiderunt indignos, & alias eſſent graviter puniendi. Cum privilegium mereatur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate; Quare uſi conſilio illorum, quos adhoc duximus aſſumendos omnes Monetarios, qui vulgariter Huyßgenoßen dicuntur, propter eorum manifeſtos exceſſus, a Monetariorum Officio, quod Huyßgenoßſchafft dicitur, & monetæ cuſtodia amovemus, nec non Magiſtros monetæ, & eum, qui dicitur Prune, ab eorum officiis, ſimiliter amovemus, & feuda, quæ habeant ratione dictæ monetæ, adjudicamus ſingulis & univerſis Nobis

bis & Succeſſoribus Noſtris jus, monetarios, ſeu Huyßgenoßen inſtituendi, nec non, cum exceſſerint, removendi in perpetuum, reſervantes inſuper fore factum; quod commiſerunt contra Nos & Noſtram Civitatem ſupradicti, Nobis reſervamus animadverſione debita puniendum. Teſtes aderant huic facto, & pronunciationi Goswinus, major Decanus, Fridericus Xanten. Wernerus, Sancti Gereonis, Henricus, St. Severini Præpoſ. St. Andreæ, Sanctæ Mariæ ad Gradus, & S. Georgii Decanus, Gerlacus de Iſenburg, Hermannus de Rennenberg & Matthias de Calemunte, Nobiles, Henricus de Foreſto, Rutgerus & Wilhelmus Fratres Advocati, Reinhardus, Dapifer de Hartt, Godefridus, Camerarius de Bachem, Petrus, Thelonarius, Joannes de Kerpene, Ingelhardus de Buren, Gerhardus Longus, Adolphus & Johannes Frater ſuus de Hulſe & quam plures alii Noſtri fideles, & Miniſteriales, inſuper intererant Scabini, Conſules, Fraternitates, & Populus Communitatis Colon. In hujus itaque rei teſtimonium & perpetuam firmitatem præſens litera eſt conſcripta, ac noſtro ſigillo ac Capituli Noſtri nec non Civitatis Colon. Sigillorum appenſione munita. Actum & pronunciatum in Palatino Noſtro Colonienſi, nono Calend. Aprilis, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo octavo.

XXXV.

Ertz-Biſchoffs Conradi zu Cölln Reformation des Hoch-Gerichts und Magiſtrats in der Stadt Cölln, de An. 1259.

COnradus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ, Archi-Epiſcopus, Italiæ Archi-Cancellarius, &c. Univerſis literam hanc viſuris, cognoſcere veritatem, ſummi patris familias bonitate ſuper ejus familiam conſtituti ſingulorum de populo Nobis ſubdito diſcernere merita vigilantis ſolertiæ conſideratione tenemur, Noſtram ad hoc examinis aciem intendendo, ut bonos, ſeu bene meritos congruis beneficentiæ præmiis attollamus, indignos vero, ſeu reprobos de manu noſtra pœnæ, non gratiæ retributio comitetur, ſane dilecti fideles Noſtri, Cives Colonienſes univerſi, Nobis in palatio Noſtro pro tribunali ſedentibus graviter ſunt conqueſti: Quod Magiſtri civium, qui pro tempore fuerunt in Colonia, & Scabini contra proprium Juramentum temere venientes, quosdam ex eis bonis ſuis ſpoliantes, alios captivantes, tam diu mancipatis vinculis detinebant, quousque voluntati ſuæ extitit ſatisfactum, & ne ſuper his moverent querimoniam, vel facerent impoſterum juramento, & aliis pœnis, & diverſis conditionibus, prædictos captivatos nequiter aſtrinxerunt; præterea eidem Magiſtri, & Scabini hujusmodi præſumptionibus non contenti, abuſum multiplicem in vendendis, & emendis quibuslibet, & maxime alimentorum rebus inducere, propter quæſtum ſuæ avaritiæ ſingularem inſontes pro ſuo libitu condemnare, ſontes vero lucri, vel pretii interventione ſalvare, juſtitiam pervertere, Juvenes infra annos exiſtentes diſcretionis ad officium Scabinatus aſſumere, mediante pecunia eligere, & ad quæcunque illicita manus extendere, propriæ ſalutis & famæ immemores præſumpſerunt; de quibus omnibus exiſtentibus adeo manifeſtis, quod ipſi Magiſtri Civium, & Scabini perſonaliter ea vice in Judicio conſtituti, per nullas ſe poterant defenſiones ullatenus excuſare, petebant inſtanter Conſules, fraternitates, populus communitatis, & generaliter tota univerſitas Civium prædictorum, ut eis juſtitiam de præmiſſis debitam facere dignaremur. Nos igitur deliberatione cum noſtris Prioribus, & aliis Eccleſiæ Noſtræ fidelibus habita diligenti, attendentes, quod Respublica Civitatis in talium manibus iniquorum magiſtratuum deperire deberet omnino, ſi diutius ſuſtineretur ipſorum dominium, & quod pauperes & plebeji, imo generaliter, qui communitas appellantur, redigerentur ad nihilum, per tantarum injurias preſſurarum, Ludovico Filio Theodorici de Müllengaßen hac vice Magiſtro Civium exiſtenti officium Magiſtratus, & omnibus Scabinis, ſolo Brunone dicto Crantz excepto, qui ſe bene habuiſſe in Scabinali officio eſt compertus, quorum nomina in præſenti tenore ſententiæ duximus annotanda, Theodorico vero ſapienti, Joanni de Lindtgaßen, Ludovico de Müllengaßen, Hermanno Comiti, Theodorico Gyr, Henrico de Müllengaßen, Theodorico Grin, Gerhardo Scherfgen, Gerhardo de Lindtgaßen, Matthiæ de Oberſtoltz, Joanni de Porta. Rygwino Grin, Gerhardo Gyr, Hermanno & Ludovico filiis Theodorici ſapientis, & Danieli Oberſtoltz, officium Scabinatus, propter exceſſuum evidentiam prædictorum, quibus ſe reddiderunt inhabiles, & indignos, per ſententiam diffinitivam abjudicamus, ipſisq; officiis eos ſententionando privamus; de fratribus vero Scabinorum & illis, qui rectores erant officii dicti Richerzecheit, nec non de illis, qui plebejum in parochiis conſilium, & regimen hactenus obtinebant, ita ſtatuimus, quod quicunque horum ita ſe geſſerunt in prædictis, quod in non bono ſunt teſtimonio Civitatis, de cætero officiorum ſuorum Regimine ſint carentes, inhibentes ipſis nihilominus ſub obtentu gratiæ

tiæ Noſtræ, ne de præmiſſis officiis de cætero ſe intromittant, vel conſiliis Civitatis audeant intereſſe; Nolumus autem per præſentem literam, literæ per viros venerabiles Goswinum Decanum Colonienſem, Henricum Sancti Severini, Henricum Sanctorum Apoſtolorum, Philippum Zuſatienſem Eccleſiarum Præpoſitos, ac fratrem Albertum, Lectorem fratrum Prædicatorum Colonienſium confectæ in aliquo derogare, fori factum etiam, quod prædicti Magiſtri, & Scabini Colonienſes contra Nos, & Civitatem Noſtram Colonienſem commiſerunt, Nobis reſervamus, animadverſione debita puniendum, in cujus rei teſtimonium & munimentum perpetuæ firmitatis præſentem literam Sigillo Noſtro Noſtrique Capituli, nec non & Civitatis Colonienſis ſigillis duximus muniendum: Teſtes aderant, & in hujus prolatione ſententiæ aſſidebant dilecti Priores Noſtri, Engelbertus, Præpoſitus, Goſvvinus, Decanus majoris Eccleſia, VVernerus, Præpoſitus Sancti Severini, Godefridus de Mühlfort, Chori Epiſcopus, Philippus, Theſaurarius, Embricus Abbas ſancti Panthaleonis, VVernerus Decanus ſancti Cuniberti, Henricus Decanus ad gradus Sanctæ Mariæ, Goswinus de trajecto, Canonicus Colonienſis, Engelbertus Capellanus, Godefridus Rotarius, & Lambertus de Nuſſia Clerici Curiæ Noſtræ. Item Gerhardus de Salinis, Fridericus Dominus de Schleda, &c. Theodorus Dominus de Milendunck, VVilhelmus de Frenſe, VViricus ejus Germanus, Arnoldus de Rennenbergk, Volequeldus de Buren, viri Nobiles, Item Marſchalcus de Alfftere, Rutgerus Advocatus Colonienſis, Godefridus, Camerarius, Petrus, Telonarius, Burggravius Honſtaden, Goſvvinus de Alffteren, VVinricus, Schultetus de Lechenich, Godefridus, Burggravius de Drachenfeltz, Lambertus de Rheinbach, Theodoricus ejus frater, Genfridus de VVerdena milites, & alii quam plures Noſtri fideles, in quorum omnium multitudine & audientia interrogari in palam fecimus & inquiri, ſi omnes in hanc ſententiam conſentirent, vel ſi aliqui diſſentirent, ipſos, dummodò rationabile quid in contrarium proponerent, audire vellemus, & omnes una vociferatione apertiſſima reſponderunt, quod ipſam ſententiam approbarent, & nullus adfuit, nec comparuit contradictorum. Actum & pronunciatum Coloniæ in Palatio Noſtro quinto decimo Calendas Maji, Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono.

XXXVI.

Ejusdem Ausſpruch und Urtheil, vermöge deſſen er neue Richter und Schöppen in der Stadt Cölln eingeſetzet, de Anno 1259.

COnradus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Italiæ Archi-Cancellarius, Vniverſis hanc Literam inſpecturis cognoſcere veritatem, ſummi Patris familias bonitate ſuper ejus familiam conſtituti, ſingulorum de populo nobis ſubdito diſcernere merita vigilantis ſolertiæ conſideratione tenemur, Noſtri ad hoc examinis oculos etiam intendendo, ut bonos, ſeu benemeritos congruis beneficentiæ præmiis attollamus, indignos verò, ſeu reprobos de manu Noſtra pœnæ, non gratiæ retributio comitetur; Cum igitur ex parte dilectorum fidelium Noſtrorum Civium Colonienſium univerſaliter de Judicibus, ſeu Magiſtris Civium, & Scabinorum querulantium tantus ad aures Noſtras tantæ amaritudinis clamor pervenerit, & querela communis, quod ſupersedere nequimus Juris neceſſitate cogente, quin propter ipſorum tam Judicum, quam Scabinorum exceſſus multiplices manifeſtos, & graves in Judicio coram Nobis propoſitis, publice contra ipſos, & de quibus ſe per nullas defenſiones legitimas poterant excuſare, procedere; Nos ad ipſorum depoſitionem neceſſario oportuerit his diebus & ipſos a ſuis officiis ſententialiter amovere, ſolo Brunone Crantz excepto, prout in ipſius tenore ſententiæ ſuper hoc legitimè, & ſolenniter promulgatæ plenius continetur: Ecce ne Civitas ipſa Colonienſis defectum Judicii & Juſtitiæ, propter Judicium & Scabinorum carentiam diutius patiatur, habita ſuper hoc deliberatione cum univerſitate Civium prædictorum, in nomine Domini viros de ipſa univerſitate providos & honeſtos, Gerhardum de Sandtkauſen, Ricelſum Grein, Theodoricum filium Oberſtoltz, Henricum de Waßenburgh, Theodoricum de ponte, Johannem de Rilen, Gerlacum Conradum, fratrem ejus, VValdanorum de Clorenge, Johannem de Rodenkirchen, Bodonem Bruxatorem, Hermannum ſapientem, Iffridum, Theodoricum Byvvalten, Theodoricum Kriegmarte, Johannem filium, VVigmarum Leonem, de foro piſcium, Henricum Telonarium, Albertum Goer, Everhardum de Bornhaim, VVilhelmum de Ganßgaßen, Henricum de Bergh, & Theodoricum de Binge, ad officium ſumimus Scabinatus, cum ipſius univerſitatis Conſilio, & aſſenſu, ipſos-

ipsosque de dicto officio, prout Nostra interest, investimus prænominato Brunone Crantz, ut supra diximus, in ipso Scabinali officio permanente; Item quod officium usque ad finem vitæ suæ quilibet obtineat, nisi quod absit, in tantum excesserint, quod propter ejus excessus privationem officii mereantur. Præterea quotiescunque aliquem Scabinorum amoveri, vel mori contigerit, a Nobis, & Successoribus Nostris, & Scabinis, nec non in Consilio fraternitatum communiter alius fide dignus, & idoneus assumatur, & absque contradictione qualibet de officio Scabinatus, prout moris est, nulla interveniente prece, aut pretio investiatur libere, & syncere Scabini autem sic instituti, & in posterum instituendi, ut dictum est, utentur jure Scabinatus, quo uti Scabini Colonienses bene in ipso habentes officio consueverunt; Hæc ita sententionando, statuimus & pronunciamus, & salvo manente privilegio illo, quod super juribus Nostris & Civitatis Nostræ venerabiles viri, Gosvvinus, Decanus Colonienſis, Henricus, S. Severini, Henricus, Sanctorum Apostolorum, Philippus Zusatiensis Ecclesiarum Præpositi, ac Frater Albertus, Lector Fratrum Prædicatorum Colonienſium Deputati, hinc inde super hoc diffinitores, seu Arbitri ediderunt, ut hæc autem rata, & illibata permaneant, præsentem literam sigillo Nostro, Capituli Nostri, nec non Civitatis Colonienſis sigillis duximus muniendam; testes aderant huic facto, Engelbertus, Præpositus, Gosvvinus, Decanus Majoris Ecclesiæ, VVernerus, Præpositus Sancti Gereonis, Capellanus noster, Henricus, Præpositus Sancti Severini, Godefridus de Mulfort, Chori Episcopus, Philippus, Thesaurarius, Joannes, Præpositus Reissensis, Embricus, Abbas S. Panthaleonis, VVernerus, Decanus, S. Cuniberti, Henricus, Decanus S. Mariæ ad Gradus in Colonia, Gosvvinus de Trajecto, Canonicus Colonienſis, Henricus de novo Castro, Canonicus Majoris Ecclesiæ, Alexander de Brunshorn, Canonicus S. Andreæ, Engelbertus Capellanus, God fridus Notarius, & Lambertus de Nussia Clerici Curiæ Nostræ, Item Gebhardus de Salmis, Fridericus Dominus de Schleida, Theodoricus Dominus de Milendunck, VVilhelmus Dominus de Freintz, & VViricus ejus Germanus, Arnoldus de Rennenberg, Valcaldus de Büren, viri Nobiles, Item Germanus Marschalcus de Alsftere, Rutgerus Advocatus Colonienſis, Godefridus Camerarius, VVinemarus de Gelstorff, Joannes de Herpena, Petrus Telonarius, Godefridus Burggravius de Honstaden, Godefridus Burggravius de Drachenfelß, Gosvvinus de Alsfteren, VViricus Schultetus de Lechenich, Lambertus Reinbach, Theodoricus ejus frater, Godefridus de VVerdena, milites, & alii quam plures Nostri fideles. Actum, & Datum Coloniæ quinto decimo Calendas Maji, Anno Domini Millesimo, ducentesimo, quinquagesimo nono.

XXXVII.

Ejusdem Statuta, so er auf dem Provincial-Concilio im Jahr 1260. publiciret.

IN nomine Domini, Amen. Nos Conradus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius. In agrum Domini, curæ nostræ commissum, de Mandato Apostolico his diebus per ostium Visitationis ingressi, plura in ipso, quam utique credebamus, offendiculorum invenimus Zizania diversorum. Si enim mala opera conversationis, & scandala perversitatis in Clero, recte Zizania sunt censenda, incepti super hoc propositum negotii prosequamur: imprimis quidem extirpando radicitus vitia, ut deinde virtutum germen laudabile, unde fructus salutis proveniat, inseramus. Cum igitur ista bonorum plantatio germinum, & extirpationes vitiorum, in agrum Domini absque correctionis remedio fieri non valeat; opportune, secundum qualitates & modos excessuum, correctionis Canonicæ modos providimus adhibendos. Sane cum ea, quæ nobis genera diversorum offendiculorum visitantibus occurrunt, in aliquibus Clericorum sint ista, & fere maxime in eorum compluribus usitata: manifesta cum mulieribus cohabitatio; habitus Clericali incongruus disciplinæ: in nonnullis quoque eorum negotiatio detestanda; & insufficientia scientiæ (quæ est illiteratura) in multis, quos Clericos solo nomine, non re, recta consideratione censemus, & præter hæc aliqua alia in nonnullis eorum occurrunt, habentia notam labis Ecclesiasticæ: de manifesta mulierum cohabitatione notatis ita secundum Canonicas præcipimus sanctiones.

I. De

I. De manifesta cohabitatione Clericorum & mulierum.

Cum enim manifestas mulierum cohabitatores seu concubinarios censeamus, non solum eos, qui in suis domibus tenent Concubinas, verum omnes generaliter, eos etiam, qui mulieres focarias, extra domos suas manentes, suis manifeste procurant sumtibus & sustentant: de his ita præcipimus, quod tales, inde in visitatione nostra notati, cessent de cætero a talis peccati commercio, & in pœnam commissi excessus, intrent carcerem Canonicalis disciplinæ, illum servaturi secundum morem & consuetudinem disciplinæ, hactenus observatæ. De his autem mulieribus ita præcipimus, quod, si intra immunitatem (quod absit) fuerint compertæ manentes, vel prope immunitatem, Decani Ecclesiarum per excommunicationis sententiam ipsas ad recedendum compellant; ipsique nihilominus Decani eas ad suos Plebanos destinent, recepturas ab eis, vel aliis boni consilii (quoad remedia animarum) viris pœnitentiam salutarem.

Quia vero supradicti cohabitatores mulierum Clerici, patrimonium Jesu Christi in usus malos, cum suis peccando focariis, expenderunt, eos proinde teneri ad satisfaciendum Ecclesiæ, cujus bonis taliter in suis concupiscentiis & peccati illecebris sunt abusi, decernimus, & satisfactionis istius modum nobis reservamus, secundum Canonicas sanctiones.

Et quia iidem Clerici, sicut de multis eorum comperimus, ita hujus peccati pernicioſa nimis assuefactione excæcati, in eo perſistere, usque ad vitæ etiam suæ novissima, non verentur, in tantum, quod in extremis agentes, si quid de bonis Ecclesiasticis habuerint, ea pueris suis legant & deputent, non contenti quod inde in vita sua eos aluerant, & sic fraudant Ecclesias Jesu Christi patrimonio, sequemetipsos culpæ magis illaqueant coram Deo: talem abusionem damnabilem detestando damnamus, & fieri de cætero districtissime prohibemus:

Item, ut ipsi Clerici (qui malam utique vitam in hujus cohabitationis crimine agunt) a mala sibi saltem fama coram hominibus & toto Clero, de improperioſa nimis detractione, præcaveant; ipsis sub districtione firmissima prohibemus, ut nuptiis filiorum suorum & filiarum personaliter non interſint. Et in his nuptiis, quantum omnino potest, vitetur pompa & solennitas nuptialis.

II. De manifesta Clericorum negotiatione.

Cum negotiatio in Clerico, & usura in Laico, quasi esse unius generis censeantur; ita præcipimus, quod cessent de cætero a talis peccati mali-

tia, & in pœnam commissi excessus, intrent Canonicalis carcerem disciplinæ, secundum quod superius est expressum. Quia vero isti turpis avaritiæ sectatores, non Deo sed Mammonæ lucrifacere elegerunt, & malis inhiando lucris, Christi similiter patrimonio & bonis Ecclesiasticis sunt usi illicite & indigne: eos proinde teneri ad satisfaciendum Ecclesiæ, in cujus non fideliter, sed fraudulenter potius, negotiati sunt bonis, decernimus; & satisfactionis istius modum, secundum sanctionem Canonicam, Nobis reservamus.

III. de insufficientia scientiæ, quæ est illiteratura Clericorum.

Item de Clericis, de insufficientia doctrinæ, quæ est illiteratura, notatis, sicut de omnibus scientiam eminentem non requirimus, sed quod sciant legere & cantare ad Divini officii ministerium competenter; ita præcipimus, quod, qui per se non possunt facere in choro cantandi debitum & legendi, faciant per aliam personam idoneam, secundum quod Decani sui discretio duxerit providendum.

IV. de tonsura Clericorum.

Cæterum de Clericis, non deferentibus Clericalem tonsuram, & vestes habentibus Clericum non decentes (indecentia namque vestium, in colore, vel pompanodorum, vel apertura Vestium a latere, aut nimia brevitate notatur;) sic, tam de his, quam de illis, districte præcipimus, ut tonsuram comæ, quæ Clericalis sit, habeant, & suas coronas competentes, & eas radere non omittant: quod tamen invenimus aliquos omittere: quod maxime detestamur, dum tales & taliter se gerentes, privilegio quidem Clericali gaudere contendant, & tamen signum illius privilegii aspernentur, sub eadem districtione, vestium indecentium pompam & usum firmissime inhibemus.

V. de Clericis Simoniacis.

Item de Clericis Simoniacis ita præcipimus, quod ante omnia ea dimittant beneficia, quæ adepta per Simoniam extiterint, ne ea in damnationem suarum teneant animarum: & postmodum cum maturo consilio, qualiter ipsorum statui consulatur, ordinabimus secundum Canonicas sanctiones.

VI. de Clericis irregularibus.

De Clericis autem irregularibus ita præcipimus, quod a sui officii executione se contineant, donec circa eos fuerit ordinatum secundum Canonicas sanctiones, quid fuerit ordinandum.

VII. de Dormitoriis, de lectura Tabulæ Capitularis, de lunationibus, &c.

Conſequenter, quia in ipſa viſitatione comperimus, circa Divinum officium, ſive miniſterium atque chori debitum, negligentias & omiſſiones debiti factas hucusque fuiſſe & fieri, plus, quam Dei honorem deceat, & ſaluti ipſorum expediat miniſtrorum; quæ quidem negligentiæ cauſantur exinde potiſſimum, quod ſint quædam Eccleſiæ Canonicorum, carentes dormitoriis, quædam habentes dormitoria, ſed eorum Canonici dormire in his longo temporum ſpatio deſveverunt; item quod in quibusdam Eccleſiis eſt compertum, raro vel nunquam per anni totius ſpatium lectiones, & cantum divini officii in Capitulari Tabula annotari; item raro vel nunquam in capitulo ipſo legi lunationes menſium aut Kalendas, ſeu obitus fidelium, quorum commendationem aut memoriam agere unusquisque, de Eleemoſynarum vivens ſuſtentatione tenetur: ſuper his omnibus, qualiter reformentur, &, reformata, in robore ſuo permaneant & vigore ſicut primitus erant inſtituta, ita præcipimus, quod Eccleſiæ Canonicorum, carentes dormitoriis, ea deinceps habeant de communi Eccleſiæ ære ſeu pecunia conſtruenda; & Canonici, qui, habentes dormitoria, dormire in his aliquandiu deſueverant, in his dormiant, prout hoc conſuetum fuit antiquitus: his duntaxat exceptis, quos infirmitas, ſeu debilitas, aut alia cauſa legitimæ neceſſitatis, excuſat: cum alias caſſa & vana fuiſſet ipſorum dormitoriorum ſtructura, ſi non in ipſis, modo & more debito, maxime cauſa matutinalis officii, dormiretur.

Item percepimus, quod quædam Canonicorum Collegia in conſuetudinem adduxerint, nullis diebus cantare vigilias pro defunctis, niſi quando diſtributio denariorum in choro præſentibus exhibetur, & ſic evaneſcat illorum memoria, qui, etſi ad diſtributiones hujusmodi quicquam non dederint, vel legaverint Eccleſiis, ad communem tamen adminiſtrationem corporis Præbendalis, prædia & poſſeſſiones pie & munifice ſunt largiti ſuper hoc itaque ſtatuimus, ut non ſolum illis feriis, quæ ſunt diſtributionibus hujusmodi deputatæ, verum & aliis diebus omnibus, præterquam in feſtivitatibus, ſecundum conſuetudinem majoris Eccleſiæ, vigiliæ cum officio pro defunctis in Choro ſolenniter decantentur; & poſt hujuſmodi decantationem officii, Decanus & fratres ingrediantur Domum Capituli, ante omnem tractatum diſciplinæ vel etiam Præbendæ, aut cujuscunque alterius negotii, Tabulæ Capitularis, lecturam (habentis diſtincte & in ſpecie, quid unicuique ſit cantandum vel legendum in choro) audiant diligenter; ac inſuper lunationes menſium, ac Kalendæ & obitus legantur; nec non aliqua lectio de regula & vita Clericorum legatur; & tunc immediate de diſciplina fiat, quod fuerit faciendum; ac talia conſequenter poſt ipſam diſciplinam tractentur negotia, quæ ad utilitatem ſeu neceſſitatem fuerint ſpectantia, publicam ſeu privatam. Et ſi aliquando Decanus non fuerit præſens, propter hoc non omittatur ullatenus, quin Fratres domum Capituli intrent, ad audiendum ipſius Tabulæ Capitularis lecturam, ut ſciant quid unicuique in choro ſit legendum (ut ſupradiximus) & cantandum deputatum. Quia cum in majori Eccleſia talis, & bona utique conſuetudo in hujusmodi obſervetur, id ipſum in aliis volumus Eccleſiis obſervari.

Item præcipimus, ut divinum officium in choro nunquam absque ordine miniſtrorum, ſacerdoti miniſtrare debentium, videlicet diaconi & ſubdiaconi, decantetur: & ipſi miniſtri in ipſo ſacræ Miſſæ officio non præſumant absque indumentis ſuo Ordini deputatis, aliquatenus miniſtrare, nec ante finem Miſſæ recedere: quod tamen quadam deſuetudine, immo mala abuſione, apud quasdam Eccleſias fuiſſe comperimus introductum; ſed deinceps hoc fieri firmiſſime prohibemus.

Eisdem etiam miniſtris injungimus, quod, quotiescunque hebdomada eorum fuerit officio deſerviendi divino, Horas in Choro Matutinales & alias ſervare ſtudeant diligenter, ne ullum per eos omiſſionis debiti, quoad ſacrum miniſterium, eſſe valeat argumentum. Sacerdotes autem ipſi, quotiescunque celebraturi ſunt miſſam, veſte Camiſiali ſub albis non careant, ne albam, quæ conſecrata eſt veſtis, ipſorum tunicæ valeant immediate contingere, nec ipſæ tunicæ apparere.

Item Canonicis, ne frequenter extra immunitatem Eccleſiarum ſuarum comedant, aut dormiant extra ipſam, firmiſſime prohibemus: nec ulla eis ſuffragetur occaſio, ſi forte propriis domibus careant. Competentius namque in ſuis dormire dormitoriis, & comedere in clauſtris aut refectoriis, poſſunt hi, qui domibus propriis, vel certis hoſpitibus carent, quam hæc facere forim, ſecus apud loca ſuſpecta, vel alias Clericalis converſationis non bene decentia honeſtatem.

VIII. de Campanariis & Cuſtodibus.

Item, ut Campanarii Eccleſiarum, quorum ſervitus ſive onus circa altare verſatur, nunquam absque veſte Camiſiali compareant, firmiſſime prohibemus: & ut hoc absque omni omiſſione ſervetur, Eccleſiarum ipſarum Theſaurarii, ſeu cuſtodes, & ſinguli in ſingulis ſuis Parochiis Plebani, provideant diligenter. Præfati etiam Theſaurarii, ſeu cuſtodes, quorum intereſt Eccleſiæ luminaria miniſtrari, ea ita fideliter adminiſtrent, & generaliter omnis Eccleſiaſticæ ſupellectilis, ſeu theſauri cuſtodiam, eorum fidei atque curæ commiſſam, ita conſervent fideliter & ſolerter, quod inde non ſint reprehenſibiles, & quod pœnam Canonicæ caſtigationis evitent.

IX. De Decanis, Scholaſticis, Cantoribus & Canonicis.

Conſiſtente autem penes Decanos Eccleſiarum poteſtate, lege ac gubernatione Canonicæ diſciplinæ exercenda, ipſis propter hoc firmiter præcipiendo injungimus, tota eos ad id niti ſolertia, quod in Eccleſiis diſciplinalis obſervantia vigeat honeſtatis, & ſicubi enervata extiterit, ipſam ſtudeant reformare, commiſſam ſibi exceſſuum correctionis poteſtatem & regimen ſui officii taliter exequendo, ut boni diſpenſatores in Domo Domini, ſuper ejus familiam, digna poſſint commendatione cenſeri: & hoc quidem ſe facere arbitrentur, ſi ipſi diſciplinati appareant in ſeipſis, & per bonum exemplum confortent & animent ſuos confratres.

Præfati autem Decani, quicunque promotionis ſuæ tempore non fuerint in ſacris ordinibus conſtituti, eos incunctanter recipiant, gradatim de ordine ad ordinem aſcendendo.

Item præcipimus, quod intra tempus in jure expreſſum, Ordinem ſacerdotalem recipiant, ſi ordinem forte in noſtra diœceſi a nobis vel aliquo alio Epiſcopo contingat noſtro nomine celebrari: nec aliquis Decanus propria auctoritate vel potius voluntate, præſumat ordinis ſacerdotalis receptionem protrahere, vel differre, niſi ſpecialiter hoc Noſtra licentia valeat obtinere.

Item præcipimus, quod ipſi Decani, poſtquam Ordinem Sacerdotalem receperint, & generaliter omnes ſacerdotes, nec non Eccleſiarum Plebani, tam Urbani pariter, quam rurales, ſurcotia clauſa portent; quod, ſicut ab aliis ſunt in ſtatu honoris & reverentiæ differentes, ita deceat quod ab illorum habitu vel veſtitu differentes appareant, & nullum in eis, exemplo & uſu veſtium, ſignum appareat levitatis.

Et ſicut Eccleſiarum Decanis modo prædicto injungimus facere, quæ ad ipſos pertinent facienda, in ſe ipſis pariter & ſuorum regimine ſubditorum; ita Scholaſticis Eccleſiarum, nec non Choriepiſcopis ſeu Cantoribus, quorum officia onus ſuum, tam circa diſciplinam, quam chori debitum atque reſidentiam in ipſis Eccleſiis faciendam, habere noſcuntur, injungimus, ut in his omnibus ſtudeant ita ſe habere, quod inde non ſint irreprehenſibiles, ſed potius commendandi.

Item ſicut Decani in Eccleſiis reſidere debere noſcuntur, ita quoque Scholaſtici & Cantores: unde & hoc eos ita præcipimus obſervare.

Item nemo ſit Scholaſticus in duabus Eccleſiis, quarum Præpoſiti & Decani, Priores Colonienſis exiſtunt; cum de neceſſitate deinde caueſetur inconveniens, ut illarum Eccleſiarum ad minus altera, ſui defectum debiti in membro ita neceſſario, cujus quidem non eſt levis recuperatio, patiatur.

Item & illam abuſionem, in aliqua Eccleſiarum compertam, quod Decanus ſit liber a choro, quaſi corruptelam & quaſi peſſimæ adinventionis ac fraudis modum vel ſpeciem deteſtamur, & deteſtando præcipimus, ne quis de cætero Decanorum in ſua præſumat Eccleſia per abuſionem hujusmodi a ſui jugo oneris vacillare.

Item ne Canonici Eccleſiarum, in ſolennitatibus & ſtationibus, ſine chorali pelliceo vel veſte camiſiali ſub ſuperbelliceo incedant in Eccleſiis conventualibus & in choro.

Item præcipimus, ut ſi quando Canonici per viros Civitatis, aut plateas incedant, ita decenter in habitu veſtimentorum incedant, ſicut ab antiqua eſt conſuetudine obſervatum.

X De Capellanis Regalibus, Epiſcopalibus, & Præpoſitorum; & qui non poſſint eſſe hujusmodi Capellani.

Cum in aliquibus Eccleſiis Capellani Regales, Epiſcopales, ac etiam Capellani Præpoſitorum exiſtant, qualiter hi ſe habere debeant, cum nonnullos forte ipſorum hoc lateat, determinandum neceſſario hoc duximus in præſenti noſtrorum ſerie ſtatutorum. Capellani hujusmodi Reſidentiam in ſuis Eccleſiis, tanquam alii Fratres, facient, niſi illo tantum tempore, quando agunt ſuorum negotia dominorum, atque etiam ſi negotia Eccleſiæ hoc expoſcant. Et nobis in Eccleſia majori, vel alia

noſtræ Civitatis, vel diœceſis Eccleſia, (ſi ſunt ea vice præſentes) celebrantibus, ibi debent adeſſe in divini celebratione officii, & adſtare. Et debent hujusmodi Capellani in ſacris eſſe ordinibus conſtituti. Super hujusmodi Capellanos Epiſcopales erit Noſter Capellarius quaſi loco Judicis Magiſtri.

Ad hæc præcipimus, quod nulli Decani, nulli Scholaſtici, nulli Choriepiſcopi, vel Cantores, nulli Sacerdotes Eccleſiarum, Capellani Epiſcopales ullatenus, aut Regales exiſtant.

XI. De Piſtrinis Eccleſiarum.

Cum vero ſint quædam Eccleſiæ, carentes Piſtrino communi, quod multum utique reprobamus; ſuper hoc ita præcipimus, quod in omnibus Eccleſiis Collegiatis habeatur commune Piſtrinum, & panis ibi Præbendalis diſtribuatur potius, quam unusquisque cum modio ſive maldro annonam panis Præbendalis recipiat ad vendendum. Ex hac namque venditione perit hoſpitalitas in Eccleſiis, cum in ipſis pauci vel nulli reperiantur, panem ſuum in domibus eomedentes Clauſtralibus, vel egenis inde Eleemoſynam tribuentes.

XII. De Præpoſitis & eorum Capitulis, qualiter erga ſe invicem habere debeant.

Conſequenter de Eccleſiarum Præpoſitis videamus, qualiter ipſi erga Capitula ſe habere debeant, & qualiter Capitula erga ipſos vice verſa. Cum enim ipſis Præpoſitis ea potiſſime incumbat ſolertia, quod circa Eccleſiæ exteriora vel ejus temporalia defendenda ſint vigiles & cooperantes Capitulis, ubicunque injuriam patiuntur, qualiter ab illis injuriis releventur, Noſtro (prout eis opus fuerit) auxilio accedente, & non ſolum ad hujusmodi temporalia promovenda exterius teneantur, immo ad omnia alia, tam intus, quam extra, quæ ſunt ad Eccleſiæ utilitatem & pacem ſpectantia, nec non ad ipſius Eccleſiæ jura, ſtatuta honeſta & bonas conſuetudines obſervandas teneantur ex proprio juramento: ipſis præcipimus, circa hæc omnia taliter ſe habere, quod inde irreprehenſibiles cenſeantur.

Capitula etiam vice verſa ita ſe erga ipſos habere Præpoſitos ſtudeant in omnibus, honorando ipſos, in quibus ſunt merito honorandi, quod in nullo ipſorum Præpoſitorum Dignitati derogent, ſive juri. Et quia de aliquibus Præpoſitis unum quidem in viſitatione comperimus reprehenſibile & non laudandum, quod ipſi fructibus ſuſpenſarum in Eccleſiis Præbendarum, quorum ſunt & eſſe de jure teneatur Diſpenſatores, (illi præſertim, qui dictos fructus nondum in Capitula transtulerunt) abutuntur: cum enim de ipſis fructibus, uno eis anno cedentibus, tecta Eccleſiæ, quando foret neceſſitas, reparare deberent, ipſi ea non reparant; immo fructus ipſos Canonicis inobedientibus, ideoque ſuſpenſis, reſtituunt ſeu remittunt: ecce, per hanc remiſſionem, injuriam fabricæ Eccleſiæ faciunt, damnum ſeu emolumenti carentiam ſibi ipſis, ac inſuper occaſionem negligentiæ, & abeſſendi ab Eccleſia, Canonicis ſuis, præſtant. Hanc itaque abuſionem, omni penitus ratione ac etiam colore carentem, ipſis de cætero Præpoſitis inhibemus; volentes, ut vel ipſi retineant (convertendos inutilitatem propriam) illos fructus, ſi Eccleſia eorum opus non habuerit reparatione tectorum, vel Eccleſiæ ipſi ad ornamenta fructus hujusmodi largiantur, potius quam eis indignis, hoc eſt, inobedientibus reſtituant, & in ſua inobedientia ſeu diſſolutione taliter animent, ac ſi ipſi Præpoſiti diſſolutionis ac inobedientiæ ſint auctores.

Item, quod ipſi Canonici, qui ſuſpenſi fuerint pro ſua inobedientia, nunquam in facie Fratrum intra immunitatem compareant manifeſte, firmiſſime præcipimus & mandamus.

XIII. De Electionibus Capitulorum.

Item, ne in præſentis noſtræ Viſitationis propoſito omittamus hoc, per quod maxime Eccleſiarum Collegiatarum quieti proſpicitur, illarum præſertim, quæ plurium Clericorum receptionibus ad vacatura beneficia ſunt gravatæ, cum conſtitutio Domini Alexandri Papæ, ſuper hoc ipſo decreverit providere; Nos illam conſtitutionem præcipimus inviolabiliter obſervari, ut, cum juxta eandem conſtitutionem, quatuor ex receptis ante ipſam, proviſum fuerit de Præbendis, quæ poſt conſtitutionem prædictam vacaverunt vel vacabunt, ubi nondum quaternarius eſt completus, alii ultra ipſum numerum exiſtentes, habeantur pro caſſatis, nec aliquo modo ex receptione tali a Præpoſitis, Decanis & Capitulis Eccleſiarum, pro Canonicis vel Præbendariis admittantur. Et monemus illos, qui receptioni hujusmodi innituntur, & de Canonicatu & Præbenda ſe ingeſſerint, quod deinceps omnino deſiſtant. Præpoſitos autem, Decanos & Capitula nihilominus admonemus, ut tales pro Canonicis vel Præbendariis non admittant.

XIV. De immunitatibus & muris earum.

Ut vero omnes Eccleſiæ Collegiatæ, Immunitates ſuas, muro circumdatas, & clauſuras portarum, bene munitas habeant, firmiſſime præcipimus & mandamus.

Hæc itaque noſtræ Viſitationis præcepta Canonica & ſtatuta, ita a nobis edita præcipimus inviolabiliter obſervari: & unumquodque Collegium ea in ſcripto ad ſuæ exemplar & regimen vitæ recipiat, & recepta penes ſe in perpetua commendatione memoria teneat diligenter. Hæc ita ad præſens ſtatuimus, ſalvo nobis, quod alia, ſi qua adhuc occurrerint, opus habentia Reformationis, aut correctionis remedio, ſive de Canonicis, aut Monachis, aut etiam plebanis exiſtant, ea ſtatuamus, ut inde, prout expediens fuerit, loco & tempore ordinemus. Pronunciatum & datum Coloniæ, quarto Idus Martii, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo.

XXXVIII.

Ejusdem Statuta, der Mönche in ſeiner Archidiœceſi Leben und Converſation betreffend, de Anno 1620.

IN nomine Domini, Amen. Conradus, Dei gratiæ ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius.

Saluti & bono ſtatui omnium, cujuscunque Profeſſionis ſeu Ordinis; ſed Noſtrorum domeſticorum maxime, debitores in Domino exiſtentes, ſicut in noſtra viſitatione negotium Reformationis & Correctionis de Clericis per Statuta Canonica expedivimus competenter, ita de monachis ſatagentes, id ipſum ſuo modo, quo competens fuerit, expediemus.

I. De Celebratione Divini officii.

Imprimis igitur ſtatuimus, quod omnium Monaſteriorum nigri habitus Monachi, Ordinis S. Benedicti, Divinum officium in cantando & legendo, ſecundum quod regula ejusdem S. Benedicti præcipit, exequantur; & maxime munditiis circa altaria & ornatum Eccleſiaſticum ſint ſtudentes.

II. Quando & quomodo Monachis communicandum ſit.

Statuimus item, ut miniſtri altaris, ſingulis Dominicis diebus, & aliis Feſtivitatibus, prout conſvetudo loci ſeu monaſterii habet, communicent corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, facta prius Confeſſione Abbati, vel Priori, ſecundum Regulam: ut ſi aliqua de cauſa duxerit aliquis abſtinendum, cauſam Abbati, vel Priori non differat intimare, ut cujus judicio abſtineat, vel ad communicationem accedat.

III. Propria Monachis habere non licere.

Item ſtatuimus, quod Monachi proprium non habeant, ſecundum quod regula eorum præcipit, niſi quod Abbas dederit, aut permiſerit; & quod pariter victum & veſtitum percipiant de communi per ſui adminiſtrationem Abbatis; ut nullus Monachorum cauſetur de qualitate, ſeu quantitate victus & veſtitus, & veſtibus, ſed omnia ipſis adminiſtrentur, ſecundum quod Monaſteriorum ſuorum ſuppetunt facultates, & prout regula hoc expoſcit.

IV. De incontinentia Monachorum.

Statuimus item, eos graviori culpa vel pœna puniendos ſecundum regulam, qui fuerint de incontinentia notati; quæ maxime in Monachis eſt deteſtanda.

V. De habitu monachorum.

Item ſtatuimus inhibendo, ne aliquis monachorum ſurrociis, caligis, coloratis calceis, nodatis cingulis irregularibus, aut maſſubiis ſericis utatur: ſed quod ipſi Monachi talibus indumentis, quæ ipſorum Regula præcipit, aut concedit, induantur.

Statuimus etiam, quod Monachi officiarii pro ſui monaſterii, vel negotiis officii, aut alii de licentia Abbatis, vel Prioris, Abbate abſente, exeuntes, talibus utantur veſtibus & calceis pluvialibus, quæ ipſorum Ordinis deceant honeſtatem, & in quibus Monaſticæ Religionis, ſeu converſationis abuſio non poſſit deprehendi.

VI. De Monachis percuſſoribus.

De Monachis autem irregularibus ita præcipimus: ſi monachus in monachum manum injecerit ſui monaſterii, & læſio non ſit enormis, Abbas ipſum abſolvat, ſecundum morem Regulæ alioqui, ſi læſio fuerit enormis, Abbas illum ad ſedem Apoſtolicam deſtinet, vel ad illum, qui abſolvendi habuerit poteſtatem.

VII. De Monachis Simoniacis.

Præcipimus item de Simoniacis, quod circa illos ſecundum conſtitutionem regulæ procedant Abbates: ſuper his vero, quæ ipſis non ſunt conceſſa Abbatibus, eorum Monachi ad ſuperiorem mittantur.

VIII. De cibis, monachis interdictis.

Statuimus etiam, quod Monachi aliis cibis non utantur, niſi eis, quos ipſorum Regula præcipit aut permittit.

IX. Exitus quis monachis vetitus.

Item præcipimus diſtrictius, ne monachis detur frequens licentia exeundi: ſed ſi ſine licentia ſuperioris, diſtrictum ſive portas Clauſtri ali-

aliquis eorum exire præſumſerit, pœnam inde ſuſtineat regularem.

X. Abbates divinorum celebrationi intereſſe debere.

Statuimus &, quod Abbates in Conventu cum Fratribus ſedeant, & Divinis frequentius interſint Lectionibus, maxime vigiliis, Capitulo, Collationi, & aliis divinis officiis cum eisdem; niſi cauſa neceſſaria, utili, vel honeſta, fuerint præpediti.

XI. De Proprietatibus excommunicandis.

Item ſtatuimus, quod Abbates excommunicationis ſententiam in Proprietarios ſemel in anno, ſcilicet ſabbatho proximo ante Dominicam Lætare, ſolenniter in Capitulo publicent: & ſi poſt aliquis inventus fuerit habere proprium, ſecundum regulam puniatur.

XII. De Monachis fugitivis & apoſtatis.

Statuimus etiam, quod Monachi fugitivi & apoſtatæ, per ſuos Abbates ad ſua monaſteria revocentur, ſalva Ordinis diſciplina; niſi toties inobedientes & ex talibus cauſis receſſerint, quod ſecundum regulam non debeant in eorum monaſterio tolerari.

XIII. De receptione hoſpitum.

Statuimus item, quod nullus monachorum hoſpites per ſe recipiat, niſi hoſpitarius monaſterii, vel alter, cui Abbas eos commiſerit recipiendos.

XIV. De dandis Eleemoſynis.

Item ſtatuimus, quod debita Eleemoſyna & conſueta, tam de Refectorio, quam hoſpitali, fideliter pauperibus erogetur.

XVI. Monachis ubi & quomodo ſumendus cibus.

Statuimus etiam, quod omnes monachi in communi Refectorio comedant; niſi infirmitas vel aliqua alia cauſa legitimæ neceſſitatis ipſos excuſet: & tunc, quæ ſuperfuerint, in Eleemoſynam pauperibus tribuantur.

XVI. Monachis ante Primam & poſt completarium exire non licere.

Statuimus item, quod monachis nullatenus detur licentia ante primam exeundi, & ſimiliter poſt completorium, niſi ex cauſa valde rationabili & neceſſaria; utpote ſi contingat, ipſum extra monaſterium ſuum in aliquo loco Divinum officium celebrare, vel in obitu parentum, fratrum, vel ſororum.

XVII. Monachis, cum venia exeuntibus, quid curandum.

Item, ſi contingat, monachum ante veſperas exire de licentia, ita maturet redire, quod in Divino Officio illa hora eſſe poſſit.

XVIII. De carcere Monaſterii.

Statuimus etiam, quod quodlibet monaſterium ſuum carcerem habeat, in quo delinquentes regaliter puniantur.

XIX. Mulierem intra ſepta monaſterii maſculini dormire non licere.

Statuimus item, quod nulla mulier dormire debeat intra immunitatem: & ſi factum fuerit, ille, qui eſt in culpa, graviter puniatur.

XX. De monachorum Capitulo quotannis celebrando Coloniæ.

Item ſtatuimus, quod omnes Abbates nigri habitus, Ordinis S. Benedicti, noſtræ diœceſis, ſingulis annis in exaltatione ſanctæ Crucis, Capitula Coloniæ teneant, vel apud S. Pantaleonem, vel apud S. Martinum; ut ibidem obſervantia Regulæ cum diſcretione tractetur, & de ſtatutis noſtris, qualiter in quolibet Monaſterio obſerventur, & aliæ utilitates monaſteriorum: & quicunque ipſorum Abbatum ad Capitulum venire neglexerit, nec excuſationem in Capitulo legitimam oſtenderit, ſecundum coërcitionem regulæ puniatur. Et volumus, quod Abbates S. Pantaleonis & S. Martini Colonienſes, iſta Capitula ſingulis annis fieri procurent a nobis, ita quod nullus valeat excuſari.

XXI. De raſura Monachorum.

Item præcipimus, quod Monachi, in raſura coronarum & tonſura Capillorum ita decenter & regulariter ſe habeant, quod ſuper his non valeant reprehendi.

XXII. De lectis Monachorum.

Statuimus item, quod monachi non dormiant in lectis plumeis, ſed in culcitris, ſecundum quod regula mandat.

XXIII. Monacho abſenti non deberi præbendam.

Item ſtatuimus, ne aliquis monachus rediens, qui abſens fuerat de licentia, vel ſine licentia, aliquam præbendam tempore ſuæ abſentiæ requirat: quia illa eſſet occaſio proprium habendi.

XXIV. De jejuniis Monachorum.

Statuimus item, quod monachi jejunia ſua obſervent ſecundum quod Regula præcipit.

XXV. Officiariis Monachorum qualis incumbat facienda ratio.

Statuimus etiam, quod monachi officiarii, ad minus ſemel in anno, in præſentia Abbatis & Seniorum, computationem, vel legitimam rationem faciant; & ſi quid ultra ſuorum officiorum adminiſtrationem ſuperfuerit, de hoc nihil per ipſos monachos, ſed per Abbatem & ſuperiores ſui Conventus, ad ſui Monaſterii utilitatem ordinetur.

XXVI.

XXVI. Monachos nuptiis intereſſe non debere, & quibus exequiis poſſint.

Item ſtatuimus, quod Monachi nuptiis nullatenus interſint: nec exequiis, niſi parentum, fratrum, vel ſororum.

XXVII. Quod non offerant ad Altare.

Item præcipimus & ſtatuimus, quod nullatenus offerant ad altare.

XXVIII. In aliis mandatur regula obſervari.

Quæcunque autem de interiori pariter & exteriori clauſura Monaſterii & immunitatis monaſticæ, regula præcipit, quæcunque de ſilentio in horis & locis debitis & conventu ſervando, regula ipſa præcipit; nec non quæ de cantu divini officii, profeſſione quoque facienda, aliisque obſervantiis, præcipiuntur in regula; ubicunque hæc hactenus ſunt omiſſa, revocari in ſtatum debitum per Abbates, & ſervari deinceps more & modo debito, ſtatuimus & mandamus. Alioqui negligentiam hujusmodi cum pœna Canonica requiremus.

Hæc ad præſens ſtatuimus, ſalvo nobis, quod, ſi aliqua occurrerint in poſterum, opus habentia Correctionis & Reformationis remedio, ea loco & tempore ſtatuemus, & prout expediens fuerit, ordinabimus. Datum & pronunciatum quarto Idus Martii, Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo.

XXXIX.

Ejusdem Vergleich mit der Stadt Cölln, die auff Ertz-Biſchöfflichen Befehl vertriebene Bürger betreffend, de Anno 1260.

NOs Conradus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Italiæ Archicancellarius, nec non Judices, Scabini, Conſilium, fraternitates, & univerſi Cives Colonienſes, notum facimus univerſis, quod de illis olim civibus Colonienſibus, qui a nobis Archiepiſcopo ſententialiter ſunt proſcripti, certum nobis, nec non civitati fuerit & ſit periculi, & diſpendii argumentum, nos pro cavendo hujusmodi periculo, atque diſpendio in futurum ita invicem convenimus, & duximus unanimiter concordandum, quod præfati proſcripti, nullo unquam tempore permittantur redire in ipſam Civitatem niſi de noſtro hinc inde communi Conſilio, & conſenſu, nec nos cives ſine Domino noſtro Archiepiſcopo, neque nos Archiepiſcopus ſine noſtris civibus reditum illis proſcriptis poterimus, nec debemus indulgere, cæterum inter nos Cives extitit concordatum, quod ſi aliquis, vel aliqui magnatum terræ, vel alii moverint bellum ipſi Domino noſtro Archiepiſcopo, vel e converſo Dominus noſter, ipſis hujusmodi Adverſariis ſuis nec victualia, nec arma, aut alia auxilia belli tempore impendemus, ſed eidem Domino noſtro pro ſua pecunia victualia, ſive alia neceſſaria extra civitatem ducere per ſuos homines permittemus; Si vero tempore Gverrarum hujusmodi aliqui contra dictum Dominum noſtrum arma gerentes civitatem intraverint, illos Dominus noſter, vel ejus nuncius poterit per civitatis licite belli tempore arreſtare, & accipere Juſtitiam ſecundum jus, & conſvetudinem civitatis; Econtra quoque, ſi aliquis inimicus civitatis, ſeu Civium Colonienſium manifeſtus exſtens in ipſius Domini Archiepiſcopi caſtra, munitiones, oppida, ſive loca venerit, ipſi ibi nec manſionis, nec moræ faciendæ refugium, aut præſidium obtinebit, ſed ipſe Dominus, aut ejus Juſtitiarius, ſive Judex ibidem ad civium requiſitionem, per illius loci judicium illum tenebitur arreſtare, & de ipſo facere Juſtitiæ complementum; Quicunque vero Mercator, vel alius belli tempore bona ſua in civitate habuerit, vel introduxerit refugii, vel negotiationis cauſa, illa bona nec a Domino noſtro, vel ſuis aut aliquo civium, vel alio auferentur ſalvis in his, & aliis omnibus juribus, Privilegiis, & libertatibus Civitatis prædictæ, in cujus rei teſtimonium hanc literam conſcribi, & noſtris ſigillis, nec non ſigillo Capituli Colonienſis fecimus communiri, Actum & Datum in palatio Colonienſi, Anno Domini M. CC. LX. 17. Calend. May.

XL.

Ejusdem Vergleich mit der Stadt Cölln, auff was Art die Güter der proſcribirten und vertriebenen Bürger, zu beyderſeits Nutzen zu adminiſtriren, de Anno 1260.

COnradus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius. Ad reipublicæ, cui præſumus, incrementa ſagaciter procuranda, debitores nos eſſe penſantes, præ oculis hoc habere tenemur, & tota ad hoc eniti ſolertia, quod in ejus diſpenſationem poſſumus irreprehenſibiles inveniri, hoc fieri congrue arbi-

trantes, dum non magis rei privatæ, quam publicæ nos allicit utilitas & honeſtas, ſed hanc cum illa, ut ejus ſociam, vel ſororem æquali ſtudio amplexantes, utramque ad ſui finis propoſitum ordinare dirigimus, & directe ſic provenit id. quod inde emolumenti, vel commodi exſpectatur; Notum igitur facimus univerſis, quod illorum olim civium Colonienſium a nobis, propter ſua facinora ad noſtram, & reipublicæ injuriam perpetratam ſententialiter proſcriptorum domus, aut manſiones, ſeu areæ a nobis in ſignum condemnationis, ut aſſolet, conſignatæ, & poſtmodum nullo ſalvatæ Juris auxilio, nec ereptæ in noſtra conſiſterent poteſtate, utpote Henrici dicti Rufi de Sancto Panthaleone, Joannis de Niderich, Joannis de Lindtgaßen, Friderici Schachten, Henrici Hartfauſt, Gotſcalci, filii Waldanei, Gerhardi Hartelm, Hildegeri Buckelm, Godfridi Hartfauſt, Gotſcalci de Wipperfürdè, Gotſchalci Kleingedanck, Theodori Sapientis, Henrici de Müllengaßen, Godefridi Kleingedanck, Theodorici Gryn, Werneri Vnckelen, Brunonis, dicti Coven, & Hermanni fratris ſui, Gerhardi de Lindgaßen, item Hermanni de novo foro, Simonis, fratris ſui, Theodorici Ratzen, Brunonis de Roſſe, Alexandri dicti Judæi, Conſtantini, filii Wilhelmi, Danielis dicti Judæi, ſeu aliorum, &c. Item cum in noſtra conſiſterent poteſtate domus, manſiones, ſeu areæ profugorum, & in fuga ipſa captorum Gotſchalci, videlicet Vetſchalden, Henrici, dicti de Haine, Gerhardi, dicti Búckelm, ſeu aliquorum aliorum. Item cum domus, ſeu manſiones Henrici dicti Comitis, qui nec profugus, nec proſcriptus, perſonæ & rerum ſuarum condemnationem quam elegerat, incidit, contra ſuæ pactionis articulum veniendi, & ſui inſuperGeneri Matthiæ dicti Oberſtolz, qui & profugus, & initæ pactionis extitit violator, manſiones, Areæ, ſive domus, tam unius quidem, quam alterius in noſtra conſiſterent poteſtate; item cum fuerint quidam, qui armis accincti, cum ſolemnitate hoſtilium vexillorum de ſuis in palam exierant domibus ad noſtrum, & Reipublicæ detrimentum, & horum quosdam, qui noſtræ ſe reddidere ſimpliciter poteſtati, in noſtræ civitatis vincula miſerimus compeditos hujusmodi captivorum domibus, cum bis puniri non debeant, in id ipſum a foro hujusmodi abdicationis excluſi, Gerhardo vero de Gluwele in Comitatum prædictorum ſimiliter vexillorum egreſſo de domo ſua hoſtiliter, ac regreſſo, quantum ad domum ſuam, ſeu aream prædictæ abdicationis ſententia non excluſo, qui licet in vincula captivitatis non venerit, noſtræ tamen ſe ſubdidit poteſtati, propter ſui reatus evidentiam, ſeu exceſſus, horum omnium prædictorum offenſis, reatibus, ſive culpis ſic rimatis, ut fieri oportuit differenter, cum eorum domus, manſiones, aut areæ in noſtra, ut ſupra tetegimus, conſiſterent poteſtate, ita quod nobis eas vaſtare, ſeu diruere fundijus ſalvum eſſe, & liberum cenſeretur prout juris neceſſitas ad hoc nos arctaret: Nos talem vaſtationem magnæ deformitatis, ac deſolationis, materiam noſtræ penſantes inducere civitati ab ea ſuperſedere de communi noſtrorum Priorum, nec non Judicum, Scabinorum, Conſulum, fraternitatum & univerſorum Civium Colonienſium Conſilio, ac provida deliberatione decernimus, intentione utique, & contemplatione profectus & commodi amplioris, ita videlicet, quod præfatis domibus, areis, ſeu manſionibus manentibus indeſtructis, & ſalvis, quidquid in perpetuum utilitatis, ſeu emolumenti exinde provenerit, ſeu poterit provenire, nobis & Succeſſoribus noſtris nec non civitatis uſibus æque cedat, ita quod illius utilitatis, ſeu emolumenti cujuscunque medietas noſtra, & Succeſſorum noſtrorum & alia medietas ſit ipſius in perpetuum civitatis; Et quia præfati emolumenti de domibus, areii, ſeu manſionibus participationem æqualem præfatæ noſtræ civitati, una nobiſcum propter mutuæ indiſſolubile vinculum unionis duximus faciendam, pro communi ſuper hoc ipſorum, & noſtra eſt ita quiete proviſum, quod ſi quid ullo unquam tempore inpoſterum ſuper domibus, areis, ſeu manſionibus memoratis, a noſtris æmulis, vel aliis quibuscunque moveri contigerit quæſtionis Canonicæ, vel Civilis, aut alias contra nos & noſtram civitatem quocunque injuriæ modo ſeu violentiæ fuerit attentatum, nos, & noſtri Succeſſores una cum ipſa civitate defenſiones contra id æquales facere tenebimur hinc inde, cæterum quia, ſicut certum eſt omnibus, memorati proſcripti, & alii a noſtra civitate excluſi gratia, quos eorum complices in malitia, & facinore reputamus, nobis, ac ipſi civitati occaſio damni æſtimabilis extiterunt, & damnum hujusmodi recuperare alias, præterquam in bonis ipſorum adhuc extantibus, cujusmodi ſunt molendina, præcipue in flumine Rheni ſita, ullatenus non poſſumus, molendina ipſa cum omni eorum utilitate, & emolumento, quod poterit inde in perpetuum provenire, noſtris & noſtrorum Succeſſorum ac civitatis uſibus applicanda decernimus perpetuo & habenda, ita quod dicti emolumenti nobis & Succeſſoribus noſtris una cedat medietas, & alia civitati. Et ſi quid ſuper hujusmodi molendinis habendis, ſeu emolumento ipſorum

ipſorum ullo unquam tempore quæſtionis moveri contigerit canonicæ, vel civilis, aut alias contra nos, vel noſtram civitatem quocunque injuriæ modo ſeu violentiæ fuerit attentatum, nos & noſtri Succeſſores una cum civitate defenſiones contra id æqualiter facere tenebimur, hinc & inde ad hoc inter nos, & ipſos cives tam præfatis domibus, areis, ſeu manſionibus, quam & molendinis unanimiter eſt condictum, quod nec nos ſine ipſis, nec ipſi ſine nobis aliquid circa iſta ordinare quocunque alienandi modo, nec etiam alicui hominum præterquam civibus Colonienſibus penſione, vel pacto tenenda locare, vel concedere debeamus, imo & præciſe iſta tam domorum, quam molendinorum emolumenta quæcunque, parva vel magna fuerint, nulli penitus hominum prævendantur, vel in penſione ad aliquos annos ullatenus præconcedantur, ſed ſemper penes nos & ipſam civitatem permaneat eorundem perceptio, ſine prævenditione, vel præconceſſione ullius penſionis, aut pacti, cum inde ſit ſæpius orta mali occaſio noſtræ & civitatis paci noxia, ſeu quieti, & quod de anno in annum duo viri ſtatuentur idonei fide digni, qui utriusque emolumenti tam de molendinis, quam de domibus, areis, ſeu manſionibus, unus ex parte noſtra, & alius ex civitatis parte ſint fideles & providi collectores, & a quibus reddatur ratio, ſeu computatio annuatim, & hæc unionis ſtabilitas inter nos, & ipſam civitatem conſiſtet, ſalvis privilegiis, libertatibus, bonis, conſvetudinibus, tam noſtris & Eccleſiæ noſtræ, quam & ipſius civitatis, prout in literis, & privilegiis inde confectis plenius continetur; Teſtes aderant huic facto Engelbertus, Præpoſitus Majoris Eccleſiæ, & Archidiaconus, Goswinus ejusdem Eccleſiæ Decanus & Archidiaconus, Fridericus, Præpoſitus Xomtenſis, noſter Germanus, Wernerus, Præpoſitus S. Gereonis, Capellanus noſter, Henricus, Decanus ſanctæ Mariæ ad gradus, Joannes, Præpoſitus Reisſenſis, Henricus, Præpoſitus Sancti Severini, Godfridus, Decanus Sancti Cuniberti, Prothonotarius noſter, Godfridus, Chori Epiſcopus, Winricus de Winter, Goswinus de Trajecto, Canonicus Majoris Eccleſiæ antedictæ, item nobiles viri, Henricus, Comes de Viernenbergh, Theodoricus, Dominus de Milendunck, Wilhelmus, Dominus de Lapide, Cuno, Dominus de Rulandt, Rurgerus, Advocatus Colonienſis, Hermannus Marſchalcus de Alftere, Matthias de Are Pincerna, Godfridus, Burggravius Honſtadenſis, Petrus de Greve, Thelonarius Colonienſis, & quam plures alii noſtri fideles, in cujus itaque facti teſtimonium atque robur perpetuæ firmitatis literam hanc conſcribi, & noſtro, & capituli noſtri, nec non civitatis Colonienſis ſigillis fecimus communiri, Actum & Datum Colon. decima ſexta Calend. Januarii, Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo.

XLI.

Laudum, oder Ausſpruch, welchen die von beyden Theilen beliebten und niedergeſetzten Schieds-Leute, zwiſchen Ertz-Biſchoff Engelberto II. zu Cölln an einem; dann die Bürgermeiſter, Rath und gemeiner Bürgerſchafft in der Stadt Cölln am andern Theile gethan, wodurch alle zwiſchen beyden Partheyen obhanden geweſene ſchwere Irrungen aus dem Grunde gehoben, und hochgemeltem Ertz-Biſchoff, wegen ſeiner Gefangenſchafft, zulängliche Satisfaction ausgemachet worden, de Anno 1264.

NOs Godefridus, Decanus Colonienſis, Wernerus, Præpoſitus Sancti Gereonis, Henricus, Præpoſitus SS. Apoſtolorum, Albertus, Chori Epiſcopis Colonienſis, Hartmannus de Leiffberg, Gvilhelmus de Staylburg, Winricus de Winter, & Gerlacus de Hammerſtein, Canonici Colonienſis, Wilhelmus Comes Juliacenſis, Roricus de Rennenberg, Gerhardus de Lantzeron, Matthias Pincerna, Lambertus de Reinbach, Reinardus de Hart, Adam de Uregene, Theodoricus de Kerburg, & Winricus de Bacheim milites, quibus venerabilis Pater, & Dominus noſter Engelbertus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ex parte ſua, Judices, Scabini & cives Colonienſes ex parte ſua commiſerunt, diſcordiam, quæ eſt, & fuit inter ipſum Dominum noſtrum Archiepiſcopum, Judices, Scabinos, & Cives prædictos, occaſione captivitatis ejusdem Domini noſtri, & aliarum injuriarum, quas ſibi intulerunt terminandam, promittentes, nobis, quod quidquid unanimiter duxerimus ordinandum, obſervare debeant, ex utraque parte firmiter, & præciſe. Notum facimus univerſis, quod nos deciſioni hujusmodi diſcordiæ diligentius intendentes, & ut ea, quæ ſuper deciſione ipſius ordinavimus, firmius a partibus obſerventur, ſuper ſingulis articulis infra ſcriptis unanimiter concordantes ordinavimus, & ordinationem noſtram pronunciavimus in hæc verba,

verba, ordinamus & pronunciamus primo, quod Judices, Scabini, Magiſtri civium & Cives Colonienſ. veniant in occurſum Domino noſtro Archiepiſcopo inter Judenbuchel, & Hußholtz nudipedes, diſcincti & diſcooperitis capitibus, & proſtrati ſuper terram quærant veniam ab eo, & petant gratiam ſuam. Item ordinamus & pronunciamus, quod illi triginta ſeptem, quos dominus noſter Archiepiſcopus evocavit, & proſcripſit, præcedant alios, bini, & bini ſimul, & portent gladios in vaginis ſuper colla ſua, & una cum aliis proſtrati veniam petant nudipedes, diſcincti, & diſcoopertis capitibus. Item ordinamus & pronunciamus, quod tam prædicti triginta ſeptem, quam Judices, Scabini, Magiſtri civium, & cives Colonienſes jurent, quod ſine præhibita deliberatione ipſum Dominum ſuum captivarunt, & poſtquam recognoverunt ſe male feciſſe, doluerunt, & pœnituerunt, & adhuc dolent, & pœnitent, & ſemper dolebunt, & pœnitebunt, & ſuis obſequiis ſemper ſtudebunt efficere, quod hujusmodi delictum idem Dominus noſter oblivioni tradat. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus noſter Archiepiſcopus omnem rancorem & indignationem, quam habuit, vel habet, occaſione captivitatis ſuæ, & aliarum injuriarum ſibi illatarum usque in præſentem diem a civibus ſuis colonienſibus & eorum coadjutoribus, tam Clericis, quam Laicis remittat puro corde, & ſpecialiter illis triginta ſeptem, qui ab eo vocati fuerant, & proſcripti. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus noſter Archiepiſcopus ſententias excommunicationum, quas tulit in cives Colonienſes, & eorum coadjutores, tam Clericos, quam Laicos revocet, & relaxet, & ſuper eo ſuas tradat literas patentes. Item ordinamus, & pronunciamus quod Dominus Archiepiſcopus interdictum, quod tulit in civitatem Colonienſem, & terras adjutorum ipſius civitatis, revocet ſimiliter, & relaxet, & ſuper eo patentes ſuas literas tradat. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus Archiepiſcopus, occaſione illarum ſententiarum, tam excommunicationum, quam interdicti auctoritate ſua de cætero nihil attentet contra perſonas ipſas, vel loco, nec procuret attentari. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus Archiepiſcopus ſuper his, quæ ſpecialiter reſervantur ſedi Apoſtolicæ circa caſum iſtum, & ſuper aliis, quibus indigent, ſupplicet Domino Papæ una cum Capitulo & Prioribus Colonienſibus, quod miſericorditer cum ipſis civibus agere dignetur. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus Archiepiſcopus ſcribat Domino Papæ, & Cardinalibus cum Capitulo, & Prioribus prædictis, quod cum ſuis civibus Colonienſibus ſit concordatus, & quod ſuper captivitate ſua, & aliis injuriis ſibi illatis ſatisfecerint, & ſibi, & Eccleſiæ ſuæ Colonienſi emendam ſufficientem præſtiterint & honeſtam. Item ordinamus, & pronunciamus, quod quando Dominus Archiepiſcopus intrabit primo Coloniam, prædicti triginta ſeptem viri occurrant ei ante portam S. Severini nudis pedibus, diſcincti, & diſcoopertis capitibus virgas portantes in manibus, & præcedant eum usque ad oſtium Palatii ſui. Item ordinamus, & pronunciamus, ut ex prædictis triginta ſeptem viris vadant decem & octo Leodium, & ibi moram faciant per tres Dominicas, ita quod Prima Dominica apud Sanctum Lambertum, ſecunda apud Sanctum Petrum, Tertia apud Sanctum Martinum præcedant Proceſſiones nudis pedibus, & capitibus, & diſcincti portantes virgas in collis ſuis, & ibidem veniam quærant proſtrati ſuper terram, quarta Dominica vadant Tungrim, quinta Trajectum, Sexta Aquisgranum, & ibidem præcedant Proceſſiones in majoribus conventualibus Eccleſiis eo modo, quo ſuperius eſt expreſſum, & poſtmodum Coloniam revertantur, ita quod eundo, moram faciendo, & redeundo in conductu ſint Domini noſtri Archiepiſcopi. Item ordinamus & pronunciamus, quod quando prædicti decem & octo Coloniam redierint, novem de reſiduis decem & novem vadant Bonnam una Dominica, & Monaſterium Eiffliæ alia Dominica, ita quod continue per illos octo dies ſint extra Coloniam, & præcedant ibi Proceſſiones eo modo, quo de aliis ſuperius eſt expreſſum, & inde redeuntes Coloniam, eligant Clauſtrum, in quo jaceant, per quindenam non exituri. Item ordinamus & pronunciamus, quod reſidui decem, poſtquam prædicti novem Coloniam ſint reverſi, vadant Kerpenam una Dominica, & Nuſſiam alia, ita quod ſimiliter extra Coloniam ſint per illos octo dies, & ibi præcedant Proceſſiones, ſicut de præcedentibus eſt expreſſum, & inde redeuntes Coloniam intrent clauſtrum, quod elegerint inde non exituri per quindenam; Et tam iſti decem, quam prædicti novem euntes, moram facientes, & redeuntes erunt in conductu Domini noſtri Archiepiſcopi. Item ordinamus & pronunciamus, quod quando Dominus noſter primo intrabit Coloniam, poſtquam prædicti Cives triginta ſeptem extra Coloniam, ſicut ſuperius pronunciatum eſt, ſuam pœnitentiam perfecerint, decem & octo ex ipſis intrent duo clauſtra, vel tria, quæ elegerint, & inde non exeant, quamdiu Dominus fuerit

fuerit Coloniæ, niſi forte idem Dominus noſter infra Coloniam ſtet ultra quindenam, qua quindena expleta, libere exeant, ſi vero infra quindenam idem Dominus noſter Archiepiſcopus exierit civitatem, ex tunc ſtatim libere exeant, ita tamen, quod quamdiu prædicti decem, & octo jaceant in clauſtris, reſidui decem, & novem ad præſentiam Domini Archiepiſcopi non veniant. Item ordinamus & pronunciamus, quod quando Dominus noſter Archiepiſcopus ſecunda vice intraverit Coloniam, reſidui decem & novem intrent duo, vel tria clauſtra, quæ elegerint, & inde non exeant, quamdiu Dominus noſter fuerit Coloniæ, niſi forte moram ibi faciat, ultra quindenam, qua quindena completa libere exeant. Si vero Dominus Archiepiſcopus infra quindenam ipſam exierit, ex tunc ſtatim liberum erit eis de Clauſtris, ita tamen, quod ſimiliter quamdiu dicti decem, & novem jacent, alii non veniant. Idem ordinamus & pronunciamus, quod poſtquam prædicti triginta ſeptem extra Coloniam pœnitentiam ſuam egerint, vadant infra civitatem per continuas decem Dominicas ante proceſſiones, ſecundum ordinem Eccleſiarum nudipedes, diſcincti, diſcoopertis capitibus, virgas portantes in collis ſuis, & coram proceſſione proſtrati ſuper terram veniam petant, quam pœnitentiam non facient, niſi quando divina Coloniæ ſunt reſumpta, non obſtante, ſi forte in clauſtris eos jacere contingat, ſicut ſuperius dictum eſt, quia eadem clauſtra ad hujusmodi pœnitentiam infra Coloniam faciendam exire valeant, & redire. Item ordinamus & pronunciamus, quod de Violatione immunitatum, ſatisfaciant, prout nos Decanus major, & Comes Juliacenſis prædicti eis duxerimus injungendum. Item ordinamus & pronunciamus, quod de Domibus, in quibus Dominus Archiepiſcopus tenebatur captivus, fiat, quod Comes Juliacenſis dixerit faciendum. Item ordinamus & pronunciamus, quod ea, quæ ablata fuerunt Domino Archiepiſcopo, & hominibus ſuis, quando capiebatur, reſtituantur, vel ſolvantur eisdem, ſecundum ordinationem Comitis Juliacenſis, & Gerhardi de Lantzcrone militis. Item ordinamus & pronunciamus, quod quidquid infra treugas datas inter Dominum noſtrum, & cives Colonienſes acceptum eſt, hinc inde a partibus reddatur, vel ſolvatur, ſecundum ordinationem Comitis Juliacenſis, & Gerhardi de Lantzcrone militis. Item ordinamus, & pronunciamus, quod quidquid in conductu alicujus acceptum eſt tempore gverræ, vel perditum, de hoc reſpondeant, & ſatisfaciant, qui ſe de hujusmodi conductu intromiſerunt, & Dominus noſter compellat ad hoc eos eem. Item ordinamus & pronunciamus, quod Godefridus de Vryßheim Vultſtarr dicto, & ordinatione Comitis Juliacenſis, & Gerhardi de Lantzcrone militis erit incluſus in compoſitione iſta, alioquin Dominus noſter faciat ad hoc, quod ipſis Comiti, & Gerhardo viſum fuerit faciendum. Item ordinamus, & pronunciamus de Domino Gerhardo de Iſenbergh, quod ſi per Comitem Juliacenſem, & Gerhardum de Lantzcrone inventum fuerit, quod Dominus Archiepiſcopus injuſte acceperit ei reditus ſuos apud Bonam & Kempen, & alias, eosdem reditus ſibi ſolvat ſecundum dictum & ordinationem eorundem in certis bonis, & terminis, ita tamen quod de cætero feudum ſuum pacifice poſſideat, & quiete; ſi vero inventum fuerit, quod juſte accepti ſunt reditus prædicti, carebit eisdem, & nihilominus in poſſeſſione feudi ſui de cætero remanebit. Item ordinamus & pronunciamus, de controverſia, quam Dominus noſter habet cum Advocato Colonienſi ſuper emtione Advocatiæ quod Comes Juliacenſis, & Gerardus de Lantzcrone inquirant diligentius veritatem, & ſecundum quod invenerint dicant, & tam Dominus Archiepiſcopus, quam Advocatus dictum eorum obſervent, alias autem Advocatus compoſitioni civitatis eſt incluſus. Item ordinamus, & pronunciamus, quod debita, in quibus Dominus Conradus quondam Archiepiſcopus Colonienſis tenebatur Joanni filio Marſilii, & fratribus ſuis, & aliis civibus Colonienſibus, Dominus noſter Archiepiſcopus ſolvat, ſecundum ordinationem & moderationem Comitis Juliacenſis, & Gerardi de Lantzcrone militis, prout ea invenerint rationaliter contracta. Item ordinamus & pronunciamus, quod ea, quæ accepta ſunt ex utraque parte, antequam gverra inciperet inter Dominum noſtrum & cives Colonienſes, per incendium, & rapinas, reſtituantur hinc inde ſecundum ordinationem Comitis Juliacenſis & Gerardi de Lantzcrone militis. Item ordinamus & pronunciamus, quod Cives Colonienſes, qui fuerunt in perceptione Telonii apud Nuſſiam pro debitis ſuis recipiendis, & qui ſuper eo habent literas Domini noſtri, & Capituli Colon. reſtituantur & mittantur in poſſeſſionem, in qua fuerunt ante gverram. Item ordinamus & pronunciamus, quod filii, & conſangvinei Petri de Grue, quia in aliis compoſitionibus ante habitis fuerunt incluſi, & compoſitionem ipſam minime ſervaverunt, quod Dominus Archiepiſcopus adhuc tales eos habeat, quod compoſi-

tionem ſervent, nec contra veniant, alioquin ipſos per ablationem bonorum ſuorum compellat, nec nos in ſuis munitionibus recipiat, vel eis aſſiſtat. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus noſter Archiepiſcopus diligentiam adhibeat, quam poteſt, quod tam majores, quam minores cives Colonienſes unanimes permaneant, & concordes, nec idem Dominus noſter & cives aliquem audiant, qui proponat, vel intendat ad nos aliqua deferre, per quæ poſſit inter ipſos diſcordia ſuboriri; ſi vero ad nos aliqua delata fuerint diſcordiæ nutritiva, illa ſtudeant ſupprimere bona fide. Item ordinamus & pronunciamus, quod Gvilhelmus de Huntgaſſen, Hermannus Piſcator, & complices eorum, qui erant extra compoſitionem quæ facta fuit apud S. Andream, extra Diœceſin Colonienſem ex nunc ſe transferant ad manendum, & quod Dominus Archiepiſcopus non intromittat, ſi manendo in Diœceſi, vel aliquando veniend in ipſam, aliquod ſuſtinuerint incommodum, vel g avamen. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus Archiepiſcopus pro poſſe ſuo cives ſuos Colonienſes per diſtrictus ſuos tueatur, & defendat. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus Archiepiſcopus Colonienſis conſervet civibus & civitati Colonienſ. jura & privilegia ſua, libertates & conſvetudines ſuas approbatas. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus Colonienſ. Archiepiſcopus dimittat cives Colon. apud Nuſſiam a ſolutione cujuslibet Telonii liberos & quietos, prout in literis pronunciationis fratris Alberti quondam Epiſcopi Ratisponenſis, tunc vero lectoris Colon. Goswini quondam Decani Colon. Henrici quondam Præpoſiti S. Severini, Henrici Præpoſiti SS. Apoſtolorum, & Philippi Theſaurarii Colon. plenius continetur. Item ordinamus & pronunciamus, quod ſi Dominus Colonienſ. Archiepiſcopus per diſtrictus ſuos in terris, vel aquis Telonia receperit a bonis civium Colon quæ ſub periculo, & damnis ſuis ducunt & ducuntur, & quæ per Sacramentum ſuum declaraverunt eſſe ſua, Telonia non recipiet. Item cum prædicti cives, occaſione prædictæ diſcordiæ, & multarum diſcordiarum præcedentium venerint in voraginem debitorum, a quibus ſine receptione aſciſiæ non potuerunt ſublevari &c. Item ordinamus & pronunciamus, quod Dominus noſter Archiepiſcopus ſuſtineat, quod cives Colonienſes Aſciſiam ſtatuant, di inuent, vel augmentent pro velle ſuo & recipiant, quo usque debita tempore felicis recordationis Domini Conradi Archiepiſcopi Colonienſis prædicti, quacunque occaſione ab ipſis civibus contracta, plenarie fuerint perſoluta, ſecundum bonam computationem, & rationabilem faciendam ſub teſtimonio perſonarum fide dignarum, quas ad ipſam computationem audiendam idem Dominus noſter Archiepiſcopus & Cives duxerint deputandas, ita tamen, quod ipſi cives de perſonis Eccleſiaſticis, & Religioſis denarios cereviſiales, & denarios, qui dicuntur malpfenninge, non recipiant, & quod hujusmodi debitis ſolutis de cætero aſciſia non recipiatur. Item quia invenimus in literis Domini Conradi quondam Colon. Archiepiſcopi de conceſſu, & bona voluntate Eccleſiæ Colon. & priorum civibus & civitati Colonienſi datis, ſuo, & Capituli Colonienſi ſigillis roboratis, & per Fridericum quondam Romanum Imperatorem de verbo ad verbum confirmatis, in quibus idem Archiepiſcopus recognoſcit eidem civitati jura ſua, & conſvetudines ſuas approbatas, ſpecialiter etiam tam idem Archiepiſcopus, quam dicta Eccleſia & Priores recognoverunt & recognoſcunt eidem con vetudinem antiquam, & juri conſentaneam, videlicet, quod nullus civium Colonienſium pro delicto, ſive crimine infra Coloniam, & terminos ipſius civitatis, qui dicitur Burban, commiſſo, vel quod dicitur commiſſum extra Coloniam, ab ipſo Archiepiſcopo, vel ſucceſſoribus ſuis in jus vocetur, nec ab aliquo conveniatur, ſed idem Archiepiſcopus, vel ſucceſſores ſui in Palatio ſuo Coloniæ præſidere debeant, & ibi, ſecundum quod Scabinorum ſententia dictaverit judicare; ordinamus, & pronunciamus, quod per evocationem & proſcriptionem, quibus Dominus Archiepiſcopus quosdam cives Colonienſes evocavit, & proſcripſit, nullum ipſis civibus evocatis, & proſcriptis in jure eorum præjudicium generatum exiſtat, vel impoſterum generetur, nec propter hujusmodi evocationem ab ipſo Domino Archiepiſcopo, vel quoquam alio, ipſis civibus evocatis & proſcriptis gravamen aliquod, vel moleſtia inferatur. Idem ordinamus & pronunciamus, quod quia Dominus noſter Colonienſis & cives Colonienſes & eorum Coadjutores hinc inde per omnia concordati exiſtunt, ipſis civibus, & eorum complicibus qui eorum eodem Domino noſtro Archiepiſcopo Bonnæ in jus vocati, & facti perpetrati rei dicti ſunt, quod vulgariter der Dadeſchuldige dicitur, nulla ſuper eo quæſtio de cætero moveatur. Item ordinamus & pronunciamus, quod cives Colonienſ. bona fide cooperentur Domino

Domino Archiepiſcopo, quod unicuique infra civitatem Colonienſem poſſit eſſe judex juſtus. Item ordinamus & pronunciamus, quod cives Colonienſes ſtudeant bona fide univerſaliter, & ſingulariter monetam Domini noſtri Archiepiſcopi promovere, cuſtodes monetæ ſuæ promoveant, prout moris eſt, & ſi pro cuſtodia monetæ reſiſtentiam paſſi fuerint, vel moleſtiam, operam adhibeant ipſi Cives, quod Dominus noſter de hoc conſvetam hactenus emendam & ſatisfactionem conſequatur. Item ordinamus & pronunciamus, quod cives Colonienſes conſervent eidem Domino noſtro, & Eccleſiæ Colonienſi, quantum in ipſis eſt, jura & privilegia ſua, libertates & conſvetudines ſuas approbatas. Item ordinamus & pronunciamus, quod ſi duo, vel tres, vel plures de civibus Colonienſibus aliquid commiſerint, unde offenſas, Domini noſtri incurrant, propter hoc idem Dominus noſter non inimicabitur toti civitati, ſed cooperantibus civibus factum hujusmodi proſequatur, niſi tota civitas voluntarie ingerat tali facto, ſimiliter ſi aliquis fidelium, vel familiarium Domini noſtri Archiepiſcopi commiſerit aliquid contra cives Colonienſes, vel aliquem civium de hoc non querant occaſionem contra dictum Archiepiſcopum, ſed ipſo domino Archiepiſcopo cooperante ſuas injurias proſequantur, niſi forte Dominus Archiepiſcopus ſe intromittat de hoc facto. Item ordinamus & pronunciamus, quod Captivi hinc inde libere dimittantur, & abſolvantur, item, ut prædicta omnia, & ſingula a partibus hinc inde inviolabiliter obſerventur, ordinamus & pronunciamus, quod tam memoratus Dominus Archiepiſcopus, quam ipſi cives Colonienſes, rogent Dominum Gvilhelmum, Comitem Juliacenſem, & Gerardum de Lantzcrone prædictos, ut ſuper eo præſtent juramentum, quod ad obſervantium omnium prædictorum efficaciter nos inducant, & ſi forte in toto, vel in parte idem Dominus noſter Archiepiſcopus vel ipſi cives contra prædictam ordinationem, & pronunciationem noſtram venirent, vel alias alter eorum alteri poſtmodum injurias alias intulerit, ordinamus & pronunciamus, quod idem Dominus noſter, & cives memorati Comiti Juliacenſi, & Gerardi de Lantzcrone dent plenam poteſtatem, & auctoritatem hujusmodi injurias decidendi, ita, quod quando moniti fuerint per literas partis, quæ ſibi injurias illatas eſſe proponit, infra quindenam poſt monitionem factam Coloniam intrent, ſub debito præſtiti juramenti, niſi infirmitate, vel evidenti neceſſitate conſangvineorum, vel Dominorum ſuorum præpediantur, & poſtquam Coloniam intraverint, perquirant cauſam injuriarum hujusmodi, & eam decidant, prout invenerint, tam per inſtrumenta, quam per teſtimonium fide dignorum per juſtitiam, vel amicitiam infra quadraginta dies ſequentes, niſi aliqua neceſſitate prædictorum impedimentorum teneantur; Si vero hujusmodi impedimentis impediti cauſam ipſam non perquiſierint, ſeu deciderint infra prædictos quadraginta dies, ordinamus & pronunciamus, quod idem Dominus noſter Archiepiſcopus, & cives conſtituant nihilominus remanere apud prædictos Comitem, & Gerardum plenam poteſtatem & auctoritatem perquirendi, & decidendi hujusmodi cauſam, quamprimum potuerint, ſine dolo, ſicut infra memoratos quadraginta dies facere debuiſſent, & antequam hujusmodi cauſam perquiſierint, & deciderint, per juſtitiam, vel amicitiam, nihil violentiæ, vel arreſtationis attentetur, vel fiat hinc inde per Dominum noſtrum Archiepiſcopum, vel per cives, nec a ſuis, quorum poſſe habent, fieri permittant. Quod ſi ab aliquo ipſorum videlicet Domino Archiepiſcopo, aut civibus factum fuerit, partem quæ hujusmodi violentias, vel arreſtationes fecerit, vel a ſuis fieri permiſerit, & ſtatim ab altera parte monita non revocaverit, pronunciamus compoſitionem & ordinationem hujusmodi infregiſſe. Item ordinamus & pronunciamus, quod ſi Gerardum de Lantzcrone prædictum peregrinari, vel quod abſit mori contigerit, ipſe Dominus noſter Archiepiſcopus de Conſilio Domini Comitis prædicti ſubſtituat alium virum idoneum loco ſui, qui ex parte ipſius Domini Archiepiſcopi eandem poteſtatem & auctoritatem habeat, quam habuit Gerhardus prædictus, ſi vero Comitem ipſum peregrinari, vel quod abſit mori contigerit, cives Colonienſes de conſilio Gerardi prædicti ſubſtituant alium Virum idoneum loco ſui, qui ex parte eorum eandem poteſtatem & auctoritatem habeat, quam habuit Dominus Comes prædictus. Item ordinamus & pronunciamus, quod viri, qui ſic ſubſtituentur, quando ſubſtituti fuerint, rogentur ab ipſo Domino noſtro Archiepiſcopo, & civibus prædictis, quod juramentum præſtent, & eodem juramento ſe aſtringant ad ea facienda, ad quæ præfati Comes & Gerardus ſunt aſtricti. Item ordinamus & pronunciamus, quod idem Dominus noſter Archiepiſcopus, & cives Colonienſes ordinationem prædictorum, videlicet Domini Comitis, & Gerardi de Lantzcrone, aut ſubſtituendorum loco ipſorum, quam ipſis

ſuper

ſuper deciſione hujusmodi injuriarum injunxerint obſervandam, per omnia obſervent. Item ordinamus & pronunciamus, quod ſi aliquà partium prædictarum contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum venerit, & per prædictos Comitem, & Gerardum de Lantzcrone, vel ſubſtituendos loco eorum inventa fuerit & denunciata culpabilis, & culpam hujusmodi emendare potuerit infra quadraginta dies, poſt monitionem ipſorum, quod ſuper eo partes hinc inde, videlicet Dominus noſter Archiepiſcopus, & cives prædicti ex nunc expreſſe conſentiant, ut ex tunc Decanus & Capitulum Colonienſe partem culpabilem perſonaliter, vel per ſuas patentes literas moneant, ut culpam emendent eandem, & ſi ad monitionem ipſorum non emendaverint, licitum ſit eisdem Decano & Capitulo Colonienſi, præter offenſam partis culpabilis, denunciare per ſuas patentes literas, ubique & quandocunque requiſiti fuerint a parte, cui injuriæ factæ fuerint, quod pars altera culpabilis exiſtat, & quod ordinationem prædictorum Comitis, & Gerardi, aut ſubſtituendorum loco ſui non obſervent. Item ordinamus, & pronunciamus, quod ſi dominus noſter Archiepiſcopus pronunciatum noſtrum, ſeu ordinationem prædictorum Comitis, & Gerardi recuſaverit obſervare, prout ſuperius eſt expreſſum, nobiles viri Walramus, Dux Limburgenſis, Theodoricus, Comes Clevenſis, ſi rogari poterit, Gvilhelmus, Comes Juliacenſis, Adolphus, Comes de monte, Otto, Comes de Naſſaue, Walramus, frater Comitis Juliacenſis prædicti, Theodoricus, Dominus de Valkenburg, & Theodoricus, Dominus de Heinßberg contra eum prædictis civibus Conſilio & auxilio potenter, & patenter aſſiſtant Andernacum, Bonna, Nuſſia, & alia oppida ſua, quæ rogari poterunt, ſimiliter Henricus, Schultetus Andernacenſis, & milites ibidem, Arnoldus & Joannes, Burggravii in Hamerſtein, & Theodoricus, Burggravius in Rynecke, & Caſtrenſes ibidem, Dapifer de Are, & Caſtrenſes ibidem, Adam de Vrechene prædictus, Dapifer de Hart, & Caſtrenſes ibidem, Theodoricus, Schultetus Bonnenſis, & Caſtrenſes, In Gudinſberch, Conradus de Elvervelde, Dapifer in Hoſtädte & Caſtrenſes ibidem, Joannes de Hurte, Dapifer in Iſenburch, & Caſtrenſes ibidem, Godefridus, Burggravius in Wolckenberg, Rorinus de Rennenberg prædictus, Hermannus Marchallus de Alſen, Matthias Pincerna de Are prædictus, Godtfridus de Bachheim, Camerarius, Adam de Hare, Dapifer, Gerardus de Lantzcrone prædictus, & fratres ſui, Lambertus de Reinbach prædictus, & frater ſuus, Daniel de Bacheim, & Winricus frater ſuus prædictus, Theodoricus de Keinberg prædictus, & Kabodo de Odenkirchen, fideles ſui eidem conſilio & facto non aſſiſtant. Item ordinamus & pronunciamus, quod idem dominus noſter Archiepiſcopus bona fide efficiat, quod prædicti nobiles Oppida, & fideles ad hæc ſe aſtringant, & in teſtimonium ſigilla ſua compoſitioni, quæ apparet, ſub ſigillis ejusdem Domini noſtri, & Capituli Colonienſis apponant. Item ordinamus & pronunciamus, quod ſi cives Colonienſes prædicti pronunciatum noſtrum ſeu ordinationem prædictorum Comitis, & Gerardi recuſaverint obſervare, nobiles prædicti, ſimiliter Dominus Gerlacus de Iſenburg, Wilhelmus, Dominus de Brenſe, & Hartmannus frater ſuus, Fridericus, Dominus de Bedbure, Wernerus de Rode, oppida prædicta, & milites prædicti miniſteriales, ſeu Fideles ipſius Domini noſtri Archiepiſcopi contra eos potenter & patenter aſſiſtant Domino Arhiepiſcopo. Item ordinamus & pronunciamus, quod cives prædicti bona fide efficiant, quod prædicti nobiles, oppida & milites ad hujusmodi ſe aſtringant, & ſimiliter in teſtimonium ſigilla ſua literis compoſitionis ipſorum Civium, quæ apparet, ſub ſigillo Capituli, & civitatis Colonienſis apponant. Ita unanimiter conſentimus, & conſentiendo pronunciamus, ſi Dux de Lymburch, Theodoricus, Dominus de Valckenburg, & Theodoricus, Dominus de Heinßberg, ad ea, quæ expreſſa ſunt in literis compoſitionum Domini noſtri Archiepiſcopi & civium, ſe obligare noluerint, & ſuper eo ſigilla ſua dare, quod Decanus major Sancti Gereonis, & SS. Apoſtolorum præpoſiti, prædictus Dominus Comes Juliacenſis, Roricus de Rennenberg, & Gerardus de Lantzcrone prædicti loco trium prædictorum nobilium aliam ordinent ſecuritatem, quæ ipſis videbitur expedire, & ſi aliquem eorum abeſſe contigerit, alii quinque aſſumant unum ex nobis, quem voluerint loco ſui. Item ordinamus & pronunciamus, quod tam Dominus noſter Archiepiſcopus, quam cives Colonienſes literis compoſitionum hinc inde ordinatarum ſigilla ſua apponant & procurent, quod Capitulum Colonienſe ſimiliter ſuum ſigillum apponat eisdem. Pronunciatum, & publicatum in Palatio Colonienſi, præſentibus partibus, videlicet Domino Archiepiſcopo, & civibus Colonienſibus ſupra dictis & conſentientibus, Anno Domini 1264 Dominica qua cantatur oculi. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra una cum ſigillis partium prædictarum ſunt appenſa, Datum Anno, & die prædictis.

XLII.

XLII.

Ertz-Biſchoffs Engelberti II. zu Cölln Ratification des vorherſtehenden Laudi, de Anno 1264.

NOs Engelbertus, Dei gratia Sanctæ Colonienſ. Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius. Notum facimus univerſis, ad quos præſentes literæ pervenerint, quod cum Nos paci, & tranquillitati Civitatis noſtræ Colon. & totius patriæ volentes intendere, commiſerimus dilectis Nobis Godefrido Decano Colonienſi, Wernero, Præpoſito S. Gereonis, Henrico, Præpoſito Sanctorum Apoſtolorum, Alberto, Chori Epiſcopo Colonienſi, Hartmanno de Lienesbeeg, Wilhelmo de Staelberg, Winrico de Winter, Gerlaco de Hammerſtein Canonicis Colonienſibus, & dilectis fidelibus Noſtris, Wilhelmo, Comiti Juliacenſi, Rorico de Rennenberg, Gerardo de Lantzcrone, Matthiæ Pincernæ, Lamberto de Rheimbach, Reinarto de Hærr, Adæ de Vreggene, Theodorico de Kerburg, & Winrico de Bacheim militibus, quod diſcordiam quæ eſt, & quæ fuit, inter Nos, & Judices, Scabinos, conſilium, & Cives Colonienſes, occaſione Captivitatis noſtræ & aliarum injuriarum, quas nobis intulerunt, terminent, & decidant, prout ipſis videbitur expedire, promittentes eisdem, quod quidquid unanimiter duxerint ordinandum obſervare debeamus firmiter, & præcise, & iidem ſuper deciſione diſcordiæ memoratæ unanimiter concordantes quædam ordinaverunt, & nobis injunxerunt obſervanda, & adimplenda & ſuper his pronunciaverunt, prout in literis pronunciationis ipſorum, & ſigillis ipſorum ſigillatis evidentius apparet; Nos promittimus bona fide, quod omnem rancorem, & indignationem, quam contra prædictos judices, Scabinos, conſilium, & Cives Colon. & Coadjutores eorum, tam Clericos, quam Laicos habuimus, & habemus propter captivitatem Noſtram, & alias quascunque injurias, quas Nobis intulerunt, usque in præſentem diem remittimus puro corde, & ſumus cum ipſis per omnia concordati, & obligamus Nos, tenore præſentium, quod ordinationem & pronunciationem prædictorum, tam Clericorum, quam Laicorum, dilectorum, & fidelium Noſtrorum inviolabiliter obſervabimus & adimplebimus bona fide, & quod eosdem Cives Noſtros Colonienſ. pro poſſe Noſtro, tam infra Civitatem Colon. quam extra per omnes Noſtros diſtrictus tuebimur, & defendemus, adhibebimus etiam diligentiam bona fide, quod tam majores, quam minores Cives Noſtri Colonienſes unanimes permaneant & concordes, nec aliquem etiam audiemus, qui proponat, vel intendat ad Nos aliquid deferre, per quæ poſſit inter Nos, & ipſos Cives diſcordia ſuboriri; ſi vero ad Nos aliqua delata fuerint diſcordiæ nutritiva, illa ſtudebimus ſupprimere bona fide. Et quia prædicti Cives Noſtri Colonienſes ſuſpicionem hactenus habuerunt, & habere poſſunt in poſterum, quod per VVilhelmum de Hondtgaſſen & Hermannum Piſcatorem & ſocios eorum Nobis aliqua ſuggeſta ſunt, vel ſuggeri debeant, quæ ſint in præjudicium tranquillitatis Civitatis, & Civium noſtrorum, volumus, quod idem VVilhelmus & Hermannus, & eorum ſocii, qui erant extra compoſitionem Civitatis, quæ facta fuit apud S Andream, & nunc extra noſtram diœceſin ſe transferant ad emanendum, & non intromittemus Nos, ſi forte vel manendo, vel aliquando in Noſtram diœceſin veniendo aliquod ſuſtinuerint incommodum vel gravamen, jura etiam, privilegia, libertates, & approbatas Conſuetudines Civitatis, & Civium Noſtrorum illæſa conſervabimus apud Nuſſiam eosdem Cives Noſtros a ſolutione cujuslibet telonii liberos & quietos dimittemus, prout in literis pronunciationis Goswini quondam Decani Colonienſis, Henrici quondam Præpoſiti S. Severini, Henrici, Præpoſiti S S. Apoſtolorum, Philippi, Theſaurarii Colonienſis, & fratris Alberti, quondam Epiſcopi Ratisbonenſis, tune vero lectoris Colonienſis plenius continetur. Item ſi per diſtrictus Noſtros tam in terris, quam in aquis, ex nunc inpoſterum telonia receperimus, prædicti Cives Noſtri Colonienſes quieti erunt, & liberi a ſolutione cujuslibet Telonii in locis illis, in quibus Nos hujusmodi Telonia recipere contigerit de omnibus bonis ſuis, quæ ſub periculo & damnis ſuis ducuntur, & quæ Sacramento ſuo declaraverunt eſſe ſua; Item, cum Nos quosdam Cives Noſtros Colonienſes evocaverimus extra Civitatem Colonienſem pro prædictis exceſſibus & injuriis, & contra ipſos ſententiam proſcriptionis promulgaverimus, & poſtmodum didicerimus ex tenore privilegii per Dominum Conradum, bonæ memoriæ Prædeceſſorum Noſtrum, quondam Archiepiſcopum Colonienſem, de conſenſu & bona voluntate Eccleſiæ Colonienſis, & Priorum ipſis Civibus & Civitati Colonienſi dati, ſuo, & Capituli Colonienſis ſigillis roborati, & per Fridericum quondam Imperatorem Romanum de verbo ad verbum confirmati, in quo Idem Archiepiſcopus recognoſcit eidem Civitati jura ſua & conſuetudines

dines suas approbatas, specialiter etiam tam idem Archiepiscopus, quam dicta Ecclesia, & Priores recognoverunt, & recognoscunt eidem consuetudinem antiquam, & juri consonam, videlicet, quod nullus Civium Colonienſium pro delicto, sive Crimine infra Coloniam & terminos ipsius Civitatis, qui dicuntur Burban, commisso, vel quod dicatur commissum extra Coloniam, ab ipso Archiepiscopo, vel succesſoribus suis in jus vocetur, nec ab aliquo conveniatur, sed idem Archiepiscopus, vel Succesſores sui in Palatio suo Colonienſi præsidere debeant, & ibi secundum quod Sententia Scabinorum dictaverit, judicare, eis volentes hujusmodi privilegium inviolatum observare, nolumus quod per hujusmodi evocationem, & proscriptionem Nostram subsecutam, ipsis evocatis & proscriptis, & aliis Civibus, & eorum complicibus qui coram Nobis Bonnæ facti perpetrati rei dicti sunt, quod vulgariter **der Dedeschuldige** dicitur, aliquod in jure eorum præjudicium generatum existat aut imposterum generetur, renunciantes omni occasione, quæ prædictis Civibus, ex hujusmodi evocatione & proscriptione, a Nobis, & a quoquam inferri posset imposterum, vel moveri. Item, cum prædicti Gives, occasione prædictæ discordiæ, & multarum discordiarum præcedentium, venerint in voraginem debitorum, a quibus, sine receptione Ascisiæ, non poterunt sublevari, sustinemus tamen, quod Ascisiam statuant, diminuant & augmentent, pro velle suo, & recipient quousque debita, tempore prædecessoris Nostri prædicti, & tempore Nostro quacunque occasione ab ipsis Civibus contracta, plenarie fuerint persoluta, secundum bonam computationem, & rationabilem faciendam, sub testimonio personarum fide dignarum, quas, ad ipsam computationem audiendam, Nos, & prædicti Cives Nostri duximus deputandas. Ita tamen, quod de pensionis Ecclesiasticis, & Religiosis denarii Cerevisiales & denarii, qui dicuntur Malpenning, non recipiantur; debitis vero hujusmodi solutis, volumus, quod de cætero Ascisia non recipiatur; ut autem prædicta omnia & singula immobiliter observemus, rogavimus, & rogamus tam Nos, quam iidem Gives Colonienſes Comitem Juliacenſem, & Gerardum de Lantzcrone prædictos, ut super eo præstent juramentum, quod ad observationem eorum efficaciter Nos inducant, & si forte in toto, vel in parte contra prædictam Compositionem veniremus, ipsi moniti per literas Civium prædictorum infra quindenam post monitionem ipsorum Coloniam intrabunt, sub debito præstiti juramenti, nisi infirmitate, vel evidenti necessitate Dominorum, & Consanguineorum suorum præpediantur, & postquam Coloniam intraverint, perquirent causam injuriarum hujusmodi, & eam decident, prout invenerint, tam per instrumenta, quam per testimonium fide dignorum, per justitiam, vel amicitiam infra quadraginta dies sequentes, nisi aliqua necessitate prædictorum impedimentorum impediantur: Si vero hujusmodi impedimentis præpediti causam ipsam non decciderint infra prædictos 40 dies, volumus, quod nihilominus apud eos remaneat plena potestas, & auctoritas perquirendi & decidendi hujusmodi causam quamprimum potuerint sine dolo, sicut infra memoratas quadraginta dies facere debuissent, & Nos, antequam hujusmodi causam deciderint per justitiam, vel amicitiam, nihil violentiæ, vel arrestationis attentabimus, vel faciemus, vel a Nostris, quorum posse habemus, fieri permittemus contra prædictos Cives Nostros, vel Civitatem, quod si faceremus, infringeremus compositionem, & ordinationem memoratam; si vero Gerhardum de Lantzcrone peregrinari, vel quod absit, mori contigerit, Nos de consilio Comitis prædicti substituemus alium virum idoneum loco sui, qui ex parte Nostra eandem potestatem, & auctoritatem habeat, quam habuit Gerhardus prædictus; Si vero Comitem ipsum peregrinari, vel, quod absit, mori contigerit, Gives Colonienſes de consilio Gerhardi prædicti alium virum idoneum substituent loco sui, qui ex parte eorum eadem auctoritate & potestate fruatur, qua fretus est Comes prædictus, & viri sic substituti rogati a Nobis & ab ipsis Civibus, juramentum præstabunt ad ea facienda, ad quæ præfati Comes & Gerhardus sunt astricti, & Nos Ordinationem prædictorum tam Comitis, & Gerhardi, quam substitutorum loco sui per omnia observabimus, quam super decisione causæ hujusmodi Nobis dixerint observandam; si vero contra præmissa, aut aliquid præmissorum venimus, & per prædictos Con item, & Gerhardum, & substitutos loco eorum invenimur, & denunciamur culpabiles, & culpam hujusmodi emendare nolumus infra quadraginta dies post monitionem ipsorum, accepramus & consentimus, quod ex tunc Decanus, & Capitulum Colonienſe Nos personaliter, vel per suas patentes literas moneant, ut culpam emendemus eandem, alioquin requisiti ab ipsis Civibus ubicunque & quandocunque necesse fuerit, denunciare poterunt per suas patentes literas, præter offensam Nostram, quod eandem compositionem Nostram observare nolimus; accepramus etiam, & consentimus, quod nobiles viri VValramus, Dux Limburgenſis, Theodoricus, Comes Glivenſis,

venſis, si eum rogare poterimus, Wilhelmus, Comes Juliacenſis prædictus, Adolphus, Comes de monte, Otto, Comes de Nassaw, Walramus, frater Comitis Juliacenſis prædicti, Theodoricus, Dominus de Valckenburg, frater Noster, & Theodoricus, Dominus de **Heinßberg** fideles Nostri prædictis Civibus contra nos auxilio & consilio potenter & patenter assistant, Andernacum. Bonna, Nussia, Nobis facto, & consilio non assistant, & alia Oppida Nostra, quæ rogare poterimus, idem facient, similiter Henricus, Schultetus Noster Andernacenſis, & fideles Nostri ibidem, Arnoldus & Joannes, Burggravii in **Hammerstein**, Theodoricus, Burggravius in **Rheineck**, & Castrenſes ibidem, Adam de **Breggene** prædictus, Dapifer de **Hart**, & Castrenſes ibidem, Theodoricus Schultetus in **Lechenich**, & Castrenſes ibidem, Lambertus, Schultetus in Bona, & Castrenſes in **Godesberg**, Conradus de **Elverveide**, Dapifer in **Hoyestädte**, & Castrenſes ibidem, Joannes de **Hurte**, Dapifer in **Isenburg**, & Castrenſes ibidem, Theodoricus de **Volmestein**, & Castrenſes ibidem, Godefridus, Burggravius in **Wolckenburg**, Roricus de Rennenberg prædictus, Hermannus, Marscalcus de **Alffter**, Marthias, Pincerna de **Are** prædictus, Godefridus, Camerarius Noster, Adam de Hart, Dapifer Noster, Gerhardus de Lantzcrone prædictus, & fratres sui, Lambertus de Rheimbach prædictus, & frater suus, Daniel de Bacheim, & Winricus frater suus prædictus, Theodoricus de **Kerburg** prædictus, & Rabodo de **Odenkirchen**, Nobis, si contra compositionem prædictam venimus, & per prædictos Comitem, & Gerhardum, vel substitutos loco eorum culpabiles denunciamur, & eandem culpam infra tempus prædictum nolumus emendare, consilio, & facto similiter non assistant. Promittimus etiam bona fide efficere, quod prædicti Nobiles, Oppida, & ministeriales fideles Nostri adhæc se astringant, & in testimonium sigilla sua huic compositioni, quæ apparet, sub sigillis Nostro, & Capituli Colonienſis apponant. Acceptamus etiam & consentimus, quod si Dux de Lymburg, Theodoricus de **Valckenburg**, frater Noster, & Theodoricus, Dominus de **Heinßberg**, prædicti, ad ea, quæ superius expressa sunt se obligare voluerint, & super eo sigilla sua dare Decanus Major, S. Gereonis, & S. S. Apostolorum Præpositi prædicti, Dominus Comes Juliacenſis, Roricus de **Rennenberg**, & Gerhardus de Landtzcrone prædicti, loco trium prædictorum Nobilium aliam ordinent securitatem, quæ ipsis videbitur expedire, & si aliquem eorum abesse contigerit, alii quinque assumant unum ex supra memoratis decem & septem, quibus terminationem hujusmodi discordiæ commisimus, quem voluerint loco sui. In cujus rei testimonium, præsentibus literis sigillum nostrum una cum sigillo Capituli Colonienſis duximus apponendum. Nos vero Nobiles, Oppida, & Ministeriales prænominati rogati a Domino Nostro, Domino Engelberto, Archiepiscopo prædicto, ad prædicta omnia Nos astringimus & in eorum testimonium sigilla Nostra præsentibus duximus apponenda. Actum & Datum Anno Domini M. CC. LX. quarto.

XLIII.

Ejusdem Statuta Synodalia, de Anno 1266.

IN Nomine Domini, Amen. Engilbertus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius. Quamvis ad manutenendam ac defendendam immunitatem, & ad conservandum jus & libertatem Ecclesiarum ipsarum & Ecclesiasticarum personarum, & eorum, qui in sortem Domini sunt vocati, plurima tam Canonica quam legalia edita sint statuta, & diversæ etiam a diversis nostris Prædecessoribus ac majoribus super hoc provisiones emanarint: tamen quia, excrescente malitia quorundam zelum Dei non habentium, nova gravamina, exactiones & ad inventiones pravas & detestabiles, contra Ecclesiam Dei & Ecclesiasticas personas machinantium, ipsa Ecclesia per statuta & provisiones hujusmodi a suis oppressionibus, quas patitur a Diversis, nullatenus sublevatur: nos considerantes, quod contra diversas & innumerabiles tribulationes & injurias, quas a nonnullis, qui nomen Domini invacuum recipere non formidant, & solo nomine se gloriantur Christianos, Ecclesiis & Ecclesiasticis personis frequenter & maxime modernis temporibus inferuntur, pauciſſimi, imo nulli etiam Ecclesiæ devotorum se opponunt, licet ex debito omnes adhoc sint obligati, & maxime locorum moderatores & Judices seculares, qui ex Imperiali etiam constitutione ad ulciscendum Ecclesiarum & Ecclesiæ ministrorum injurias in sacrilegos sunt adstricti, non expectato, quod ab eis ultio injuriarum exposcatur,

tur, propter quod contingit malos in malo plus animari, & Eccleſiam, cum non ſit, qui conſoletur eam, ſentire in rebus & perſonis multiplex detrimentum. Volentes itaque incurſibus malorum, ſe erigentium ex adverſo contra Eccleſiam Dei & Eccleſiaſticam libertatem, coërcitione, qua poſſumus, obviare, ſalvis & in ſuo robore duraturis conſtitutionibus & ordinationibus prædeceſſorum noſtrorum, per quas Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis in ſuis libertatibus eſt proſpectum, quas nos innovamus & approbamus & præcipimus per noſtram civitatem & diœceſin inviolabiliter obſervari: ſalvis etiam juribus prælatorum & Eccleſiarum conſuetudinibus, licitis & honeſtis electionibus, tam in prælaturis, quam aliis beneficiis, correctionibus & ordinationibus, ac aliis libertatibus hucusque in Eccleſiis habitis & ſervatis, quæ omnia & ſingula ipſis Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis confirmamus & firma ac illibata volumus permanere: de communi conſilio & aſſenſu capituli noſtri, & omnium prælatorum & Eccleſiarum & Cleri Civitatis & diœceſis Colonienſis & ad illorum ſolicitam inſtantiam, ut præſumtorum coërceatur audacia, & poſſint viri Eccleſiaſtici tuti inter improbos Divinis obſequiis ferventius inſudare.

CAPITULA.

I. Contra eos, qui manus in Clericos, vel perſonas Eccleſiaſticas injiciunt temere violentas.

Statuimus, ut Sacrilegi, qui ſuadente diabolo, Dei timore poſtpoſito, manus injiciunt in clericum, vel alias perſonas Eccleſiaſticas & religioſas, temere violentas, & ex hoc incidunt in excommunicationis ſententiam Canonis jam prolati, per frequentem denunciationem & communionis denegationem reconciliationis gratiam quærere, & de offenſa ſatisfacere compellantur: cum de injectione hujusmodi conſtiterit per facti evidentiam, vel publicam famam, vel aliam fidem coram loci ordinario faciendam per juramentum injuriam paſſi, ſi fuerit perſona honeſta & fide digna vel per teſtes. In loco, in quo ſacrilegi domicilium habuerint, & in quo ſacrilegium committitur, ſi committens dominus loci fuerit, ceſſetur a Divinis: & ipſi ſacrilegi per omnes Eccleſias conventuales & parochiales ac capellas Civitatis Colonienſis, ſi injuria in Civitate committatur, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis excommunicati publice & nominatim, ſi eorum nomina ſciri poterunt, alioqui in genere, nuncientur. Si injuria extra civitatem committatur, ſimiliter denuncientur per omnes Eccleſias conventuales, parochiales, ac capellas decanatus illius, vel etiam Archidiaconatus, in quo hoc contingit. Ita tamen, quod nihilo minus ad denunciationem eorundem pro ipſo forefacto ubicunque commiſſo, & intra civitatem & extra, ultra procedatur per loci ordinarium, prout hoc viſum fuerit expedire. Si vero dicti Sacrilegi per menſem hujusmodi denunciationem ſuſtinuerint, minime ſatisfacientes, ex tunc ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, campanis pulſatis & candelis extinctis, per Eccleſias conventuales, parochiales & Capellas, ut proxime dictum eſt, denuncientur excommunicati, & ab omnibus arctius evitandi, donec læſo, nobis & Eccleſiæ ſatisfecerint competenter & evidenter, & autoritate Apoſtolica abſolutionis beneficium conſequantur.

Quod ſi per dimidium annum in excommunicatione perſtiterint, hujusmodi denunciationibus vilipenſis, ſi laici nobiles fuerint hujusmodi ſacrilegium committentes, terra eorum & diſtrictus, ſi eos habuerint, ipſo facto eccleſiaſtico ſuppoſiti ſint interdicto: quod nullatenus relaxetur, niſi de commiſſo legitime fuerit ſatisfactum. Si autem fuerint alii, quam nobiles, domini terræ, in quorum diſtrictibus manent, ex tunc moneantur per loci ordinarium, ut dictos Sacrilegos compellant per bonorum, quæ in ſuis habent diſtrictibus, ſubtractionem, vel quemcunque alium modum, ut ipſi Sacrilegi ſatisfaciant, & abſolutionis beneficium requirant. Et ſi ipſi Domini in hoc negligentes fuerint, ex tunc per loci ordinarium excommunicentur: quod ſi ſuſtinuerint animo indurato usque ad annum, ex tunc terra eorum eccleſiaſtico ſit ſuppoſita interdicto. Salvis pœnis contra delinquentes hujusmodi & participantes conſtitutis, ad quas procedatur nihilominus, prout hoc viſum fuerit expedire.

II. Contra incendiarios & effractores Eccleſiarum & monaſteriorum, & bonorum Eccleſiaſticorum.

Contra incendiarios autem & effractores Eccleſiarum & monaſteriorum, cum ipſo facto ſint excommunicati, eodem modo procedi ſtatuimus & mandamus, adjicientes, ut ſi habuerint terram, vel diſtrictum illa poſt tres menſes a tempore perpetrati criminis eccleſiaſtico ſuppoſita ſint interdicto. Cum autem incendiarii aliarum rerum & bonorum Eccleſiarum & monaſteriorum, ſint tanquam ſacrilegi excommunicandi: ſtatuimus, ut tales moneantur nominatim, ſi eorum nomina ſciri potuerint, alioqui in genere, per ordinarium loci, in quo committi contingit hujusmodi forefactum, ut intra ſeptem dies a die monitionis ſatisfaciant: alioqui idem ordinarius ex tunc ſine dilatione ipſos excommunicet & excommunicatos denunciet & faciat denunciari in locis, ubi hoc viſum fuerit expedire: ita, quod niſi intra quindenam a tempore excommunicationis & denunciationis ſatisfecerint, ex tunc ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, campanis pulſatis & candelis extinctis, per omnes Eccleſias conventuales, parochiales & capellas Civitatis, ſi in Civitate contingit, ſeu decanatus, vel Archidiaconatus illius loci, excommunicati publice nuncientur, ſicut de incendiariis Eccleſiarum eſt præmiſſum. Et ſi per ſex menſes in excommunicatione contumaciter perſtiterint, ſi habent diſtrictus, illi ſint ex tunc interdicti: aliorum autem diſtrictus non habentium, domini monentur, & procedatur ſicut ſuperius de injectoribus manuum continetur.

III. Contra violatores immunitatum & dotum Eccleſiarum.

Statuimus item de his, qui violant Eccleſiarum immunitates ſeu dotes, ut violatores hujusmodi, videlicet qui hominem de immunitate ſeu dote extraxerint, vel aliam rem abſtulerint, vel modo alio eam præſumpſerint violare, quos tanquam ſacrilegos in his ſcriptis excommunicamus, ſimili modo, quo diximus de incendiariis bonorum Eccleſiarum, publice excommunicati denuncientur. Et ſi plures fuerint, vel Judex ſecularis ſit, qui hujusmodi violentiam fecerit: locus, in quo tales domicilium habuerint, ſit ipſo facto interdictus. Et in loco, ubi immunitas læſa eſt, ceſſetur a divinis.

IV. Contra raptores & invaſores bonorum Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum.

Atque ad reprimendum importunam præſumptionem raptorum, prædonum & invaſorum bonorum ac rerum Eccleſiarum, monaſteriorum & Eccleſiaſticarum perſonarum: ſtatuimus, ut quilibet locus ſeu parochia noſtræ Civitatis, vel diœceſis, ad quem, vel ad quam ipſi raptores, prædones & invaſores pervenerint, ſeu præda, ſpolium, vel rapina deducta fuerint, vel ubi prædæ ipſius emptor fuerit, ipſo facto ſit Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto; & quamdiu ibi fuerit, ceſſetur penitus a Divinis. Et ſi per triduum ibi ſteterint, licet ex tunc receſſerint vel ad alia loca ſe transtulerint, vel præda ſeu ſpolium alias deductum fuerit: nihilominus parochia, ſeu locus, in quo triduo manſerint, vel ubi præda conſumpta fuerit, maneat per duos menſes interdictus, niſi medio tempore fuerit ſatisfactum. Prædones autem, raptores & invaſores hujusmodi & eorum receptatores ac adjutores, nec non & prædarum emptores, per ordinarium moneantur nominatim, ſi eorum nomina ſciri poterunt, alioqui in genero, ut intra triduum poſt monitionem, ipſam prædam, ſpolium, vel rapinam, reſtituant & condigne ſatisfaciant: alioqui, tanquam ſacrilegi, ſententiam excommunicationis, quam nunc ferimus in his ſcriptis, ex tunc incurrant ipſo facto, & excommunicati per locorum ordinarios & eorum plebanos nuncientur. In qua excommunicatione, ſi ſatisfactione neglecta duraverint per quindenam, ex tunc per omnes Eccleſias conventuales & parochiales decanatus illius, in quo rapina committitur, & ubi ipſi ſacrilegi domicilium habent, vel etiam, ſi opus fuerit, civitatis & aliorum locorum campanis pulſatis & candelis accenſis, usque ad ſatisfactionem condignam, nuncientur excommunicati ſingulis diebus Dominicis & feſtivis. Quod ſi per dimidium annum in excommunicatione contumaciter perſtiterint, ex tunc ſubjaceant pœnis expreſſis ſuperius contra eos, qui manus in clericos injiciunt violentas; & ſecundum hoc, ut ibi diximus, procedatur.

V. Contra detentores ſeu ſubtractores decimarum.

Item cum Sacrilegi cenſeantur, qui injurioſe ſubtrahunt, vel auferunt tributa egentium animarum, videlicet decimas ad hoc a Domino inſtitutas, ut ſint cibus in Domo Dei, & eas Eccleſiis, quibus debentur, non perſolvunt, ſurreptores multorum bonorum, quæ ex juſta ſolutione decimarum ſolent, Domino largiente, omnibus evenire, & incitatores ſterilitatis, peſtilentiæ, tempeſtatis & aliorum malorum, quæ frequenter eveniunt ex ſubtractione earundem: ſtatuimus, ut hujusmodi ſacrilegi ac detentores & raptores decimarum tam novalium, quam aliarum, quos nos in his ſcriptis excommunicamus, per omnes Eccleſias parochiales noſtræ Civitatis & diœceſis, per totum circulum cujuslibet anni, quolibet menſe, uno die Dominico vel feſtivo, campanis pulſatis & diſtricte per rectores Eccleſiarum nuncientur. Et nihilominus ad ulteriora procedatur per loci ordinarium, ſi viſum fuerit expedire.

VI. Contra nobiles, in expeditionibus damna perſonis Eccleſiaſticis in curtibus earum inferentes.

Statuimus item, quod quicunque nobiles, vel alii ad prælia, vel ad alias expeditiones proceſſuri, jacuerint in grangiis, curtibus ſeu poſſeſſionibus, vel bonis Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticarum perſonarum, vel monachorum cujuscunque ordinis, aut fecerint ibidem damna, vel rapinas: niſi intra menſem poſt mentionem a capitulo & prioribus Colonienſibus,

qui præſentes fuerint, faciendam, de damnis, rapinis & injuriis irrogatis ſatisfaciant læſis & damnum paſſis, ipſo facto ſint excommunicati excommunicatione, quam in ipſos ferimus in his ſcriptis: & excommunicati publice usque ad ſatisfactionem condignam, ubi & quando expedire videbitur, nuncientur. Et ulterius, creſcente contumacia, contra eos procedatur, ſicut contra bonorum Eccleſiarum invaſores ſuperius eſt expreſſum.

VII. Contra illos, qui ſe de bonis Clericorum, ſive in vita, ſive in morte, intromittunt.

Statuimus item, ut nullus laicus, cujuscunque dignitatis, vel conditionis exiſtat, de bonis Clericorum, ſive in vita, ſive in morte, ſe intromittat: ſed quilibet Clericus de bonis ſuis, ſicut in vita, ita & in morte, teſtamentum ſuum faciendi, & de rebus ſuis diſponendi per ſe, vel per alios, quibus hoc commiſerit, liberam habeat facultatem. Et illos, qui contra hoc ſtatutum de bonis & rebus Clericorum decedentium, auſu ſacrilego ſe injecerint, niſi ſint ipſorum clericorum manufideles, ſeu ultimarum executores voluntatum, ex nunc ſententia excommunicationis innodamus: & per locorum ordinarios præcipimus excommunicatos publice nunciari, donec ablata reſtituerint, & alias ſatisfecerint competenter. In qua excommunicatione ſi per menſem perſtiterint; ex tunc contra eos, tanquam invaſores bonorum Eccleſiarum, procedatur.

VIII. Ut bona Clericorum tranſeant ſine telonio libera & abſoluta.

Statuimus etiam, ut bona Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum Civitatis & diœceſis Colonienſis ſint & maneant in omni loco, tam in Civitate, quam extra, & tranſeant tam in terris, quam in aquis, abſque telonio & qualibet exactione, & ſine omni impedimento libera & penitus abſoluta. Si qui vero contra hoc venire præſumpſerint, contra ipſos, tanquam contra invaſores & raptores bonorum Eccleſiarum, de quibus ſupradictum eſt, procedatur.

IX. Ne Clerici, vel religioſi trahantur ad judicium ſeculare.

Item cùm Clerici, vel religioſi coram judicio ſeculari non debeant in caſum trahi, ſuo vel Eccleſiæ, vel alicujus alterius nomine, nec a laicis contra eos ſententia dictari: hoc fieri ſub interminatione excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis, firmiter prohibemus: ſtatuentes, ut ſi laicus clericum vel religioſum ad forum traxerit ſeculare, idem laicus omnino cadat a cauſa: & nihilominus per ordinarium ipſius excommunicatus denuncietur publice, usque ad ſatisfactionem condignam.

Præterea Judex Secularis & Scabini loci, in quo contingit hoc, per ordinarium ipſius loci moneantur, ut de tali ſe cauſa nullatenus intromittant: penitus deſiſtendo & revocando intra triduum, ſi in aliquo, occaſione hujusmodi, in præjudicium ipſius Clerici vel religioſi eſt proceſſum. Alioqui ipſi judices & Scabini per eundem ordinarium, ſine dilatione qualibet, excommunicentur, & excommunicati publice usque ad ſatisfactionem condignam nuncientur. In qua excommunicatione ſi per quindenam perduraverint, locus ille ſit ex tunc eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto: quod non relaxetur, niſi prius ſufficienter ſit ſatisfactum paſſo injuriam, ac nobis & Eccleſiæ. Et judicatum, ſi quod contra ipſum Clericum & religioſum eſt factum, & ſi quid aliud ſubſecutum eſt.

X. Contra Clericos, qui perſonas Eccleſiaſticas ratione bonorum ſuorum vocant ad judicium ſeculare.

Si vero Clericus Clericum in foro ſeculari, ſuo, vel Eccleſiæ, vel alterius cujuscunque nomine, in cauſam traxerit, cauſam amittat. Et ſi monitus ab ordinario, in continenti non deſtiterit, ac intra ſeptem dies non ſatisfecerit in cauſam tracto, nobis & Eccleſiæ competenter: ab officio, vel beneficio ſit ſuſpenſus ipſo facto, donec ſatisfecerit competenter. Et ſi, ſuſpicione hujusmodi durante, ſe ingeſſerit beneficio, vel officio: ab eodem ordinario excommunicetur, & excommunicatus publice nuncietur. Et ſi in hujusmodi contumacia & excommunicatione per tres ſeptimanas permanſerit: ex tunc beneficio, ſi quod habet, cum cura, vel ſine cura, ipſo facto ſit privatus, & ad idem beneficium nihilominus inhabilis ad rehabendum exiſtat: ſi vero beneficium aliquod non habuerit, ſit inhabilis ad habendum. Contra judicem vero & ſcabinos, qui ſe de hujusmodi judicio vel cauſa intromiſerint, procedatur ſicut ſuperius in proximo capitulo eſt expreſſum.

XI. Contra eos, qui Clericos occaſione quacunque ad forum ſeculare traxerint.

Item damnamus & ſub interminatione anathematis prohibemus dereſtabile ſtatutum, imo errorem, a quibusdam laicis contra libertatem Eccleſ. introductum: videlicet, ut ſi laicus cauſam habet contra Clericum, vel Eccleſiam conventualem, ſeu monaſterium, ſeu quamcunque aliam

aliam domum religioſam, idemque Clericus, vel Eccleſia, Poſſeſſiones, vel alia bona habet in diſtrictu judicis ſecularis, laicus ipſe, vel judex compellit clericum vel Eccleſiam coram ſeculari judicio litigare, ratione poſſeſſionum vel bonorum eorundem, & ipſe judex ſecularis diem aſſignat Clerico, vel Eccleſiæ ad litigandum coram eo: ad quem, ſi non venerit, ſicut nec tenetur, vel veniens, coram eo noluerit litigare, bonis ſuis privat eundem, plurimas alias abuſiones in his, & conſimilibus committendo: ſtatuimus in hoc caſu idem tam contra actorem, quam judicem & Scabinos, obſervari, quod diximus de Clerico Clericum trahente ad judicium ſeculare. Et judicibus ipſis & Scabinis, hujusmodi factum non revocantibus, & alias non ſatisfacientibus competenter, intra biduum poſt monitionem ab ordinario faciendam, locus, ubi hoc contingit, Eccleſiaſtico ſit ſuppoſitus interdicto. Quo durante, per quindenam ſuperior, ſive dominus illius judicis & Scabinorum, moneatur per ordinarium, ut tale forefactum procuret revocari, & faciat intra ſeptem dies poſt ipſam monitionem emendari. Alioqui contra ipſum ſuperiorem, ſive dominum procedatur, prout in ſtatuto contra injectores manuum in Clericos, de nobilibus & dominis eſt expreſſum.

XII. Ut ſimiliter contra occupantes & arreſtantes bona Eccleſiarum procedatur.

Et eodem modo ſtatuimus contra occupantes ſeu ſeculari judicio arreſtantes bona Eccleſiarum vel Eccleſiaſticarum perſonarum ſive religioſarum procedi, & idem obſervari.

XIII. Ut Judices Eccleſiaſtici & Prælati Eccleſiarum, laicis contra Clericos cauſam habentibus, juſtitiam faciant expeditam.

Ne vero laici occaſionem habeant de defectu juſtitiæ contra Clericos querulandi, ſtatuimus ſub pœna excommunicationis, firmiter præcipientes, ut prælati, ſeu ordinarii Clericorum & Eccleſiarum, laicis contra ipſos Clericos, vel Eccleſias cauſam habentibus faciant, cum requiſiti fuerint, ſecundum conſuetudinem Capitulorum, ſi fuerint in Eccleſia collegiata: & alias de Clericis non exiſtentibus de collegio, ſecundum jus ſcriptum, vel conſuetudinarium, juſtitiam expeditam.

XIV. Contra impedientes & turbantes celebrationes Sanctarum Synodorum.

Statuimus etiam, ut prælati, & ordinarii judices noſtræ Civitatis & diœceſis, in terminis eorum jurisdictioni ſubjectis, Synodum ſuam, qui ad hoc tenentur, obſervent per ſe, vel per alios congruis temporibus ab ipſis prælatis, prout expedire viderint, præfigendis, & quæ corrigenda, vel reformanda occurrunt corrigant & reforment: & omnes in Eccleſia illa & parochia, in qua Synodus celebranda fuerit, quandocunque eis fuerit denunciata, ad Eccleſiam & Synodum veniant obedienter, & jura Synodalia obſervent reverenter non reverenter, non obſtante aliqua occaſione, vel conſuetudine contraria, quam corruptelam reputamus & penitus reprobamus. Soli tamen nobiles excipiantur, qui ad noſtram Synodum noſcuntur ſpecialiter pertinere. Si qui vero laicorum contra hoc venire præſumpſerint, & in hoc, mandato ipſius prælati, ſive ordinarii non obediverint: ſententiam excommunicationis, quam in his ſcriptis in ipſos fecimus, ipſo facto, vel omiſſione incurrant, & excommunicati ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, per plebanos eorum & alios, prout hoc prælato ipſi expedire videbitur, usque ad ſatisfactionem condignam publice nuncientur. Si vero multitudo parochiæ fuerit in cauſa, ſeu in culpa, locus ille, in quo Synodum vel jura Synodalia impediri contingit, ſit ipſo facto, Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto, quod non relaxetur, niſi de hoc ſatisfactum fuerit competenter. Nobilibus vero, ne hujusmodi Synodos, vel jura Synodalia impediant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ firmiter prohibemus.

XV. Ut prælati jurisdictione ſua libere utantur in terminis eorum jurisdictioni ſubjectis.

Sed ne delicta, ſeu commiſſa ſubditorum maneant impunita, & ex hoc tribuatur audacia delinquendi: ſtatuimus, ut prælati in terminis, eorum jurisdictioni ſubjectis; ſua jurisdictione, libere utantur, tam in correctione quam in Judicio & animadverſione, ac aliis, quæ ad hoc videbuntur expedire: nec in his alter ab altero impediatur, ſed juvetur. Et ſi aliquæ ſententiæ a prælato in ſuum ſubditum propter ipſius Exceſſus prolatæ fuerint, illæ ſententiæ ab aliis prælatis inviolabiliter, usque ad ſatisfactionem condignam obſerventur, & etiam executioni, ſi opus fuerit, demandentur.

XVI. Ut Judices Eccleſiaſtici fraudem in Judiciis ſuis non committant.

Ut judices Eccleſiaſtici in judiciis, ſive cauſis officium ſuum, ſolum Deum & juſtitiam præ oculis habentes, fideliter exequantur.

Et-

Et ſi ſcienter, per gratiam, vel per ſordes aliquam partium in cauſis contra Juſtitiam læſerint, præter pœnas a Jure ſtatutas, quibus ſubjaceant, ipſo facto incurrant ſententiam excommunicationis, a nobis latam in his ſcriptis: & nihilominus per Superiorem contra eos, ſi opus fuerit, ad graviora procedatur.

XVII. Ne Judices Eccleſiaſtici de ſe cauſis, ad forum ſeculare ſpectantibus intromittant.

Statuimus & hoc, ut de cauſis ad forum ſeculare ſpectantibus, Judices Eccleſiaſtici ſe nullatenus intromittant: Sed quam cito inter litigantes de hoc exceptum fuerit coram ipſis Judicibus Eccleſiaſticis & oſtenſum, ſicut de jure fuerit faciendum, cauſam ad Judicem ſecularem remittere non poſtponant.

XVIII. Contra impedientes Eccleſiaſticorum judicum jurisdictionem & executionem ſententiarum.

Ne vero jurisdictionem judicum Eccleſiaſticorum, ſive ordinarii fuerint, ſive delegati, a ſecularibus Judicibus, vel perſonis impediri, & ex hoc, ſicut a pluribus intentatur, diſſolvi contingat nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ: ſtatuimus, ut nullus Secularium, ſive nobilis fuerit, ſive alter qualiscunque, Eccleſiaſticorum judicum jurisdictionem in Citationibus, monitionibus, denunciationibus, executionibus & aliis modis, quibus jurisdictio Eccleſiaſtica exercetur, per ſe, vel per alium impediat aliquatenus, vel retardet: & qui contra hoc auſu temerario venire præſumpſerit, & monitus ab ordinario, vel delegato, intra ſeptem dies a tempore monitionis factæ non deſiterit omnino, nec revocaverit, ſi quid in præjudicium præmiſſorum attentaverit, ſententiam excommunicationis, quam in his ſcriptis ferimus in hujusmodi præſumptores, incurrat ipſo facto. Quam excommunicationem quindecim ſequentes dies contumaciter ſuſtinuerit: ex tunc, ſi nobilis, aut Dominus eſt, terra ipſius & diſtrictus, ſi quem habet, ſit ipſo facto Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto. Et nihilominus in loco, ubi faciens impedimentum prædictum, vel procurans, domicilium habuerit, ceſſetur a Divinis, quousque impedimentum ſit revocatum, & eis legitime ſatisfactum.

XIX. Contra eos, qui Clericos non ſine violenta manuum injectione capiunt & detinent.

Quia vero in tantam veſaniam plerumque prorumpit quorundam perverſitas perverſorum, ut auſu ſacrilego Clericos & Eccleſiaſticas perſonas, non ſine violenta manuum injectione damnabiliter capere & captivos execrabiliter detinere, non formident: ſtatuimus, ut Clericorum captivatores, quicunque fuerint, aut cujuscunque dignitatis, aut conditionis, cum omnibus conſilium, auxilium, opem, vel operam adhibentibus, per omnes Eccleſias conventuales, parochiales & capellas Civitatis & Diœceſis Colonienſis cum ipſo facto excommunicatione Canonis ſint ligati, excommunicati nominatim, ſi eorum nomina ſciri poterunt, alioqui in genere publice denuncientur, donec captivus ſit liberatus, & de forefacto fuerit læſo, nobis & Eccleſiæ ſatisfactum. Et ſi intra octo dies poſt hujusmodi denunciationem captivus non fuerit liberatus, ex tunc iidem captivatores cum adhibentibus conſilium, auxilium, opem, vel operam, ut prædictum eſt, nominatim, quorum nomina ſciri potuerint, alioqui in genere, ſingulis diebus dominicis & feſtivis, campanis pulſatis, & candelis extinctis, per easdem Eccleſias & capellas excommunicati ſolenniter & publice nuncientur. Idemque obſervetur, ſi captivo liberato non fuerit læſo, nobis & Eccleſiæ intra menſem ſatisfactum. Et nihilominus evitentur, donec per autoritatem Apoſtolicam abſolvantur.

XX. Proceſſus forma contra eosdem.

Statuimus etiam, quod in omni loco, videlicet civitate, oppido, caſtro, ſeu munitione, vel villa, vel alio quocunque nomine vocetur, ubi clericus captivus fuerit adductus, receptus, vel detentus, eodem die cum illuc deductus, receptus, vel detentus fuerit, & quamdiu ibidem extiterit, ceſſetur penitus, a Divinis: & ſi ipſe locus ipſo facto Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto. Et ſi per triduum ibidem manſerit captivus, nec fuerit liberatus: locus ipſe, quamvis poſtmodum captivus de eodem fuerit deductus, nihilominus maneat interdictus, donec captivus liberetur, & modo præmiſſo fuerit ſatisfactum: ut ſic tam nobiles, quam magnates, ac etiam populares cum plebe, contra malefactores & Sacrilegos hujusmodi ex divinorum carentia provocati, conſurgant ad liberationem illius, qui auſu ſacrilego captivus detinetur, auxilium præſtituri.

XXI. Si propter captivitatem Clerici, locus aliquis per menſem manſerit interdictus.

Item ſi propter captivitatem vel detentionem Clerici captivi, locus ubi detinetur, vel ubi captivans habet domicilium, per menſem unum manſerit interdictus, ita quod Clericus liberatus non fuerit, nec alias ſatisfactum: ex tunc interdictum ipſum, ad totum decanatum in quo locus ille conſiſtit, extendatur, & ſit ipſe decanatus totus interdictus.

XXII.

XXII. Si decanatus per quindenam maneat interdictus.

Et ſi hujusmodi interdicto durante per quindenam, clericus captivus non fuerit liberatus, ex tunc, ſi nobilis fuerit, vel potens, vel alius quicunque, habens terram, jurisdictionem, vel diſtrictum, qui clericum captivavit, vel detinet: terra & diſtrictus ejus, ubicunque fuerit Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto. Et idem interdictum, eademque pœna obſervetur, ſi dominus, aut nobilis, aut alius quicunque in cujus diſtrictu vel jurisdictione captivans vel detinens Clericum, quamvis ab alio captivatum, habuerit domicilium, vel receptaculum, monitus ab ordinario loci, intra quindenam a die monitionis factæ ipſum Clericum non procuraverit liberari.

XXIII. Si captivantes Clericum, per duos menſes excommunicati fuerint.

Sed & poſtquam captivans Clericum, vel detinens captivatum, per duos menſes in excommunicatione perſtiterit, clerico non liberato: omnis locus, ad quem captivans, vel detinens pervenerit, vel qua transſierit ibidem comedendo, vel bibendo ſit per continuum ſequens triduum interdictus. Sic & per ſeptem ſequentes dies ſit interdictus, ubi ipſum contigerit pernoctare,

XXIV. Ne filii, vel filiæ Clericos Captivantium & per annum excommunicatorum, ad ordines, vel ad beneficia Eccleſiaſtica admittantur.

Porro ſi captivans Clericum, vel religioſum, vel detinens, ac ſacrilegus, hujusmodi pœnis ſupradictis vilipenſis, congrua ſatisfactione neglecta, per annum unum in excommunicatione hujusmodi perdurare animo præſumpſerit indurato, ſive obſtinato: ſtatuimus, ut nulli de filiis & filiabus, fratribus & ſororibus ſeu filiis vel filiabus fratrum vel ſororum, usque ad tertium gradum incluſive, in linea deſcendenti & collaterali, & illi etiam, qui ad hujusmodi captivitatem opem, vel operam impenderint, vel captivum Clericum in ſuis domiciliis detinuerint, ad ordines ſeu beneficia, aut etiam prælaturas admittantur: cum ex delicto parentum, ipſo facto reddantur inhabiles ad hujusmodi conſequenda: ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſtatuentes & mandantes examinatoribus Clericorum, capitulis, patronis & archidiaconis & prælatis, ut nullum ex talibus ad ordines admittant, capitula nullum ex eis præbendam eligant, Patroni nullum ex eis ad præſentent, Archidiaconi & Prælati tales non inveſtiant ullo modo. Alioqui capitula, patroni, & archidiaconi, ac prælati, ipſo facto, jus ſuum amittant ea vice, & ad proximum ſuperiorem devolvatur. Examinatores vero & archidiaconi aliquem ex talibus ſcienter ad ordines, vel beneficia admittentes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Idem de filiabus, ſororibus & filiabus ſororum & filiarum prædictarum, usque ad gradum prædictum, ſtatuimus obſervandum, ut in clauſtris & cœnobiis cujuscunque ordinis, nullatenus admittantur.

Idem etiam, quoad excluſionem hujusmodi, in filiis, filiabus, nepotibus & neptibus eorum, qui Eccleſias, vel monaſteria incenderint, ſi per annum in excommunicatione, neglecta ſatisfactione, perſtiterint contumaciter, contra tales ſtatuimus obſervandum.

XXV. Ut feuda Eccleſiaſtica ab his, qui per annum contumaciter excommunicationem ſuſtinuerint, ad Eccleſias revertantur.

Feuda etiam, ſi quæ prædicti ſacrilegi ab Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis tenuerint, poſt lapſum anni, per quem excommunicationem ſuſtinuerunt, ad Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas libere revertantur: ita ut, ſi ipſi ſacrilegi ultra ſe de hujusmodi feudis ingeſſerint, contra eos, tanquam invaſores bonorum Eccleſiæ, procedatur.

XXVI. Mitigationes pro fratribus & ſororibus ac aliis perſonis factæ, ſi ſe voluerint intra annum canonice expurgare.

Volentes nihilominus, ut fratres & ſorores, filii & filiæ fratrum & ſororum & alii in linea collaterali gradus ſupradicti, qui ſacrilegis & excommunicatis hujusmodi in ſuis maleficiis non aſſiſtunt, nec adſtiterunt, & ad ipſa maleficia opem, vel operam, aut favorem non impenderunt, nec impendunt, ſine culpa eorum, aut ſine cauſa non graventur ex maleficiis aliorum; ſtatuimus ut iidem fratres & ſorores, filii & filiæ fratrum & ſororum & aliæ perſonæ lineæ collateralis, pœnis ſupradictis, quoad Excluſionem ab ordinibus & beneficiis & prælaturis hujusmodi, non ſubjaceant, nec adſtringantur eisdem, ſi intra eundem annum coram nobis, aut capitulo & prioribus Colonienſibus ſe canonice expurgaverint, quilibet quarta manu, quod prædictis Sacrilegis in hujusmodi maleficiis conſilio, vel auxilio, ope, vel opera non adſtiterint & juramento corporali firmaverint, quod eis ulterius non adſtabunt.

XXVII. Si Clericum in alia Diœceſi capi, vel in iſta captum, ad aliam diœceſim deduci contingat.

Statuimus item, ut ſi Clericum Colonienſis civitatis, aut diœceſis in alia diœceſi capi contingat, vel in noſtra civitate, aut diœceſi captum

in aliam diœceſim deduci vel transferr.: quod per capitulum & Priores Colonienſes & alia capitula, ad liberationem captivi, & ad procedendum contra Sacrilegum illius diœceſis, qui in hoc culpabilis fuerit, apud loci diœceſanum affectuoſe laboretur, prout viſum fuerit expedire.

XXVIII. Contra occiſores & mutilatores Clericorum.

De occiſoribus & mutilatoribus clericorum & clericos in captivitate usque ad mortem detinentibus, ſeu alias enormiter lædentibus: ſtatuimus, ut per omnes Eccleſias Conventuales parochiales, & capellas civitatis & diœceſis Colonienſis, ipſi occiſores & mutilatores & omnes opem & operam ſeu conſilium ad hoc adhibentes, ſingulis diebus dominicis & feſtivis, campanis pulſatis & candelis extinctis, nominatim, quorum nomina ſciuntur, alioqui in genere, excommunicati denuncientur, ab omnibus arctius evitandi, donec ſufficienter ſatisfecerint, & a Sede apoſtolica redierint abſoluti.

Præterea locus omnis, ad quem venerint, ſit interdictus, quamdiu ibi fuerint: & per ſequens triduum, ſi ibi biberint vel comederint: & per ſeptem ſequentes dies, ubi eos pernoctare contigerit. Cæterum ſi nobiles fuerint, vel alii terram & jurisdictionem vel diſtrictum habentes, & intra tres menſes a tempore perpetrati ſceleris, ad arbitrium noſtrum, aut capituli & priorum Colonienſium non ſatisfecerint: terra eorum & d ſtrictus ex tunc ſit, ipſo facto Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto: & feuda, ſeu officia, vel poſſeſſiones, ſi quas habent ab Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis, amittant, & ad Eccleſias, a quibus ea habuerint, revertantur: ita quod ipſorum ſacrilegorum heredes ad feuda hujusmodi, vel ad aliqua alia ab Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis deſcendentia, nunquam in perpetuum admittantur. De quibus, ſi ultra ſe ingeſſerint, contra eos procedatur, tanquam contra bonorum Eccleſiarum invaſores, prout ſuperius eſt expreſſum. Et hoc etiam in aliis perſonis, quæ non ſunt nobiles, feuda habentibus, volumus obſervari.

Præterea ſi domini terræ, in quorum diſtrictibus manent, vel domicilium habent, vel ubi tam enorme ſcelus commiſſum extiterit, tam nefarios, ſacrilegos & nefandos, in ſuis diſtrictibus ſuſtinuerint & contra eos ad bonorum privationem & proſcriptionem de terra, non proceſſerint: contra ipſos Dominos, tanquam contra conſentientes malo hujusmodi, monitione præmiſſa, procedatur.

XXIX. Contra occiſores Clericorum, per annum in excommunicatione exiſtentes.

Si autem intra annum abſolutionem a ſede apoſtolica impetrare & alias congrue ſatisfacere neglexerint: ſtatuimus, ut ex tunc nullus filiorum aut nepotum eorundem ſacrilegorum, ad ordines vel ad beneficium Eccleſiaſticum, vel dignitatem usque ad quartum gradum admittatur. Et idem fiat de filiabus & neptibus eorundem. Et ſi qui eos vel eas admiſerint, incurrant pœnas, quæ ſuperius de filiis & nepotibus clericos captivantium, ſunt expreſſæ.

XXX. Contra eos, qui minas intulerint perſonis Eccleſiaſticis de corpore vel de rebus.

Volentes item malo, antequam eveniat, quantum poſſumus, obviare: ſtatuimus, ut ſi quis Eccleſiaſticæ perſonæ minas intulerit de corpore, vel de rebus, & monitus a judice ordinario, ipſam perſonam Eccleſiaſticam non aſſecuraverit, a tempore monitionis intra ſeptem dies ab ipſo ordinario extunc excommunicetur, & excommunicatus publice nuncietur, donec aſſecuret ipſam perſonam Eccleſiaſticam, & de ea coram ſuo Judice accipiat rationem.

XXXI. Contra eos Clericos, qui ſacrilegium in Clericos committere non verentur.

Cum vero magnum ſit ſcandalum & plerisque laicis, qui alioqui Clericis ſunt infeſti, ſimilia committendi exiſtat quamplurimum incentivum, quod Clerici in Clericos Sacrilegium committere non verentur: ſtatuimus, ut Clericus, vel Canonicus injiciens manus violentas in Clericum vel Eccleſiam ſuam, vel aliam, aut Eccleſiaſticam perſonam ſpolians, vel violentiam in immunitate committens, vel bona eorum ſeculari judicio occupans, vel ad aliquod horum, conſilium, ſeu auxilium vel operam dans, pro hujusmodi injectione, in continenti per omnes Eccleſias & capellas civitatis & diœceſis excommunicatus nuncietur. Et cum de aliis conſtiterit per evidentiam vel famam publicam, ſi fuerit perſona fide digna, vel per fidem teſtium ſummarie faciendam: per ordinarium moneatur, ut intra ſeptem dies a tempore monitionis factæ, de fore facto perpetrato ſatisfaciat competenter. Alioqui a nobis excommunicatus excommunicatione, quam ferimus in his ſcriptis, ex tunc per omnes Eccleſias, ut ſupra dictum eſt publice nuncietur.

Quod ſi intra quindecim dies non ſatisfecerit, ex tunc denuncietur, campanis pulſatis & candelis extinctis, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis excommunicatus. Quod ſi per annum

num in hujusmodi excommunicatione perſtiterit: ex tunc omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, ſi quæ habuerit, ipſo facto ſit privatus; Et illi, ad quos ſpectat ipſorum beneficiorum collatio, ea conferant intra menſem. Alioqui per ſuperiorem ex tunc conferantur. Et nihilo minus ſit inhabilis ad aliqua alia conſequenda.

XXXII. Contra Clericum, qui occaſione alicujus quæſtionis clericum captivaverit.

Si autem clericus clericum, occaſione alicujus quæſtionis, quam habeat, captivaverit, vel ad capiendum ipſum, conſilium, auxilium, vel operam adhibuerit: ſtatuimus, ut cauſam amittat ipſo facto, & excommunicatus publice, ut de aliis captivatoribus præmiſſum eſt, nuncietur. Et ſi intra ſeptem dies liberationem ipſius captivi non procuraverit, ac intra alios quindecim dies læſo, nobis & Eccleſiæ non ſatisfecerit: extunc omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, ſi quæ habet, ſit ipſo facto privatus & inhabilis in perpetuum ad aliquod beneficium conſequendum. Et ſi ille, ad quem collatio beneficiorum hujusmodi pertinuerit, intra menſem non de eis ordinaverit, ea aliis, vel alii, conferendo: collatio ac ordinatio eorundem ad proximum ſuperiorem ſit ipſo facto devoluta. Si vero beneficium non habuerit, ſit inhabilis in perpetuum ad obtinendum.

Præterea omnis locus, ad quem hujusmodi ſacrilegus pervenerit, vel ubi biberit, aut comederit, aut pernoctaverit, ſit ipſo facto interdictus eo modo, ſicut de laicis captivatoribus Clericorum eſt præmiſſum.

XXXIII. Contra Clericos, qui mutilant, vel occidunt Clericum.

Statuimus etiam, ut Clericus occidens, vel mutilans Clericum, vel eum usque ad mortem captivum detinens, ſit ipſo facto ab omnibus beneficiis Eccleſiaſticis habitis & a ſpe habendorum penitus deſtitutus & excommunicatus in omnibus Eccleſiis, ut ſuperius dictum eſt, nuncietur: locis ad quæ venerit, vel ubi biberit, comederit, aut pernoctaverit, ut ſuperius dictum eſt, ſuppoſitis ipſo facto eccleſiaſtico interdicto. Et nihilominus ad alias pœnas per nos, aut capitulum & priores Colonienſes, ſicut opus fuerit, procedatur.

XXXIV. De litigantibus ſuper una præbenda in aliqua Eccleſia diœceſis Colonienſis.

Cum vero plerumque contingat, quod, vacante præbenda, in aliqua Eccleſia civitatis, vel diœceſis Colonienſis, in qua duo, vel plures, authoritate ſedis apoſtolicæ, vel legatorum ejus, aut quavis alia autoritate, jus ſe aſſerunt habere, & per Executores ſuos, ſeu quoscunque alios ſe procurant mitti in poſſeſſionem corporalem præbendæ ipſius, cujus occaſione miſſionis de hujusmodi præbenda contendentes, bona, res & jura ipſius Eccleſiæ, tam intra immunitatem, quam extra, indifferenter rapiunt & invadunt, ſeu per ſeculare judicium occupari, vel arreſtari procurant, ſententias excommunicationis in certas perſonas de capitulo, & ſuſpenſionis in capitulum nihilominus a ſuis executoribus fulminari facientes, propter quod in rebus & perſonis tam ſpiritualibus, quam temporalibus Eccleſiæ non modicum detrimentum ſuſtinent & jacturam: ſtatuimus, ut cum in aliqua Eccleſia caſus hujusmodi emerſerit Decanus & capitulum illius Eccleſiæ, autoritate hujusmodi conſtitutionis ſibi faciant literas authenticas & inſtrumenta, quibus ſic contendentes uti voluerint, pro jure ſuo, hinc inde a partibus exhiberi & convocatis capitulo & prioribus Colonienſibus, qui præſentes fuerint & haberi commode potuerint, per eos ad hoc vocatis juris peritis, qui viſi fuerint expedire, per quos hujusmodi quæſtio & diſcordia decidatur, & eorum diſcuſſioni, ſeu ſententiæ ſtetur & inviolabiliter obſervetur. Et ſi capitulum & Priores, propter difficultatem juris, vel alias cauſas legitimas, quæſtionem hujusmodi decidere non poterunt, nec decidunt: cauſam eandem ad curiam Domini Papæ decidendam transmittant, præfigentes partibus terminum competentem, quo ſe conſpectui Papæ repræſentent, cum omnibus ſuis monumentis & documentis juſtitiam recepturæ. Cauſa vero & quæſtione hujusmodi durante, medietas fructus præbendæ vacantis in uſus cedat Eccleſiæ: & reliqua pars alicui idoneæ perſonæ, quæ deſerviat in ordine, quem defuncti præbenda requiſierit, deputetur. Et ſi qua partium ſententiam pro ſe in Curia habuerit & in cauſa evicerit: fructus ejusdem præbendæ de mandato Domini Papæ capitulo præſentato, ceſſante occaſione qualibet, miniſtretur. Si qua vero partium literarum ſuarum copiam facere & hoc ſtatutum ſubire contumaciter renuerit & de ſua potentia & malitia confiſa, bona Eccleſiæ invadere, ac rapere temere & irreverenter, Dei timore poſtpoſito, præſumpſerit: contra ipſam partem, tanquam contra raptorem bonorum Eccleſiæ, ut ſupra dictum eſt, procedatur. Statuimus etiam ut hæc non ſolum ad futura hujusmodi negotia, ſed etiam ad præſentia & præterita a tempore electionis noſtræ extendantur.

XXXV. Ne aliquis Clericus Sacrilegis excommunicatis, aut uſurariis aſſiſtat, vel eos defendat.

Cum

Cum ſalvis pœnis ſtatutis tam in jure Canonico quam civili & coërcitione noſtræ ordinariæ poteſtatis contra injuriatores Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum prædictis modis & aliis qui ad hoc videbuntur expedire, providerimus procedendum: ſtatuimus, ut perſonis quibuscunque, qui manus in Clericos aut religioſos injiciunt, vel alias ſpoliant & capiunt, aut in aliquo ſupradictorum modorum vel exceſſuum contra Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas exceſſerint, ſeu ſententiis excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, aut aliis modis ſupradictis ſe involverint, Clerici ſive indignitate conſtituti, ſive alii, vel etiam advocati conſilio, vel auxilio, in aperto vel occulto non aſſiſtant: & quia contra venerint verbo, vel facto, ſententiam excommunicationis quam in eos ferimus in his ſcriptis, incurrant ipſo facto, & excommunicati publice, qui de hoc convicti fuerint, vel confeſſi, usque ad ſatisfactionem condignam nuncientur; & ſi publice pro hujusmodi perſonis præſumpſerint in judicio poſtulare, earum injurias defendendo, & moniti ab eorum ordinariis, non deſtiterint, excommunicati publice, tanquam illi, quorum exceſſus, vel injurias nituntur defendere, nuncientur: & alias etiam contra nos, ſi opus fuerit, procedatur. Idem ſtatuimus fieri de his, qui uſurariis manifeſtis aſſiſtunt patrocinio, vel defendunt eosdem.

XXXVI. Ne Clerici capellani nobilium excommunicatorum, cum ipſis dominis ſuis ultra menſem permaneant.

Statuimus item, ut clerici, ſeu capellani dominorum ſuorum, aut nobilium, vel aliarum perſonarum, quæ fuerint, propter aliquem prædictorum exceſſuum, ſententia excommunicationis innodati, dominis ſuis in hujusmodi injuriis, conſilium vel auxilium, verbo, vel facto non impendant: alioqui ſe noverint eadem excommunicatione involutos.

Præterea ipſos dominos ſuos modis, quibus poterint, inducant, ut de eis, pro quibus excommunicati exiſtunt, ſatisfaciant, & ad reconciliationem ſanctæ matris Eccleſiæ revertantur: quod ſi intra menſem eosdem dominos ſuos ad hoc inducere nequiverint, ex tunc omnino recedant ab eisdem, nec eis communicent. Alioqui ipſos Clericos, ſeu Capellanos, qui ultra id cum dominis ſuis permanſerint, & eis communicaverint, majori excommunicatione in his ſcriptis latæ ſententiæ innodamus, & præcipimus eos per locorum ordinarios, excommunicatos publice nunciari. In qua excommunicatione ſi per duos menſes contumaciter perduraverint, & a dominis ſuis non receſſerint, ex tunc ipſo facto omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, vel ſine cura, quæ habent, ſint privati: & eadem beneficia per illos, ad quorum collationem pertinent, aliis perſonis idoneis intra menſem conferantur: alioqui ex tunc per ſuperiorem proximum conferantur & nihilominus ſint inhabiles ad alia beneficia obtinenda.

XXXVII. Contra eos, qui ſententiam excommunicationis damnabiliter vilipendunt.

Cumque nonnulli ſententiam excommunicationis damnabiliter vilipendant: Statuimus, ut quicunque excommunicatus & in parochia ſua denunciatus, per annum in ipſa excommunicatione perſtiterit, & de hoc fides facta fuerit per literas excommunicatoris, quas ſufficere volumus in hac parte, ſi fuerit ordinarius, & alias per aliam fidem ſufficientem, ſi hujusmodi fuerit nobilis, vel alius habens terram, vel diſtrictum, illa terra, vel diſtrictus, per ordinarium loci, ſuper hoc requiſitum, ab excommunicatore, vel arctore, eccleſiaſtico ſine difficultate ſupponatur interdicto. Et ſi fuerit alius, quam nobilis, dominus temporalis, ſeu judex, in cujus diſtrictu excommunicatus manſerit, ſeu domicilium habuerit, moneatur per ordinarium ipſius, ut compellat ipſum excommunicatum redire ad ſanctæ matris Eccleſiæ unitatem. Alioqui idem dominus, ſive judex, per ipſum ordinarium excommunicationis ſententia percellatur.

XXXVIII. Contra computreſcentes in excommunicatione ultra annum, quomodo procedendum.

Ipſi autem excommunicati, cum per annum in excommunicatione perſtiterint, in Synodis accuſentur, tanquam claviumEccleſiæ contemptores & ſatisfacere compellantur: adhibito etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

XXXIX. Ut prælati & quælibet Eccleſiaſticæ perſonæ, ad obſervationem ſtatutorum iſtorum fideliter teneantur.

Quia vero omnibus per ſtatuta hujusmodi paterna ſolicitudine intendimus providere, ut videlicet quies procuretur Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis & pacis turbatores pœnæ formidine cohibeantur a peccatis: præcipimus & mandamus ſub pœna excommunicationis, ut ſtatuta ipſa ab omnibus, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus perſonis, inviolabiliter obſerventur: ſtatuentes, ut capitulum, prælati, archidiaconi, præpoſiti, decani capitulorum, & alia capitula & ſinguli de capitulis, decani Chriſtianitatum, rectores Eccleſiarum & Capellarum, nec non & vicarii & omnes Clerici civitatis & diœceſis Colonienſis, ad obſervationem

nem ſententiarum prædictarum, ſcilicet excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, & ad earum executionem, quandocunque & quotiescunque opus fuerit, & aliquod forefactorum prædictorum committi contigerit in civitate, aut diœceſi Colonienſi, omni fraude & dolo penitus excluſis, fideliter teneantur. Si quis autem prælatus in his remiſſus fuerit, & ex parte eccleſiæ, vel perſonæ injuriam, vel damnum paſſæ, tertio requiſitus ad executionem præmiſſorum, prout in ſuperioribus continetur, per ſe, vel per alium procedere neglexerit: ſententiam ſuſpenſionis a nobis latam in his ſcriptis incurrat i ſa omiſſione: quam ſcilicet ſuſpenſionis ſententiam, ſi per octo dies in negligentia perdurando ſuſtinuerit, ex tunc incurrat excommunicationis ſententiam, a nobis latam in his ſcriptis. Et nihilominus contra eum ad ulteriora per nos, de conſilio capituli & priorum Colonienſium procedatur.

XL. Contra Clericos in executionibus ſententiarum remiſſos, & ſententias ipſas modo debito non ſervantes.

Hebdomadarii, item in Eccleſiis conventualibus, plebani, rectores, ſeu proviſores parochialium Eccleſiarum & capellarum civitatis & diœceſis Colonienſis, qui in ſuis Eccleſiis, de quibus ſupra dictum eſt, eos, qui in excommunicationem inciderint, vel juris, vel hominis, & fuerint, u præ iſſum eſt, excommunicati nunciandi, denunciare omiſerint, ipſa omiſſione ſe ſciant excommunicationis ſententiam, in his ſcriptis a nobis latam, incurriſſe, & poterunt depoſitionis periculum formidare, ſi divinis ſe ingeſſerint ſic ligati: ita ut, niſi celeri ſatisfactione ſibi proſpexerint, monitione præmiſſa, a ſuis ordinariis priventur beneficiis, quæ habent, & illa aliis perſonis idoneis per eos, ad quorum ſpectant collationes, conferantur.

XLI. Contra eos, qui in loco interdicto celebraverint.

Si quis autem Sacerdos in loco, propter captivitatem Clerici, vel propter ſpolium Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ, vel propter aliquam aliarum cauſarum prædictarum interdicto celebraverit, & ſic irregularis, in continenti non deſtiterit, aut intra quindecim dies non ſatisfecerit nobis & Eccleſiæ, ex tunc incurrat ipſo facto excommunicationis ſententiam, quam in hujusmodi præſumptores ferimus in his ſcriptis. In qua excommunicatione, ſi per quindecim dies contumaciter perduraverit, negligens ſatisfacere: ex tunc ſit ipſo facto omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, quæ habet, deſtitutus, Et ſi illi, ad quos beneficiorum hujusmodi collatio pertinuerit, ea alias perſonis non contulerint intra menſem, eorum collatio ad proximum ſuperiorem devolvatur: Si vero beneficium Sacerdos non habuerit, hujusmodi ſit poſt tempus prædictum inhabilis in perpetuum ad aliquod obtinendum.

XLII. Ut præcepto forefacto, ſtatim ceſſetur a divinis, ne quis per craſſam ignorantiam poſſit excuſari

Cæterum, ne aliquis prælatus, archidiaconus, præpoſitus, Decanus Capitulorum & Chriſtianitatum, aut rector Eccleſiæ, vel capellæ, per craſſam ignorantiam ab obſervationibus ſententiarum prædictarum ſe valeat excuſare, cum difficile ſit, ſingulari denunciatione ſingulorum auribus inculcari captivationem Clerici, vel ſpolium Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ, aut aliud quodcunque forefactum, propter quod loca aliqua contingit eſſe interdicta, ſicut ſuperius in pluribus locis eſt expreſſum: Statuimus, ut prælati, archidiaconi, præpoſiti, Decani & rectores, ſeu vicarii, quam cito captivitas Clerici, vel ſpolium, aut aliquod forefactum, de quibus eſt ſupra dictum, ad eorum notitiam, vel fama deferente, vel alio quocunque modo pervenerit, ſtatim ceſſent a Divinis, ubi hoc, juxta præmiſſa fuerit faciendum, & ad obſervantiam & executionem dictarum ſententiarum per ſe, vel per alios teneantur. Alioqui, non obſtante excuſatione craſſæ ignorantiæ, pœnis & ſententiis ſubjaceat ſupradictis.

XLIII. Ut hæc ſtatuta ad perſonas Eccleſiaſticas cujuscunque ordinis extendantur.

Statuimus item, ut ad monaſteria & bona eorum, & ad monachos, & alias religioſas perſonas, cujuscunque ordinis, Civitatis & Diœceſis Colonienſis, hujusmodi ſtatuta extendantur. Et monachorum prælati & monachi, ac aliæ perſonæ religioſæ, cujuscunque ordinis exiſtant, ſe voluerint occaſione alicujus privilegii, ab executione, ſeu obſervatione ſtatutorum auxilio non juventur.

XLIV. Ut hæc ſtatuta, ne aliquem latere poſſint, tam in capitulis, quam in aliis locis, ſæpius publicentur.

Statuimus item & mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, ut hæc eadem ſtatuta per omnes Eccleſias conventuales & parochiales, & capellas civitatis, & diœceſis Colonienſis, ſingulis annis, ne aliquem latere poſſint, ſæpius publicentur, & in Capitulis ruralibus perlegantur.

XLV. Ut nomina ſacrilegorum poſita in regiſtro ſæpius recitentur.

Et nomina eorum, qui contra Eccleſias, ſeu perſonas Eccleſiaſticas aliquo modorum ſupradictorum exceſſerint, vel deliquerint, ſtatim, cum hoc factum fuerit, ponantur in regiſtro, &

ſæpius recitentur in publico, ut ſciri poſſit ex qualitate facti & ejus circumſtantiis, nec non ex dilatione ſatisfactionis, qualiter ſit contra excedentes & delinquentes hujusmodi procedendum, ne deleantur eorum nomina, niſi congrua ſatisfactione præcedente. Si quid vero dubii, aut difficultatis ſuper præmiſſis emerſerit: hoc nobis, capitulo & prioribus Colonienſibus reſervamus declarandum.

Nos vero capitulum, prælati, & alia capitula majoris & aliarum Eccleſiarum Civitatis & diœceſis Colonienſis, plenam in Domino fiduciam obtinentes, quod per ſtatuta hujusmodi, Eccleſiis & monaſteriis, & perſonis, tam Eccleſiaſticis, quam religioſis, in ſpiritualibus & temporalibus proviſum ſit, & debeat provideri, ad obſervationem eorundem ſtatutorum, bona fide, omni fraude & dolo excluſis, firmiter obligamus, ſigilla Eccleſiarum noſtrarum eisdem ſtatutis in teſtimonium apponentes.

Datum Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo ſexto, ſexto Idus Martii.

XLIV.

Kayſers Rudolphi I. Revers, daß er nicht eher über den Rhein, oder Moſel gehen wolle, als biß er Ertz-Biſchoff Engelberto II. zu Cölln von der Stadt Cölln, entweder durch den Weg der Güte oder Rechtens, völlige Satisfaction verſchaffet, de Anno 1273.

Rudolphus, Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, univerſis præſentia viſuris, Notum facimus, quod nos dilecto Principi noſtro, Engelberto, Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, noſtro per Italiam Archi-Cancellario, promiſimus & promittimus, quod nec Rhenum, nec Moſellam tranſeamus, niſi gratioſe primitus interponamus partes noſtras, ut Cives Colonienſes ſuæ prædictæ Eccleſiæ gratia reformemus, & quod in eadem Civitate conſequatur jura ſua, ſibi & Eccleſiæ ſuæ jam diſtracta, per medium Juſtitiæ, vel amoris; ſi autem dicti Cives nobis in præmiſſis nollent obedire, nos injurias ſuas publicabimus, & eum, tam contra Cives, quam contra alios injuratores ſuos defendemus, & eidem noſtræ defenſionis & juvaminis præſidia tenebimus, & volumus impartiri, & erit nobis liberum recedere pro noſtra voluntate. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ei dedimus Sigillo noſtro communitas. Datum Aquisgrani, quinto Kalendarum Novembris, Anno Regni noſtri primo.

XLV.

Kauff-Brieff, vermöge deſſen Johannes von Arberg die Burggrafſchafft zu Cölln mit allen ihren Pertinentien, an das Ertz-Stifft Cölln verkaufft, de Anno 1279.

Univerſis præſens ſcriptum viſuris. Syfridus, Dei gratia S. Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, ſalutem in vero ſalutari. Noveritis, quod cum Nobilis vir, Joannes de Arberg, quondam Burggravius Colon. Vaſallus & fidelis noſter, Comitatum Colon. qui dicitur Burggrafſchafft, a nobis & Eccleſia Colon. per ſucceſſionem paternam teneret in feudo, inter nos & dictum Joannem, mediantibus bonis viris, Prioribus, Vaſallis, Miniſterialibus & fidelibus noſtris maturo Conſilio, & provida deliberatione præhabitis ſic convenit, quod idem Joannes, Catharina, uxore ſua, & Mechtilde Matre ſua expreſſe conſentientibus, dictum Comitatum Colonienſem, & officium, quod dicitur Burggrafſchafft, infra Civitatem & diſtrictum Civitatis Colon. & feudum, & jus feudi, quod in eodem Comitatu & officio, quod dicitur Burggrafſchafft, habuit, habuerat, vel viſus fuerat de jure, vel de facto habuiſſe, cum domo, quæ dicitur domus Burggravii, Stockhuis, judicio, quindecim ſolidis annuis apud Brule, & omnibus ac ſingulis attinentiis in Civitate & diſtrictu Colon. eidem Comitatui attinentibus in manus noſtras ad uſus & utilitatem noſtram, & Eccleſiæ noſtræ ſimpliciter, libere & abſolute reſignavit, & reportavit, & quidquid juris in eodem Comitatu ſucceſſivo, vel eorum attinentiis habuit ex quibuscunque cauſis, vel viſus fuerat habuiſſe, & juſto venditionis titulo nobis ad noſtram & Eccleſiæ noſtræ perpetuam utilitatem tradidit, deliberavit, & aſſignavit, renuncians ſimpliciter & de plano, libere & abſolute omni juri, quod de jure, vel de facto, vel etiam, de conſvetudine in eis viſus fuerat habuiſſe, nos vero libera reſignatione ejusdem Comitatus, vel feudi ab ipſo Joanne recepta de conſilio, conſenſu, & voluntate Capituli noſtri in recompenſationem hujusmodi

jusmodi feudi, & in pretium venditionis ejusdem domus deputamus, tradimus, & aſſignamus eidem Joanni, & ejus liberis legitimis, ſi ipſum liberos habere contigerit, centum marcas in annuis reditibus noſtris, in oppido noſtro Bonnenſi percipiendas libere, & abſolute ſingulis annis in feſto Beati Martini Hyemalis, ut in feudo obtinendas, donec eidem Joanni, vel ſuis legitimis liberis mille marcæ numeratæ pecuniæ per nos, vel noſtros Succeſſores fuerint aſſignatæ in immobilibus, quæ ipſe Joannes, & ejus liberi a nobis, & noſtris Succeſſoribus, & Eccleſia noſtra Colonienſi in feudo in perpetuum teneant, fideliter Collocandæ, in quibus centum marcis mater, & Catharina uxor ejusdem Joannis, ſi idem Joannes ante aſſignationem dictarum mille Marcarum, & earum in bonis immobilibus locationem deceſſerit, habebunt uſum fructum, ipſoque Joanne ſine liberis ac ipſius uxore, & matre decedentibus dictæ centum Marcæ annuæ, ſeu bona quæ pro ipſis mille marcis fuerint comparata, ad nos & Eccleſiam noſtram libere revertentur. Item promittimus eidem Joanni dare, & aſſignare ſexcentas marcas Colon. denariorum, ac in ſuis debitis adquitare in Civitate Colon. vel alibi de eisdem, volentes & expreſſe conſentientes, quod dictus Joannes in prædictis reditibus centum marcarum annuatim in dicto Oppido eidem ſolvendarum, & in Comitatu, ſeu officio, quod Burggrafſchafft dicitur, quiete permaneat, donec prædictæ ſexcentæ marcæ ei, vel ſuis creditoribus per quitationem debitorum ſuorum, per nos, vel Succeſſores noſtros fuerint perſolutæ, & de damnis, quæ ex dilatione ſolutionis dictarum ſexcentarum marcarum ſuſtinuerit, fuerit ſatisfactum; Præterea mater dicti Joannis domum prædictam, quæ dicitur domus Burggravii, ex noſtra permiſſione ex nunc in antea, quamdiu vixerit, poterit, ſi voluerit inhabitare, ita tamen, quod ipſa ædificia dictæ domus fideliter teneat, & conſervet. In cujus rei perpetuam firmitatem nos ſigillum noſtrum præſentibus literis apponi fecimus, & nos Capitulum prædictum ſimiliter in teſtimonium omnium præmiſſorum ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Quibus etiam nos Scabini, & Oppidani Bonnenſ. ad petitionem Reverendi patris, & Domini noſtri Syfridi, Archiepiſcopi, & Capituli Colonienſ. prædictorum, ſigillum Oppidi Bonnenſ. appoſuimus, in teſtimonium præmiſſorum. Nos vero Joannes de Arberg prædictus, recognoſcentes publice & profitentes, quod prædictum Comitatum, & officium quod dicitur Burggrafſchafft, quem, & quod nos, & noſtri progenitores ab Archiepiſcopis, & Eccleſia Colonienſi in feudo, & nomine feudi tenuimus, cum omnibus attinentiis ejus ſupra ſcriptis, & omne jus, quod in eis habuimus, eidem Domino noſtro Syfrido Archiepiſcopo, & Eccleſiæ Colon. juſto venditionis titulo vendidimus, & vendimus, & ea in manus ipſius Domini noſtri Archiepiſcopi libere, & abſolute reportavimus & reportamus, reſignavimus & reſignamus, ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum, nihil penitus juris nobis, vel noſtris ſucceſſoribus in ipſo Comitatu, vel prædictis ejus attinentiis reſervantes, ſigillum noſtrum, & uxoris noſtræ Catharinæ, & Dominæ Mechtildis, matris noſtræ ſigilla præſentibus in perpetuum præmiſſorum teſtimonium, & robur duximus apponenda. Teſtes aderant huic facto honorabiles Viri Conradus, Præpoſitus, Theodoricus de Buren, Decanus, Winricus, Chori Epiſcopus, Wichboldus, Scholaſticus, Gerhardus advocati filius, Joannes de Rennenberg, Bartholomæus de Buren, Canonici Colonienſes, Magiſter Wilhelmus Scholaſticus S. Andreæ, Hugo de Buren Sancti Gereonis, Walterius, Scholaſticus S. Cuniberti Eccleſiarum Colonienſium Canonici, Wilhelmus de Helpenſtein, Gerlacus de Dollendorp, Viri Nobiles, Goswinus Marſcalcus de Alfftere, Wiricus de Gerſone, Godefridus, Burggravius de Wolckenburg, Tilmannus de Rheimbach, Robertus, Dapifer Domini Colonienſ. Archiepiſcopi, Schillingus de Rile milites, Sibelo de Geiſtingen, & quam plures alii vocati ad hoc ſpecialiter, & rogati, actum, & datum Anno Domini Mill. CC. ſeptuageſimo nono, XVII. Cal. Septembris.

XLVI.

Ertz-Biſchoffs Sifridi zu Cölln Statuta Synodalia, de Anno 1280.

PRÆFATIO.

Licet de Clericis, qualiter eos cum modeſtia, ſobrietate vitæ munditia, in domo Domini oportea converſari, ut ſibi & aliis verbo proficiant & exemplo, per ſacros Canones & Sanctorum Patrum & Prædeceſſorum noſtrorum traditiones ſufficienter ſit proviſum: tamen quia nonnullos ex ipſis clericis, præſertim illos, qui per Eccleſias poſiti ſunt ad regimen animarum, in obſervatione dictæ proviſionis, contingit non ſine nota transgreſſionis deſides inveniri, & ipſarum ſtatum multipliciter deformari:

deformari: Nos Sifridus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, huic deſidiæ, immo negligentiæ, quantum poſſumus, occurrere cupientes, & quod dignum eſt, in eorum converſationibus, ita & moribus reprehendi, per innovationem eorum, quæ circa hæc ſtatuta ſunt ab antiquo, & appoſitionem, quæ qualitas temporum addere nos compellit, noſtros clericos in omnibus Deo placitos, ſalubriter reformare, cum firma ſpe & fiducia, quod ſi integrum fuerit ſacerdotium, Eccleſia Dei florebit ſicut lilium, & in ſpiritualibus & in temporalibus benedictionem a Domino recipiet ſalutarem: ſanctam & generalem ſynodum, propter periculoſum ſtatum Eccleſiæ Colonienſis & prædeceſſorum noſtrorum occupationes, aliquantis temporibus prætermiſſam, de conſilio prælatorum noſtrorum & capituli noſtri duximus indicendam, ad quam convocatis & convenientibus omnibus prælatis monaſteriorum & eccleſiarum, ac clericis noſtris ſubditis, ſtatuimus ac ordinavimus, ut Synodus generalis ex nunc in antea in Eccleſia Colonienſi, in craſtino Dominicæ, ab omnibus Prælatis & Clero annis ſingulis in perpetuum celebretur: & omnes prælati & clerici, tam religioſarum, quam ſecularium Eccleſiarum, & clerici ſeculares noſtræ Civitatis & diœceſis, ad ipſam Synodum ſanctam accedant reverenter: & in veniendo, ſtando, morando & redeundo, in via & in hoſpitiis ſe decenter habeant, ne laicis ex eorum verbis vel factis ſcandalum generetur. Et intrent ſynodum abbates cum albis, ſtolis & cappis choralibus, deſuper de Serico vel Samitto, cum baculis & mitris, prout hoc eorum congruit dignitati. Alii vero prælati ſeculares, cum pelliciis & ſuperpelliciis & cappis de Serico, vel Samitto. Priores item religioſorum locorum, cum albis & ſtolis. Decani Chriſtianitatum & Archypresbyteri ſimiliter cum albis & ſtolis; Reliqui vero presbyteri & Clerici in ſuperpelliciis. Nec aliquis clericus, vel religioſus ibi compareat ſine habitu religionis, vel chorali. Omnesque ſic induti, in ipſa Synodo, quousque per nos licentientur, permaneant, audituri cum manſvetudine & ſilentio, quæ ibi præcepta fuerint, vel ſtatuta.

Si qui vero infirmitate, vel alia inevitabili neceſſitate ad Synodum venire non poterunt, mittant cum ſuis literis & propriis ſigillis, quæ præcipimus ut ſinguli habeant, procuratorem pro ſe, qui habeat poteſtatem de hujusmodi impedimento faciendi fidem, ſi opus fuerit juramento: & in ipſis literis ſe obligent, quod ſtatuta hujusmodi obſervabunt.

Capitula autem & quælibet collegia, per unicum, vel per duos procuratores de ipſorum collegiis comparebunt, ad obſervationem ſtatutorum in procuratoriis ſe ſimiliter obligantes. Et omnes jejuni comparebunt in Synodo, quod ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus, niſi modiciſſimam ſumi conſolationem infirmitas urgeat corporalis.

Item ne ignorantia ſtatutorum, vel præceptorum Synodi, aliquem valeat excuſare: ſtatuimus & præcipimus ſub pœna excommunicationis, quam in hoc caſu in omnes & ſingulos contravenientes in his ſcriptis ferimus, quod quilibet ſacerdos, eccleſiam, vel capellam officians, vel plebem regens, procuret & efficiat cum effectu, quod intra unum menſem ab hac die numerandum, ſtatutorum & præceptorum Synodalium copiam habeat, de verbo ad verbum, ut ea frequenter legens & volvens, ſciat inexcuſabiliter & ſcire poſſit, ad quod teneatur, & qualiter in omnibus debeat ſe habere. Et in proximis deinde ſingulis Synodis generalibus in manu ſua ſecum deferat, & publice repræſentet, ſciens quod cum excommunicatione ſequetur pœna alia hujusmodi mandati transgreſſorem.

I. De vita & honeſtate & officio Clericorum.

Ex concilio generali ſtatuimus & præcipimus, quod univerſi Clerici continenter & caſte vivant, ab omni libidinis vitio præcaventes, quatenus in conſpectu omnipotentis Dei puro corde & mundo corpore valeant miniſtrare: & qui comprenhenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis vel minus peccaverint, ab eorum ordinariis ſeu prælatis debite puniantur. Alioqui nos prælatorum negligentiam ſuppentes, tales puniemus ſecundum canonicas ſanctiones, ut pœna docente, deinceps abſtineant a peccato: & qui ea de cauſa per nos, vel prælatos ſuos ſuſpenſus, divina officia celebrare præſumpſerit, beneficio Eccleſiaſtico ſpolietur, & pro duplici cauſa perpetuo deponatur.

Prælati autem noſtri, qui tales præſumpſerint in eorum iniquitatibus ſuſtinere, maxime obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, juris ſubjaceat ultioni.

Item a crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant, unde vinum ſibi temperent & ſevino: nec ad bibendum quiſpiam incitetur, cum ebrietas inducat mentis exilium, & libidinis provocet incentivum.

Item nullus ſacerdos, aut Clericus, in ſacris conſtitutis ordinibus, feminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe, in domo ſua teneat: & nullas omnino,

omnino, niſi ſint illæ perſonæ, de quibus naturale fœdus nihil permittit ſævi criminis ſuſpicari. Et quamlibet cohabitationem mulierum & clericorum manifeſtam, maxime clericis in ſacris ordinibus conſtitutis & ſacerdotibus ſub pœna anathematis diſtrictius inhibemus.

Item Clerici officia, vel commercia ſecularia non exerceant per ſe, alios, vel alias Mimis, hiſtrionibus, vel joculatoribus non intendant, tabernas prorſus evitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti.

Item ad aleas & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis interſint. Coronam & tonſuram habeant congruentem: clauſa deferant indumenta, maxime ſacerdotes, nimia brevitate, vel longitudine non notanda. Panni rubeis, aut viridibus, nec non manicis, aut calceis conſutitiis non utantur; Intra Eccleſiam incedant cum ſuperpelliciis, niſi forte aliquid ibi fuerit manibus operandum. Fibulas omnino non ferant. Item arma non ferant, neque gladios, niſi hoc faciant ex cauſa neceſſitatis, & expreſſa licentia prælatorum.

Item ſtatuimus, quod neque Canonici, neque Clerici vagentur nocturno tempore per plateas, pſallentes: & ſi aliquos tranſire oporteat ex legitima & juſta cauſa, hoc faciant ſine clamore, ſine cantu, ſine citharis, ſine tympanis & ſine quolibet ſtrepitu, vel chorea: & volumus, quod contrarium facientes Decani ſuſpendant a præbendis eorum per unum menſem.

Item ſtatuimus, quod quicunque ſacerdotes ſeu Clerici beneficiati, ſententias excommunicationis ſeu ſuſpenſionis per annum & diem animo ſuſtinuerint indurato, beneficiis ſuis eo ipſo priventur per locorum ordinarios, & alias propter hoc nihilominus canonice puniantur.

Item ſtatuimus, ut Clerici ubique, & maxime in divinis officiis, decenter & diſcrete ſe habeant: & tales ſe in moribus, vita, converſatione, verbis & factis, ſocietatibus, corporis compoſitione, lectionum & orationum aſſiduitate, & in quibuslibet honeſtatibus exhibeant, ut verecundia, quæ & laicis eſt indicta, in ipſis clericis præcipue commendetur. Nullus horas canonicas & horas de Domina noſtra, ulla unquam die diſtincte & diſcrete dicere prætermittat, maxime qui eſt in ſacris ordinibus, vel beneficiis conſtitutus.

Nullus dicat Miſſam, niſi unam in die & præcipue de die: niſi in caſibus a jure permiſſis, ut hoc faciat neceſſitate imminente, utpote Miſſam pro defunctis. Nec celebratio fiat ſine ſocio, vel Scholari, qui reſpondere valeat celebranti. Nec mulier ad altare permittatur aliquatenus miniſtrare.

Item propter apoſtatas, diſcurſores, vagos & ignotos clericos, de quibus, an ſacerdotes ſint, non immerito dubitatur: ſtatuimus, ut nullus beneficiatus, ſeu rector Eccleſiæ, vel altaris, tacite vel expreſſe aliquem admittat in ſocium, vel ad celebrandum Miſſam, vel miniſtrandum ſacramenta, vel aliquod ſacerdotale officium exercendum, niſi totum ſit de ordinibus, moribus & converſatione, ad alias commendatum: & ſi omnino extraneus, vel peregrinus fuerit, per nos vel gerentem vices noſtras ſeu loci archidiaconum, cum examinatione debita approbatum, & admiſſum ad hujusmodi officia exercenda. Et ſi quis rector Eccleſiæ, vel altaris, aut capellæ, aliquem contra hoc admiſerit, excommunicationis ſententiam, quam in ipſum in hoc caſu ferimus in his ſcriptis, incurrat ipſo facto. Eo ſalvo, quod peregrinantes & honeſtæ perſonæ non pro quæſtu, ſed pietatis & devotionis intuitu, Miſſam dicere volentes, admitti poterunt, ſi requirunt.

II. De Clericis cohabitatoribus mulierum & Concubinariis.

Ex Concilio (ſc. de Anno 1260. bonæ memoriæ Conradi Archiepiſcopi prædeceſſoris noſtri, innovando ſtatuimus, ut ſacerdotes manifeſti mulierum cohabitatores, concubinas a ſe de domibus & parochiis ſuis, intra decem dies poſt publicationem præſentium, omnino removeant & repellant. Alioqui excommunicationis ſententiam, quam propter hoc in eos ferimus, in his ſcriptis, ſe noverint incurriſſe. Mulieres autem ſi poſt ipſos decem dies repertæ fuerint in parochiis horum ſacerdotum remanere, per decanos Chriſtianitatum ipſorum locorum excommunicentur & excommunicatæ publice nuncientur, invocato ſuper remotione earum, ſi opus fuerit, auxilio ſeculari.

Inhibemus etiam, ne ſacerdotes filios, aut filias, vel concubinas dotent, aut dirent de patrimonio, vel deſcendentibus a patrimonio Crucifixi, aut talium nuptiis, vel etiam exequiis audeant intereſſe: & qui contra fecerint, pœna Canonica percellantur.

III. De ſtatu Clauſtralium & religioſorum.

Statuimus, ut nullus monachus, aut monialis, clauſtrum ſuum exeat, per civitates, villas, vel oppida diſcurrendo, aut in villa monaſterio adjacente comedere, niſi ex cauſa rationabili & urgente: & id tunc fiat cum ſui prælati, vel prælatæ licentia ſpeciali, quam licentiam volumus, ut prælatus, vel prælata non det, niſi cauſa examinata, quod ſit evidens, & non poſſit ſine ſcandalo evitari.

Item in oratorio, refectorio & dormitorio per monachos ſemper continuum ſilentium obſervetur. In clauſtro vero illis horis ſervetur ſilentium, quod obſervantia præcipit ſingularis.

In Refectorio omnes comedent, ſed non carnes, nec extra, niſi in infirmaria. Una ſit omnibus coquina & communis cibus, niſi de licentia abbatis, vel prioris, & ex cauſa. Speciales cameras & commeſtiones ibidem diſtrictius inhibemus. In communi dormitorio omnes dormiant, niſi debiles fuerint, vel infirmi. Divinum officium, ſecundum regulam B. Benedicti, vel B. Auguſtini, per Inſtitutiones Sanctorum Patrum celebrent.

Item ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus, ut omnes religioſi, & præcipue Sanctimoniales, habitum, velum, & peplum, ſecundum regulam ferant, ubicunque fuerint conſtituti.

Cappas manicatas, tunicas, phalas, indumenta, tabbardos, calceos, vel caligas non ferant, niſi B. Benedicti, vel B. Auguſtini regulæ congruentes. Et ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus, ab omnibus tam monachis quam monialibus firmiter obſervari, ut proprium non habeant, nec pecuniam, niſi cui hoc permittitur ex ratione officii, vel adminiſtrationis ſibi commiſſæ per Abbatem.

Item officia vel adminiſtrationes habentes, contractus non ineant, locationes, emptiones, venditiones & alienationes quarumcunque rerum, mobilium vel immobilium, non faciant. Mutuum aliquatenus non recipiant a quocunque, præter ſcitum & conſenſum Abbatis & conventus. Et ſi contra fecerint, ſciant contractum hujusmodi non valere: ſed ſententiam excommunicationis etiam in eos in hoc caſu a nobis latam in his ſcriptis, ſe noverint incurriſſe. Et hæc eadem extendi volumus ad prælatos & canonicos regulares & Præmonſtratenſes & alios quoslibet religioſos.

Item Abbatibus & Prioribus diſtricte præcipimus, ut omnia & ſingula, quæ ad ordinem & regulam pertinent, faciant ab omnibus & ſingulis inviolabiliter obſervari, cum appoſitione pœnæ, quæ in regula continetur. Rebelles vero, & incorrigibiles ad nos deferentes, ut ipſorum per nos rebellio compeſcatur.

Item ſtatuimus, ut ſecundum ſtatutum concilii generalis Domini Innocentii papæ tertii, per Abbates, Priores & Præpoſitos, nigri ordinis Sancti Benedicti, noſtræ Civitatis & diœceſis, de triennio in triennium commune Capitulum obſervetur. Gujus concilii tenorem volumus, ut ſinguli habeant, ut ſciant quomodo hujusmodi capitulum ſervare teneantur. Et quia hujusmodi ſtatutum negligenter eſt obſervatum, licet Dominus Conradus Prædeceſſor noſter antedictus hoc mandaverit, nos pœnam adjicimus, & non ſervantes excommunicamus in his ſcriptis.

IV. Qualiter Clerici, & maxime ſacerdotes, populum, vel plebem regentes, in adminiſtratione ſeptem ſacramentorum ſe habere debeant. Et primo de baptiſmo.

Statuimus, ut baptiſmus honorabiliter celebretur cum diſtinctione verborum, in quibus ſalus pendet baptizati; ut ille qui baptizat, cum immergit baptizandum in aqua, nihil addendo, vel ſubtrahendo, vel mutando, dicat hæc verba: Petre, vel Johannes, ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

Item Sacerdos eandem formam doceat mares & feminas obſervare, cum in neceſſitate baptizant infantes, etiam parentes, ſi alii defuerint.

Item Sacerdos, ad quem infans ſic in neceſſitate baptizatus, deferendus eſt, quanto citius interroget de forma, quam baptizans ſervavit. Et ſi invenerit ſervatam & rite baptizatum puerum, faciat ei, quæ poſt baptiſmum fieri conſueverunt. Si autem cognoverit ipſum non baptizatum, vel dubitaverit, baptizet eum ſub hac forma: Petre, vel Johannes, ſi es baptizatus, ego te non baptizo; ſed ſi non es baptizatus, tunc ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

Item ſi timeatur de morte infantis, antequam naſcatur & caput ejusdem infantis appareat extra uterum, infundat aquam, quæ adfuerit, ſuper caput naſcentis, dicens: Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Et ſi infans ſic moritur, ſepeliatur corpus ejus in cœmeterio. Si autem pervenerit vivus ad ortum, & de forma dubitetur, de novo baptizetur ſub hac forma: Petre (vel Johannes) ego te non baptizo, ſi es baptizatus: ſed ſi tu non es baptizatus, tunc ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

Item mulieri in partu mortuæ nullatenus negentur jura Chriſtianitatis, nec Eccleſiaſtica ſepultura. Et ſi certum ſit, quod mulier prægnans moriatur, teneatur os ejus apertum: & cum magna cautela uterus ejus aperiatur: & ſi infans vivus fuerit, educatur, & baptizetur. Si autem inventus fuerit mortuus, ipſe puer extra cœmeterium tumuletur. Eſt iſte modus & forma frequentius parochianis imprimatur, ut ſciant, quomodo in talibus debeant ſe habere.

Item duo, vel tres tantum admittantur ad levandum puerum de baptiſmo, qui intra quartum gradum parentibus pueri non ſint juncti, niſi in neceſſitate.

Item in Paſcha & Pentecoſte & etiam ſæpius, fons baptiſmi, ſi opus fuerit, renovetur: & amota aqua veteri, ipſe fons lavetur, & bene mundificetur: & nova aqua impoſita bene dicatur & chriſmetur.

Item fons ſub operculo & ſub ſera firmetur conſervetur, propter ſortilegia & truſas, quæ ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ firmiter prohibemus.

Item chriſma, oleum ſacrum & oleum infirmorum, in ampullis metallinis per certos titulos deſignatis, ſub clave cuſtodiantur. Si autem aliud oleum chriſmati, vel oleo ſacro apponi opporteat, hoc fiat caute; & id, quod apponitur, cum chriſmate & oleo ſacro diligenter cum virgula miſceatur.

V. De Sacramento confirmationis.

Moneant Presbyteri parentes baptizatorum nondum confirmatorum, ut eos ad Epiſcopum, qui ſolus poteſt confirmare, ducant ſeptennes, vel majoris ætatis, & tondeantur capilli, maxime contra frontes dependentes, & laventur frontes diligenter, & habeant bandellos de panno lineo ſpiſſo, ſine fractura & ſine nodo, latitudinis trium digitorum & longitudinis competentis, albos & bene mundos. Exceptis autem patre & matre, offerant pueros illi, qui eorum notitiam habent, & melius noverunt, quod non ſint, vel fuerint confirmati. Et tertia die poſt confirmationem ducant eos ad Eccleſiam, & presbyter frontes eorum lavet & comburat bandellos, & cineres bandellorum, & aqua lotionis in ſacrum locum, vel piſcinam, ſive lavatorium reponantur. Confirmandi vero, ſi fuerint decem annorum, vel ultra, prius ſuis ſacerdotibus confiteantur, quam confirmentur. Parentes vero confirmatorum, eis, & ipſi confirmati, ſibi ſæpe ad memoriam revocent, quando, a quo & ubi fuerint confirmati. Nullus Clericus ad primam tonſuram accedat, niſi prius fuerit confirmatus.

VI. De Sacramento extremæ unctionis.

Cum reverentia, aqua benedicta, & cruce præcedentibus, Sacerdos deferat oleum ſacrum ad infirmos, & dicat diligenter ſeptem pſalmos. Si via fuerit longa, addat litaniam & alias orationes ad hoc conſtitutas. Et cum inungit infirmum, proferat iſta verba: Per iſtam unctionem &c. & inungatur cum reverentia, ac diligenter cum diſtinctione verborum. Et nihil pro inunctione exigatur. Et ſi quid datum fuerit gratis accipiatur. Laudabilem tamen conſuetudinem in talibus præcipimus obſervari.

Moneant presbyteri populum, ut infirmi, quatuordecim annos & ſupra habentes cum opus fuerit, inungantur. Nec propter paupertatem, ſeu defectum candelarum, vel indumentorum lineorum, quæ in hoc Sacramento ſolent cauſa reverentiæ exhiberi, a Sacerdote, vel quovis alio inunctio dimittatur. Sufficit enim una candela & quod infirmi inuncta membra ſingulariter & diligenter extergantur cum ſtuppa, quæ poſt exterſionem in igne comburatur.

VII. De Sacramento euchariſtiæ, ſive altaris.

Præcipimus, ut omnes Sacerdotes in veſtibus albis ſacerdotalibus & benedictis, reverenter, corde mundo & contrito & confeſſi, ſi commode fieri poteſt, accedant ad Miſſam celebrandam.

Item ſtatuimus ſub pœna excommunicationis, ne aliquis Sacerdos Miſſam celebrare audeat, niſi prius dixerit matutinas & Primam de die.

Item præcipimus, ne aliquis Sacerdos ſine calceamentis, vel caligis pro celebratione Miſſæ ad altare accedere audeat.

Item diligenter caveant ſacerdotes, ne cum conſcientia mortalis peccati accedant ad Miſſam celebrandum. Quod ſi aliter manducaverint corpus Domini & biberint ejus ſanguinem, judicium æternæ damnationis ſibi manducant & bibunt.

Item Miſſale ſemper involvatur camiſia, vel panno lineo & mundo & apponatur parvum manutergium, quo presbyteri nares, vel faciem detergant, ne contingat ſacra veſtimenta maculari, quæ integra & munda, ut dictum eſt, præcipimus cuſtodiri.

Item loca circa altare, ab araneorum telis & pulveribus ac cæteris immunditiis ſæpius emundentur.

Item præcipimus, ut ſurſum ſuper altare ad latitudinem & longitudinem altaris, pannus lineus albus extendatur, ut protegat & defendat altare ab omnibus immunditiis & pulveribus deſcendentibus.

Item cortinæ in lateribus altaris utrisque appendantur, nec in aliquo tempore Sacrificii retro trahantur.

Item præcipimus, ut calix ſit integer cum firmo pede, non titubans. Et Sacerdos ſine clerico miniſtrante celebrare in altari aliquatenus non præſumat.

Item ampullæ vini & aquæ, integræ & mundæ intus & exterius obſerventur, & aliquo ſigno notabili diſtinguantur, ut vinum ab aqua dignoſci poſſit: & vinum in ampullis ad minus de tertio in tertium diem renovetur.

Item Sacerdos ſit diligens in delectu hoſtiæ conſecrandæ, ut ſit integra, ſolida & non nimis

tuſta: & in appoſitione vini & aquæ, diſcernat ſacerdos per odorem, quid ſit unum quodque. Et de aqua duæ guttulæ, vel tres apponantur.

Item præcipimus, ut Sacerdotes attente, reverenter & diſtincte legant, & dicant in canone, quæ ſunt dicenda. Et expediant ſe, quanto citius poſſunt, propter tædium adſtantium & alia, quæ occurrere poſſent & faciant ſigna ſua diſtincte & reverenter.

Item nullus ſacerdos elevet hoſtiam ad oſtendendum populo, niſi poſtquam dixerit hæc verba: Hoc eſt enim corpus meum. Et pulſetur nota tribus ictibus ex una parte, ut fideles, qui audierint, ubicunque fuerint, veniant & adorent.

Item, ſi Sacerdos cum venerit ad conſeerationem ſanguinis, vel etiam ad perceptionem & nihil in calice inveniat, innuat, ut offeratur ei vinum & aqua: quibus appoſitis, dicat verba canonis ab illo loco: Simili modo poſtquam cœnatum eſt; & cætera usque ad finem & faciat ſigna, quæ fieri ſolent ſuper ſanguinem. Alia autem, quæ facta ſunt ſuper euchariſtiam non reiteret, ſed modo conſueto tranſeat. Ille autem, per cujus negligentiam hoc evenerit, tribus diebus in pane & aqua jejunet, & unum pſalterium dicat. Item ſi per caſum mortis, ægritudinis, vel paſſionis, aliquid inopinatum evenerit, & ſubitaneum contingat, quod Sacerdos incœptum miniſterium implere non valeat, licitum ſit alteri ſacerdoti exequi & perficere conſecrationem officii incepti: quod ibidem incipiat, ſi ſcire poterit, ubi alter deſtitit: niſi incepta collecta, nec dum perlecta, vel inceptis verbis Sacramenti nondum perlectis, prædictus caſus contingat. Tunc enim a capite illam collectam vel Sacramenti verba reincipiat, ut ſic ſaluti humanæ fragilitatis & ſacris myſteriis, ne interrupta vel incompleta remaneant, conſulatur; Si autem dubitetur, an hoſtia a primo Sacerdote caſum paſſo, conſecrata fuerit, nec ne, ſubſtitutus Sacerdos novam oblationem offerat, & ſolito more conficiat, & poſt Miſſam, primam hoſtiam ſumat. Idem de calice fiat, & de eo, quod in calice reperietur. Item præcipimus ſub pœna excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis, ne aliquis Sacerdos bis in die Miſſam celebret, niſi in caſu urgentis & maximæ neceſſitatis & in quibus jus permittit. Et tunc in prima Miſſa poſt perceptionem ſanguinis, non utatur abluitione vini & aquæ: ſed reſervet in tuto ac honeſto loco, ut eam accipiat in Secunda Miſſa, vel det honeſtæ perſonæ jejunæ, quam noverit ad hoc eſſe paratam.

Item ſi quid de ſanguine, vel corpore Domini ceciderit ſuper pallam altaris, illa pars abſcindatur & comburatur, & cinis in ſacrum locum vel piſcinam reponatur. Et ſi pars corporalis intincta fuerit ſanguine, ter diligenter abluatur: & aqua ablutionis a presbytero, vel alia perſona religioſa & jejuna ſumatur. Et poterit dicto panno poſt ablutionem uti ſicut prius.

Item ſi gutta ſanginis ſuper veſtimentum ceciderit, illa pars abſcindatur & comburatur, & cinis in ſacrum locum reponatur, ut dictum eſt. Si ſupra lignum vel lapidem aut terram ſolidam ſanguinis ceciderit: illa pars, ſi commode fieri poteſt, ablingatur a ſacerdote, & poſtmodum radatur, & illa raſura in ſacrum locum vel ſacram piſcinam reponatur.

Item, ſi in ſanguinem muſca, vel aranea, vel aliquod abominabile ceciderit, quod vix ſine vomitu & periculo corporis ſumi poſſit, caute extrahatur. Et ſuper patenam vel calicem alium abluatur cum vino, & poſt ſanguinis ſumptionem & ablutionem, illa lotio in piſcinam mittatur, & beſtia vel vermis ſuper piſcinam comburatur, & beſtia vel vermis ſuper piſcinam comburatur, & cinis in piſcinam ſive lavatorium mittatur.

Item ſtatuimus, ut pyxis, in qua corpus Domini reſervatur, vel ad infirmos defertur, ſit aurea, argentea, eburnea, vel ad minus cuprea bene elimata: & ſuper lineus pannus albus & mundus, intra pyxidem ponatur, ſupra quem corpus Domini in pyxide collocetur.

Item præcipimus, ut cum aliquis infirmus communicare voluerit, quod ſacerdos, ſi commode fieri poterit, prius eum viſitet ſine corpore Domini, & diligenter confeſſionem infirmi audiat: & poſt ad eccleſiam redeat, ad communicandum infirmum, corpus Domini allaturus: & eat ſacerdos dicendo ſeptem pſalmas: & ſi via fuerit longior, addat litaniam & alias orationes. Incedat autem ſacerdos ad communicandum infirmum cum campanula & lucerna, vel candela præcedente. Et fideles, qui pro devotione occurrere voluerint, expectent ante oſtium infirmi, donec communicatus fuerit: & redeant ad eccleſiam poſt Sacerdotem, orando reverenter. Quilibet autem fidelis, ſi devote fecerit hanc proceſſionem, decem dies indulgentiæ pro eundo & redeundo habeat. Cum autem ſacerdos corpus Domini de nocte portaverit, mulieres ipſum aliquatenus non ſequantur. Qui autem hanc proceſſionem turbaverit, vel minus reverenter in ea ſe habuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcatur.

Item præcipimus, ut ſacerdotes venerabiliter & ſublimiter, ſuperpoſito decenti cooperculo ſupra vas, in quo corpus Domini defertur, deferant ad infirmum. Si infirmus frequenter & ex levi cauſa vomitum patiatur, nullatenus ei corpus Domini conferatur: ſed credat, & ſufficit, quod ſpiritualiter accipit.

Item

Item præcipimus, quod quilibet Sacerdos, antequam communicet infirmum, interroget eum, ſi credat, quod ſub illa forma & ſpecie panis, ſit corpus Domini, natum de virgine, paſſum in Cruce, & tertia die ſuſcitatum. Quod ſi infirmus fuerit confeſſus verbo, vel evidenti ſigno, communicet eum ſacerdos, ſi alia cauſa non obſiſtat. Item ſi communicatus evomuerit, partes diligenter & caute, quæ reperiri poterunt, colligantur: & contritæ cum vino ab aliquo fideli ſumantur: reſiduum vero vomitus comburatur, & ponatur in terram juxta altare, vel alibi, ubi commode fieri poterit.

Item cum corpus Domini defertur, fideles coram quibus defertur, ſi commode fieri poteſt, genua flectant, pectora ſua tundant, & inclinato capite, junctis manibus & levatis, reverenter adorent. Equitantes vero, non dedignentur deſcendere de equis ſuis ad adorandum eum, qui pro eis deſcendit de cœlis.

Item præcipimus, ut euchariſtia ſervata pro infirmis, ſingulis quindenis renovetur: & corpus Domini ſuper altare in honeſto loco clauſum cum clave ſolicite & diligenter cuſtodiatur.

Item præcipimus, ut ſacerdotes, ſubditos ſuos doceant, ut cum venerint ad communicandum in die Paſchæ vel alias, jejuni, devoti & confeſſi accedant: & caveant ſacerdotes, ne alienum, vel extraneum parochianum communicent, niſi ſit viator & peregrinus: vel niſi communicandus, licentiam ſui proprii Sacerdotis habeat: quam licentiam quilibet viator, vel peregrinus petere debet a proprio ſacerdote in ſuo receſſu: quod ſi non fecerit, propter hoc ei communio non denegetur, ſed pro negligentia ei pœnitentia injungatur Item nullus fidelis arcendus, vel removendus eſt a communione, niſi fuerit publice excommunicatus, vel interdictus, vel aliquo notorio crimine notatus.

Item præcipimus, ut, ſumpta euchariſtia, ſacerdos habeat calicem præparatum cum vino & aqua, de quo ſumant communicantes.

VIII. De Sacramento pœnitentiæ & Confeſſionis & eorum attinentiis.

Præcipimus, ut ſacerdotes parochialium eccleſiarum, ſubditos ſuos frequenter admoneant, & etiam pœnitentiam injungant, ut ad confeſſionem ſæpe veniant. Et prius quam veniant ad confeſſionem, diligenter ſcrutentur corda ſua, confiteri volentes & peccata ſua ſolicite rememorent, & cum dolore & vultu ſupplici ad confitendum accedant, quaſi ad Dei judicium. Sacerdotes autem, ut Dei miniſtri circa confeſſionem audiendam & pœnitentiam injungendam, maximam adhibeant diligentiam, ut attente, diligenter, & cum modeſtia, audiant confitentem.

Item ad confeſſionem audiendam, communem & aptum locum in Eccleſia, ut ab omnibus videri poſſint, ſibi eligant ſacerdotes. In locis autem obſcuris & tenebroſis confeſſiones non audiant: nec extra Eccleſiam, niſi in magna neceſſitate vel infirmitate. Contrarium facientes, ſententiam excommunicationis ſe noverint incurſuros.

Item præcipimus, ut ſacerdotes ante Solis ortum & poſt Solis occaſum, nullatenus ad confeſſionem audiendam ſedeant, niſi in magna neceſſitate & in loco illuminato, & aliquibus præſentibus.

Item præcipimus ſub pœna excommunicationis, ut ſacerdotes in audiendis confeſſionibus vultum humilem habeant, & oculos ad terram: nec faciem reſpiciant confitentis, & maxime mulierum.

Item Sacerdotes moneant & doceant, ſubditos ſuos, ut humiliter & corde contrito oculis in terram defixis confiteantur. Et mulieres coopertis capitibus & collis ſubmiſſa voce pure & integraliter peccata ſua confiteantur.

Item ſacerdos mulierem, quæ ſola ſit in Eccleſia, nullatenus audiat confitentem, ſed in conſpectu honeſtæ Societatis. Contrarium facientes, ipſo facto ſententiam excommunicationis ſe noverint incurſuros, & inſuper tribus diebus in pane & aqua jejunent.

Item præcipimus, ut ſacerdotes induti ſuperpelliciis, vel cappa, ſtola ſuperpoſita, ad confeſſionem ſedeant.

Item ſub pœna excommunicationis præcipimus, ne aliquis Sacerdos audiat confeſſionem mulieris, cum qua peccavit: nec etiam conſocias, aut fautores, aut mediatores peccati ſui, ſed mittat eos vel eas ad honeſtos & diſcretos confeſſores.

Item præcipimus, ut ſacerdotes manſuete audiant confeſſiones, & de conſuetis peccatis ſingulatim & diligenter interrogent, & de circumſtantiis peccatorum. De inuſitatis autem nominatim non inquirant, ſed per communia verba, ex quibus confitens, ſi reus eſt peccati, poſſit intelligere, quid dicatur, ut ſic intelligens confiteatur. Si autem reus non fuerit, de illo non tentetur.

Item ſacerdotes diligenter inſtruant & moneant confitentes, ut integraliter & diſtincte mortalia peccata & eorum circumſtantias, quæ peccata aggravant, & peccatum per ſe faciunt, confiteantur, ut eſt ſacer ordo, ſacer locus circa peccatum luxuriæ & concupiſcentiæ, quæ omnia notantur in hoc verſu:

Quis, quid, ubi, cum quo, quoties, cur, quomodo, quando?

Venalia autem peccata ſufficit ſummatim ac generaliter agere.

Item præcipimus, ut Sacerdotes nobis, vel illi, cui vices noſtras pro tempore in ſpiritualibus committimus, majora peccata & injunctionem pœnitentiæ pro eisdem, reſervent, ut ſunt homicidia, ſacrilegia, incendia Eccleſiarum, peccata contra naturam, defloratio virginum cum violentia, concubitus Sanctimonialium, converſarum, incluſarum vel aliarum mulierum religioſarum, inceſtus, injectiones manuum in parentes, vel Eccleſiaſticas perſonas, ſortilegia, veneficia, perjuria manifeſta, fidei & votorum transgreſſiones, Simonia, hæreſis, apoſtaſia, & magnæ blaſphemiæ ſerioſe factæ. In dubiis autem ſacerdotes ſemper conſulant nos, vel vices noſtras in ſpiritualibus gerentem, aut alios ſapientes viros, non prodendo aut revelando confitentem, ſed in genere, quorum conſilio pœnitentem abſolvant, aut ad alium mittant.

Item audita confeſſione, ſacerdos ſemper interroget confitentem, ſi velit abſtinere ab omni mortali peccato; & hoc ei perſuadeat, & modis, quibus poteſt inducat: & ſi confitens dixerit ſe nolle, vel non poſſe abſtinere, non abſolvat eum, nec pœnitentiam ei injungat, ſed moneat, ut interim faciat, quidquid boni poſſit, ut Deus cor ejus citius illuſtret, & ad pœnitentiam reducat. Conſulat ei etiam & indicet ſacerdos cum diligentia modum vivendi, per quem poſſit a peccato facilius abſtinere. Sacerdotes etiam in injungendis pœnitentiis diſcretionem habeant, ut pœnitentias, ſecundum magnitudinem & qualitatem peccati, & poſſibilitatem confitentis, peccatoribus injungant. Pro peccatis carnalibus injungant pœnitentias corporales, ſicut eſt jejunium, peregrinatio, diſciplina & ſimilia. Pro ſpiritualibus autem negligentiis injungant orationes & eleemoſynas, & meditationes peccatis eorum contrarias. In contrectatione rei alienæ, vel in damno alii illato per furtum, rapinam, uſuram, per fraudem, per injuſtam exactionem, per falſam teſtificationem, per falſam monetam & alios modos, de quibus ſacerdotes diligenter inquirant: & primo & præcipue injungant reſtitutiones fieri his, quos prædictis modis damnificaverunt, vel læſerunt, ſi facultatem non habeant, vel cum facultatem habebunt, ſi in præſenti non poſſunt: aliter eos non abſolvant.

Item præcipimus ſub pœna excommunicationis, quam in his ſcriptis ferimus in ſacerdotes, qui contrarium fecerint, ne confeſſis, cujuscunque conditionis, vel ſtatus, aut confitentibus, nomine reſtitutionis pro pœnitentia injungant, ut eccleſias, capellas & cœnobia inſtituant, vel eccleſiis legata faciant: ſed prius reſtitutionem, ut prædictum eſt, faciant illis, a quibus extorta ſunt, ſi inveniantur, vel heredibus eorundem. Alioqui ad arbitrium noſtrum vel noſtri pœnitentiarii erogentur.

Item ſub pœna prædicta prohibemus ſacerdotibus, ne Miſſas, quas pœnitentibus, ut celebrari faciant, injunxerint, aliquatenus celebrent, ſed ad alios mittant. Neque ſacerdotes inter ſe faciant conventionem de Miſſis celebrandis, ut ſic mutuo ſibi Parochianos pro celebrandis Miſſis transmittant.

Item diligenter in confeſſione caveant ſacerdotes ut ſi confitentes, peccata aliquorum revelaverint, vel nomina eorum indicaverint, cum quibus peccaverunt, ea ſecreta teneant, ſicut peccatum confitentis.

Item ſub pœna excommunicationis omnibus ſacerdotibus inhibemus, ne a confitentibus nomina eorum, cum quibus peccaverint, inquirant, vel circumſtantias, per quas poſſint nomina eorum ſciri. Quod ſi fecerint, ab officio confeſſionis audiendæ, & ſacrorum miniſteriorum ipſo facto ſe noverint eſſe ſuſpenſos. Et in principio confeſſionis ſacerdotes diſtricte inhibeant confitentibus, ne peccata aliorum confiteantur, vel revelent, & nomina eorum, cum quibus peccaverint, exprimant, ut ſupra dictum eſt.

Item nullus ſacerdos in ira, odio, vel etiam metu corporis, confeſſionem confitentis audeat revelare verbo vel ſigno generaliter vel ſpecialiter dicendo: Ego ſcio te talem qualis es; Et ſi revelaverit aliquo modo, de hoc convictus, debet absque omni miſericordia degradari. Si tamen indigeat conſilio, illud, ut dictum eſt, ſine expreſſione perſonæ caute requirat.

Item præcipimus, ut omnes ſacerdotes parochialium Eccleſiarum frequenter & diligenter ſubditos ſuos utriusque ſexus admoneant, ut poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint, omnia peccata ſua integre & ad minus ſemel in anno, confiteantur proprio Sacerdoti parochiali, & junctam eis pœnitentiam ſtudeant adimplere, ſuſcipiendo ad minus reverenter in Paſcha euchariſtiæ ſacramentum: niſi conſilio proprii ſacerdotis, ob aliquam cauſam rationabilem, duxerint abſtinendum. Alioqui viventes ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur; morientes Chriſtiana careant ſepultura. Si quis autem proprio Sacerdoti parochiali ad minus ſemel in anno plene & integre confeſſus non fuerit, præcipimus quod Sacerdos in Paſcha ei Sacramentum minime adminiſtret.

Item Sacerdotes diligenter attendant qui

qui parochiani eorum, ſaltem in anno ſemel ad confeſſionem non veniant: & nomina illorum ad nos, vel ad officialem noſtrum, ſeu ad ordinarium loci referant, ut debite puniantur, ne ab ipſis ſacerdotibus notam negligentiæ requiramus.

Hoc autem ſtatutum frequenter in Eccleſiis præcipimus publicari, ne aliquis ex ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis tamen alieno Sacerdoti, vel alicui religioſo, juſta de cauſa, voluerit confiteri, licentiam primo poſtulet & obtineat a proprio Sacerdote: ita tamen, quod ſemel ad minus in anno proprio Sacerdoti plene & integre, ut dictum eſt, confiteatur. Sacerdos autem cautus & diſcretus ſit, ut more periti medici, ſuperinfundat oleum & vinum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens peccatoris circumſtantias & peccati: ex quibus prudenter intelliget, quale debeat peccatori præbere conſilium ad ſanandum ægrotum.

IX. De ordinibus & qui ad ordines admitti debeant.

Statuimus ut omnes clerici ad aliquem ſacrum Ordinem ordinandi, jejuni, diligenter ante Ordines, vel Ordinis ſuſceptionem integraliter peccata ſua confiteantur, ut mundi mente & corde & corpore, gratiam accipiant ampliorem.

Item præcipimus ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, ne aliquis ad Sacrum ordinem præficiendus, ut hactenus aliquoties viſum eſt, epiſtola vel Evangelio lecto, & ordine ſuo recepto, recedere audeat prius, quam officium Miſſæ totaliter ſit expletum.

Item omnes illi, qui Ordinem aliquem ſacrum vel non ſacrum, ab alienis Epiſcopis receperint noſtra ſuper hoc ſpeciali licentia non obtenta, executionem ordinis ſibi noverint interdictum.

Item denunciamus omnibus, qui gaudere volunt privilegio alicujus Ordinis Clericalis, quod nos ipſos non defendemus, prætextu privilegii Clericalis, vel ordinis, niſi tempore, quo paſſi fuerint injuriam, tonſuram & habitum detulerint clericalem.

Item præcipimus, ne aliquis decanus Chriſtianitatis, Presbyteros ab alienis epiſcopis quibuscunque, extra diœceſim Colonienſem ordinatos, permittat in ſuo Decanatu aliquatenus celebrare, niſi per literas noſtras oſtendere poſſint, a nobis ſuper hoc ſe licentiam vel diſpenſationem habuiſſe.

Item diſtricte prohibemus ſub pœna excommunicationis, ne aliquis furtive ad aliquem ordinem accedere audeat, nec plures ordines una die aliquis recipiat. Qui contrarium fecerit, ſciat ſe executionem ſuſcepti Ordinis non habere: & irregularis efficitur, ſi miniſtraverit in ordine ſic ſuſcepto. Item prohibemus, ne aliquis per ſaltum ſe faciat promoveri.

X. De matrimonio & ejus attentiis.

Prohibeant frequenter Sacerdotes omnibus ſubditis ſuis, ſub pœna excommunicationis, ne fidem ſibi dent mutuo clandeſtine & occulto ſuper matrimonio contrahendo, vel etiam clam contrahant matrimonium, ſed publice coram presbytero & coram pluribus hoc faciant: & ſi aliter fidem dederint, de contrahendo, vel contraxerint, ipſi, quos in his ſcriptis excommunicamus, denuncientur excommunicati.

Item excommunicamus omnes illos, qui clandeſtinis nuptiis interfuerint, niſi intra menſem nobis, vel officiali noſtro, vel ordinario loci, hoc revelaverint. Et ſciant omnes, quod ſi aliquos qui hujusmodi clandeſtinas nuptias celebrarint, vel talibus nuptiis interfuerint, nos, vel officialis noſter, vel ordinarius loci ſcire poterimus, eos ſeveriſſime puniemus.

Item præcipimus, quod omnes ſacerdotes ſingulis diebus Dominicis & feſtivis excommunicent omnes illos & illas, qui vel quæ contra matrimonium jam contractum, vel etiam ſuper matrimonio contrahendo, teſtimonium falſum tulerunt. Præcipimus etiam, & diſtricte officiali noſtro & ordinariis locorum, qui pro tempore fuerint, injungimus, quod ſi tales invenerint qui vel quæ, ut dictum eſt, falſum teſtimonium tulerint contra matrimonium jam contractum, vel etiam contrahendum, eos vel eas, ligatis a tergo manibus, & charta in collo, ſupra ſcalam in loco publico poni faciant, ut per hoc eorum falſitas omnibus innoteſcat. Et volumus, quod in ſcala permaneant ab hora Primæ usque ad horam Veſperarum. Et ſi neceſſe fuerit in hujusmodi caſu, volumus invocari brachium ſeculare. Quod ſi invocatum fuerit, ſub pœna excommunicationis præcipimus exhiberi.

Item excommunicamus omnes illos & illas, qui aliquid dederint, vel aliquid acceperint pro impedimentis matrimonii non revelandis, vel qui prece precio, gratia vel favore impedimentum matrimonii celaverint. Et iſta excommunicatio a Sacerdotibus in Eccleſiis frequenter recitetur.

Item præcipimus excommunicari omnes illos & illas, qui vel quæ contra matrimonium jam contractum vel etiam contrahendum, ſortilegia, incantationes & maleficia faciunt, vel fieri procurant.

Item præcipimus, cum aliquod matrimonium

nium fuerit celebrandum, ut tribus diebus feſtis in Eccleſia poſt Evangelium a ſacerdote, in cujus parochia eſt celebrandum matrimonium, publice proclametur, quod tales volunt contrahere matrimonium: ſi aliquis ſit, qui ſciat legitimum impedimentum inter illos, hoc proponat antequam hujusmodi matrimonium contrahatur; Et hoc ſub pœna excommunicationis ſubditis ſuis præcipiant Sacerdotes. Et ipſi Sacerdotes ſimiliter de hujusmodi impedimentis inquirant. Si autem apparuerit probabilis conjectura contra matrimonium contrahendum, contractus interdicatur expreſſe, donec nos, vel officialis noſter, ſeu ordinarius loci, quid ſuper hoc fieri debeat, conſulatur.

XI. De Sepulturis & Cœmeteriis.

Statuimus, ut nullus excommunicatus & publice nunciatus, in Cœmeterio ſepeliatur. Et ſi factum fuerit, Cœmeterium illud, donec mortuus extumuletur, maneat interdictum.

Item præcipimus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne aliquis ſepulturæ tali interſit. Laici autem quicunque tali ſepulturæ interfuerint, excommunicationis ſententiam, quam ſuper hoc fieri volumus in ſcriptis, incurrant ipſo facto & excommunicati publice nuncientur. Clerici vero, qui interfuerint, ſententiam ſuſpenſionis ab officio, quam in eos ferimus, ipſo facto ſe noverint incurriſſe.

Item immunitates Eccleſiarum & Cœmeteriorum inviolatas & incontaminatas præcipimus ab omnibus obſervari: pœnas contra violatores ipſarum immunitatum innovantes, & ſervari mandantes, quas felicis recordationis prædeceſſor noſter dominus Engilbertus Archiepiſcopus in ſuis conſtitutionibus ordinavit.

Item Cœmeteria clauſa & munita cuſtodiantur, ne a porcis, vel aliis animalibus oſſa mortuorum comedantur. Et volumus, ut in ſpeciali loco oſſa mortuorum fideliter reponantur.

Item Eccleſias, vel Cœmeteria a laicis, cujuscunque conditionis, vel ſtatus fuerint, ad læſiones aliorum muniri, vel incaſtellari ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ firmiter prohibemus; & qui contra fecerint, per locorum ordinarios excommunicati publice renuncientur.

Item ſtatuimus & ſub pœna excommunicationis præcipimus obſervari, ut quoties quis in loco religioſo ſepulturam elegerit, corpus primo præſentetur celebranti Miſſam, & tunc demum, celebrata Miſſa, deferatur ad locum, in quo elegit ſepulturam.

XII. De bonis Eccleſiarum non alienandis.

Præcipimus diſtricte, ſub pœna excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis, in hujus mandati transgreſſores, ne præpoſiti, Decani, vel Presbyteri conventualium, vel parochialium Eccleſiarum, aliqua bona de bonis Eccleſiarum alienent, noſtra ſuper hoc ſpeciali licentia vel capituli noſtri non obtenta: & aliter ſi actum fuit, contractum decernimus non valere,

Item præcipimus ſub eadem pœna, ut prædictæ perſonæ, ſi ſciverint aliqua bona ab Eccleſia alienata, ea fideliter & diligenter repetant; & ſi forte propter perſonarum potentiam, in quas hujusmodi alienatio facta eſt, repetere non valeant, volumus hoc nobis, vel officiali noſtro nunciari, ut ſuper hoc competens remedium præbeatur.

Item excommunicamus in his ſcriptis omnes illos, qui occupant & detinent ſine noſtro & Eccleſiæ noſtræ conſenſu, vel voluntate, vel etiam celaverint feuda, reditus, vel jura, quæ ad nos, vel ad Eccleſiam noſtram Colonienſem pertinent: niſi infra menſem poſt publicationem hujus mandati, prædicta nobis reſignent vel revelent.

Item excommunicamus omnes advocatos Eccleſiarum & alios quoscunque, & quocunque nomine cenſeantur, qui exactiones, vel ſervitia indebita Eccleſiæ vel Eccleſiaſticis perſonis imponunt.

Item excommunicamus in his ſcriptis omnes illos, cujuscunque ſunt dignitatis, vel ſtatus, qui Eccleſiæ noſtræ majoris, vel aliarum Eccleſiarum noſtræ diœceſis homines, cenſum capitalem ipſis Eccleſiis ſolventes, prætextu advocationis, vel alterius coloris, exactionibus vel captionibus opprimunt, vel moleſtant, aut bona eorum mobilia, vel immobilia poſt mortem ipſorum, invadunt, vel accipiunt violenter.

XIII. De malefactoribus ad Eccleſiam confugientibus.

Quia nonnulli homicidia, mutilationes membrorum & alia maleficia perpetrant, quæ non eſſent perpetraturi, niſi quia ſperant quod ab Eccleſiis, ad quas confugiunt, ſe tueri poſſint, & impunitatem ſuorum exceſſuum obtinere: ſtatuimus, quod confugientes hujusmodi ad Eccleſias vel immunitates, abinde, ſine ſpeciali licentia noſtra, vel gerentis vices noſtras, nullatenus extrahantur, ſed ſtricte cuſtodiantur ibidem, ne inde effugiant, donec factum vel ejus qualitas nobis, vel vices noſtras gerenti nuncietur. Ipſisque confugientibus nobis præſentatis, & eo, quod perpetratum fuerit, authoritate noſtra examinato, ad veniam vel ad pœnam circa ipſos, prout qualitas facti exegerit, procedatur. Alia autem omnia & ſingula, quæ a jure, vel a Prædeceſſoribus noſtris de conſervandis libertatibus Eccleſiarum & immunitatum, & de violatoribus earundem ſunt

ſunt ſtatuta, Synodali ſanctione innovamus, & præcipimus inviolabiliter obſervari.

Item præcipimus, hujusmodi ſtatutum in Eccleſiis a Sacerdotibus frequentius publicari.

XIV. De uſuris manifeſtis.

Statuimus, ut uſurarii manifeſti, quos nos in his ſcriptis excommunicamus, excommunicati ſingulis diebus Dominicis per parochialium eccleſiarum Sacerdotes publice nuncientur: nec ad communionem altaris admittantur, nec oblationes eorum, nec Eleemoſynas quisquam recipiat, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, recipiant ſepulturam. Manifeſtos autem uſurarios eſſe dicimus & vocamus, qui per ſententiam, vel confeſſionem factam in jure, vel evidentiam rei, quæ tergiverſatione celari non poterit, comprobantur Circa uſurarios autem, qui de receptis uſuris ſatisfieri ſaltem ultima voluntate mandaverint, ſervetur conſtitutio D. Gregorii Papæ X. Concilii generalis, quæ eſt talis: Quamquam uſurarii manifeſti, de uſuris, quas receperant, ſatisfieri expreſſa quantitate, vel indiſtincte in ultima voluntate mandaverint: nihilominus tamen eis Eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec vel de uſuris ipſis fuerit, prout patiuntur facultates eorum, plenarie ſatisfactum, vel illis, quibus facienda reſtitutio, ſi præſto ſint ipſi, vel aliis, qui eis poſſint acquirere, vel eis abſentibus, loci ordinario, vel ejus vices gerenti, vel rectori Parochiæ, in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipſa parochia, quibus quidem ordinario, Vicario, vel rectori, cautionem hujusmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis autoritate recipere, ita quod illis perinde actio acquiratur, aut ſervo publico de ipſius ordinarii mandato, idonee de reſtitutione ſit cautum. Cæterum ſi receptarum uſurarum ſit quantitas manifeſta, illam ſemper in cautione prædicta exprimi volumus: alioqui aliam recipientis cautionem, hujusmodi arbitrio moderandam. Ipſe tamen ſcienter non minorem quam veriſimiliter creditur, moderetur: & ſi ſecus fecerit, ad ſatisfactionem reſidui teneatur. Omnes autem religioſos & alios, qui manifeſtos uſurarios contra præſentis ſanctionis formam, ad Eccleſiaſticam admittere auſi fuerint ſepulturam, pœnæ in Lateranenſi Concilio contra uſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubjacere. Nullus manifeſtorum uſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſive eos abſolvat, niſi de uſuris ſatisfaciant, vel de ſatisfaciendo pro ſuarum viribus facultatum, præſtent, ut præmittitur, idoneam cautionem.

Item ſtatuimus, quod nullus omnino advocatus uſurario in uſurarum cauſis patrocinium præſtet, niſi juramentum faciat, quod quam cito ſciverit, vel ſcire potuerit cauſam eſſe uſurariam, eam ulterius non fovebit, nec patrocinium aliquod uſurario ipſi clam vel a parte impertietur.

XV. De Clericis in Eccleſiis, vel Capellis celebrantibus ſine noſtra vel archidiaconorum licentia.

Statuimus, ut nullus Sacerdos, vel Clericus in Eccleſia parochiali, vel capella audeat celebrare, ſine noſtra vel archidiaconorum licentia, vel aliorum, ad quos hoc pertinet, autoritate & conſenſu, quantumcunque a patronis, vel ab eis, qui ſe patronos eſſe contendunt, ad hoc licentientur, vel etiam permittantur. Et quicunque Clericus, vel Sacerdos contrarium fecerit, excommunicationis ſententiam, quam propter hoc in ipſum ferimus in his ſcriptis, incurrat ipſo facto. Et ſi in delicto perſeverando, excommunicationem ipſam ſuſtinuerit per ſeptem dies, ex tunc, tanquam irregularis, ad beneficium Eccleſiaſticum, vel divinorum celebrationem non admittatur, niſi prius cum enarratione facti, diſpenſationis literas a ſede Apoſtolica ipſum contingat reportare.

Item prohibemus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne aliquis ſacerdos ſecularis vel regularis parochiam aliquam teneat, vel de cætero tenere audeat, ad quam legitime ſit præſentatus, & per nos vel archidiaconos locorum vel alios, prout hoc ad nos pertinet, inſtitutus.

Item præcipimus, ne aliquis beneficium accipiat de laicorum manibus, Qui vero contrarium fecerit cum amiſſione beneficii, periculo ſubjaceat ſui gradus. Præſentationes tamen laicorum non reprobamus, in quibus jus obtinent patronatus.

Item prohibemus, ne aliquis ſacerdos competens beneficium habens cum cura, vel ſine cura, de quo valeat commode ſuſtentari eo beneficio dimiſſo, ad eccleſiam alienam, tanquam vicarius, vel mercenarius, audeat ſe transferre. Contrarium facientes, per archidiaconos locorum, vel alios, prout hoc ad eos pertinet, volumus per Cenſuram Eccleſiaſticam ab ipſis vicariis, ſi neceſſe fuerit, removeri.

XVI. De Executione mandatorum noſtrorum & curiæ noſtræ Colonienſis.

Præcipimus diſtricte ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis, quod Decani Chriſtianitatum & Sacerdotes parochialium Eccleſiarum, vel vices eorum gerentes, & omnes alii, cujuscunque ſint dignitatis, conditionis & ſtatus, quod mandata noſtra & curiæ

noſtræ, & archidiaconorum noſtrorum, prout eis ſubſunt, fideliter & viriliter exequantur. Et ſi timeant, quod malum aliquod per adverſarium vel ſecularem juſtitiam, vel quemcunque alium debeat inferri portitori mandatorum, caute ipſum expediant, & poſtmodum mandata curiæ noſtræ adimplere procurent. Item præcipimus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis, omnibus & ſingulis ſacerdotibus parochialibus, vel eorum vices gerentibus, quod ſingulis diebus Dominicis, accenſis Candelis & pulſatis campanis, publice & ſolenniter excommunicent omnes illos, qui perturbant jurisdictionem curiæ noſtræ Colonienſis, vel Archidiaconorum noſtrorum, & qui impediunt, quo minus nos Jurisdictione noſtra utamur libere & quiete. Et exponant presbyteri ſinguli in ſuis Eccleſiis, ſuis parochianis, in quibus intelligatur jurisdictio hujusmodi perturbari, videlicet interdicendo, prohibendo, inhiberi faciendo, vel ſtatuendo, ne aliqui in curia noura cauſam ſuam perſequantur. Item arreſtando, capiendo, vel capi faciendo, per juſtitiam ſecularem latores mandatorum curiæ noſtræ vel illos, qui in curia noſtra ſuos adverſarios trahunt in jus, vel verberando, vel verberari faciendo, vel comminando, vel literas curæ noſtræ rapiendo vel lacerando, vel etiam alia faciendo, per quæ proceſſus negotii valeat retardari. Contrarium facientes, quos in his ſcriptis excommunicamus, per plebanos locorum, ubi præmiſſa perpetrata dinoſcuntur, excommunicati nominatim & publice in ipſorum Eccleſiis nuncientur. Et ſi dicti excommunicati in ipſa excommunicatione per ſeptem dies manſerint, ipſe locus & Eccleſia, quem & quam in his ſcriptis eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, denuncientur publice ab eisdem locorum plebanis interdicto Eccleſiaſtico ſubjacere.

Item præcipimus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ut Eccleſiarum rectores, vel eorum vices gerentes, ſigilla propria habeant & procurent, intra menſem unum ab hac die numerandum. Et quod nihil recipiant, nec exigant a litigatoribus, vel mandatorum curiæ noſtræ latoribus pro executione mandatorum hujusmodi facienda.

XVII. De Teſtamentis.

Quia executores teſtamentorum nonnunquam negligenter, nonnunquam malitioſe, in bonis defunctorum verſantur, & quia hæc & his ſimilia, debent diligentia Epiſcopi emendari: præcipimus, ut coram duobus in ſingulis Archidiaconatibus a nobis deputandis, executores teſtamentorum ſingulorum Archidiaconatuum, in numero & valore bonorum defunctorum, de erogatis ab ipſis reddant debitam rationem. Et concedimus his, qui a nobis ſuper hoc erunt deputati, poteſtatem vocandi coram ſe executores prædictos, & eorum contumaciam, ſi venire noluerint, per cenſuram Eccleſiaſticam puniendi & exigendi ab eis debitam rationem. Si quid autem fraudis vel negligentiæ perceperint, ad nos referre procurent.

XVIII. De interdicto Eccleſiaſtico, qualiter ſit obſervandum.

Cum plerumque & communiter circa obſervationem interdictorum, pernitioſe hactenus ſit erratum, communi morbo communem volentes adhibere medelam: ſtatuimus, ut quotiescunque locum aliquem, authoritate noſtra ordinaria vel delegata, Eccleſiaſtico interdicto ſupponi contigerit, omnibus tam extrema unctio, quam ſepultura, & alia Sacramenta eccleſiaſtica, penitus denegentur: exceptis, baptiſmo parvulorum & pœnitentia morientium, ac viatico, quod morientibus in pœnitentia non negatur. Clericos autem decedentes, qui cauſam interdicto non dederint, & qui reverenter interdictum ſervaverint, in Cœmeterio ſine campanarum pulſatione, ceſſante omni ſolemnitate, cum ſilentio concedimus tumulari.

Item ſi in aliquam Eccleſiam conventualem latum fuerit interdictum, licitum ſit, duobus vel tribus ſimul januis clauſis, voce ſubmiſſa, ita quod extra audiri non poſſint, excommunicatis & interdictis excluſis, horas canonicas dicere, ſi tamen ipſi interdicto cauſam aliquam non dederunt. Præterea tempore interdicti licitum eſt Eccleſiarum miniſtris, ſemel in ſeptimana, voce ſubmiſſa, clauſis januis excommunicatis & interdictis penitus excluſis, Miſſam celebrare, ad conficiendum corpus Domini: quod, ut dictum eſt, morientibus in pœnitentia conferri poteſt.

Item ſi aliquibus per privilegium conceſſum ſit, ut, non obſtante interdicto, divinum poſſint celebrare officium, ſemper ſubintelligendum eſt, excommunicatis & interdictis excluſis, voce ſubmiſſa, januis clauſis, campanis non pulſatis omni ſolemnitate prætermiſſa: & ita deinceps, præcipimus inviolabiliter obſervari.

Et quia nos intelleximus, quod fratres Hoſpitalarii, & quidam alii aſſerentes ſe habere privilegium, quod in locis interdictis poſſint divina celebrare officia, excommunicatis & interdictis nominatim excluſis, abutentes hujusmodi privilegio, in locis interdictis divina officia celebrare præſumunt, & indifferenter quoscunque admittunt, niſi ſpecialiter expreſſis nominibus ipſorum excommunicatorum & interdictorum in ſententia interdicti fiat mentio, irregularitatem ex hoc damnabiliter incidendo. Unde ad vitandum deinceps hujusmodi errorem, illos nominatim interdictos & excommunicatos, ſecundum jura dicimus, ſi caſtrum, villa, civitas, vel oppidum ſint interdicta: non nominatim interdicti, vel excommunicati dicuntur, quando ſic fertur ſententia: Excommunico vel interdico tales cum ſuis participibus. Participes enim non ſunt excommunicati, vel interdicti nominatim: & ideo tales poſſunt admitti ad divina, niſi notoria eſſet eorum participatio: tunc enim non poſſent admitti ad Divina. Præterea quia, ut intelleximus, quadam damnabili abuſione invaluit, quod loco aliquo ſuppoſito interdicto, populus, vel aliqui de populo loci interdicti ad vicinas Eccleſias pro Divinis audiendis accedunt, & ibidem indifferenter ad Divina & alia ſacramenta Eccleſiaſtica a plebanis admittuntur: id correctione digniſſimum judicamus. Statuimus igitur & ſub pœna excommunicationis firmiter obſervari præcipimus, ut diebus Dominicis & feſtivis, presbyteri, antequam Miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi aliquis de loco interdicto in Eccleſia ſit: quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſia abjiciant. Presbyter autem, qui proprium aut alienum parochianum excommunicatum aut interdictum, ſcienter ad aliquod Sacramentum Eccleſiaſticum admittit, ipſo facto ſe noverit eſſe ſuſpenſum.

XLVII.

Eydlicher Revers der Stadt Cölln, daß ſie Ertz-Biſchoff Sifrido zu Cölln treu und hold ſeyn, ſeinen Schaden warnen und verhüten, ſein Beſtes aber befördern wolle, de Anno 1287. nebſt Ertz-Biſchoffs Gerhardi II. zu Mayntz Vidimus darüber, de Anno 1290.

Gerhardus, Dei gratia Sanctæ Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius Executor, una cum venerabili Patre, Domino Bœmundo, Trevirorum Archiepiſcopo, a ſede Apoſtolica deputatus, proteſtamur, quod nobis in negotio a ſede Apoſtolica nobis commiſſo præſidentibus una cum eodem collega noſtro in Eccleſia Bonnenſi feria tertia poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, Anno Domini M. CC. nonageſimo, in præſentia noſtra, & venerabilis Patris Wormatienſis Epiſcopi, & aliorum multorum fide dignorum lecto, & recitato publice, & ſolenniter authentico Domini Papæ nobis transmiſſo, & citatione noſtra a nobis emiſſa contra Cives Colonienſes; exhibitum fuit ex parte venerabilis Patris, Domini Syfridi, Archiepiſcopi Colonienſis, in modum probationis quoddam inſtrumentum Civitatis, & Civium Colonienſium ſigillo Civitatis Colon. ſigillatum, cujus tenor talis eſt: Judices, Scabini Conſilium, & Cives univerſi Colonienſes univerſis ad quos præſentes literæ pervenerint, cognoſcere veritatem, ut Reverend. Pater, & Dominus noſter, Syfridus, Archiepiſcopus Colonienſis noſtram devotionem, & fidelitatem, quam pure habemus & gerimus ad iſpum, & Eccleſiam Colonienſem ſentiat, & hujusmodi fidelitas irrevocabilis perſeveret, præſtitimus corporaliter juramentum, quod jura, libertates, & bonas conſvetudines eidem Domino noſtro Archiepiſcopo, quoad vixerit & Eccleſiæ Colonienſis ſervabimus & ſervare promittimus per præſentes, quod nec in privato, nec in publico alicujus conſilium ſequemur, per quod inducamur ad aliquid faciendum, quod ſit in ipſius Domini noſtri Arch epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ læſionem, præjudicium, vel gravamen; Nec aliquam confœderationem, ſeu unionem cum aliquibus faciemus, quoad vixerit Dominus noſter Archiepiſcopus memoratus, ſalvis tamen nobis conditionibus, quas fecimus cum nobili Viro, Domino Comite de monte ſuper munitionibus, & ſtructuris non ponendis de novo inter Zündendorff & Rheindorff, a quocunque Domino terrarum ex utraque parte Rheni, ſalvis etiam nobis aliis conditionibus initis cum aliis terræ Nobilibus, quæ contra eundem Dominum noſtrum Archiepiſcopum, & Eccleſiam Colonienſem ſe non extendunt. In cujus rei teſtimonium ſigillum commune Civitatis noſtræ apponi fecimus huic ſcripto, Datum Anno Domini M. CC. LXXX. ſeptimo, in vigilia Beatæ Margarethæ Virginis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum, Datum Anno Domini M. CC. nonageſimo, III. Nonas Julii.

XLIIX.

Derer Ertz-Biſchöffe, Gerhardi II. zu Maynz und Bœmundi zu Trier, als Päbſtl. Commiſſarien Ausſpruch, vermöge deſſen die Stadt Cölln, den Ertz-Biſchoff Sifrido zu Cölln in ſeinem Ertz-Stifft verurſachten und auff 200000. Marck-Heller, Cölniſcher Wehrung, taxirten Schaden, unter Bedrohung des Kirchen-Bannes und anderer ſchweren Straffen, zu erſetzen condemniret worden, de Anno 1290.

GErhardus, Dei gratia Sanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, Executor una cum venerabili Patre Domino Bœmundo, Trevirorum Archiepiſcopo, a ſede Apoſtolica deputatus, honorabilibus, & Religioſis Viris Sancti Panthaleonis & S. Martini Colonienſ. ac S. Hereberti in Tuitio Monaſteriorum Abbatibus, Priori de Piſcina, extra muros Civitatis Colonienſis, & plebano Eccleſiæ Sanctæ Brigittæ in Colonia, Salutem in Domino.

Literas Sanctiſſimi Patris Domini Nicolai, Papæ quarti, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte vitiatas ſub vera Bulla, ſtylo & filo recepimus in hæc verba: Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Moguntinenſ. & Trevirenſ. Archiepiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod Nobiles Viri, Joannes, Dux Brabantiæ, Walramus, de Juliaco, & Adolphus de Monte, Everhardus de Marca, de Virnenberg, de Waldeck & de Willennowe Comites, ac Henricus de Windecke, Joannes de Ruiſcheit Joannes de Ruff, Joannes de Newenare, Gerlacus de Dollendorp & Gerhardus de Juliaco, Eccleſiæ Colonienſis vaſalli, & eorum in hac parte complices, & fautores propriis non contenti Limitibus & temerariis auſibus, data licentia Sceleſtisque operibus, relaxatis habenis, contra fidelitatis debitum, quo eidem tenentur Eccleſiæ temere venientes, conſpirationem, conjurationem, & confœderationem cum Civ bus Colonienſibus adverſus venerabilem fratrem noſtrum, Syfridum, Archiepiſcopum Colonienſem ac eandem Eccleſiam nequiter inierunt, & tandem præconceptam nequitiam perducentes in partum, ſuæque clauſtra malitiæ reſerantes terram ipſius Eccleſiæ cum armatorum multitudine copioſa hoſtiliter invaſerunt, cumque caſtrum Woring prope Civitatem Colonienſem (ut dicitur) conſtitutum, & ad eandem Eccleſiam pertinens arctius obſediſſent, poſſeſſiones, & bona ipſius Eccleſiæ in circum adjacentibus conſiſtentia partibus, multimodis quaſi graſſantibus, & efferatis animis diſſipantes reditus, & proventus ejusdem Eccleſiæ ibidem inventos ignis incendio concremando; Idem Syfridus Archiepiſcopus tantis non indigne commotus injuriis, & tantis, & tam gravibus damnis, quæ in conſpectu ſuo ſibi, & eidem inferebantur Eccleſiæ, non immerito provocatus, ac intendens, prout ſpectabat ad ipſum pravis illorum conatibus obviare, congregata ipſius Eccleſia non modica copia Vaſallorum, qui ſibi ſuper hoc favorabiliter aſſiſtebant contra dictos Duces, Comites, Nobiles, Cives, & alios exivit, eis, prout poterat, reſiſtendo: Demum Dux, Comites, Nobiles, Cives, & alii ſupradicti ſuo ad malum directo propoſito, & manibus extenſis ad ſcelera in eundem Archiepiſcopum, & gentem ſuam impie irruentes, ad in gentem ipſam furentibus gladiis ſævientes, immaniter ipſum gravibus laceſſitum injuriis, ſaturatum probris, & afflictionibus contumelioſis affectum ac nonnullos alios Prælatos Clericos, Comites, Barones, Nobiles, milites, ac alios Laicos, Vaſallos, fideles & miniſteriales Colonienſis Eccleſiæ ſupradictæ, qui in ſuum auxilium venerant, auſu ſacrilego capere præſumpſerunt ipſum Archiepiſcopum, ac illos carceribus vinculis temeritate damnabili mancipantes, & nihilominus dictam Colonienſem Eccleſiam in poſſeſſionibus, & bonis ipſius multipliciter lædere, turbare & opprimere non ſinentes, ac prædictum de Woring, & quædam alia caſtra, & munitiones ejusdem Eccleſiæ nequiter expugnantes, quædam ex ipſis funditus deſtruxerunt, aliqua vero cum nonnullis aliis bonis, juribus, redditibus, villis & jurisdictionibus ejusdem Eccleſiæ occuparunt, & detinent occupata; verum cum nonnulli Prælati, & aliæ Eccleſiaſticæ ſecularesque perſonæ, qui ſibi & eidem Eccleſiæ ſuper tantis gravaminibus, injuriis, & jacturis pio compatiebantur affectu, penes eosdem Ducem, Comites, Nobiles, Cives, & alios inſtitiſſent, ut ipſi propriæ ſaluti, & famæ ſalubriter providentes ipſum Archiepiſcopum, ac Prælatos Clericos, & alios ſupradictos reſtituerent priſtinæ libertati, Dux, Comites, Nobiles, Cives, ac alii memorati attendentes, quod prædicta Eccleſia ſuper deſtructionem Caſtrorum, ac munitionum, ac aliorum bonorum ipſius ad illum ſtatum devenerat, quod nequaquam poſſet reſurgere, nec inſurgere contra eos, ipſum ac nonnullos

nullos ex Prælatis & aliis prænotatis a prædicto carcere liberarunt, corporalibus tamen ab ipſo Archiepiſcopo ac etiam ab hujusmodi liberatis præſtitis juramentis, quod ſupra præmiſſis, & aliis etiam injuriis, & damnis ſibi & Eccleſiæ ac Prælatis & aliis prætactis illatis de Duce, Comitibus, Nobilibus, Civibus, & aliis ſupradictis querimoniam nullam deponere, nec ipſos, aut eorum aliquem moleſtare, nec impetrare literas Apoſtolicas contra ipſos, vel aliquem eorundem, nec impetratis uti quomodolibet procurarent, & quod quandam pecuniæ ſummam, quam Duci & Comiti de monte, ac aliis ſupra dictis, & quibusdam eorum fautoribus pro hujusmodi liberatione prædictorum ſolvere promiſerunt, nonnulla illis propterea caſtra, munitiones, villas, terras, poſſeſſiones, & quædam alia bona, tam ejusdem Eccleſiæ, quam liberatorum ipſorum nihilominus obligando, non repeterent ab ipſis, vel aliquo eorundem, datis propter hoc eis ab ipſo Archiepiſcopo, ac liberatis eisdem quibusdam fidejuſſoribus, confectis literis & inſtrumentis, ac promiſſionibus alienationibus, renunciationibus & obligationibus diverſis, & variis ſubſecutis, & pœnarum etiam adjectione vallatis; Nos itaque diligentius attendentes, quod præmiſſa omnia in grandem divinæ Majeſtatis offenſam, Apoſtolicæ Sedis contemptum non modicum, plurimorum ſcandalum, & grave præfatæ Eccleſiæ detrimentum redundare noſcuntur, quodque prædicta, prout habet fide digna relatio, adeo ſunt in illis partibus notoria, quod nulla poſſunt tergiverſatione celari, ac volentes ſuper his eidem Archiepiſcopo & Eccleſiæ Colonienſi, ac eisdem Prælatis, Clericis, Comitibus, ac aliis liberatis, prout expedit providere, eundem Syfridum, Archiepiſcopum, aliosque præfatis veris exiſtentibus ſupradictis ab iisdem & quibuslibet aliis, occaſione ejusmodi præſtitis juramentis, ac prædictos fidejuſſores a fidejuſſione hujusmodi ipſum Archiepiſcopum ſuosque complices ac fidejuſſores eosdem a quibusvis obligationibus factis ſupra dictis, vel eorum occaſione, auctoritate Apoſtolica duximus penitus abſolvendos, quo circa fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus hujusmodi negotium, quod ſedes Apoſtolica ſpecialiter cordi gerit, cum devotionis promptitudine aſſumentes Ducem, Comites, Nobiles, Cives, & alios ſupradictos, quod Prælatos, Clericos, Comites, Barones, & alios ſupradictos, quos adhuc captivos detinere dicuntur, reddant priſtinæ libertati, tam liberatis quam liberandis hujusmodi bonis omnibus occaſione hujusmodi ablatis, & extortis eisdem integre reſtitutis, ac Epiſcopo, vero, & Eccleſia Colonienſi prædictis, nec non complicibus eorum prænotatis de damnis & injuriis ipſis plenam, & debitam ſatisfactionem impendant, ac eis caſtra munitiones, aliaque bona prædictæ Colonienſis Eccleſiæ, ac eorum complicum ab iis hac occaſione detenta, & etiam occupata, ſublata qualibet difficultate reſtituant, monitione præmiſſa, per excommunicationis in perſonas, & terras eorum interdicti ſententias, nec non & per feudorum privationem quorumlibet, quæ ab eadem Colonienſi, & quibusdam aliis Eccleſiis, & Monaſteriis tenere noſcuntur, ac alias etiam pœnas, de quibus videritis expedire, appellatione remota, vos, vel alter veſtrum per vos, & per alium, ſeu alios compellere ſtudeatis, non obſtantibus juramentis, promiſſionibus, obligationibus, vel renunciationibus ſuper hoc factis, pœnis adjectis, aut inſtrumentis, & literis datis, vel confectis quomodolibet ſuper his, ſeu ſi aliquibus a ſede Apoſtolica eſt indultum, quod excommunicari, aut eorum terræ ſupponi Eccleſiaſtico interdicto non poſſint per literas dictæ ſedis, non facientes plenam & expreſſam de indulto hujusmodi mentionem ſine qualibet alia indulgentia ſedis ipſius generali, vel ſpeciali cujuscunque tenoris, vel expreſſionis exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, invocato adhoc, ſi opus fuerit auxilio Brachii ſecularis; cæterum Clericos Duci, Comitibus, ac aliis antedictis primo, ſecundo & tertio conſanguinitatis gradu conjunctos ex parte Noſtra vos, vel alter veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios moneatis, & etiam inducatis, ut apud ſæpe dictos Ducem, & Comites ac alios ſolerter & diligenter inſiſtant, & procurent etiam bona fide, quod Dux, Comites, aliique prædicti infra certum terminum competentem a vobis, aut veſtrum altero præfigendum eisdem præmiſſa omnia & ſingula ſtudeant efficaciter adimplere, aperte prædicturi eisdem, quod ſi veſtris, imo potius Apoſtolicis monitionibus non curaverint, obedire, nos contra eos ad privationem omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum ſuorum, etiamſi dignitates vel perſonatus exiſtant, & alias etiam, prout qualitas facti ſvaſerit, & expedire viderimus auctore Domino procedamus. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem II. Kalend. Februarii Pontificatus noſtri anno ſecundo. Nos igitur ipſum mandatum Apoſtolicum reverenter, ut tenemur, executioni debitæ demandare cupientes, quanquam injuriæ, & exceſſus, de

quibus fit mentio in mandato, & literis Apoſtolicis prædictis, contra ipſos Cives adeo ſint, & fuerint, prout habet fide digna relatio, manifeſti, publici, & notorii per facti experientiam, & rei evidentiam in partibus illis, in quibus perpetrati ſunt, & fuerunt, & in locis aliis, quod nulla poſſint tergiverſatione celari; ex abundanti tamen, & ad cautelam volentes ſuper his inquirere veritatem, videlicet an injuriæ & exceſſus prænotati ſint, & fuerint veri, notorii & manifeſti, citari fecimus dictos Cives peremptorie, ut coram nobis in oppido Bonnenſi, loco inſigni, & coram collega noſtro, Archiepiſcopo Trevirenſi, qui eos ſimiliter citari mandavit, ipſis Civibus vicino, & ad quem de facili venire poterunt, & ſecure per ſuum procuratorem certis terminis comparere ad reſpondendum ſuper factis injuriis, & exceſſibus antedictis an ſint veri, notorii, & manifeſti, & ad videndum teſtes jurare ac alias probationes fieri ſuper ipſis, & ad procedendum ultra ſuper his, prout dictaret ordo juris in talibus obſervandus literarum etiam Apoſtolicarum prædictarum, & citationis noſtræ copiam fieri fecimus Civibus antedictis, nobis vero pro expeditione hujusmodi negotii dictis loco, Bonnæ ſcilicet, & terminis non absque magnis expenſis, & laboribus cum dictus locus Bonnæ a nobis multum diſter, perſonaliter accedentibus, & ibidem in præſentia venerabilis patris Epiſcopi Wormatienſis, Scholaſtici Moguntinenſis, fratris ſui, Magiſtri W. Moguntinæ ſedis Judicis, Magiſtri Joannis, officialis Trevirenſis, Prælatorum, Nobilium, Miniſterialium, & fidelium Eccleſiæ Colon. & religioſorum diverſorum ordinum, ac aliorum fide dignorum Clericorum & Laicorum Diœceſis Colonienſis & aliarum Civitatum & Diœceſum, & populi multitudinis copioſæ publice, & ſolenniter præfatis terminis præſidentibus in Eccleſia conventuali Bonnenſi, parteque ipſorum Civium ſufficienter exſpectata, demum comparuit coram nobis pro ipſis Civibus, Henricus, dictus Weſtvelinch nomine procuratorio, & ſub teſtimonio prædictorum expoſuimus eidem factas injurias & exceſſus, de quibus fit mentio in literis Apoſtolicis ſupradictis, requirentes eundem diligenter, ut nomine procuratorio Dominorum ſuorum, & pro ipſis ad hujusmodi factas injurias, & exceſſus, & narrata ipſis in literis Apoſtolicis negando, vel affirmando reſponderet, & faceret juxta tenorem citationis noſtræ ſupradictæ; ipſe vero procurator nec reſpondere, nec procedere, nec Dominos ſuos defendere curavit ſæpius requiſitus a nobis, contumaciter recedendo, propter quod ipſos Cives, & ipſorum Procuratorem reputavimus, & reputamus, exigente juſtitia, contumaces, decernentes ulterius ſuper fore procedendum, non obſtante contumacia eorundem, teſtesque recepimus, & examinavimus, & examinari fecimus in forma juris, videlicet Eccleſiarum prælatos, & perſonas Eccleſiaſticas, Abbates, Clericos Seculares & religioſos, nec non Barones, Nobiles, Miniſteriales, & plures alios fide dignos ſuper dictis, factis, injuriis & Exceſſibus, an ſint veri, notorii & manifeſti, & aliis de quibus fit mentio in literis Apoſtolicis prædictis, ſuper præmiſſis obſervatis in his obſervandis procedendo; viſis etiam diligenter depoſitionibus teſtium prædictorum, ac inſtrumentorum in modum probationis exhibitorum nobis conſtet evidenter, ea, de quibus fit mentio in literis Apoſtolicis vera eſſe, notoria & manifeſta, videlicet, quod Judices, Scabini, Conſiliarii, Magiſtri Civium, & rectores Civitatis Colonienſis, aliis Civibus, volentibus opem, & operam adhibentibus & ratum habentibus cum Nobilibus ſupradictis, ac eorum in hac parte complicibus contra fidelitatis ſuæ debitum, quo eidem tenentur Eccleſiæ temere venientes, conſpirationem, conjurationem & confœderationem adverſus prædictum Archiepiſcopum Colonienſem, ac eandem Eccleſiam nequiter inierunt, quanquam ipſi Cives per ſuas patentes literas d ctó Domino ſuo Archiepiſcopo Colonienſi dudum antea promiſerint juramento ſuper hoc ab ipſis præſtito corporali; quod cum aliquo alio Domino quocunque conjurationem confœderationem aliquam facere contra ipſum Dominum non deberent, prout in literis exinde confectis ſigillo communi Civitatis Colonienſis ſigillatis plenius vidimus contineri, & quod ipſi terram ipſius Eccleſiæ pulſatis campanis bellicis, & vexillis erectis, cum magna armatorum multitudine hoſtiliter, & potenter invaſerunt, & caſtrum Woring prædictum obſederunt, poſſeſſiones, & bona Eccleſiæ diſſipantes, propter quod præfatus Archiepiſcopus tot, & tantis non indigne commotus injuriis congregata magna multitudine Vaſallorum Eccleſ. Colon. contra præfatos Cives, Ducem, & alios exivit, ſuam & Eccleſiæ injuriam propulſando demum vero Cives & alii ſuſupradicti manibus extenſis ad ſcelera in præfatum Archiepiſcodum, & gentem ſuam crudeliter irruentes, nonnullos Prælatos, Clericos, Comites, Barones, Nobiles milites ac alios Laicos, Vaſallos, fideles, & miniſteriales Colon. Eccleſiæ, qui in ipſius auxilium venerant, occiderunt miſerabiliter, alios vulneraverunt lætaliter, glures etiam ex ipſis auſu ſacrilego capere, &

re, & captivos detinere, & exactionare præſumpſerunt, & per ſuos complices detineri procuraverunt, ipſum etiam Archiepiſc. auſu ſacrilego capientes, & carceralibus vinculis non absque gravibus injuriis & afflictionibus contumelioſis damnabiliter mancipatum vinculis per Adolphum Comitem de monte longo tempore detineri procurarunt, & his non contenti injuriam injuriæ accumulantes, cum ipſa Eccl. Colon. cum ſic virtute & viribus eſſet deſtituta, in poſſeſſionibus, rebus & hominibus ſuis lædere, & turbare ipſam non ceſſaverunt, ac prædictum caſtrum Woring & caſtra Zonß, & Newburg nequiter expugnaverunt, & funditus deſtruxerunt, & cum ſic Eccleſiam Colonienſem per deſtructionem caſtrorum, & munitionum, & aliorum bonorum ipſius deduxiſſent ad illum ſtatum, quod ipſam crederent nequaquam poſſe reſurgere, nec inſurgere contra ipſos præfati Cives cum aliis ſupradictis ipſum Archiepiſcopum Colonienſem, & alios ſecum captos a carcere prædicto liberari permiſerunt, corporalibus tamen ab ipſo Archiepiſcopo & aliis liberatis præſtitis juramentis, datis fidejuſſoribus, factis renunciationibus, & aliis pœnis etiam adjectis, prout in literis Apoſtolicis continetur, ac quod magnas pecuniæ ſummas, quas Duci, & Comiti de Monte, & aliis ſupradictis, & quibusdam eorum fautoribus pro hujusmodi liberatione prædictorum Archiepiſcopi & ſuorum ſolvere usque ad multa millia marcarum promiſerunt, nonnulla illis propter hoc Eccleſiæ caſtra cum ſuis attinentiis dicto Comiti de Monte obligando; Nos ſuper præmiſſis nefandis exceſſibus ipſorum Civium, & ſuorum complicum, deliberatione præhabita diligenti, conſiderantes etiam, quod dicti exceſſus, nec non præmiſſa omnia & ſingula præfatis Civibus volentibus, mediantibus, procurantibus, ratum habentibus, opem & operam efficacem, conſilium, auxilium, & favorem, ut fierent, adhibentibus, per prænominatos Ducem, & alios contra dictum Archiepiſcopum, & Eccleſiam Colonienſem, & illos, qui in ipſius auxilium venerant, ut eſt dictum, ſunt nequiter perpetrata, nec poſſunt eſſe non notoria, cum rei, & facti evidentia ipſa faciant eſſe nota, ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis nobis facta eſt plena fides, propter quæ omnia & ſingula præmiſſa idem Dominus Archiepiſcopus, & Eccleſia Colonienſis damna ſuſtinuerunt, & ſuſtinent ad ducenta millia Marcarum legalium denariorum Colonienſium, prout idem Archiepiſcopus coram nobis legitime declaravit, noſtra taxatione præcedente; Quocirca cuilibet veſtrum in virtute obedientiæ, quam debetis ſedi Apoſtolicæ, mandamus, & ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis in vos, & quemlibet veſtrum, ſi præſens mandatum noſtrum, imo verius Apoſtolicum diligenter, & fideliter non ſueritis executi, diſtricte præcipientes, quatenus ſtatim, viſis præſentibus ad dictos Cives perſonaliter accedentes, Judices Scabinos, Conſules, Magiſtros Civium, cæterosque Cives in domo Civium communi Civitatis Colonienſis, vel alibi, ubi ipſorum, ſeu Conſilii Civitatis Colonienſis copiam habere poteritis, moneatis publice, & ſolenniter, ut infra craſtinum Beati Petri ad vincula proximo futurum, Domino Archiepiſcopo, & Eccleſiæ Colonienſi prædictis de damnis hujusmodi & injuriis plenam, & debitam ſatisfactionem impendant, alioquin ipſos Judices Scabinos, tam ſuperiores, quam inferiores Conſules, Magiſtros Civium, Magiſtros fraternitatum, officiales, tam ſuperiores, quam inferiores, & rectores univerſitatum, per quos ipſa Civitas Colonienſis regitur, ac majores, ac potentiores, quia magis conſtat in præmiſſis ipſos eſſe culpabiles, quibuscunque nominibus eſſe cenſeantur, quos ex nunc ut ex tunc propter exceſſus hujusmodi, quos declaramus veros, notorios, & manifeſtos in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos publice, & nominatim, prout requiſiti fueritis, nuncietis, intimantes eisdem Civibus, quod ſi hujusmodi ſententiam excommunicationis usque ad craſtinum aſſumptionis Beatæ virginis immediate ſubſequens animo ſuſtinuerint indurato, Civitatem Colonienſem, quam ex tunc, ut ex nunc in his ſcriptis Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, interdictam publice nuncietis, & ceſſari faciatis penitus a divinis, cæterosque Cives Colonienſes, quos ex tunc, ut ex nunc ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendimus, & per præſentes ſententia interdicti afficimus, ita ut interdicti ubilibet habeantur, ac a Sacramentis Eccleſiaſticis alieni, ſuſpenſos ſimiliter, & interdictos publice nuncietis; mandamus inſuper omnibus, & ſingulis tam religioſis, quam Clericis ſecularibus cujuscunque ordinis, ſtatus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, ut dictas ſententias diſtricte teneant, & obſervent, contrarium facientes quos in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos per vos ſolemniter præcipimus, prædictas etiam monitiones, & ſententias, & ipſum mandatum noſtrum in omni ſua forma, ſub pœna prædicta, in Eccleſiis parochialibus Civitatis Colonienſis per vos modo prædicto præcipimus publicari, intimando eisdem Civibus, quod niſi celeri ſatisfactione ſibi proſpexerint, & mandatis noſtris,

ſtris, imo verius Apoſtolicis obtemperaverint reverenter, nos ad pœnas alias graviores, ſpirituales & temporales, licet inviti, juxta traditam nobis ſuper hoc poteſtatem, contra ipſos, eorum exigente pertinacia, procedemus, quid autem in præmiſſis feceritis nobis, veſtris patentibus literis præſentibus annectendis, fideliter reſcribatis, in his etiam exequendis alter veſtrum alium, vel alios non exſpectet, reddite literas ſigillatas. Datum Anno Domini milleſimo, ducenteſimo nonageſimo, III. nonas Julii.

XLIX.

Des Röm. Königs Adolphi Declaration, daß er die Stadt Cölln, ſo bald es Ertz-Biſchoff Sifridus daſelbſt begehren würde, in die Reichs-Acht erklären wolle, de Anno 1296.

NOs Adolphus, Dei gratia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, recognoſcimus per præſentes, quod ſedentibus nobis pro tribunali Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo ſexto, die Sabbati proximo poſt aſſumptionem Beatæ Mariæ Virginis in campis apud caſtrum Stauffenberg, venerabilis Syfridus, Archiepiſcopus Colonienſis Princeps noſter chariſſimus, juſtitiam ſuam contra Cives Colonienſes adeo eſt proſecutus, quod dictante concordi ſententia Principum, Nobilium, & aliorum aſtantium per ipſum Archiepiſcopum coram nobis eſt obtentum, quod ipſos Cives Colonienſes proſcribere tenebimur, quandocunque per ipſum, ſeu per certum nuntium ipſius patentes ſuas literas ſuper hoc deferentem fuerimus requiſiti, in cujus rei teſtimonium præſentes literas ſibi fieri fecimus, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus roborari, actum & datum Anno & die prædictis, Regni vero noſtri anno quinto.

L.

Ertz-Biſchoffs Sifridi zu Cölln Brieff an den Röm. König Adolphum, daß er die Stadt Cölln, vorherſtehender Declaration gemäß, in die Reichs-Acht zu erklären belieben möchte, de Anno 1296.

SEreniſſimo Domino ſuo, Domino Adolpho, Romanorum Regi ſemper Auguſto, Syfridus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, ſuis præceptis paratiſſimam voluntatem. In curia veſtræ Dominationis & Regiæ Majeſtatis Henricum Fleckonem de Heldorp, militem, & Magiſtrum Curiæ noſtræ, exhibitorem præſentium noſtrum verum & legitimum conſtituimus nuncium & procuratorem ad petendum, & impetrandum pro nobis & nomine noſtro Cives Colonienſes proſcribi & de eis nobis a veſtra Majeſtate juſtitiam exhiberi, prout in literis veſtris Regalibus vobis apud Stauffenberg pro tribunali præſidentibus, Anno Domini MCC. nonageſimo ſexto, die Sabbathi poſt aſſumptionem Beatæ Mariæ Virginis, ex concordi Principum & Nobilium ſententia, nobis quandocunque vos per nos ipſos, ſeu noſtrum certum nuncium requireremus, facere promiſiſtis, transmittentes eundem Henricum pro antedictis per has noſtras patentes literas veſtræ Regiæ Majeſtati. Datum apud Weſterburg Anno Domini MCC. nonageſimo ſexto, die Dominico ante feſtum Nativitatis Mariæ Virginis.

LI.

Des Röm. Königs Alberti I. Privilegium vor das Ertz-Stifft Cölln, daß niemand deſſen Bürger und Einwohner in Städten vor auswärtige Gerichte zu laden berechtiget ſeyn ſolle, de Anno 1298.

ALbertus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, venerabili Wichboldo, Colonienſi Archiepiſcopo, Principi ſuo chariſſimo, gratiam ſuam, & omne bonum. Ut Cives, & Oppidani tui ſuis mercimoniis ac ejus ſervitiis commodius inſiſtere valeant, & eſſe intenti, tibi ex ſpeciali gratia concedimus & indulgemus, ut nullus Cives & Oppidanos tuos ad examen, ſeu judicium Regalis Curiæ noſtræ per noſtram Juſtitiam, vel Curiæ noſtræ edicta poſſet evocare, & ad noſtrum judicium detrahere, nec ibidem teneantur comparere, quam diu Tu, vel officiati tui conquerentibus, vel conqueri volentibus, parati fueritis, juſtitiam facere expeditam; Dantes tibi has noſtras literas Majeſtatis noſtræ ſigillo munitas in robur, & teſtimonium ſuper eo. Datum Coloniæ quinto Kalend. Septembris, Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, Regni noſtri vero Anno primo.

LII.

Ejusdem Confirmation des auf Anſuchen Ertz-Biſchoffs Wichboldi zu Cölln gethanen Ausſpruchs derer am Kayſerl. Hofe befindlichen Fürſten und Edlen, einen dubiöſen Punct in Lehens-Sachen betreffend, de Anno 1299.

NOs Albertus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ad univerſorum ſacri Imperii fidelium noritiam volumus pervenire, quod Anno Domini MCCXCVIIII. Indictione XI. 10. Kalend Martii, apud oppidum Ringnienſ. pro tribunali ſedentibus per venerabilem Wichboldum, Archiepiſcopum Colonienſem, Principem noſtrum chariſſimum, ſententialiter quæſitum fuit: utrum filia in bonis feudalibus jure hæreditario ſuis parentibus ſuccedere poſſit, vel non? quod ibidem per Principum, nobilium, miniſterialium & militum tunc noſtro conſiſtorio aſtantium ſententiam extitit diffinitum, quod nulla filia, vel mulier poſſit in bonis feudalibus ſuccedere, niſi de plenaria voluntate Domini feudi & conſenſu. Nos itaque hujusmodi ſententiam, tanquam legitime diffinitam, & a prædictis principibus & nobilibus laudatam & approbatam auctoritate noſtra regia confirmamus, dantes has noſtras literas noſtræ Majeſtatis ſigillo ſigillatas, in dictæ confirmationis teſtimonium ſuper eo datum die, Anno Domini, indictione ſuperius annotatis, Regni vero noſtri anno primo.

LIII.

Ertz-Biſchoffs Wichboldi zu Cölln Statuta vor die Cleriſey in ſeinem Ertz-Stifft, de Anno 1300.

WIchboldus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis prælatis, capitulis, Conventibus, Collegiis, Eccleſiarum rectoribus, totique univerſitati cleri & populi ſuæ civitatis & diœceſis Colonienſis, ſalutem & infra Scriptorum memoriam perpetuam obſervandam.

I. De ætate & qualitate præficiendorum Eccleſiis parochialibus.

Licet ſacris canonibus ſit inſtitutum, ne aliquis, ad regimen parochialis Eccleſiæ aſſumatur, niſi qui jam XXV. annum ætatis attigerit, & ſcientia & moribus commendatus exiſtat: plures tamen hujus ſalubris ſtatuti invenimus transgreſſores. Volentes igitur periculis animarum proſpicere, inhibemus univerſis archidiaconis, ac aliis, qui de conſvetudine inveſtire habere dignoſcuntur, ne deinceps aliquem puerum, vel aliquem alium, qui viceſimum quintum ætatis annum non attigerit, ſibi præſentatum, de hujusmodi parochialibus Eccleſiis inveſtiant, vel admittant. Contrarium facientes, non ſolum ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendimus in his ſcriptis, verum etiam ipſam inveſtituram decernimus.

II. De nominibus paſtorum non reſidentium & non ordinatorum, tradendis per Decanos.

Item cum ſecundum jus quilibet, qui ad curam animarum regendarum aſſumitur, ut gregis ſibi crediti diligentius gerere curam poſſit in parochiali Eccleſia, cujus rector extiterit, reſidere perſonaliter, & ad eam promoveri teneatur; alioqui etiam, nulla monitione præmiſſa, ipſa Eccleſia ſit privatus: vobis decanis Chriſtianitatum committimus & mandamus, quatenus nomina illorum, qui in veſtris Decanatibus hujusmodi Eccleſias, utpote minores annis, occupant & nomina paſtorum non reſidentium perſonaliter in his ſcriptis nobis intra menſem, poſt præſentem diem, tradatis, ut hujusmodi negligentiam & defectum de prælatorum noſtrorum conſilio reformemus. Alioqui in vos ex tunc ſententiam excommunicationis ferimus in his ſcriptis, & id ipſum in qualibet Synodo volumus obſervari in forma ſupradicta.

III. De Apoſtatis, Diſcurſoribus & vagis clericis.

Quia vero, ut intelleximus, aliqui Clerici, utpote apoſtatæ, diſcurſores & vagi de aliis provinciis & diœceſibus ad diœceſim noſtram Colonienſem venientes, regimen animarum & officiationem Eccleſiarum ſibi aſſumunt, qui ab aliis diœceſibus, tanquam irregulares & indigni, pro eorum culpis & exceſſibus ſunt remoti: ſtatuimus, ut nullus deinceps presbyter alienus ad regimen & ad curam animarum, loco coadjutoris, vel Vicarii, aut ſocii, per paſtores Eccleſiarum, vel Capellarum, aut altarium rectores aſſumatur abſque literis teſtimonialibus proprii Epiſcopi, profitentis talem rite, ſecundum claves Eccleſiæ ordinatum eſſe, & executionem ſui officii habere, ita quod per Decanos Chriſtianitatum, in quorum Decanatibus aſſumi deſiderant, examinati tunc demum admittantur tales, cum in his inventi fuerint idonei, ut dictum eſt. Paſtores vero & capellani, ac altarium rectores noſtræ Diœceſis, qui his ſpretis, aliquem clericum

ignotum, dicentem ſe presbyterum, aſſumpſerint, excommunicationis ſententiam, niſi intra ſex dies a ſe talem amoverint, ſe ex tunc hoc ipſo facto noverint incurſuros, & alias pro modo culpæ, canonice puniendos.

IV. De illis, qui plura beneficia acceptant & habent in una eademque Eccleſia.

Cum item ſanctiſſimus pater, Dominus Bonifacius octavus, ſummus Pontifex, inter cætera ſtatuerit, ne aliquis deinceps, niſi unicum perſonatum, dignitatem, præpoſituram, adminiſtrationem, vel officia perpetua, quocunque nomine cenſeatur, cum præbenda inſimul, absque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ in eadem Eccleſia obtinere, vel jam obtenta tenere valeat: & ſi a quocunque ſecus præſumptum fuerit, illud irritum ſit omnino: nos quia nonnulli in obſervatione hujusmodi ſtatuti ſe exhibent negligentes, in ipſorum negligentiam ſupplere cupientes, mandamus vobis univerſis, ad quos talium ordinatio, ſeu collatio ſpectare dinoſcitur, ne deinceps talia faciant & attentent, ſed ea perſonis intra tempus legitimum habilibus conferant. Alioqui nos eadem conferemus.

V. De teſtamentis Clericorum.

Præcipimus, ut ſacerdotes denuncient ſuis ſubditis, quod omnes, quibus a jure inhibitum non eſt, liberam teſtamenti condendi habeant facultatem. Et clerici bona, maxime immobilia & quæ per Eccleſiam ſunt adepti, ſive per modum teſtamenti, ſive alias, non transferant ad filios, vel nepotes, aut ad alios ſuos conſangvineos, ſed relinquant ea Eccleſiæ, a qua ſunt profecta. Sed intuitu eleemoſynæ, pauperibus, religioſis & piis locis, & illis, qui ipſis ſervierunt, ſive conſangvinei ſint, ſive alii, aliqua juxta ſervitii meritum de mobilibus dare poſſunt. De aliis vero bonis, quæ ex hæreditate, artificio, vel doctrina, vel alias non ex bonis eccleſiaſticis ad clericos pervenerint, clerici poſſunt diſponere pro ſuo arbitrio. Excommunicamus & excommunicatos denunciamus omnes clericos, qui bona mobilia Eccleſiarum, filiis ſuis, nepotibus, vel conſangvineis ſeu aliis conferunt, vel in ipſos transferunt, & ab Eccleſia alienant ſua propria voluntate, & ſine conſenſu noſtro.

VI. De teſtamentis laicorum, & quorum debeant admoneri per ſacerdotes.

Præcipimus & monemus, ut laici in præſentia ſui ſacerdotis teſtamenta ſua faciant, niſi improviſa neceſſitas emerſerit. Item omnibus ſacerdotibus præcipimus, quod hortentur omnes clericos & laicos teſtamenta ſua facere, & quod non differant usque ad anguſtiam mortis, ſed ea faciant, dum adhuc compotes ſunt ſuæ mentis & corporis. Et in teſtamentis faciendis conſulant Sacerdotes ſuis ſubditis, quod declarent ſua debita & forefacta, & quod ex primo reſtitui faciant, ſeu præcipiant de bonis ſuis: & quod poſtmodum legent aliqua fabricæ Eccleſiæ totius civitatis & diœceſis Colonienſis & ſuæ parochiali Eccleſiæ: & etiam religioſis & piis locis & pauperibus aliis ſecundum arbitrium teſtantis.

VII. De Legatis fabricæ Eccleſiæ Colonienſis & de pœna celantium legata.

Si quis vero fabricæ Eccleſiæ S. Petri, & parochiali Eccleſiæ ſuæ aliquid legaverit in ſuo teſtamento, eidem viginti dies de injuncta ſibi pœnitentia relaxamus. Et fiant teſtamenta parochianorum publice & coram diſcretis perſonis. Et cum aliqua Eccleſiæ S. Petri legantur, hoc Presbyter ſignificet Coloniæ Procuratori fabricæ, & nomina eorum, qui prædictæ fabricæ legata fecerint intra menſem. Suſpendimus autem, & ſuſpenſos denunciamus omnes presbyteros, qui celant legata fabricæ prædictæ, niſi ea procuratori ejus denuncient intra duos menſes a tempore ſcientiæ: excommunicamus etiam omnes laicos, qui celaverint prædicta legata.

VIII. Quod quilibet poteſt in lecto infirmitatis condere teſtamentum, & legare proprietatem, retento uſufructu, non obſtante quocunque ſtatuto.

Quoniam autem in aliquibus locis noſtræ diœceſis quædam conſvetudo inolevit, quæ dicenda potius eſt corruptela, cum ſit contraria rationi, & contra jura canonica & Civilia, videlicet quod judices & Scabini & conſiliarii quorundam oppidorum, dicunt, ſtatuunt, vel judicant & faciunt obſervari, & per conſvetudines tenent, quod nullum teſtamentum, donatio, vel legatum teneat ſuper immobilibus, quod vel quæ a decumbentibus in lecto, in pios uſus, vel alias perſonas, fuerit factum vel facta; nec etiam quod vel quæ fiunt ab aliquo per applicationem proprietatis in pia loca, vel alias perſonas, retento a donatore, ſeu teſtatore uſufructu, niſi ab eodem uſusfructus cum proprietate transferatur & deferatur: nos huic manifeſto errori obviare volentes, conſvetudines prædictas ſeu ſtatutum, reprobatas, ſeu reprobatum penitus reprobamus: ſtatuentes etiam, quod quilibet tam ſanus, quam infirmus, qui liberam habet a jure teſtamenti factionem, & compos mentis extiterit, libere poſſit condere teſtamentum & donare & legare, tam proprietates, quam uſumfructum; vel proprietates, retento ſibi uſufructu, & etiam utrumque, tam proprietates quam uſumfructum: & ſecundum ejus voluntatem & diſpoſitionem procedant univerſa præmiſſa, cum ultima voluntas libera eſſe debeat: & liberum, quod non redeat, arbitrium.

IX. Pœna contra contrarium ſtatuentes.

Præcipientes diſtrictius, quod ſi in aliqua parochia aliquando Judices, Scabini, vel Conſiliarii, ſecundum dictas conſvetudines, ſeu ſtatutum reprobatas, ſeu reprobatum, judicaverint & fecerint obſervari, denuncientur officiali noſtro, & ipſe officialis contra prædictos tam ſcabinos quam Conſiliarios & partem ad hoc inſtantem nominatim procedat.

X. De Inventario faciendo per manufideles & quando liceat apprehendere bona, inventario non confecto.

Verum quia Executores ſeu manufideles teſtamentorum nonnunquam in executionibus teſtamentorum perperam procedentes, bona ad executiones teſtamenti pertinentia, clam ſurripiunt & celant, & poſtmodum cum rationem executionis ſuæ facere debent, negant ſe habere bona, quanta receperunt, furtum & rapinam committentes & ultimam voluntatem defuncti minime exequentes: nos malitiis talium obviare volentes, ſtatuimus & ordinamus, quod nullus executorum, ſeu manufidelium, bona teſtatoris ad executionem ſuam pertinentia invadat, vel recipiat, vel de eisdem aliquatenus ſe intromittat, niſi facto prius inventario: id eſt quadam ſcriptura, in qua continebuntur, quæ & qualia bona teſtator poſt ſe reliquerit, ad executionem prædictam pertinentia, quæ ipſe executor ſeu manufidelis recipiet, & levabit. & debita forefacta, & legata ipſius teſtatoris reſtituens, adimplebit. Et illud inventarium fiet per probos viros & idoneos videlicet per presbyterum, & duos Scabinos loci, vel Synodales non ſuſpectos, & ſigillabit ſub ſigillo presbyteri vel alicujus authenticæ perſonæ, unde executores petant a teſtatore, ſi poterit fieri, quod ipſos de bonis ſuis & de debitis ſuis certificet. Nam in hoc ſtabitur aſſertioni teſtatoris. Et nos excommunicamus & excommunicatos denunciamus omnes executores, ſeu manufideles, qui bona decedentium, quorum ſunt executores, prius non facto modo prædicto inventario, invadunt & recipiunt & levant. Et nihilominus ipſi executores & manufideles, ſi bona prædicta non facto inventario levaverint, dum a Creditoribus, ſeu a legatariis defuncti, ratione dictæ executionis conveniuntur, in ſolidum tenebuntur & condemnabuntur: exceptis rebus, quæ ſervari non poſſunt, quas res, ſi neceſſitas exegerit, executores alienare poterunt, non facto inventario in præſentia Sacerdotis loci, vel duorum, vel trium Scabinorum, vel Synodalium, vel fide dignorum: & pecuniam de dicta receptione ipſi executores deponant in certo loco, nec ea utantur, niſi dicto inventario facto. Alioqui dictas excommunicationis ſententias incurrant. Et ſi defunctus aliquod debitum ſub pœna ad uſuras, ſeu ad alia pericula, vel ad alia damna debeat: poterunt executores ſeu manufideles de bonis defuncti ſolvere debitum, pœnam, uſuras, & alia pericula & damna extingvendo, non facto etiam inventario, ſi ipſum inventarium commode fieri non poteſt. Et ſi debitum, pœna, uſura, ſeu aliis impedimentis inſtantibus, ſunt augmentanda, vel etiam exequiæ dicti defuncti fuerint faciendæ: hoc tamen fiat in præſentia Presbyteri, duorum, vel trium Scabinorum, Synodalium vel aliorum proborum: alioqui dicta excommunicationis ſententia ligentur: Si vero Presbyter loci fuerit executor, tunc faciat fieri inventarium ipſum in præſentia decani loci, vel alterius authenticæ perſonæ, duorum, vel trium Scabinorum, Synodalium & aliorum proborum. Præcipimus etiam Sacerdotibus loci & ipſis executoribus, ſeu manufidelibus, quod copiam Inventarii prædicti referant nobis intra duos menſes, ſi intra diœceſim noſtram fuerimus: alias noſtro officiali a tempore quo factum fuerit. Et præcipimus hoc per noſtrum officialem regiſtrari, nec aliquid recipiatur pro ſigillo. Cum autem teſtator deceſſerit, ipſi executores ſeu manufideles, facto inventario, bona ad executionem pertinentia apprehendant & exequantur ultimam voluntatem dicti defuncti, faciendo proclamari in loco, in quo morabatur defunctus, & pluries eſſe & converſari conſvevit, ut & omnes creditores ipſius defuncti & a quibus aliqua extorſerat, compareant certa die ſua debita oſtenſuri: & tunc ipſi executores, ſeu manufideles, primo creditoribus a quibus quid injuſte extorſerat ſatisfaciant: & de reſiduo ſatisfaciant legatariis, cuilibet pro rata bonorum defuncti: & officialis noſter per cenſuram Eccleſiaſticam compellat executores & heredes defuncti, ad implendam & exequendam ultimam defuncti voluntatem.

XI. De bonis Clericorum decedentium, & de hujusmodi bonis ſe intromittentibus.

Sed quia nonnulli terrarum domini, Judices & alii officiarii laici, bona Clericorum noſtræ diœce-

diœceſis decedentium ex teſtamento, vel ab inteſtato, authoritate propria & violenter rapiunt, occupant & arreſtant, in præjudicium eccleſiaſticæ libertatis, quo minus decedentium ultima voluntas, pro ſalute animarum eorundem decedentium, valeat adimpleri: nos tam præſumptuoſos exceſſus corrigere volentes, monemus omnes nobiles, Judices terræ, advocatos, terrarum dominos, & laicos quoscunque, ne deinceps talia attentare præſumant. Contrarium facientes, quos ipſo facto ex tunc in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos in Eccleſiis veſtris, & præcipue in parochiis, in quibus talia perpetrantur, & in quibus tales morantur, vos univerſi rectores eccleſiarum publice nuncietis. Quam excommunicationis ſententiam, ſi per quindenam, poſt hujusmodi delictum perpetratum, animo ſuſtinuerint indurato, diſtrictum, ſive terram, ſi dominus terræ eſt, alioqui locum, ubi talia perpetrata noſcuntur, ubi forefactores tales manſerint eccleſiaſtico ſupponimus interdicto.

XII. De manifeſtis uſurariis.

Excommunicamus & excommunicatos denunciamus, omnes uſurarios manifeſtos: & ſingulis diebus Dominicis & feſtivis a quolibet ſacerdote denuncientur excommunicati. Nullus ſacerdos oblationes manifeſtorum uſurariorum recipiat, nec ad communionem eos admittat: niſi ſatisfaciant de uſuris ſecundum conſtitutionem felicis recordationis Domini Gregorii Papæ decimi, quæ incipit: Quamquam uſurarii. Nullus teſtamentis manifeſti uſurarii interſit, nec ad pœnitentiam & communionem eos admittat: niſi de uſuris ſatisfecerint, ſecundum formam conſtitutionis dicti Domini Papæ. Et teſtamenta manifeſtorum uſurariorum, qui ſecundum formam dictæ conſtitutionis non ſatisfecerint, de uſuris, nulla ſint ipſo jure. Dum autem manifeſti uſurarii ſecundum formam dictæ conſvetudinis ſatisfecerint adSacramenta eccleſiaſtica non admittantur.Manifeſtos autem uſurarios dicimus, de quibus per ſententiam, vel per confeſſionem factam in jure, aut evidentiam, quæ aliqua tergiverſatione non poteſt celari, conſtiterit evidenter. Et illos etiam, qui ſuper uſuris diffamati, intra tempus ſtatuendum ab eo, qui ſuper hoc habet poteſtatem, ſe non purgaverint, reputamus pro manifeſtis uſurariis puniendos. Præcipimus etiam ſingulis ſacerdotibus parochialibus, quod moneant in parochiis ſuis frequenter in generali & in ſpeciali, de quibus conſtiterit, uſurarios & infamotos publice de uſuris, ac contractus illicitos præemptionum exercentes, ut ab uſuris & talibus contractibus deſiſtant intra ſeptem dies a tempore dictæ monitionis. Alioqui ipſi ex tunc dicti uſurarii & præemptores excommunicentur in ſpeciali, de quibus conſtiterit, & de quibus non conſtiterit, in generali: & diffamati, ſi ſe non expurgaverint, pro convictis habeantur.

Et ſi taliter moniti & excommunicati deſiſtere noluerint, nominatim excommunicentur & nomina eorundem noſtro officiali referantur, ſalvo jure noſtro & archidiaconi in præmiſſis. Præcipimus etiam conſtitutiones dicti Domini Papæ, contra uſurarios alienigenas editas, firmiter obſervari. Sacerdotes non permittant quæſtionarios, Goliardos, vel quoscunque alios ignotos, intra parochiam ſuam in Eccleſia, vel in via vel in platea, vel in quibuscunque locis parochiæ ſuæ prædicare vel oſtiatim deferre indulgentias pro quæſtu faciendo. Sed tales & omnes, qui eis aſſiſtunt, presbyter loci excommunicet, & ad removendum ipſos invocet auxilium brachii ſecularis, ſi neceſſe fuerit.

XIII. Ne quæſtus fiat in Eccleſia, vel via publica, per concionatores quæſtuarios.

Sacerdotes non permittant prædictores quæſtionarios celebrare ſuper arcas, vel pulſare campanulas manuales per vicos neque in Eccleſia, & ipſi presbyteri ſingulis diebus Dominicis & feſtivis moneant parochianos ſuos, & etiam ſub pœna excommunicationis inhibeant eisdem, ne tales audiant, propter pericula hæreſium & errorum, quos ſæpius ſæminant. Et ſi quis tales viderit, denunciet presbytero: & presbyter faciat eos teneri per juſtitiam ſecularem, & nobis remitti. Præcipimus etiam, quod Eccleſiæ interdictæ a nobis, noſtro capitulo, archidiacono loci, vel officiali, ſeu quocunque judice ordinario, nullatenus aperiantur, nec quacunque autoritate, pro quocunque quæſtu faciendo, niſi de ſpeciali mandato noſtro.

XIV. Ne aliquis detineat legata fabricæ majoris Eccleſiæ Colonienſis.

Monemus item omnes ſacerdotes & alios quoscunque noſtræ diœceſis, qui eleemoſynas fidelium ad opus fabricæ Eccleſiæ majoris Colonienſis collatas detinent, quod intra menſem ſatisfaciant de eisdem Procuratori, ſeu Procuratoribus dictæ fabricæ. Alioqui ipſos ſuſpendimus: & ſi per octo dies dictam ſuſpenſionem ſuſtinuerint, ipſos excommunicamus, & etiam omnes illos, qui dictas eleemoſynas ſurripuerunt, celaverunt & diſtraxerunt, ſurripiunt, celant & diſtrahunt, in fraudem dictæ fabricæ Colonienſis.

XV. Ut

XV. Ut unusquisque promoveat fabricam majoris Eccleſiæ Colonienſis.

Item præcipimus & injungimus univerſis presbyteris Colonienſis diœceſis, ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, quatenus dictum negotium fabricæ apud ſuos ſubditos promoveant diligenter & fideliter inEccleſiis, teſtamentis & confeſſionibus. Et ſi qui pro hujusmodi negotiis ſuſpenſi vel excommunicati fuerint, non abſolvantur, niſi per nos ſeu noſtrum officialem.

XVI. De laicis proviſoribus ſtructurarum Eccleſiaſticarum.

Item ſtatuimus, quod laici proviſores parochialium Eccleſiarum, qui pro conſervatione ſtructurarum, luminarium & comparatione ornamentorum inſtituuntur, certis ad hoc vel non certis redditibus deputatis, nihil ordinent vel diſponant, absque conſilio Plebanorum: & quod bis in anno, videlicet in craſtino beatæ Margaretæ, & beati Petri ad cathedram, de adminiſtratione ejus commiſſa plebanis ſuis teneantur reddere rationem; ut ſi quid inordinate egerint, per ipſos plebanos, pro utilitate Eccleſiarum ſuarum prout ſecundum Deum & ſuas conſcientias expedire viderint, corrigant & reforment.

XVII. Ne Campanarii ſint illiterati.

Prohibemus item ne deinceps Campanarii in villis & Eccleſiis parochialibus ibidem aſſumantur, niſi literati, qui in defectu reſpondentis ad altare cum camiſiis lineis aſſiſtant, in miſſis deſervientes presbytero, ne miniſtrator careat ſocio ſibi reſpondente.

XVIII. Contra falſarios monetarum, & eorum receptores.

Quia nonnulli in diverſis partibus noſtræ diœceſis falſas, ſeu adulterinas monetas cudunt, & cudifaciunt, propter quod respublica læditur, & damna plurima ſubjectis noſtris & toti Provinciæ inferunt: unde in hac noſtra Synodo ſtatuimus, & ſub pœna excommunicationis præcipimus, ut ubicunque tales falſarii reperti fuerint, tam ipſi falſarii, quam receptores eorundem, cujuscunque ſint ſtatus, vel gradus, aut dignitatis, per plebanos locorum moneantur, ut a talibus prorſus deſiſtant, & indilate. Ipſique qui in ſuis diſtrictibus eosdem falſarios recipiunt, & tuentur, eos falſarios removeant, nullatenus reverſuros: alioqui ipſi falſarii & eorundem receptores, quos poſt triduum ab hujusmodi monitione numerandum, in his ſcriptis excommunicamus, excommunicati publice nuncientur: & ceſſari in locis, ubi talia committuntur, quamdiu falſarii ibi ſteterint, præcipimus a Divinis.

XIX. Ne aliquis exequatur mandata indebite: ſeu de reſcriptis.

Quamvis reſcripta ſtricti juris ſint, nec ad alias perſonas, quam quæ eisdem continentur expreſſe, aliquatenus extendantur: nonnulli tamen hujusmodi reſcriptis in caſibus a jure non conceſſis, abutuntur, & ſua mandata dirigunt, & ſententias de facto fulminant contra aliquos, ad quos eorundem jurisdictio nullatenus ſe extendit. Volentes igitur talibus nefandis auſibus obviare, ſtatuimus & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis firmiter prohibemus, ne aliquis deinceps ſubditorum noſtrorum, cujuscunque ſtatus, ſeu conditionis, aliqua mandata alicujus Judicis delegati contra perſonas in authentico non expreſſas, recipiat aut executioni demandet, etiamſi narretur in mandato caſus a jure conceſſus, niſi ſuper hoc prius a nobis, vel officiali noſtro, habita & obtenta licentia ſpeciali: cum talia mandata contra alias perſonas plerumque ex malitia & odii fomite procedere videantur. Illum autem, quod hujusmodi mandata contra alias perſonas emiſerit in caſu a jure non conceſſo, aut per nos non admiſſo, vel per officialem noſtrum non approbato, propter hoc excommunicationis ſententiæ, quam in his ſcriptis ferimus, decernimus ſubjacere.

XX. Contra ſuſpendentes tedas, vel literas comminatorias ad portas, ſeu fores.

Quia vero nonnulli, ut intelleximus, tedas & literas annexas ante portas & januas aliquorum religioſorum, & granges eorum, ſuſpendere non formidant, in quibus incendia, homicidia & alia damna & maleficia ſe illaturos eis, ante quorum ædificia dictas literas & tedas ſuſpendunt, inferre publice comminantur, niſi intra certum terminum eisdem malefactoribus aliqua pecuniæ ſumma pro ipſorum arbitrio perſolvatur: nos talibus maleficiis, quantum poſſumus, obviare volentes, præcipimus univerſis Eccleſiarum rectoribus, quod ſingulis diebus Dominicis & feſtivis hujusmodi malefactores & dictarum literarum ſcriptores, fautoresque, opem & operam dictis malefactoribus præſtantes & omnes, qui præmiſſa ſciverint, vel conſcii fuerint, niſi nobis, vel pœnitentiario noſtro revelent intra octo dies, poſtquam talia intellexerint, quos in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos publice denuncient & præciant ab omnibus arctius evitari & revelari eosdem.

XXI. Contra detentores cerocenſus.

Item præcipimus, ut univerſi Eccleſiarum rectores moneant omnes cerocenſuales Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, quocunque nomine cenſeantur, qui cerocenſum debitum ſubtrahunt & non ſolvunt, & qui dictum cerocenſum hactenus non ſolverunt: quod de ſubtractis ſatisfaciant intra menſem; & deinceps debitis temporibus & ſtatutis perſolvant dictum cerocenſum, ut tenentur. Alioqui dictos ſubtrahentes & non ſolventes, quos excommunicamus in his ſcriptis, excommunicatos publice nuncient ſingulis diebus Dominicis & feſtivis.

XXII. Quibus horum ſtatutorum copia neceſſario habenda.

Præcipimus etiam omnibus Decanis Chriſtianitatum & plebanis locorum ut, præmiſſorum omnium copiam a ſigillifero Curiæ noſtræ Colonienſis intra quindenam recipiant, & ſibi fieri procurent ſub correctione debita: alioqui contrarium facientes, quos ex nunc, prout ex tunc excommunicamus in his ſcriptis, excommunicationis ſententiæ volumus ſubjacere. Item Decani Chriſtianitatum, nomina plebanorum ſui Decanatus ad præſens abſentium, nobis vel officiali noſtro dent in ſcriptis ſub pœna prædicta.

LIV.

Des Röm. Königs Alberti I. Atteſtatum, daß die Stadt Cölln gegen die von Ertz-Biſchoff Wichboldo zu Cölln erhaltene Confirmation ihrer Gerechtſamen und Privilegien, ſich anheiſchig gemacht, alle des Ertz-Stiffts Privilegien und Freyheiten ohngekränckt zu obſerviren, de Anno 1302.

ALbertus, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus ſalutem, & infra ſcriptorum cognoſcere veritatem; Ne ea, quæ in noſtræ Majeſtatis præſentia fiunt & geruntur, præcipue tamen illa, quæ ſacri Romani Imperii & noſtros Principes eorumque Principatus & jura contingunt, lapſu temporis evaneſcant, ſeu inverſionis ingenio varientur ipſa ſcripturarum ſerie ad futurorum memoriam duximus transmittenda, univerſali veſtræ notitiæ declarantes, quod cum Venerabilis Wichboldus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, Princeps noſter dilectus, prudentibus civibus Colonienſibus jura, libertates & bonas ipſorum conſvetudines, quibus hactenus ſunt gaviſi, ad inſtantiam noſtram Regiam his diebus litteris ſuis patentibus confirmavit, ita videlicet, ut etiam Archi-Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ Colonienſi per ipſos cives, jura & libertates ſuæ inconvulſæ & inviolabiliter e converſo ſerventur, præfati cives in noſtræ Majeſtatis conſpectibus conſtituti, ſuo & univerſitatis, communisve Civitatis Colonienſis nomine proteſtati ſunt, & publice voluntate ſua bona, & libera deliberatione prævia firmiter promiſerunt, quod ipſi Cives, Judices, Scabini, Conſilium & commune Civitatis Colonienſis præfato Wichboldo Archi-Epiſcopo & Eccleſiæ memoratæ omnia Jura, omnesque libertates, ac bonas & honeſtas conſvetudines, quæ & quas eidem hactenus habuerunt, & impræſentiarum obtinent, ab Imperatoribus, Regibus & Archi-Epiſcopis rationabiliter conceſſas, novas ſimiliter & antiquas, ſcriptas pariter & non ſcriptas, abſque dolo, tam infra civitatem Colonienſem, quam extra inviolabiliter obſervabunt. Acta ſunt hæc præſentibus Venerabilibus Gerhardo Moguntino Archi-Epiſcopo, Emicho, Friſingenſi, & Sifrido Curienſi Eccleſiarum Epiſcopis, principibus noſtris, Viris ſpectabilibus Theodorico, Clivenſi, Gerhardo Juliacenſi, & Everhardo de Catzen ellenbogen Comitibus, Joanne Hardernſt, Brunone fratre ſuo, Francone de Cornu, Joanne dicto Scherveken. Civibus Colonienſibus & aliis quampluribus Nobilibus & fide dignis perſonis, in cujus proteſtationis & promiſſionis teſtimonium, ac etiam firmitatem hanc paginam ſæpedicto Archi-Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ Colonienſi ſigilli noſtri Regii dedimus munimine roboratas; Et Nos Gerhardus Dei Gratia Moguntinus Archi-Epiſcopus, Emicho Friſingenſis, & Sifridus Curienſis Eccleſiarum Epiſcopi ſæpe dicti recognoſcentes nos præmiſſis interfuiſſe, & ea ſic per omnia acta Sigilla noſtra ſcriptis præſentibus ad præmiſſorum cautelam & evidentiam ampliorem duximus apponenda. Datum in Caſtris prope Coloniam Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo, in die Beati Severini Epiſcopi, Indictione prima, regni vero noſtri Anno quinto.

LV.

LV.

Ejusdem anderweites Atteſtatum in eadem re, de Anno 1302.

ALbertus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus ſalutem, & infra ſcriptorum cognoſcere veritatem. Ne ea quæ in noſtræ Majeſtatis præſentia geruntur & fiunt, præcipue tamen illa, quæ Sacri Romani Imperii & noſtros Principes eorumque Principatus ac Jura contingunt, lapſu temporis evaneſcant, ſeu inverſionis ingenio varientur, ipſa ſcripturarum ſerie ad futurorum memoriam duximus transmittenda, univerſitatis veſtræ notitiæ declarantes; Quod cum venerabilis Wichboldus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, Princeps noſter dilectus, prudentibus Viris, civibus Colonienſibus Jura, libertates, & bonas ipſorum conſvetudines, quibus hactenus ſunt gaviſi ad inſtantiam noſtram regiam, his diebus litteris ſuis patentibus confirmavit, ita videlicet, ut eidem Archi-Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ Colonienſi per ipſos Cives, jura, & libertates ſuæ inconvulſe e converſo ſerventur, præfati cives, univerſitas, commune quoque civitatis Colonienſis in noſtræ Majeſtatis conſpectibus conſtituti, proteſtati ſunt, & publice coram nobis promiſerunt, quod præfato Wichboldo Archi-Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ, nec non Capitulis, Clericis, Vaſſallis & miniſterialibus univerſis Eccleſiæ memoratæ omnia jura, privilegia, omnesque libertates & bonas ac honeſtas conſvetudines, quæ & quas iidem habuerunt, & in præſentiarum obtinent, ab Imperatoribus, Regibus & Archi-Epiſcopis rationabiliter conceſſas, novas ſimiliter & antiquas, ſcriptas pariter & non ſcriptas absque dolo tam infra civitatem Colonienſem, quam extra inviolabiliter obſervabunt. Acta ſunt hæc in Palatio Archi-Epiſcop prædicti in Civitate Colonienſi conſtituto, præſentibus nobilibus Viris Gerhardo, Juliacenſi, Everhardo de Marca, Everhardo de Katzenellebogen, Comitibus, Joanne, Domino de Lichtenberg, Advocato noſtro per Alſatiam, Joanne de Kuix, Gerlaco de Dollendorp; Dominis Gerhardo, Advocato Colonienſi, Gerhardo, dicto Roeſt, Brunone & Joanne, dicto Hardernſt, Rutgero & Joanne, dictis Katzen, fratribus, Emundo, dicto Buckerlin, Gerhardo, filii Gerhardi antiqui Comitis, militibus, civibus Colonienſibus ac univerſitate civitatis ejusdem in eodem Palatio congregatis. In cujus rei teſtimonium ac perpetuam firmitatem præſentes litteras præfato Archi-Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ Colonienſi noſtræ Majeſtatis regiæ Sigilli munimine tradimus communitas. Datum & actum in loco ſupra dicto Anno Domini m lleſimo trecenteſimo ſecundo, Sabathi poſt feſtum omnium ſanctorum indictione prima, regni vero noſtri anno quinto.

LVI.

Ertz-Biſchoffs Henrici II. zu Cölln Statuta Synodalia, de Anno 1306.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, id eſt, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Henricus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis Eccleſiarum Prælatis, Rectoribus, Clericis & Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam:

Quoniam humana natura longe prioribus plus ſolito temporibus labitur ad delicta, & humana cupiditas litium mater, & pacis æmula, diſcordias & diſſenſiones adinvenit, quibus humana quies, Eccleſiarum & Clericorum libertas opprimuntur: Nos perverſorum actibus finem, quo poſſumus remedio, proſpicere cupientes, ad honorem Dei, Sanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ, nec non Colonienſis & filiarum ejus, pro ipſarum pace & ſalubri ſtatu & libertate ſervanda, prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta ordinaria confirmamus, & de conſilio & aſſenſu capituli noſtri & Prælatorum Colonienſium ſtatuta edimus infra ſcripta.

I. Contra Beggardos & Beggardas, Apoſtolorum nomine ſe vulgo inſinuantes, novamque ſub umbra paupertatis religionem ſimulantes, contraque illorum errores.

Licet S. Patres conſulta prohibitione ſtatuerunt, ne quis novæ religionis, quam Sedis Apoſtolicæ Authoritas non firmaſſet, ſibi propria temeritate aſſumeret: ſed ſi frugem vitæ melioris concupiſceret, unam ſibi aſſumeret de Religionibus approbatis: quidam tamen (neſcientes uti conceſſis) Laici mares & fœminæ, idiotæ prorſus, ad illicita frena laxantes, ſuperſtitioſis adinventionibus ſatagunt invenire novos ritus & habitus ſive mores in diſcrimen multorum, cum ſcandalum & diſcordiam plerunque pariant novitates: novumque vivendi

vivendi modum & habitum ſub paupertatis umbra tenentes Beggardi & Beggardæ, & Apoſtoli videlicet vulgariter appellati, contra ſanctorum Patrum & Sedis Apoſtolicæ Sanctiones, quæſtum publicum (eis prohibitum) via prohibita vendicantes victualia manibus quærere, prout conſveverant; non curando, in Religioſorum (qui in ſanctæ Religionis habitu, per ſacroſanctam Romanam Eccleſiam approbatæ, Domino famulantur, per quorum ſtudium Vinea Domini culta, centuplicatos creſcit in fructus) diſcrimen, Chriſtianæ Religionis & orthodoxæ Fideī detrimentum: nonne qui contra ſanctorum Patrum Edicta & Sedis Apoſtolicæ ſanctiones moliuntur taliter, de hæreſi ſuſpectos notorii ſceleris eorum præſumptuoſa temeritas notat? qui more hoſtis antiqui, ſe in Lucis Angelum transformantis, (2. Cor. 11.) multorum animas decipiunt & ſeducunt, cum Eleemoſyna talibus in charitate non exiſtentibus (quos Canonum cenſura excommunicationis pœna ipſo facto percellit) facta, ſit vacua atque vana. Et non obſtante, quod verbum Dominicum ad primum hominem eſt translatum: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: (Gen. 3.) Quod ad fortes & ſui compotes, moraliter intelligitur eſſe dictum: & tales in ocio victum vendicantes, Eleemoſynas rapiunt, quæ infirmis & debilibus fuerant pauperibus miniſtrandæ: Immo ſcriptum eſt: Sudet Eleemoſyna in manu tua, donec reperias juſtum cui des eam. Sed forte tales aſſerunt ſe eſſe juſtos. Sed reſpondeant, cujus teſtimonio & Judicio, eorum eſt Juſtitia comprobata. Non Eccleſiæ, in Chriſto Dei, Apoſtolorum & Sanctorum ſangvine dedicatæ; In cujus ſcandalum, infirmorumque & debilium Pauperum detrimentum, ſub paupertatis umbra novum vivendi ritum & habitum invenerunt: in quam judicandi & diſcernendi inter juſtum & impium authoritas in Petri perſona eſt translata: cui dicitur, quodcunque ligaveris & ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & ligatum in cœlis (Matth. 16.) quaſi dicens: quem juſtificaveris, approbamus: & quemcunque damnaveris impium reprobamus. Ceſſet ergo horum vana religio, & celeri converſione judicio Eccleſiæ ſe ſubmittant. Vere hi Canonum contemptores, in Spiritum Sanctum (a quo formam Chriſtiana religio & vivendi ſumpſit exordium) graviter delinquere comprobantur, cum videlicet Spiritus ſancti inſtinctu, per ora ſanctorum Præſulum ſacri ſint Canones inſtituti. Hi ſunt Hypocritæ triſtes, a quibus in Evangelio (Matth. 6.) dicitur eſſe cavendum, qui facies ſuas exterminant, ut appareant hominibus jejunantes. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus agitatæ, quibus umbra mortis & caligo tenebrarum, juxta verbum veritatis prolatum Apoſtolicæ vocis oraculo, reſervatur (Judæ I.) Quorum aliqui a veritatis & fidei orthodoxæ comperti ſunt tramite deviare, & errores & Zizania ſeminare. Quos, ut omittamus, eorundem errores aliquos ſcripti præſentis teſtimonio ad futurorum memoriam publicamus. Mendaciter enim & falſo dicunt: Qui non ſequitur me non poteſt ſalvari, quia non ſoleo peccare: ſe ex hoc Divinitati ſimiles mentiendo, more Satanæ, qui ſuperbia propria corruit de cœlo proſtratus, (Eſa. 14) cum potius tales ſub peccatorum labe marceſcant: Qui montem, id eſt, Chriſtum ineffabilem ſapientiam, tangere, id eſt erroribus lacerare (a quo lapidabuntur, id eſt, hic & in futuro, ignis incendio cremabuntur) & irritare, intrepide præſumpſerunt. Ajunt etiam: Niſi mulier virginitatem in matrimonio deperditam, doleat, & dolendo deploret, ſalvari non poteſt: Quaſi matrimonium ſit peccatum, cum tamen ipſum ante peccatum in loco ſancto, a ſanctorum ſanctiſſimo fuerit inſtitutum: (for. & ipſa) quæ virginitas in fœtum ſobolis compenſatur, per quam humana natura (ſtabiliter (ſtabilitate perdurat: quam aſſumere ipſe dignando, paulo minus ab Angelis minoratus, creaturis cæteris prædotavit. Item ore prophano, lingva ſuper terram currente, blaſphemant Deum fore in quadam perditione, qui tam pie, quam miſericorditer, ut nos redimeret, voluit incarnari, cum divina natura peccati & corruptionis neſcia, paſſa diminutionem, ſeu alterationem non fuerit ſed illibata perſiſtens una in duabus naturis ſubſtantia, accepit ipſe de noſtro ut divinitatis ejus participes fieremus. Horum etiam aliqui contra Legem & Prophetas erroribus inſultantes, dicunt, quod quilibet habens uxorem legitimam cauſa ſequenti Deum propria voluntate, eam, invita ea, poſſit dimittere contra ſanctorum Patrum decreta, & doctrinam Apoſtoli, (1. Cor. 7.) prohibentis ab invito uxorem viro, & virum ab uxore ſine cauſa dimitti ſcriptum eſt: (Matth. 19.) Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. Ex quo oſtenditur, fore indiſſolubile (indiviſibile) ſine cauſa matrimonii ſacramentum: per quam Authoritatem divinam, Eccleſiæ Primatibus (quorum eſt in talibus Judicium expectandum) ſine cauſa diſſolutio hujusmodi eſt inter-

interdicta: quanto magis ſubditis ſimplicibus, quorum non eſt judicare, ſed potius judicari?

II. De Inſtantia Hæreticorum ſupradictorum, quæ poſſet fieri.

Sed forte dicunt: Qui Spiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege. (Rom. 8. & Gal. 5.) At reſpondeant, quomodo Spiritu Dei agantur, qui contra Spiritum Dei agunt, prohibentis virum ab uxore, & e converſo, ſine cauſa dimitti, judicio Eccleſiæ approbata, ut ſuperius eſt probatum. Verum dicunt, quod hoc cælitus ſit eis revelatum, ſed quomodo ſciunt, quod hæc revelatio ſit cæleſtis, cum Satan in Lucis Angelum ſe transformet? (2. Cor. 11.) Sed forte inſtabunt, quia ſcriptum eſt? (1. Timoth. 1.) Lex non eſt poſita juſto, juſtos ſe eſſe & ſine peccato, jactantes. At erubeſcant profecto impii, attendentes Apoſtolum Paulum egregium Eccleſiæ Doctorem, Electionis vas, Spiritu Sancto plenum, qui (1. Cor. 4.) ait: Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum, & alibi beatiſſimus Joannes (1. Joan. 1.) Si enim dixerimus quod peccatum non habeamus, nos ipſos decipimus. Et ſanctus Job (Cap. 9.) de ſe ipſo loquens, inquit: ſi ſimplex (id eſt, juſtus) fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Hi ſunt hæretici, qui fœdus Chriſtiānæ Religionis diſſolvere moliuntur. Item dicunt, fallaciter mentientes, ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, cum tamen inter decem Præcepta, Dei digito deſignata, Moſi à Deo tradita in montis exceſſo, expreſſe fornicatio fuerit interdicta: & qui fornicari prohibuit, inter ſimplicem fornicationem & aliam non diſtinxit. (Devt. 13.) Hanc etiam ſanctorum (Relatio) Regulæ & canones interdicunt & ſimpliciter prohibita, quia mala, generaliter vetita comprobantur: & quod non eſt ſanctorum decreto ſancitum, ſed potius interdictum, non eſt ſuperſtitioſis, contrariis, falſis ad inventionibus præſumendum. Quos errores præſentibus refutamus, talesque excommunicatos & hæreticos judicamus, & niſi celeriter & publicè reſipiſcant, ſeculari judicio comprimendos. Et quod amaricata mente ferimus, eorum aliqui Laici ac literas neſcientes, Prædicatoribus & Minoribus in ſermonibus eorum & prædicationibus publicis (quibus in agro Theologicæ ſapientiæ continuè laborantibus, Prædicationis verbum per ſacroſanctam Eccleſiam eſt commiſſum, & (myſteriorum) miniſteriorum Dei & fidei ſecreta luceſcunt) non ſine vehementi ſuſpicione pravitatis hæreticæ, publice reſtiterunt in fidelium injuriam & ſanctæ Eccleſiæ, errorum & cæcitatis caliginem in veritatis Lucem ſpargentes, temerè inſultarunt. Quorum inſolentiis & peſtiferis actionibus, quo poſſumus remedio, diſponimus contraire, ne per taciturnitatem, eorum conſentire delictis, & per impunitatem eos favore damnabiliter cenſeamur. Eos igitur omnes & ſingulos præſentibus requirimus & monemus, quatenus intra unius menſis ſpatium, habitu hujusmodi aſſumpto dimiſſo, reſumptoque priori, ad genus vivendi priſtinum revertantur, manibus vitæ neceſſaria juſtis (ut ſolebant) laboribus acquirentes. Alioqui ipſos omnes & ſingulos, eis & eorum cuilibet dicto menſe pro canonica monitione & termino peremptorio currente, in his ſcriptis excommunicamus, & à gremio Matris Eccleſiæ ſeparamus, niſi medio tempore coram nobis cauſam rationabilem oſtenderint, quare id facere minime teneantur. Quod ſi Excommunicationis ſententiam per alios quindecim dies immediate ſequentes animo ſuſtinuerint indurato, contra ipſos tanquam de hæreſi ſuſpectos, ſpiritualiter & temporaliter procedemus: ſub ſimili pœna mandantes, & diſtricte præcipientes omnibus & ſingulis Prælatis, Eccleſiarum Rectoribus, eorumque vicariis noſtræ Civitatis & Diœceſis, quatenus ipſos Beggardos & Beggardas, ac qui ſe Apoſtolos appellant in ſuis Eccleſiis excommunicatos, ex tunc publice denuncient tam diu, donec ſuum recognoſcentes exceſſum, ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ revertantur, & Deo, Nobis & Eccleſiæ condigna ſatisfactione impenſa, à Nobis mereantur abſolutionis beneficium obtinere.

III. Contra hæreticos utriusque ſexus.

Quia verò plus ſolet timeri, quod ſpecialiter interdicitur, quam quod generaliter imperatur: excommunicamus & anathematizamus omnes hæreticos utriusque ſexus, & qui eis dederint conſilium, auxilium, vel favorem, publice, vel occulte, vel qui aliter de fide articulis fidei, Eccleſiaſticis Sacramentis & matrimonio, ſentire, prædicare vel docere præſumpſerint, quam ſervat, docet & prædicat ſacro ſancta Romana Eccleſia, Mater omnium fidelium & Magiſtra.

IV. Contra publicos uſurarios.

Sed & omnes uſurarios, & uſuras publice exercentes, requirimus & monemus, quatenus ſuæ ſaluti proſpicientes, deinceps ab uſurarum actione, quæ animas devorant & aliorum exhauriunt facultates, prorſus abſtineant. Requirimus inſuper omnes ſcabinos oppidorum & locorum quorumlibet, ut tales, niſi reſipiſcant, ab eorum con-

conſortio & cohabitatione repellant. Alioqui contra ipſos ad executionem & obſervationem pœnarum inflictarum eis à Jure, prout juſtum fuerit, procedemus.

V. Contra illos, qui faciunt ſtatuta in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis & Epiſcopalis Jurisdictionis.

Omnes item illos, qui ſtatuta ediderint, vel ſtatuta ſervaverint facta in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis & noſtræ Jurisdictionis, niſi intra menſem ea revocaverint cum effectu, quos Canonum Cenſura ex tunc decrevit excommunicatione nodatos: quæ ſtatuta Nos nihilominus ordinaria Authoritate caſſamus & irritamus, immò caſſa & irrita nunciamus. Et ſi intra menſem à lapſu Menſis prædicti numerandum, ea prout de facto fecerunt maturiori conſilio ſtudeant revocare, eos (canonica monitione præmiſſa) excommunicamus & in his ſcriptis ſtatuimus excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Talesque præcipimus per Eccleſiarum Rectores ſingulis diebus dominicis & feſtivis excommunicatos publice nunciari. Quod ſi in his exequendis iidem Rectores negligentes fuerint, ipſos (trium dierum Canonica monitione promiſſa) in his ſcriptis excommunicamus. Quam ſi animo indurato ſuſtinuerint, contra eos ad privationem Beneficiorum, prout eorum Rebellionis exegerit qualitas, procedemus.

VI. Contra perturbatores jurisdictionis Officialis noſtri, & aliorum Officialium, Jurisdictionem habentium.

Item omnes illos, qui in Conſiſtorio noſtro, vel alias, dum officialis noſter, vel alii Officiales jurisdictionem habentes, præſederint pro juſtitia reddenda, cujuscunque fuerint conditionis, aut ſtatus, in Clericos, Advocatos, Notarios, Procuratores & Officiatos dictæ Curiæ noſtræ, & alios manus injecerint temere violentas: qui que ad hoc eis dederint publice, vel occulte auxilium, conſilium vel favorem, quos Canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere, & niſi intra triduum condignam præſtiterint Emendam, per locorum Rectores (unde fuerint, taliter excedentes) ad denunciationem Officialis noſtri, & aliorum, in eorum Parochiis ceſſetur à divinis, usque quò fuerit ſatisfactum, niſi ſuper ceſſatione cum eis fuerit diſpenſatum.

VII. Contra Prælatos uſurpantes ſibi Jurisdictionem Epiſcopalem.

Monemus item omnes & ſingulos Jurisdictionem habentes & non habentes, ſpecialiter Decanum Tremonienſem, in Vuittene, in Hagene, & in Eſſende Chriſtianitatum Decanos, ne de cauſis ad Nos & Conſiſtorium noſtrum de Jure vel conſuetudine ſpectantibus, maxime matrimonialibus & aliis quibuscunque cauſæ cognitionem exigentibus præterquam in Synodalibus, quocunque modo, cauſa vel colore quæſito, ſe intromittant, diſponant, vel cognoſcant, vel audiant: Sed ad nos, & Officialis noſtri ſine difficultate remittant examen, ſine Canonico decidendas. Qui verò contra fecerint, in noſtram Jurisdictionem falcem mittendo, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſtatuimus ſubjacere, ipſorum ſententias & proceſſus ſuper eis latos & habitos, nihilominus caſſamus & irritamus, caſſos & irritos præſentibus nunciamus. Contra quos ſolerter invigilabimus, ut tales pœna canonica caſtigemus.

VIII. Quod bona Prælatorum & maxime Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, cedunt poſt mortem ſuis ſucceſſoribus.

Cum autem nulli ſanæ mentis in dubium veniat, quin bona mobilia & immobilia à Prælatis quocunque titulo conquiſita, & ad eos dum viverent, pertinentia, poſt eorum obitum apud quoscunque fuerint depoſita, credita, commodata, debita vel mutuata Clericis, Religioſis pariter & Laicis utriusque ſexus, ad eorum Eccleſias libere revertantur, ad ipſas quoque pertineant, cum nullus ſit, nec à Jure Hæres proximior cenſeatur, quam qui cum Domino per bonorum faſtigia copulatur. Et nuper ad noſtram notitiam pervenit, quod nonnulli Clerici & Religioſi, & Laici utriusque ſexus, bona prædeceſſorum noſtrorum, & maxime bonæ memoriæ Domini Wichholdi prædeceſſoris noſtri, in auro & argento, in vaſis & Scyphis aureis & argenteis, gemmis precioſis, annulis, pannis aureis, libris (præparamentis) pagamentis, & diverſis pecuniarum ſummis conſiſtentia, (quæ relinquerunt, Eccleſiæ Colonienſi & Nobis de Jure competunt, nec poſſunt per alios ſine animarum periculo detineri) depoſita, credita, commodata, mutuata, pignorata, debita, hucusque detinere damnabiliter præſumpſerunt, & adhuc detinent Nobis & Eccleſiæ reſtitutione & plenaria ſatisfactione non facta in ipſorum periculum animarum & ſcandalum plurimorum. Nos igitur volentes (ut juramento tenemur adſtricti) alienata, diſtracta & male detenta, noſtra & Eccleſiæ noſtræ bona, ad Jus poſſeſſionis & proprietatis antiquæ omni ſtudio & remedio, quo poſſumus revocare, omnes & ſingulos Clericos prædictos, Religioſos & Laicos utriusque ſexus, qui bona Prædeceſſorum noſtrorum, & præcipue Domini Wichboldi, ab eis dimiſſa, ſeu penes eos depoſita, commodata, tradita, mutuata, pignorata, vel alias quocunque alio titulo, vel cauſa, modo penes eos exiſtentia, habent, poſſident, vel detinent, ſub quocunque prætextu, vel colore, in quibuscunque rebus conſiſtant, auro, argento, vaſis, annulis, pannis aureis, libris, pecuniarum ſummis, privilegiis, litteris & inſtrumentis, vel aliis rebus & Bonis, ad nos & Eccleſiam noſtram ſpectantibus, præſentibus requirimus & monemus, primo, ſecundo & tertio, ut ipſa Bona intra XXX. dies Nobis & Eccleſiæ noſtræ Colonienſi reſtituant & aſſignent. Scientes vero, habentes, tenentes & poſſidentes bona hujusmodi, intra idem tempus revelent Nobis, aut F. Johanni, Pœnitentiario noſtro publice vel occultè. Alioqui dictis triginta diebus, eis & eorum cuilibet pro canonica monitione & termino peremptorio currentibus, ipſos & eorum quemlibet in his ſcriptis excommunicamus, & à gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ ſeparamus, & ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ in his ſcriptis injungimus, & diſtrictè præcipimus omnibus Prælatis, Eccleſiarum Rectoribus, eorumque vicariis, quatenus ſingulis diebus Dominicis & feſtivis prædictos excommunicatos in genere & quorum nomina ſciri poterunt nominatim, excommunicatos publicè coram fideli populo, accenſis & extinctis candelis, campanis pulſatis, intra Miſſarum ſolennia denunciare procurent. Alioqui negligentes & contemnentes, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere: volentes & diſtricte præcipientes, quod hujusmodi noſtram requiſitionem & monitionem ſolenniter publicent ſingulis diebus Dominicis & feſtivis intra menſem, ne quis ignorantiam de cæterò prætendere valeat, in hoc caſu.

IX. Contra falſarios litterarum.

Falſarios item litterarum & ſedis Apoſtolicæ Inſtrumentorum, noſtrorumque prædeceſſorum & Eccleſiæ noſtræ, & ſigillorum ipſis litteris appenſorum, in his ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, à qua præterquam à Nobis ſeu in mortis Articulo tales nolumus liberari.

X. Né alienus, ſeu ignotus permittatur celebrare in Eccleſiis.

Cum item à Jure ſit penitus interdictum, ne quis ad celebrandum Plebibus, ſeu in Capellis permitti debeat, niſi de ipſius Ordinatione canonica, maxime Sacerdotio, conſtiterit, & niſi conſtet eum rite, ſecundum claves Eccleſiæ ordinatum, cum multi (licet ordinati prius non fuerint, vel per ſaltum) ſe rite aſſerunt ordinatos in periculum animarum: Monemus univerſos & ſingulos Prælatos, Eccleſiarum Rectores, eorumque Vicarios, eis & eorum cuilibet diſtricte mandantes, quatenus nullum, cujuscunque fuerit conditionis & ſtatus, Clericum, beneficium Eccleſiaſticum in noſtra Civitate & Diœceſi non habentem, ad celebrandum in ordine, vel ordinibus aliquibus in eorum Eccleſiis, ſeu Capellis, ſeu Altaribus permittant: niſi prius de ſua canonica ordinatione, coram Nobis aut officiali noſtro docuerit, & ſuper hoc à Nobis per litteras licentiam habuerit ſpecialem. Contra facientes vero, ſtatuendo decernimus propter hoc excommunicationis ſententiæ ſubjacere.

XI. Quod pro clandeſtino matrimonio excommunicatos nullus habet abſolvere, niſi officialis Colonienſis.

Licet etiam hactenus, Sacerdotibus ruralibus & Decanis, ne excommunicatos pro matrimoniis clandeſtine contractis, aut contrahendis, abſolverent, & reconciliarent, fuerit interdictum: quidam tamen (ut ad noſtram Audientiam frequens ſæpe quærela deduxit) tales abſolvere de facto, quamvis de Jure non poſſent, contra vetitum præſumpſerunt. Nos vero hoc (hæc) innovare volentes, diſtrictius inhibemus, ne tales abſolvere, vel reconciliare præſumant. Contra facientes, excommunicationis ipſo facto ſententiæ decernimus ſubjacere. Et nihilominus hujuſmodi abſolutionem decernimus non valere, quas abſolutiones & reconciliationes ſoli officiali noſtro præſentibus reſervamus.

XII. Contra illos, qui temere abſolvunt excommunicatos ab Epiſcopo ſeu officiali, & qui adulterant literas aut monetam.

Cum autem minor in majorem non habeat poteſtatem, diſtrictius inhibemus omnibus noſtris ſubditis, cujuscunque præeminentiæ, ordinis, conditionis, vel ſtatus fuerint, ne excommunicatos, ſuſpenſos, vel interdictos à Nobis, ſeu officiali noſtro, abſolvere, vel reconciliare, publice vel occulte præſumant, ſeu excommunicatorum nomina de literis noſtris & curiæ noſtræ radere, tollere, vel ſupprimere, vel delere, vel monetam noſtram præſcidere, falſificare, ponderare, vel diminuere præſumant. Contra fa-

facientes, taliter abſolvendo ligatos excommunicationi ipſo facto decernimus ſubjacere. Ipſosque raſores nominum excommunicatorum, vel ſuppreſſores, tanquam falſarios volumus judicari: Præcipientes, ſtatuta noſtra omnia & ſingula ſub pœnis in eis contentis inviolabiliter obſervari. Et ne poſſet ignorantia quoquo modo prætendi, præcipimus omnibus & ſingulis Prælatis, Rectoribus Eccleſiarum, eorumque Vicariis, quod copiam in ſcriptis recipere & habere intra Menſem a data præſentium, ſub pœna ſimili teneantur.

XIII. Contra illos, qui truncos erigunt in plateis, & oblationes tollunt.

Item cum ex uſurpatione quadam per aliquorum Laicorum inſolentias ſit inductum, quod trunci lignei eriguntur in plateis publicis & locis aliis ad recipiendum ibidem eleemoſynas fidelium, (cum ex reverentia Sanctorum, in Eccleſiis, Altaribus & aliis locis Deo Sacratis, oblationes ſint & munera offerenda:) & nihilominus oblationes in hujuſmodi truncis repoſitas, & legata facta Eccleſiis, Plebanis & Rectoribus Eccleſiarum inſciis, pro ſua diſtribuunt voluntate, cum ad ipſos Rectores prædictorum diſtributio & ordinatio, & non ad ipſos Laicos de Jure pertinere noſcatur, id de cætero fieri prohibemus. Contrarium facientes, excommunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubjacere.

XIV. Ne quis inducat alium ad ſepulturam eligendam extra ſuam Eccleſiam parochialem.

Prohibemus item diſtrictè ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ in his ſcriptis, ne quis, cujuscunque ſtatus, ordinis, ſive conditionis exiſtat, aliquem inducat, cogat, vel ſeducat, ut alibi, quam in propria Parochia eligat ſepulturam, niſi ſponte & ultroneus à ſe ipſo alibi duxerit eligendam.

XV. Quod Clerici vel religioſi non debent coram Judice ſeculari in cauſam trahi, nec eorum bona Judicio ſeculari arreſtari.

Quum Clerici & Religioſi coram Judicio ſeculari non debeant in cauſam trahi, ſuo vel Eccleſiæ vel alicujus alterius nomine aut bona eorum ſeculari judicio arreſtari, nec à Laicis contra eos dictari ſententia: Id circo hæc fieri ſub interminatione excommunicationis (quam ferimus in his ſcriptis) ſi miter prohibentes, & Prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta in hoc caſu edita innovantes, ſtatuimus, ut ſi Laicus Clericum aut Religioſum ad forum traxerit ſeculare, vel Bona Eccleſiarum vel Eccleſiaſticarum Perſonarum ſive Religioſarum, ad ipſos communiter, vel diviſim ſpectantia, judicio ſeculari arreſtaverit, ſeu procuraverit arreſtari, idem Laicus omnino cadat à cauſa: & nihilominus per ordinarium ipſius excommunicatus nuncietur publicè, uſque ad ſatisfactionem condignam. Præterea Judex ſecularis & Scabini loci, in quo hoc contigerit, per ordinarium ipſius loci moneantur, ut de talibus ſe nullatenus intromittant, penitus deſiſtendo & revocando intra triduum, ſi in aliquo occaſione hujusmodi in præjudicium ipſius Clerici vel Religioſi eſt, proceſſum. Alioqui ipſi Judices & Scabini per ordinarium eundem ſine dilatione qualibet excommunicentur, & excommunicati publice, usque ad ſatisfactionem condignam nuncientur. In qua excommunicatione, ſi per quindenam perduraverint, locus ille ex tunc ſit Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto: quod non relaxetur, niſi prius ſit ſufficienter ſatisfactum paſſo injuriam & Nobis ac Eccleſiæ: & judicatum, ſi quod factum eſt contra ipſum Clericum aut religioſum, & ſi quod aliud eſt ſubſecutum, ſit penitus revocatum. Lectæ & publicatæ ſunt hæ Conſtitutiones feria ſecunda poſt Dominicam Invocavit, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexto.

LVII.

Ejusdem Statuta Synodalia, de Anno 1307.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, id eſt Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

Anno Domini M. CCC. VII. quarta die menſis Martii, quæ eſt craſtinum Dominicæ Invocavit, Indictione V.

Henricus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius dilectis in Chriſto Prioribus Majoris Eccleſiæ aliarumque Eccleſiarum collegiatarum Capitulis, Collegiis, Prioriſſis, Conventibus, Chriſtianitatum Decanis, Eccleſiarum Rectoribus, aliisque ſuæ Civitatis & Diœceſis Colonienſis Chriſti fidelibus univerſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam humana natura longè prioribus plus ſolito temporibus, labitur ad delicta (debita) & humana cupiditas litium mater, & pacis æmula, diſcordias & diſſenſiones adinvenit, quibus humana quies, Eccleſiarum & Clericorum libertas opprimitur: Nos perverſorum actibus finem, quo poſſumus remedio, proſpicere cupientes, ad honorem Dei, Sanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ, nec non Colonienſis & filiarum ejus, pro ipſarum pace & ſalubri ſtatu & libertate ſervanda, prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta ordinaria confirmamus, & de conſilio & aſſenſu Capituli noſtri & Prælatorum Colonienſium, Statuta edimus infra ſcripta.

I. De celebratione Feſtorum.

Ut uniformitas in obſervantia divinorum Officiorum, & feſtorum ſanctorum, quæ per anni circulum occurrant, obſervent, diſtrictè præcipimus & mandamus, ut omnes Eccleſiæ tam conventuales quam aliæ Parochiales Capitularia (Kalendaria) ſua habeant, & corrigant ſecundum Capitularium (Kalendarium) noſtrum Eccleſiæ Majoris Colonienſis, & feſta infra ſcripta Chriſti fideles teneant, & celebrent, & ſolenniter obſervent: videlicet

In Januario Feſtum Circumciſionis Domini, Epiphaniæ, Agnetis virginis, Converſionis S. Pauli:

In Februario, Feſta Purificationis B. Virginis Mariæ, Cathedræ S. Petri, Matthiæ Apoſtoli:

In Martio, Annunciationis B. Virginis Mariæ.

In Aprili, nullum feſtum, niſi forte feſtum Paſchæ & Georgii Martyris occurrerint:

In Majo, Feſta Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ac Inventionis S. Crucis:

In Junio, Feſtum Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, item Petri & Pauli Apoſtolorum.

In Julio, B. Mariæ Magdalenæ, Jacobi Apoſtoli, Pantaleonis Martyris.

In Auguſto, Feſta B. Petri ad vincula, Laurentii Martyris, Aſſumptionis B. Virginis Mariæ, Bartholomæi Apoſtoli, Decollationis Beati Joannis Baptiſtæ.

In Septembri, Feſta Nativitatis beatæ Mariæ virginis, Exaltationis S. Crucis, Matthæi Apoſtoli, S. Michaëlis Archangeli:

In Octobri, Feſta beatorum Gereonis & Victoris, undecim Millium Virginum, Severini Epiſcopi, Simonis & Judæ Apoſtolorum:

In Novembri, Feſta Omnium Sanctorum, Martini Epiſcopi, Cuniberti Epiſcopi, Cæciliæ Virginis, Catharinæ Virginis, & Andreæ Apoſtoli.

In Decembri, Feſta S. Nicolai Epiſcopi, Thomæ Apoſtoli, Nativitatis Domini, S. Stephani protomartyris, S. Johannis Evangeliſtæ, & ſanctorum Innocentum.

Feſtum quoque Paſchæ, in quocunque menſe accidat, cum tribus diebus immediate ſequentibus, ac dies Aſcenſionis Domini, Feſtum item Pentecoſtes cum tribus diebus ſequentibus, pro ſe ſolenniter celebrentur. Et volumus craſtinum B. Mariæ Magdalenæ, quo corpora trium Regum beatorum Coloniam pervenerunt, ac diem Dedicationis Majoris Eccleſiæ Colonienſis, videlicet diem beatorum Coſmæ & Damiani, Coloniæ tantum, ſic ut dies Apoſtolorum, cum ſolennitate Divinorum & celebratione populi obſervari. Præterea quælibet Eccleſia feſtum ſui Patroni & dedicationis ſolenniter peragat. Omnia verò feſta, prædictis exceptis, non præcipimus ſolenniter celebrari; (obſervari) Sed devotioni hominum relinquantur, ita quod qui noluerit ea celebrare, propter hoc non culpam nec pœnam incurrat. Proviſo tamen, quod in prædictis feſtis & in aliis infra ſcriptis, videlicet Fabiani & Sebaſtiani, Agathæ virginis, Gregorii Papæ, Benedicti Abbatis, Ambroſii Epiſcopi, Diviſionis Apoſtolorum, Auguſtini Epiſcopi, Barnabæ Apoſtoli, Ægidii Abbatis, Lamberti, Mauricii & Sociorum ejus Hieronymi Presbyteri, Remigii, Dionyſii, Lucæ Evangeliſtæ, novem lectiones obſerventur. Iſta tamen feſta nunc ultimo poſita, nolumus ut populus, ceſſando à ſuis operibus, celebrare teneantur.

II. Quando Gloria in Excelſis, & Te Deum laudamus, ſit cantandum.

Item ſtatuimus, ut in feſto Annunciationis, & in feſto purificationis beatæ Virginis Mariæ, & beati Petri ad cathedram, B. Matthiæ Apoſtoli, quando intra ſeptuageſimam evenerit, Te Deum laudamus, & Gloria in Excelſis, decantentur. Hoc adjecto, quod quandocunque Gloria in excelſis, in quocunque feſto decantatur, ſemper Te Deum Laudamus, cantabitur, præterquam in tribus diebus, hoc eſt, in Paſchæ & in Pentecoſtes vigiliis, & in ſancta nocte nativitatis Domini, in quibus ante primam Miſſam, Te Deum, non cantabitur.

III. Quæ feriæ ſint jejunandæ.

Statuimus etiam, quod in omnibus Vigiliis, videlicet Aſſumptionis Mariæ, beatæ Virginis, feſtorum Paſchæ, Pentecoſtes, Nativitatis Domini, nec non Apoſtolorum & omnium Sanctorum, ac beati Laurentii Martyris, cum quarta & ſexta feriis, ac ſabbatho quatuor temporum, jejunetur. Ab his excipiuntur vigiliæ beatorum Joannis Evangeliſtæ & Philippi & Jacobi Apoſtolorum, quæ non jejunantur. Litania major, quæ eſt in die Marci Evangeliſtæ, & Litania minor, quæ obſervatur per tres dies Rogationum, videlicet feria ſecunda, tertia & quarta: nec non feria ſecunda & quarta, ac Sabbatum poſt Dominicam, in qua cantatur Miſericordia Domini, pro ſubitanea morte, ſecundum conſuetudinem

Diœceſis Colonienſis, à carnibus abſtinendo, à fidelium populis jejunetur. Sanctorum quoque jejunandæ vigiliæ, quorum feſtivitates feria ſecunda occurrunt, in præcedenti ſunt Sabbato, jejunandæ. Jejunium vero Sabbati, locorum conſuetudinibus duximus committendum, (reſervandum)

IV. De anno biſſextili, ſeu Qualiter biſſextus ſit obſervandus.

Quum item nulla diſcrepantia inter Eccleſias Conventuales & Parochiales in Officiis Divinorum de anno biſſextili frequenter exiſtat: ſtatuimus, quod quocunque anno biſſextus occurrit, quemlibet Eccleſia vigiliam beati Matthiæ Apoſtoli, ſuper quam quarto anno ipſe biſſextus cadit, ipſam vigiliam beati Matthiæ Apoſtoli biſſexto Kalendas Martii in una litera Kalendarii ſtando, in ſequentem diem proroget, & ultima die, id eſt, poſt vigiliam eandem, Feſtum B. Matthiæ Apoſtoli celebret juxta hos verſus:

Biſſextum textæ Martis tenuere Kalendæ,
Poſteriore die celebrantur feſta Matthiæ:
Si cadit in lucem Domini, ſuppone ſequentem:
Terminus & feſtum nunquam celebrantur eodem.

Quod ſic intelligendum eſt, quod dum eſt annus biſſextilis, tunc dies illa quæ, ſi non eſſet annus biſſextilis, foret ipſa dies feſti beati Matthiæ, erit Vigilia dicti feſti: & deinde poſteriori die celebrabitur feſtum, niſi tunc in lucem Domini, id eſt, in diem Dominicam cadat: quo caſu transponatur feſtum ejus in ſecundam feriam ſequentem, quo ad plenum officium, absque celebratione populi peragendum. Hoc ſic intelligetur, quod ſi ipſum feſtum intra ſeptuageſimam vel Quadrageſimam in die Dominica eveniat, quod tunc feria ſecunda quoad officium in Eccleſia absque celebratione populi peragatur.

V. De celebratione feſtorum annunciationis B. Mariæ Virginis, & aliorum Sanctorum intra octavas Paſchæ venientium.

Feſtum item Annunciationis B. Virginis quoties in Dominica Palmarum, vel intra ſeptimam Paſſionis Domini, aut ipſa die Paſchæ evenerit: in vigilia Palmarum cum divino officio & celebratione populi præveniatur ſolenniter & celebretur. Feſta verò Tiburtii & Valeriani, ac Marci Evangeliſtæ, ſi & ipſa die Paſchæ, vel intra Octavas ejusdem evenerint, quoad peragendum officium eorundem, poſt Octavas Paſchæ transponantur: Hoc excepto, quod in ipſa die beati Marci Evangeliſtæ, ſi intra ipſas Octavas occurrit, Litaniamajor cum proceſſione & crucibus obſervabitur per omnia, ut moris eſt, ſola carnis abſtinentia, propter Paſchalis feſti reverentiam, in hoc excepta.

Quoties autem extra tempus Septuageſimæ usque ad Paſcha & Adventum Domini, feſtum IX. Lectionum proprium habens officium, Dominica die occurrit, ab Eccleſia ordinarie celebrandum in eadem Dominica celebretur. Alias quocunque tempore evenerit, dum Dominica ſuum proprium habuerit officium, quod ſequenti die Dominica repeti non poterit, feſtum novem lectionum, absque tamen celebratione populi, ſecunda feria ſequenti in Eccleſiis cum pleno Divinorum officio peragatur: Solo feſto Annunciationis beatæ Virginis, ſi ultra vigiliam Palmarum occurrat, quod ex tunc quocunque tempore evenerit, in ipſa vigilia cum Officio & celebratione populi plenarie volumus peragi ab his excepto.

VI. De Feſto SS. Trinitatis & Evchariſtiæ.

Statuimus etiam, quod feſtum SS. Trinitatis proxima Dominica poſt octavas Pentecoſtes, quæ vocatur octava Trinitatis, cum IX. Lectionibus & debita ſolennitate fiat. In hebdomada vero præcedente, videlicet ab octava Pentecoſtes, in ſecundis Veſperis usque ad Dominicam prædictam, cantetur & legatur de Trinitate, prout conſuevit: Et poſt dictum Feſtum Trinitatis per hebdomadam ſequentem; cantetur Officium Dominicæ, ſ. Domine, in tua miſericordia. In quinta autem feria ejusdem hebdomadæ celebretur ſolenniter feſtum Evchariſtiæ, prout hactenus à noſtris Anteceſſoribus eſt ſtatutum.

VII. De Nocturnis dicendis.

Item ſtatuimus, ut in omnibus Eccleſiis noſtræ Diœceſis, ſingulis noctibus in Matutinis dicantur Pſalmi Nocturnales, ſive feriales ad Nocturnos, niſi ea die ſit feſtum tale, quod Miſſam propriam habeat, vel Collectam. Invitatoria, Reſponſoria, & laudes, ſicut & horæ Diei, de ſancto cujus eſt feſtum, cantentur, quemadmodum in Majori Eccleſia obſervatur: Niſi tunc alicujus Patroni Eccleſiæ feſtum, ſeu commemoratio fuerit peragenda.

VIII. De Officio Scholaſtici.

Ut verò unicuiq; Eccleſiæ, quæ habet diſtinctos Perſonatus & officia, juxta eorundem Perſonatuum & Officiorum onus, honor debitus obſervetur: ſtatuimus & ordinamus, ut ſalvo ordine

dine Prælatorum Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, in cæteris Eccleſiis noſtræ Civitatis & Diœceſis, Scholaſtici ipſarum Eccleſiarum, diſtinctos, certos & perpetuos redditus, ipſi annexos & deputatos Scholaſtriæ habentes, ſtallum in Choro, & locum in Capitulo, ac vocem poſt Decanum Eccleſiarum ſuarum ex tunc in antea habeant, & ſubintrent. Quod ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis à ſingulis conventualibus Eccleſiis præcipimus obſervari. Dignum eſt enim, ut qui cæteris Officiis majoribus præferuntur etiam alios in ſublimitate graduum antecedant, cum onus emolumentum ſequi debeat, & e converſò! Per hoc tamen nolumus antiquioribus canonicis ex ingreſſu, in petitionibus ſuis rationabilibus, aliquatenus derogari.

IX. De obſervatione Capitulorum, ſivè tractatuum Capitularium.

Item ſicut à bonæ memoriæ Domino Conrado Archiepiſcopo Colonienſi, prædeceſſore noſtro, novimus in ejus provinciali concilio conſtitutum, innovando ſtatuimus, ut in qualibet Eccleſia collegiata, ad modum Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, Decanus & Fratres (præterquam in feſtivitatibus) vigiliis, Miſſa pro defunctis ac commendatione peractis, diſtincte ingredientes domum Capituli, ante omnem tractatum Diſciplinæ vel etiam Præbendæ, aut cujuscunque alterius negocii, Tabulæ capitularis lecturam habentis diſtincte in ſcripto, quid unicuique ſit cantandum, vel legendum in choro, audiant diligenter: Ac inſuper lunationes menſium ac Kalendæ & Obitus legantur, nec non aliqua lectio de Regula & vita Clericorum legatur. Et tunc immediatè de diſciplina fiat quod fuerit faciendum, & alia conſequenter poſt ipſam diſciplinam tractentur negocia, quæ ad utilitatem & neceſſitatem fuerint ſpectantia publicam ſeu privatam. Et ſi aliquando Decanus non fuerit præſens, propter hoc non omittatur ullatenus, quin fratres domum Capituli intrent ad audiendum ipſius Tabulæ Capitularis lecturam, ut ſciant quid unicuique in choro ſit legendum & cantandum.

X. De recipiendis quotidianis diſtributionibus tempore interdicti.

Quoniam verò non modicus eſt error inter Canonicos volentes præſentias, ſeu diſtributiones quotidianas habere, quæ non niſi præſentibus in Choro debentur, quas nonnunquam extorquent diverſis fraudibus ad hoc quæſitis, & maximè in locis interdictis, divinis non curant Officiis intereſſe, quanquam ad hæc teneantur, præſentias ejusmodi alias ullatenus habituri, quoque complures Conventualium & Parochialium Eccleſiarum Prælati, Canonici & Rectores, in Obſervatione interdicti credentes Eccleſias interdictas, tunc penitus fore claudendas, quaſi Deo tum non foret ſerviendum: Nos inventis contra præmiſſa Apoſtolicæ Sedis remediis, volentes fraudibus hujusmodi obviare, ſtatuimus & ordinamus, ut Decani in diſtributione præſentiarum hujusmodi, cuilibet pro rata Horarum tam matutini, vigiliarum, ſeu Miſſæ animarum, qui eis non interfuerint, ſubtrahant partem ſuam, nec non in obſervantia Interdicti, ac etiam locorum Plebani, juxta conſtitutionem piæ Recordationis Domini Bonifacii Papæ VIII. ſuper præmiſſis editam ſe regant, contra eam ſub pœna excommunicationis & in virtute ſanctæ Obedientiæ nullatenus veniendo. Cujus conſtitutionis tenorem, ut cuilibet pateat, duximus ſubſcribendum in hæc verba: Alma mater Eccleſia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat & conſulte, quæ, ſuadente ſubjectorum utilitate, poſtmodum conſultius & rationabilius revocat, in meliusve commutat. Sane à noſtris dudum fuit Prædeceſſoribus conſtitutum, ut in terris, ſeu locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico interdicto, nulla (certis caſibus & ſacramentis exceptis) divina celebrarentur officia vel miniſtrarentur eccleſiaſtica Sacramenta. Quia verò ex diſtrictione hujusmodi ſtatutorum excreſcit indevotio populi, pollulant hæreſes & infinita pericula animarum inſurgunt, ac Eccleſiis ſine culpa earum debita obſequia ſubtrahuntur, cum fratribus noſtris deliberatione ſuper his habita diligenti concedimus, quod tempore interdicti ab homine, vel à Jure prolati, non tantummodo morientes, ſed & viventes, tam ſani, quam infirmi, ad pœnitentiam (quæ propter pronitatem & facilitatem hominum ad peccandum, ſumme neceſſaria eſt) licite admittantur: dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti, præterquam in mortis articulo, nolumus ad eandem. Illis autem, propter quorum culpam, dolum, vel fraudem lata eſt ſententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum (cujus occaſione ipſum interdictum eſt latum) præbuerunt conſilium, auxilium, aut favorem, niſi de ipſo delicto, ſi ſint tales quod idem facere valeant, prius ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo idoneam dederint cautionem: aut ſi ſatisfacere nequeant, vel hujusmodi cautionem præſtare, juraverint, quod cum poterunt, ſatisfacient, & ad ſatisfactionem hujusmodi per eum, vel per eos, qui facere ipſam debent & poſſunt, præſtandum, dabunt

dabunt conſilium & auxilium, ac juxta poſſe ſuum fideliter laborabunt, non eſt pœnitentiæ beneficium aliquatenus concedendum.

Nec tunc etiam quo ad iſtos, nec quo ad alios, qui circa hæc minime (maxime) deliquerunt (ubi civitas, vel locus alius, ſeu univerſitas interdicti exiſtunt) facienda eſt relaxatio interdicti, ſed eſt eis ſolummodo injungenda pœnitentia ſalutaris.

Adjicimus præterea, quod ſingulis diebus in Eccleſiis & in monaſteriis Miſſæ celebrentur, & alia dicantur divina officia ſicut prius, ſubmiſſa tamen voce, januis clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis. Et tam Canonici, quam Clerici Eccleſiarum, in quibus diſtributiones quotidianæ illis, qui horis interſunt canonicis, diſtribuuntur: Si ad officia non venerint ſupradicta, diſtributiones easdem amittant, ſicut interdicto perderent non exiſtente, ſi divinis officiis non adeſſent. In feſtivitatibus vero Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumtionis Virginis glorioſæ, campanæ pulſentur, & januis apris divina officia alta voce ſolenniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis, quibus ob reverentiam dictarum ſolennitatum, & ut ipſi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præfatis diebus participationem dimittimus divinorum. Sic tamen, quod illi, propter quorum exceſſum interdictum hujusmodi eſt prolatum, altari nullatenus appropinquent. Cæteris, quæ circa obſervationem interdictorum à noſtris prædeceſſoribus ſunt inſtituta, in ſuo robore duraturis, non obſtantibus quibusvis privilegiis, eccleſiis, monaſteriis, ordinibus, ſeu religionib9, vel perſonis eccleſiaſticis, regularibus ſeu, ſecularib9, exemptis ſeu non exemptis, ſub quavis forma, vel expreſſione verborum ab Apoſtolica ſede conceſſis, quæ contra tenorem præſentis conſtitutionis nullis volumus ſuffragari, cum quibuslibet, tam ſecularibus quam regularibus, ſufficere debeat, ut tempore interdicti modo præmiſſo diebus celebrent ſupradictis.

XI. Ne aliquis ſacerdos plures quam unam primam Miſſam celebret.

Statuimus item & ordinamus, quod nullus Sacerdos, cujuscunque ſtatus, conditionis, aut Religionis exiſtat, poſtquam in Sacerdotem, ſeu Presbyterum, ſive in noſtra, ſive in alia Diœceſi ordinatus extiterit, in Civitate vel Diœceſi Colonienſi pluries quam ſemel, quocunque ad hoc colore quæſito, primam ſuam Miſſam, cum Cleri & populi ad hoc convocatione celebret, nec etiam Capitula, ſeu Conventus, ſeu Canonici in feſtivitatibus & diebus Dominicis dimiſſa divinorum ſolennitate in Eccleſia ſua propria, ut non decet, & tamen hactenus pluries viſum eſt fieri, ad hujusmodi Miſſas diſcurrant, niſi tunc, cum aliqui Prælati, Canonici, ſeu Plebani, conjuncti in primo vel ſecundo gradu novello Sacerdoti, ad primam Miſſam ſpecialiter invitentur. Alioqui contrarium facientes, ſe noverint excommunicationis ſententiæ ſubjacere.

XII. Quibus diebus parochiani teneantur venire ad Eccleſiam ſuam Parochialem.

Quia verò dubium quibusdam extitit de feſtis, in quibus Parochiani ſuam Eccleſiam Parochialem de Jure debeant annis ſingulis frequentare, hoc declarando ſtatuimus, quod ſicut in quatuor partes annus diſtinguitur, quarum initia in his verſibus continentur:

Ver Petro detur, æſtas exinde ſequetur:
Hanc dabit Urbanus, autumnum Symphorianus:
Feſtum Clementis, caput eſt hyemis venientis:

Ita in his quatuor partibus anni, quatuor feſtivitates occurrunt, quibus Parochiani venire tenentur ad ſuas Eccleſias Parochiales, utpote Paſcha in Vere, Pentecoſtes in æſtate, feſtum omnium Sanctorum in autumno, feſtum Nativitatis in hyeme. Et in his feſtivitatibus Parochianus quilibet, niſi rationabilis & evidens cauſa eum legitime excuſans ſubſit, frequentet ſuam Eccleſiam parochialem. In aliis etiam quibusdam feſtis, ſcilicet in Dedicatione Eccleſiæ cujuslibet, Epiphania Domini, quatuor feſtis B. Mariæ Virginis, die Cinerum, Dominica Palmarum, nec non in jejuniis, ſive diebus Rogationum, dum proceſſiones fiunt ab Eccleſia, & Aſcenſionis Domini, ac Apoſtolorum, nativitatis B. Johannis Baptiſtæ, diebus Dominicis, ac die commemorationis Animarum, & Patroni Eccleſiæ cujuslibet ipſi Parochiani Eccleſiam ſuam parochialem viſitent & frequentent, ſui Plebani mandata de inſtructione fidei, ſalubriter audituri.

XIII. Quod Religioſi mutuum vel debitum non contrahant, & Clerici officia non exerceant inhoneſta.

Cæterum quia nonnulli Religioſi & Clerici contractibus & negotiis, eorum Regulæ & ſtatui contrariis, impudenter ſe immiſcent: ſtatuimus, (quemadmodum etiam à jure cautum & alias ſtatutum eſt) ut nullus religioſus, præter Abbatis ſui, Præpoſiti, & prioris licentiam, ubi Præpoſitus & Prior ſunt in Conventu Majores, cujuscunq; ſtat9 aut conditionis exiſtat, proprium vel peculiũ habeat, fide jubeat, pecuniã mutuo recipiat, ſeu negotiationes cujuscunq; rei, lucri cauſa exerceat: ſi ſecus fecerit, Abbas & conventus reſpondere de hoc non tenebũtur, nec obligati

gati ex Contractu hujusmodi erunt, immo ipſi contractus ipſo jure nulli ſint, nec valeant. Nec non Monachi contrarium facientes, ſuſpenſioni b officio & excommunicationis ſententias incurrant. Caveant ergo ſibi Laici & alii, ne de cætero cum talibus religioſis contrahant, niſi ex prædicta licentia Superioris, ſeu quibus ratione officii, vel adminiſtrationis ſibi commiſſæ, de jure competere dinoſcatur. Similiter Clericis inhibemus, ne exerceant negocia turpia & officia inhoneſta, quæ non decent Clericos: qualia ſunt hæc, uſura & omnes ſpecies uſuræ, turpis quæſtus, cum aliquid carius venditur ſeu propter diem, ſeu propter terminum. Necromantia, ſeu incantationis ſuperſtitio, officium macellarii, tabernarii, negociatoris, proxenetæ, ſullonis, ſutoris, textoris: nec ſint hiſtriones, jaculatores, judices ſeculares, telonarii. Contrarium facientes, a ſuis Prælatis ſuper hoc pœna debita puniantur.

XIV. Contra Clericos tonſuram Clericalem & veſtes Clericales non deferentes.

Item præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, Decanis Eccleſiarum Chriſtianitatis cujuslibet, ut canonicos, Eccleſiarum paſtores & vicarios, aliosque clericos coronas non habentes, & inordinatam criminum laſciviam (prout jam in Cleri deformitatem apud pl ures inolevit) habentes, per ſuſpenſionem Præbendarum, redditu um canonicorum, & ſuſpenſionis ab officio ſententiam, quam ferimus in ſcriptis, coronam & tonſuram deferre cogant debitam clericis & honeſtam. Nec non Canonicos, Eccleſiarum Rect res, vicarios & Clericos prædictos, ab uſu caligarum rubearum, viridium & glaucarum, & diverſi Coloris panni, ac calceorum, varietate inciſionis militaris diſtinctorum, cogant ſub pœna conſimili abſtinere. Sed nigris caligis ac calceis ſuo ſtatui congruentibus (niſi infirmitatis cauſa fuerint, quod eorum conſcientiæ relinquimus) ſint contenti. Decet enim, ut quos vitæ puritas ab aliis diſtinguit, etiam habitus decentia (quo quod corde gerunt, ore prædicent & actu demonſtrent, tanquam militiæ Domini & Eccleſiæ militanti ſpecialiter deputati) a ſecularibus ſint diſtincti.

XV. Ne quis Laicus arreſtet, vel detineat Bona Clericorum.

Statuimus item & inhibemus ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis, ne quis Laicus quacunque Authoritate ſeu potentia Seculari, perſonas ſeu Bona mobilia aut immobilia vel res Eccleſiaſticas arreſtet, detineat, vel invadat, cum quæſtio talium, noſtræ jurisdictioni de Jure ſit & eſſe debeat ſpecialiter reſervata.

XVI. Ne Laici faciant ſtatuta in præjudicium alicujus Eccleſiæ.

Inhibemus etiam Laicis univerſis & ſingulis, ne quis ſtatuta de oblationibus in Dei Eccleſia minuendis faciat, prout in quibusdam Eccleſiis, ſicut ad Nos pervenit, ſtatutum dicitur: Ne niſi certæ perſonæ & ſub certo numero, in Miſſis cum ſponſis, vel funeribus, vel alias offerant, dinoſcitur inſtitutum quidem per Laicos, cum Laicis (quos obſequendi manet neceſſitas, non Authoritas imperandi) nulla ſuper perſonas Eccleſiaſticas attributa penitus ſit facultas. Unde ſtatutum hujusmodi, ubicunque in noſtra Diœceſi, vel a quibuscunque factum fuerit, tanquam nullius firmitatis exiſtens, nec ab Eccleſia probatum, decernimus non valere: immo utentes ipſo & defenſores ejusdem, Excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere, ne id, quod inſpiratione divina devotioni hominum relinquitur, alicujus humanæ pravitatis ingenio depravetur.

XVII. Contra Moniales violatas exeuntes ſuum Monaſterium & violatores earundem.

Quum præcipue Religionis deformationi ſummopere intendamus occurrere, ac Diſciplinam Monaſticam, ubicunque rupta fuerit, ſolicite reformare, quia periculoſius trahitur in exemplum, quod in ſcandalum vergit plurimorum: igitur quoniam nonnullæ noſtræ civitatis & Diœceſis ſacræ moniales violantur, & quandocunque ſic violatæ, ab eisdem extra ſua Monaſteria ducuntur, & ab ipſis cum animarum ſuarum gravi periculo, ac multorum ſcandalo publice detinentur: ſicque diu detentæ, per eosdem aliquando precibus, aliquando & frequenter minis ac violentia ad ſua monaſteria reſtituuntur: quæ omnia & ſingula cum ſint contra Deum, bonos mores deſtruant, ac ſacram religionem deforment, & Nos ipſa turpa aure tranſire non deceat: ſtatuimus, ut viri, cujuscunque Status, aut conditionis exiſtant, qui aliquod vel aliqua commiſerint præmiſſorum, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, & per ſuos Plebanos (quoties Abbatiſſæ, Magiſtræ, Prioriſſæ conventuum & Monaſteriorum, in quibus ſuæ ſalutis immemores, hoc facinus commiſerunt requiſiẽrint) ex vi præſentis Statuti publice denuncientur, donec Deo de peccatis, Nobis ac ipſis Monaſteriis de injuria & vituperio, ad plenum ſatisfecerint, & per Nos veniam & beneficium Abſolutionis conſequantur. Ipſæ vero Moniales noſtræ Civitatis & Diœceſis, ut præmiſſum eſt, quæ ſic lapſæ fuerint, ne ex impunitate ipſarum aliæ ad conſimilia provocentur, quia pronus eſt ad malum homi-

minis animus, & facilitas veniæ præbet incentivum delinquentibus (Gen. 8.) per Abbatiſſas, Magiſtras, ſeu Prioriſſas & Conventus ſuorum monaſteriorum aliter non recipiantur, niſi ad pœnam carceris, ubi per abſtinentiam ac alias caſtigationes puniri poterunt, prout Diſcretioni Abbatiſſarum, Magiſtrarum, aut Prioriſſarum videbitur expedire. Eædem etiam, Concedenti majore parte Conventuum ſuorum, ſi ſe humiliter & devote in ſua pœnitentia geſſerint, de ſuis carceribus poterunt elevari: & ex tunc, quamdiu vixerint, ſine velo incedant, infimum locum in Conventu ubilibet teneant, & omni voce in Capitulo, Tractatibus & Electionibus quibuscunque penitus ſint privatæ, donec per Nos, ob laudabilem ipſarum converſationem ac teſtimonium totius Monaſterii earundem, ad præmiſſa, in parte, vel in toto, reſtitui mereantur.

XVIII. Ne Monachus, aut Monialis, absque Profeſſionis ſuæ habitu, incedant.

Volumus etiam, ut nullus Abbas, Abbatiſſa, Magiſtra, ſeu Prioriſſa, Monachus, ſeu Monacha, ſive Monialis, habitu Religionis abjecto, in Eccleſiis, vicis vel plateis, aut alicubi, niſi in religione ſua, procedant, vel Abbas, ſeu Abbatiſſa, Magiſtra ſeu Prioriſſa, Monachis, ſeu Monialibus, absque noſtra licentia, confeſſorem aliunde, quam de Religione ſua ſibi competit, licentiam tribuat eligendi. Cætera omnia, quæ piæ memoriæ Dominus Conradus, Colonienſis Archiepiſcopus in Concilio ſuo Provinciali de Monachis & Monialibus & Clericis, cœterique noſtri Prædeceſſores, pro cultu divino ac Cleri libertate Eccleſiaſtica, hactenus ſtatuerunt, quæ de Prælatorum & Capitulorum noſtrorum conſilio approbamus & confirmamus, in ſuo robore volumus permanere: & tam iſta ſtatuta noſtra, quam illa, a quibuslibet tam Conventualibus Eccleſiis, quam Eccleſiarum Rectoribus Parochialium, per copiam de verbo ad verbum haberi, & in perpetuum inviolabiliter obſervari. Pronunciatum & Actum Coloniæ, in Eccleſia noſtra majori, de noſtro noſtrorumque Prælatorum & Cleri conſilio & Aſſenſu, Anno Domini & die ſuprascriptis.

LIIX.

Ejusdem Statuta Synodalia, de Anno 1310.

AD honorem ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, ac glorioſæ virginis Mariæ, atque S. Petri ac omnium Sanctorum. Nos Henricus, Dei Gratia Archiepiſcopus Golonienſis, cupientes in hoc Concilio noſtro Provinciali, de mandato ſpeciali Sanctiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini noſtri, Clementis, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummi Pontificis, indicto, de Capituli ac prælatorum noſtrorum conſilio & aſſenſu, per infra ſcripta ſtatuta noſtra, omnibus paterna ſolicitudine providere: ut quies Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis procuretur, & pacis perturbatores a ſuis delictis, pœnæ formidine, arceantur, infra ſcriptas conſtitutiones obſervandas perpetuo, in præſentiarum duximus promulgandas.

1. De revocatione ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam factorum.

Imprimis cum ad decus & Decorem Eccleſiæ nihil magis expediat, quam, ut expurgatis erroribus, & ſtatutis iniquis ſublatis, ipſa plena quiete vigeat & ſecura gaudeat libertate: præcepta ſacrorum Canonum imitantes, omnia ſtatuta, pacta & ordinationes, contra libertatem Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum edita ſeu editas, damnamus, reprobamus & caſſamus, & irrita ſeu irritas nunciamus: mandantes univerſis noſtræ diœceſis & provinciæ ſubditis, ut ea a locis ſuis intra menſem a notificatione præſentium faciant penitus aboleri: & locorum plebani moneant ſubditos diebus Dominicis & feſtivis, nominatim, quos in his culpabiles ſciverint, alios in genere, quatenus hujusmodi de facto ſtatuta, de facto revocent: alias eos ad id per excommunicationis ſententiam volumus coarctari. Verum quia intelleximus, quod in nonnullis locis laici, qui non contenti de propria ipſorum impietate & malevolentia, etiam alios Chriſti fideles a ſua devotione & bonis operibus retrahere moliuntur, ſtatuerunt & ſtatuunt ſub certa conſpiratione & confœderatione, ne quis de cœtero Eccleſiis, Eccleſiaſticis, ſeu religioſis perſonis, bona, prædia, diſtrictus, jura & Dominia aliqua, vendat, leget, aut donet, vel quovis titulo in eos transferat, vel in nuptiis mortuorum, aut alias Sacerdotibus parochialium Eccleſiarum & aliarum offerant, niſi ſub certo numero perſonarum & certo tempore Miſſæ, ſeu inter ſe taxant, quid quilibet offerre debeat, contrarium facientibus pœnas pecuniarias infligendo: & quia hæc obviant directe Eccleſiaſticæ libertati: conſpirationes, colligationes & ordinationes hujusmodi, ſeu fœdera & facta, & deinceps, ſi contigerit, facienda, decernimus non teneri, nec aliquem fore, vel eſſe debere ad eorundem obſervantiam obligatum.

Item

Item ſtatuta & conſuetudines a laicis, cujuscunque ſtatus, aut conditionis exiſtant, introducta, ſeu introductas, ſuper eo, quod dicti laici, antiquarum decimarum occaſione, quas in aliquibus parochiis, vel largitione Principum, aut donatione aliorum, ſeu alia de cauſa percipiunt, decimas novalium in terris propriis, quibuslibet parochiis obvenientes, occupant, attrahunt, & ſibi vendicant, revocamus & caſſamus: ſtatuentes & præcipientes, ut præfati Laici & quicunque alii, ab occupatione, detentione, vel uſurpatione earundem decimarum novalium, poſtquam ad agrum regium pervenerint, ſeu perveniunt, penitus deliſtant, & de ablatis ſatisfaciant, tam nobis, quam Eccleſiis, Eccleſiaſticisque perſonis, quibus ipſæ decimæ novalium de jure competere dignoſcuntur: easdem decimas nobis & Eccleſiis, ad quas pertinent, de cætero poſſidendas pacifice relinquentes.

II. De occiſoribus, mutilatoribus & Captivatoribus Clericorum.

Item ſtatutum venerabilis quondam Engilberti, Colonienſis Archiepiſcopi, prædeceſſoris noſtri, contra injectores manuum in Clericos, Eccleſiaſticasve perſonas, olim per ipſum editum, cum pœnæ majoris adjectione contra captivatores Clericorum, obſervari volentes: ſtatuimus, ut cum Sacrilegi, qui, ſuadente diabolo, Dei timore poſtpoſito, manus injiciunt in Clericum, vel alias perſonas Eccleſiaſticas & religioſas, temere violentas, & ex hoc incidunt excommunicationis ſententiam Canonis jam prolati, quod occiſores, mutilatores & percuſſores atrociter Clericorum & Eccleſiaſticarum perſonarum & Clericos capientes & in captivitate detinentes, ſeu per captivitatem aliquam pecuniam ab eis extorquentes, ſeu talium receptatores & defenſores, propter hoc authoritate canonis latæ ſententiæ excommunicati, cum omnibus operam & conſilium ad præmiſſa adhibentibus, per omnes Eccleſias diœceſis, in qua hujusmodi perpetrantur, per Decanos Eccleſiarum, rectores & Presbyteros, quamprimum ipſis hoc per famam publicam, vel rei evidentiam, & per fidem duarum fide dignarum perſonarum ipſis faciendam, aut per mandatum ſeu ſententiam Judicis conſtiterit, campanis pulſatis & candelis accenſis, nominatim, quorum nomina ſciri poterunt, alias in genere, excommunicati publice nuncientur, & arctius evitandi, donec ſatisfecerint de commiſſis, & debitæ abſolutionis beneficium meruerint obtinere. Præterea in aggravationem pœnæ hujusmodi malefactorum, ſtatuimus, ut omnis locus, ad quem tales excommunicati venerint, vel ipſos Clericos deduxerint, quamdiu ipſi captivatores & captivati ibidem fuerint, & poſt tres dies poſt eorum inde receſſum, nec non locus, in quo talis violentia facta fuerit, quem quidem locum ſeu Eccleſiam, aut Eccleſias, in his ſcriptis Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, & interdicti teneantur. Et ſi hujusmodi ſacrilegi, ſeu malefactores, principes, nobiles, ſeu Barones fuerint, & terram, jurisdictiones, diſtrictum, munitiones, ſeu caſtra habuerint, & intra tres menſes a tempore perpetrati delicti, etiam captivatis dimiſſis, non ſatisfecerint de delicto, ex tunc tota terra & diſtrictus eorum, quos poſt lapſum dictorum trium menſium ſimili modo interdicimus, Eccleſiaſtico, ipſo facto, ſit ſuppoſita interdicto. Si autem alii fuerint, quam nobiles & terrarum domini: tunc ipſi domini terræ, in quorum diſtrictibus manent & domicilium habent ſacrilegi ante dicti, vel ubi tam enorme ſcelus commiſſum extiterit, intra quindecim dies, poſtquam de delicto hujusmodi conſtiterit per famam publicam, vel evidentiam facti, vel per denunciationem Decani, ſeu Presbyteri, quam ab ipſo decano, ſeu Presbytero loci, fieri præcipimus ſub pœna excommunicationis, quam cito per famam, querimoniam alicujus, rei evidentiam, aut alio modo ipſis conſtiterit, præfatos Sacrilegos tales habeant per detentionem perſonarum ſuarum & privationem bonorum ſuorum, ut liberato captivo, Deo, Eccleſiæ & læſo emendam præſtent de commiſſis. Si vero dicti domini terrarum, præfatos ſacrilegos habere nequiverint, nec bona ſub eis habuerint, ſed alias commanere in eorum diſtrictibus conſueverint: procedant per proſcriptionem contra eos, de terra ſua ipſos expellendo, & per juſtitiam, ſeu judices ſuos id fieri mandent & procurent. Alioqui ſtatuimus, quod ex tunc ipſi Domini terræ & eorum judices, & alii per quos regitur jurisdictio ſecularis, excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto; & ſi per quindenam, dictam excommunicationem animo ſuſtinuerint indurato, ex tunc tota terra eorum Eccleſiaſtico ſit ſuppoſita interdicto. Præterea ne per mutationem locorum, præfati Sacrilegi hujusmodi poſſint malitiam palliare: volumus quod ſi ipſi ſacrilegi, de una diœceſi ad aliam in noſtra Provincia ſe transferant, vel captivos deduxerint, quod ad requiſitionem diœceſani, in cujus diœceſi hæc perpetrata ſunt, vel ejus officialis, ſeu amicorum captivorum, ſeu captivati, facta ordinario loci, ſeu diœceſano alterius, ad quem ſe ſic transtulerint, fide per mandatum ſeu juramentum de præmiſſis, ſtatuta eadem in omni forma, qua ſupra dicitur,

inibi obſerventur. Si vero domini terrarum, vel alii nobiles & jurisdictiones temporales habentes, fuerint malefactores antedicti: capellani eorum, ſi quos habent, quam primum ſciverint dominos ſuos Clericum captivaſſe, detinere in munitionibus, aut dominiis ſuis, vel capi mandaſſe, vel aliquid aliud de præmiſſis feciſſe, amodo coram ipſis non celebrent Divina: ſed ut ſe delicto commiſſo intra quindecim dies ſatisfaciant, ipſos admoneant diligenter. Alioqui ex tunc ab eis, & manſionibus eorum recedant, nec eis communicent. Contrarium facientes, quos in his ſcriptis ex tunc excommunicamus, excommunicatos volumus nunciari. Et ſi contra hæc divinis ſe immiſcuerint, notam irregularitatis incidendo, & in ea permanſerint per annum unum animo indurato: ipſos ex tunc beneficiis Eccleſiaſticis, quæ in diœceſibus, in quibus manent, obtinent, ipſo facto decernimus privatos eſſe, & eosdem ipſis beneficiis privamus per præſentes: Injungentes beneficiorum patronis, quod ex tunc aliis perſonis idoneis beneficia hujusmodi conferant, quibus iidem ſunt privati.

Alioqui termino Juris elapſo, poteſtas conferendi dicta beneficia ad ſuperiorem devolvatur. Si vero dicti irregulares, beneficia non habent in diœceſibus, in quibus manent, ipſos ab eisdem diœceſibus perpetuo eliminamus & amovemus: Ipſos etiam, tametſi per importunitatem ſuam abſolutionem obtinerent, de cætero ad aliqua officia vel beneficia Eccleſiaſtica, nullatenus admiſſuri.

Præterea, ſi captivans clericum, vel religioſum vel detinens ac Sacrilegus, hujusmodi pœnis vilipenſis, congrua ſatisfactione neglecta, per annum unum in excommunicatione hujusmodi perdurare animo præſumpſerit obſtinato: ſtatuimus, ut nulli de filiabus, filiis fratribus & ſororibus & eorum filiis & filiabus, uſque ad tertium gradum incluſive linea deſcendente, vel illi etiam, qui ad captivitatem hujusmodi, opem vel operam impenderint vel captivum clericum in ſuis vinculis detinuerint, ad ordines ſeu beneficia, aut etiam prælaturas, in noſtra diœceſi, ſeu alia in qua hæc fecerint, admittantur: cum ex delicto parentum, ipſo facto inhabiles reddantur ad hujusmodi conſequenda. Statuentes & mandantes examinatoribus Clericorum, capitulis, conventibus, Patronis, & Archidiaconis ac Prælatis, ut nullum ex talibus ad ordines admittant; capitulum vero & conventus, nullum ex eis ad præbendas eligant; Patroni nullum ex ipſis præſentent; Archidiaçoni & prælati tales non inveſtiant ullo modo. Alioqui Capitula & Conventus, Patroni & Archidiaconi ac Prælati, ipſo facto jus ſuum amittant, & ea vice ad proximum ſuperiorem devolvatur. Et nihilominus talium perſonarum receptio, inveſtitura & admiſſio, ſit irrita ipſo facto, nec ipſis jus quæratur in beneficiis ſic adeptis. Feuda etiam, ſi qua prædicti Sacrilegi ab Eccleſiis vel Eccleſiaſticis perſonis tenuerint, poſt lapſum anni, per quem excommunicationem ſuſtinuerint, ad Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas libere revertantur: ita, ut ſi ipſi Sacrilegi ultra ſe de hujusmodi feudis ingreſſerint, contra eos tanquam contra invaſores Eccleſiæ procedatur.

Verum cum futuris periculis ſit maturis remediis obviandum, ne poſt vulneratam cauſam ad remedium difficilius in bonis recurratur: de clericis clericos capientibus, aut capi mandantibus, aut adverſus Eccleſiam ſe hoſtibus Eccleſiæ aſſociantibus, Eccleſiasque invadentibus, aut contra Sacrilegos hujusmodi, perfectius quo poterit, procedatur: ſtatuimus, ut ſi qui clerici & prælati beneficiati, cujuscunque dignitatis, Status aut conditionis exiſtant, bono opere ſpirituali rejecto, in tam præſumptuoſam & deteſtabilem profunditatem malorum dilabuntur, quod Clericos religioſasve perſonas capiunt, vulnerant & detinent captivatos, aut contra Eccleſias ſuas cathedrales aut alias, quarum Prælati, Canonici vel rectores exiſtunt, cum hoſtibus ipſarum Eccleſiarum ſe confœderant, vel in acie hoſtium contra ſuos diœceſanos & Eccleſias armati comparent, Archiepiſcopos & Epiſcopos & eccleſias ſuas, & Collegia, ſeu Capitula, vel bona earundem rapiunt, vel capi faciunt, aut mandant, detinent, vel detineri mandant, ſeu arreſtari procurant, per abuſum & Judicium potentiæ Secularis, dum hæc, vel eorum aliquod, per evidentiam facti, vel ſceleris perpetrati, aut per confeſſionem propriam coram duobus teſtibus fide dignis factam, aut judicis ſententiam, vel alio modo legitimo liquent, quos, ſalva pœna Canonis, ex tunc, ut ex nunc absque alterius mandati expectatione, excommunicationis ſententiam, quam in his ſcriptis propter hoc, tanquam delictum notorium in eos ferimus, incurrere volumus ipſo facto. In qua quidem ſententia, ſi per annum unum perſeveraverint animo indurato, cum tanto gravius Clerici, cujuscunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, hujusmodi committentes, ſint puniendi, quanto hæc ſunt in ipſis magis deteſtanda, & tanquam ingrati. Cum autem Eccleſias proprias invaſerint,

rint, dignitates, perſonatus & beneficia ſua admittere debeant, ſeu ea demeruerint, ex tunc poſt lapſum anni, absque judicis ſententia, dignitatibus, beneficiis, perſonatibus & omnibus, quæ in diœceſi, in qua præmiſſa, vel eorum aliquod commiſerint, habent & obtinent, virtute & authoritate præſentis Concilii noſtri, ipſo facto ſint privati: quos etiam ex cauſis præmiſſis privamus eisdem, absque ſpe reſtitutionis ad ipſa, propter atrocitatem criminis in hoc caſu: mandantes, ut de ipſis dignitatibus, perſonatibus & beneficiis per illos ad quos hoc ſpectat, ex tunc ordinetur, & conferantur perſonis aliis intra tempus juris: alioqui eorum collatio ad ſuperiorem devolvatur. Et ſi antedicti Clerici ſic privati, non obſtante, quod forſan de facto dignitates habent, adhuc detinent, & patroni de ipſis negligunt ordinare, poſt hæc ſe ingeſſerint dignitatibus, perſonatibus & beneficiis eisdem: fructus ſuos non faciant, nec actus eorum capitulares cuiquam ſuffragium præſtent, vel afferant nocumentum. Clericos vero hujusmodi committentes non beneficiatos, ex tunc, ut ex nunc, excludi volumus & inhabiles exiſtere ad dignitates, perſonatus, officia & beneficia quælibet, in diœceſi, in qua talia perpetraverint.

III. Ne quis laicos exactiones Eccleſiis imponat ratione advocatiæ, quam ſuper bonis Eccleſiaſticis habet.

Monemus item omnes nobiles, terrarum dominos, Scabinos, Conſules, Judices Seculares & univerſitates, ac alios laicos, cujuscunque ſtatus exiſtant, ne de cætero occaſione advocatiarum, quas quidem ex eis ſuper bona Eccleſiaſtica habent, vel quocunque alio nomine, vel colore ad hoc quæſito, tallias, collectas, exactiones, petitiones, aſſiſias, contributiones, ſervitia indebita, & ultra, quam jus advocatiæ, juxta Scabinorum ſententiam, ubi advocati ſunt, permittit, ipſis Eccleſiis eccleſiaſticisve perſonis, hominibus, mancipiis & bonis earundem imponant, vel imponere, exigere, aut recipere præſumant, vel quominus bona Eccleſiaſtica colantur, & ipſæ Eccleſiæ eisdem pacifice fruantur, per arreſtationem, vel prohibitionem aut alias prohibeant, ne bona Eccleſiarum colant, vel homines ſuos dum in expeditionibus ſuis vadunt, vel alio modo procedunt, in grangiis & curtibus earundem Eccleſiarum & monaſteriorum ponant: alias contra ipſos volumus procedi per ſententiam excommunicationis, quousque ſatisfaciant de commiſſis.

IV. De Invaſoribus & occupatoribus & detentoribus rerum & bonorum Eccleſiaſticorum.

Item ſtatutum prædeceſſoris noſtri Engilberti quondam Colonienſis Archiepiſcopi, quod ſic incipit: Atque ad reprimendum importunam præſumptionem raptorum, prædonum & invaſorum bonorum & rerum Eccleſiaſticarum &c. innovantes ex nunc de verbo ad verbum, prout in eodem continetur, volumus & præcipimus firmiter obſervari. Similiter & ſtatutum ejusdem noſtri prædeceſſoris Engilberti, de effractoribus & incendiariis Eccleſiarum, quod ſic incipit: Contra incendiarios autem & effractores Eccleſiarum & monaſteriorum, cum ipſo facto ſint excommunicati &c. prout in eodem ſtatuto continetur, innovantes, volumus & præcipimus obſervari.

V. De occupantibus bona Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, & legata fabricæ Eccleſiæ Colonienſis.

Cum nonnulli tam Clerici, quam laici utriusque ſexus homines, bona mobilia, vel immobilia ad eccleſias, monaſteria, vel alia pia loca, nec non ad dignitates, perſonatus & beneficia pertinentia, vel ad fabricam Colonienſem, & aliarum Eccleſiarum legata, ſeu bona illicite acquiſita, ipſi fabricæ cedentia, tacite, vel expreſſe occupent & detineant minus juſte, in fraudem Eccleſiarum & monaſteriorum, ac aliorum prædictorum: nos eorum in hac parte fraudibus obviare volentes, ſtatuimus & præcipimus, ut quicunque, cujuscunque ſtatus aut conditionis exiſtant, in præſenti, vel pro tempore hujusmodi bona & legata, ac illicite acquiſita, Eccleſiis, prælatis & clericis ſcientibus, vel ignorantibus, ſub ſe habuerint, intra menſem a præſentis ſtatuti publicatione, ea, quæ ad præſens apud eos ſunt, & ſe habere ſciunt, vel quocunque tempore, dum innotuerit ipſis ſe bona conſimilia tenere vel occupare, ſimiliter intra menſem eisdem fabricæ noſtræ Colonienſi & Eccleſiis, monaſteriis, Prælatis, eccleſiarum rectoribus, aut aliis locis piis reſtituant atque reddant: alias ad id ex tunc per excommunicationis ſententiam compellantur.

VI. De vita & honeſtate Clericorum.

Statutum item bonæ memoriæ Sifridi, quondam Colonienſis Archiepiſcopi Prædeceſſoris noſtri, inter alia ſtatuta ſua, de vita & honeſtate Clericorum editum, quod ſic incipit: Ex Concilio generali ſtatuimus & præcipimus, ut univerſi clerici continenter & caſte vivant &c. innovantes, præcipimus firmiter obſervari.

VII. De Vicariis, quoad versus & lectiones in matutinis.

Intelleximus etiam, quod quamquam in quibusdam Ecclesiis Vicarii aliqui adstricti sint suas Septimanas servare, celebrando Missas in principali seu summo altari & cæteras horas quascunque, lectiones tamen in matutinis legere, vel versus cantare in eisdem Ecclesiis de consuetudine prohibentur. Propter quæ, occasione Canonicorum absentium contingit interdum, in eisdem Ecclesiis negligentias fieri & matutinas cum cantu penitus prætermitti. Attendentes igitur absurdum esse, quod majora & solemniora, ut est dictum, ipsis vicariis permittantur, utpote Missarum celebratio in summo altari, & minima denegentur: ad tollendam negligentiam hujusmodi, præcipimus decanis, ut ipsi vicariis eisdem deinceps injungant versus cantare & lectiones legere, prout viderint expedire: eos, qui ipsis in hoc non paruerint, sicut in cæteris, corrigendo: Salva correctione contra canonicos, qui in præmissis fuerint negligentes.

VIII. De ætate presbyterorum ordinandorum.

Statuimus item, ut nullus Clericus Secularis ad sacerdotii gradum, nisi vigesimum quintum annum ætatis suæ attigerit, aliasque ad hoc idoneus extiterit, ordinetur: ut levitate juvenili, quæ prona est ad delictum, transcursa, sacerdotes in agendis discretionem habeant suo statui congruentem.

IX. De Concubinariis Clericis.

Quanquam item plures canones & statuta edita sint super continentia clericali: quia tamen natura prona est & labilis ad incontinentiam, ideirco, ut quilibet Clericus saltem pœnæ gravioris formidine strictius se contineat: statuimus, ut nullus clericus, & nullus omnino presbyter, concubinam, vel in domo sua vel extra, publice teneat, aut habeat, cui necessaria administret. Alioqui a Divinis noverit se suspensum: & talibus suspensis celebrantibus, nullus Divina audiat, nec pro capellanis, nec sociis eos teneat: contrarium facientes, ut desistant, per excommunicationis sententiam arceantur: salvis pœnis per bonæ memoriæ Conradum, Archiepiscopum Colonienſem, Prædecessorem nostrum, contra Concubinarios & Concubinas hujusmodi institutis. Qui vero relaxatis voluntatum habenis, in lacum miseriæ, & in lutum fæcis se immergunt, ut salutis æternæ coronam & honestatis normam & Sacrarum virginum pudicitiam violare præsumpserint, cujuscunque regulæ, vel habitus monialium tales exteterint: propter tam flagitiosum crimen, si carnis commercium temerarium fuerit subsecutum, excommunicationis sententia, quam in his scriptis ferimus, se noverint innodatos. Sanctimoniales vero, quæ hujusmodi crimen flagitiosum perpetraverint, nullatenus deinceps ad officium aliquod in monasterio admittantur: sed in signum iniquitatis suæ, salvis pœnis, contra tales Sanctimoniales editis, prout hæ in Concilio venerabilis patris Domini Conradi, Portuensis, & S. Rufinæ Episcopi, olim Apostolicæ Sedis per Alemanniam legati, sunt promulgatæ, taliter a suis Superioribus corrigantur, quod earum correctio aliis terrorem incutiat, ea amplius non committendi.

X. Quod Clericis publica emenda & pœnitentia non sit imponenda.

Item cum Clericis publica actio pœnitentiæ sit prohibita: statuimus, ut in nulla Ecclesiarum nostræ Civitatis, Diœcesis & Provinciæ, aliqua emenda, seu pœnitentia publica ipsis imponatur, cum ex talibus infames reddantur sicut in aliquibus Ecclesiis intelleximus observatum: videlicet, quod Canonici & Clerici alii ante cruces in processionibus & in choro, diebus, quibus cæteri in albis procedunt, in nigris cappis circumeant & incedant in publico & in facie laicorum: quod de cætero in virtute sanctæ obedientiæ fieri prohibemus. Sed Superiores eorum, juxta qualitatem delicti, pœnitentias ipsis clericis imponant suo ordini congruentes. Si secus actum fuerit, decernimus ipsos Clericos ad hujusmodi emendas publicas non teneri.

XI. Quod non nisi ordinati ad sacros ordines, legant epistolas vel Evangelia.

Statuimus item, ut non nisi ordinati legitime ad sacros ordines, epistolas vel Evangelia legant, induti vestimentis sacris, cum id obviet canonicis institutis. Contrarium facientes a suis decanis puniantur.

XII. Quod nullus Ecclesiam curatam teneat, nisi ab Episcopo vel Archidiacono instituatur.

Item statuimus, quod nullus Ecclesiam curatam de cætero teneat, vel regendam suscipiat, aut susceptam tenere præsumat, nisi a nobis, vel Archidiacono, & eorum vices gerentibus, quibus hoc de jure, vel consuetudine competere dinoscitur, de eadem fuerit legitime institutus: cum alias non habeat claves ligandi vel solvendi. Contrarium faciens, nisi dictam Ecclesiam dimittat, monitione viginti dierum præmissa

missa, ex nunc excommunicationis sententiam, quam in ipsum in his scriptis ferimus, incidat ipso facto, ne plebs ei obediat vel intendat.

XIII. Quod provisi de beneficiis autoritate Apostolica, se faciant juxta formam provisionis ordinari.

Statuimus etiam, ut quibus in nostra civitate est de beneficiis authoritate Apostolica provisum, sic quod ad ea, prout onus beneficiorum eorundem requirit, promoveri teneantur, se faciant juxta formam provisionis eorundem ad dicta beneficia promoveri: alioqui ea vacare decernimus, & eorundem collationem devolvi ad superiorem, ut per ipsum intra tempus juris de personis aliis ordinetur. Et si contra hæc Clerici hujusmodi fructus eorundem beneficiorum perceperint: illos suos non faciant, nec ipsis ministrentur. Quod in virtute sanctæ obedientiæ duximus injungendum.

XIV. Quod fructus Canonicorum suspensorum decedentium, cedant Ecclesiæ, & non successoribus suspentorum.

Statuimus & hoc, ut si qui Canonici suspensi decesserint, quod propter hoc, Ecclesiæ, annis gratiæ & eorum fructibus post obitum cujuslibet ex consuetudine currentibus, non fraudentur; sed ipsis Ecclesiis, & non successoribus suspensorum, cedant pro redditibus perpetuis comparandis ad communem utilitatem Ecclesiarum: nec Ecclesiæ ipsæ ex alieno delicto jacturam sentiant in hoc casu.

XV. Quod Clericus non leget concubinis suis, vel Spuriis annum gratiæ suæ.

Nullus item annis gratiæ abutens, fructus annorum suorum spuriis, vel concubinis suis leget, aut donet. Contrarium faciens Ecclesiastica careat sepultura: & legatum hujusmodi non teneat in hoc casu, sed cedat Ecclesiæ, a qua processit. Item Vicarii Ecclesiarum Collegiatarum, vel aliarum Ecclesiarum, ad ordinem, quem onus beneficiorum suorum requirit, a tempore susceptorum beneficiorum promoveantur, & personaliter resideant in eisdem: alias eisdem vicariis, seu beneficiis, si non promoventur, nec personaliter eas deservierint ipso facto, post lapsum anni juris impedimento cessante, sint privati: & collatores earundem vicariarum, seu Capellanarum de ipsis personis aliis, id facientibus studeant providere. Idem de vicariis jam existentibus volumus observari: ne votum Christi fidelium, qui hujusmodi vicarias, pro remedio animæ suæ, vel pro cultu divino ampliando, instituerunt & dotaverunt easdem, per talium non promotorum & non deservientium negligentiam defraudetur.

XVI. De Campanariis, quod sint literati & in albis ministrent.

Presbyteri item sub albis camisias habeant & campanarii, quos literatos semper assumi volumus, ut saltem in responsionibus communibus presbytero valeant respondere, similiter tempore Divinorum Camisiis mundis & albis sint induti, nec quotidianis vestimentis suis in suo officio administrent indecenter: alias per locorum decanos & plebanos ad sui officii exercitium nullatenus admittatur: quod ipsis decanis & plebanis in virtute sanctæ obedientiæ duximus injungendum.

XVII. Quod Decani & plebani locorum examinent ornamenta Ecclesiæ.

Decani item & plebani examinent libros & ornamenta necessaria ad Divinum cultum in Ecclesiis sibi subjectis: & ubi necesse fuerit, per conservatores dictæ Ecclesiæ & parochianos, intra mensem post admonitionem eorundem, suppleri faciant: in rebelles excommunicationis sententiam promulgando.

XVIII. Quod fructus Canonicorum suspensorum cedant capitulis, non singularibus de capitulo personis.

Statuimus item, ut fructus Canonicorum suspentorum, durante suspensione eorundem, cedant capitulis ad communes usus Ecclesiarum suarum, prout in Ecclesia nostra Coloniensi observatur, cui expedit in hoc casu cæteras nostræ Diœcesis & provinciæ Ecclesias conformari: ne ipsi Canonici sic suspensi, eosdem fructus per aliquas alias personas singulares vendicantes sibi ex aliqua consuetudine, immo potius corruptela ipsos competere, recuperent: & per consequens ad frequentationem chori per suspensiones hujusmodi nequeant coarctari: si tamen constet, ipsas personas singulares, per dictorum fructuum restitutionem dare canonicis suspensis occasionem suspensionis hujusmodi non curandi.

XIX. Quod Ecclesia, vel Cœmeterium non consecrentur, nisi de dotatione loci diœcesano constiterit.

Inhibemus item, ne aliqua Ecclesia, vel Cœmeterium, nisi dotatæ, de qua dotatione ante omnia nobis, seu loci diœcesano, fidem fieri volumus, omodo consecrentur.

XX. Quod Parochiani non nisi a suo plebano communionem recipiant.

Statuimus item, ut nullus Parochianus ab aliquo, quam a suo vero plebano, communionem recipiat: nisi de hoc privilegiis authenticis

sit

ſit munitus. Contrarium facientes a perceptione corporis Chriſti abſtineant, quousque ipſi plebano ſatisfecerint de contemptu.

XXI. Quod non fiant imprecationes, nec cantetur Media vita contra aliquas perſonas.

Prohibemus item, ne in aliqua Eccleſiarum nobis ſubjectarum, imprecationes fiant, nec decantetur Media vita contra aliquas perſonas, niſi de noſtra licentia ſpeciali: cum noſtra interſit diſcutere, quando ſint talia facienda.

XXII. De matrimoniis clandeſtinis.

Prohibemus item, ne quis matrimoniis clandeſtinis interſit, & quod proclamationes fiant ubique de matrimoniis contrahendis: & ſi qui contrarium fecerint, & excommunicationis ſententias inciderint, abſolutiones talium, nobis ſeu noſtro officiali ſpecialiter reſervamus.

XXIII. Quod annuus Domini de cætero in nativitate Domini obſervetur & innovetur.

Statuimus etiam, ut ex nunc de cætero annuus Domini obſervetur, & in nativitate Chriſti innovetur a quolibet anno, prout Sacroſancta Romana Eccleſia id obſervat, quæ eſt omnium Eccleſiarum caput & magiſtra: ut errores & difficultates, qui propter diverſitatem inceptionis anni nativitatis ejusdem, multoties evenerunt, de cætero evitentur.

XXIV. De Tabellionibus.

Statuimus item, ut Tabelliones, ſeu notarii publici, quoties alicui appellationi, proteſtationi, aut provocationi, aliive actui in publico faciendo interfuerint, provideant ſibi, ut officiali noſtro, ſeu judici, aut aliis, coram quibus appellant, dent ſub eodem contextu copiam appellationis, ſub expenſis appellantis: quas appellantibus, ſeu provocantibus & proteſtantibus ob id fieri volumus, ut judex, an deferat appellationi, nec ne, deliberare valeat: ne ipſis judicibus, qui limitatum terminum ſuper hoc a jure habent, currat tempus.

Item cum officium tabellionatus ſit publicum, præcipimus, ut quilibet tabellio, inſtrumenti confecti per ipſum, intra ſex dies, poſtquam ex parte illius, cujus intereſt, fuerit requiſitus, ſub expenſis partis hoc requirentis, quas per taxationem curiæ noſtræ & diœceſani cujuslibet taxari volumus, copiam ſub ſigillo ſuo det & aſſignet.

In quibus duobus articulis ſi tabelliones negligentes fuerint, & de hoc conſtiterit, per rei evidentiam, aut alio modo, ac ipſi appellantes, ſeu proteſtantes hujusmodi facere contempſerint: ex tunc excommunicationis ſententiam incidant, cujus relaxationem nobis ſpecialiter reſervamus.

XXV. De Sacramentis.

Item ſtatutum piæ memoriæ Sifridi, Colonienſis Archiepiſcopi, Prædeceſſoris noſtri, de ſeptem Sacramentis, inter alia ſtatuta ſua editum, quod incipit: Statuimus, ut baptiſmus honorabiliter celebretur, &c. in omni ſua forma pro inſtructione ſimplicium Clericorum, qualiter in adminiſtratione eorundem Sacramentorum ſe habere debeant, volumus & præcipimus obſervari.

XXVI. Quod plebanis non denegetur chriſma, vel oleum ſacrum.

Statuimus etiam, ut nullis plebanis chriſma, vel oleum ſacrum, ab his, qui hæc adminiſtrare ſolent, occaſione cujusvis petitionis cathedratici ſeu Synodatici non ſoluti, denegetur, vel ſubtrahatur: cum neceſſarium ſit in vigilia Paſchæ, & aliis temporibus, pro renovatione fontis baptiſmatis, hæc in Eccleſiis haberi. Sed ad ſolutionem prædictorum, dicti plebani, ſi neceſſe fuerit, viis aliis compellantur: ne parochianis ex alieno delicto, ſacramenta prædicta, quæ gratis dari debent, indebite ſubtrahantur.

XXVII. De ſtatu religioſorum.

Item ſtatuimus, ut religioſi ordinis B. Benedicti Abbatis, in craſtino Exaltationis ſanctæ crucis, omni anno celebrent concilia ſua in civitatibus cathedralibus, & in monaſteriis ſui ordinis, ſi qua ſunt in eisdem: alias in vicino in aliqua Eccleſia dictæ Civitatis, quam ad hoc viderint ſibi aptam. Ad quod Concilium Abbates ſingulorum monaſteriorum, quilibet eorum cum duobus monachis, veniant & habeant inter ſe duos ſuperiores Abbates ordinis ſui dictæ Diœceſis, qui procurent ibidem legi regulam B. Benedicti, & provinciale Concilium bonæ memoriæ Domini Conradi, Colonienſis Archiepiſcopi Prædeceſſoris noſtri, ſuper ſtatu, & regulari diſciplina dicti ordinis, per ipſum olim obſervatum: quod quidem Concilium, ſic incipit:

Anno 1260.

In nomine Domini Amen. Conradus Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Saluti & bono Statui omnium, cujuscunque profeſſionis ſeu ordinis, ſed noſtrorum domeſticorum maxime, debitores exiſtentes in Domino. Sicut in noſtra viſitatione negotium informationis & correctionis de clericis per ſtatuta Canonica expedivimus competenter: ita de monachis ſatagentes, id ipſum ſuo modo, quo competens fuerit, expediemus.

In

In primis ſtatuimus, quod omnium monaſteriorum nigri habitus monachi ordinis S. Benedicti, Divinum officium in cantando & legendo, ſecundum quod regula ejusdem S. Benedicti præcipit, exequantur. Et ſic finit: Datum & pronunciatum Coloniæ, quarto Idus Martii, anno Domini 1260. (vid ſupra ſub Num. XXXIIX.) Quæ etiam ſtatuta ſunt ab aliis Prædeceſſoribus noſtris de obſervantia regulæ, ibidem legantur: & ſi qua pro monaſteriorum dicti ordinis ſtatu & correctione fratrum rebellium, ac Divini cultus ordinatione, ordinanda ſunt, ordinentur: & quæ ibidem diffinita ſecundum eorum regulam fuerint, obſerventur. Si qui vero monachi rebelles fuerint, nec per Abbates corrigi poſſint, illos nobis, vel loci diœceſano volumus præſentari.

XXVIII. Item dem Monachis & Monialibus.

Si qui etiam Monachi, vel Sanctimoniales, beatorum Benedicti & Auguſtini ordinum, præter ſuperioris licentiam, bona mobilia apud ſe vel apud alios, in depoſito, negotiationis aut alia de cauſa habuerint: illa ſuo ſuperiori & conventui reſignent, & eisdem ad cautelam quolibet anno intra quindenam ante feſtum Paſchæ intiment, ſpecificent, revelent, & demonſtrent, & ad manus ejusdem ſuperioris Abbatis in præſentia conventus reſignent penitus atque tradant monachi & moniales ejusdem. Contrarium facientes, ſeu qui bona hujusmodi dolo deſierint poſſidere, excommunicentur & puniantur ſecundum inde ſtatuta. Et quicunque alii utriusque ſexus homines prætata bona ſub quovis nomine ſub ſe habuerint: tales, niſi eadem bona intra menſem ſimili modo ad manus ſuperioris ejusdem monachi, vel monialis reportent & reſignent, excommunicationis volumus ſententiam incurrere eo facto. Item præcipimus & ſtatuimus, ut monachi & moniales in civitatibus atque villis, absque religionis habitu non diſcurrant; nec ullus monachus, ſeu monialis in pluribus monaſteriis, quorum in uno dignitates, perſonatus, ſeu officia & præbendam obtineant: ſed recepta ſecunda dignitate, perſonatu, officio cum præbenda, collator primæ dignitatis, perſonatus, officii & præbendæ prioris eam, ſeu eas, alii conferant intra tempus juris: nec monachis, vel monialibus prædictis, tempore abſentiæ ſuæ, fructus cedant, ſuarum præbendarum; quia ſic viderentur aliquid proprii poſſidere. Sed monachis ad ſtudendum aptis, de ſuorum ſuperiorum providentia poterit de neceſſitatibus provideri.

Item ſtatuendo prohibemus, ne in aliquo monaſterio monachorum, vel monialium, cujuscunque conditionis vel regulæ exiſtant, in receptione vel admiſſione monachi, ſeu ſanctimonialis ad ipſum ordinem, pecunia exigatur, vel pro receptione talis perſonæ ad religionem, pacta, conditiones, aut conventiones de pecunia, vel alia re temporali, id religioſi faciant, quovis nomine, vel colore ad hoc quæſito: quod ipſis omnibus & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ duximus injungendum. Sed id quod ex poſt facto parentes & amici perſonæ receptæ, pro eleemoſyna & devotionis cauſa, absque pacto libere contulerint, recipere valeant: dum tamen id fiat pure & ſimpliciter, ſine fraude.

Cæterum ſtatuimus ut moniales ipſæ ſub perpetua in ſuis monaſteriis clauſura maneant, ac nulli, niſi de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia, ingreſſus, vel acceſſus pateat ad easdem: ut ſic a publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, Domino liberius ſervire valeant, ac laſciviendi opportunitate ſublata, ipſi Domino Jeſu Chriſto, cui integritatem ſuam ſponta nea voluntate devoverunt, corda & opera ſua in omni ſanctimonia cuſtodiant, juxta conſtitutionem D. Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit: Periculoſo & deteſtabili quarundam monialium ſtatui &c. Quam in præmiſſis & aliis in eadem conſtitutione contentis, volumus & præcipimus firmiter obſervari. Nulla etiam mulier ſolenne votum continentiæ emittat, quæ non elegerit ſub clauſura certa, vel approbata alicujus ordinis remanere: ne propter levitatem ſexus, ſi in ſeculo remanſerit ſicut prius, continentiæ votum diſſolvens, gravius delinquat in hoc caſu: niſi ad talem ætatem pervenerit, quod de incontinentiæ vitio amodo contra ipſam ſuſpicio non habeatur.

Quia vero per præſentia ſtatuta noſtra provincialia, communi utilitati Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, pro conſervatione libertatis earundem, ac repreſſione ipſas infeſtantium, ut ſperamus, autore Domino ſalubriter providetur: præcipimus & mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, ut ſtatuta noſtra ab omnibus Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis nobis ſubditis, & in hoc concilio noſtro congregatis, inviolabiliter, fraude & dolo ſecluſis, firmiterque obſerventur: Alias poſt tres menſes a publicatione præſenti ſtatutorum eorundem, volumus venientes contra ipſa ex tunc pœnas incurrere contentas in eisdem.

Et ne quenquam ipſa ſtatuta lateant, vel latere poſſint, ſtatuimus, ut collegia, capitula, conventus, monaſteria, Decani, Eccleſiarum rectores & cæteri, quorum intereſt, intra dictos tres menſes a publicatione ſtatutorum ipſorum, copiam

recipiant & ſibi procurent eorundem: alioqui ipſos, qui in hoc culpabiles extiterint, ex tunc ſuſpendi volumus ab officio Divinorum.

Actum & pronunciatum & datum in palatio noſtro Colonienſi præſentibus venerab libus Patribus, Gvidone, Trajectenſis, Engilberto, Osnaburgenſis, Godefrido, Mindenſis Eccleſiarum Epiſcopis; nec non nunciis ſolemnibus, venerabilis Theobaldi, Leodienſis Epiſcopi & Capituli Monaſterienſis, ſede ipſa vacante; ac Prælatis & Clero noſtræ Civitatis & diœceſis Colonienſis in dicto Concilio ſolenniter congregatis, in craſtino Dominicæ Invocavit nec non feria III. & IV. ſequentibus Concilio ipſo durante, anno Domini M. CCC. X.

LIX.

Pabſts Clementis V. Breve an Ertz-Biſchoff Henricum II. zu Cölln und ſeine Suffraganeos, daß ſie die wider die Tempelherren angeſtellte Inquiſition auch in ihren Diœceſibus vornehmen und befördern möchten, de Anno 1311.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Colonienſi, ejusque ſuffraganeis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Faciens miſericordiam cum ſervo ſuo Dei Filius Dominus Jeſus Chriſtus, ad hoc nos voluit in ſpecula eminenti apoſtulatus aſſumi, ut gerentis, licet immeriti, vices ejus in terris, in cunctis noſtris actibus & proceſſibus ipſius veſtigia, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Sane dudum circa noſtræ promotionis ad apicem ſummi pontificatus initium, etiam antequam Lugdunum, ubi recepimus noſtræ coronationis inſignia, veniremus: & poſt, tam ibi, quam alibi, ſecreta quorundam nobis inſinuatio intimavit, quod magiſter, Præceptores & alii fratres dictæ militiæ Templi, & etiam ipſe ordo, qui ad defenſionem patrimonii ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipſum Dominum in ſcelus apoſtaſiæ nefandum, deteſtabile idololatriæ vitium, execrabile facinus Sodomorum, & hæreſes varias erant lapſi. Sed quia non erat veriſimile, ne credibile videbatur, quod viri tam religioſi, qui præcipue pro Chriſti nomine ſuum ſæpe ſangvinem effundere, ac perſonas ſuas mortis periculis frequenter exponere credebantur, quique multa & magna tam in Divinis officiis, quam in jejuniis, & aliis obſervantiis, devotionis ſigna frequentius prætendebant, ſuæ ſic eſſent ſalutis immemores, quod talia perpetrarent: hujusmodi inſinuationi ac delationi ipſorum, ejusdem Domini noſtri exemplis & Canonicæ Scripturæ doctrinis edocti, aurem noluimus inclinare.

Verba ſequentia aſtericis incluſa, ex relatione proceſſus adverſus Templarios inſtituti ad Regem Franciæ facta, deſumta, & non attenta connexione cum præmiſſis & ſubſequentibus, hic inſerta videntur.

Deinde vero tu, cui eadem ſuerant facinora nunciata, non typo avaritiæ, cum de bonis Templariorum nihil ibi vindicare, vel appropriare intendas, imo ea nobis & Eccleſiæ per deputandos ſuper hoc a nobis adminiſtranda, gubernanda, conſervanda & cuſtodienda liberaliter & devote in regno tuo dimiſiſti, manum tuam exinde totaliter amovendo, ſed fidei orthodoxæ fervore, tuorum progenitorum veſtigia clara ſequens, accenſus, de præmiſſis quantum illicite potuiſti, te informans, ad inſtruendum & informandum nos ſuper iis, multas & magnas nobis informationes per tuos nuncios & literas deſtinaſti. Infamia vero contra Templarios ipſos in crebreſcente validius, ſuper ſceleribus antedictis: & quia etiam quidam miles ejusdem ordinis magnæ nobilitatis, & qui non levis opinionis in dicto ordine habebatu, coram nobis ſecreto juratus depoſuit, quod in receptione fratrum præfati ordinis, hæc conſvetudo, vel verius corruptela, ſervatur, quod ad recipientis, vel ab eo deputati ſuggeſtionem, qui recipitur, Chriſtum Jeſum negat, & ſuper crucem ſibi oſtenſam ſpuit in vituperium Crucifixi: & quædam alia faciunt recipiens & receptus, quæ non ſunt licita, nec humanæ conveniunt honeſtati, prout ipſe tunc confeſſus extitit coram nobis: urgente nos ad id officii noſtri debito, vitare nequivimus, quin tot & tantis clamoribus accommodaremus auditum. Sed cum demum fama publica deferente, ac clamoſa inſinuatione tui, nec non & Ducum, Comitum & Baronum ac aliorum nobilium, cleri quoque ac populi dicti regni tui, ad noſtram propter hoc tam per ſe, quam per procuratores & Syndicos, præſentiam venientium quod dolenter referimus, ad noſtram audientiam perveniſſet, quod magiſter, Præceptores & alii fratres dicti ordinis, & ipſe ordo, præfatis & pluribus aliis erant criminibus irretiti, & præmiſſa, per multas confeſſiones, atteſtationes & depoſitiones præfati magiſtri & plurium

rium præceptorum & fratrum ordinis prælibati, coram multis prælatis & hæreticæ pravitatis inquiſitore in regno Franciæ factas, habitas & receptas & in publicam ſcripturam redactas, nobisque & fratribus noſtris oſtenſas, probari quodammodo viderentur, ac nihilominus fama & clamores prædicti in tantum invaluiſſent, & etiam aſcendiſſent, tam contra ipſum ordinem, quam contra perſonas ſingulares ejusdem, quod ſine gravi ſcandalo præteriri non poterat, nec absque eminenti periculo tolerari: Nos illius, cujus vices, licet immeriti, in terris gerimus, veſtigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis ratione prævia duximus procedendum, multosque de præceptoribus, presbyteris, militibus & aliis fratribus dicti ordinis reputationis non modicæ, in noſtra præſentia conſtitutos, præſtito ab eis juramento, quod ſuper præmiſſis meram & plenam nobis dicerent veritatem, ſuper prædictis interrogavimus & examinavimus usque ad numerum ſeptuaginta duorum, multis ex fratribus noſtris nobis aſſiſtentibus diligenter: eorumque confeſſiones per publicas manus in authenticam ſcripturam redactas, illico in noſtra & dictorum fratrum noſtrorum præſentia, ac deinde interpoſito aliquorum dierum ſpatio in conſiſtorio legi fecimus coram ipſis & illas in ſuo vulgari cuilibet exponi. Qui perſeverantes in illis, eas expreſſe & ſponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt. Poſt quæ cum magiſtro & præcipuis præceptoribus præfati ordinis intendentes ſuper præmiſſis inquirere, per nos ipſos, ipſum magiſtrum & Franciæ, terræ Ultramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ & Pictaviæ Præceptores majores, nobis tunc Pictavis exiſtentibus mandavimus præſentari. Sed quoniam quidam ex eis ſic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad noſtram præſentiam quoquo modo adduci: nos cum eis ſcire volentes de præmiſſis omnibus veritatem, & an vera eſſent, quæ continebantur in eorum confeſſionibus & depoſitionibus, quas coram inquiſitore pravitatis hæreticæ in regno tuo præfato, præſentibus quibusdam notariis publicis, & multis aliis bonis viris, dicebantur feciſſe, nobis & fratribus noſtris per ipſum inquiſitorem ſub manibus publicis exhibitis & oſtenſis: dilectis filiis noſtris Berengario, tituli ſanctorum Nerei & Achillei & Stephano tituli Sancti Cyriaci in Thermis, presbyteris, ac Landu'fo Sancti Angeli Diacono, Cardinalibus, de quorum prudentia, experientia & fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus, commiſimus & mandavimus, ut ipſi cum præfatis magiſtro & præceptoribus inquirerent, tam contra ipſos & alias ſingulares perſonas dicti ordinis generaliter, quam contra ipſum ordinem, ſuper præmiſſis cum diligentia veritatem, & quidquid ſuper his invenirent, nobis referre, ac eorum confeſſiones & depoſitiones per manum publicam in ſcriptis redactas noſtro Apoſtolatui deferre ac præſentare curarent; eisdem magiſtro & præceptoribus abſolutionis beneficium a ſententia excommunicationis, quam pro præmiſſis, ſi vera eſſent, incurrant, ſi abſolutionem humiliter ac devote peterent, ut deberent, juxta formam Eccleſiæ impenſuri. Qui cardinales ad ipſos magiſtrum & præceptores perſonaliter accedentes, eis ſui adventus cauſam expoſuerunt. Et quoniam tam perſonæ, quam res ipſorum & aliorum Templariorum in dicto regno tuo conſiſtentium, in manibus noſtris erant: quod libere absque metu cujusquam plene ac pure ſuper præmiſſis omnibus ipſis cardinalibus dicerent veritatem, eis, autoritate apoſtolica injunxerunt. Qui magiſter & præceptores Franciæ, terræ Ultramarinæ, Normanniæ, Aqvitaniæ ac Pictaviæ, coram ipſis tribus Cardinalibus, præſentibus quatuor tabellionibus publicis & multis aliis bonis viris, ad ſancta Dei Evangelia ab eis corporaliter tacta præſtito juramento, quod ſuper præmiſſis omnibus meram & plenam dicerent veritatem, coram ipſis ſingulariter libere ac ſponte absque coactione qualibet, & timore depoſuerunt & confeſſi fuerunt inter cætera Chriſti abnegationem & ſpuitionem ſuper crucem, cum in ordine Templi recepti fuerunt, & quidam ex eis, ſe ſub eadem forma ſcilicet cum abnegatione Chriſti & ſpuitione ſuper crucem, fratres multos recepiſſe. Sunt etiam quidam ex eis quædam alia horribilia & inhoneſta confeſſi, quæ, ut eorum ad præſens parcamus verecundiæ, ſubticemus. Dixerunt præterea & confeſſi fuerunt, eſſe vera, quæ in eorum confeſſionibus & depoſitionibus continentur, quas dudum fecerant coram inquiſitore hæreticæ pravitatis; quæ confeſſiones & depoſitiones dictorum magiſtri & præceptorum, in ſcripturam publicam & quatuor publicos tabelliones redactæ, in ipſorum magiſtri & præceptorum, & quorundam aliorum bonorum virorum præſentia, ac deinde interpoſito aliquorum dierum ſpatio coram ipſis, eisdem lectæ fuerunt de mandato & in præſentia cardinalium prædictorum, & in ſuo vulgari expoſitæ cuilibet eorundem. Qui perſeverantes in illis, eas expreſſe ac ſponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt. Et poſt confeſſiones & depoſitiones hujusmodi, ab ipſis cardinalibus, ab excommunica-

nicatione, quam pro præmissis incurrerant, absolutionem, flexis genibus, manibusque complicatis humiliter & devote, ac cum lacrymarum effusione non modica, petierunt: ipsi vero cardinales, quia Ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem magistro & præceptoribus hæresi abjurata, expresse ipsis, secundum formam Ecclesiæ, autoritate nostra, absolutionis beneficium impenderunt, ac deinde ad nostram præsentiam redeuntes, confessiones & depositiones prælibatorum magistri & præceptorum in scripturam publicam per manus publicas, ut est dictum, redactas nobis præsentaverunt, & quæ cum dictis magistro & Præceptoribus fecerant, retulerunt: ex quibus confessionibus & depositionibus ac relatione, invenimus sæpe fatos magistrum & fratres in præmissis & circa præmissa, licet quosdam ex eis in pluribus & alios in paucioribus graviter deliquisse. Verum quia in universis mundi partibus, per quas idem ordo diffunditur, ac fratres degunt ipsius, super his non possumus inquirere per nos ipsos: Fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus, quatenus vos & quilibet vestrum videlicet in suis civitate & diœcesi, una cum venerabilibus fratribus nostris Moguntinensi, Treverensi & Magdeburgensi Archiepiscopis ac Basileensi & Constantiensi Episcopis & dilectis filiis, abbate monasterii de Crudalio & priore de Longo ponte, Cluniacensis ordinis, Vivariensis & Parisiensis diœcesis, Paulo de Cadarossa præposito Cavallicensi, Decano Sancti Servatii Trajectensis, Magistro Bernardo Raimundi, Archidiacono Majoricensi, Joanne, dicto Presbytero Longo, Tullensi Capellano nostro, & magistro Laurentio de Fusciberte, basilicæ sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, Canonicis Ecclesiarum, vel undecim, decem, novem, octo, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, duobus, aut uno ex ipsis, quos vobis in hac parte propter negotii magnitudinem duximus adjungendos, vocatis per publicum citationis edictum per vos & ipsos adjunctos, vel eorum aliquos sive aliquem, in locis, de quibus vobis & iis videbitur faciendum, qui fuerint evocandi contra singulares personas & fratres dicti ordinis in civitatibus & diœcesibus vestris degentes, etiamsi aliunde venerint, vel illuc adducti forsan extiterint, super articulis, quos vobis sub bulla nostra inclusos transmittimus, & super aliis, de quibus prudentiæ vestræ videbitur expedire, veritatem cum diligentia inquiratis. Volumus insuper, quod inquisitione seu inquisitionibus hujusmodi factis per provinciale concilium contra ipsos, singulares personas & fratres, qui in eadem Provincia fuerint, seu pro eis super his, de quibus contra eos inquisitum extiterit, absolutoria seu condemnatoria juxta juris exigentiam proferatur. Inquisitore nihilominus seu Inquisitoribus ejusdem pravitatis hæreticæ in ipsa provincia per sedem Apostolicam deputatis, tam ad dictas inquisitiones, quam ad hujusmodi prolationem sententiæ admissis. Provisо quod de inquirendo, vel sententiando contra præfatum ordinem, & contra magnum præceptorem dicti ordinis in regno Alemanniæ constitutum, contra quos per certas personas inquiri mandavimus, vos intromittere nullatenus præsumatis. Nostræ etiam intentionis existit, & volumus, quod te, frater Archiepiscope, in hujusmodi inquisitionis per tuos suffraganeos, ut præmittitur, faciendæ negotio, cum singulis eisdem suffraganeis, quibus ad hoc te similiter duximus adjungendum, una cum prædictis aliis adjunctis, vel undecim, decem, novem, octo, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, duobus, aut uno ex ipsis, sive etiam per te ipsum, procedas, si poteris, juxta formam super hoc adjunctis traditam memoratis. Datum Pictavis, secundo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno tertio.

LX.

Ertz-Bischoffs Henrici II. zu Cölln Vollmacht vor Churfürst Rudolphum zu Pfaltz, auff dem zu Franckfurt angestellten Wahl-Tage seine Stelle zu verwalten, de Anno 1314. stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I, unter Chur-Cölln, pag. 81.

LXI.

Ejusdem Urkund, daß er Hertzog Fridericum Pulchrum von Oesterreich, als Röm. König, gesalbet und gekrönet, de Anno 1314 siehe loco antea citato pag. 81.

LXII.

Ejusdem Brieff an Pabst Clementem V. worinn er ihm referiret, daß die zu Franck-

zu Franckfurt angestellte Kayser-Wahl, auff Hertzog Fridericum Pulchrum zu Oesterreich ausgefallen, und solche zu confirmiren bittet, de Anno 1314. ist loco supra allegato pag. 83. vorhanden.

LXIII.

Ejusdem Statuta synodalia, de Anno 1321.

In Nomine Domini Amen.

Henricus Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus &c. Ad perpetuam rei memoriam:

Licet consulta provisione a sanctis Patribus, ac etiam a nostris Prædecessoribus, ac a nobis super vita & honestate Clericorum diversa promulgata sint statuta, tamen quia in eorum observatione se multi (quod gravi nimirum cum animi turbatione referimus) non exhibent reverentes, ad illicita & ordini & honori ac statui Clericali non congruentia, frena laxantes, ex officio nobis commissi debito cogimur ipsos, quos ad observantiam jurium & statutorum hujusmodi, virtutum præmia non inducunt, tam adjectarum exaggeratione pœnarum, quam adjiciendarum de novo formidine, ab ausibus temerariis refrenare, & nostri Capituli & Prælatorum consilio & consensu.

I. Ne Clerici seculares seu Religiosi negociis secularibus se immiscеant.

Statuimus, ne Clerici seculares, aut Religiosi, cujuscunque status, sive conditionis existant, negociis secularibus a Jure prohibitis, præsertim tabernariorum officio, immiscere aut ea exercere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ universis Archidiaconis, Prioribus, Prælatis ac cæteris quibuscunque, ad quos Clericorum tam secularium, quam religiosorum nostræ Civitatis & Diœcesis spectat correctio, ut ipsi suos subjectos ab hujusmodi tabernariorum officio, animadversione debita desistere compellant. Et ut ad (ab) hoc arctius compescantur, monemus ex nunc omnes seculares Clericos & Religiosos, nobis subjectos, termino mensis unius ipsis pro monitione legitima indulto, ne de cætero hujusmodi tabernariorum officium, quisquam eorum publice exercere præsumat. Alioqui authoritate præsentis statuti, taliter officium hujusmodi exercentes, pœnis in Constitutione Clementis Papæ quinti, extra de vita & honestate Clericorum quæ incipit, Diœcesanis expressis, præter alias pœnas canonicas, ipso facto volumus subjacere. Et nihilominus hos, qui beneficia habuerint, a perceptione fructuum Beneficiorum suorum, & ab ingressu Ecclesiæ: Beneficia vero non habentes, solum ab ingressu Ecclesiæ, eo ipso volumus fore (esse) suspensos: quas suspensionum sententias si per alium mensem sustinuerint subsequentem, tam habentes Beneficia, quam non habentes, a divinorum officio ex nunc, prout ex tunc, suspendimus in his scriptis. In quibus suspensionum sententiis si per reliquum mensem tunc sequentem perstiterint, in quemlibet eorum in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus. Quod statutum ad personas fœminarum, sive Ecclesiarum secularium sive monasteriorum, cum omni suo vigore duximus extendendum.

Nolumus tamen per præmissa quemquam a venditione vinorum, si qua eo a Beneficiis suis, seu aliunde, præter negociationis causam derivata fuerint, dummodo hoc sine dolo, nec in fraudem præsentis statuti, fecerit modis hactenus consvetis & decentibus, prohibere.

II. Quod Clerici seculares & Religiosi, tonsuram & coronam debitam in capite deferant.

Item statuimus, ut quilibet Clericus, sive secularis, sive Religiosus cujuscunque dignitatis, conditionis, aut status existat, habeat tonsuram & coronam in capite, suo ordini & statui congruentes, maxime deferendo quotidie coronam in capite, quæ secundum sui ordinis & status decentiam, detecta appareat, sine fraude in capite non abraso, seu cum forcipe super pectinem detonso, vel decurtato, nisi infirmitas, vel quia Scholaris in Scholis est, vel quia alia eum legitima causa excuset. Alioqui beneficia habentes, aut in sacris existentes, qui talem coronam juxta prædictum modum deinceps assidue non portaverint, monitione quindecim dierum præmissa, interdicti sententiam ab ingressu Ecclesiæ, quam in his scriptis in ipsos ex nunc ferimus; se noverint incursuros: Modificationem vero longitudinis & brevitatis crinium, salva coronæ decentia, secundum modum prædictum, ipsis ad quos ipsorum Clericorum correctio pertinet, committimus: in virtute sanctæ obedientiæ injungentes eisdem, ut quilibet, prout ad eum pertinet, suos subditos correctione debita ad portandum & habendum tonsuram debitam nostram non negligat adigere: ne, si ipsi circa

hoc inventi fuerint negligentes, oporteat nos ipſorum deſidiam corrigere & punire.

III. Quod Clerici veſtibus virgulatis vel partitis, aut alias eorum ſtatui contrariis, non utantur.

Cum felicis recordationis Clemens Papa quintus ſub certis pœnis ſtatuerit, ne aliquis Clericus virgulata, vel partita publice veſte utatur, niſi rationabilis cauſa ſubſit, hujusmodi pœnas in ipſa conſtitutione Clementina (quæ eſt extra de vita & honeſtate Clericorum, & incipit, quoniam quam abjectis) contentas, authoritate præſentis ſtatuti, in omnes & ſingulos Clericos noſtræ Civitatis Diœceſis, veſtes ſcacatas, omnino virides, aut omnino glaucas, aut omnino rubeas, aut in lateribus ſciſſas vel ante pectus notabiliter ſciſſas (fiſſas) aut nodatas, publice deſuper ſine cauſa rationabili portantes (monitione unius menſis præmiſſa, ut talibus veſtibus de cætero non utantur) decernimus extendendas: Volentes & ſtatuentes, ut poſt hujus menſis terminum, tales, talibus veſtibus publice utentes, pœnas hujusmodi incidant ipſo facto. Expedit enim, ut ipſos pœna ſimilis comitetur, quos facinus par coinquinat & coæquat.

IV. Quod Clerici inordinati, non admittantur ad Tractatus Capitulares.

Licet canon felicis recordationis Clementis Papæ quinti, extra de ætate & qual. Ordinand. qui incipit, ut hi, inter cætera ſtatuerit, ut nullus in Eccleſiis Cathedralibus, collegiatis vel regularibus, vocem in Capitulo habeat, etiam ſi hoc ſibi ab aliis libere concedatur, niſi ſaltem in ſubdiaconatus ordine fuerit conſtitutus, non obſtantibus quibusvis conſvetudinibus, ſeu ſtatutis: quia tamen nonnulli Clerici in ſacris non exiſtentes, non obſtante prohibitione Canonis antedicti, de facto Tractatibus Capitularibus (etſi vox eorum de Jure non valeat) cum aliis vocem habentibus pertinaciter ſe ingerunt & immiſcent: Nos volentes prædicti canonis intentionem præſenti ſtatuto juvari, ſtatuimus ne aliquis Canonicus, aut Clericus in ſacris non exiſtens, Capitularibus ſe immiſceat Tractatibus quoquo modo, niſi adhoc expreſſe per ſuum Decanum & Capitulum invitetur: Per quam tamen invitationem non credat ſe vocem in capitulo habiturum. Intentionis tamen noſtræ non exiſtit, quin ad ſuſcipiendum Diſciplinarum correctionem venire ad vocationem ſui Superioris, vel ad ſignum campanæ, ſecundum conſvetudinem ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterii priſtinam non eo minus teneatur temporibus debitis & conſvetis: qua diſciplinari correctione completa, ultro exeat & recedat, niſi (ut dictum eſt) remaneat invitatus, permittendo eos libere & pacifice, qui voces in capitulo habuerint, negotia capitularia diſponere & tractare in contrarium facientes, excommunicationis ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus, monitione quindecim dierum præmiſſa promulgamus.

V. De modo celebrandi Primam Miſſam, poſtquam aliquis in Sacerdotem fuerit promotus.

Item cum quosdam clericos avaritiæ impellat adeo cæcitas, ut dum ad ſacrum (ſacri) ſacerdotii ordinem promoventur, in quo ad ipſius ordinis dignitatem, ab omni nedum malo, verum etiam ab omni ſpecie mali prorſus deberent præ cæteris abſtinere, quibusdum modis inhoneſtis & illicitis ſtatumque eorum omnino non decentibus lucrum extorquendi, alios antecedunt. Plures enim Miſſas, quas primas Miſſas vocant, in diverſis locis publice celebrant, omnibus quibus poſſunt, non ſolum per ſeipſos, aut per ſuos familiares, verum per quasdam mulieres præcones in plateis & in locis publicis, ubi populus convenire conſvevit, quod hujusmodi Miſſas celebrare intendant, præconizantes & proclamantes non ſine ſcandalo & verecundia convocantis. Nos id de cætero omnino fieri prohibemus, ſtatuentes, ne aliquis ſacerdos de novo promotus, & de cætero promovendus, aliquam primam miſſam cantet ſeu celebret ſub titulo Primæ Miſſæ, niſi duntaxat unam: quam etiam non celebrabit alibi, quam in Eccleſia, in qua beneficiatus eſt, vel ſi religioſus fuerit, in monaſterio ſuo: Non beneficiatus vero, in Eccleſia Parochiali ſui domicilii vel originis: Nec (ut præmiſſum eſt) præconizationes ſeu proclamationes in locis & in plateis publicis; ubi populus tranſire & convenire conſvevit, fieri per ſe, vel per alios procurabit: imo excluſa omni fraude, hoc fieri non permittet. Contrarium facientes, excommunicationis ſententiam authoritate præſentis ſtatuti incurrant ipſo facto.

VI. De locis inſignibus Diœceſis Colonienſis, ubi cauſæ Eccleſiaſticæ tractari poſſunt & debent.

Cum item felicis recordationis Bonifacius Papa octavus, inter cætera ſtatuerit, ne cauſæ Apoſtolicæ alibi, quam in locis inſignibus audiantur: & nonnulli noſtræ Civitatis & Diœceſis homines, authoritate literarum Sedis Apoſtolicæ aliquos ad diverſa loca, reputantes ea loca eſſe inſignia, citari procurant, ipſis citatis è contra aſſerentibus, loce talia non debere pro inſignibus reputari, & inter litigantes ſæpius dubio ſic exorto, contingit ipſas partes vexari laboribus gravibus & expenſis: Nos hoc dubium authoritate præſentis ſtatuti, propter quietem litigantium, tollere intendentes, civitatem noſtram Colonienſem, Bonnenſem Sanctem (Sanctin. Sanctis) Suſatum ac Tuitium, loca fore inſignia & eſſe talia ubi cauſæ Apoſtolicæ tractari de Jure poterunt; & ea pro locis haberi deberi inſignibus: cætera vero loca noſtræ Diœceſis, præter quinque loca prædicta, fore minus inſignia & talia, ubi cauſæ Apoſtolicæ tractari de Jure non poterunt, declaramus. In quorum omnium teſtimonium & roboris firmitatem ſigillum noſtrum una cum ſigillo Capituli noſtri præſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M. CCC. XXI. in craſtino B. Remigii confeſſoris.

LXIV.

Ejusdem Renovation und Confirmation derer von Ertz-Biſchoff Engelberto zu Cölln im Jahr 1266. edirten Statutorum Synodalium, de Anno 1322.

HEnricus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, ſacro præſente Provinciali Concilio, ad perpetuam rei memoriam.

Reipublicæ curam gerentes, illud affectanter in corde gerimus, ut noſtris ſubjectis pacem, quietem & tranquillum ſtatum præparemus, ac nunc novorum editione, nunc antiquorum extenſione decretorum, libertatem ac immunitatem Eccleſiaſticam conſervemus, ac inſurgentium contra ipſam conatus & appetitus noxios, etiam pœnarum adjectionibus, refrenemus. Sane jamdudum felicis recordationis Dominus Engilbertus, Colonienſis Archiepiſcopus, prædeceſſor noſter, ſpeculator providus, & ſubditorum ſuorum defenſor inclytus, ad manutenendam & defendendam libertatem & immunitatem Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, ac eorum, qui in ſortem Domini ſunt vocati, complura, ultra proviſiones tam juris Canonici, quam civilis, ſtatuta Synodalia, non tam ſalubria & utilia, quam neceſſaria promulgavit; eaque pœnarum adjectionibus, ſicut erat expediens, vallavit provide & conſulte; quæ de conſilio & conſenſu noſtri Capituli Colonienſis, ac venerabilium patrum, Dominorum Godefridi Osnaburgenſis, & Godefridi Mindenſis ac procuratorum venerabilium, Dominorum, Adolphi, Leodienſis & Lodovici Monaſterienſis Eccleſiarum Epiſcoporum, noſtrorum ſuffraganeorum & procuratorum Eccleſiæ Trajectenſis, ipſa Trajectenſi ſede vacante, in præſenti noſtro Concilio provinciali congregatorum, ſalvis prædictorum ſuffraganeorum noſtrorum ſtatutis Synodalibus, ſi quæ habent, eis & eorum Eccleſiis, monaſteriis, & piis locis Eccleſiaſticisque perſonis plenius providentibus, quibus per præſentes præjudicare non intendimus, ſed ea in ſuo robore volumus permanere: autoritate præſentium duximus approbanda, innovanda & autorizanda, ac ad totam noſtram provinciam, ut uniformitas in ea inducatur, in omnibus ſuis modo & forma & tenoribus extendenda; ipſaque ad noſtram Provinciam extendimus per præſentes, decernentes ea, ut provincialia ſtatuta & decreta, amodo debere firmiter teneri & obſervari. Quorum quidem ſtatutorum tenor, de verbo ad verbum dinoſcitur eſſe talis:

Inſerantur hic ſtatuta Engilberti Archiepiſcopi Colonienſis, de Anno 1266. ſexto Idus Maji publicata & ſupra ſub Num. XLIII.

Hæc omnia & ſingula ſtatuta, autoritate præſentis Concilii Provincialis, in omnibus ſuis, modo & forma & clauſulis & tenoribus, ac pœnarum adjectionibus ad totam noſtram provinciam extendimus, & ſtatuta provincialia, facimus: decernentes ea, ut ſtatuta provincialia debere teneri & obſervari, ſic quod in qualibet civitate & diœceſi Provinciæ noſtræ ea teneantur & obſerventur, ſicut ſub verbis noſtræ civitatis & diœceſis, tanquam Synodalia, ſunt concepta ac promulgata, & hactenus obſervata: ſalvis tamen aliis ſtatutis Synodalibus Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, a nobis, ſive a Prædeceſſoribus noſtris editis: ac etiam ſtatutis ſuffraganeorum noſtrorum, ſi quæ habent, quibus, ſi reperiantur in aliquo præſentibus ſtatutis contraria, vel diverſa, ab eisdem, in quantum & in eo, in quo melius & plenius provident Eccleſiis, monaſteriis & piis locis Eccleſiaſticisque perſonis & earum rebus & non iſtas: ſi vero melius & plenius præſentibus ſtatutis, eisdem providerur: iſtis, & non illis decernimus fore ſtandum. Et hoc num melius & plenius per iſta ſtatuta, an per illa provideatur, judicio ſive arbitrio executorum ipſorum ſtatutorum duximus reliquendum. Præterea executionem præſentium ſtatutorum ac abſolutionem, ſuſpenſionem & relaxationem ſententiarum in eisdem latarum, ſeu eorum autoritate ferendarum ad nos & ad noſtrum officialem Colonienſem in noſtra civitate & diœceſi, & ad quemlibet noſtrorum ſuffraganeorum, eorum officiales,

les, ſive ad ipſos, ad quos de jure, vel de conſvetudine quoad Synodalia eorum ſtatuta, pertinet, in ſingulis ſuis Civitatibus & diœceſibus volumus pertinere. Verum ut omnis ambiguitas & perplexitas & difficultas, quo ad obſervantiam præſentium ſtatutorum, in futurum evitentur: de conſenſu expreſſo & authoritate præſentis Provincialis Concilii, retinemus & reſervamus nobis poteſtatem, facultatem & autoritatem præſentia provincialia ſtatuta, quo ad noſtram civitatem & diœceſim, & etiam quo ad ſingulas Civitates & diœceſes noſtrorum ſuffraganeorum, ſi ab aliquo Epiſcoporum noſtrorum ſuffraganeorum, & eorum capitulo requiſiti ſuper eo fuerimus, de conſilio priorum & capituli Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, in Synodo tamen noſtra diœceſana, corrigendi, emendandi, interpretandi, tollendi & in melius commutandi, ſi hoc nobis ex cauſis neceſſariis & legitimis videbitur expedire, provinciali concilio ad id minime convocato. Quia vero per ipſa præſentia ſtatuta provincialia, communi utilitati Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, ac ipſarum bonorum, ut ſperamus, autore Domino, ſalubriter providetur: præcipimus & mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, ut ea ab omnibus Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis noſtræ provinciæ inviolabiliter & firmiter, fraude & dolo excluſis, obſerventur juxta modum & formam ſupradictos. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, ea per Hermannum dictum Ratze, publicum Imperiali autoritate notarium, conſcribi, & in hanc publicam formam redegi, ejusque ſigno conſveto ſignari mandavimus, ac noſtro & Capituli noſtri Colonienſis ſigillis appenſis muniri.

Acta ſunt hæc in concilio noſtro provinciali Coloniæ celebrato ſub anno a nativitate Domini 1322. ultima die menſis Octobris, in palatio noſtro Colonienſi, præſentibus capitulo noſtræ Eccleſiæ Colonienſis, ac venerabilibus in Chriſto Patribus & Dominis, Godefrido, Osnaburgenſis, & Godefrido, Mindenſis Eccleſiarum Dei gratia Epiſcopis, noſtris ſuffraganeis, pro ſe & ſuis Eccleſiis: ac venerabili in Chriſto Patre & Domino, Hermanno, Hennenſis Eccleſiæ Epiſcopo, & Lenoldo de Northoff, Canonico Leodienſi, venerabilis in Chriſto Patris ac Domini, Domini Adolphi, Leodienſis, & dilectis in Chriſto, magiſtro Rudegero de Aldendorpe, Doctore decretorum, & Fridrico de Bicken Canonicis Monaſterienſis, venerabilis in Chriſto Patris & Domini, Ludovici, Monaſterienſis Dei gratia, Epiſcoporum, noſtrorum ſuffraganeorum procuratoribus: ac dilectis in Chriſto, Magiſtro Reynero, Doctore in Theologia, ac Gerardo de Vorne, Canonicis Trajectenſibus, nomine Capituli Trajectenſis Eccleſiæ, ipſa Eccleſia Trajectenſi Epiſcopi ſolatio viduata, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, conſequentibus & ſuum conſenſum expreſſe adhibentibus. Præſentibus etiam Sancti Pantaleonis & Sancti Martini Colonienſis ac Sancti Cornelii Indenſis, Gladebachenſis, Tuitienſis, Bruvilerenſis, & Sibergenſis monaſteriorum Abbatibus, ordinis S. Benedicti: Bonnenſ. S. Severini & S. Andreæ Eccleſiarum Colonienſium præpoſitis: item Bonnenſis, S. Gereonis Colonienſis, Sanctenſis, S. Andreæ, S. Severini, S. Cuniberti, SS. Apoſtolorum, S Mariæ ad gradus, decanis, Eccleſiarum Civitatis & diœceſis Colonienſis: officiali noſtro Colonienſi, & Eflicenſis & Carpenſis, Colonienſis diœceſis, Eccleſiarum præpoſitis, ac aliis prælatis, Canonicis Eccleſiarum rectoribus & clericis noſtrarum Civitatis & diœceſis ac provinciæ in multitudine copioſa.

Et ego Hermannus dictus Ratze, de Colonia, publicus Imperiali autoritate notarius antedictus, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum agerentur, una cum perſonis prænominatis præſens interfui, ea omnia & ſingula, prout ſuperius, in præſentibus Rotulis per me connexis & ſignatis, de mandato Reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini Henrici Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi prædicti continentur, conſcripſi & in hanc publicam formam redegi, meoque ſigno conſveto ſignavi vocatus & rogatus.

Et nos Godefridus, Dei Gratia Oſnaburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quia omnibus contentis & expreſſis in præſenti Inſtrumento, cui noſtra præſens litera transfigitur, præſentes in Concilio provinciali interfuimus, eisque tanquam utilibus & neceſſariis Eccleſiis Eccleſiaſticisque perſonis, & earum rebus, conſenſum, præhabita matura deliberatione, adhibuimus pro nobis & Eccleſia noſtra prædicta: idcirco ſigillum noſtrum, inſignum præſtiti conſenſus & autoritatis a nobis & a toto concilio præſentibus duximus apponendum. Actum & datum die & loco, de quibus in ipſo inſtrumento fit mentio.

Et nos

Et nos Godefridus, Dei gratia Mindenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quia omnibus contentis & expreſſis in præſenti Inſtrumento, cui noſtra præſens litera transfigitur, præſentes in Concilio provinciali interfuimus, eisque tanquam utilibus & neceſſariis Eccleſiis Eccleſiaſticisque perſonis & earum rebus, conſenſum noſtrum, præhabita matura deliberatione, adhibuimus pro nobis & Eccleſia noſtra prædicta: Idcirco ſigillum noſtrum, in ſignum præſtiti conſenſus & autoritatis a nobis & a toto concilio, præſentibus duximus apponendum Actum & datum die & loco, de quibus in ipſo Inſtrumento fit mentio, anno Domini milleſimo, trecenteſimo, viceſimo ſecundo

Vniverſis præſentes literas viſuris & audituris, Adolphus, Dei gratia Leodienſis Epiſcopus, ſalutem, & cognoſcere veritatem. Noveritis quod, quia venerabilis in Chriſto pater & Dominus D. Hermannus, Hennenſis Epiſcopus, vices noſtras gerens in pontificalibus & Lenoldus de Northoff, Canonicus Leodienſis, Procuratores noſtri, ipſo Concilio provinciali reverendi in Chriſto patris & Domini, Domini Henrici, Dei Gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, Coloniæ celebrato, de quo in Inſtrumento publico, cui præſens noſtra transfigitur litera, fit mentio, nomine noſtro & Eccleſiæ noſtræ interfuerunt, ac omnibus & ſingulis contentis & expreſſis in eodem Inſtrumento & præſertim prorogationi ſtatutorum Synodalium bonæ memoriæ domini Engilberti Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ad totam provinciam Colonienſem aliisque in dicto inſtrumento contentis, tanquam utilibus & neceſſariis Eccleſiis Eccleſiaſticisque perſonis & earum rebus, pro nobis & noſtra Eccleſia nomine procuratorio conſenſerunt. Ideoque nos ea, quæ per ipſos in hoc negotio acta ſunt, ratificantes & approbantes, ſigillum noſtrum, in ſignum adhibiti conſenſus & autoritatis a nobis ſimiliter & approbationis, præſentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC XXII. in craſtino B. Martini Epiſcopi.

LXV.

Ejusdem Moderation derer Ertz-Biſchöfflichen Cölniſchen Statuten in Anſehung der Stadt Cölln, de An. 1324.

IN nomine Domini, Amen. Henricus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Dilectis in Chriſto præpoſitis & Archidiaconis, Abbatibus, Decanis, Prioribus, & Prælatis, Eccleſiarum Rectoribus noſtrarum Civitatis & Diœceſis, ac aliis noſtris ſubditis univerſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Nuper literas Digna Dei providentia ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini, D. Joannis, Papæ XXII. Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummi Pontificis, Nobis directas, recepimus in hæc verba:

Joannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Henrico, Archiepiſcopo Colonienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Significaverunt nobis dilecti filii, Judices, Scabini, Conſules & Communitas civitatis Colonienſis, quod quædam ſtatuta authoritate ordinaria edidiſti, in quibus inter alia continetur, quod violantes immunitatem ſeu dotes Eccleſiarum, hominem videlicet extrahendo de eis, vel eam modo alio violando, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant: & ſi plures fuerint, vel Judex ſecularis, qui hujusmodi violentiam fecerint, locus in quo tales domicilium habuerint, ipſo facto ſubjaceat interdicto: Et in loco ubi immunitas læſa fuerit, ceſſetur proti-

nus a divinis: Et quod quilibet locus, ſeu Parochia tuarum civitatis & Diœceſis, ad quem, vel ad quam prædones, raptores & invaſores bonorum & rerum Eccleſiarum vel Eccleſiaſticarum perſonarum pervenerint, ſeu præda, vel ſpolium, vel rapina deducta, vel ubi prædæ ipſius emtor fuerit, ipſo facto Eccleſiaſtico ſint ſuppoſita interdicto: Et quamdiu ibi malefactores hujusmodi, vel præda, ſpolium, vel rapina ſeu ipſius emtor fuerit, ceſſetur etiam a divinis: & ſi per triduum ibi ſteterint, licet ex tunc receſſerint, vel ad alia loca ſe transtulerint, vel præda, ſeu ſpolium alias deductum fuerit, nihilominus Parochia ſeu locus, in quo triduo manſerant, vel ubi præda, vel ſpolium conſumta fuerant, per duos menſes ſubjaceat interdicto, niſi medio tempore fuerit ſatisfactum, prout in eisdem ſtatutis dicitur plenius contineri.

Cum itaque, ſicut dicti Judices, Scabini, Conſules & communitas nobis ſignificavere quod dicta civitas ſit ſpatioſa plurimum & diffuſa, habens decem & octo parochias magnas principales, & multas collegiatas Eccleſias, plurimasque capellas: & ſi tota Colonia cenſeatur in tali forefacto locus unus, tota per conſequens civitas reputabitur interdicta: & ſic propter forefacta, quæ propter magnitudinem ejusdem civitatis, frequenter in aliqua ex prædictis paro-

chiis

chiis committuntur, vix erit tempus aliquod in quo dicta civitas non ſubjaceat interdicto. Sicque hujusmodi interdicto durante, inſepulta manerent in Civitate prædicta in magna multitudine corpora defunctorum, ex quorum fœtore, ſanorum infectio ſequeretur: Inſontes fraudarentur Eccleſiaſticis Sacramentis, creſceret in devotio populi, hæreſes pullularent, & infinita pericula inſurgerent animarum: magna etiam & periculoſa exinde ſcandala poſſent ſequi. Ac propterea nobis humiliter ſupplicarunt, ut animarum periculis & ſcandalis obviantes, quæ exinde poſſent ſequi, ſtatuta moderari & mitigare prædicta authoritate apoſtolica dignaremur. Nos eorum ſupplicationibus inclinati, fraternitatem tuam requirimus & rogamus attente, tibi per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus prudenter attendens, qui tempore interdicti divina organa ſuſpendantur & laudes, nec etiam Sacramenta eccleſiaſtica miniſtrantur ut ſolent: adoleſcentes & parvuli participantes rarius ſacramentis minus inflammantur & ſolidantur in fide: fidelium tepeſcit devotio, hæreſes pullulant, & multiplicantur pericula animarum: prædicta ſtatuta ſic ſtudeas temperare, quod ex ſingulari delicto in una parte civitatis commiſſo, tota prædicta civitas non ſubjaceat interdicto, ſed pœna hujusmodi non extendatur extra Parochiam, in qua forefactum hujusmodi fuerit perpetratum, niſi per Rectores, Judices, Conſules, Scabinos, vel officiales civitatis prædictæ, quocunque nomine cenſeantur, exceſſus præfati fuerint perpetrati: quo caſu, ſtatuta prædicta in ſuo robore perſeverent. Datum Avinione VII. Idus Martii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Verum licet per Nos nequaquam ſtatuta hujusmodi, immo per bonæ memoriæ D. Engilbertum, quondam Colonienſem, noſtrum Archiepiſcopum prædeceſſorem, de conſilio Capituli & Priorum ac Prælatorum noſtrorum, jam dudum longe retroactis temporibus edita exiſtant, pro Eccleſiarum, eccleſiaſticarum perſonarum, ac earum Bonorum libertate obſervanda, & per Nos publica utilitate penſata, de conſilio & conſenſu Capituli noſtri, ſuffraganeorum noſtrorum, Capitulorumque ſuorum, ſeu ipſorum Procuratorum, ac Priorum & Prælatorum noſtrorum in pleno Concilio provinciali, quod alias celebravimus, facta provincialia & ad totam noſtram provinciam ſint extenſa: exiſtat etiam cautum, non ſine conſulta proviſione in eisdem ſtatutis locum fere cenſendum, quo ad obſervantiam Interdicti & ceſſationis divinorum in caſibus antedictis, totam civitatem Colonienſem & non tantum Parochiam, in qua ipſum committi contingit forefactum, ne Rectores, Conſules, Scabini, vel officiales, & communitas civitatis prædictæ, forefacto aliquo in una ipſius civitatis parte perpetrato, dum ipſis una Parochia tantum ſit interdicta, in aliis Eccleſiis Civitatis ejusdem audiendi divina copia ſupereſſet, forefactores & delinquentes in talibus jam præfatis, in literis Apoſtolicis contentis, ad præſtandas læſis Emendas debitas inducere non curarent: ſed potius tota interdicta civitate, divinorum carentia contra tales forefactores acrius incitati, eos ad hujusmodi Emendas præſtandas inducere fortius feſtinarent: nec per conſequens virtute literarum prædictarum adſtringamur de Jure ad aliquam moderationem eorundem ſtatutorum faciendam, nec præfatus ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter, ſi præmiſſorum veritatis notitiam habuiſſet, prædictas ſuas literas conceſſiſſet: Tamen ut juxta intentionem ipſorum Civium, dictas literas ad nos impetrantium, & ne ad aliquorum perſuaſionem de facto, de aliqua nota inobedientiæ arguamur, & ut ipſi promptiores exiſtant, ad confovendum Libertatem Eccleſiaſticam, perſonasque Eccleſiaſticas defendendum & a noxiis præſervandum: taliter de conſenſu noſtri Capituli ac Priorum & Prælatorum noſtrorum, circa obſervantiam Interdicti & ceſſationem a divinis, authoritate ſtatutorum prædictorum, quoad Civitatem Colonienſem, in caſibus ad quos dictæ literæ Apoſtolicæ ſe extendunt, duximus ordinandum & diſponendum: Quod propter violationem Eccleſiarum, & immunitatum, ſeu dotum in una parte civitatis commiſſam, in ſola parochia in qua hanc committi contigerit, ſtatim juxta moderationem infraſcriptam ceſſetur a divinis. Et ſi plures fuerint, vel Judex ſecularis, qui hujusmodi violentiam fecerint, in Parochia etiam, in qua tales domicilium habuerint, Eccleſiaſticum ſervetur interdictum: In aliis autem Eccleſiis collegiatis, conventualibus & Parochialibus civitatis Colonienſis, propter hoc intra quindecim dies a tempore hujusmodi commiſſæ violentiæ, per Plebanum Parochiæ, in qua violentia ipſa commiſſa fuerit, Conſilio civitatis Colonienſis, vel Magiſtro conſulum, ſive aliquibus ex ipſis conſulibus notificatæ, computandum, committentem ſive committentes compellant ad Emendam & ſatisfactionem condignam præſtandum, nec ceſſetur a divinis, nec Eccleſiaſticum ſervetur interdictum: Sed ipſum interdictum, ſive ceſſationem a divinis, per eosdem quindecim dies ſuſpendimus & teneri volumus & decernimus in ſuſpenſo: Niſi per Judices, Magiſtros civium Conſules, Scabinos, vel officiales, aut communitatem civi-

civitatis prædictæ, vel eis mandantibus, aut ratum habentibus, ſeu forefactores hujusmodi in crimine ſuo ſcienter defenſantibus fuerint perpetrati. Quo caſu, ſtatuta prædicta ſicut ab Engelberto primordialiter ſunt edita, prout ipſæ literæ Apoſtolicæ innuunt, perſeverant. Verum ſi intra quindecim dies poſt expoſitam, ſive notificatam hujusmodi violentiam, Conſilio Civitatis Colonienſis, ſive Magiſtro Conſulum, aut aliquibus ex ipſis conſulibus, forefactos, ſive forefactores, de commiſſa per ipſos violentia non ſatisfecerint, ex tunc absque aliqua alia interpellatione, ſtatuta provincialia prædicta in omni forma primæva, & exacta diligentia obſerventur.

Volumus autem, quod in Parochia, in qua hujusmodi violentia fuerit perpetrata, intra quindecim dierum prædictorum ſpatium, poſtquam ipſe Plebanus, ſeu ejus vicarius ipſam violentiam Conſilio civitatis, ſeu Magiſtro conſulum, aut aliquibus ex ipſis Conſulibus notificaverit, & non ante nec alias, corpora defunctorum cum ſolennitate Miſſæ, tradi poſſint Eccleſiaſticæ ſepulturæ ipſum interdictum, ſive ceſſationem Divinorum, quoad ſepulturam & ſolennitatem Exequiarum ipſarum, ſuſpendentes. Super probatione vero notificationis hujusmodi factæ, ſtari volumus ipſius Plebani, ſeu ejus Vicarii, ſi in dubium revocaretur, Juramento. Notificationem inſuper ipſam factam, idem Plebanus, ſive ejus vicarius capitulo noſtro intimabit, ut ſciri poſſit, quando quindecim dies prædicti ſint elapſi. Ne vero notificatio aliquo colore quæſito differatur, præcipimus, ut Plebanus, ſeu ejus vices gerens, in cujus Parochia violentia fuerit perpetrata, ſtatim poſtquam hoc ſibi conſtiterit, prout ſecundum ſtatuta conſtandum eſt, notificationem ipſam faciat ſecundum modum prædictum. Quam ſi per triduum, poſtquam ſibi ſic conſtiterit, facere neglexerit Plebanus, ſeu ejus vices gerens, eo ipſo ab officio & beneficio ſint ſuſpenſi. Et ſi adhuc per triduum ſubſequens hanc intimationem non fecerint, ut eſt dictum, eo ipſo Excommunicationis ſententiæ (quam in eos in his ſcriptis ferimus) ſint innodati. Quæ omnia & ſingula in obſervatione interdictorum, ſive ceſſatione a divinis, ſecundum ſtatuta præfata, in ſuis capitulis & clauſulis contra raptores, invaſores & prædones bonorum & rerum Eccleſiarum, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum, ipſum ſpolium, rapinam, & invaſionem intra civitatem Colonienſem committentes, ſeu domicilium habentes, volumus obſervari: Per præmiſſa vero, quæ tantum ad civitatem Colonienſem extendi volumus, quoad obſervantiam eorundem ſtatutorum, ſive interdictorum & ceſſationem a divinis, quidquam non intendimus inducere ſive aliquid innovare. In quorum omnium firmitatem & teſtimonium, ſigillum noſtrum una cum ſigillo capituli noſtri præſentibus eſt appenſum. Quod Nos Capitulum pro Nobis & Prioribus Colonienſibus, in ſignum conſenſus noſtri præſtiti, præſentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC XXIIII. craſtino Dominicæ, qua cantatur Invocavit.

LXVI.

Ejusdem Statuta Synodalia, de Anno 1327.

HEnricus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Dilectis in Chriſto univerſis Abbatibus & Abbatiſſis, ac eorum conventibus Monachorum, & Sanctimonialium noſtræ Diœceſis, ſalutem in Domino.

Licet ex injuncti Nobis debito Paſtoralis officii, ſuper cunctum Nobis gregem commiſſum, ne lupus gregem invadat, invigilare pro omni noſtra poſſibilitate & modis omnibus teneamur: ſpecialius tamen nobis incumbere non ambigimus, ut ibi noſtræ figamus conſiderationis aciem vigilantius, ubi majora diſponuntur pericula animarum. Ubi enim majus vertitur periculum, cautius eſt agendum. Sane in Monaſteriis veſtris, aliqui ex vobis, Curtes veſtras ſub certa ſolvenda penſione, de facto frequenter a longis temporibus conduxerunt, & adhuc conducunt, & ſe ad hujusmodi ſolvendas penſiones, ac ſi poſſint habere propria, & contractuum commercia nomine proprio exercere, vobis obligant, & in hujusmodi curtibus ſic conductis manſiones ſibi facientes, ſoli moram trahere continue non formidant, non attendentes improvide, qualiter Monachum habere proprium & proprio nomine civiles exercere contractus jura abhorreant, & quam viliter deteſtentur, ac a natura monachi adeo eſſe debeat alienum, ut etiam ſummus Pontifex profiteatur expreſſe, ſe non poſſe contra hoc licentiam indulgere: nec Monachus inter Seculares homines, ſolus ſpiritualium hoſtium conflictum debebit de Jure, ſeu poterit expectare, eique teſtante Jure pro aliquo terreno lucro exire monaſterium, in auſum reputetur neſandiſſimum: adeoque quilibet Monachus debeat eſſe contentus monaſterio, ut Canonis dicat Authoritas, quod ſicut piſces ſine aqua vita carent, ita ſine monaſterio monachus. Item Monachos & moniales, aliqui & aliquæ ex vobis ſub certis

preciis, aut ſub ſpe precii recipitis, ſub paupertatis prætextu hoc vitium palliantes, non timentes pœnas contra hoc per Lateranenſe Concilium promulgatas. Præterea in nonnullis veſtris Monaſteriis aliqui ex vobis impetrata ad abeſſendum Superioris ſui licentia, dum revertuntur, fructus ſuæ exigunt abſentiæ, ac ſi forent canonici ſeculares, & ipſis monachis æqualiter, habere redditus, ſit indultum: & ſub hujusmodi abuſus modo, vos eis tales fructus eſtis ſoliti aſſignare. Quæ omnia & ſingula omnino obviant canonicis inſtitutis, ſcandalum in Clero & populo generant, & diſſolutionem monaſticæ pariunt diſciplinæ. Proinde quia iſte morbus inter vos magis irrepſit, etſi contra præmiſſa a ſacris ſummorum Pontificum & Sacrorum generalium conciliorum canonibus per pœnas graviſſimas ſit proviſum: quia tamen hujusmodi canones & pœnas, forſan ignorantia ducti, non curant ad animum revocare: hoc noſtro mandato, in quantum poſſumus, medelam adhibere duximus competentem. Vobis igitur univerſis & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, quam in quemlibet veſtrum in hoc culpabilem, monitione duodecim dierum præmiſſa, quorum quatuor pro primo, quatuor pro ſecundo, & reſiduos quatuor pro tertio & peremtorio termino, vobis univerſis & ſingulis aſſignamus, ferimus in his ſcriptis: diſtrictius mandantes, ut a præmiſſis omnibus & ſingulis, quocunque ad hoc quæſito colore, de cætero abſtineatis omnino, nec curtem aliquam alicui monacho locare ſub quocunque titulo, aut abſenti monacho ratione ſuæ abſentiæ quicquam tanquam ſibi debitum exigenti dare, & monachum, aut monialem dato precio, ſeu ſub ſpe precii poſt receptionem exigendi recipere, aut poſtea etiam exigere aliqualiter præſumatis. Alioqui præcipimus univerſis noſtræ Civitatis & Diœceſis Rectoribus, & eorum vices gerentibus, quatenus in præmiſſis inter vos culpabiles, denuncient, quoties & quando requiſiti fuerint, prædicta excommunicatione nodatos. Et intimamus vobis per præſentes, quod niſi de præmiſſis, omni fraude & ſimulatione circa ea ceſſantibus, caucatis, ad executionem pœnarum Canonum prædictorum, & per noſtram aggravationem ſententiæ, ac alias per cenſuræ coercitionem Eccleſiaſticæ, prout hoc rigor Juris poposcerit, ſine dubio procedemus. Et ne hujus noſtri mandati cauſari ignorantiam valeatis, in ſancta Synodo in noſtra Colonienſi Eccleſia, in craſtino præſentis Dominicæ celebranda, ipſum mandatum volumus ſolenniter publicari. Datum anno Domini 1327. die Dominica, qua cantatur Invocavit.

De Collectoribus fabricæ Eccleſiæ Colonienſis nullatenus impediendis. Ut laici manum deponant, oblationes ſeu Eleemoſynas ad Fabricam inter ſe non dividant, aut quicquam ſibi de his retineant, ſed ut hæ ſine diminutione Collectoribus aſſignentur. Et ne trunci in Eccleſiis vel Capellis erigantur. Et quæ pro Fraternitate S. Petri veniunt, per ſe ſerventur faciendo Computum Collectoribus. Ut lecto Evangelio, Collectores verbum Dei populo proponant, & prædicare volentes, poſtea incipiant.

Præcipitur univerſis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Decanis, inveſtitis Paſtoribus, Plebanis, Vicæ plebanis, cæterisque Eccleſiarum, ſeu Capellarum Rectoribus, in Colonienſi Diœceſi conſtitutis, per Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum D. Henricum, Colonienſem Archiepiſcopum, de Prælatorum ſuorum & Capituli Colonienſis Conſilio & aſſenſu, & ſtatuitur & mandatur ſub interminatione maledictionis æternæ, & ſub obteſtatione divini & tremendi Judicii, nec non ſub pœna Anathematis prohiberur, ne aliquis, cujuscunque conditionis, ſtatus, vel ordinis fuerit, audeat Fabricam Colonienſem, ſeu Collectores vel Nuncios ipſius publice vel occulte, quibuscunque viis, vel coloribus ad hoc quæſitis quomodolibet impedire. Injungitur ſimiliter & mandatur omnibus prædictis, nec non Laicis, quibuscunque etiam nominibus, ſive templarii, ſive Cuſtodes Eccleſiæ, aut quocunque alio titulo nuncupentur, ne de cætero quaslibet oblationes, Eleemoſynas, ſeu largitiones quascunque datas vel oblatas dividant, & ſibi partem aliquam retineant, ſeu ſe de eis aliqualiter intromittant: Sed negocium Fabricæ ipſius fideliter promoventes, omnino manum deponant. Et ipſis Nunciis ſeu Collectoribus omnia oblata, vel donata, ſine diminutione aſſignent Procuratori ipſius Fabricæ ad uſus ejusdem diligentius prætentanda Præterea inhibetur ne de cætero trunci in Eccleſiis, vel capellis erigantur: ſed poſiti & erecti, intra menſem a tempore publicationis hujusmodi, funditus evellantur. Præcipitur inſuper, ut omnia illa, quæ pro fraternitate B. Petri Apoſtolorum principis largiuntur, diſtincte & per ſe reſerventur, ipſisque Nunciis, ſeu collectoribus ſpecialiter ſine commutatione alicujus alterius integraliter aſſignentur, ita quod de hujusmodi oblationibus reddatur ipſis Nunciis, vel Procuratori computus ſpecialis. Cæterum præcipit, ſicut prius, ut ſtatim, lecto Evangelio, Eccleſiarum ſeu Capellarum Rectores ordinent & diſponat, ut Nuncii, ſeu collectores dictæ fabricæ, verbum Dei populo proponant & poſtulent oblationes & ſuffragia ſine impetu opportune: & ſi poſtmodum alii prædicare

care habuerint, ſermonem ſuum incipiant: Ut ſic Nuncii expediti, valeant ad Eccleſias, in quibus eorum adventus celeriter expectatur, ſine longa mora ulterius proficiſci. Idem Dominus noſter Archiepiſcopus omnes Prælatos, Plebanos, Vicarios, Eccleſiarum Rectores, ſeu eorum vices gerentes, Presbyteros, Clericos & Laicos, cujuscunque officii, ſtatus, vel conditionis extiterint, qui contra has inhibitionem, ordinationem & ſtatutum veniunt, in parte, vel in toto, niſi exceſſum eorum intra ſeptem dies, quos eis pro monitione aſſignamus, emendaverint, excommunicationis ſententiæ eo ipſo voluit ſubjacere: Mandans & committens officiali Colonienſi, quatenus, dum ipſe a Procuratore Fabricæ Colonienſis, vel aliquo eorundem fuerit requiſitus, præmiſſa, & præmiſſorum quælibet exequatur, & a ſuis ſubditis quibuscunque exequi faciat diligenter, prout negocium & utilitas ipſius Fabricæ id expoſcit. Facta eſt publicatio ordinationis, inhibitionis & ſtatuti hujusmodi Coloniæ, craſtino invocavit, in congregatione Concilii Synodalis Anno Domini 1327.

LXVII.

Ejusdem Statuta Synodalia wider die abtrünnige Mönche und Nonnen, ingleichen, daß kein Canonicus, noch Mönch, ohne vorgängiges Examen, wegen gnugſamer Gelehrſamkeit, in einigen Orden genommen werden ſolle, de Anno 1327.

HEnricus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ, Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius univerſis Chriſti fidelibus audituris præſentes literas & viſuris, ſalutem in omnium Salvatore. Quanquam ſub prohibitione ſtricta a Jure ſtatutum exiſtat, ne Sanctimoniales, monaſtica modeſtia impudenter abjecta extra monaſteria ſua divagentur, niſi pro cauſis, eis a Jure permiſſis: tamen frequenter extra eadem monaſteria ſua per vicos & plateas diſcurrant, & perſonarum ſecularium habitacula frequentantes, non in habitu tantum religioſo, verum etiam eo relicto, in habitu ſeculari ſe oſtendunt, & in tanta vanitate Mundanis aſpectibus ſe adminiſtrant, quod ex hoc poſſint contra propriæ conſcientiæ ſuæ puritatem, ſuſpectæ non immerito reputari. Et quanquam variæ contra Sanctimoniales easdem comminationes pœnarum hactenus emanarunt, tamen in vetitum nitentes, quanto plus ab iſtis prohibentur, tanto ardentius, quoad hujusmodi ſuas vanitates exercendas, inflamantur. Quare mandamus & præcipimus omnibus & ſingulis Sanctimonialibus, præſentibus & futuris, cujuscunque ſint Religionis vel ordinis, noſtræ Civitatis & Diœceſis, ut in ſuis monaſteriis de cætero ſub clauſura perpetua permaneant, juxta canonicas ſanctiones, ita quod nulli earum religionem tacite vel expreſſe profeſſæ, a ſuo monaſterio exire liceat, niſi forte tali morbo evidenter earum aliquam laborare conſtaret, quod non poſſit ſervire Deo, cui corda ſua & corpora omni ſanctimonia ſubdiderunt. Salvo, quod Abbatiſſa & Prioriſſa, ſeu Magiſtra, per quas monaſteria eadem reguntur, cum honeſta & decente ſocietate exire poterit, dum hoc pro monaſterii ſui negotiis fuerit faciendum, ad monaſterium ſuum absque honoris diſpendio, quam primum poterit reverſura. Alioqui Sanctimoniales hujusmodi extra monaſterium ſuum vagantes, & quamdiu in hoc perſiſtunt, inhibemus penitus admitti ad divina, niſi ex rationabili & manifeſta cauſa, ac de illius ad quem pertinuerit, exiverint licentia ſpeciali, & de hoc divina celebrantibus, ac eas hoſpitantibus prius ſufficiens fides fiat. Alias ſcienter eis præſentibus divina celebrare præſumens, ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, & eas ſic divagantes hoſpitio recipiens, excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto. Illas vero Sanctimoniales, quæ habitu religionis ſuæ dimiſſo, extra monaſteria ſua divagantur, & quæ ex hoc ſententiam excommunicationis a canone jam prolatam inciderunt ipſo facto, excommunicatas volumus, & præcipimus nunciari: Inhibentes ſub pœna excommunicationis, ne quis eis tanquam Apoſtatis & excommunicatis, communicet quoquo modo, vel foveat easdem in tali Apoſtaſia ſcienter, ne tanquam criminoſis in crimine conſentiens, conſimili laqueo valeat irretiri.

Inſuper mandamus & præcipimus, immo inhibemus, ne aliquis de cætero Eccleſiæ collegiatæ canonicus, vel religioſus ad monaſterii ſui titulum ordinandus, (quarum Eccleſiarum & Monaſteriorum, Exemptorum & non Exemptorum, Canonicus vel Monachus ſeu fratres ſine Examinatione Literaturæ & intitulatione ordinari conſueverunt) ad ordines admittantur, niſi prius de ætate & corporis idoneitate (cum corpore vitiati, non ſint ad ordines hujusmodi admittendi) per examinatores, ad Examen ordinarium tempore celebrationis ordinum deputatos vel deputandos, ſint examinati & intitulati, ſicut cæteri ſub communi titulo ordinandi. Alias admittentes & ordinantes eosdem & ordines, ſic prohibiti, recipientes, (quos ex nunc, ne contra faciant, monemus in his ſcriptis) poſt lapſum duorum Menſium & publica-

tionem præsentium mandatorum suspensionis ab ingressu Ecclesiæ sententiam incurrant ipso facto: & hoc in Sacra nostra Synodo, Prioribus, Clero & Christi fidelium multitudine præsentibus publicari mandavimus, & ab omnibus præcepimus servari, ne quis contra ipsa crassa se valeat ignorantia excusare: Præcipientes universis Capellis, conventibus Mendicantium & non mendicantium, Christianitatum Decanis, & locorum Plebanis, ut intra decem dies post harum publicationem sub sigillo majori officialis Curiæ nostræ Colonienſis, horum copiam recipiant & singulis mensibus, prima Dominica die mensis in sermonibus suis plebanus hora Missæ & Mendicantes in eorum prædicationibus, materna lingua in vulgari, & intelligibiliter publicent, & exponant.

In horum testimonium, præsentes literas appensione sigilli nostri fecimus communiri. Datum anno Domini M. CCC. XXVII. in crastino beati Remigii. In cujus copiæ testimonium, sigillum officialitatis curiæ nostræ, præsentibus literis duximus appendendum.

LXIIX.

Ejusdem anderweite Moderation der Synodal-Statuten des Ertz-Stiffts Cölln, in Ansehung der Stadt Cölln, de Anno 1328.

IN nomine Domini, Amen.

Henricus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicanc. &c. Ut supra Num. LXV.

Joannes Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Archiepisc. Colonienſi &c. ut supra Datum avinione VII. Idus Martii, Pontificatus nostri anno VII. Nos hujusmodi literis Apostolicis reverenter obedire volentes, ut tenemur, de consensu nostri Capituli ac Priorum & Prælatorum nostrorum prædictorum, circa observantiam interdicti & cessationem a divinis, authoritate statutorum prædictorum, quoad Civitatem Colonienſem, taliter duximus ordinandum & disponendum, & ipsa statuta moderandum, quod propter violationem Ecclesiarum, seu Ecclesiasticarum immunitatum, seu dotum, in sola Parochia, in qua hanc committi contigerit, cesſetur a divinis: in aliis autem Ecclesiis collegiatis, conventualibus & Parochialibus civitatis Colonienſis, propter hoc intra mensem à tempore notificationis factæ per Plebanum Parochiæ, in qua violentia pepetrata fuerit, Consilio civitatis Colonienſis, aut Magistris consulum, sive aliquibus ex ipsis consulibus notificatæ computandum, ut delinquentem, seu committentem compellant ad satisfactionem condignam præstandam, si committens sive forefactor, de civitate Colonienſi, & sub potestate Magistrorum & Consulum fuerit dictæ civitatis non cesſetur a divinis, nec Ecclesiasticum servetur Interdictum: sed ipsum interdictum sive cessatione a divinis, per eundem mensem relaxamus, ac teneri volumus & decernimus relaxatum. Verum si intra prædictum terminum post expositam sive notificatam hujusmodi violentiam consilio civitatis, sive Magistris consulum, aut aliquibus ex ipsis consulibus, forefactor sive forefactores de commissa per ipsos, seu per ipsum violentia non satisfecerint, dummodo iidem forefactores, sive forefactor, jurisdictioni & potestati dictorum Magistrorum & Consulum subfuerint, ita quod ipsum seu ipsos ad præstandam hujusmodi Emendam compellere de forefacto poterunt, ex tunc statuta Provincialia prædicta, in sui (sua) forma primæva, exacta diligentia observentur. Si autem prædicti delinquentes, aut forefactores, seu delinquens aut forefactor, extraneus fuerit, aut de civitate Colonienſi recesſerit, ita quod prædicti Magistri & Consules, in ipsum seu ipsos Jurisdictionem aut potestatem non habuerint aut exercere possint in prædicta civitate Colonienſi, aut in Ecclesiis collegiatis, conventualibus, aut Parochialibus civitatis prædictæ, prædicta statuta nullatenus observentur: sed ipsum interdictum, sive cessationem ob hujusmodi delictum, promulgatum, relaxamus, ac teneri volumus & decernimus relaxatum. Volumus autem, quod in Parochia, in qua violentia hujusmodi fuerit perpetrata, propter quam fuerit cessandum, ut dictum est, intra spatium quatuor septimanarum, postquam ipse Plebanus aut ejus vicarius ipsam violentiam Consilio civitatis, aut Magistris consulum, aut aliquibus ex ipsis notificaverit, & non ante, nec alias corpora defunctorum cum solennitate Missæ tradi possint Ecclesiasticæ sepulturæ ipsum interdictum sive cessationem divinorum, quo ad sepulturam & solennitatem Exequiarum ipsarum præsentibus suspendentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo Capituli nostri prædicti præsentibus est appensum. Quod Nos Capitulum, pro Nobis & Prioribus Colonienſibus, in signum consensus nostri prædicti, præsentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC. XXVIII. in vigilia Nativitatis. B. Mariæ Virginis.

LXIX.

LXIX.

Ejusdem Statuta Synodolia, de Anno 1330.

HEnricus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ &c. Universis Archidiaconis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Collegiis, Conventibus Secularium ac religiosarum personarum, locorum Plebanis, Presbyteris & Clericis quibuscunque civitatis & Diœcesis Colonienſis, salutem in Domino sempiternam.

1. Ut omnes fideles semel in anno proprio Sacerdoti confiteantur sua peccata & communicent.

Canonum, quorum executores sumus, Authoritate ordinaria præcipimus utriusque sexus fidelibus nostræ Diœcesis, ut postquam ad annos Discretionis pervenerint, omnia sua peccata semel saltem in anno fideliter confiteantur proprio Sacerdoti, & injunctam pœnitentiam studeat adimplere: suscipientes reverenter ad munus semel in festo Paschæ singulis annis Eucharistiæ Sacramentum, nisi de ipsius Confessoris consilio, ab hujusmodi Sacramenti perceptione ex causa rationabili ad tempus duxerint abstinendum.

2. De deferendis ad Reverendissimum Archiepiscopum seu ejus officialem.

Plebani vero, seu Ecclesiarum Rectores, nomina præmissorum, & horum, qui anno & amplius in Excommunicationis sententia, legitimo impedimento cessante, perstiterint, & qui in gradibus Consanguinitatis, vel Affinitatis, vel alio justo impedimento interveniente, matrimonia contraxerunt, publice usuram exercentes, & reatu perjurii irretitos, adulteros manifestos & Ecclesias suas. Parochiales saltem in quatuor anni festivitatibus & aliis diebus a Jure ad hoc statutis non frequentantes, & in notoriis criminibus, utpote incestu, homicidio, effractionibus & combustionibus ac violationibus Ecclesiarum, Cœmeteriorum & immunitatum, & in delictis similibus perseverantes, Nobis ac nostro officiali singulis Synodis nostris in scriptis, si non palam, saltem secrete repræsentent: Alioqui noverint se super his, per Nos, aut Officialem nostrum, pœna Canonica puniendos.

3. De his qui rebellibus Ecclesiæ in Italia, vel alibi adhæserunt, seu adhærent.

Item præcipimus, ut tam Clerici, quam Laici de Italiæ partibus, aut alias ad nostram civitatem & Diœcesin reversi, qui in armis, vel sine armis, Rebellibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ servierunt & adhæserunt, & ob hoc prolatas a Sede Apostolica in eosdem sententies inciderunt, aliique publice excommunicati ab homine vel a Jure, tamdiu in singulis Ecclesiis & Parochiis, in quibus manent excommunicati, de quorum nominibus constiterit, nominatim, alii in genere, nuncientur, diebus Dominicis & Festivis, & tam in divinis quam extra, eis Christi fidelium communio denegetur, donec de absolutione sua docuerint literis authenticis, ut tenentur. Quod si præter hoc se divinis violenter ingesserint, & moniti a celebrantibus, vel ex parte eorundem, ut exeant Ecclesias, & divinum officium non perturbent, in ipsis Ecclesiis remanere præsumpserint, Divina officia impediendo, præter priorem sententiam, qua ligati prius extiterant, de novo excommunicationis sententiam, a qua tantum per Sedem Apostolicam absolvi possint, ipso Jure decernimus incurrisse: Volentes præsentis mandati authoritate ex tunc Judices temporales locorum, in quibus hæc contingunt, moneri, & quos, præsentibus ex tunc ut ex nunc monemus, ut eosdem excommunicatos, a tali violentia & Divinorum perturbatione compescant, ut extra Ecclesias suas eos sic ligatos remanere compellant. Alioqui monitione dierum decem præmissa, eos, quos propter hoc in his scriptis excommunicamus, excommunicatos, ut alios supra dictos, præcipimus evitari: & hæc per locorum Plebanos Judicibus ipsis specialiter, dum casus præmissi se offerunt, præcipimus intimari.

4. Memoratos excommunicatos a Canonicis, Monachis & fratribus Mendicantibus esse vitandos.

Item præcipimus, a Canonicis Collegiatarum, Monachis & Sanctimonialibus Conventualium, ac fratribus Mendicantibus cujuscunque ordinis Ecclesiarum & Monasteriorum nostrarum Civitatis & Diœcesis, quo ad evitationem excommunicatorum prædictorum, præmissa firmiter observari, cum, ut aliqui eos, qui sic excommunicati existunt, ad divina Officia admittere valeant, nullo possint in contrarium privilegio se tueri.

5. De retinentibus literis debitorum persolutorum.

Item detentores literarum super debitis solutis monemus, ut dictas literas restituant, nec eas occultent: alias contrarium facientes, monitione consimili præmissa, ex nunc ut ex tunc excommunicamus in his scriptis, & excommunicatos præcipimus nunciari.

6. De precibus pro pace Ecclesiæ dicendis.

Item, ut tam seculares quam religiosi, tam Mendicantes quam alii in Missis nedum Principalibus

palibus per notas decantandis, sed & privatis Missis, singuli eum devotione dicant hunc Psalmum, Lætatus sum, post dictum Pater noster, cum cæteris orationibus a Sede Apostolica ordinatis, præsentibus admonemus: Præcipientes Prioribus Prædicatorum, Guardianis Minorum, nec non Augustinensium & Carmelitarum Prioribus Ordinum, ut in suis conventibus a suis singulis Fratribus orationes præmissas in singulis Missis solennibus & privatis faciant observari: ne, si secus fecerint, eorum & aliorum qui in his negligentes fuerint, inobedientiam in hoc casu, teneamur Sedi Apostolicæ intimare.

7. Quod excommunicati, non habeantur pro absolutis, nisi ostendant literas absolutionis.

Item eos, qui authoritate Judicum delegatorum, vel ordinariorum sunt suspensi, excommunicati, vel interdicti, & per compositiones mutuas cum parte adversa factas, vel literas suspensionis, vel excommunicationis destructas, se absolutas esse prætendunt, mandamus esse vitandos ut prius, donec per literas eorum, a quibus absolvendi (absoluti) sunt, de absolutione sua fecerint plenam fidem: & idem volumus in quibusvis absolutionibus observari, quod tanquam excommunicati tam diu vitentur, & pro excommunicatis habeantur, quousque de absolutione sua fecerint plenam fidem.

8. De ter proclamandis, matrimonium contrahere volentibus.

Item præcipimus Ecclesiarum Plebanis, ut formam statutorum in Proclamationibus trinis faciendis tribus diebus festivis a se distantibus observent, cum matrimonia fuerint conjungenda, & non Proclamationes duas una die festiva faciant, ut ab aliquibus fieri est consuetum. Alioqui cum hujusmodi matrimonia taliter celebrata, sint clandestina, transgressorum culpam taliter puniemus, ut pœna unius sit cæteris in exemplum.

9. Ut ordinati, accipiant ab ordinatore suas Formatas.

Item ne quis se fingat in aliquo esse ordine, nisi de hoc constet, præcipimus ut singuli ordinandi, ordinis, ad quem ordinati fuerint, ab ordinatore suo literas recipiant, quæ formatæ nuncupantur vulgariter: alias ad ipsius ordinis executionem ab ignotis nullatenus admittantur.

10. De Benedictionibus per Abbates & Abbatissas recipiendis.

Item præcipimus, ut Abbates & Abbatissæ a Nobis, vel nostras in Pontificalibus vices gerente, ex nunc, si qui fuerint benedictiones non habentes, eas deinceps post eorum (sui) creationem intra mensem recipiant: alioqui ab administrationis officio & dignitatibus ad quas assumpti sunt, authoritate præsentis mandati noverint se suspensos.

11. De introductione, seu reconciliatione publice pœnitentium.

Item inhibemus, ne publice pœnitentes, deinceps alibi, quam in nostra Diœcesi, debitis temporibus ad hoc institutis, se introduci procurent. Alias a suis Plebanis pro introductis nullatenus habeantur.

12. Ne quis in Ecclesiis violatis celebret, vel bis Missam uno die dicat.

Item præcipimus, ne quis in Monasteriis, Cœmeteriis, vel Ecclesiis violatis, ante solennem reconciliationem divina officia celebret, vel duplex Missæ officium uno die dicat, intuitu oblationum percipiendarum, semel tantum conficiens Dominicum Sacramentum.

13. Præmissa statuta mandantur publicari?

Præmissa omnia & singula, quæ etiam aliis temporibus pro parte fuerant ipsis Plebanis lecta & intimata in sancta Synodo, qui & eorum tunc copiam recepissent, nec fecerunt adhuc, ab ipsis Christianitatum Decanis, sub officialitatis nostræ Curiæ Sigillo, intra mensem a data præsentium, per copiam & in capitulis suis proximis sub sigillo eorundem Decanorum, ac singulis Plebanis per copiam ulterius tradi, & ab ipsis Plebanis recipi volumus, & saltem hæc in quatuor Festis principalibus anni in Ecclesiis Parochialibus, dum sub Missa aderit Populi multitudo, publicari. Alioqui contrarium facientes, & hæc improvide & temerarie negligentes, quos propter hoc ex tunc ut ex nunc, monitione sex dierum præmissa, in his scriptis ab officio Divinorum suspendimus, haberi & denunciari volumus pro suspensis, & per officialem nostrum seu Procuratorem Curiæ nostræ procedi contra eos via Juris.

14. Ne mendici sub celebratione divinorum obambulent mendicantes.

Item præcipimus, & universos in Domino exhortamur, ut cum pauperes mendicando frequentius in Ecclesiis Hora primæ, dum fideles devotioni orationem suarum insistere deberent, suis clamoribus pro divinis audiendis congregatos, in orationibus suis impediant, ne ob id in ipsis Ecclesiis, sed ante fores earundem, eleemosynas, quas largiente Domino ipsis decreverint, eidem largiantur, ut ex hoc apud Deum duplicis mercedem præmii consequantur. Et hæc ut observentur, per mendicantes & plebanos in eorum sermonibus volumus & mandamus frequentius populo publicari. In quorum testimonium &c. Pronunciatum, lectum & datum in hac nostra Synodo Priorum & Cleri nostrarum Civitatis & Diœcesis copia præsente, Anno Domini M. CCC. XXX. in crastino Dominicæ Invocavit, in Bonnensi ecclesia celebrata.

LXX.

Abts Theodorici zu St. Panthaleon in derer Stadt Cölln Publication derjenigen Wunder, so sich einige Zeit über bey dem Cörper des Heil. Albini begeben, de Anno 1330.

IN nomine Domini Amen. Nos Theodoricus, Dei gratia Abbas, Prior, totusque Conventus monasterii Sancti Panthaleonis Coloniensis, ordinis Sancti Benedicti, universis Christi fidelibus & præcipue Ecclesiarum Prælatis, Rectoribus, Plebanis, nec non de ordine Prædicatorum, Minorum, Carmelitarum & Sancti Augustini, fratribus, salutem in Domino omnium Salvatore. Cum secundum Prophetam Dominum laudari decet in sanctis ejus; Hinc est, quod nos peccatores licet indigni tanti Patroni glorioſi, martyris Sancti Albini, Militis primi in Britannia martyrium passi, cujus reliquiæ primo a beato Germano Episcopo a Britannia in urbem Romanam, & postea per Imperatricem Theophaniam Imperatoris Ottonis tertii matrem a Roma Coloniam ad nos translatæ, trecentis & quinquaginta annis apud nos sunt reconditæ & nunc Dei nutu præcipue & propter causam evidentem a capsa, in qua erant reconditæ exceptæ & apertæ fideli populo ad excitandam devotionem, ut in sancto suo Martyre honorificetur & laudetur Deus ad videndum ostenduntur cujus a passione usque nunc, cum sint mille & viginti anni, suis tamen meritis apud Christum exigentibus, ipsius Reliquiæ adeo pretiosæ videntur & recentes, ac si non longo temporis intervallo mortem subierit temporalem; Nam caput cum barba cervicem passionis adhuc sangvine infectam, brachia & manus, scapulas pelle & carne protectas, pectus cum tractibus laterum & spina dorsi cum renibus, pannus etiam: quo sacrum corpus ejus trecentis & quinquaginta annis apud nos involutum & contectum ad instar nivis candidus & incorruptus est, sicut impositus sit recenter. Præterea de miraculis & signis nunc noviter per divinæ misericordiæ largitatem apud nostram Ecclesiam magnifice factis veritatem vobis duximus intimandam: a dominica enim die ante festum nativitatis Sancti Joannis Baptistæ anno Domini M. CCC. XXVII. usque nunc ejus reliquiæ sanctæ & venerandæ populo publice ostenduntur, tam paralytici quam alii claudi cruribus incurvati, alii contracti, alii super terram reptantes, alii gibbosi dorso & incurvati, alii cœci, alii cœci nati, alii muti, alii dæmoniaci, alii manci, alii febricitantes, & diversis aliis langvoribus oppressi & plures mortui & aquis suffocati ad numerum quingentarum & amplius personarum utriusque sexus, meritis ipsius S. Albini per divinam misericordiam & largitatem apud nostram ecclesiam sunt curati, non solum autem a langvoribus hominum sed etiam in pallefridis, equis & juramentis curationis & sospitatis gratia est multipliciter ostensa, Testimonio non solum nostro, sed multorum fide dignorum & totius Civitatis Colonienſis & circumjacentis patriæ pulchro & vero testimonio possunt veraciter comprobari super quo dignum & justum est sanctam & individuam Trinitatem per totum orbem christianum de his misericordiæ suæ gratiis ac beneficiis honorari & laudari, quod nostris temporibus talia magnifica suæ misericordiæ beneficia percipere nos dignetur. Hoc vobis nostro sub sigillo scribimus ad excitandam devotionem plebi fideli vestris in Ecclesiis prædicando. Datum in Vigilia Pentecostes, anno Domini milleſimo, trecenteſimo, triceſimo.

LXXI.

Ertz-Bischoffs Henrici II. zu Cölln Statuta Synodalia, de Anno 1330.

HEnricus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus &c.

1. De Excommunicatis & criminosis deferendis ad D. Archiepiscopum, seu ejus officialem.

Multifarie multisque modis tam prædecessores nostri Colonienſes Archiepiscopi, quam nos, de tempore in tempus studuerunt & studuimus, nunc per Canonum Sedis Apostolicæ, nunc per statutorum Ecclesiæ Colonienſis

editiones, subditos nostros exhortari, monere & salubriter informare, ut in seipsis sciant, qualiter in Domo Dei eos conversari oporteat, & commissæ sibi plebis curam gerere teneantur, cum ad reddendam de his omnipotenti Deo rationem sint in die judicii obligati. Verum quia immediate ad nos spectat eorum negligentiam corrigere, & reformare in hac parte: Nos (ne sangvis eorum de nostris manibus requiratur, dum præcipue, ne quis in peccatis perseveret, sit admonendus, & arguendus, & ad viam pœnitentiæ reducendus) in nostra Sancta Synodo, videlicet in crastino Dominicæ Invocavit, proxime præterito celebrata, Ecclesiarum Rectoribus, eorumque vices gerentibus, per nostras certi tenoris literas super hoc confectas, tunc in eadem nostra Synodo publicatas, inter alia meminimus mandasse, ut quilibet eorum nobis vel officiali nostro utriusque Sexus hominum nostræ Diœcesis nomina in scriptis, si non palam, saltem secrete, prout eis subesset, referrent, qui excommunicationis sententiam per annum & amplius sustinuerunt animo indurato in eosdem authoritate statutorum, canonum, aut Judicum quorumcunque promulgatam, & qui in gradibus Consangvinitatis vel Affinitatis, vel alias in ordinibus sacris constituti, vel de ordine aliquo existentes, contra statuta Canonum, facti Apostatæ, matrimonia contraxerint, publicam usuram exerceant, aut qui sint reatu perjurii, notorie hæretici, vel adulteri manifesti, vel aliis criminibus notoriis, utpote incestu, homicidio, effractionibus & combustionibus & violationibus Ecclesiarum, Cœmeteriorum & immunitatum irretiti, & in delictis similibus perseverantes, & aliorum in mandato nostro super hæc confecto contentorum. Cum itaque præmissis per nos publicatis, nonnulli Christianitatum Decani ab officiali nostro, & Ecclesiarum Rectores & alii ab ipsis Decanis copiam præmissorum, tunc vel postea recipere & publicare, prout eis sub certa pœna indicto mandato expressa injunximus neglexerunt: Nos attendentes quod frustra esset præcepta synodalia condere & publicare, nisi Executioni debitæ demandarentur, omnes & singulos Christianitatum Decanos, Ecclesiarum & Capellarum Rectores præsentibus requirimus & monemus, ut intra mensem a data præsentium, eorum, quos in præmissis defectibus, peccatis seu criminibus, vel aliquibus ex eis eorum statui, vel vitæ contrariis per evidentiam facti, vel per famam publicam, aut per confessionem propriam persistere & perseverare noverint, ita quod eorum in hoc casu delicta eos notorie suspectos reddant, nomina inscriptis, si non publice, (Palam) saltem occulte, nobis vel officiali nostro repræsentent, vel transmittent, sub eorum sigillis clausis, cum assignatione causæ, quare ipsi ad correctionem talium non processerunt, vel procedere nequiverunt, ut tenentur, vel saltem super his se excusent legitime, pro sua in his conscientia relevanda: ut nos, aut officialis noster ex tunc qualitate & circumstantiis personarum & peccatorum hujusmodi consideratis, reformationem medicinalem, prout secundum animarum salutem expedire viderimus, divino suffulti auxilio, circa hoc apponere valeamus: dictique nostri subditi tales notorie delinquentes, in tam notoriis peccatis existentes, tamdiu, & præcipue hos quos sententia suspensionis vel excommunicationis Canonis, & statuta jam prolata ligant, in divinis & aliis vitent, quousque nostras, aut dicti officialis nostri Reformationis & correctionis literas receperint, de præmissis, & de receptione copiæ præmissorum & executione dicti mandati, & publicatione juxta dicti mandati tenorem debite facta, fidem faciant nobis aut officiali nostro prædicto, intra mensem supradictum. Alioqui ipsos omnes contrarium facientes, aut qui in præmissis negligentes fuerint aut remissi, ex nunc ut ex tunc in his scriptis ab ingressu Ecclesiæ suspendimus. Illos vero, qui copiam dicti mandati non receperint, nec executionem ejusdem (saltem in principalibus festivitatibus) populo, prout in eodem continetur, fecerint, vel publicaverint, justo impedimento cessante, nec intra dictum terminum de hoc impedimento docuerint, & de hoc literas nostras aut officialis nostri receperint, in his scriptis authoritate prioris mandati & præcepti, suspensionis sententiam incidisse declaramus, suspensosque volumus & præcipimus ex nunc nunciari.

II. Contra detentores Decimarum.

Item, juxta statutum bonæ memoriæ Engilberti, Archiepiscopi Colonienſis, mandamus, ut quilibet homines Decimas, quæ sunt Tributa egentium animarum, & ad hoc a Domino institutæ, ut sint cibus in domo Domini, Ecclesiis earumque personis, debito tempore, & de Bonis, & de Rebus, de quibus debentur, persolvant. Alioqui eas subtrahentes & injuriose detinentes, & (velut in aliquibus locis comperitur fieri, prohibentes, ne qui Ecclesiarum Decimas, vel ab ipsa Ecclesia recipiant in pensione, vel Prælatis, aut Ecclesiis de ipsis Decimis respondeant, satisfaciant, vel ducant, vehant, vel ad hoc servitia per se vel suos præstent, vel vecturas conducant, cum talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ præsumantur, quos propter hoc in his scriptis excommunicamus, & excommunicationis sententiam incidisse declaramus, excommunicatos volumus nunciari.

III. Ne quis alienigena instituatur ad Ecclesiam, nisi per officialem admissus.

Item præcipimus, ne aliquis ad quem de jure, vel consvetudine institutio in Ecclesiis Parochialibus pertinet, aliquem annalem in ea instituat, vel hi, ad quos horum correctio & Jura Presbyterorum spectant, hujusmodi annales, vel alienigenas nisi per nos, aut officialem nostrum approbatos, in Ecclesiis, vel Capellis nostræ Civitatis & Diœcesis admittant, aut etiam celebrare permittant, cum tales (ut frequentius) sub fidutia divagationis suæ (quod dum pro excessibus suis forent puniendi, non valentes per subtractionem Beneficiorum vel bonorum suorum coarctari, ad alia loca se transferant præsumptione temeraria) cœteris audacius in locis interdictis more stipendiariorum, divina prophanare & alia multa illicita perpetrare non formidant in Dei offensam & scandalum plurimorum. Nam hujusmodi annales & alienigenas, contra hæc se regimini Ecclesiarum & capellarum ingerentes, nunc & pro tempore existentes (quos, nisi ab his desistiterint & abstinuerint monitione decem dierum præmissa in his scriptis excommunicationis sententiæ innodamus) Excommunicatos per Decanatus singulos in quibus hæc attentaverunt ab Ecclesiarum Rectoribus præcipimus nunciari. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin Ecclesiarum & Capellarum Rectores possint & debeant recipere & habere Capellanos & socios, qui eis in regimine Ecclesiarum & Capellarum suarum assistant, prout hactenus est consvetum.

IV. Ut quilibet Presbyter habeat copiam statutorum.

Item quia (ut supra dicitur) pauci curant ea, quæ statuuntur & præcipiuntur observari, ex eo præcipue, quia statutorum & præceptorum copiam non recipiunt neque habent: Præcipimus, ut juxta D. Sifridi Archiepiscopi Colonienſis Prædecessoris nostri Statutum, quilibet Presbyter Ecclesiam vel capellam officians, vel plebem regens, procuret & efficiat cum effectu, ut statutorum & præcipue Provincialium nostrorum & Præmissorum copiam habeat de verbo ad verbum, ut eam frequentius legens, sciat ex eisdem, ad quid teneatur. Ipsamque copiam, quoties ad Synodum venerit, in manu sua secum deferat, & in Synodo aperte in manibus teneat. Alioqui contrarium facientes, sciant se obhoc excommunicationis sententiam incidisse. Præmissa, a dictis Christianitatum Decanis sub officialitatis Curiæ nostræ sigillo intra mensem a data præsentium per copiam recipi, & in Capitulis suis proximis sub sigillis eorundem Decanorum singulis Plebanis per copiam ulterius tradi, & ab ipsis Plebanis recipi volumus, & saltem in quatuor Festis principalibus anni in Ecclesiis Parochialibus, dum intra missam aderit populi multitudo, publicari. Alioqui contrarium facientes, & hæc improvide & temerarie negligentes, quos propter hoc ex tunc ut ex nunc, monitione sex dierum præmissa in his scriptis ab officio Divinorum suspensos haberi & denunciari volumus per suspensis, & per officialem nostrum, seu procuratorem Curiæ nostræ contra eos procedi via juris. In quorum testimonium præsentes literas nostri sigilli appensione fecimus communiri. Pronunciatum, lectum & datum in hac sancta Synodo, Priorum & Cleri civitatis & Diœcesis Colonienſis copia præsente: Anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo, in crastino B. Remigii in Ecclesia Bonnenſi celebrata.

LXXII.

Ejusdem Vertrag mit der Stadt Cölln, unterschiedener Spän und Irrungen halber de Anno 1330.

IN GOttes Nahmen, Amen. Wir Heinrich, von GOttes Gnaden Ertz-Bischoff der heyligen Kirchen von Colne, inde des Heyligen Reymschen Richs uver Berg Ertz-Cantzeler, doen kunt allen den genen, die diesen Brieff aensein, ende horent leſen, ende er gein des offenbeirligen, dat wir mit guten Willen ende med Rade vnſer Mâge, inde vnſer Brûnde mit den wiſen eirſamen Luden den Richter, en Scheffenen, deme Râde, inde den gemeynē vnſern Bürgern, der Stadt von Colne alle des Krichs, Zorns, Zwiſt, Zweyhungen, Vorderungen, inde Heyßhungen, Indwedermuyts, ind op alle die Vorderinge, ind Sachgen, die wir mit in, inde ſy mit vns zeſchaffen hadden, die ſich erlayffen hant vürmaler eynigerhande Wyß Tuſchen vns, inde vnſen Brûnden an eyn ſyde, inde den vurgenanten vnſen Bürger inde der Stadt Colne, inde ihren Brûnden an anders ſyde, biß an deſin Dach hûde verſoint, verſchlicht ſin vrûntlichgen, Lieflichen, gentzligen ind luterlichgen, alſo dat vns die vurſprochen Burger inde die Statt van Colne in go-

in goden Truwen ain alerhande argeliſt ſolen laiſten gebrugen geyſtlichs, ind werentlichs Gerichts, ind alle vnſer gulden, alle vnſe Reichs Vryheide, eren, inde goder gewoinden, die Wir inde vnſe Vurvaren, ind ſy in binnen der Statt van Colne, of darin buyßen in vnſere Geſticht van Colne herbracht hain, as lange, as Wir von der Genaden Goits leuen ſolen, Oych ſo hain Wir in weder geloifft in goden Truwen, inde gelouen dat wir die vurſprochen vnſe Burger, inde die Statt van Colne halten ſolen, dieweile dat Wir leuen ſollen von der Gnaden Goits in alle der Vriheit, eren, inde rechten, inde goder gewonden die ſy von Alters herbraicht haint, ain alerhande Argeliſt; Ouer ſo ergein Wir deß, dat Wir geloifft hain, inde gelouen in guden Truwen dat Wir as lange as Wir van der Gnaden GOits leuen ſollen neit gehengen in ſollen, dat von deme Bruleburg inde Statt, noch vßer deme Gerichte des Brulß, ſo darzu gehürt, den vurſprochenen vnſen Burger inde der Statt van Colne ſementligen, off ſunderlichen eynich Schade geſche, groiß, off kleyne an irme liue, off an irme gude ain argeliſt, Wir vrlogen off Wir en vrlogen neit heirweder, ſo haint vns die vurſprochene vnſe Bürger inde die Statt van Colne geloift, dat ſy ſementligen, nog ſunderlichen, noch yeman van ihren wegen engeinre kunne Schade der Burch, noch der Statt, noch dem Gerichte dat dairzu gehuirt engeinre hande Wys doin in ſollen, ain alerhande Argeliſt; Oych ſo ſoll der Burgemeiſter, de den Bruleburg inde Statt inde dat Gerichte, dat darzu gehuirt vnden hait, gelouen in goden Truwen, dat he noch nement van ſinen Wegen, as lange às Wir von der genaden Goits leuen ſolen, inde wat na vnſin dode as lang als hede verſprochgen Burch inde Statt vnden hait, inde biß eyn eyndreichtich geweldich Ertz-Biſchoff kúympt, de da geconfirmertis van deme Stoile van Rome, neit gehengen in ſal, dat den vurſprochgen vnſer Burgern inde der Statt von Colne, eyngerhande ſchade geſche groiß, off kleyne, ſementligen, off ſünderligen, an lieue, inde an gude ain alerhande Argeliſt, inde dat helft haint, die vurgenante vnſe Burger inde die Statt van Colne geloifft zu halden in alder Wys as vurgeſchreuen ſteyt, inde vp dat dit ſtede gehalden werde, ſo ſal der Burgreue, de zor zyt den Bruleburch inde Statt vnden hait, ſchweren zu den Heilgen, dat he it halden inde Voluören ſal vnuerbrúchlich, in alle der Wys as vurgeſchreuen ſteyt ain alerhande Argeliſt; deme ſelven gelich ſolen die Burgemeyſter van Colne, die zor Zyt ſynt vur ſich inde vur die Statt gemeinligen van Colne ſchweren, dat dit gehalten werde in alder Wys vurgeſchreuen ſteit, ain alerhande Argeliſt; Ouer ſo ergein Wir deß, dat Wir geloifft hain inde gelouen in goden Truwen, dat Wir die vurſpruchen vnſe Burger inde die Statt van Colne in alle vnſine Geſtichte van Colne, inde in vnſine Landen ſementligen inde ſunderligen in lyff inde in GOtt beſchyrmen, inde bevryeden ſolen zu Waßer inde zu Lande, as lange, as Wir van der Genaden Goits leuen ſolen ain alerhande Argeliſt; Inde dat ſelft ſolen vnſe Amtlude, die zor Zyt ſint, gelouen in goden Truwen, inde ſweren zu den Heilgen vnuerbrüchlich inde ſtede zu halden, as lange, as Wir leuen ſolen, inde Wit as lange bis ein eindreichtig geweldich Ertz-Biſchoffs de da geconfirmert ſi van dem Stoile van Rome na vnß kuympt, ain allerhande Argeliſt. Voirt ſo haint Wir doin gelouen die Eirſame Lude, Heren Heinrige, den Ertſtenbiſchoff van Mentze, Heren Johannen, den Proiſt zu Santen, Heren Ropreichte, den Greue van Virnenburch, vnſe Neuen inde Heren, Johannen den Dechgen van Bonne, dat alle die voirſprochen Punct ſtede gehalden ſolen werden, as lange, as Wir leuen, inde Wit na vnſine dode, as lange as ſy des Geſteichts ſios vnden haint, bis eyn eyndrechtig geweldich Ertz-Biſchoff Kuympt, de geconfirmert is van deme Stole van Rome; Ouer ſo ergein Wir des, dat Wir Guytligen, inde Vriunt, ligen med vnſen Burger inde der Statt van Colne vurgenant overtragen haint, Wir mid in, inde ſy mit vns, inde gelovifft haint vnder in ander, dat Wir as lange as Wir leuen ſollen van der Genaden Goits vnß mid nemanne verbinden in ſollen, he ſy, we he ſy, vp die Statt van Colne in zu Hindernuße offt zu Schaden und eingerhande behendigede, auer Wir ſolen ſie beſchirmen inde vúrdern zu Waßer inde zu Lande, als ein getruwe Herr ſinen leuen Burger ſchuldich is zedoin, ain alerhande Argeliſt; deme gelich ſo haint die vurgenante vnſe Burger inde die Statt von Colne vns gelovifft, dat ſy auch emals ſich neit verbinden in ſolen, as lange, as Wir leuen ſolen mid nemanne he ſy we he ſy vns off vnſine Geſtichte zu hindernüße, off zu ſchaden ain alerhande Argeliſt; Inde hain doch an beyde ſiden, vsgeſcheden den Stoil van Rome inde dat Roymſchen Richge deme gehorſame zu ſine as verre, as Wir dat ſchuldich ſin zu doin, inde vns an beyden ſyden aintrifft, inde vnſer eichlich ſol den andern vorhalden mit alre Beſcheidenheit, dat ime engein Schade in geſche, as verre, as he des mit Eyden, inde mit eren Ouer ſin mach inde engeine Argeliſt darzu keren heimeligen, nach offenbar mit engeinrehande behendigeit, wer aver Sache off eman vnſe Bürger inde die Statt van Cölne vrlogen

vrlogen wolte, off enich vnrecht an ſy keren, ſo ſolen Wir vnſe Bürger inde die Statt van Colne verantworden, as vere as ſy vns es Rechts mechtig laißent, inde wa ſy uns es Rechts mechtig laißent, inde Wir ſy dan verantworden, inde vns darvmbe einen vrlogen wolde, vmbe des Willen, dat Wir ſy verantworden, geſunne Wir dan helpen an in, ſo ſolen ſy uns dat helpen weren ain alerhande Argeliſt, inde hemede ſoln Wir mid in, inde ſy mid vns verſoint inde verſchlicht ſin, inde ſol aichemals eyne gantze Hemelicheit inde Vruntſchafft tußſchen vns, inde den vurgenanten vnſen Bürgern inde der Statt van Colne ſin, inde bliuen, alſo dat noch Wir vp ſy, noch ſy op vns vmbe engeyne die ſachgen, die vurmailen geuallen ſint, inde ſich erloiffen haint bis op deſen Dach hude engeiner Hande onmoyt, noch Zorn vort zien noch trecken enſollen ain alerhande Argliſt, diß zu einme Orkonde inde Stedicheit, ſo hain Wir vnſe Ingeſegel van vnſer rechter Wiſſenheit eyne mid Ingeſegeln vnſer Neuen vergenant; inde deß Dechants van Bonne, inde der Statt van Colne an deſen Brieff don hangen, inde Wir Henrich, van Goitz genaden Ertz-Biſchoff zu Mentze inde des heilgen Richs vuer Duytzlant Ertz-Cantzeler, Johann Proyſt zu Santen inde Archidiacon in der Kirgen van Colne, Ropreicht Greue van Virnenburch vurgenant ergein dat alle die vurſprochen vurwerden inde punct alſo as ſy de vurgeſchreuen ſtaint gededingt ſint, inde gelouen in guden Truwen ain alerhand Argliſt, dat Wir darzu helpen ſolen, na alle vnſer Maicht, dat ſy ſtede gehalden werden, inde unuerbrüchig in alder Formen inde Wys, as da vorgeſchreuen ſteit, dis zu eynme Vrkunde, ſo hain Wir vnſe Ingeſegelen van vnſer reichter Wißenheit an deſen Brieff doin hangen, inde Wir Johan, Dechgen van Bonne vurgenant, want die Eirſame Vader inde Herre, Herr Heinrich der Ertze-Biſchoff van Colne vargenant vns den Bruylburch inde Statt, inde dat Gerichte dat darzu gehoirt, beuolen hat, inde vns des eynen Ambtman gemacht hat, inde vych want alle die vurſprochen punct alſo gedeydingt ſint, as da vurgeſchreuen ſteyt: So ergein Wir des dat Wir geſuoren hain zu den Heilgen, dat ſy ſtede inde unuerbruchlich gehalden ſollen werden, inde halden ſolen na alle vnſer Macht in alder formen, inde Wús as de vurgeſchreuen ſteyt, ain allerhande Argliſt; Inde dis zu eynme Vrkunde, ſo hain Wir vnſe Ingeſegel an deſen Brieff gehangen, inde Wir Richter, Scheffen, Rait inde gemeyne Burger der Stadte van Colne ergeindes, dat want Wir geſoint ſin mit vnſem Eirſame Vadere inde Heirren, Heinrichen, deme Ertſbiſchoue van Colne, inde ſinen Vrunden in alder Formen inde Wys, als da vurgeſchreuen ſteyt, herumbe ſo gelouen Wir in goden Truwen, dat alle die vurſprochen Punct ſtede gehalden ſolen werden ain alerhande Argliſt, inde hain vych zu eyme meirre Steidigeit vnſe Burgermeiſter doyn ſich gern, inde ſweren vp den Heilgen, dat Wir ſy ſtede, inde vnuerbrüchlich halden ſolen in alder Formen inde Wys, as da vurgeſchreuen ſteyt, ain alrehande Argliſt, dis zu eyme Vrkunde ſo hain Wir der Statt van Colne meyſte Ingeſegel an dieſen Brieff doin hangen, deis Brieff is gegeuen vp Alre Heilgen Auent Na Goitz Geburt, Tuſent driehundert Jair, in deme dreißichſteme Jair.

(L. S.)
Henrici, Arch. Colon.
(L. S.)
Henrici Archiepiſc. Moguntin.
(L. S.)
Præpoſit. Sant.
(L. S.)
Comitis Virnenburgici.
(L. S.)
Civitatis Colonienſis.

LXXIII.

Ertz-Biſchoffs Walrami II. zu Cölln Statuta Synodalia, de Anno 1333.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, ad perpetuam rei memoriam.

Quia plerique ad ſacrorum ordinum faſtigia non ut convenit adſpirantes, dum eis Beneficii competentis titulum prætendendi (eo quod Beneficium non habeant) facultas non ſuppetit, ſub fraudis cujusdam commento falſo allegant, ſufficiens patrimonium ſe habere, & cum ab eis ſuper hoc probatio exigitur perſonas forte, vel literas ignotas, aut ſuſpectas, quod ſufficiens obtineant patrimonium, producere non verentur, & ad ipſos ſacros ordines, immo in Presbyteros ſic promoti, cum revera nihil, vel parum in Bonis habeant, in Cleri & Sacerdotalis Dignitatis opprobrium, mendicare, & ob mendicitatis anguſtiam, lucra ſectari illicita, ac turpia compelluntur.

I. Quod nulli Clerici ad ſacros ordines ſub titulo Patrimonii per Examinatores admittantur, niſi ſub diſtinctione inferius annotata.

Statuimus igitur, ne de cœtero quisquam ſub titulo patrimonii, ad aliquem ſacrorum ordinum (ſacrum ordinem) per Examinatores ad hoc deputatos aut deputandos, aliqualiter admittantur, niſi noſtras ſuper hoc literas habeat & oſtendat: quas ſi oſtenderit, ſuper eo tamen, quam ſufficiens Patrimonium obtineat, niſi ad minus literas alicujus Prælati, aut Chriſtianitatis Decani, ſeu Curati, aut Canonici, vel duorum Presbyterorum idoneorum literas habeat, ſigillis notis ſignatas: & nihilominus per duos teſtes idoneos juratos, & per proprium juramentum coram noſtris Examinatoribus hoc doceat & oſtendat. Volumus etiam quod ſic ad titulum (ſub titulo) Patrimonii, his habitis & receptis probationibus, promovendus, ſuo ſe obliget præſtito Juramento, quod hoc patrimonium, quod ſic obtinere ſe probavit, nequaquam alienet in toto vel in parte, quousque ſit Eccleſiaſticum Beneficium competens pacifice aſſecutus. Mandamus etiam examinatori ſeu Examinatoribus ad hoc deputatis ſeu deputandis præſentibus & futuris, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, quam (monitione ſex dierum ex nunc præmiſſa) in quemlibet eorum ferimus, ne omiſſis prædictis probationibus & juramentis, aut aliqua eorum parte, aliquem ſub titulo patrimonii ad aliquem ſacrum ordinem audeant admittere ſeu præſumant. Competens autem patrimonium vocamus & æſtimamus, de quo viginti & quatuor ſolidi groſſorum Turonenſium regalium expendi commode ad minus poterunt annuatim.

II. Ne per Examinatores ad ordines admittantur, qui deditæ atatis non ſunt.

Licet præſentati ſub titulo Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum, citra literaturæ & ætatis examinationem, ad ſacros ordines in noſtra Diœceſi recipi conſveverunt & admitti: quia tamen (ſicut experti, ſumus) nonnulli ſub titulo Eccleſiarum & monaſteriorum ſecularium & Religioſorum, ad ſacrorum Suſceptionem orationum aliquoties præſentantur, qui ex ipſo ſolo aſpectu pro eo ſuſcipiendo ordine, ad quem ſuſcipiendum præſentati ſunt, ætatis pati defectum apparent evidenter: ſtatuimus, ut Examinatores pro tempore exiſtentes, coram quibus ſe ordinandi præſentare debent, quantumcunque ſub titulo Eccleſiarum aut Monaſteriorum ſeculariū, aut religioſorum fuerint præſentati, ſic præſentatos diligenter inſpiciant: & ſi quis ex eis, quo ad ſuſcipiendum ordinem, ad quem præſentatur, pati defectum ætatis (cujus ipſum eſſe debere ſtatuta declarant Canonica) ex ipſo ſolo apparuerit, ſeu videatur evidenter aſpectu, ad ſuſceptionem talis ordinis nullatenus admittatur, donec ad debitam perveniat ætatem: vel niſi docuerit canonice, quod quanquam minoris appareat, ſufficientis tamen, quo ad hunc ſuſcipiendum ordinem, ad quem præſentatus fuerit, ſit ætatis. Vicario etiam noſtro in Pontificalibus pro tempore exiſtenti, ne ſub titulo Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel ſecularium, ſeu religioſorum quenquam, de quo aliquo modo, quo ad ætatis ſufficientiam, pro eo adipiſcendo ordine, quem deſiderat, poterit veriſimiliter hæſitari, ſine examinatoris examine & admiſſione ad hunc ordinem admittere præſumat, noſtram interdicimus poteſtatem.

III. Declaratio ſtatuti D. Henrici Archiepiſcopi, ne Clerici ſeculares, vel religioſi, officium Tabernariorum exerceant.

Cum bonæ memoriæ Henricus, Prædeceſſor noſter ſtatuendo prohibuerit, ne Clerici ſeculares & religioſi, officium Tabernariorum exerceant: nolens tamen per hoc ſtatutum quenquam a venditione vinorum, ſi qua ei a beneficiis ſeu aliunde præter negotiationis cauſam derivata fuerint, dummodo hoc ſine dolo, nec in fraudem ſui prædicti ſtatuti fecerit modis hactenus conſvetis & decentibus prohibere: a nonnullis in dubium revocatur, qui modi ſint conſveti & decentes, & circa venditiones vinorum hujusmodi, Clericis obſervandi: ſtatuto igitur præſenti duximus declarandum, modos venditionis conſvetos & decentes fore, quod ſcilicet hæ vinorum venditiones ſine cauponum vociferatione & clamore, & quantum in venditoribus eſt, ſine fraude, absque remanſione & demoratione hominum bibentium, ea vina intra, vel ante domum, ac intra immunitatem, in quibus vina venduntur, fiant, & potare hæc vina volentibus, ne is ibidem remanendi & demorandi occaſio præbeatur, pocula ſive amphoræ, ſicut in tabernis publicis laicalibus fieri conſvevit, non commodentur, nec aliqualiter miniſtrentur: ſuntque ſecundum tenorem præſentis ſtatuto, de cœtero a Clericis vinorum venditiones exercendæ. Eos autem Clericos, qui ſecus fecerint, in pœnas virtute præfati ſtatuti (mandati) in ipſos promulgatas, incidere decernimus.

IV. Declaratio ſtatuti ejusdem D. Henrici Archiepiſcopi, & adjectio pœnarum contra Clericos non portantes coronas & veſtes ſtatui clericali congruentes, & haſtiludia exercentes.

Felicis recordationis Henricus Prædeceſſor noſter, de ſuorum Capituli & Prælatorum conſilio, in Clericos quoslibet Beneficiatos, non portantes aſſidue Coronas in capite, quæ ſecundum ſui ordinis & ſtatus decentiam detectæ appareant, interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ſententiam, quam ex tunc, monitione quindecim dierum præmiſſa, ipſos incurrere voluit, promulgavit. Similiter in Clericos veſtes ſcacatas, omnino virides, aut omnino glaucas, aut omnino rubeas, aut a lateribus, vel ante pectus notabiliter ſciſſas, aut nodatas, publice deſuper ſine cauſa rationabili portantes, unius menſis monitione præmiſſa, ne hujusmodi veſtibus uterentur de cœtero, decrevit, ſtatuendo pœnas conſtitutionis Clementinæ, quæ incipit: Quoniam qui abjectis &c. extendendas, volens & ſtatuens, ut Clerici talibus veſtibus poſt hunc menſem utentes publice, pœnas hujusmodi (quæ, quoad beneficiatos, de ſuſpenſionis ſententia per ſex menſes a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent intelligendæ,) incidant ipſo facto. Nonnulli tamen Clerici beneficiati, effectum harum pœnarum & Clericalis militiæ (immo etiam aliqui ex eis, qui ſacrorum ordinum ſunt charactere inſigniti) minime attendentes, quoad uſum & utilitatem privatam ſtipendiorum beneficialium, Clericalis militiæ ſtipendiarii eſſe volunt, ad obſequia vero quæ horum receptio ſtipendiorum exigit, ſe nequaquam obnoxios reputantes, aſſeribunt dedecori vile æſtimant & autumant inhoneſtum, in hujusmodi characteris Clericalis militiæ & ſacrorum ordinum, quos ſibi aſſumpſerunt, ſignis & inſigniis, in tonſura ſcilicet & habitu eos decentibus, converſari, & incedere, & in publico comparere. Hanc itaque Tonſuram abhorreſcentes & habitum, in capillorum longitudine in capitibus & in barbis, absque Coronis, minime tonſurati, & in veſtibus prohibitis, & omnino indecentibus, & quod deterius eſt, in Choro & in Capitulo, immo ſerviendo in ordine, barbati & ſine corona Clericali, decenti ſtatum & ordinem, incedentes, Laicis adeo ſe conformant, ut inter ipſos & Laicos, etiam exceſſive delicatos & mundanos, delectus modicus, immo nullus, quoad tonſuram & habitum, valeat perpendi. Quidam etiam ex eis, Haſtiludiis (ex quibus homicidia & membrorum mutilationes probabiliter ſequi poſſunt) cum militibus & armigeris Laicis, in locis etiam, ubi beneficia obtinent Eccleſiaſtica, temere ſe immiſcent, ipſa haſtiludia corporaliter exercendo. Quibus nos competentem capientes adhibere medelam, in Clericos quoscunque, cujuscunque dignitatis, conditionis aut ſtatus exiſtant, barbam ultra conſvetum Clericis modum nutrientes, pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: Item in exercentes haſtiludia in locis, in quibus beneficia Eccleſiaſtica obtinent, & tunicas, quibus manicæ coloris alterius quam ſint ipſæ tunicæ, ſunt aſſutæ, portantes, pœnam ſuſpenſionis per ſex menſes a perceptione beneficiorum, quæ obtinent, ſecundum prædictorum continentiam ſtatutorum, duximus extendendas: Statuentes, ut qui deinceps in has interdicti, vel ſuſpenſionis pœnas ex dictis cauſis inciderint, & durantibus his interdicto & ſuſpenſione, & antequam abſolutionis literas ab hujusmodi ſententiis a nobis, ſeu noſtro officiali meruerint obtinere, & eas Capitulo ſuo oſtenderint, maxime hi, qui in Choro & Capitulo, aut inſerviendo in officio, ſine coronis decentibus ſtatum & ordinem, & cum barbis ultra quindenam non abraſis, ſeu inveſtibus prohibitis comparuerint, ne quicquam de ſuis beneficiis, etiam ſibi ab alio quocunque oblatum, recipere, nec quisquam ex diſtributoribus, pro præbendarum, fructuum, proventuum & obventionum diſtributionibus faciendis a Capitulo deputatis, eis quicquam de eorum præbendis, ſive in groſſo, ſive in quotidianis diſtributionibus, miniſtrare præſumat: alioqui tam recipiens, quam miniſtrans ſcienter, eo ipſo ſe noverint excommunicationis ſententia, quam ex nunc ferimus, innodatos. Et ſi durantibus hujusmodi interdicti ſeu ſuſpenſionis ſententiis, & antequam ſic interdicti & ſuſpenſi, ut dictum eſt, ſe doceant abſolutos, ipſi quicquam de ſuis præbendis receperint, & Capitulum Eccleſiæ, in qua interdicti & ſuſpenſi, hujusmodi negligentias commiſerunt, ratum habuerit, hanc receptionem expreſſe ſeu tacite diſſimulare, (ne hoc noſtrum ſtatutum effectum habeat) cupiens, a tractatibus Capitularibus eo ipſo volumus eſſe ſuſpenſum tamdiu, donec ipſos interdictos & ſuſpenſos induxerit integre & ſine diminutione aliqua reſtituere ſic percepta: Tollentes authoritate præſentis ſtatuti, ipſis interdictis taliter & ſuſpenſis quicquam de præfatis fructibus, redditibus, proventibus & obventionibus ab ipſo Capitulo, ſeu a quocunque alio, remittendi, dandi, ſeu reſtituendi poteſtatem.

V. Innovatio ſtatuti D. Conradi Archiepiſcopi, de modo & forma tenendis & exercendis circa officium divinum, cum adjectione pœnarum contra non obſervantes.

Quan-

Quanquam olim bonæ memoriæ Prædeceſſor noſter, Conradus, de Conſilio Capituli & Priorum ſuorum, ſtatuendo præceperit, ut divinum officium in Choro cujuscunque Eccleſiæ Collegiatæ, nunquam absque ordine Miniſtrorum ſacerdoti miniſtrare debentium, ſcilicet Diaconi & ſubdiaconi, decantaretur: in Eccleſia tamen noſtra & nonnullis aliis Eccleſiis Collegiatis (quod cum cordis amaritudine referimus) ad hoc his temporibus eſt deventum, quod frequenter, propter miniſtrantium, ſeu alterius eorum defectum, (eo quod illi Canonici, quibus ex more pro miniſtrando in officio ad Altare in ſuo ordine, hebdomada deſignatur, hoc miniſtrandi officium facere negligunt, neque curant) Miſſarum ſolennia omittuntur: ex quo Deus offenditur, ordo Eccleſiaſticus confunditur, excreſcit in devotio populi, ſcandala oriuntur: & ipſa noſtra Eccleſia, (quæ cœteris ſubjectis Eccleſiis, in divinorum officiorum peractione ſolenni, deberet eſſe ſpeculum & exemplar) occaſio negligentiæ ipſorum reputari poterit divinorum. Cui nos volentes omnino, ut tenemur, remedio occurrere opportuno, ſtatuendo renovamus, ut ſicut in prædictis continetur ſtatutis, in noſtra & qualibet noſtræ Civitatis & Diœceſis Eccleſia Collegiata, quoties opus fuerit, poſt ingreſſum ad Capitulum, ante omnem tractatum diſciplinæ, vel etiam alterius cujuscunque actus, ſeu negocii, Decano præſente, vel abſente, Tabulæ Capitulares, lecturam habentes in ſcripto, diſtincte, quid unicuique ſit cantandum aut legendum in Choro, legantur & audiantur diligenter: vel Cantor aut ſuccentor, ſeu alius, ad quem hoc pertinet de conſvetudine Eccleſiæ, vel cui hoc duxerint committendum, poterunt cuilibet, quid ſibi legendum aut cantandum in Choro incumbat, referre. Et ſecundum hoc præcipimus cuilibet, quatenus id, quod ſibi faciendum, cantandum, ſeu legendum incumbit, per ſe, vel per alium compleat reverenter. Huic etiam ſtatuto addimus, quod ſi aliquis Sacerdos, Diaconus, aut Subdiaconus cui in ſummo Altari celebrandi, aut ſerviendi in ordine, per lecturam prædictam, aut Cantoris, aut ſuccentoris relationem, ſeu ejus ad quem hoc de conſvetudine pertinet, ſeu ex eorum parte, Hebdomada fuerit deputata, ſeu is, qui ſecundum aliquarum Eccleſiarum conſvetudinem, ex gradus ordine, aut alio quovis modo, præter aliquam lecturam, aut aliam intimationem faciendam, ſe Miſſam celebraturum, ſeu eis in ordine miniſtraturum ſcit, vel ſcire debet, niſi per cauſam legitimam, vel rationabilem evidenter (ita quod per ſe, vel per alium explere non valeat) impediretur, per ſe celebret & ſerviat, aut celebrari & ſerviri per alium modo debito & conſveto faciat & procuret. Alioqui, ſi ceſſante hujusmodi legitima & rationabili cauſa evidenter, hoc neglexerit, pro cujuslibet officii unius Miſſæ negl gentia, a perceptione Diſtributionum & omnium obventionum (præter fructus groſſos, qui corpus Præbendæ appellantur) tandiu ipſo facto ſit & maneat ſuſpenſus, quo usque groſſos quatuor Turonenſes regales, nomine pœnæ, Collector ſuſpenſionum de hujusmodi ejus fructibus tories, quoties in una Miſſa ſuum non fecerit officium, ſcilicet pro ſingulæ Miſſæ defectu ſingulos quatuor groſſos, recipiat: & ipſe negligens aliunde ſatisfaciat, in eos uſus, in quos ſuſpenſorum diſtributiones quot dianæ ſervari & expendi conſveverunt, ſervandos & exponendos: & de hujusmodi pœna in parte, vel in toto quicquam ipſi negligenti remittendi, Capitulo, vel alicui adimimus poteſtatem. Quod, ſi, hac ſuſpenſione durante, talis ſic negligens, receptioni harum diſtributionum, aut obventionum, aut partis ejus alicujus, etiamſi Adminiſtrator, vel quicunque alius, eos ſeu hujusmodi partem ſibi offerat, immiſcuerit, recipiendo diſtributiones & obventiones hujusmodi ſeu earum partem, ipſo facto excommunicationis ſententiæ, quam ex nunc ferimus in ipſum negligentem, & ſibi diſtributiones & obventiones hujusmodi ſcienter offerentem, ſeu dantem, volumus ſubjacere, pœna præmiſſa n hilominus in ſuo robore duratura. Volumus etiam hanc ſcripturam & lecturam in Capitulis Eccleſiarum, in quibus de conſvetudine ex gradus ordine, aut alio modo celebraturi, ſeu miniſtraturi, quando celebrare, aut miniſtrare debeant, neſciunt, nec ſcire tenentur, nec alia eis intimatio fieri ſolet, cantor, vel ſuccentor, ſeu alius, ad quem hoc de conſvetudine pertinet, fieri procurent, aut relationem faciant, ut eſt dictum. Alioqui ipſe Cantor, ſeu is, ad quem hoc de conſvetudine pertinet, toties, quoties hoc negligenter omiſerit, & ex hoc defectus Miſſæ decantandæ evenerit, dictis pœnis, prout ſuperius enarrantur, ſubjaceat ipſo facto. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo Capituli noſtri duximus præſentibus apponendum. Datum Coloniæ in craſtino B Remigii confeſſoris, Anno Domini 1333.

LXXIV.

LXXIV.

Ejusdem Vertrag auff Lebens-Zeit mit der Stadt Cölln, daß ſie einander beſtändige Freundſchafft und allen guten Willen erzeigen wollen, de An. 1334.

IN GOttes Nahmen, Amen. Wir Walraue, von GOttes Gnaden der Heiliger Kirchen von Colne Ertzbiſchoff, inde des Heiligen Römyſchen Reichs Vuer Berg Ertzcantzler, doin kundt allen den jenen, die deſen int gegenwertigen Brief ane ſeint, inde hörend leſen, dat wir mit gutem Willen, inde mit Rath vnſer Magel inde vnſer Fründt, inde auch vmb Vrede vns Lantz, inde vnſer Lande, inde des gemeinen Landts, inde der Statt, inde vnſer Bürgern von Colne überdragen hain mit der Statt inde vnſern Bürgern von Colne vorgenandt vreundlichen, guterligen, inde gäntzligen eynre gantzer ſteder Haimligkeit, inde Vreundſchafft, die wir mit ihn halden willen, vnd ſullen, inde ſie mit vns as lange as wir leuen ſollen, in der Wys, as hernach geſchrieven ſteyt:

In den erſten, ſo ſoll Vns die Statt, inde Vnſe Bürgere von Colne laſen gebruggen, vns Geiſtlichs inde Weltlichs Gerichts, Vriheide, inde guter Gewoinden, die wir inde vnſer Bürfahren, die Ertzbiſchöue von Colne, in binnen, off in Buißen der Statt von Colne in vnſem Geſtichte von Colne gehat, vnd gebrucht hant, ain alrehande Argeliſt. Oich ſo han wir der Statt inde Vnſen Bürgern von Colne vurgenant wider geloifft, inde geloven in guten Trouwen, dat wir die vorſprochen Vnſe Burgere, inde die Statt von Colne halden ſullen, dieweil wir von GOitz Gnaden leuen ſollen, in alle der Freyheide, eren inde Reichte, inde guden Gewoinden, die ſie von alters biß heran an vns bracht hant, alſo as wir in die geſtediget, inde geconfirmirt hain, na Formen ihrer Brieue, die ſie von vns haint, inde vort die ſi von Kayſern, von Königen, inde von Ertz-Biſchoffen von Colne vnſen Vorvaren haint, inde willen, dat die ſtede, vnd vnverbrülich gehalten werden, ain alrehande Argeliſt. Oich ſo ergain wir, dat wir geloifft hain, inde geloven in guter Trouwen, dat wir as lange, as wir von der Gnaden GOitz leuen ſollen, die vorſprochene Vnſe Burgere inde die Statt von Colne beſchirmen vnd bevreden ſollen ihr liff, vnd ihr Goedt, zu Waßer vnd zu Lande, ſamentlichen inde ſonderlichen, in alle vnſere Landen, inde in vnſem Geſtichte von Colne, von ofen da vnſe Geſticht von Collne angeytt, biß neden da id went, inde demſelven gleich angein ſeide des Rheins, inde an dis ſeide des Rheins, ſo wo vnſe Landt, inde vnſe Geſticht gelegen iß, geleich vns ſelves Landen, ain alrehande Argeliſt. Were auer Sach, wandt in vnſere Lande, inde in vnſere Geſticht von Colne ezlige ſunderliche Burgere inde Gerichte gelegen ſeind, die vns nit zuengehörendt vff einig vnſere Burgere von Colne geuangen, off ſein Goidt ihme genohmen wurde, off gekruit wurde, inde vns off vnſere Ambtmanne die alreneiſt dabey geſeßen ſein were, dat getzonet würde, ſo ſollen wir inde vnſere Ambtmann, ſo alreneiſt dabey geſeßen is, as balde vns, off ihme kund gethain wird, in guten Trouwen as viel darzu doin, dat id gericht werde, geliches Weiſe, as vns ſelues Luden, off id en geſchiehet were, ain alrehande Argeliſt.

Auer ſo ergain wir des, dat wir freuntlichen inde gutlichen mit vnſen Bürgern vnd der Statt von Colne verdragen hain, inde wir uns mit ihn, inde ſie mit vns verbunden hain, alſo were dat Sach, off eman achter dieſer Zeit vort vns off vnſe Geſticht von Colne urlogen, off des Geſtichts viant ſein wulde, inde wir den vorſprochen vnſen Bürgern, inde der Statt von Collne dat kundt deden, ſo en ſollen ſie achter der Zyt, dat wir ihn kundt gethan hain, as verre es vnſe Geſticht antrifft, den genen, die Vns, of vnſe Geſticht verloygden, off anetaſten, geine Spiſen geuen, noch In raden, noch helpen mit Worten noch mit der Thaidt weder vns mit einicher hant Wyß, ain alrehande Argeliſt, derſelbe gleich ſollen wir Ihne weder halden ain alte Argeliſt, vort is gevorwart tüſchen vns, inde den vorſprochen vnſen Burgeren inde der Statt von Colne dat ſo wanne, dat wir, of unſe Geſticht von Cölne angetaſt würden von vnſen Vianden, Boden mögen binnen der Statt von Collne vnſe man ende Dienſtmann inde vnſe Bürgere, die goderhande Luthe ſein von Geſchlechte, dat ſie vns inde vnſem Geſtichte helpen vnſe vnrecht weren, inde ſo wer von In dienen wilt, dat en ſall der Rath von der Statt von Collne de zur Zeit ſitzt, In niet verbieden ain Argeliſt. So wer oich von ihn vns nit dienen en wilt, die nach id laßen ſonder vnſer Zorn, mere die en ſall weder vns noch vnſe Geſtichte nit dienen, noch mit Rath, noch mit der Thad weder vns, off vnſe Geſtichte ſin mit einigerhande Weiß, ſunder alrehande Argeliſt, vßgeſcheiden, doch ſonderlichen die Burgere von Cölne, die man, in Dienſtman ſint der Heren wamme Land, off ſi gemeint wurden, dat ſie ihrem Heren helpen In Landt weren, ind In dienen alſo,

as sie ihn verbunden seint, vich so is vßgescheiden der Stoil von Rome, ind dat Römische Reich an vnß, inde der Statt, ind ahn vnsen Bürgeren von Cölne den gehorsamen zu sein, as verne, as wir dat schuldig sin zu doin, inde vnß an beyde Siden anetrifft, ain alrehande Argelist; Oich so seint außgescheiden die Herrn vomme Land, inde Rittere, inde Knaben, de Burger zu Cöllne sint, dat die Statt ind vnse Burgere zu Cölne ihren Aydt inde ihre Ehre bewahren entgein sy ain vnsen Zorn, as Ihre Brieff behaltent, die darop gemacht seint aine alrehande Argelist. Were eure Sach off emen die Statt inde vnse Bürgere von Cölne vrloigen, offdrengen wolde vmbe deßwillen, dat si imet Spiese engeben vnsen Vianden, die vns, inde vnse Gestichte vrloichten, off vmbe deswille, dat sie vnse Vianden mit Raide noch mit Dade nit behoilpen enwulden sin, dat sollen wir den vursprochen vnsen Burgeren inde der Statt von Cölne keren; inde weren mit alle vnser Macht, also dat sie deß entladen werden ain alrehande Argelist. Euer ist geuorwart, dat wir, as lang wir leuen sollen von der Gnaden GOitz, noch nieman von vnsen, wegen den Vursprochen vnsen Burgeren inde der Statt von Cölne, niet entsagen enmögen, noch sie vns weder ain allerhand Wyse begeuen en sollen, noch sie vns weder, ain alrehande Argelist; Were euer Sach, off achtermailtz eynger hande Vürderunge Clage, Zwist, inde vploiff tuschen vns, vnd vnsen Luden vp ein syde, inde den Vursprochen vnsen Bürgeren inde der Statt von Cölne vp ander Syde, sich erlieffen, dat GOtt niet enwill binnen der Zyt dat wir von GOtts Gnaden leuen sollen, so hain wir vor vns drey vnser Freunde, Herren Henrichen von Guylichen den Proist von Senct Andreä zu Colne, Herren Herman von Leuendall, inde Herren Conen von Vischenich Rittere, inde die versprochen vnse Bürgere, inde die Statt von Colne für sich drey ihre Bürgere, Herren Gobelen Jude, Ridder, Herren Diethe richen vame Hirtze, Scheffen, inde Herren Goitschalcke Querstoltze im Vieltzegerauen, Scheffen gekoren, ind genohmen, de gesichert, inde geschworen hant zu den Heiligen, de si leifflich gervirt hant, in vnser inde des Raths von Colne intgeinwortigeyt, dat si sämentlichen, so wanne, inde zu welcher Zeyt dat sie gemeint werdent von eynger Partheyen de da klagt von der ander zusammen kommen sollen binnen die Machate zu Sente Marien Greden zu Colne binne aicht Tagen na der Zeit dat si genant werden, inde hören alda de Vorderunge, Clage, Zwist, inde den Vploiff, inde de Bruche der Parthien, die da clagen, wilt vp die andere, inde vich de Antworte von der Partheyen vp die man claget, inde sollen na Worten, inde wider Worten, binnen vierzehen Naichten na den aicht Tagen dat sie binnen Machate kommen sint, die Vorderunge, Clagh, Zwist, Vploiff vnd die Bruche scheiden inde verschlichten mit einem off si mogen mit den meisten Part ain alrehande Argelist; Inde en kummen sie die Vorderunge, Clagt, Zwist, Vploiff vnd die Bruche binnen den vursprochen vierzehen Nachten samentlichen off mit den meisten part mit einem niet gescheiden, so sollen inde moißen die vurgenante seis geschworen in binnen der vursprochen Machaten vort bliuen die ander vierzehen Nacht vp ihren Eydt, inde sollen da scheiden, ind ende geuen der Vorderungen klagen, Vffloiff, Zwist, in der bruchen der Partien, die da geklagt hat vp die andere, na klagen ind andworden der vorgenanter Partien sementlichen off mit dem meisten Parte mit Rechte vp ihren Eydt, also dat vp den letzten Tag der letzten vierzehen Nacht vorgenant die vorsprochene seits geschworen eyn reicht gesaicht moissen, ind sollen han, sementlichen vp si mögen, off mit dem meiste Parte vp ihren Eydt ain alrehande Argelist; Inde daten sollen si nit laßen umbe Worte, noch umbe Zorn, noch vmbe Haß, noch vmbe Liefte, noch vmbe Mede, noch umbe einigerhande Sach, die darin vallen möchte, so dat die vorsprochen vnse geschworen von beyden Seyden vur ein reicht saint sementlichen off mi deme meisten Part, id gehe weder vns, off weder de vorsprochen vnse Burgere, inde der Stadt von Colne, dame mede sollen wir vns vp beiden Seiden laißen genögen inde darumbe die vorsprochen geschworen noch de gene, de na In gekohren sollen werden, off ihr einig astivich wurde sementlichen noch sunderlichen achtermals niet beschweren, noch Haß, noch Zorn wir noch iemandt von vnseren Wegen vp beyde Syden weder si han eynigerhande weißen sollen ain alrehande Argelist. Euer so ergein wir des, dat wir vur vnß inde die vorsprochen vnse Burgere inde die Statt von Colne vur sich vollkommene Macht gegeuen han, inde gegeuen der vorsprochen vnsen geschworen, dat si zu Rade werdent, dat si Ihre Zeit lengen wolden umbe des letzten Willen, dat sie dat sementlichen doin mögen, so wanne si duncht dat es not sy, ain alrehande Argelist.

Ind

Ind vp dat es vestigen gehalten werde, so wait die versprochen seis geschworen sagent vp Iren Eydt sementlichen, off mit dem meisten Parte mit meinen, off mit reichte, So han wir vur vnß Seis Gysel gesat, Herren Johanne von Newenare, Herrn Cointzen der Marschalck von Alffteren, Herren Cointzen von Arweilre, vnsen Schencke, Herren Henrichen von Dollendorp, Vnsen Droißesen, Herren Goyttert von Erpe, Rittern, Ind Reinard Gritze vnsen Buttelier, inde die vorsprochen vnse Burgere ind de Statt von Colne für sich seis Gysele gesat, Herren Dietherichen de Geir, Scheffen, Rendtmeister der Stede von Colne, Herren Johann Quattermarde von des Hertzogen Huyß Ritter, Herren Hermannen Hartefaust, Herren Heinrichen von Spygel, Ritter Inde Scheffen, Herren Costin von Lißenkirchen, Ritter, inde Herren Johann von Beyhen, Iresamen Burgere, mit vorwardten were dat Sach, off vnß gebrucht wurde, inde wir clagden inde die Segere inde Geschworen vnß zusachten eine Meine, off ein reicht dem meisten Part na der Klagen, inde Vorderunge, die wir geklagt hedden, ind vnß dat niet gericht noch gehaldene en wurde binnen einem Maindte na der Zeit, dat die vorsprochen Segere meinen, offt recht mit dem meisten Parte gesaigt haindt, nit gericht en wurde, inde dan wir manen deden, die vorsprochen seis Gyselen die Vns von vnsen Burgeren vnd von der Statt von Colne gesat sint, so sollen die seis Gyeselen hendelingen na vnser Manungen die Machate zu Sent Goriße zu Colne, varen mit Irs seluis liue, vnd en sollen si nimmehr vßer der Machaten kommen, noch varen, id en si mit vnser guden Willen, biß as lange, dat vns Gericht inde Vollenvoirt werde allit, dat die vorsprochen geschworen sementlichen, off mit dem meisten Parte mit meinen, off mit recht vnß zugesagt hauent ain alre Argelist. Were euer Sache, off de vorsprochen vnse Bürgere, inde die Statt van Colne, eynge Klage, off Vurderunge sementlichen, off sunderlichen zu vns, off zu vnsern Luden hedden, inde dat kund gethan hetten den vorgenanten geschworen Inde si vp vnß gesagt hedden, na ihren Klagen, inde Vurderungen meine off recht mit dem meisten Parthe, inde wir niet en rechten noch moderiren, allid dat op vnß gesaigt wurde binnen einen maendt na der Zeit dat si vp vnß off op vnse Leude gesaigt hetten meine, off recht, so sollen vnse Seis Geiselen, so wanne sie gemandt werdent von den Vursprochen vnsen Burgeren inde von der Statt von Colne kommen mit irs seluis Liue, inde pliuen binnen der Statt von Colne, as lange biß allid dat volvoirt inde gericht wirt, dat von den vorsprochen geschworen vp vns gesaigt is sementlichen, off mit dem meisten Parte, mit Meine, off mit Rechte, ain Argelist. Were euer Sache, off einig von vnsen geschwornen, off von vnsen Gyeselen vurgemelt vp einer syde affliuich wurde dat GOtt niet en wille, so sall die Partey von dere dat einig affliuig worden is, einen anderen Eirsamen Man geschworen, off Gyeselen in seine Statt kiesen, inde setzen hendelinge binnen vierzehen Nachten na deme dat he affliuig worden is, de schweren soll zu den Heiligen zu volleuören inde stede zu halten, dat der gene geloifft hadde, de da affliuig worden is, ain alrehand Argelist. Inde welche Parthey von vns dit niet en dede, inde daran bruchtig were, so sollen Gyeselen der Partien, de da bruchtig were, so wanne si des gemeint werdent, die vn'e binnen Colne, inde de andere Gyesele vnse Burgere inde der Stadt von Colne binnen die Machate zu Colne varen mit ihr seluis Liue inde bliuen da, as lange biß ain ander Giesel inde geschworen na allen den Vorwarden as vorgeschrieuen steit in sine Statt gesat werde, ain alrehand Argelist; Oichs is gevurwart tuschen Vnß vnd den vorsprochen Vnsen Burgeren inde der Statt von Colne, dat off vnse, ind Ire Geisele vor einig Gebruch dat niet gericht en were, na sagen der vorsprochen geschworen, inde wir affleiuig wurden, so wanne dat wir affleiuig worden sin, so sollen die vorsprochen Geiselen von beyden Syden vmbe wat Kummer bruche, dat si inqvemen irs Geloffniße Inde irs Verbundtnuße loß vnd qveit sein, ain alreleye Argelist; Oich so ergain wir des dat wir gesichert, inde geschworen hain, vp dem heiligen Euangelio alle die vorsprochen Punckt stede vnd vnuorbruchlich zu halden, inde darweder niet zu doin eyngerhande Weiß as lange as wir von der Gnade GOitz leuen sollen, in alle der Formen inde Weiß, wie si dauor geschreuen staint, ain alre Argelist; Diß zu eyne Vrkundt inde zu einer Stedigkeit, so hain wir vnse Insigel von vnser reichte Wissenheit an diesen Brieff doen hangen, inde hain dich gebeden die Edele Leuthe Herren Wilhelmen, den Greuen von Guylige, inde Herrn Godarte den Herren von Bercheim vnsen Bródere, dat si Ire Insigel zu einer Vrkundt vnd Stetigkeit an diesen Brieff doin hangen,

Ind

Jnd wir Wilhelm, Graue von Guylige, inde Godthart Herre von Bercheim ergein dat, dat wir vnſe Jngeſigele zu eyner Vrkundt vnd Stedigkeit aller dieſer Dinge vmb bede willen vnß Herren, Herren Walrauen des Ertz-Biſchoffs von Colne vorgenandt an dieſen Brieff han doin hangen, Jnde wir Henrich von Gülige Proiſt zu Sent Andreá zu Colne, Herr Herrmanne von Levendale, Herr Cointze von Viſchenich, Ritter, Jobel Jude, Ritter Diederich vame Hirtze, inde Gottſchalck Overſtoltz im Viltzengraven, Scheffen von Colne geſchworen vorgenandt, ergain des, dat alle die vorſprochen Punct wair ſint, inde alſo gededingt, inde ergein auch des, dat wir geſchworen hain zu den Heiligen die wir leifflichen geruhrt hain, dat wir as geſchworen ſtede halden ſollen, vnde vollenfuren, inde wir Vns darzu verbinden in alle der Formen inde Wiß, as davor von vns geſchrieven ſteit, inde herumb zu eyner Vrkunde inde Stedigheit, ſo hain wir vnſe Jngeſigel an dieſen Brieff gehangen, inde wir Johann von Newenare, Cointze der Marſchall von Alfftere, Cointze von Arweilre, Henrich von Dollendorp, Goytert von Erpt, Rittere, Reinardt Grin, Diederich der Geir, Scheffen, Rentmeiſter der Stede von Colne, Johann Qvattermart von des Hertzogen Hauß Ridder, Herman Hartfauſt, Henriche von Spiegele, Ridder, inde Scheffen, Conſtin von Lyſenkirchen Ridder, indt Johann von Beynat, Burgere zu Colne, Gieſele vorgenant, ergein des in dieſem intgeinwordigen Brieff, dat alle de vorſprochen Punckt inde vorwarden ware ſint, inde alſo gededingt, inde wir vns darzu verbunden hain, inde verbinden, inde verſichert, inde geloifft hain in goden Trowen de ſtede zu halden in alle der Weiß, as von vns davor geſchreven ſteit, ain alrehande Argeliſt, inde diß zu einer Vrkunde ſo hain wir vnſe Jngeſiegele an dieſen Brieff gehangen; Jnd wir Richtere, Scheffen, Raeth, inde gemeine Burger von Colne ergain des in dieſen intgeinwordigen Brieve, dat alle dieſe vorſprochen Vorwarden wair ſint, inde alſo gededingt, inde hain vns darzu verbunden dat wir die ſtede halten willen, inde haint Vnſe Burgemeiſtere von Vnſeme Geheiſch geſichert, inde geſchworen zu den Heiligen, die ſi leifflich geruhrt haint, vur vns, inde die gemeine Burgere, inde die Statt von Cölne die vorſprochen Punct; inde Vorwarden ſtede vnd vnverbruchlich zu halden in alle der Formen inde Weiße, ſo wie id davor geſchreven ſteit, ain alrehande Argeliſt. Diß zu eyner Vrkunde inde Stetigkeit ſo hain wir der Stede Jngeſigele von Colne dat meiſte ain dieſen Brief doin hangen, de gegeven is int Jair vns HErren duſin, dreyhundert ind deme vier vnd dreyßigſten Jair, deß Dynſtags na Mandage Paiſchtag.

LXXV.

Ejusdem Statutum, daß der Official zu Cölln keine Macht haben ſolle, einen wegen des Turnier-Spiels oder ungebührlicher Kleidung in Bann gethanen Geiſtlichen eher zu abſolviren, als biß er juratoriſche Caution geleiſtet, künfftig den Befehlen der Kirche zu pariren, de Anno 1335.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius &c. Alias ſtatuta quædam Synodalia, edita per bonæ memoriæ Henricum, Prædeceſſorem noſtrum, ſuper Tonſuris & veſtibus Clericalibus, in aliqua ſui parte in noſtris ſtatutis Synodalibus declaravimus, & extendimus ad eos, qui barbas ſtatum Clericalem non decentes nutriunt; nec non ad eos, qui haſtiludia in locis, in quibus Beneficiati exiſtunt, exercent: additis ſubtractis, & mutatis quibusdam, ſicut hæc in ipſis noſtris ſtatutis plenius continentur. Quia vero nonnulli in pœnas horum ſtatutorum ex ſuis incidentes delictis, quaſi parum, immo nihil reputant, a noſtro officiali, a ſuſpenſionis, Interdicti, excommunicationis ſententiam, in eisdem ſtatutis prolatis, quas incidunt, Abſolutiones petere & impetrare, ſic etiam, quod quaſi ex hujusmodi facili impetratione, recidivare continue in pœnas ſententiarum hujusmodi non formidant, & præfatas ſententias vilipendunt: ipſi officiali noſtro, ne de cætero eos qui in tales ſententias ſuſpenſionis, Interdicti & Excommunicationis prolapſi fuerint ab hujusmodi ſententiis abſolvere præſumat, omiſſa ſolennitate juris, qua cavetur, quod tales, abſolvendi non ſunt ſine cautione juratoria præſtanda de parendo mandatis Eccleſiæ. Et poſtquam talem præſtiterint cautionem, eis in virtute hujusmodi Juramenti injungat, quod de cætero ab his, propter quæ has inciderunt ſententias, abſtinebunt: & aliter, quam præmiſſis obſervatis per omnia, prædictos ſic ligatos abſolvendi a ſententiis hujusmodi, prædicto officiali noſtro totalem adimimus poteſtatem. Datum Anno Domini 1335. Die Dominica, qua cantatur Invocavit.

LXXVI.

LXXVI.

Ejusdem Statutum, daß ein Prieſter täglich nicht mehr als eine Meße leſen ſolle, de Anno 1335.

WAlramus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi Cancellarius &c.

Quanquam Sacrorum teſtantibus Regulis canonum, cuilibet Sacerdoti ſufficere, quod unam de die Miſſam duntaxat celebret, præterquam in caſibus exceptis, regulare exiſtat, immo & valde felicem Presbyterum, qui unam digne de die celebret: Nonnulli tamen Sacerdotes, non in caſibus permiſſis ſibi, immo (quod horrendum eſt) avaritiæ ducti cupidine, vel nolentes ſibi habere ſocios in Eccleſiis, in quibus præfecti ſunt, ut eo amplius de redditibus earum ſibi abſorbeant, de quibus tamen ſibi & ſocio poſſent pro ſuis neceſſitatibus ſatisfacere competenter: vel qui tanquam mercenarii aliis ſerviunt, ut amplius lucrentur: ex pacto etiam & condicto onus celebrandi quaſi quotidie, ſeu alternis diebus, Miſſas duas in ſe recipiunt, contra eorundem ſacrorum Canonum inſtituta, quod de cætero omnino prohibemus: Inhibentes ex nunc univerſis Presbyteris noſtræ Civitatis & Diœceſis, ne quis de cætero plus quam unam Miſſam una die, niſi per aliquem de caſibus a Jure exceptis, manifeſte & plane ſe excuſare valeat, celebrare præſumat. Contrarium facientes, quos Nos, monitione (quæ nos eos ex nunc omnes & ſingulos monemus) novem dierum præmiſſa, excommunicamus in his ſcriptis, excommunicatos per Decanos Concilii, & locorum Plebanos, ſeu eorum vices gerentes, volumus publice nunciari. Si qui etiam de cætero talia facere præſumpſerint, ex nunc decanis Chriſtianitatum in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte mandamus, ut tales ad Nos, ſeu officialem noſtrum deferant, pœnam ſibi ſuper debitam recepturos. Datum craſtino Dominicæ Invocavit, anno Domini 1335.

LXXVII.

Ejusdem Statutum wider diejenigen Paſtores, ſo ohne Ordination, und an einem Orte beſtändig zu reſidiren, ihren Aembtern vorſtehen, ingleichen wider die, ſo ungeſchickte Perſonen, oder vermittelſt eines vorhergehenden Contracts, zu Geiſtlichen Aemte n præſentiren, de Anno 1335.

WAlramus, Dei gratia &c. dilectis in Chriſto Decanis Chriſtianitatum, nec non Plebanis Eccleſiarum noſtræ Civitatis & Diœceſis, aut eorum vices gerentibus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam inter cætera, quæ noſtræ conſiderationis oculus, in noſtra civitate & Diœceſi, poſtquam ad Regimen Colonienſis Eccleſiæ, licet immeriti, divina diſponente clementia, aſſumpti fuimus, correctione digna proſpexit, unum notabiliter periculoſum & deteſtabilem comperimus abuſum & peſſimam corruptelam, ſcilicet quod in noſtra Diœceſi non pauci, immo in multitudine copioſa, Eccleſiarum Rectores, ſeu Paſtores, poſtquam pacificas ſuarum Eccleſiarum poſſeſſiones adepti ſunt, ad annum & amplius, immo per multos annos, ad ordinem Sacerdotis non promoti exiſtunt: Aliqui vero in ſuis hujusmodi Eccleſiis non reſident, citra diſpenſationes & licentias eorum, qui ſuper his poteſtatem habent canonice diſpenſand: fructusque ex ipſis ſuis Eccleſiis, nec non redditus & proventus non eo minus tollere verentur.

Cui morbo etſi competentem apponere intendamus medelam, quia tamen idem morbus ex diſſimulatione noſtrorum Prædeceſſorum adeo communis irrepſit, quod tales ſic non promoti, & non reſidentes, corruptelam hanc nominant conſuetudinem ſua hac in parte peccata notoria, hac allegatione pudenda defendere ſatagentes. Nos in præmiſſis, omiſſa pro nunc contra eos executione juſtitiæ, rigoroſæ, omnes tales & ſingulos, cujuscunque ſtatus ſeu conditionis exiſtant, in hujusmodi ſanctæ Synodi congregatione rogamus, hortamur in Domino & monemus, ut ſe intra tres menſes a data præſentium ſic diſponant, non promoti ſcilicet, ut promoveantur, & non reſidentes, de cætero reſidentiam faciant perſonalem. Alioqui ſciant Nos contra eos, prout Nobis melius faciendum, & utilius viſum fuerit, ſine dubio proceſſuros.

Ne Patroni vel ineptos præſentent ad Eccleſias, vel alioqui intercedentibus pactis illicitis.

Item quia nonnulli, quod utique non minus præmiſſis dolendum eſt, Eccleſiarum Curatarum Patroni, dum ad Eccleſias vacantes, quarum Patroni exiſtunt, ipſis quospiam præſentare incubuit, & carnali ſeu alio inordinato affecti deſiderio circa aliquos, fortaſſe ſuos filios, aut cognatos, aut alia (alias) affinitate, ſeu amicitia conjunctos, qui vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum minime attigerunt: & ſic, defectu ætatis obſtante, ad obtinenda Beneficia Curata minus habiles exiſtunt, tales ſic inhabiles, ad tales præſentare Eccleſias gerunt in voto veriſimiliterque dubitant, tales, ſi præſentarentur, per eos ad quos horum pertinet admiſſio, admitti nequaquam debere, cum quibusdam, forte Presbyteris, ſeu aliis quibus ætatis, licet non juſtitiæ ſeu conſcientiæ, maturitas ſuffragatur, paciſcuntur & inter ſe condicunt, quod ſcilicet tales Presbyteri ſe præſentari ad tales permittunt Eccleſias, & poſtquam admiſſi fuerint ad easdem, eas ad ipſorum Patronorum voluntatem debeant dimittere, & certam partem modicam fructuum, reddituum, & obventionum earum Eccleſiarum ſibi reſervare, ipſis Patronis toto reſiduo remanſuro. Aliqui etiam ſimpliciter cum Patronis conveniunt, ut ad Eccleſias aliquas præſententur, de certa portione ad tempus, ſeu quamdiu ipſas Eccleſias tenuerint, anno quolibet perſolvenda. Et ſic tales Presbyteri ſuæ ſalutis immemores, peſſima ſpecie Simoniacæ pravitatis infecti, ad tales Eccleſias non intrantes per oſtium, eas poſſident: immo verius occupant minus juſte, & Curæ talium Eccleſiarum non capaces, populos harum Eccleſiarum decipiunt, circa prædictos fructus, redditus proventus & obventiones committendo ſpolium & rapinam. Cui, quantum poſſumus, occurrere cupientes omnes & ſingulos, tales, hujusmodi peccati turpitudinis labe reſperſos, in præſentia congregatorum in hac ſancta Synodo monemus noſtra authoritate, ut tales Eccleſias, quas ſic præſentati obtinent, immo occupant, ſtatim coram Nobis, ſeu officiali noſtro & Præſente perſona publica, verbo & facto publice dimittant, ad eas (ſi ſuper præmiſſis egerint pœnitentiam, & diſpenſationem ad hoc habuerint) nequaquam de cœtero reverſuri. Et contra Nobis aut prædicto noſtro Officiali compareant, Noſtrum ſeu ipſius officialis ſuper hoc audituri mandatum. Monemus etiam omnes & ſingulos hujus rei conſcios, ut Nobis ſeu prædicto officiali noſtro tales perſonas, ſic Eccleſias obtinentes, nominent & revelent. Alioqui tam prædictos ſic Eccleſias obtinentes, quam conſcios & non revelantes, (quos, monitione decem dierum præmiſſa, in his ſcriptis excommunicamus) excommunicatos nominatim, quorum nomina ſciveritis, reliquos in genere, publice in veſtris Eccleſiis nuncietis, & per Plebanos, ſeu eorum vices gerentes, intra veſtros conſtitutos Decanatus, Noſtra authoritate, quam vobis in hac parte committimus, nunciari præcipiatis. Intimamus etiam eisdem, quod ſi prædicti tales, ſic Eccleſias obtinentes, ſe Nobis ſeu officiali noſtro non præſentaverint ſeu nominaverint, noſtram indignationem incurrent: & ſi eam expectare maluerint, nullam a Nobis gratiam invenient, (quam tamen, ſi ſe ipſos oſtenderint, firmiter expectare poterunt) verum conſequentur id, quod Juſtitia dictaverit rigoroſa.

Et ne aliqui ex eis, craſſam præſentium prætendere valeant ignorantiam, quamvis neceſſe non eſſet, id quod in hac ſacra Synodo ita publice promulgatur, ſingulorum auribus inculcare: Vobis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna Excommunicationis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus has noſtras literas & in eis contenta, in veſtris Eccleſiis & per Plebanos, ſeu eorum Vicarios, intra veſtros Decanatus conſtitutos, publicetis, & Noſtra Authoritate publicari omnimode faciatis. Datum craſtino Dominicæ Invocavit, anno Domini 1335.

LXXIIX.

Ejusdem Statutum wider die Beggarden und Sueſtrionen, de Anno 1335.

WAlramus, Dei gratiæ ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c. Dilectis Abbatibus, Præpoſitis, Decanis Eccleſiarum Collegiatarum, nec non Collegiis & Conventibus, ac Decanis Chriſtianitatum, Plebanis & eorum vices gerentibus, nec non omnibus & ſingulis Clericis ſecularibus & religioſis, ac univerſis Chriſti fidelibus noſtrarum Civitatis & Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Olim

Olim bonæ memoriæ Henricus Prædeceſſor noſter, homines, qui Beggardi & Sueſtriones appellantur, propter vitam & converſationem eorum ſectam cupiens extirpare, ne communione eorum periculoſa, cœterorum Chriſti fidelium gregem, tanquam oves morbidæ coinquinarent, proceſſus quosdam fecit, in quibus eos, monitione Canonica præmiſſa, ſuam præcepit exire Diœceſin: Et ſi qui manere deberent, ſub certis modis & conditionibus fuerant remanſuri: ipſosque qui poſtmodum remanerent, ſeu ad ſuam reverterentur Diœceſin & Civitatem, vel venirent, ſeu mandatis ſuis ſalubribus non parerent, monitione legitima præmiſſa excommunicavit, & excommunicatos mandavit publice denunciari, & alios diverſos, & eis merito formidandos proceſſus, contra ipſos duxerat emittendos: Nosque ejus veſtigiis inhærentes, ſecundum eorundem proceſſuum continentiam, contra eos & eorum perſonas noſtros Proceſſus duximus faciendos, ac etiam publicandos, ſicut hæc ad veſtram, ſeu veſtrum majoris partis notitiam deveniſſe, minime dubitamus, prout hæc & alia in literis tam Prædeceſſoris noſtri quam noſtris ſuper hoc confectis, plenius continetur. Verum quia, prout ad Noſtram relatum eſt, audientiam, hujusmodi hominum pernicioſa de novo incipit, adeo in noſtra Civitate & Diœceſi invaleſcere multitudo, ut niſi de novo eis per competentia contraria reſiſtatur, pejora prioribus pericula ſubintrabunt: Vobis Plebanis & Vices veſtras gerentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna excommunicationis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus contra omnes hujusmodi ſectarum homines, Beggardos & Sueſtriones, ſecundum præfati Prædeceſſoris noſtri & noſtrorum proceſſuum continentiam procedatis, ipſos proceſſus contra eos, & ipſos in domos ſuas recipientes, communicantes eisdem, ſeu eis quicquam dantes, nec non eorum fautores, & eis opem, ſeu operam conferentes, procedatis. Vosque omnes & ſinguli ſupradicti ipſos arctius evitetis: & intimamus Vobis, quod ſi in præmiſſa executione aliqui ex vobis inventi fuerint deſides vel remiſſi contra tales per rigorem juſtitiæ ſine dubio procedemus. Datum craſtino Dominicæ Invocavit. Anno 1335.

LXXIX.

Ejusdem anderweites Statutum wider diejenigen Paſtores, ſo ihren Aemtern ohne Ordination und ohne eine gewiſſe Reſidentz vorſtehen, de Anno 1335.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi Cancellarius &c. Dilectis in Chriſto univerſis & ſingulis Decanis Chriſtianitatum noſtræ Diœceſis, ſalutem in Domino. Cum nuper in Concilio proxime præterito in Majori Eccleſia noſtra Colonienſi celebrato, omnes & ſingulos Eccleſiarum Parochialium (Rectores) Paſtores non promotos ad Sacerdotium, aut non reſidentes, moneri, requiri & hortari in Domino charitative fecerimus, ut intra certa tempora promoveri facerent, & in ſuis Eccleſiis reſiderent, niſi eos cauſæ rationabiles excuſarent: Alioqui Nos proceſſuros contra eos fuerimus comminati: Quo non obſtante, nonnulli in ſua pertinacia perſiſtentes, non promoti, ac non reſidentes, ad ſuſceptionem Ordinis Sacerdotii & ad reſidentiam faciendam, ſicut prius, hactenus ſe non diſpoſuerunt, & adhuc minime ſe diſponunt. Quocirca vobis committimus & mandamus quatenus quilibet Veſtrum per ſe, ſeu per alium, aut alios vice & authoritate Noſtra, quas cuilibet Veſtrum, in hac parte committimus, fructus univerſos Eccleſiarum hujusmodi non promotorum & non reſidentium, prout cuilibet Veſtrum ſubſunt, ſequeſtretis & in ſequeſtro ſub firma (fida) cuſtodia teneatis & reſervetis, quousque aliud receperitis in mandatis: Volumus etiam, ut ſi qui ex eis cauſas rationabiles juris proponere voluerint, (habuerint) quare tales non promoti & non reſidentes, ad præmiſſa minime teneantur, contra officiali noſtro Colonienſi probent & proponant, & ejus ſuper hoc declarationem recipiant. Si qui vero ex eis, in hujusmodi rationabilibus cauſis deficiunt, vel eas non habuerint, in fructibus hujusmodi ſuarum Eccleſiarum, aut parte aliqua eorum, cum veriſimiliter hanc pœnam plus timere conſueverint, prout quantitas eorum contumaciæ exegerit, decernimus mulctandos. Quos quidem fructus Dilecto in Chriſto Sigillifero Colonienſi, dum & prout requiſierit, volumus aſſignari, & ei rationem fieri de eisdem. Eccleſias etiam prædictorum non promotorum & non reſidentium, quarum fructuum ſequeſtratio forſitan impediretur violenter, expreſſe vel occulte, per quamcunque perſonam, cujuscunque dignitatis, ſtatus & conditionis exiſtat, monitione ſex dierum præmiſſa, Eccleſiaſtico ſupponimus inter-

interdicto, in ipſasque perſonas in hoc culpabiles, Excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis. Et tamdiu Eccleſiæ maneant interdictæ, & perſonæ excommunicatæ denuncientur, quousque Eccleſiæ fuerint relaxatæ, & perſonæ mereantur a Nobis, ſeu ab Officiali noſtro Abſolutionis beneficium humiliter obtinere. Nomina vero non promotorum & non reſidentium, & Eccleſiarum quas obtinent aut quid in præmiſſis feceritis, Sigillifero noſtro prædicto intra novem dies poſt receptionem noſtri mandati, reſcribere nullatenus omittatis. Nomina etiam illorum qui in hoc præſenti noſtro mandato, rebelles aut impedientes, tacite, ſeu expreſſe, per ſe, ſeu per alios fuerint reperti, quam cito talem rebellionem, aut impedimentum intellexeritis, prædicto noſtro Sigillifero reſcribere & intimare non differatis. Datum Bonnæ, feria quinta poſt feſtum B. Petri ad vincula, Anno Domini 1335.

LXXX.

Ejusdem Declaration des von Ertz-Biſchoff Engelberto II. edirten Statuti wider diejenigen, ſo ſich an Geiſtlichen Perſonen gewaltthätiger Weiſe vergreiffen, de Anno 1335.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Golonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius:

Cum olim bonæ memoriæ Engilbertus, noſter prædeceſſor, in primo capitulo ſtatutorum tunc Synodalium, quod intitulatur.

Contra eos, qui manus in Clericos, vel perſonas Eccleſiaſticas injiciunt temere violentas.

Quosdam probandi modos, per quos, ſeu per quorum alterum ad minus probari & conſtare deberet de injectione hujusmodi violenta, ad hoc, quod prædictum ſtatutum contra eos editum ſervaretur, expreſſerit ſub his verbis, ſcilicet: Cum de injectione hujusmodi conſtiterit per facti evidenciam, vel publicam famam, vel aliam fidem, coram loci Ordinariis faciendam per juramentum injuriam paſſi, ſi fuerit perſona honeſta & fide digna vel per teſtes &c. Et in ſtatutis ſubſequentibus quæ de injuriis perſonarum Eccleſiaſticarum, Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, & rerum Eccleſiaſticarum, ſeu ad eas, vel ad ea pertinentium, faciunt mentionem, modos probandi non expreſſerit & conſtandi, in hujusmodi tamen ſtatutis iidem probandi & conſtandi modi, per multa tempora, puta per quadraginta annos & amplius, nedum hujusmodi ſtatutis exiſtentibus Synodalibus, verum etiam poſtquam per bonæ memoriæ Henricum prædeceſſorem noſtrum in provinciali Concilio congregato, authoritate & conſenſu hujus Provincialis Concilii ad ipſam noſtram Provinciam in omni forma, modo, ac clauſulis & tenoribus & præ narum adjectionibus ſuis fuerunt extenſa & Provincialia facta, usque ad hæc tempora ſint obſervata a noſtris ſubditis pacifice & quiete: quia tamen ad Nos noviter devenit, apud nonnullos in dubium revocatum eſſe, an hæc ſubditorum noſtrorum obſervantia, ex eo, quod prædicti modi probandi, in prætato primo capitulo duntaxat expreſſi ſunt, ſint ſic de jure hactenus obſervata, & in antea obſervanda: Nos minime ambigentes, ut Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiis & Monaſteriis ac earum rebus contra multiplices injurias, quæ frequenter ipſis & multipliciter irrogantur, celeri ſubveniretur remedio, nec ipſos prædeceſſores noſtros in hac parte in odium injuriatorum, ad probationes aliquas in quibus prorſus ad celere non poſſet perveniri remedium oppreſſorum, remittere voluiſſe, & ob hoc eosdem probandi modos & conſtandi, cum eadem ſit ratio primi & omnium ſubſequentium ſtatutorum, & ſi quodammodo non expreſſerint, fieri debere, eorundem prædeceſſorum noſtrorum fuiſſe absque dubio voluntatem. Authoritate igitur præſentis ſtatuti, de conſilio & conſenſu dilectorum in Chriſto Capituli & Prælatorum noſtrorum decernimus, dicimus & declaramus juris obſervantiam prædictam rationabilem & intentioni prædictorum condentium correſpondentem, & ita debere a noſtris ſubditis ſine contradictione qualibet, absque dubitationis ſcrupulo, de cætero obſervari. Datum Anno Domini 1335. in vigilia Be. Remigii confeſſoris.

LXXXI.

LXXXI.

Ejusdem Declaration und Innovation des von Ertz-Biſchoff Henrico II. zu Cölln edirten Statuti wider die Beggarden und Sueſtrionen, de Anno 1335.

IN nomine Domini, Amen. Walramus, Dei gratia ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, dilectis in Chriſto Præpoſitis Archidiaconis, Abbatibus, Decanis, Prioribus & Prælatis, Eccleſiarum Rectoribus noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis, ac aliis noſtris ſubditis univerſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum alias bonæ memoriæ Henricus, prædeceſſor noſter, multa diligentia & deliberatione præhabitis, quosdam homines, Beggardos & Sveſtriones vulgariter nuncupatos, cum ſuis Receptatoribus, defenſoribus & fautoribus, propter ſectam, quam ſequuntur, & Errores varios Fidei Catholicæ contrarios, exigente Juſtitia excommunicaſſet, & excommunicatos per omnes Eccleſias Civitatis & Diœceſis noſtræ mandaſſet publice nunciari, diverſis nihilominus pœnis contra eos in ſuis Proceſſibus promulgatis, quos & Nos in pluribus noſtris Synodalibus Conciliis innovari fecimus publice & ſolenniter publicari, prout hæc & alia in ipſius noſtri prædeceſſoris Proceſſibus atque noſtris plenius continentur: Nos demum fide dignorum aſſertionibus inclinati, aſſerentium complures ex his, dictorum Beggardorum & Sveſtrionum abjecto habitu & ſpretis erroribus, reconciliationis gratiam & abſolutionis beneficium affectare, paratos etiam erroris (errorum) ſectam hujusmodi & habitum abjurare, certo noſtro Commiſſario ſuper his inquirendi, eosque vel eas ab ipſis Proceſſibus, atque pœnis in ipſis contentis abſolvendi dedimus poteſtatem. Verum quia de novo, nonnullos hujusmodi habitus delatores & ſectæ profeſſores, non abjuratis ſecta & habitu hujusmodi, immo ipſo habitu non abjecto, a dictis proceſſibus & pœnis in ipſis contentis, per dictum noſtrum Commiſſarium (quod tamen nec ſperamus, nec credimus) ſe publice percepimus aſſerere abſolutos: Nos qui præcipue in votis gerimus, ut negocium Catholicæ fidei noſtris proſperetur temporibus, & errores hujusmodi a finibus fidelium extirpentur, præſentibus declaramus, noſtræ intentionis nec fuiſſe, nec eſſe, quod ipſe noſter Commiſſarius ipſos Beggardos & Sveſtriones a dictis Proceſſibus & pœnis eximeret & abſolveret, aut eos ipſis decerneret non teneri, niſi prius ipſi, ipſorum erroribus, ſecta etiam & habitu hujusmodi, abjuratis, ſub communi vita & habitu Chriſti fidelium viverent laudabiliter & devote. Decernimus etiam & declaramus, abſolutiones ipſis Beggardis & Sveſtrionibus datas, & decreta ſuper ipſis facta aliter a quovis noſtro commiſſario quod tamen non credimus non tenere. Quocirca vobis & cuilibet veſtrum ſub pœnis in dictis proceſſibus expreſſis & prolatis, præcipimus & mandamus, quatenus dictæ ſectæ profeſſores, & habitus hujusmodi delatores Beggardos & Sveſtriones una cum ſuis defenſoribus, receptatoribus & fautoribus excommunicatos, & a cunctis Chriſti fidelibus evitandos publice nuncietis, contra eos, ſicut prius procedentes, ſecundum dicti noſtri prædeceſſoris & noſtrorum continentiam mandatorum, ipſa in omni ſua forma executioni fideli debite demandando. Datum ipſo die B. Remigii confeſſoris, Anno Domini M.CCC. XXXV.

LXXXII.

Ejusdem Statutum wider diejenigen Rectores, derer Kirchen in ſeinem Ertz-Stifft, ſo nicht ordiniret ſind, und nicht an gehörigen Orten reſidiren, de Anno 1336.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius dilectis in Chriſto omnibus & ſingulis Chriſtianitatum Decanis noſtræ Diœceſis, ſalutem in Domino. Meminimus nos dudum paterna ſolicitudine ex officii noſtri debito, omnes & ſingulos noſtræ civitatis & diœceſis Eccleſiarum Rectores ad Sacerdotium non promotos, aut etiam promotos in ſuis Eccleſiis minime reſidentes, charitative monuiſſe & induxiſſe, ut intra certa competentia tempora, ceſſantibus aliis canonicis impedimentis ſeu privilegiis, ſe promoveri in ſacerdotes procuraſſent, & in ſuis Eccleſiis reſiderent. Veruntamen complures ex eis, noſtris monitionibus & inductionibus ſalubribus ſpretis, intra hujusmodi tempora ſe minime promoveri procurarunt, neque in hujusmodi ſuis Eccleſiis curaverunt reſidere, aut privilegia, ſive impedimenta canonica, aut ſtatuta allegare, ſeu prætendere, quare ad hoc non tenerentur, vel compelli non deberent. Unde

nos talium non promotorum, ſeu non reſidentium temerariam audaciam animadvertentes, fructus hujusmodi Eccleſiarum mandavimus & commiſimus, per vos & quenlibet veſtrum, prout vobis ſuberant, ſequeſtrari & teneri fideliter in ſequeſtro, quousque aliud præciperetis ſuper his in mandatis: hac tamen moderatione tunc adjecta, ut ſi quis eorundem non promotorum, aut non reſidentium, privilegiis, aut aliis cauſis rationabilibus ſeu canonicis impedimentis ſe tueri poſſet, quo minus hujusmodi noſtris monitionibus & ſequeſtrationibus fructuum parere tenerentur, contra nobis aut officiali noſtro Colonienſi illas proponerent & probarent, & ſuam declarationem reciperent & determinationem. Aliarum vero Eccleſiarum (quarum paſtores nullam habent excuſationem contra hanc noſtram ſequeſtrationem) mandavimus fructus noſtro Sigillifero per vos Decanos aſſignari & ei fieri rationem de eisdem, niſi componerent hujusmodi Paſtores de his cum eodem. Et ne hujusmodi ſequeſtrationis noſtræ mandata præfata, ludibrioſa reddantur, Eccleſias hujusmodi non promotorum, aut non reſidentium, in quibus, vel quarum aliqua, ſequeſtratio noſtra prætata impediretur violenter, expreſſe vel occulte per quamcunque perſonam, cujuscunque ſtatus, aut conditionis exiſteret, monitione ſex dierum præmiſſa, ut deſiſteret, Eccleſiaſtico in ſcriptis ſupponimus interdicto: & inculpabilem, ſeu culpabiles in iſtis promulgamus ſimiliter propter hoc in ſcriptis, præfata canonica monitione præmiſſa, ſententiam excommunicationis & mandavimus eosdem excommunicatos, ſi ſatisfacere non curarent de commiſſis, & abſolutionis beneficium a nobis, aut a dicto officiali noſtro obtinere, publice nunciari. Sane cum nonnulli ex dictis Paſtoribus adhuc non promoti, ſeu non reſidentes reperiantur, qui nec privilegia ſeu cauſas rationabiles, aut canonica impedimenta, quare ad hoc minime tenerentur, coram nobis, aut dicto officiali noſtro oſtenderunt: Et his non obſtantibus, contra noſtram ſequeſtrationem fructus hujusmodi ſuarum Eccleſiarum, ſicus prius perceperunt & abſportaverunt, in animarum ſuarum grave periculum & ſcandalum plurimorum, ac noſtram & noſtrorum mandatorum parvipenſionem. Propter quod vos Decanos Chriſtianitatum prædictos & quemlibet veſtrum requirimus, vobisque mandamus, quatenus fructus per vos (nos) ſequeſtratos & veſtræ cuſtodiæ deputatos, præfato Sigillifero noſtro aſſignetis, & rationem de his faciatis intra tres ſeptimanas, a data præſentium numerandas. Eccleſias vero Paſtorum non promotorum, aut non reſidentium, qui fructus earum ſine licentia noſtra, vel ordinatione habita, cum Sigillifero noſtro perceperunt & abſportaverunt, (quas propter hoc, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto) interdictas publice nuncietis, mandantes inibi interdictum inviolabiliter obſervari. Ipſos vero Paſtores, ſeu alios, qui in hoc culpabiles extiterint & ſunt, & propter hoc ſententiam excommunicationis inciderunt, Excommunicatos publice in veſtris Eccleſiis & eorum, & alibi, ubi opportunum fuerit, nuncietis, & faciatis ab aliis nunciari, ubi & quando de hoc fueritis requiſiti: Mandantes eisdem & aliis, qui ſcienter in ipſis Eccleſiis ſic interdictis in contemptum Clavium, divina celebraverint officia, immo potius prophanaverint, quæ niſi de celeri ſatisfactione ſibi proſpexerint, contra eos nominatim tanquam contra irregulares, prout Juſtitia exegerit, procedemus; Nomina horum, qui dictum noſtrum ſequeſtrum impediverunt, ſeu fructus ſequeſtrationis abſportaverunt, & nomina Eccleſiarum earundem, nobis aut præfato officiali noſtro fideliter reſcribentes. Datum Brulæ, in Craſtino B. Valentini martyris, anno Domini 1336.

LXXXIII.

Ejusdem Statutum, vermöge deſſen er alle von denen Nonnen in ſeinem Ertz Stifft vorgewandte Freyheiten, daß ſie ihrem Orden unanſtändige Kleider tragen möchten, wiederruffet, de Anno 1336.

Walramus, Dei gratia ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis præſentes literas viſuris, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quanquam animarum ſubditorum noſtrorum periculis, ex noſtri officii debito præcavere, quantum poſſumus, teneamur, illarum tamen exceſſibus perſonarum, quæ ſpecialiter divino ſunt mancipatæ miniſterio, præſertim quando ipſorum diſſimulatio correctionis exceſſuum, non absque noſtra aliquali infamia poterit non modica perdurare, debemus occurrere, quanto celerius poſſumus, toto niſu, ne in aliis errorum occaſio (qui poſiti ſumus, ut aliorum corrigamus errores, ſedentes ſuper ſpeculam) videamur, cum, teſtante ſacro Canone, crudelis ſit, qui famam ſuam negligit.

Sane

Sane his temporibus (quod dolenter referimus) nonnullæ S. Auguſtini & S. Benedicti ordinis monaſteriorum noſtræ Civitatis & Diœceſis ſanctimoniales, ordinis & ſtatus ſui, ac jurium & ſtatutorum Synodalium prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc editorum immemores, & eorum pœnas formitabiles minime formidantes, tam intra quam extra monaſteria ſua, habitibus, quibus ex eorundem injunctione ſtatutorum uti tenentur, abjectis, ſeu in majori parte mutatis, incedere publice non verentur, & habitibus ac ornamentis etiam ad inſtar mulierum ſecularium, ſuum ordinem, ſtatum & regulam nequaquam decentibus, ſe parant illicitis in exceſſu, prout de his, tanquam de notoriis, non poteſt alicui de populo non conſtare: & nonnullæ ex eis, ut ſuæ hujusmodi inordinationis excuſationem habere in talibus reputentur, in noſtri ſtatus injuriam aſſerunt, prout ad nos pervenit, nos eis, ut talibus ipſis uti liceat, indulſiſſe. Nos igitur, licet non credamus, nec recordemur nos eis verbo vel facto aliqua talia indulſiſſe, per quæ fomentum licentiæ eis talia faciendi poſſint elicere quoquo modo: ex abundanti tamen (ut cunctis noſtra hac in parte pateat intentio) hujusmodi calvæ excuſationis conſuta velamina omnino tollere cupientes, omnia & ſingula quibuscunque ſanctimonialibus & earum Prælatis, cujuscunque ordinis, ſtatus & conditionis noſtræ Civitatis & Diœceſis in genere, vel in ſpecie indulta, ſub quacunque verborum forma concepta, dicta, vel ſcripta per nos, aut noſtro nomine, aut authoritate quocunque modo, quæ aliquem intellectum, per quem hujusmodi abuſum prædictæ ſanctimoniales, ſeu earum prælatæ valeant, de cætero colorare & tanquam noſtram ſe habere ſuper hoc licentiam pro excuſatione prætendere, trahi poſſent, (cum intentionis noſtræ non fuerit, ſicut nec eſſe debuit, quin ſemper prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta ſalva & incolumia voluerimus remanere) præſentibus revocamus & nullius penitus volumus fore momenti: immo noſtræ non fuiſſe intentionis, quin prædicta ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum, ſuper ſtatu & decentia prædictarum Sanctimonialium & ſuarum prælatorum edita in ſuo remanerent robore, & ad ea tenerentur efficaciter obſervanda, his noſtris literis declaramus: Mandantes eisdem ſanctimonialibus omnibus & ſingulis, ac earum Prælatis in præſentia omnium in hac ſacra Synodo congregatorum, ut Prætextu cujuscunque noſtræ licentiæ, ſi quam hactenus ex eis aliquæ minus veraciter allegarunt, ſtatuta præfata aliqualiter non excedant, nec pro ſui ſtatus & habitus aliquo abuſu, tuitione, ſeu exceſſu, noſtræ licentiæ prætextu audeant, ſeu debeant ſe aliqualiter excuſare. Datum Leggenich, in die beati Matthiæ Apoſtoli, Anno Domini 1336.

LXXXIV.

Ejusdem Satutum wider diejenigen ſo mit Feuer drohen und gewiſſe Brand-Zeichen an Thüren und Thore hengen, oder einwerffen, de Anno 1336.

Walramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c. Quædam in his partibus (prout apud omnes notorium eſt) abuſio inolevit, quod quidam iniquitatis filii, dum ab aliquibus, quos ſibi in aliquo injuriatos aliquando, aut alias obnoxios confingunt aliqua contra contra Deum & Juſtitiam nituntur fallaciter extorquere, ad Sacerdotes aliquos accedunt quibus prædicunt, quod ſub ſacramentalis confeſſion s titulo exponere deſiderent aliqua eisdem, ipſis poſtea committendo, quod ipſi ſacerdotes abſque illorum nominum expreſſione, ſeu certa denominatione, his ſibi injuriatos, ſeu quos obnoxios ſic confingunt, dicant, quod aliqui devenerint ad ipſos Sacerdotes, qui ipſis dixerint, quod niſi ipſi prædictis iniquitatis filiis certas pecuniarum ſummas per tales Presbyteros transmittant, eorum curtes, Grangias, ſeu domos vellent incendio devaſtare: aut tedas quasdam eorum portis ſeu oſtiis clam appedunt, in ſignum, quod domus tales, Grangias, ſeu curtes concremare proponant, niſi ſecundum eorum voluntatem aliquantæ ſummæ pecunias eis ſolvant, & denuo ad ipſos accedunt Presbyteros, eis ſuum in hac parte dicentes, propoſitum, his, quorum portis aut oſtiis tedas appenderant, per ipſos Presbyteros indicandum, ſub ſacramentalis confeſſionis nomine, ut eſt dictum. Nonnulli etiam Presbyteri nimia ſimplicitate, immo vera detenti ignorantiæ cœcitate, ſub cujusdam pietatis & monitionis faciendæ velamento, tales iniquitatis filios, circa talia audiunt, & eorum ſic ſibi relata, (eo quod hujusmodi ſcelerati aſſerunt, ſe talia ſub ſacramentalis confeſſionis titulo dicere ipſis Presbyteris) ſub hoc confeſſionis ſacramentalis titulo recipiunt, & ſe debere recipere exiſtimant, & ea ulterius absque illorum ſic confitentium nominum expreſſione

ſeu deſignatione apud illos a quibus ſic ipſi extorquere cupiunt, exponunt, & frequenter ſic ab innoxiis pecuniæ extorquentur, & ſceleratis & noxiis aſſignantur Præterea, quod magis pernicioſum exemplo eſt, & gravius dolendum, de quibusdam audivimus ſacerdotibus, quod aliquando, etſi nullus eis talia dixerit, ſeu etiam aliquas tedas aliquorum portis ſeu oſtiis non appenderit, per ſe tedas hujusmodi appenderunt, alias hoc feciſſe, & ſibi ſub Sacramentalis confeſſionis titulo retuliſſe nequiter confingentes, & ſic aliquando pecunias extorſerunt. Nos itaque, ne tales homines pernicioſi, de ſua commodum reportent nequitia, eorum (quantum poſſumus) malitiis occurrere cupientes, de noſtri Capituli conſilio & conſenſu, hoc fieri de cætero authoritate præſentis ſtatuti omnimode prohibemus, monentes univerſos Presbyteros noſtræ Civitatis Diœceſis, ne ſi qua ſibi talia occurrerint, ſub titulo hujus ſacramentalis confeſſionis recipiant, ſicut nec recipere poſſunt, cum talis confeſſio (per quam expreſſe apparet, nedum confitentem velle aliqualiter a peccato abſtinere, verum plane intendere peccati flagitium perpetrare) ſacramentalis naturam confeſſionis excludat. Talia etiam eis de cætero ſic dicenda audire refutent, vel ſi audierint caſu, dicta, nominaque dicentium & facti circumſtantiam, plane his, quorum intereſt, exprimant: dum tamen per expreſſionem hujusmodi, ipſi talia dicentes, vitam, vel membrum non ſint veriſimiliter perdituri, circa quam expreſſionem, eorum conſcientiam oneramus: nec de his, ut ipſis iniquitatis filiis aliquid detur vel permittatur, aut ipſi aliquam utilitatem conſequantur, ſub prædicta confeſſionis ſpecie & modis præfatis, ſe nullatenus intromittant. Alioqui ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes, monitione ex nunc decem dierum præmiſſa, excommunicationis ſententiæ volumus ſubjacere: omnes etiam & ſingulos Clericos & Laicos, qui tedas de cætero appoſuerint aliquorum portis, ſeu oſtiis, aut aliqua ſigna alia clandeſtina, ſeu furtiva, ſeu aliqua ſub ſacramentalis confeſſionis ſpecie aliquibus Sacerdotibus expoſuerint, ad hunc finem, quod per appoſitionem talium tedarum, vel aliorum ſignorum clandeſtinorum & furtivorum prætenſionem, & talis confeſſionis per aliquem Presbyterum relationem, non expreſſo nomine ſeu deſignato faciendam, ut propter hoc emolumentum aliquod extorqueatur, eadem excommunicationis ſententia, quam authoritate præſentis ſtatuti in ipſos ferimus, innodamus. Datum & publicatum in Eccleſia noſtra Colonienſi, dum eſſet ibidem ſancta ſynodus congregata. Anno Domini 1336. in craſtino B. Remigii confeſſoris, quæ fuit dies ſecunda menſis Octobris.

LXXXV.

Ejusdem Statutum, die Beſuchung derer Synodorum betreffend, de Anno 1337.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, dilectis in Chriſto, noſtras in ſacra ventura Synodo, in craſtino Dominicæ Invocavit, in Eccleſia noſtra Colonienſi celebranda, vices gerentibus, ſalutem in Domino ſempiternam. Multis modis & in pluribus ſacris Synodis, hactenus per prædeceſſores noſtros & per nos celebratis, univerſos prælatos, Collegia, Chriſtianitatum Decanos, nec non Vicarios cæterosque in Synodis Colonienſis Eccleſiæ, diverſis vicibus, prout obſervatæ fuerant, congregatos, rogatos, hortatos, ac requiſitos, nec non ipſis mandatum ex parte noſtrorum prædeceſſorum intelleximus, & a nobis meminimus, ut ſicut ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum, præſertim piæ memoriæ Sifridi, noſtri prædeceſſoris, præcipiunt, in ipſis Synodis præſentialiter, vel per procuratores in ſuo caſu & cum decenti habitu & modo ac habentes ſtatuta ipſius noſtræ Eccleſiæ in manibus, comparerent: Nonnulli tamen ex eis, hujusmodi ſalubres rogatus, hortationes, requiſitiones, & mandata minime advertentes, ſecundum ipſorum ſtatutorum continentiam, venire & ſtare, & comparere in ipſis conciliis non curarunt, pœnas in ipſis expreſſas minime formidantes, forte ſupina quadam & craſſa prædicti ſtatuti, Domini Sifridi maxime, ignorantia volentes ſuam inobedientiam excuſare. Verum etſi de rigore Juris, ut forſan pluribus videretur, circa præmiſſa inexcuſabiles videantur hi, qui circa talia exceſſerunt: qui tamen hujusmodi ſtatuti pœnæ, ſunt multum formidabiles, &, ſecundum aliquorum reputationem, prædicti excedentes, reputari deberent ſuſpenſionis, excommunicationis, & irregularitatis nexibus, damnabiliter laqueati. Nos tamen miſericorditer agere volentes, delicta, quæ ſic per eosdem delinquentes hactenus facta ſunt, liberaliter remittimus; Vosque a ſententiis ſuſpenſionis & excommunicationis eosdem delinquentes (ſi & in quantum in ipſas inciderunt) vice noſtra ad cautelam abſolvere ſtudeatis: ſuper irregularitatibus vero & eorum diſpenſationibus ipſos ad ſedem Apoſtolicam (ſi & in quantum ipſos eorum urgerit conſcientiæ, præſertim rationabiliter informatæ, quibus conſcientiis ipſos in hac parte relinquimus) remittentes. Cæterum ne per hanc craſſam & ſupinam ignorantiam de cætero valeant ſe tueri, & omni ſemota excuſatione fucata, (ficta) ad prædicti ſtatuti Sifridi obſervantiam totale ſciant & noſcant, ſe de cætero penitus obligatos, ipſum ſtatutum, quod eſt primum inter ſtatuta ipſius Sifridi, & quod ſic incipit: Licet de Clericis qualiter eos cum modeſtia &c. de verbo ad verbum volumus, & omnino præcipimus, legi publice intelligibiliter in ſacra Synodo memorata & eisdem ibi præſentibus, ac aliis omnibus, quorum intereſt, publice prædici, poſt prædictam noſtram Synodum, omnes Prælatos, Collegia, Chriſtianitatum Decanos, Plebanos, Capellanos, vicarios, ac omnes & ſingulos, de quibus in eodem ſtatuto mentio fit, pœnis in ipſo ſtatuto expreſſis, ſi contrarium fecerint, innodatos, ſecundum ipſius continentiam, & plectendos, & per vos, qui præſentes fueritis, hoc præcipimus declarari. Prædictum etiam ſtatutum cum omnibus clauſulis & pœnis extendi volumus ad concilium in craſtino B. Remigii confeſſoris anno quolibet celebrandum. Datum anno Domini 1337. in vigilia beati Matthiæ Apoſtoli.

LXXXVI.

Ejusdem Statutum wider die unanſtändige Kleidung der Cleriſey in ſeinem Ertz-Stifft, und was ſolchem mehr anhängig, de Anno 1337.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii, per Italiam Archi-Cancellarius, dilectis ſibi Abbatibus, & Præpoſitis, Decanis Eccleſiarum Collegiatarum, ac Collegiis & conventibus, ac Decanis Chriſtianitatum, Plebanis & eorum vices gerentibus, nec non omnibus Clericis ſecularibus & religioſis, ac univerſis Chriſti fidelibus noſtrarum civitatis & Diœceſis, Colonienſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Qvoniam diverſi generis hominum, diſtingui & ſecerni per habitum, profeſſores, conſultæ editiones tam Civiles quam Canonicæ decreverunt, ut hi, qui ſpecialiter Domini ſunt officio mancipati & contemplationi & orationi dediti, ab omni conformatione ceſſent temporalium, & in ſe, qui ſunt forma aliis & exemplar, quomodo deceat in domo Domini converſari, per decentiam habitus extrinſeci oſtendant morum intrinſecam honeſtatem: & quod corde gerunt, ore prædicent, actu démonſtrent, tanquam militiæ Dei & Eccleſiæ militanti ſpecialiter deputati, a ſecularibus ſint ſejuncti. Contra laſcivientes per ejusmodi habitum, coronam, crines & inceſſum quemlibet ordini Clericali minime congruentem, a noſtris prædeceſſoribus & a nobis ſub duris pœnis & gravibus ſententiis emanarunt ſucceſſive, prout reformationi horum & honeſtati Cleri expedire pro tempore putabatur, & diverſimodæ ſanctiones. Sane cum humana infirmitas, vitiorum imitatrix, quæ plus vetitis quam conceſſis ſolito immoratur: nonnullos noſtræ Civitatis & Diœceſis tam Clericos quam prælatos, hujusmodi prohibitionibus non contentos adeo excæcavit, ut inter ipſos (quod dolenter referimus) quaſi communis morbus irrepſerit, quod ſe in inceſſu moribus, veſtibus, & capillis, Laicis, & plus etiam, quam vel hos deceat, ſtudeant conformare: & tamen quo ad uſum & utilitatem privatam ſtipendiorum beneficialium, clericalis militiæ ſtipendiarii eſſe volunt: ad obſequia vero, quæ horum exigit receptio, nequaquam ſe obnoxios reputantes, aſſcribunt dedecori, vile æſtimant, & autumant inhoneſtum in horum ordinum ſignis & inſigniis, in tonſura ſcilicet & habitu eos decentibus, converſari & in publico comparere, minime advertentes, quod ipſi Clericalis militiæ, immo aliqui ex eis ſacrorum ordinum ſunt charactere inſigniti: ac quod non ſolum erudeliter famam ſuam negligunt, & Cleri ſtatum deformant, ſed & plerumque more fœmineo laborare contra propria ſua commoda moliuntur. Incedunt ſiquidem in veſtibus arctis & ſtrictis, quibus cum difficultatibus induuntur: in tantum etiam brevibus, quod vix per eas genua & inferiora femoralia conteguntur. Wamboſiis etiam cum longis manicis, per particulas appendentes, ſciſſis & non ſciſſis, ac non ſolum longis, ſed ultra genua pendentibus: & aliqui nimis brevibus, amplis & latis multipliciter complicatis utuntur, ſubtus pro prima ſub veſte, Wamboſia, quæ apparent contra clericalem decentiam deferentes: & quod nec licet in aliis veſtibus, eadem variata ex diverſis coloribus & figuris, etiam ſcacata & virgata, & texturis ſericis & aliis induuntur. Veſtes etiam ſcacatas rubei & viridis coloris, ſeu quibus de alio colore manica eſt aſſuta,

ante pectus & ultra cubitum multum & noranter nodatas, a lateribus ſciſſas, ibi & in longum ad oram ac in manicis cum quadam revolutione furratas, ita quod ad modum chordæ exterius apparet ipſa notabiliter furratura. Nonnulli etiam Coronas non deferunt, & ſi ipſas deferunt, in locis eas faciunt indebitis, retro ſcilicet in capite, ut dum velint, ipſas, de quibus deberent merito gloriari, poſſint ſub crinibus occultare. Quidam etiam coronam & barbam exquiſite nutriunt & deſuper cincturis (tincturis) de auro & argento, quod potius deberet ad uſus pauperum erogari, multifarie ornatis, ſe cingunt: quibus teſſas ſive peras precioſas, & ſimili modo ornatos cultellos truſorios, & non ſolum truſorios, ſed & ſemigladios (forſ. gladiatos) appendunt, & eosdem non tantum in populo, & in grande Cleri ſcandalum, ſed intra immunitates, & in Eccleſiis, ubi beneficiati ſunt, & (quod deterius eſt) quando divinis interſunt officiis, in omnipotentis Dei offenſam, deferre publice non verentur. Caligis rubeis, glaucis, & viridibus ſe caligant: & calceis modo vario perforatis & inciſis, ſic etiam, quod inciſum corium aliquibus in calceis appendet per fruſta volitantia hinc & inde obliti cœleſtis militiæ cui aſſcripti ſunt, tanquam inſervientes armatæ militiæ, induuntur. Aliqui etiam ex diſſolutionis fomite, caputiis utuntur longis, quorum ſimilibus monachi converſi intra ſepta ſui monaſterii ſolent uti, cauſam legitimam confingentes, quod ipſorum caputiorum caudis nuda manuum a frigoribus protegant: quas non ſolum decentius, & commodius, ſed & utilius ac uberius præſervaret ab his Abuſivis, ſi eisdem uterentur, veſtium amplitudo. Plures etiam quædam caputia perforata, ſciſſa & fiſſa, cum magnis panni particulis pendentibus: quidam vermiculata filis ſericeis, aureis & argenteis, eademque deſuper variis contextis & depictis figuris ornata deferunt, ſtatum ſuum in præmiſſis & pluribus aliis plus, quam Laici, diſſolventes, & adeo in ſuis ſtultitiis & ſuperſtitioſis ad inventionibus gloriantes, ut ſuo (forſ. ipſorum) judicio plus lauderur, qui plures & magis raras formas adinvenit & geſtat: & in his abuſionibus plus Laicis ſe conformant, ſic quod nullus delectus, vel modicus perpendi valet inter tales Clericos & Laicos exceſſive delicatos, & plus etiam, quam eosdem deceat, diſſolutos.

Nos igitur cupientes ex debito Paſtoralis noſtri officii (ut tenemur) præmiſſis, quæ nuper in viſitatione noſtra generali, nonnullis noſtræ civitatis Eccleſiis perſonaliter per nos impenſa, ac in aliis per noſtros Commiſſarios facta, tanquam notoria, & quod pro more jam evidens abuſio inolevit, reformationi noſtræ reſervavimus ſpeciali, competentem adhibere medelam, ut eos, quos ad delationem habitus, tonſuræ, inceſſus & converſationem honeſtam congruentes ordini Clericali, virtutum præmia non inducunt, licet de rigore juris, ſecundum decretum Innocentii Papæ II. (qui præcipit, ut Clerici univerſi, in ſtatu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere ſtudeant, & nec in ſuperfluitate fiſſuræ, aut colore veſtium, nec in menſura, intuentium, quorum forma & exemplum eſſe debent, offendant adſpectum, ſed potius quod eorum deceat ſanctitatem: quod ſi moniti ab Epiſcopis, emendare noluerint, Eccleſiaſticis careant beneficiis) contra toties monitos, ad privationem Beneficiorum ſuorum, procedere nunc poſſemus: quoniam juſtum eſſet ut beneficiis privarentur, qui eosdem ſe reddunt indignos, & ipſorum inſigniis abutuntur, ut ſimilem cum illis, quorum ſectantur geſtus & leges, reciperent in legibus diſciplinam: ſaltem mitius, prout ad præſens proficere credimus, tam adjectarum pœnarum exaggeratione, quam adjiciendarum de novo formidine, poſſemus a ſuis auſibus temerariis refrenare. Monemus igitur univerſos & ſingulos noſtrarum Civitatis & Diœceſis Priores & Prælatos & Clericos beneficiatos, & quoscunque etiam alios in ſacris ordinibus conſtitutos & non conſtitutos, pro Clericis ſe gerentes cujuscunque dignitatis & præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus fuerint, quatenus a præmiſſis omnibus & ſingulis abuſionibus, præſertim coram nobis, nec non in locis, aut intra Eccleſias & immunitatem Eccleſiarum, ubi Beneficiati exiſtunt, pœnitus abſtineant, & honeſte incedant, ſecundum decentiam Clericalem, tonſuram & habitum deferant ſuo ordini congruentes. Et ſuperius cincti, nusquam compareant, niſi tempus hoc requirat, vel receſſiuri ſint a locis, ubi degunt, aut ſint in itinere conſtituti. Alioqui nobis in præmiſſis, vel præmiſſorum quolibet non parentes, vel contrarium facientes, triginta ſex dierum monitione præmiſſa, quorum ipſis duodecim pro primo, duodecim pro ſecundo, reliquos vero duodecim pro tertio termino peremptorio & monitione Canonica, aſſignamus, ex nunc, prout extunc excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis: Monemus nihilominus vos omnes & ſingulos noſtræ civitatis & Diœceſis Eccleſiarum Collegiatarum decanos, nec non ſubdecanum Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnæ excommunicationis latæ ſententia, quam in vos & quemlibet veſtrum, ſex dierum monitione præmiſſa, in his ſcriptis ferimus, ſi non feceritis, quod mandamus: quatenus vos Decani prædicti authoritate vobis in hac parte competente, nec non tu ſubdecane, prædicta authoritate, quam tibi in hac parte per præſentes ſpecialiter indulgemus, poſtquam vobis poſt dictam noſtram monitionem, aliquem de Prælatis Canonicis ſeu Clericis Eccleſiarum veſtrarum apparuerit excedere in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum, ſuper quo vobis, & ſimplici volumus adhiberi relationi veſtræ plenam fidem: ſtatim absque moræ diſpendio, quantocitius poteritis, adminiſtratoribus & diſtributoribus fructuum, reddituum, proventuum & obventionum Præbendarum & beneficiorum ſuorum, nec non diſtributionum & Præſentiarum, inhibeatis, & interdicatis, quibus nos præſentibus interdicimus & etiam inhibemus, ne poſt monitionem veſtram, ipſis quicquam de præmiſſis, ſive in groſſo, ſive in minuto, diſtribuant, ſive adminiſtrent quomodolibet, vel aſſignent, cum illis fructus Beneficiorum ſuorum merito ſubtrahantur, quibus Eccleſiaſtica communio denegatur. Alioqui in adminiſtratores & diſtributores prædictos in præmiſſis contrarium facientes ſex dierum monitione præmiſſa, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis. Volumus etiam, quod nomina Rebellium præſenti noſtro mandato, nobis intra menſem, poſtquam vobis de hujusmodi rebellione apparuerit publicum per inceſſum, fideliter referatis, ut contra eosdem, prout earum protervitas exegerit, per aliqua Juris remedia arctius procedere valeamus. Porro vos etiam omnes & ſinguli ſupradicti, præmiſſis inobedientes & rebelles, lapſo dicto noſtræ monitionis termino, tanquam excommunicatos, & a communione hominum excluſos, nequaquam ad divina officia admittatis, nec cum ipſis interſitis eisdem, ſed eos in actibus legitimis ac in omni humanitatis ſolatio penitus evitetis, ſicut pœnas a Jure ſtatutas ſuper his, incurrere formidatis, ut ſic robore confuſi a præmiſſis abſtinere, & ad gremium Eccleſiæ matris ſuæ redire, & a dictis ſententiis, abſolutionis beneficium quærere compellantur. Quarum (quorum) abſolutionem nobis & officiali noſtro duntaxat præſentibus reſervamus, ipſi officiali noſtro eosdem abſolvendi (niſi prius exacta ab ipſis & præſtita juratoria cautione, quod mandatis Eccleſiæ parere debeant humiliter: & poſtquam talem cautionem præſtiterint, eis injungat in virtute hujusmodi juramenti, quod de cætero ab his, propter quæ has inciderunt ſententias, abſtinebunt,) poteſtatem omnimodam adimentes. Per præmiſſa autem nolumus, nec intentionis eſt noſtræ, Jurisdictioni veſtræ, Decanorum, quam vobis in correctione prædictorum exceſſuum quomodolibet vendicare poteſtis, in aliquo derogare: ſeu tuam ſubdecani (cui propter hoc, quod Decanus Eccleſiæ noſtræ Colonienſis hactenus non fecit, nec adhuc facit in ipſa Eccleſia noſtra Reſidentiam perſonalem, in præmiſſis authoritate noſtra exequendis dedimus poteſtatem) ad aliam, quæ tibi non competunt, prorogari: ſed hinc inde jurisdictionem veſtram, nec plus auctam, nec diminutam, ſed in ſuo ſtatu ſalvam manere providemus ſicut ante, pœnis etiam & ſententiis aliis a Jure communi Prædeceſſorum noſtrorum ſtatutis, atque noſtris præceptis, aut mandatis, contra & in præfatos abuſores prolatis & expreſſis in ſuo robore nihilominus duraturis. Inſuper vobis univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, per noſtras Civitatem & Diœceſin conſtitutis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam in vos & veſtrum quemlibet, ſex dierum monitione præmiſſa, in his ſcriptis ferimus, ſi præſenti noſtro mandato non parueritis, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus, poſtquam vobis aliquem Paſtorum, Plebanorum, Rectorum, ſeu Vicariorum perpetuorum Eccleſiarum, ſeu Capellarum, intra limites veſtrorum Decanatuum conſiſtentium, aut ipſas Eccleſias, ſeu Capellas quomodolibet officiantium, ſeu regentium, lapſo dictæ noſtræ monitionis termino, excedere in præmiſſis, ſeu in aliquo præmiſſorum apparuerit publicum per inceſſum, nobis extunc nomina ipſorum excedentium, intra menſem fideliter referatis, ut, Deo authore, ad graviora (prout intendimus) procedamus. Datum Gudisberg (Godesberg) in Vigilia beati Michaelis, Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, trigeſimo ſeptimo.

LXXXVII.

Ejusdem anderweites Statutum die Gürtel und Kleidung der Cleriſey in ſeinem Ertz-Stifft betreffend, de Anno 1337.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſancti Imperii per Italiam Archicancellarius &c. Dilectis ſibi Abbatibus, Præpoſitis, Decanis Eccleſiarum Colle-

Collegiatarum, nec non Collegiis & Conventibus, ac Decanis Christianitatum, & eorum vices gerentibus &c. Nuper nos in Synodo nostra proxime præterita inter alia, quæ pro Reformatione status Clericalis, tam in habitu, quam Tonsura in quodam nostro mandato per nos facto & ibi publicato universis & singulis Prioribus, Prælatis & Clericis nostrarum Civitatis & Diœcesis, cujuscunque ordinis, status, aut conditionis existerent, dummodo pro Clericis se gererent, inhibuimus eisdem, cum facti experientia informati didicissemus, propter gestationem cingulorum desuper in arctitudine & brevitate vestium, & aliis habitum & incessum Clericalem multipliciter deformantibus, ipsos in abusus varios incidisse, quos verisimiliter prospeximus ex prohibitione Cinguli posse facilius aboleri, ne usquam cincti desuper comparerent, nisi in casibus quibusdam exceptis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, sine qua alias nihil nos proficere putabamus, aliisque gravibus pœnis, in eodem mandato nostro prolatis & expressis, duximus inhibendum. Verum quia nonnulli Ecclesiæ nostræ canonici, se personaliter nostro conspectui præsentantes, nobis pro se & aliis suis concanonicis, de cœtero in decenti eos habitu & Tonsura debita & patente incedere promiserunt, ut cincturis simplicibus desuper uti valerent, sine aliis abusionibus in dicto mandato nostro prohibitis: quodque sententiam excommunicationis in eodem mandato nostro latam, cum inde possent gravia etiam animarum pericula provenire, & non solum culpabiles, sed insontes & alios innocentes per eam posset contingere laqueari, salvis tamen aliis pœnis in dicto mandato, & in aliis nostris & Prædecessorum nostrorum statutis præceptis & mandatis expressis & prolatis, tollere dignaremur, instantius supplicantes. Unde nos cum Capitulo & Prioribus nostris deliberatione præhabita diligenti, qui nobiscum quo ad correctionem suarum subditorum, quoad alias abusiones, in dicto mandato, statutis & præceptis expressas & prohibitas, secundum formam & modum eorundem vellent in antea diligentius insurgere, ipsaque mandata, statuta & præcepta, in omni sui (sua) forma alias observare: dicto periculo attendentes, & præcipue, quod non modicum jam in Reformatione habitus & Tonsuræ Clericali statui congruentis profecimus, immo multum dictam excommunicationis sententiam in singulis suis Clausulis in dicto mandato expressam & prolatam, præsentibus tollimus & penitus amovemus. Eisdem Prioribus, Prælatis & Clericis nostrarum Civitatis & Diœcesis universis & singulis, ut cincti superius, cingulis tamen simplicibus, sine peris & cultellis, dummodo his cingulis dum religionem deferunt, non utantur, neque propter hoc magis strictas & breves vestes deferant, sed alias in habitu competenter longo & lato: in Tonsura vero in loco debito sita, patente, & suo ordini congruente, publico se conspectui exhibeant, nec alias abusiones in eodem mandato nostro prohibitas committant, incedere valeant usque ad crastinum Dominicæ Invocavit, proxime adventuræ: interim experiri volentes, an ex cessatione causæ prohibitionis dictorum cingulorum, nos ad hoc moventis, quod nobis promissum est, ut præfertur, sequatur in effectu, & ut eos decet, in habitu & cinctura assvescant in publico comparere, præsentibus indulgentes: Sic tamen, quod si quisquam per publicum incessum, dicti mandati nostri in aliis abusionibus inventus fuerit violator, ex tunc sibi per personas ad hoc in dicto nostro mandato deputatas, fructus, redditus, & distributiones quæcunque sui beneficii, vel beneficiorum, si plura obtinet, auferantur, & penitus denegentur, & alias fiat, prout in eodem nostro mandato continetur: Ita etiam, quod si qui eisdem fructibus, redditibus, distributionibus, obventionibus, seu receptioni eorundem se ingesserint, seu quicquam etiam a volente recipiant de eisdem, ex tunc sententiam excommunicationis (quam in his scriptis in eosdem ferimus, præter etiam eas sententias, quas authoritate priorum nostrorum statutorum sive mandatorum, propter hoc incedere dinoscuntur) incurrant ipso facto. Quarum absolutionem nobis & officiali nostro, secundum formam tamen alias ei indultam, præsentibus reservamus: Intimantes nihilominus eisdem nostris Prioribus, Prælatis & Clericis, quod nisi a prædictis abusionibus studeant effectualiter abstinere, nos ad dictam excommunicationis sententiam, privationem suorum beneficiorum, & alia graviora, prout expedire videbitur procedemus. Per præmissa autem intentionis nostræ non existit, eos teneri pro absolutis, qui contra prædictum nostrum mandatum faciendo, jam in excommunicationis sententiam inciderunt; donec absolutionem earum sententiarum, quas ante revocationem nostram præsentem inciderunt, ostenderint competenter. Datum ut supra &c.

LXXXIIX.

LXXXIIX.

Ejusdem Statutum, daß diejenigen, welche keine Benificien haben, in keinen Orden recipiret, noch auch die, so keine zulängliche Approbation wegen ihrer Tonsur und Alters, von den Examinatoribus auffweisen können, promoviret werden sollen, de Anno 1338.

WAlramus, Dei gratia sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c. Dilectis sibi Abbatibus, præpositis, Decanis, Pastoribus, Plebanis &c. Cum sub vetustæ consuetudinis velamine, qua tam regulares quam seculares collegiatæ Ecclesiæ, per nostras Civitatem & Diœcesin constitutæ, illos in suis Ecclesiis Beneficiatos Clericos, quos ex transacta, vita per honesta mutuæ conversationis exempla, ad sacrorum susceptionem Ordinum, prout in suis Ecclesiis divini cultus ministerium exigebat, idoneos reputarunt, Nobis aut vice nostra Ordines celebriter conferenti pro susciendis eisdem ad titulum suarum Ecclesiarum, citra aliam Examinationem & scrutinium, ut hoc suis dimissum est conscientiis hactenus, præsentarunt complures ad præsentationem Ecclesiarum hujusmodi, de quorum vita & conversatione ipsis aliqualiter non constabat, Titulos non habentes, immo (quod pejus est) per pactiones & renunciationes præhabitas, spe habendi ab ipsis Ecclesiis titulum penitus destitutos, intercedentibus quorundam precibus importunis (quibus, prout frequenter fit, non concedenda conceduntur) ipsæ Ecclesiæ aliquoties reluctantes, ad hoc contra conscientias proprias inducuntur & experientia non solum ad sacros ordines, sed ad Sacerdotium etiam didicimus jam promotos: qui tandem, ducti penuria, in omnipotentis Dei offensam, & in sui Ordinis periculum, venale suum officium visi sunt exponere, & ostiatim quærendo victum, in totius Cleri opprobrium, publice mendicare. Cupientes huic morbo ex officii nostri debito competentem adhibere medelam, vobis districte sub interminatione æternæ maledictionis, & sicut illæsam vultis præfatam consuetudinem observari (meretur enim suum amittere usum consuetudo, cum trahitur in abusum) præsentibus inhibemus, ne quempiam, nisi actu in vestris Ecclesiis obtinentem Beneficium, ad titulum earundem, pro susciendis sacris Ordinibus, Nobis, aut cui hoc committendum duxerimus, de cœtero præsenteris, nec quispiam ad eas procuret se a Vobis, ubi Actu non obtinet beneficium præsentari, nisi super eo a Nobis per patentes nostras literas, obtinuerit specialem licentiam & consensum, & se prius nostris Examinatoribus cum ipsis literis, antequam procedat ad ordines, repræsentet; & tam litterarum hujusmodi, quam de vita, scientia, moribus, & ætate & aliis quæ in hujusmodi scrutinio fuerint indaganda, approbationem obtineat ab eisdem. Qui vero contra præmissa ad titulum alicujus Ecclesiarum vestrarum, de cœtero ad aliquem sacrum ordinem, procuraverit promoveri, canonica monitione præmissa, sententiam Excommunicationis (quam in his scriptis extunc prout exnunc ferimus) hujusmodi præsumptorem incurrere volumus ipso facto. Insuper cum nonnullos in Ecclesiis vestris etiam beneficiatos, qui prætextu præfatæ consuetudinis citra examinationem aliquam, ad locum, ubi conferuntur ordines, processerunt, ex eo (& eo) quod minus erant congrue tonsurati, ab ipso loco in conspectu omnium, non sine magno scandalo amoveri, & ad sacros susciendos tunc ordines, invenerimus, non immerito resutari: Nos malo hujusmodi, antequam ad lucem sic scandalose prodeat, occurrere fore salubrius attendentes, Vobis universis & singulis nostrarum Civitatis & Diœcesis clericis districte præcipiendo mandamus, quatenus, non obstante præfata consuetudine, antequam vos ad sacros susciendos ordines præparetis, & ad locum ubi conferuntur Ordines, reponatis, personas vestras Examinatoribus nostris qui pro tempore fuerint, præsentetis, approbationem saltem ab ipsis super tonsuratione & ætate debitis recepturi. In quo si comperti fueritis negligentes, non solum vos volumus & mandamus publice resutari, sed & Nos contra Vos, juxta qualitatem facti, arctius (acrius) procedemus. Datum Brulæ, Anno Domini 1338. Sabbatho post festum B. Matthiæ Apostoli.

LXXXIX.

Ejusdem Statutum wider die Ablaß-Crämerey und denen dabey eingerissenen Mißbräuchen, de Anno 1338.

WAlramus; Dei gratia sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi Cancellarius &c. Dilectis sibi Abbatibus, Præpositis, Decanis, Pleba-

Plebanis, & eorum Vices gerentibus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Morbo, qui in noſtram Diœceſin quaſi communis irrepſit, quod nonnulli Eleemoſynarum Quæſtores, ſe fore alios mentiantur: & ut pauperum ſubſtantias rapiant, & aurum ſubtili, immo potius fallaci ingenio extorqueant, ad alia quam eis competant, ſuæ extendunt limites poteſtatis: ſuper votis quidem de facto diſpenſant: a perjuriis, homicidiis,& peccatis aliis, ſibi confitentes abſolvunt: male ablata incerta, data ſibi aliqua pecuniæ quantitate, remittunt; tertiam aut quartam partem de pœnitentiis injunctis relaxant: Animas tres, vel plures Parentum, aut Amicorum illorum, qui Eleemoſynas eis conferunt, de Purgatorio (ut aſſerunt mendaciter) extrahunt, & ad gaudia Paradiſi perducunt; & alias complures abuſiones committunt: Nonnulli etiam ſe confingunt habere poteſtatem per literas Apoſtolicas, quas non habent: & ſi habent, eis (ut præmittitur) abutuntur, ut per eas etiam ante, quam ipſæ literæ per Nos examinatæ fuerint, ſint admiſſi: Huic, inquam, morbo cupientes mederi remedio a Sede Apoſtolica jam proviſo, Vobis conſtitutionem per ſelicem recordationem.

Dominum Clementem Papam quintum, contra hujusmodi abuſores editam in Concilio Viennenſi, in præſenti noſtra Synodo duximus publicandam, cujus tenor de verbo ad verbum dinoſcitur eſſe talis:

Abuſionibus, quas nonnulli Eleemoſynarum Quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, ut ſimplices decipiant, & aurum ſubtili vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem, cum in animarum cedant periculum & ſcandalum vergant plurimorum, viam (prout eſt nobis poſſibile) præcludere cupientes, juxta ſtatutum Concilii generalis, duximus prohibendum diſtricte, ne Quæſtores aliqui, niſi Apoſtolicas vel Diœceſani Epiſcopi literas exhibuerint, quomodolibet admittantur, nec permittantur: cum ſolum ipſis comperat, indulgentias ſibi conceſſas inſinuare populo, & charitativa poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem: nullatenus Chriſti populo prædicare, vel aliquid exponere, quam quod in literis continebitur ſupradictis. Literas quoque Apoſtolicas Diœceſani Epiſcopi, ne quid fraudis committi valeat per easdem, antequam admittantur quæſtores, examinent diligenter. Ad hoc (hæc) cum aliqui ex hujusmodi quæſtoribus, ſicut ad noſtram audientiam eſt perlatam, non ſine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu ſuo proprio de facto concedant: ſuper votis diſpenſent: a perjuriis, homicidiis & peccatis aliis ſibi confitentes abſolvant: male ablata incerta, data ſibi aliqua pecuniæ quantitate, remittant; tertiam aut quartam partem de pœnitentiis injunctis relaxent: animas tres vel plures parentum vel amicorum, illorum qui eleemoſynas eis conferunt, de Purgatoriis (ut aſſerunt mendaciter) extrahant, & ad gaudium Paradiſi perducant: benefactoribus iſtorum, quorum quæſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeant: & aliqui ex ipſis, eos a pœna & a culpa (ut eorum verbis utamur) abſolvant: Nos abuſus hujusmodi, per quos cenſura vileſcit Eccleſiaſtica, & Clavium Eccleſiæ authoritas deducitur in contemptum, omnimode aboleri volentes, ea per quoscunq; quæſtores fieri vel attentari de cætero diſtrictius inhibemus, omnia & ſingula privilegia, ſi qua ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo ſint aliquibus Locis, Ordinibus, vel Perſonis Quæſtorum hujusmodi quomodocunque conceſſa, ne ipſorum prætextu ſit eis materia, talia uberius præſumendi, Authoritate Apoſtolica quantum ad præmiſſa, penitus revocantes. Quæſtores autem qui deinceps in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum deliquerint, vel alias etiam quibuscunque privilegiis ſuis abuſi fuerint, ſic per locorum Epiſcopos puniri volumus, nullo prorſus eisdem quæſtoribus in hac parte privilegio ſuffragante, quod a (quoad) ſuis temerariis auſibus, qui ubique (ut communis habet aſſertio) nimium excreverunt, pœnæ formidine propenſius compeſcantur.

Hujusmodi igitur autoritate conſtitutionis, vobis univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Prælatis, & Clericis, ſub pœna ſuſpenſionis a divinis, quam in vos & veſtrum quemlibet, hujusmodi noſtri Mandati Transgreſſorem, monitione tamen canonica præmiſſa, in his ſcriptis ferimus, diſtrictius inhibemus, ne aliquos Eleemoſynarum Quæſtores, etiam ante admiſſos per vos, quacunque authoritate fungantur, etiamſi literas Apoſtolicas ſuper eo ſe habere aſſerant & oſtendant, niſi Vobis literas Noſtras patentes exhibuerint, quibus vobis appareat, quod per Examinationem noſtram diligentem, ipſas literas Apoſtolicas tales invenerimus, quod earum prætextu ſint merito admittendi: Nec ex tunc per Vos ad alia admittantur, quam quæ expreſſe in his examinatis per Nos literis continentur.

Quæſtores autem, qui in antea ſuam ultra quam in ipſorum literis exprimitur, extenderint poteſtatem, vel qui in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum deliquerint, per vos eo ipſo volumus & mandamus, ad competentes diem & horam coram officiali noſtro, cui in hoc committimus vices Noſtras, non obſtante quocunque Exemptionis

ptionis Privilegio, citari, pœnam pro meritis recepturos. Et diem & horam citationis veſtræ per literas veſtras patentes, ſigillo veſtro vel alio Authentico ſigillatas, vel per alia legitima Documenta prædicto noſtro officiali, quanto citius poteritis, ante citationis terminum intimari curetis. Datum Brulæ, Anno Domini 1338. Sabbatho poſt feſtum B. Matthiæ Apoſtoli.

XC.

Ejusdem Statutum, vermöge deſſen er die eingeriſſene üble Gewohnheit, daß einer, ſo nach einer gröſſern Præbende ſtrebet, und ſolche erhält, die kleinere, welche er würcklich genießet, darüber verliehren muß, caſſiret, de An. 1338.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi Cancellarius, univerſo Clero noſtrarum Civitatis & Diœceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum in quibusdam noſtræ Diœceſis, Collegiatis Eccleſiis, in quibus nonnullæ minores, & quædam majores Præbendæ exiſtere dinoſcuntur & ad majores per ipſas minores gradatim aſſenſus conſuevit haberi, ſic quod ſenior in gradu minores obedientium Præbendas, majorem Præbendam vacantem adoptare poteſt, ſecundum conſuetudinem ibi hactenus obſervatam: dicaturque pro conſuetudine obſervari, eo ipſo, quod minorem obtinens Præbendam, quam ſibi & nulli alii competere opinatur, etiam ſi in hoc, errore ducatur probabili, & ipſa Præbenda major ab eo, tanquam ſibi non competens, ſententialiter evincatur, licet nunquam ipſam majorem Præbendam poſſederit vel occupaverit, vel fructg ex ea receperit, ipſa minor præbenda ſua, quamvis nec renec verbo dimiſſa fuerit, vacare cenſetur, & tanquam vacans, alii conferri poteſt, ipſo adoptante ad eam nullo tempore regredi valituro: & propter hoc a multis didicimus in dubium revocari, an præmiſſa (dato etiam quod ſint conſuetudine introducta, cum potius contraria rationi, quam conſona, videantur) de jure poſſint & debeant pro conſuetudine obſervari. Nos igitur, quia ex hoc dubio plures perplexitates inter Beneficiatos ibidem etiam inevitabiles experimento didicimus eveniſſe, & complura prævidemus poſſe (niſi occurratur) ſcandala provenire, ut de cœtero tollatur omnis ambiguitas, & ſedetur opinio in præmiſſis, præfatam conſuetudinem, tanquam nulla ratione fulciram, non fuiſſe nec eſſe obſervandam præſentibus declaramus: Mandantes ipſis Eccleſiis, ut eandem de ſuis obſervantiis ſtudeant abolere.

Datum Brulæ, Anno Domini 1338. in Vigilia B. Michaelis Archangeli.

XCI.

Ejusdem Statutum, daß kein Notarius in ſeinem Ertz-Stifft zu einigem Actu admittiret werden ſolle, der ſich nicht vorher bey dem Official an jedem Ort gnugſam dazu legitimiret, de An. 1338.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius, dilectis ſibi Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Paſtoribus, Plebanis &c.

Quoniam morbum per Noſtras Civitatem & Diœceſin generalem, compluribus noſtris damnoſum ſubjectis, & periculoſum Reipublicæ, cognovimus & facti evidentia irrepſiſſe, quo dum paſſim hi, qui ſe ad dictas noſtras civitatem & Diœceſin transtulerunt, vel in eisdem degerunt, ad Tabellionatus exercendum officium ſe ſenſerunt admitti, complures nulla legitima poteſtate fulciti, utpote qui ab illis (quorum aliqui ſuam creandi poteſtatem, quam tamen aſſeruerint & aſſerant ab Imperiali culmine proceſſiſſe, de facto ſolum, absque ullo aut cum minus ſufficiente ſibi titulo uſurparunt: aliqui etiam eorum penitus ſunt ignoti, ſic quod eorum poteſtas, cum nec oſtendi nec famari poſſit potius conficta præſumitur a creatis, quam usquam rerum exiſtere in natura, aſſerunt ſe creatos, vel qui ſuæ creationis nullam oſtendunt, vel oſtendere poſſunt penitus poteſtatem: quosdam etiam tam grammaticæ, quam contractuum ignaros, aut infames, perjuros & infideles, aliasque leves perſonas, hujusmodi didicimus officium uſurpaſſe: propter quod contra juramentum, quod in creatione Tabellionum præſtari conſuevit, ſuper contractibus uſurariis, & in aliis per vim & fraudem conventis, nec non aliis factis extrajudicialibus, ubi ipſi conficientes rogati non fuerint, immo (quod periculoſius) nec præſentes, ad voluntatem hæc petentium per falſitatis commentum, quædam etiam ex ſui forma falſa, & cum falſis datis & Indictionibus, nonnulla incerta & defectuoſa, ex corruptione grammaticæ, complura confici vidimus publica inſtrumenta, quibus multi noſtri ſubjecti, etiam innocenter, ſtatus & honoris & Bonorum ſuorum periculum ſubierunt: Nos igitur tam generalem peſtem & mortiferam, plus omnibus venenoſam, per quam, ſine defenſione, in ſe innocens, potenter ſuccumbit, & ſibi latenter conſcius potenter aſſcend t, de noſtris terminis extirpare radicitus, quo poſſumus conamine, cupi-

cupientes, omnibus & ſingulis, cujuscunque conditionis, aut ſtatus fuerint, eis tamen exceptis, qui ab Imperiali authoritate ſine medio proceſſerunt, qui in noſtra Civitate & Diœceſi in antea Tabellionatus officium voluerint exercere, præſentibus inhibemus, ne hujusmodi officium in judicialibus, vel extrajudicialibus factis, quoquo modo exerceant, clam vel palam, niſi prius ad officialis noſtri pro tempore exiſtentis ſe præſentiam contulerint, cui in his plenam & ſpecialem præſentibus tribuimus poteſtatem: & per eum cujus authoritate hoc officium exercendi ſibi poteſtatem vindicent, & de aliis quæ fuerint indaganda, reperti admiſſibiles & idonei ad hujusmodi exercitium, in eisdem licentialiter admittantur. Quorum nomina poſthac ab ipſo Officiali noſtro volumus regiſtrari. Alioqui in omnes & ſingulos contrarium facientes, ſex dierum monitione præmiſſa, Excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis: & nihilominus inſtrumentis per ipſos confectis, nullam fidem, per præſens noſtrum ſtatutum volumus & decernimus adhiberi: Inhibentes etiam vobis omnibus & ſingulis ſub pœna ſuſpenſionis a Divinis, (quam ipſo facto incurrere volumus contrarium facientes) ne aliquis veſtrum, quarumcunque conimiſſionis literarum prætextu, quenquam in Tabellionem creet, niſi prius ipſum in his, quæ de jure Tabellio ſcire debet, examinaverit diligenter, & per examinationem ſolertem convenienter idoneum repererit ad ipſum officium exercendum & etiam juramentum præſtiterit, in ipſa creatione præſtari debitum & conſuetum. Datum & Actum de Capitul noſtri concilio & conſenſu, Anno Domini 1338. in craſtino beati Michaelis Archangeli.

XCII.

Ejusdem Statutum, daß die Gnaden-Jahre bey denen vacanten Geiſtl. Aemtern und Præbenden nicht über 3. Jahr zu extendiren, nebſt Pabſts Johannis XXII. Conſtitution wider ſolchen Mißbrauch, de Anno 1338.

WAlramus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi Cancellarius, dilectis ſibi Abbatibus, Præpoſitis &c.

Omnium Malorum radix cœca cupiditas, cœcitatis ſibi nomen proprium (proprie) adoptavit: quæ dum ſuo ardore avendo diffunditur, nec in ſe, nec in aliis videt, quod indiget rectæ (recto) judicio rationis, ſed tolum ambit, quo ſuo appetitui, quanvis inſatiabili, ſatisfiat. Ex hac autem ſitienti radice per ſolertem indagationem in Viſitatione nonnullarum Eccleſiarum, noſtrarum civitatis & Diœceſis, tam per Nos quam per noſtros in hac parte Commiſſarios nuper facta cognovimus proceſſiſſe, quod fructus beneficiorum vacantium in eisdem ad certos annos de conſuetudine vel ſtatuto competentes Eccleſiæ vel defuncto, ipſis ſic taliter applicantur, quod in locum defuncti eisdem annis durantibus, nullus ſubſtituitur, qui ſerviat Eccleſiæ in divinis, propter quod ipſæ Eccleſiæ debito miniſtrorum obſequio, præſertim (ut ſæpius contingit) plurium beneficiorum Vacationibus concurrentibus, non absque grandi cultus detrimento divini, & fundatores locorum ſuis votis & (eleemoſynis) piæ inſtitutionis propoſito defraudantur: In tantum etiam a quibusdam Eccleſiis in numero annorum exceditur, quod qui hujusmodi beneficia canonice obtinent, & ad quos alias fructus ipſorum de Jure pertinere deberent, ipsem abjiciunt hujusmodi fructus conſequendi: & contra clericalis ſtatus decentiam, neceſſitate cogente, urgentur ſe negociis ſecularibus immiſcere, & in foro (quos potius deceret in vinea Domini) (domo) converiari. Quædam etiam Eccleſiæ non contentæ ſuis exceſſibus, in præmiſſis abuſum adjiciunt, quo coincidentibus ejusdem beneficii, antequam ipſum obtinens, fructus percipiat eodem, pluribus Vacationibus, ex ultima vacatione completum ſibi annorum numerum deberi hactenus obſervarunt: licet etiam de primæ vacationis tempore, uno duntaxat die excepto, omnium annorum curricula effluxiſſent: propter quæ (quod) experimento didicimus, unum & idem beneficium ſuo miniſtro in talibus Eccleſiis decem & octo Annis & amplius deſtitutum. Item nonnullæ Eccleſiæ de facto obſervant, licet nulla ſuper eo præſcripta conſuetudine, vel alia cauſa rationabili ſe tueantur, quod ubi via permutationis aliquis ad eorum transferatur Eccleſiam, ſibi per biennium fructus cedere debeant ſic translati, etiam ſi beneficium, ad quod transfertur, ſubjaceat Expectantiis antedictis: quod & utique in noſtræ Authoritatis, per quam plene & libere unus translatorum in locum transfertur alterius, præjudicium, immo divini cultus detrimentum, & contra permutationis negotium, cum hoc agatur, ut qui transfertur, ibi ſe valeat utilius exercere, dinoſcitur redundare. Inſuper ipſas Eccleſias in obſervatione conſtitutionis, ſuſcepti Regiminis, per ſel. record. Joannem Papam XXII. editæ, qui præmiſſis in parte ſalubriter duxerat providendum, non ſolum deſides, ſed contra eandem quam plurimum quibusdam confictis coloribus exceſſiſſe invenimus, eo quod aſſerunt ſe habere conſuetudinem, (in dicta conſtitutione utique reprobatam) per quam receptos ad beneficia ipſius Eccleſiæ poſt juramentum ab eisdem præſtitum de ſuis conſuetudinibus obſervandis, ac ſi juramento hujusmodi adſtringantur) ad non utendum, immo renunciandum ipſi Conſtitutioni, licet & hoc ipſum non teneat, ſimplices alliciunt & inducunt: Volentibus etiam ea uti ita difficiles ſe reddunt, quod a ſuo conamine indirecte coguntur penitus abſtinere. Et his ſuis abuſionibus, ut valeant quietius immorari, & ſic fructus dictis annis cedentes ſuis condiviſionibus (quas Capitulares attitulant) uſurpare, quos divites & Chriſti patrimonio dilatatos, pro luxuriatione Victus, ſub colore quod Eccleſiarum utilitatibus reſerventur, quæ a proventibus communibus & illorum, qui plus ab Eccleſia receperunt, deberent potius procurari, ſuis privatis uſibus imburſare, & ſic in eis pauperes defraudare: quo aliqui pro Eccleſiaſtico ſtipendio & Clericali titulo acquirendis ſeipſos exinaniverunt, patriæ ſuæ ſunt exules, & de divitibus facti (locus obſcurus) pauperes quotidie experimur, eorum obſervantiis aſſcribunt & conſuetudinibus, licet nulla præſcriptione juventur, quod fructus ſuorum beneficiorum dicto tempore expectantes, licet alias ſint habiles ad Capitulum & Capitulares Tractatus ipſius, nec vocari debeant nec admitti, ad quæ ratione Canonis, etſi nullam actu præbendam inibi obtinerent, de jure deberent alias evocari.

Nos igitur ex ſuſcepti cura regiminis, de agro Nobis commiſſo dictarum abuſionum tribulos, ne ſuis plantationibus invaleant, & ex tempore licere credatur, quod eſt ratione prohibitum, extirpare funditus ſitientes: Vobis diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus dictam conſtitutionem ſuſcepti regiminis in omni ſui (ſua) forma diligentius obſervetis, & omni ſtudio caveatis, ne pœnas contentas & expreſſas in eadem tam formidabiles, incurratis. Prohibemus etiam, ne aliquid per Vos, vel alium, clam, vel palam, directe, vel indirecte, quovis ad hoc quæſito colore, ad renunciandum ipſius Conſtitutionis beneficio, vel non utendum eadem, (eodem) inducatis, vel induci quomodolibet procuretis: ſed volente ea uti quemlibet libere ſine offendiculo permittatis, nec propter hoc eidem graves in aliquo vos reddatis. Alioqui in omnes & ſingulos contrarium facientes, vel fieri procurantes, ſex dierum monitione præmiſſa, Excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

Item quia cauſas rationabiles ceſſare reperimus, immo (ut præfertur) vergere in abuſum, quod tot annis ſicut aliquæ Eccleſiæ ſibi competere contendunt) Beneficiati Beneficiorum ſuorum fructus debeant expectare, Nos in hac parte alias Eccleſias ad uniformitatem cum noſtra Eccleſia cathedrali, & nonnullis aliis Eccleſiis, quæ ſuis antiquis obſervantiis nituntur, ſic ut nec ipſis Expectantibus nimis grave, nec ipſis Eccleſiis nec defunctis nimium præjudiciale reddatur, reducere volumus: ſtatuentes, ut nulla Eccleſia noſtrarum Civitatis & Diœceſis, ſibi & Defuncto ultra triennium fructus Beneficiorum ipſius Eccleſiæ vacantium, vel in ante vacaturorum, etiamſi durantibus Expectantiis vacent pluries ſucceſſive, de cœtero vendicent, vel uſurpent. Sed ulterioribus Expectantiis & biennii (quod tam ceſſante cauſa rationabili, quam conſuetudine legitime præſcripta, de facto ſolum ſibi quædam Eccleſiæ, factis permutationibus, vendicarunt) penitus abrogatis, Eccleſiæ, quæ non paucioribus gaudent annis pro ſe & defunctis triennio ſunt contentæ: ſic quod ubi defunctus minus non habet biennio, & Eccleſia minus anno, ipſe defunctus biennio, & Eccleſia gaudeat ſolo anno. Si vero minus, tunc quilibet ſuis obſervantiis utatur: Sic tamen, quod triennii curricula in dictis Expectantiis non tranſcendantur. Dicto autem durante triennio in locum defuncti, ne Eccleſia debito miniſtrorum obſequio defraudetur, in caſu, ubi obtinens Beneficium, dicta conſtitutione, ſuſcepti Regiminis, non uteretur, ſua ſponte, de fructibus ipſius Beneficii, miniſter, ad debitum Eccleſiæ ſervitium impendendum, idoneus ordinetur. Volumus etiam quod interim obtinens Beneficium (dummodo alias ſit habilis) vocem habeat in Capitulo: & ſicut alius vocem habens, admittatur ad Capitulum, & vocetur, eiq; quotidianæ diſtributiones, ut aliis, ſi divinis adfuerit, tribuantur. Quæ non ſolum ad beneficia vacatura, ſed &, quæ vacarunt antea, quorum tamen expectantiæ adhuc pendent, ut ſimul juncti anni præteriti & futuri ſub triennio limitentur, & poſtquam lapſum triennium fuerit, vel ſi jam lapſum eſt triennium, omnino expectantiæ ſint extinctæ, extendi volumus & mandamus: non obſtantibus contrariis conſuetudinibus, indulgentiis vel ſtatutis noſtris, vel Prædeceſſorum noſtrorum, vel ipſarum Eccleſiarum, quacunque noſtra, vel Prædeceſſorum confirmatione vallatis: quas & quæ (quia cauſæ eorum ceſſant, & ea vergere in abuſum, ut prædicitur, cognovimus) viribus per præſentes penitus vacuamus. Datum Brulæ, Anno Domini 1338. in craſtino B. Michaelis, & publicatum in Synodo in craſtino B Remigii.

Quoniam extra vagantis hujus Suſcepti Regiminis, a Joanne Papa XXII. editæ in præce-

dente Mandato, & postea rursum aliquoties celebris mentio fit, eaque hic tam sedulo observari præcipitur, ne ex ignotis procederemus, simul ut studioso ad manum esset de quo diligenter ad eo Walramus agit, visum est eam hic de verbo ad verbum, quemadmodum in Extravagantibus habentur, subjicere, idque hoc pacto:

Constitutio Extravagans Joannis Papæ.

Suscepti Regiminis nos cura solicitat, ut quæ in Ecclesiis non absque dispendio ministrorum & cultus detrimento divini servari videamus, per appositionem congrui moderaminis, in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis Ecclesiis observetur, & a longis retroactis temporibus fuerit observatum, quod fructus primi, vel secundi, aut alterius cujusque sequentis anni Beneficiorum vacantium in eisdem, defuncto vel fabricæ, aut ecclesiis vel personis habentibus annalia, de consuetudine, privilegio, vel statuto applicentur in totum: ita quod illi qui hujusmod. Beneficia canonice obtinent, & ad quos alias de Jure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt: unde illud inconveniens sequitur, quod commode nequeunt ad impendendum servitium debitum residere in Ecclesiis, in quibus beneficiati existunt. Nos de illo super his remedio providere volentes, per quod hi & illi in fructuum perceptione prædictorum participent & Ecclesiæ debitis servitiis non fraudentur, præsenti decreto statuimus de fratrum nostrorum consilio, quod illi, qui fructus prædictos sibi hactenus integre vendicabunt ex privilegio, de consuetudine vel statuto, nihil exinde ultra summam pro qua unumquodque beneficium ipsorum consuevit in decimæ solutione taxari, prætextu cujusvis privilegiis, consuetudinis, vel statuti, quovis modo percipient: sed ipsius summæ perceptione duntaxat sint omnino contenti, totali residuo prædicta obtinentibus Beneficia remansuro: nisi forsan illi, qui fructus eosdem soliti fuerint (ut præfertur) cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, & obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam: quo casu percipiendi quod maluerint, illis relinquimo optionem: sic quod intra decem dies, postquam sciverint beneficia ipsa vacare, ii quibus annalia ipsa debentur ex privilegio, consuetudine, vel statuto, aut ipsorum annalium collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet de cimæ taxationem, vel illa dimissa, residuum (nulla subhastatione præmissa) eligere teneantur. Quam electionem si intra dictos decem Dies non fecerint, ut est dictum, ex tunc ad eum, cujus est Beneficium, hujusmodi optio vel electio transeat ipso jure. Et hoc in Ecclesiis & partibus illis, in quibus beneficia majora, & alia, quantum ad solutionem decimæ, sunt taxata, volumus observari. In illis vero partibus & Ecclesiis, in quibus decimarum taxatio non est facta, servetur quod fructus & obventiones Beneficii tunc vacantis, quos in decima solvere consuevit, per medium dividantur: quorum medietatem habeat is, cui annalium per alterum de prædictis modis perceptio est concessa.

Reliquam vero medietatem percipiat ille, cui Beneficium est concessum pro sustentatione sua, & aliis Ecclesiæ oneribus supportandis: quorum si alter de prædictis, prædicta medietate voluerit esse contentus, altero contentari nolente, pars volentis ipso Jure transeat ad nolentem: & volens, fructus & obventiones illius Beneficiis percipiet universos, eidem Beneficio congrue faciens deservire, ac ejus supportans onera consueta. Et si quicquam aliquis prædictorum ultra præmissa perceperit, illudque his, ad quos pertinebit, intra mensem non restituerit cum effectu, eo ipso si Episcopus vel superior Prælatus fuerit, a Pontificalibus & ingressu Ecclesiæ noverit se suspensum. Si autem Capitulum, Universitas, vel Collegium, Ecclesiastico interdicto se noverit (donec prædicta cum integritate restituerit) subjacere. Si vero aliqua singularis persona Ecclesiastica, vel mundana id fecerit, Excommunicationis incurrat sententiam ipso facto: a quo, si restitutione præmissa, (præterquam in Mortis articulo) minime absolvatur; non obstantibus quibuscunque Privilegiis, vel Indulgentiis aut contrariis consuetudinibus, aut contrariis statutis, juramento, confirmatione Sedis Apostolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis. Quæ omnia, quo ad hæc, authoritate Apostolica revocamus, cassamus, & irritamus & nullius deinceps esse volumus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, revocationis, cassationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentaverit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Avinione Kalendis Novembris, Pontificatus nostri anno II.

XCIII.

Ejusdem Statutum, die Gnaden-Jahre bey denen vacanten Beneficiis und Præbenden betreffend, de An. 1339.

WAlramus; Dei gratia S. Colon. Ecclesiæ Archiepiscopus, S. Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Dilectis in Christo omnibus & singulis &c. Nuper sitientes divini cultum nominis, nostris

nostris temporibus augmentari, & ea quæ in detrimentum ipsius a nonnullis Ecclesiis nostræ Diœcesis abusive observata fuerunt, tanquam ratione carentia extirpari, super observatione constitutionis, suscepti Regiminis, per felicis Recordat. Dominum Joannem Papam XXII. editæ, circa quam aliqui ex ipsis quæsitis ad hoc circumventionibus, dum fructus suorum Beneficiorum expectantes ei renunciare, vel non uti, opponendo, comminando, vel se eisdem graves reddendo, aut blandiendo induxerunt, quam plurimum excedebant, non permittentes aliquem libere ea uti: nec non restrictione annorum Expectantiarum, Competentium Ecclesiæ & defuncto, ut quotiescunque, eis durantibus vacet idem Beneficium successive, ipsi triennium non transcendant; quo nihilominus durante, si beneficiatus sua sponte dicta constitutione non uteretur, minister substituatur idoneus, qui Ecclesiæ serviat in Divinis: ipse etiam Beneficiatus, si alias sit habilis, vocem in suo capitulo habeat: & non solum veniens, admittatur, sed etiam sicut alius advocetur, eique, ut alii quotidianæ distributiones, si divinis adfuerit tribuantur. Mandatum nostrum, in parte videlicet superdictæ Constitutionis transgressione pœna vallatum, ne subditis nostris dum eam sic circumvenire putarent, laqueus pateret, emisimus, & in proxima præterita nostra Synodo fecimus solenniter publicari. Verum quia tandem experientia certa didicimus, quod nonnulli dictorum Excedentium sola prohibitione sua audacia non contenti, immo etiam in sententias dictæ constitutionis & nostras quam plurimum formidabiles, incidere non timentes dictum mandatum nostrum ludibriosis non solum verbis contemnunt, sed & eo, & dicta constitutione uti volentibus, realiter se opponunt: confingunt etiam & asserunt eos per hoc perjurium incurrere, eo quod contrarium dicti mandati nostri, ascribunt suis observantiis & statutis, quæ se observaturos tempore sui Introitus more solito juraverunt. Quidam etiam eis, quod ante præfatum mandatum, dictæ Constitutioni renunciaverint, objiciunt: defectum tamen eorum in divinis supplere negligunt, immo nolunt, & ut ipsum mandatum circumveniant & defraudent, ipsis divinis interessentibus Distributiones minuunt: quas tunc (tamen) inter se postea in quantitate distribui consueta alibi partiuntur. Nos igitur conveniens reputantes, ut quos excessuum prohibitio, & Dei Timor a malo non revocat, saltem cohibeat severitas Ecclesiasticæ disciplinæ: Vobis omnibus & singulis districte præcipimus & mandamus, quatenus dictum nostrum mandatum, quod Nos præsentibus innovamus, in omni sua forma & singulis suis capitulis, non obstantibus juramentis prædictis & renunciationibus ante ipsum factis, quos propter detrimentum divino cultui inde verisimiliter subsecuturum decernimus non valere, sine fraude aliqua firmiter observetis. Alioqui contrarium facientes, vel fieri procurantes directe vel indirecte, clam vel palam, quovis ad hoc quæsito colore, sex dierum monitione præmissa, a tempore publicationis præsentis nostri mandati, Excommunicationis sententiam (quam in his scriptis prout ex tunc in ipsos ferimus) incurrere volumus ipso facto. Denunciamus insuper & per vos denunciari mandamus excommunicatos eos omnes & singulos, qui Constitutione Suscepti Regiminis, prædicta, contra prohibitionem dicti mandati nostri, postea sunt abusi: Volentes ipsos a vobis de quibus constiterit, in judicialibus & extrajudicialibus, præsertim in divinis officiis, evitari. Datum anno Domini M. CCC. XXXIX.

XCIV.

Ejusdem Statutum von der Brüderschafft St. Petri, und wie die Einrichtung derselbigen zu verstehen, de Anno 1339

WAlramus, Dei gratia sanctæ Colonienſis. Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Dilectis in Christo Abbatibus Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis &c. Etsi promotio tam magnifici operis fabricæ Ecclesiæ Majoris Colonienſis, præcipue Nobis, qui speciali vinculo illi jungimur, ex Christi fidelibus cunctis debeat in pietatis visceribus insistere, decet tamen & est debitum, ut vigeat discretio, sic quod illud (forsan illa) non effugiat judicium rationis, ne, dum hujusmodi Fabricam promovisse putemur, succrescat dispendium, aut alia illicita compensatio pro favore hujusmodi inconvenientiis admixta. Dudum siquidem nonnulli prædecessores nostri & Nos ipsi, ad promovendam felicem consumationem structuræ dictæ Fabricæ multum laudabilem, & non modicum sumptuosam corda gerentes ardentia, indulsimus & concessimus, ut utriusque sexus homines, qui fraternitatem ejusdem Ecclesiæ Nostræ receperint, & pensionem annuam promissam & exinde debitam devote persolverint, si authoritate statutorum Ecclesiæ nostræ Provincialium, aut Synodalium, vel nostra ordinaria quacunque, vel officialis nostri, vel Archidiaconorum nostrorum, vel Decanorum, aut aliorum quorumcunque nostræ Jurisdictionis Ecclesiæ fuerint interdictæ, ipsosque fratres,

tres, ſeu eorum liberos infirmari vel mori contigerit, (dummodo non fuerint uſurarii manifeſti, vel excommunicati, aut interdicti) injungantur: & ſi deceſſerint, corpora defunctorum tradantur Eccleſiaſticæ ſepulturæ: quibus Exequiis & Miſſis fideles Chriſtiani poterunt intereſſe, ſi voluerint, non obſtante hujusmodi interdicto: quod Interdictum, ſeu quæ Interdicta, quoad unctionem & ad ipſum diem ſepulturæ & Exequiarum, duximus relaxandum, non ergo ad alia: Interdictis tamen hujusmodi, lapſis diebus Exequiarum prædictarum in ſuo robore ulterius duraturis. Et poſtmodum ad ambitioſam & importunam quorundam inſtantiam, per quam multoties non concedenda conceduntur, præmiſſis indulgentiis noſtram declarationem ſubjunximus, (iſtud inter Walramica non exſtat) videlicet quod etiam hi ad curſum vitæ ſuæ penſionem annuam non darent, ſed cum potuerint largiuntur & aſſcribi faciunt ad fraternitatem prædictam, quod a die largitionis & oblationis usque ad annum gaudere debent omnibus & ſingulis libertatibus, privilegiis, & gratiis fabricæ ſupradictæ: ſic tamen, quod ſi anno revoluto hoc non facerent, ab hujusmodi libertatis gratia forent excluſi: nihilominus tamen quocunque poſtmodum tempore aſſcribi poſſent, & gaudere libertatibus antedictis. Verum quia experientia didicimus, quod per declarationem noſtram hujusmodi ſibi quidam, contra tamen intentionem noſtram, quandam occaſionem, quanvis fatuam, aſſumpſerunt, qua ipſi & nonnulli infirmi, qui tum eſſent ſani, de hoc minime curaverunt pro ſola gloria humana & vivorum ſolatio Exequiarum poſt mortem ſolennia affectantes, ſe ad dictam Fraternitatem & Privilegia ejusdem pro uno denario vel duobus fecerunt recipi & aſſcribi, unde in aliquibus partibus noſtræ diœceſis (ubi magis contra libertatem Cleri invaluit audacia perverſorum) raro contingebat, quin tempore generalis interdicti, Miſſarum ſolennia pro ſepulturis hujusmodi ſecundum prædicta privilegia haberentur: propter quod ibidem diſſolveretur (diſſolvitur) pariter & vileſceret (vileſcit) nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & libertas Eccleſiæ deſtruitur, pro qua, dicta interdicta ſunt provide adinventa. Læſores enim illius, per hoc contra Clerum eo licentius animati, non quærunt ſatisfacere, nec curant populares & eorum domini inſurgere contra ipſos: Dehoneſtatur etiam honor Fabricæ, cujus tanta Privilegia paſſim ab omnibus comparari poſſe pro tam vili precio publicantur: & ſi inde dictæ Fabricæ, ſecundum quorundam opinionem, aliquod emolumentum quomodolibet eveniret (quod tamen credere non valemus, cum res minori taxatæ precio, ut frequentius refutentur, quæ pro juſto vel majori avidius peterentur) non eſt talis tamen cum tantis inconvenientiis compenſatio admittenda. Nos igitur crebris ſuper his Cleri in dictis partibus miſerabiliter afflicti lamentationibus excitati, præfatam declarationem noſtram, tanquam per importunitatem obtentam, & quæ tracta eſt contra intentionem noſtram, notorium in abuſum cum omni ſuo effectu præſentibus revocamus, & de conſilio & conſenſu Capituli & Prælatorum noſtrorum declaramus & ſtatuimus, quod hi duntaxat, qui ſe in fratres dictæ Fraternitatis faciunt recipi & aſſcribi, ſani vel infirmi, pro annua penſione ad minus unius Somborini bladi menſuræ Colonienſis, aut pro ſex ſolidis Colonienſis pagamenti, ſingulis annis ad dies vitæ eorum præſtandis & ſolvendis, & de hoc ſufficienter, ſecundum conſuetudines & exigentias locorum, ubi talia fiunt, cavetur, ita quod hoc firmum ſit, nec de eo poſſit poſtea quæſtio ſeu dubitatio ſuſcitari, gaudebunt pro ſe & ſuis liberis ſecundum indulgentias noſtras & prædeceſſorum noſtrorum prædictorum, quo ad dictam inunctionem & diem Eccleſiaſticæ ſepulturæ cum Miſſa pro defunctis, in forma qua ſuperius eſt expreſſum. Quod ſic duximus declarandum: Gaudebunt quoad diem, id eſt, ſpacium Dei, quo præmiſſa ſine fraude poſſunt commode expediri: & quoad hoc, & non quoad totam diem, interdicta hujusmodi tantummodo relaxamus. Non eſt tamen intentionis noſtræ, quin præter indulgentiam hujusmodi inunctionis, Miſſæ & ſepulturæ tempore interdicti, Chriſto devoti fraternitatem prædictam, pro minori, de quo eis Deus inſpiraverit, poſſent habere, ac fratres ejusdem fraternitatis appellari & participare in Miſſis, orationibus, jejuniis, vigiliis, caſtigationibus, & aliis operibus charitatis, quæ ob dictam fraternitatem & ut fratres illius eorum participes ſint, fuiſſe dinoſcuntur hactenus inſtituta. Summo itaque opere caveatis, ne in his quæ pro tutela libertatis veſtræ duximus ordinanda, inveniamini in aliquo transgreſſores, ita quod de cætero nullum fratrem dictæ fraternitatis, in indulgentia Unctionis, Sepulturæ & Miſſæ prædictarum participem habeatis, niſi tantum dederit, & de hoc etiam ſufficienter caverit: de quo tamen vobis, qui Curati illius fueritis, plene conſtat, quantum, & ſicut ſuperius eſt taxatum & ſtatutum. Alias contra vos, tanquam transgreſſores Interdictorum & Prophanatores divinorum, ad officiorum veſtrorum privationem & alias pœnas canonicas, quantum de jure poteritis, arctius procedemus. Datum ut ſupra.

XCV.

XCV.

Ejusdem Moderation des Statuti, daß die Gnaden-Jahre nicht über eine Zeit von 3. Jahren zu extendiren, und was dem mehr anhängig, de Anno 1344.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Dilectis ſibi Præpoſitis, Decanis Eccleſiarum Collegiatarum, nec non Collegiis, Decanis Chriſtianitatum, Plebanis & eorum vices gerentibus ac univerſis Clericis noſtrarum Civitatis & Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam novis morbis ſupervenientibus, convenit nova antidota præparari, dudum quidem quoddam mandatum edidimus & ſub anno Domini milleſimo, trecenteſimo, trigeſimo octavo in noſtra generali Synodo tunc celebrata fecimus ſolenniter publicari, per quod volentes in annis Expectantiarum Eccleſiis noſtrarum Civitatis & Diœceſis, de Privilegio conſuetudine vel ſtatuto competentibus pro Fabrica vel defuncto, moti quibusdam rationibus Juri & Æquitati (ut videbatur) conſonis, ipſas Eccleſias ad conformitatem reducere cum noſtra Eccleſia Cathedrali, revocatis & annullatis penitus illis expectantiis, quas poſt factas permutationes ſibi aliquæ Eccleſiæ vendicabant, annos hujusmodi Expectantiarum in Eccleſiis illis quæ plures habebant, duximus ſub triennio limitandos. Verum quia tandem diverſarum Eccleſiarum querelis frequentius excitati didicimus, & etiam experientia facti percepimus, quod nonnullæ Eccleſiæ ex limitatione prædicta in eorum fabrica & ornamentis Eccleſiæ, ad quorum uſus fructus annorum Expectantiarum prædictarum convertebant, & convertere tenebantur, ſenſerunt notabile detrimentum: Nos igitur cupientes dictam limitationem & mandatum propter eam factam (factum) taliter moderari, quod non reddatur Eccleſiis in hujusmodi uſibus nimium præjudiciale, nec etiam expectantibus nimis grave, de conſenſu Capituli Eccleſiæ noſtræ Colonienſis ita duximus ſtatuendum, quod Eccleſiæ noſtrarum Civitatis & Diœceſis, quæ prius ante mandatum noſtrum prædictum, habeant quatuor annos, ſicuti illos prius habuerunt, pro defuncto & fabrica de cætero obtinebunt.

De conjungendis temporibus, & Expectantiis in utilitatem Eccleſiæ convertendis.

Sic tamen, quod ſi Expectans, fructus hujusmodi præbendæ aliquo tempore expectaverit, & poſteà tacite vel expreſſe ceſſerit, vel deceſſerit, primæ & ultimæ expectantiæ conjungantur, & conjunctæ ſimul, numerum dicti quadriennii non tranſcendant. Eccleſiis etiam quæ poſt permutationes habebant ante dictam limitationem, duorum annorum, aut plurium expectantias, reſtituimus ſolummodo duos annos, ſic quod iſtorum duorum annorum fructus non debebunt Eccleſiarum duntaxat fideliter convertere pro fabrica vel ornatu.

Quod permutans, poteſt redimere duos annos pro tribus libris groſſorum monetæ Domini Colonienſis.

Statuimus tamen, quod ſi ipſi permutantes non voluerint fructus hujusmodi duorum annorum, in qualibet Eccleſia pro tribus Libris groſſorum Turonenſis monetæ noſtræ, aut valore eorundem, aut unius Anni pro XXX. ſolidis ejusdem monetæ, quem elegerint redimendum; redimere poterunt, & hujusmodi redemptione facta, ſtatim intrabunt plenam perceptionem & participationem fructuum præbendarum ſuarum & quotidianarum Diſtributionem, aliarumque obventionum, proventuum, jurium & reddituum ipſarum Eccleſiarum pro duobus vel uno anno, ſecundum quod redemptio proceſſerit, ſicuti facerent, ſi ſibi horum annorum expectantia non obſtaret. Et prædicta pecunia debet tantummodo converti pro ornatu Eccleſiæ, aut ad uſus Fabricæ, ut præfertur. Per præmiſſa autem illis Eccleſiis, quæ ante præfatæ noſtræ limitationis mandatum, poſt alicujus canonici ceſſum tacitum vel expreſſum, aut deceſſum Expectantiarum quatuor, aut poſt permutationes duos annos antea legitime & canonice non habebant, nihil novi cenſebitur attributum: ſed mandabunt in ſuis conſuetudinibus, Privilegiis & ſtatutis, quo ad numerum ac alia, eo vigore & firmitate, ſicuti ea ante revocationem hujusmodi habuerunt. Porro quod ad præfatam noſtram moderationem pertinet, dictum noſtræ limitationis mandatum, pœnasque & ſententias in ipſo latas & expreſſas cum omni ſuo effectu præſentibus revocamus & penitus annullamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo capituli noſtri prædicti, præſentibus eſt appenſum. Et nos capitulum Eccleſiæ Colonienſis in ſignum conſenſus noſtri prædicti & teſtimonium præmiſſorum, ſigillum noſtrum duximus appendendum. Datum Anno Domini 1344. feria ſexta poſt feſtum S. Andreæ Apoſtoli.

XCVI.

Des Röm. Königs Caroli IV. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln, de Anno 1346.

CArolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c. Univerſis hanc Noſtræ Celſitudinis paginam inſpecturis ad perpetuam rei memoriam. Dum gratiam privilegiorum, libertatum, largitionum & beneficiorum à retroactis dudum temporibus Eccleſiæ Colonienſi Divorum Principum, Regum Romanorum, Noſtrorum Prædeceſſorum munificiis impenſorum, ac devotorum obſequiorum ab Archiepiſcopis Colonienſibus nonnullis, Prædeceſſoribus Noſtris, ac Imperio & regno e contra utiliter exhibitorum pietate Regia recordamur, attentis nihilominus Walrami, Colonienſis Archiepiſcopi, Principis Noſtri dilecti, devoto, fideli & ultroneo in Noſtra ad ipſum Romanum Regnum exaltatione, & Coronæ ac Unctionis Regiæ aſſecutione obſequio, & labore exhibitis & impenſis, liberaliter his diebus ad ea, quæ ejusdem Archiepiſcopi devota & rationabilis ſupplicatio a Noſtra ſerenitate deſiderat impetrare, ſi ipſorum Prædeceſſorum Noſtrorum veſtigiis volumus inhærere, arbitramur ſibi nequaquam a Noſtra Regali excellentia deneganda; Ad ipſius itaque ſupplicationem, & ſuæ intuitu Eccleſiæ, Vectigalia, ſeu telonia in ſuis Oppidis, Andenaco, Bonna, Nuſſia, Bercka, olim per Noſtros Prædeceſſores ſuper Rheni alveo conceſſa & donata Archiepiſcopis pro tempore exiſtentibus, & in quorum poſſeſſione plures ipſius Archiepiſcopi Prædeceſſores, & ipſe nunc Archiepiſcopus fuerunt, & eſt, ſicut idem Archiepiſcopus ea in præſentiarum tenet & poſſidet, eidem Archiepiſcopo ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum, & ex certa ſcientia Noſtra, auctoritate Regia, confirmamus; & de uberiori Noſtræ munificentiæ gratia ad cautelam eadem vectigalia, ſeu telonia ab eodem Archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus, & a ſua Eccleſia poſſidenda, & perpetuò tenenda ipſi Archiepiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus, & Eccleſiæ ſuæ Colonienſi conferimus & donamus, & quod ipſa & eorum ſingula, ſeu aliquod, aut aliqua ex eis communiter ſimul aut ſucceſſivè idem Archiepiſcopus, & ſui ſucceſſores, & quilibet eorum in eo valore, quo ſunt, & erunt in poſterum & alia loca inter prædictum Andernacum & Reyß Oppida ſita incluſivè transferre & transponere, & aliquando ab eis locis ad quæ translata, ſeu poſita fuerunt ipſa vectigalia, ſeu telonia, ad aliquod, ſeu aliqua ex eis ad priſtina loca, ſeu alia Communia ſimul & ſucceſſivè transferre & ponere poſſint liberè ubicunque & quotieſcunque voluerint, ad ipſorum Archiepiſcopi & ſuorum Succeſſorum, & eorum cujuslibet beneplacitum eidem Archiepiſcopo, ſuis impoſterum ſucceſſoribus, ſuæque Eccleſiæ liberè & irrevocabiliter indulgemus. Item promittimus, quod Nos in uſus noſtros proprios, ſeu Imperii, ſive regni per Noſtros Telonarios non recipiemus, vel pro Nobis recipi faciemus, & ne quisquam, cujuscunque dignitatis, poteſtatis, conditionis & ſtatus exiſtat, Regali Noſtra, ſeu cujuscunque alterius auctoritate, ſeu Licentia inter prædictos prædictorum oppidorum fines præter ea vectigalia, ſeu telonia, quæ Noſtrorum auctoritate prædeceſſorum poſita inter eosdem terminos jam apparent, nova vectigalia, ſeu telonia in Rivis, & in terris ponere, aut exercere de cætero audeat de quibuscunque rebus, bonis, aut mercationibus penitus interdicimus, quinimò de Noſtra mera & libera voluntate motu proprio promittimus, Nos contra hoc quicquam per Nos Contrarium non facturos, nec cuicunque noſtro ſubjecto ſuper ponendis, ſeu recipiendis novis vectigalibus, ſeu teloniis, uno, vel pluribus intra terminos prædictorum oppidorum jam dictos, niſi prout eſt jam dictum auctoritatem, poteſtatem, Licentiam, ſeu convenientiam ſub quocunque colore aliqualiter concedemus, aut alias permittemus, imo contrarium præſumentes prohibere, & ipſi Archiepiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus, dum quosque ab hoc arctare & prohibere voluerint, ſi ſuper hoc ab ipſo Archiepiſcopo & ſuorum ſucceſſorum aliquo fuerimus requiſiti Noſtræ poteſtatis Regiæ adjutorium ſtudebimus & debebimus adhibere; Et cum præfatus Archiepiſcopus & ſui prædeceſſores cudendi monetam in Civitate Colonienſi poteſtatem a ſacro Romano Imperio habuerunt ab antiquo, ac intra ipſorum Civitatis, & Diœceſis territorium ac Colonienſis Eccleſiæ terras præter Archiepiſcopos Colonienſes pro tempore exiſtentes nulli niſi forte pauciſſimi Imperiali ſuper hoc muniti privilegio monetam cudere non poterant, nec debebant, univerſis & ſingulis cujuscunque dignitatis, ſtatus, & conditionis exiſtant, auctoritate Regia prohibemus, ne intra civitatem, & Diœceſin Colonienſem & Colonienſis Eccleſiæ terminos, niſi ſuper hoc aliquo Regali, aut Imperiali privilegio ſint muniti, monetam aliquam cudere, ſeu cudi facere audeant, ſeu præſumant, contrarium facientes eo ipſo Banno Regio

gio decernimus ſubjacere, ſalvis pœnis, quibus Imperiales Leges, & antiquæ conſuetudines laudabiles monetarum falſarios puniendos decreverunt, taliter delinquentibus infligendis, ipſi etiam Archiepiſcopo, ſuisque Succeſſoribus cudendi, ſeu cudi faciendi monetam, ſeu monetas, unam vel plures ſimiles, ſeu diverſas, æquales, vel inæquales ſub quacunque figura & pondere, figuris ſeu ponderibus de auro, vel argento puro, vel cum cupro commixtas, dum tamen Legalem modum ſecundum valorem debitum alios non excedunt in quocunque loco, ſeu locis ſuorum territoriorum ſimul & ſucceſſivè, ſemel, vel pluries, quoties & quandocunque ipſe & ſucceſſores ſui voluerint auctoritate Regia concedimus poteſtatem. Item ne ipſius Archiepiſcopi ſubditi, ſivè ſit nobilis, ſivè miniſterialis, aut caſtrenſis, aut cujuscunque alterius conditionis, Noſtra aut Judicum Curiæ Noſtræ, aut aliorum a Majeſtate Noſtra Regia delegatorum literarum, aut mandatorum quorumcunque auctoritate, in quibuscunque cauſis criminalibus, aut civilibus criminaliter, aut civiliter movendis ad judicium, ſeu duellum de cætero valeant evocari, & de ipſis ipſius Archiepiſcopi ſubditis conquerentibus teneantur aliqualiter reſpondere, & ſi hujusmodi ſubditi taliter fuerint evocati, quod ad Archiepiſcopi Colon. pro tempore exiſtentis examen absque difficultate qualibet remittentur præfatos ſubditos duximus conſveta Noſtra Clementia privilegiandos, & ſpecialiter eximendos, niſi eo duntaxat caſu, ſcilicet ſi conquerentes contra ipſius Archiepiſcopi ſubditos taliter evocatos proponant & doceant evidenter, ipſis conquerentibus præfatum Archiepiſcopum, aut ejus pro tempore ſucceſſorem, ut contra ipſos ſubditos taliter evocatos ſibi juſtitia per ipſum Archiepiſcopum, aut ejus ſucceſſorem pro tempore exiſtentem fieret loco, tempore, & modo debitis interpellatum, facere juſtitiam denegaſſe, in quo caſu ipſius Archiepiſcopi ſubditi taliter evocati, coram Nobis, Noſtra curia, & aliis auctoritate Noſtra conſtitutis Judicibus tenebuntur ipſis conquerentibus reſpondere; Item quod idem Archiepiſcopus Colonienſis, & ſui ſucceſſores pro Eccleſia ſua prædicta ſibi comparare & conquirere poſſint quocunque titulo legitimo caſtra, oppida, munitiones, terras, dominia, & poſſeſſiones & bona cujuscunque conditionis exiſtant, absque Noſtra & ſucceſſorum Noſtrorum requiſitione, Noſtraque & eorundem ſucceſſorum Noſtrorum Licentia minime petita, ſeu obtenta, non obſtante ſi talia, aut aliqua ex talibus comparatis, ſeu conquiſitis a regno, vel imperio feuda, ſeu alias ab ipſis dependentia immediatè, ſeu mediatè moveantur, in quo tamen caſu Archiepiſcopus, qui pro tempore fuerit, dum bona ejusmodi ſic comparata, ſeu conquiſita fuerint, Nobis aut ſucceſſori Noſtro pro tempore exiſtenti ea, quæ circa hæc acta fuerint intimare curabit, bona hujusmodi ſic comparata, ſeu conquiſita a Nobis, vel Succeſſore Noſtro cum aliis bonis feudalibus ab Imperio, vel regno dependentibus in feudum recepturus, auctoritate eadem Regia indulgemus; Item conceſſiones & donationes Judæorum intra Civitatem, & Diœceſin Colonienſem conſiſtentium, & qui in eadem Civitate, & Diœceſi de cætero moram trahent a nonnullis prædeceſſoribus Noſtris ipſius Archiepiſcopi Prædeceſſoribus & Eccleſiæ Colonienſi factas & confirmatas auctoritate eadem regali ex certa Noſtra ſcientia confirmamus; Item conceſſiones, donationes, infeudationes, & gratias quascunque de Oppido Tremonienſ. cum territorio ſuo, & diſtrictu & Comitatu, qui vulgariter dicitur Freygraffſchafft, nec non judæis & cum jurisdictione temporali Juribus, pertinentiis, & attinentiis, & acceſſionibus dicti Oppidi univerſis, nec non redditibus, fructibus, & proventibus & obventionibus in eodem Oppido, territorio, & diſtrictu ad regnum & Imperium pertinentibus ſimiliter de advocatia Aſſindienſi cum omnibus ſuis juribus & fructibus, proventionibus, & utilitatibus ex prædictis bonis proventuris per Prædeceſſores Noſtros Reges, ſeu Imperatores Romanos, Archiepiſcopis & Eccleſiæ Colon. quomodolibet factas, ratas, & gratas habentes, ipſas auctoritate Regia approbamus, ratificamus & confirmamus, & de uberiori gratiæ dono præſentibus innovamus, Præterea omnes, & ſingulas gratias, privilegia, conceſſiones, donationes & libertates ac exemptiones Archiepiſcopis, & Eccleſiæ Colonienſi, Eccleſiis, Monaſteriis, & Eccleſiaſticis perſonis, nec non vaſallis, & ſubditis Eccleſiæ Colonienſis a Regibus vel imperatoribus Romanorum, Noſtris prædeceſſoribus qualitercunque & ſub quacunque forma verborum conceſſa, donata, vel indulta, donatas, conceſſas, vel indultas approbamus, & innovamus, & ex certa ſcientia Noſtra confirmamus, ipſamque Eccleſiam Colonienſem, Eccleſias, & Monaſteria, & Eccleſiaſticas, ſeu ſeculares perſonas ſibi ſubjectas, ſubjecta, nec non Oppida, Caſtra & villas atque territoria loca & diſtrictus, vaſallos, & ſubditos dictæ Eccleſiæ in quibuscunque conceſſionibus, & gratiis, privilegiis & libertatibus eis quomodolibet conceſſis, vel indultis, nec non in ſtatutis & bonis conſuetudinibus ſuis pro ipſis, & apud ipſos hactenus habitis, &

obſervatis manutenebimus, & conſervabimus, & efficiemus inviolabiliter obſervari, & ad hæc omnia, & ſingula integrè obſervanda voluntate libera, & metu proprio Nos præſentibus obligamus, in cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigillo Majeſtatis Noſtræ Regiæ fecimus communiri. Datum Bonnæ Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo ſexto, ſexta Kalend. Septembris, regnorum Noſtrorum anno primo.

XCVII.

Ertz-Biſchoffs Walrami zu Cölln Statutum wider das unzuläßige Wein- und Bier-ſchencken derer Mönche und Nonnen, auch anderer geiſtlichen Perſonen in ſeinem Ertz-Stifft, de Anno 1346.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis in hac præſenti ſacra Synodo congregatis, ſalutem in Domino. Piæ memoriæ Henricus olim Prædeceſſor noſter, Conſtitutioni olim per felicis Record. Clementem Papam quintum ſuper hoc editæ non inconſulte inhærens, ſtatutum contra Clericos tam ſeculares quam religioſos, Tabernariorum officia exercentes, edidit, ipſum præcipiens ſub diverſarum pœnarum exaggeratione Cenſuræ Eccleſiaſticæ, à ſuis ſubditis obſervari: per quod tamen ſtatutum, quenquam à venditione vinorum, ſi qua ei à beneficiis ſuis, ſeu aliunde præter negociationis cauſas derivata fuerint, dummodo hoc ſine dolo nec in fraudem hujus ſtatuti fecerit modis hactenus conſvetis & decentib9, voluit prohibere. Quod etiam ſtatutum ad perſonas fœminarum, ſeu Eccleſiarum ſecularium, ſeu Monaſteriorum duxerat extendendum. Nosque propter hæc, quia ſuper hoc fuerat dubitatum, modos conſuetos & decentes, quibus Clerici & Eccleſiaſticæ perſonæ vina de ſuis Beneficiis, vel aliunde præter negociationis cauſas derivata, poſſent licite venditioni exponere, in quodam noſtro ſtatuto declaravimus explicite in hunc modum: quod ſcilicet horum vinorum venditiones ſine caponum vociferatione & clamore, & quantum in venditoribus eſt, ſine fraude, abſq; demoratione hominum bibentium ea vina intra, vel ante domum ac intra immunitatem, in quibus vina venduntur, fierent, & potare volentibus hæc vina, ne eis ibidem remanendi & demorandi occaſio præbeatur, pocula, ſive amphoræ, ſicut in tabernis publicis laicalibus fieri conſvevit, non commodarentur nec aliqualiter miniſtrarentur: Eos quidem Clericos & Eccleſiaſticas perſonas, qui ſecus venditionem vinorum fecerint, in pœnas dicti ſtatuti in ipſos promulgatas, incidere decernentes. Verum quia percepimus veraciter, quod harum formidine pœnarum, nonnulli Canonici, Clerici & Monachi, nec non Canonicæ & Monaſteriorum fœminæ intra immunitates his ſtatutis contrarium facere, & diverſis modis fraudem circa ea committere non verentur. Quidam enim ex eis, cum vociferatione caponum, & receptione ad domos ſuas potantium, & accommodatione poculorum ſive amphorarum, & abſque omni diſſimulatione, tanquam laici tabernarii: alii autem cum quadam aliquorum ex his modis diſſimulatione, etſi non habeant caupones alta voce vociferantes, diſcurrentes tamen per plateas, & intelligibiliter (licet ſubmiſſe) præconizantes hujusmodi vina eſſe in domibus eorum venalia, conducunt. Sunt etiam quidam ex eis, qui hominibus in his partibus ubi vina creſcunt, ſuas mutuant pecunias ſub ſpe vina, poſtquam ea habuerint, vendendi: aliique vina emunt hujusmodi, & ſic ſe non intelligere fingentes, quod hæc vina ex negociationis cauſa proveniant, ad Ducibulum ea vendunt. Item ſpecialiter aliquorum Monaſteriorum Sanctimoniales aliquæ contra easdem eorundem ſtatutorum prohibitiones, vendere cereviſiam hactenus præſumpſerunt. Sunt etiam aliqui & aliquæ ex præmiſſis, qui & quæ in ſuis domibus alios laicos, aut laicas in his caſibus prohibitis vina vendere admiſerunt. Prælati etiam & Prælatæ perſonarum ſic delinquentium, ad quos & ad quas hac corrigere & non permittere ſpecialiter pertinet, & ſi eas non lateat, nec latere valeat, ſub conniventibus pertranſeunt oculis: nec hoc prohibent, ſed permittunt: immo, quod pejus eſt percepimus ipſos Prælatos & Prælatas aliquos & aliquas, vina & cereviſiam extra modum per eadem ſtatuta interpretatum, venditioni exponere pro ſeipſis: & ſic his & aliis modis diverſis prohibitis & indecentibus, contra ſtatuta hujusmodi hactenus multipliciter eſt exceſſum. Et ſicut ab aliquibus fide dignis audivimus, quia ſuper his, dum in eorundem ſtatutorum pœnas perſonæ ſic delinquentes incidunt manifeſtè, per officialem noſtrum ab his faciliter abſolvuntur, facilitas hujusmodi veniæ ipſis materiam tribuit delinquendi. Nos igitur volentes his, quantum poſſumus, adhibere remedium oportunum, in hac ſacra Synodo monemus omnes & ſingulos Prælatos & Prælatas, ad quos & ad quas perſonarum ſic delinquentium pertinet correctio de conſuetudine, ſeu de jure, ut dum per aliquos ſeu aliquas ſuos ſubditos & ſubditas circa præmiſſa ſtatuta & eorum interpretationem, ſicut ſupra poſita ſunt, delinquere intellexerint, eos ſecundum ſuæ Eccleſiæ & Monaſterii hujusmodi, quantum in eis eſt, corrigere conſvetudinem non omittant, & nihilominus officiali noſtro, quam cito ſciverint, intiment ſeu faciant intimari. Item omnes & ſingulos & ſingulas perſonas Eccleſiarum & Monaſteriorum noſtræ civitatis & Diœceſis, maſculos & fœminas, cujuscunque dignitatis & ſtatus, ne in præmiſſis aut aliquo præmiſſorum excedant ſeu fraudem faciant, monemus per præſentes, monitione termini ſex dierum præmiſſa, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio & peremptorio termino ipſis, & cuilibet eorum aſſignamus. Alioqui ipſos & ipſas Prælatos & Prælatas, ac perſonas ſic delinquentes, aut fraudem committentes in præmiſſis, aut aliquo eorum, Excommunicationis ſententiæ, quam in quemlibet eorum ex nunc, prout ex tunc ferimus, ſubdimus in his ſcriptis. Et ne in venditione vini & cereviſiæ ejusque modis delinquentibus ſeu fraudem facientibus, impetrandæ abſolutionis, ab hac excommunicationis ſententia facilitas, cauſam, ſeu occaſionem tribuat libentius delinquendi: volumus quod de cætero taliter delinquentes, ſeu fraudem committentes, ab hujusmodi Excommunicationis ſententia nullatenus abſolvantur, niſi ante omnia jurent ſtare mandatis Eccleſiæ, & idem Officialis ſeu alius aut alii quicunque ſuper hoc à Nobis habentes poteſtatem abſolvendi, ipſis in virtute juramenti præſtiti injungant, quod de cætero talia qualia commiſerunt & ſimilia, facere non attentent: & quod quicquid emolumenti, quod ex his venditionibus habent, ſeu habere ſe ſperant, ſub virtute hujusmodi juramenti plane & plene abſolventi revelent, & tantum, ad quantum hoc emolumentum ſe extendit, in pœnam hujus peccati commiſſi ſigillifero noſtræ Curiæ, noſtro nomine aſſignent cum effectu, ut in eo in quo exceſſerunt, puniantur, & his perfectis, demum abſolvantur: alias autem abſolvendi eosdem, quam per iſtum modum, ipſi noſtro officiali totalem adimimus poteſtatem. Verum quia contentis in his literis fœminæ, propter ſui fragiliratem, non poſſunt (ſicut Viri) applicare ita de facili intellectum, ut nulla horum ignorantia ſe valeant excuſare, univerſis & ſingulis Eccleſiarum Parochialium rectoribus, præſertim civitatis noſtræ Colonienſis, in quorum Parochiis Eccleſiæ Canonicarum Regularium & Monaſteria Sanctimonialium ſita ſunt, mandamus ſub pœna Excommunicationis, quam monitione ſex dierum præmiſſa, in quemlibet eorum huic mandato non obedientiam, ferimus in his ſcriptis, quatenus quilibet ipſorum, hujus noſtri mandati de verbo ad verbum copiam recipiat, & Monaſteriis & Eccleſiis præfatis, prout eis ſubſunt, plene & plane ejus intentionem exponant, ne ejus ignorantiam prætendere valeant ullo modo. Datum Anno Domini 1346. feria ſexta poſt Remigii confeſſoris.

XCVIII.

Ejusdem Statutum wider alle diejenigen Perſonen welche in ſeinem Ertz-Stifft, bey einem General-Interdict, allerhand Betrug, zu deſſen Nachtheil, mit unterlauffen laſſen, de Anno 1348.

WAlramus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius, univerſis Prælatis, Canonicis, Eccleſiarum Rectoribus, Clericis, Capellanis noſtræ civitatis & Diœceſis, ſalutem in Domino. Quia nobis à fide dignis veridicè eſt relatum, qualiter nonnulli Presbyteri & Eccleſiarum Rectores, naturam Interdicti, maxime generalis, forſan negligenter ignorantes, alii vero fraudulenter circa ipſius obſervantiam verſantes, ut infra narratur, peccant multipliciter & delinquunt:

Imprimis, quia quidam Presbyteri quibusdam volentibus intrare Eccleſiam, præſentibus legunt Miſſam uſque ad peractam communionem excluſis, & demum poſt communionem peractam admiſſis, Oſculum pacis communicant, & Miſſæ benedictionem. Item aliqui in aliquibus Eccleſiis unum interſtitium de aſſeribus inter locum Altaris & totam reſiduam Eccleſiæ partem, circa altare dimiſſo modico ſpatio, interponunt: populum ibidem extra hoc interſtitium, dum Miſſas dicunt, eſſe permittunt, ita quod totam Miſſam populus auſcultare intelligibiliter poterit & audire. Item quod Die9 Dominicis & feſtivis aliqui Presbyteri induti ſacris veſtibus, coram populo Miſſæ legunt officium, ſine tunc Sacramenti confectione, oſtendentes tamen ipſis hoſtiam antea alio tempore conſecratam, dantque Pacis Oſculum & Miſſæ benedictionem præſentibus univerſis. Item quidam Presbyteri laicos aliunde advenientes paſſim admittere ad intereſſendum ſolenniis non verentur. Item in Feſtis quatuor principalibus, in

quibus jura permittunt campanas pulsari, & januis apertis divina officia solenniter celebrari, excommunicatis prorsus exclusis, nonnulli Presbyteri Excommunicatis & interdictis corpus dominicum administrant. Item Presbyteri, qui præsunt in castris Capellani, aut Capellarum Rectores, sub quo fraudis commento recipiunt notabiles personas, immo & quandoque dominas ad serviendum sibi in Missis, ut sub hujusmodi velamento personæ hujusmodi Missis valeant interesse. Cum itaque his & pluribus aliis circa observationem Interdictorum Ecclesiasticorum, maxime generalium, (quarum tamen pœnarum usus ad conservationem Jurium & libertatum Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum, propter & contra impressiones & violentias potentiæ Laicorum Clericis oppido infestorum, ut plurimum in nostra Diœcesi est inventus) personæ Ecclesiasticæ, puta Presbyteri & Ecclesiarum Rectores contra propria laborantes commoda, & quorum magis interest, ut hujusmodi interdicta absque læsione aliqua integrè observentur, agant plerumque adeo negligenter, immo etiam fraudulenter quod inde violentiarum & injuriarum, quæ continue Ecclesiis & personis Ecclesiasticis graviter irrogatur, repressio sperabatur, quasi quædam defensio sequitur in effectu. Quo circa vos omnes, & singulos, sub obtestatione divini Judicii, hortamur, vobis & cuilibet vestrum in virtute sanctæ obedientiæ mandantes, quatenus ab omnibus his & singulis negligentiis & fraudibus & similibus penitus abstinentes, dum incumbit vobis aut alicui vestrum Interdictum observandum aliquod, maxime generale, pure & absque omni simulatione curetis omni modo observare, Ecclesiis scilicet vestris eo tempore, dum officia celebrari debebunt divina, circumcirca penitus obseratis, ac omnibus & singulis Clericis & Laicis incolis seu extraneis quibuscunque exclusis, præter eos, quos jus interesse permittit: sic, quod dum divina voce submissa officia in vestris peraguntur Ecclesiis, ab extra Ecclesiam existentibus audiri nequeunt nec videri. Alioqui, monitione novem dierum præmissa, contrarium facientes, negligentiam scilicet ac fraudem (quominus hujusmodi observetur interdictum in sua debita forma effectualiter, sicut debet) quomodoliber committentes, præter alias pœnas à Jure statutas, sciant se excommunicationis sententiam, quam in eorum quemlibet in his scripta ferimus, incursuros. Per clausuram autem Ecclesiarum interdictarum, tempore celebrationis divinorum, in ipsis faciendorum, superius per Nos expressam, tollere nequaquam intendimus, quin si aliqua Ecclesia capacitatis magnæ, habens forlàn Sacristiam, seu locum sufficienter capacem, pro divinis celebrandis officiis aptum & parietem adeo spissum, à cæteris Ecclesiæ partibus ita notabiliter separatum, quod manifeste appareret, voces ipsa divina officia celebrantium, ab his, qui in Ecclesia, extra tamen hujusmodi Sacristiam vel locum forent, nequaquam posse auscultari aliqualiter, seu audiri, ut exclusis omnibus & singulis de jure excludendis, præsertim si Ecclesia talis fuerit, in qua populus singulari affectione ad orandum est solitus convenire, ne Christi fideles in tali orandi devotione contingat aliquo modo impediri, in tali Sacristia, seu loco tempore interdicti, absque ejus injuria possint divina officia licite celebrari. Datum anno Domini 1348. die antepenultima mensis Septembris.

XCIX.

Ejusdem Mandatum, daß die Ordens-Personen in seinem Ertz-Stifft, die von ihnen vorgewandte Päbstliche Freyheit, daß sie zur Zeit eines General-Interdicts gewisse Layen, unter dem Prætext, daß sie ihre Procuratores wären, zum Gottesdienst admittiren dörfften, vor innenbenannten Commissariis documentiren solten, de A. 1348.

WAlramus, Dei gratia sanctæ Ecclesiæ Colonienſis Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, dilectis in Christo Prælatis, Canonicis Ecclesiarum, Christianitatum Decanis, Ecclesiarum curatarum Rectoribus, Capellanis, Clericis nostræ Civitatis & Diœcesis, salutem in Domino.

Ad Nos pervenit, quod quidam religiosi, domos claustrales in nostra Civitate & Diœcesi in quibusdam locis habentes, his temporibus quibus in illis locis generale Interdictum oportuerat observari, & hoc interdictum Matrice hujusmodi loci Ecclesia observante, ipsi Religiosi, de majoribus hujus loci multos homines, immo longe & in excessivo numero plures, quam indigeant, laicos constituunt, & suos nominant Procuratores. Cujus prætextú ipsos sic nominatos procuratores suos secum admittunt Divinis interesse Officiis, asserentes sibi hoc virtute cujusdam privilegii, eis Authoritate Sedis Apostolicæ concessi competere & licere. Verum quia de hoc Nobis nequaquam constat privilegio, nec omnino credimus quod hujusmodi privilegium sub tali forma quod adeo esset juri nostro ordinario, & Ecclesiis & Ecclesiasticis personis Nobis subditis, ac earum libertati præjudiciale, maxime, prout ipsi eo, etiam si haberent, uti dicuntur) à Sede Apostolica sit concessum. Ut itaque circa hoc privilegium de veritate plenius informemur, universos & singulos harum domorum religiosarum, asserentium privilegia hujusmodi se habere, Rectores sivè Prælatos, quocunque censeantur nomine in ipsis nostris Civitate & Diœcesi constitutos requirimus, quatenus per se, seu procuratores suos ad hoc deputatos, compareant coram dilectis Nobis Decano Ecclesiæ Sanctensis, nostræ Diœcesis, & officiali nostro Colonienſi, quibus quo ad hoc, committimus vices Nostras, in domo ipsius officialis, intra hanc diem & festum omnium Sanctorum proxime futurum, quocunque die intra hunc & hujusmodi Festum constitutum seu constitutos, quem, seu quos simul, seu successive duxerint eligendum, seu eligendos, ostensuri in prima sui forma privilegium hujusmodi, ut per ipsos nostros hujusmodi Commissarios videatur & integre legatur, ipsiusque articuli ipsis copia assignetur. Mandamus etiam Vobis Ecclesiarum Parochialium Rectoribus horum locorum nostræ Civitatis & Diœcesis, in quibus dicti Religiosi domos habuerint Conventuales, quatenus inhibeatis omnibus & singulis vestris Parochianis, ne prætextu Nominationis, seu ordinationis hujusmodi procurationis generalis, tempore Interdicti, divinis, etiam in prædictorum Religiosorum domibus, interesse præsumant, quousque ipsi nostri Commissarii super privilegia hujusmodi fuerint (ut continetur superius) informati. Alioqui monitione novem dierum præmissa, in omnes & singulos contrarium facientes, Excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis: Volentes, ut ipsos Excommunicatos in Vestris Ecclesiis publice nuncietis. In his Exequendis unus alium seu alios non expectet: & quod in præmissis feceritis, Nobis per scripturam authenticam rescribatis. Datum anno Domini 1348. die antepenultima mensis Septembris.

C.

Ejusdem Statutum wider diejenigen, welche sich ungebetener Weise in die Capitular-Convente und Tractaten eindringen, de Anno 1348.

WAlramus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Dilectis in Christo Abbatibus, Præpositis, Decanis, Capitulis, ac Personis Capitulorum singularibus Ecclesiarum Collegiatarum ac Monasteriorum Civitatis & Diœcesis Colonienſis, salutem in Domino. Olim bonæ memoriæ Henricus Prædecessor noster, quoddam statutum edidit sub hac forma:

Licet canon felic. Record. Clementis Papæ quinti, extra de ætate & qualitate Ordinand. qui incipit: Ut hi &c. inter cœtera statuerit &c. &c. ut supra sub statutis Archiep. Henrici II.

Verum quia hujus statuti salubris intentio in aliquibus Capitulis ita in oblivionem, immo in dissimulationem dicit devenisse, quod etiam non existentes in sacris, passim cum in sacris existentibus, etiamsi à Decano suo & Capitulo minime sint vocati, immo (ut audivimus) contra sui prohibitionem Decani, existentibus in sacris assidere præsumunt, & tractatibus Capitularibus interesse, se in hoc Excommunicationis sententiæ damnabiliter involvendo: & quod adhuc amplius est detestandum, ad talia facienda, ab aliquibus in sacris existentibus ipsi in sacris non existentes aliquando (ut certo didicimus) incitantur: propter quod volentes eorum periculis, quantum possumus, occurrere, præfatum statutum, huic nostro insertum Mandato, de verbo ad verbum, ut deinceps omnibus quorum interest, pateat, in hoc sacro Concilio exabundanti volumus recitari, ipso statuto non eo minus in forma statuti in suo robore valituro. Inhibemus nihilominus in sacris existentibus Decanis, cœterisque Prælatis ac aliis vocem in Capitulis habentibus, ne tales in sacris non existentes, in sacris ad intrandum in tractando considere permittant. Alioqui, qui ex Prælatis & ex sex senioribus in ingressu ad Canonicatus & Præbendas, contrarium fecerint, cum eis tractando, aut ipsos non existentes in sacris, ad intrandum Capitulum, & ad remanendum & tractandum ibidem actus Capitulares, induxerint seu animaverint, seu etiam admiserint, nisi tunc demum, cum (secundum idem statutum) per Decanum & Capitulum vocati fuerint, seu concorditer invitati, monitione novem dierum præmissa, in his scriptis Excommunicationis sententia innodamus. Datum anno Domini 1348. penultima die Septembris.

CI.

CI.

Des Röm. Königs Caroli IV. Revocation aller Privilegien der Stadt Cölln, ſo dem Ertz-Stifft Cölln nur im geringſten nachtheilig ſeyn könten, de Anno 1349.

CArolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, venerabili Walramo, Archiepiſcopo Colonienſi, Principi, & Conſanguineo Noſtro dilecto, gratiam Regiam & omne bonum. Tua & tuorum Prædeceſſorum obſequia devotionis erga Nos, & divorum Imperatorum Romanorum Noſtrorum Prædeceſſorum, & ſacri Imperii Excellentiam exhibita, & experta hactenus meruerunt, quod tuam Colonienſem Eccleſiam divinis quippe inſigniis ſuper multas Eccleſias ſpecialius exornatam diverſarum donationum, largitionum, & privilegiorum Imperialium, & regalium gratiis decorarunt, & Nos in voto geramus, ut Noſtram tua eadem Eccleſia, dum res exegerit, liberalitatis gratiam ſentiat, & effectum; Ea propter quia his diebus devotorum Noſtrorum ſubjectorum Conſulum, Scabinorum majorum, ac univerſitatis Civitatis Colonienſis ſerenitati Noſtræ exhibita ſupplicatio continebat, quatenus & nundinas in Civitate ipſa Colonienſi annuas certis temporibus, prout leges eas admittendas ſtatuerunt, ordinare, & facere valerent perpetuò duraturas, ſub certa forma privilegiorum ab ipſis in ſua ſupplicatione expreſſa gratioſè concedere dignaremur. Nos benigno animo recolentes præfatæ tuæ Eccleſiæ ac tua de hoc ſpecialiter intereſſe, cò quod Tu, & tui Prædeceſſores utile Dominium & ſuperioritatem, auctoritate Imperialium largitionum & conceſſionum hujus Civitatis dinoſceris obtinere, & ab hoc niſi aliquando Noſtra munificentia Regia ad ipſorum Conſulum Scabinorum, majorum, & univerſitatis ſupplicationes hujusmodi, ſeu quascunque alias admittendas inclinare ſe forſan dignaretur, Tibi, & tuæ præfatæ Eccleſiæ in ſuis & tuis juribus, privilegiis, confirmationibus, & conceſſionibus aliquod præjudicium generetur, volumus & auctoritate Noſtra Regia ex certa Noſtra ſcientia motuque proprio ſtatuimus, & Tibi Tuæque Eccleſiæ concedimus, quod per quæcunque privilegia, confirmationes, & conceſſiones ſuper præmiſſa ipſorum Conſulum Scabinorum, majorum, & univerſitatis aut ſuper quacunque alia ab ipſis ſublimitati Noſtræ porrecta, ſeu in antea porrigendis ſupplicationibus aut petitionibus a Nobis ſeu etiam a Noſtris divis Prædeceſſoribus Imperatoribus aut Regibus conceſſis hactenus & a Nobis in antea concedendis ſub quacunque verborum forma generali ſeu ſpeciali, etiamſi in eis continetur ſeu continere contingeret hanc clauſulam, vel ſimilem ſcilicet quod hujusmodi privilegia ſeu confirmationes ipſis conceſſa, ſeu concedenda revocari non poſſint ſeu quod deberent in ſuo robore permanere, niſi de iis fieret expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio ſpecialis, ſeu quæcunque alia clauſula, quæ magis poſſet, & ſpecialius hoc inferre, & per quæ Tuis, & tuæ Eccleſiæ juribus, privilegiis, confirmationibus & conceſſionibus per te, & per tuos Prædeceſſores a Nobis, ſeu a Noſtris Prædeceſſoribus, divis Romanorum Imperatoribus, ſeu Regibus impetratis, ſeu impetrandis poſſit aliquale præjudicium hujusmodi habere, & habere debere penitus roboris ſeu firmitatis, auctoritate Regia ex certa Noſtra ſcientia decernentes hujusmodi jura, privilegia, confirmationes & conceſſiones pro ipſis conſulibus, ſcabinis, Majoribus, & univerſitate qualitercunque & quomodocunque a Nobis ſeu noſtris Prædeceſſoribus Imperatoribus, ſeu Regibus Romanorum impetrata, ſeu impetranda, impetratas, ſeu impetrandas in quibuscunque tuis & tuæ Eccleſiæ juribus & privilegiis & conceſſionibus præfatis poſſent partem, vel totum tollere, aut aliquo infirmare, aut etiam immutare, quantum ad tale præjudicium irrita atque nulla ipſaq; tua & Tuæ Eccleſiæ jura, privilegia & conceſſiones & confirmationes præſentia & futura, præſentes & futuræ, non eo minus poſſint & debeant in ſuo robore perpetuo integrè permanere, non obſtantibus quibuscunque privilegiis, ſub quacunque verborum forma prædictis conſulibus, Scabinis, Majoribus, & univerſitati auctoritate imperiali ſeu Regia conceſſis, ſeu concedendis, aut juribus, ſeu legibus & ſpecialiter imminentibus rei, quæ non eſt, privilegium, & confirmationem concedi non poſſe, & quibuscunque aliis, per quæ effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri. Nulli ergo omninò hominum Noſtræ dictioni Regiæ ſubjectorum horum Noſtræ Majeſtatis Regiæ ſtatuti, privilegii, conceſſionis & decreti hanc paginam infirmare præſumant, aut auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, Noſtræ Regalis Excellentiæ indignationem ſe noverit incurſurum præſentium Noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Bonnæ, anno milleſimo, tricenteſimo, quadrageſimo nono, Indictione ſecunda, ſexta Kalendas Februarii, Regnorum Noſtrorum Anno tertio.

CII.

CII.

Vergleich, welchen Ertz-Biſchoff Wilhelm zu Cölln mit der Stadt Cölln, wegen derer Juden, ſo in der Stadt Cölln bey einem Tumult erſchlagen worden, hinterlaſſener Güter auffgerichtet, de Anno 1350.

WYr Wilhelm, von der Gnaden GOttes Ertz-Biſchoff der Heiligen Kirchen von Cölne, vnd des Heil. Reichs in Italien Ertz-Cantzler ꝛc. Thun kundt allen Leuthen, die dieſen Brieff ſollen leſen, oder hören leſen. Want in der Zeit vnſes Vorfahren Weyland Herrn Walravens Ertz-Biſchoffs zu Cölne, deme GOtt gnedig ſei, all vmb vnd vmb in dem Lande als mehr, als in allen Stätten, Dörperen die Juden, ſo wie Sy geſeſſen währen, von Oplouffe der Gemeinden erſchlagen, vnd todt plieben ſeint, vnd Ihr Gut, vnd Ire Have genohmen, und gewoeſt iſt alſo, als dat all vmb in deme Lande ſcheinbar, vnd Landtkündig iſt, vnd want dergleich auch in der Zeit dat vnſe Vorſchr. Vorfahre verſcheiden was, vnd vns von deme Ertz-Biſchthumb van Cölne verſiene were die Juden die zu Cölne geſeſſen vnd wohnende weren, aldar bei nachtz geleuffe beider der ghienre, die baußen Cölne geſeßen wehren, vnd der ghienre, die niet zu verlieſen en hatten, erſchlagen, vnd todt blieven ſein, Ir Gut vnnd ire Haue mit alſolchen Geleuffe, vnd mit vngeſchichte baußen Willen vnd Zuthuen des Raths, und der gůter Leuthe vnſer Bürgeren van Cölne, die dat vp die Zeit nit woll gekehren enkunden verbrand en gewoeſt, vnnd genohmen iß, vnd want Wir vnd dieſelue Statt, vnd vnſe Bürgere von Cölne vns deß vermoithen vnd verſiene, dat vns, vnd Ine viele ainſprachen vnd Vorderungen davon entſtain ſollen, darahne Wir vnd Sy gheyne ſchulten hauen; So hain Wir vmb des beſten vnd vmb deß Willen, dat Wir vnd die Statt vnd vnſe Bürgere von Cölne Vns ahn beiden ſeithen alſolcher ainſprachen vnd Vorderungen verantworden vnd erwehren mügen, vns mit derſelver Statt vnd vnſen Bürgeren van Cölne, vnd ſy ſich wieder mit vns fründlichen ouertragen, vnd hain ſemetlichen vnd eindrechtlichen vnder einander vürwürde, vnd verbünde gemacht, vnd machen ouermitz dieſen Brieff informiren vnd maniren als hernach folgt: In deme erſten dat Wir ſollen mit Gerichte, vnd mit Vrtheilen an vns bewinnen alle dat gut, eß ſey an gereiden gut, off an Erve, off an barender Haue, dat dieſelve Juden zu Cölne gelaßen haint, es ſey funden, off dat man noch finden mag, off erkrygen, vort want Wir, vnd die vorſchr. Statt vnd vnſe Bürgere van Cölne vns vermoithen, als vorgeſchr. is, dat vns vnd der Statt vnd vnſen Bürgeren vorgeſchr. von Cölne von derſelver Juden wegen vnd van Irem guten, vnd von alſolchen geſchicht, als da gefallen iß, viele ainſprachen verſtain ſollen; So han Wir genohmen vnd gehoren vor vns van unſem Rhade den Edlen man, Johann, Herr zu Saffenberg, vnd Heinrich von Syntzig Herre von Arendale, vnd dieſelve Statt vnd vnſe Bürgere van Cölne vor ſich, von irem Raide Gobelen Juden, vnd Johannen vame horne Scheffen, Ridderen, welche vier ſollen alzeit vnd als dücke, als des noth gepuert ſemetlichen van vnſer beider wegen, off ire Zwene, dat iſt zu verſtain, ein von den vnſeren zwenen, vnd ein van der Statt Rhatmanne, da der viere en geyne noth en wehre, zu tage Ryden, vnſe Rhatmanne in vnſer Koſt vnd der Statt Rhatmanne in ir koſt, als zu verantworten mit Recht off mit mainen, off Wir vnd die Statt van Cölne der mannen eindrechtig werden alle alſolche Vorderungen vnd Ainſprachen der Wir, off die Statt van Cölne ſamentlichen, off ſunderlichen aingeſprochen werden, van denſelben Sachen van den Juden, off van einigen ſachen, die darahne treffen mögen ſonder Argeliſt; vnd were id dat einich der vorſchr. Rhatmann ahn beiden ſeithen affliuich würde, ſo ſollen Wir vnd die vorſchr. Statt vnd vnſe Bürgere van Cölne deme dat von vns zu gebürde, einen andern in deß ſtatt ſetzen binnen acht tagen na deme, dat he iß verſucht würde, in guten trewen ſonder Argeliſt: Were aber Sach, dat yemandt, wer er auch were, nymand außgeſcheiden, deme mit rechte nit genügen en wolte, vnd die vns, vnd die Statt vnd vnſe Bürgere van Cölne ſemetlichen oſſe ſunderlichen vmb derſelue Sachen, off Vorderungen Wille, off die in einiger Weiſen darahn treffen mügen, virlogen wolte ſo hain Wir der vorſchr. Statt vnd vnſen Bürgeren van Cölne gelovefft in guten treuwen, vnd Sy hant vns dergleich wieder gelovefft in guten trewen dat Wir, vnd Sy in alſolchen virlogen zumahl eyn ſollen ſeyn, vnd dat ſemetlichen vnd vngeſcheiden kehren, vnd wehren ſollen mit einer getrewen gantzer Hulffen mit Recht, vnd auch nit der thaidt vnſer ieglich dem anderen, dat is zu verſtain, Wir der Statt, vnd ſy vns wider darzu beiſtain, vnd helpen, wanne und wie dicke dat gefelt, vnd vnſer ieglich dem anderen dat haiſt wider allemallich niemand außgeſcheiden die vns vnd die Statt ſemetlichen, off ſunderlichen

chen kriegen, off erlogen wolten, also auch dat Wir, vnd vnse Fründe vns vyß der Statt van Cöllne vnd wider dairin, vnd dieselbe Statt vnd vnse Bürgere van Cölne vyß alle vnse Lande, Stätten vnd Schlößer, vnd wider darin sich behelpen mügen, so wo, vnd an welchen enden sich dat heischt vnd so wo, vnd wie dücke des noth ist und in alsolchen Orlogen, so wanne und wie dücke des noth gebuert, und wir die Statt von Cölne, off sy vnß des versuchen thoen, sollen wir derselver Statt vnd vnsen Bürgeren van Cöllne, vnd sy vns wider trewlich helffen und beistain, dat selveste dat Wir mögen in reisen in dergleichen kriegen, in besessenen und Entsetzungen mit gebueren mügen, mallich doch von vns vnd vnseren Leuthen, vnd von der Statt vnd vnsen Bürgeren van Cöllne op sein Gewin vnd vff sein Verlüß, vnd ob seine Schaden vnd frommen vnd op seine kost, eß sey mit gezale von Leuthen zu Pferdt, off zu Fueß, als sich dat gebuert off mit der Macht, so wo sich dat heischt, vnd an welchen ende es Noth ist, vnd so wie derjeniger, der die helpen heischt, dat weyhren wilt kleine vff große, off in wat künne manieren; Vort is zwischen vns gefürwart ahn beiden seithen, dat noch Wir buißen die Statt vnd vnse Bürgere von Cöllne noch sey buißen vns sollen noch en muegen, in einichen Oirloge, dair Wir semetlichen einkommen wehren, von den Sachen vurschr. off von einiger Sachen, de deir ahne treffen möchte, so ene, Friede, bestant, off lydinge, so wy mahn die nennen mach, of sall aingegain, mehr Wir vnd die Statt sollen des orloges, dair Wir vnd die Statt von Cöllne also semetlichen einkommen wehren, vngescheiden bey eyn blieven, also lang biß Wir vnd sy des semetlichen entladen werden, sonder arge List, Vort ist gefürwart vnd ouertragen zwischen vns vnd der vorschr. Statt vnd vnseren Bürgeren von Cölne, dat Wir an vns nehmen und allein verantworthen, vnd affdhoin sollen alle die Vorderungen vnd Ansprach, die alle die Pfaffen von Cöllne, die binnen der Statt van Cöllne wohnhafftig, of gesessen seint, semetlichen off sonderliche habent, off haven möchten, ahn of zu vns, of ahn of zu der vorschr. Statt vnd vnsen Bürgeren von Cölne, als von den vorschr. Sachen. Vnd desselven gleichen soll die Statt vnd vnse Bürgere von Cöllne, ahn sich nehmen, vnd allein verandworten vnd affdhoin alle die Forderunge vnd Ahnsprache, die Jre eingesessen Bürger von Cöllen, semetlichen off sonderlichen ahn off zu vns, of ahn off zu derselver Statt hauent, off hauen möchten, als von denselben Sachen und wehre dat Sach, dat der einig, dat is zu verstain die Pfaffen von Cöllen binnen der Statt von Cöllen gesessen vnd wohnhafftig, off auch der ingesessener Bürger von Cöllen vns off die Statt semetlich off sonderlichen, als von diesen Sachen orlogen wölte, so sollen Wir der Statt vnd vnsen Bürgeren van Cöllen, vorschr. vnd die Statt sall vns wider helpen und beistain wider den die vns semetlichen off sonderlichen also orlogen wolte, ihre wehre ein off mehr, wanne vnd wie dücke Wir von der Statt vnd vnsen Bürgeren van Cöllen off sy von vns dat heischen, vnd des trewlichen bei einpleiben, in manieren als vorschr. ist, biß Wir vnd die Statt vnd vnse Bürgere von Cöllne, vorschr. des semetlichen endtigden werden, in alle der Weyß, als hy vor van den helpen geschrieben steht, sonder Arglist; Vort ist zu wissen, want der Statt vnd vnsen Bürgeren van Cöllen vorschr. zu diesen Bürgeren Sachen vnd zu dieser Hülpen gebüyren nüssen große Kost vnd Arbeith, ehe sy der entladen werden, so hain wir, der Statt vnd vnsen Bürgeren von Cöllne vorschr. mit guttem Vorrade, bei Guttdüncken vnd Rathe vnser Maige und Frunde geloefft in guten Trewen vnd geloeuen ouermitz diesem Brieffe, dat Wir dat erste, dat Wir mit Gerichte vnd mit Vrdeilen alsolch gutt, als die Juden die zu Cöllen gesessen vnd wohnhafftig wehren gelaissen haint, ahn vns gewonnen hain, als vorschr. is, geuen sollen und lassen folgen freylichen vnd sonder einich hant widersprächen der Statt vnd vnsen Bürgeren von Cöllen vorge: ouermitz halff all dat gut, dat die vorschr. Juden von Cöllen gelassen haint, dat sonder is, off dat man noch zu einicher Zeit finden off erkriegen kan, es sey Erue offahrende Schulden, off gereidt gut, wat künne dat sy, vnd wa ahne dat gelegen sei, off wie man dat nuehmen, off heischen müge sonder Arglist. Also dat Sy mit deme halffscheid deselven guets, dat Wir in also geven sollen, vnd gegeven hetten dhoin mügen iren freyen Willen, sonder vnse, off yemants anderst Hindernuße, of Widerrede; Vort were Sache, dat ymandten bausen der Statt von Cöllen gesessen, die derselber Statt ingesessen Bürger nit en were, vns mißdain hätte ahn der Schlacht der Juden von Cöllen Bürgeren, off ahn irem Guede, dat hei genohmen hette, dat mügen Wir alleine vorderen ahn denselben außgesessen Leuthen vnd so wat nutz vnd Besserungen Wir dair ahne erkriegen mügen, dat sollen Wir vns alleine behalten, vnd dessen sall die Statt vnd vnsere Bürgere von Cöllen nit zu schaffen hain, noch syen sollen, sich des ycht vnderwinnen. Vort so ergiene Wir Ertz-Bischoff von Cöllen vorg. vnd bekennen dat offenbarlichen, dat wir alle Forde-

Forderungen vnd ansprachen, die Wir in einigen manieren, off zu der Statt vnd vnseren Bürgeren van Cöllen semetlichen off sunderlichen hetten, off hauen möchten, biß op diesen nemelichen Tag von heude off hernachmals hauen möchten von einichen Sachen die ain der Schlacht vnd an deme geschichte, dat an den vorschr. Juden von Cöllen geschiet iß, gescheiden sein mit der Statt, vnd vnsen Bürgeren van Cöllen vorgeschr. vnd sy mit vns ouermitz diese vorgeschr. vorwarden, vnd Verträg. Also dat noch Wir, noch yemant von vnserentwegen aichtermahls sy semetlichen off sunderlichen darumb off vmb einicher Sachen Wille, die dat aintreffende seint, Occasionen off einsprechen en sollen noch en mögen, einicher Weise bovon diese vorschr. vorwaerde, vnd dit Vertrag sonder Arglist. Vort ergiene Wir vnd die vorschr. Statt vnd vnse Bürgere van Cöllne, vnd Willen op beyden seidten dat dieß gegenwertige Brieff, off eynige die Punckte, of Vorwaerde die hierinne seint, dat große verbündt, of einige die Punckte, off vorwerde die darinne geschriven seint, dat zwischen vns vnd der vorschr. Statt vnd vnsen Bürgeren van Cölne gemacht is, nit rühren noch quetschen en sall in einiger Weise, mer Iglich Brieff vnd verbünd sall seine macht vnd stedigkeit hauen vnd behalten in allen manieren, als yeclich von in begrufft vnd innehelt, sonder Arglist. Vnd alle die vorschr. vorwerde, Punckte, vnd Articule hain Wir von vns vnd die zwene Bürgemeister der Statt von Cöllne die nu zer Zeit seint, vor dieselbe Statt vnd vnse Bürgere, gemeinlichen in guten trewen geloefft gesichert vnd geschworen op deme heiligen Evangelio, dat Wir vnd sy lyfflich gevirt haint, vaste vnd stede zu halten vnse lebtage vnd darwider nit zu dhoin mit einiger Kunst, Varven, off Behendigkeit, die man darwieder erdencken, off dhoin mochten, heimelich offenbair, und des zu einem Vrkundt vnd gantz Stedigkeit hain Wir vnse Insiegele ahn diesen Brieff dhoin hangen, vnd hain auch gebeden die Edle Leuthe vnsere Mäge vnd Manne Syfriden Grauen zu Wietgenstein, vnd Ludwig Herrrn von Randenrode, dat sie ire Insigel zu einem Vrkundt vnd Stedigkeit ahn diesen Brieff dhoin hangen, vnd Wir Syfridt, Graue von Wietgenstein, vnd Ludwig, Herr von Randerode ergiene deß, dat Wir vnse Insiegell zu einem Vrkundt vnd Stedigkeit aller dieser Dinge vmb bedde Willen vnß Herrn, Herrn Wilhelms des Ertz-Bischoffs von Cöllne vorschr. ahn diesen Brieff hain dhoin hangen. Vnd Wir Richtere, Scheffen, Rath vnnd gemeine Bürgere der Statt von Cöyne, ergeine des offenbarlichen in diesen Brieff, dat Wir mit vnsem Herrn dem Ertz-Bischoffe von Cöllne vorgeschr. alle der vorsch. Fürwarden, Punckte vnd Articule freundlichen ouerdragen haint, vnd dat Wir vns mit ime in den Fürwarden Punckten vnd Articulen vorschr. vestiglichen verbunden hain, vnd gelouen in guten Trewen, die vaste, stede, vnd vnverbrüchlich zu halden in allen formen vnd manieren, als die vorschrieuen seint, vnd als die vorschr. zweene Bürgermeister vnser Statt dat von vnsem geheysche vor vns vnd vor vnser Statt gemeinlich geschworen haint, ob deme heyl. Evangelio als vorgeschr. iß, vnd des zu einem Vrkundt, vnd zu einer gantz Stedigkeit, so hain Wir vnser Stätte Meister Siegel ahn diesen Brieff dhoin hangen, die gegeuen ist in den Jahren vnsers Herren dausent dreyhundert und funffzig des negsten Donnerßtag nach S. Matthäi Tag, des heiligen Apostels vnd Evangelisten.

CIII.

Ertz-Bischoffs Wilhelmi zu Cölln Statuta Synodalia, de Anno 1351.

Wilhelmus, Dei gratia sanctæ Colonien-sis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, universis Prælatis Ecclesiarum Rectoribus, & Clericis (deest forsan Civitatis & Diœcesis Coloniensis) salutem in Domino sempiternam. Quamvis de universorum statu Clericorum, nobis subjectorum, prospere dirigendo, cura nos Pastoralis officii solicitudine quotidiana fatigat, circa illa tamen quæ honestatem, mores, & modestiam ipsorum Clericorum, & Domus Dei decorem respiciunt, affectionis potioris solicitamur instantia. Cum itaque nonnulli Clerici nobis subjecti, a via modestiæ devient, Clericalis honestatis, vestibus clericalibus impudenter abjectis, alias laicales ordini & statui Clericali non congruentes, in contemptum dignitatis Clericalis, in publico deferre non formidant, nec nomine, nec re, se venerabili clericorum cœtui in aliquo conformant, sed satore malorum operum procurante, in illam vesaniam sunt deducti, quod prophanos ritus Laicorum concomitari non erubescunt, & elata præsumptione, & præsumptuosa elatione, habitum & statum Clericalem postergant, & vitam Clericalem non ducunt, ac tonsuram Clericalem decentem portare contemnunt & recusant, immemores quod ipsi

de Patrimonio Domini noſtri Jeſu Chriſti reficiuntur diutine & ſublimantur. Et cum ad ea noſtra verſatur intentio, etiam ad illam ex Paternæ charitatis officio diligentem operam, & operoſam diligentiam intendimus adhibere per quæ Clerici nobis ſubjecti, ab imminentibus ſcandalis & futuris vilipenſionibus valeant præſervari. Verum licet hujusmodi Errori & Exceſſui noſtri prædeceſſores per Canonica tam utilia, quam ſalubria ſtatuta ſuper hoc edita, occurrerunt ultra tamen proviſiones eas tam Juris Canonici quam Civilis, ſtatuta quædam promulgarunt, per quæ ipſi ab hujusmodi devio & errore retrahere ipſos & eis ſuccurrere exiſtimarunt. Sed nunc proh dolor! evidenter nobis apparet, quod dolenter referimus, hujusmodi Clericos in Labyrinthum erroris incidiſſe. Quare opus eſt, ut hujusmodi pernicioſis & periculoſis exceſſibus & erroribus, per quos ſcandalum in Clero ac populo & in Eccleſia Dei continue generatur, per opportunæ proviſionis remedium ſalubriter occurratur, præſertim cum error, cui non reſiſtit, quodammodo approbari videatur. Cumque per operam noſtræ ſolicitudinis, intendimus medelam circa præmiſſa adhibere, per quam cultus divinus, cum debita decentia peragatur, & ſtatus Clericorum jam proh dolor lapſus reformetur, qui undique in Collegiatis, Conventualibus, & aliis Eccleſiis noſtrarum civitatis & diœceſis Colonienſis, tum propter abuſum, tum etiam propter torporem negligentiæ prælatorum, eſt deſtitutus: Quos Prælatos, & præſertim Decanos, rogamus, exhortamur, & obſecramus, & ſub virtute ſanctæ obedientiæ monemus, ut ſuos concanonicos, & alios eis ſubjectos, viis, modis, ut ſub pœnis & mulctis quibuscunque, quæ de Jure, vel conſvetudine Canonicis & aliis ſuis ſubditis injungere poſſunt, inducant & effectualiter faciant & procurent noſtrorum prædeceſſorum ſtatuta & noſtra, præſertim infra ſcripta, inviolabiliter obſervari, ne ad vindictam ex officii debito contra eosdem Prælatos inſurgere perurgeamur. Quam vindictam & ultionem noſtram iidem Prælati, ſi negligentes inventi fuerint in præmiſſis, ſibi inferri indubitanter expectabunt. Unde ad præcavendum etiam, ne Clerici prædicti, vel aliqui ex eis, ſibi occaſionem ſe excuſandi de præmiſſis uſurpent, pro eo, quod frivole allegare poſſent, quod dicta ſtatuta noſtrorum prædeceſſorum, maxime piæ memoriæ Dominorum Conradi, Sifridi, Henrici & Walrami, Archiepiſcoporum Colonienſium, noſtrorum prædeceſſorum, in eorum notitiam non veniſſent, nec ipſis de eorum promulgatione conſtaret, cum hoc præſumi non debet, nec veriſimiliter præſumendum exiſtit, immo hoc frivolum debet reputari, & majori ob hoc pœna tales ſic ſe excuſantes ſunt plectendi: cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis, delinquendi authoritas uſurpatur. Volumus igitur & mandamus & præcipimus, dicta ſtatuta noſtrorum anteceſſorum prædictorum, per nos innovata, & noſtra, quorum tenor inferius deſcribitur, notificari, publicari & inſinuari Clero noſtrarum Civitatis & Diœceſis in ſancta Synodo proxime in Eccleſia noſtra Colonienſi celebranda, ipſaque ſtatuta tenore præſentium literarum, ex capituli noſtri & priorum noſtrorum conſilio & aſſenſu, approbamus, confirmamus, & præcipimus inviolabiliter obſervari, ſublatis tamen pœnis in ſtatutis Dominorum Henrici & Walrami noſtrorum prædeceſſorum prædictorum comprehenſis, præſertim ſuper punctis infra ſcriptis: & quidquid ex ejusmodi pœnis ſubſecutum eſt, vel ob eas, penitus ex certis cauſis nos moventibus revocamus, & eas volumus haberi pro infectis. Sequitur autem ſeries ſtatutorum prædictorum, & publicandorum in hunc modum:

Diſciplina Eccleſiaſtica D. Wilhelmi Archiepiſcopi.

1. Inprimis, ut Canonici noſtrarum Civitatis & Diœceſis, aliique Clerici & ſocii, exquiſite comam non nutriant, neque barbam: quodque Coronas aſſidue deferant, quæ ſecundum ſui ordinis & ſtatus decentiam appareant detectæ: Tonſuras & Raſuras in crinibus & barbis habeant decentes: nec aliquis crines ſuos totaliter abradat, ſeu ſuper pectine abſcindant, ſine licentia ſui Decani.

2. Item ut Canonici & alii Clerici non ſint manifeſti concubinarii, nec fœminas ſecum in domo retineant, de quibus ſuſpicio incontinentiæ poſſit haberi. Nam tales animadverſione condigna plectendi ſunt, prout in ſtatutis Dominorum quondam Conradi & Sifridi, noſtrorum prædeceſſorum, plenius continetur.

3. Ut Clerici veſtes omnino virides, glaucas, aut rubeas, ſcacatas, virgatas, ſeu complicatas ante pectus, vel aliquos ultra concubitum notabiliter nodos habentes, aut quibus de alio colore manica eſt aſſuta, & veſtes ſupra, vel infra rugatas, ſeu a lateribus ſciſſas: ibi & in longum ad oras & in manicis cum aliqua revolutione furratas nec non veſtes nimis arctas, vel nimia brevitate notatas, non deferant, nec manicis ultra modum longis & ſciſſis, in ſuis veſtibus utantur.

4. Item

4. Item non debent uti ſubtus pro prima ſub veſte Wamboſiis variatis ex diverſis coloribus & figuris: etiam ſcacatis & virgatis & texturis ſericis & aliis non utantur.

5. Item caligas virides, glaucas, vel rubeas non deferant: Neque calceos variis modis perforatos, inciſos, vel laqueatos.

6. Item non utantur Caputiis longis, quorum ſimilibus monachi converſi intra ſepta ſui monaſterii ſolent uti: neque deferant caputia perforata, ſciſſa, vel fiſſa, cum magnis panni particulis pendentibus, nec vermiculata (vinculata) filis ſericis, argenteis, vel aureis, de eisdem deſuper variis contextis ac depictis figuris & gemmis ornata.

7. Item Canonici & Cleri cum Rutingis vel cultellis Truſoriis non incedant, præſertim in choro vel ſtationibus, & coram ſuis Prælatis, & intra immunitatem.

8. Item haſtiludia non exerceant, maxime in locis ubi ſunt beneficiati.

9. Item Canonici ac cœteri Clerici Eccleſiarum collegiatarum, intra vel extra immunitatem ſine religione non compareant coram ſuis vel aliis Prælatis, ſi ſuo in habitu vel religione incedant. Prælatus etiam, niſi ſit de licentia eorundem, ſive ſit Eques, ſive Pedes.

10. Immo non intrent aliquam Eccleſiam collegiatam Canonicorum ſine religione.

11. Item veniant ad profeſſiones conſvetas & debitas frequenter, & faciant inclinationes intrando cum Proceſſione, & exeundo chorum, Deo & Prælatis ſuis reverenter, ſicut antiquitus eſt conſvetum: etiam inclinent incipiendo Antiphonas, vel cum cantaverint verſum, vel cum thurificaverint, & quando legerint lectiones & cum legitur gloria patri ad Pſalmos, quando canitur Gloria in excelſis Deo, & credo in unum Deum, ſicut ab antiquo eſt conſvetum.

12. Item Canonici & cœteri Clerici frequentantes chorum non utantur in capite caputiis, cappis Choralibus nigris aſſutis, dum divina peraguntur, & hoc idem in Capitulo, nec non in ſtationibus, quæ fiunt in Eccleſia vel in ambitu, obſervetur.

13. Item Pileolos, ſeu birretos non deferant inconſvetos, ſed textos, ſeu ſeminigros.

14. Item ad matutinas poſt Venite, & ad veſperas poſt primum Pſalmum, & ad completorium poſt primum GLORIA PATRI, nemo intret chorum: & quandiu legitur Evangelium ad Miſſam, nullus intret vel exeat Chorum.

15. Item ſacerdos celebraturus Miſſam non accedat ad Altare ſine Miniſtris, & nullus vel Diaconus vel ſubdiaconus legat ad Miſſam, niſi ſacris ſit indutus ornamentis, prout ejus ordo requirit: nec recedat, niſi officium totaliter ſit expletum. Sacerdote etiam ſtante in Altari: nec ſedebunt, ſed ſacerdoti fideliter miniſtrabunt.

16. Item Canonici etiam in feſtis novem Lectionum per ſe, vel per alios ſuos concanonicos, ad miſſam miniſtrent & legant in locis debitis & ad hoc deputatis, maxime in Eccleſiis, in quibus non eſt conſvetum, quotidie per Canonicos miniſtrare.

17. Item nullus miniſtrans ad altare, aut regens Chorum, vel legens lectionem, calopodibus utatur.

18. Item nullus ſedeat in choro, niſi horis & locis in quibus eſt conſvetum.

19. Item Canonici & Clerici non vagentur in choro, vel in Eccleſia de loco ad locum, nec fabulentur, quamdiu divina (alios impediendo) inibi peraguntur, ſed morate & diſcrete incedant in divinis.

20. Item Canonici & Beneficiati horas canonicas & de Domina noſtra, quolibet die diſcrete & diſtricte dicant, maxime beneficiati, vel in ſacris ordinibus conſtituti.

21. Item Canonici & cæteri Clerici venientes cum Cruce ad ſtationes in choro, maneant ibidem, niſi cauſa rationabilis cogat eos exire, donec cum cruce recedant. Et Magiſtri Scholarium ſuos Scholares decenter faciant ſtare & manere in choro.

22. Item quicunque cantabit verſum in choro, incipiet Reſponſorium ſecundum vocem ſuam, ut bono modo cantare valeat, ne ibi confuſio fiat.

23. Item Canonici ſacros recipiant ordines, cum a ſuis Decanis fuerint moniti: nec aliquis Canonicorum ad ordines accedat, niſi petita & obtenta licentia ejus, ad quem hoc pertinet in ſua Eccleſia de conſvetudine, vel de Jure.

24. Item Canonici commedant in immunitatibus ſuis in domibus propriis, vel habeant hoſpites ſuos in eadem, quod tamen volumus committere diſcretioni Decanorum ſuorum, ſecundum quod magis ipſi viderint expedire.

25. Item Canonici, vel Clerici nocturno tempore per plateas non vadant cum inſolentia & clamore.

26. Item non vadant die, vel tempore nocturno in plateis, aut locis publicis ad Tabernas & choreas.

27. Item Canonici & alii Clerici vina vendere non debent, niſi ſecundum formam & modum & continentiam mandatorum piæ memoriæ D. Walrami, noſtri Prædeceſſoris, quæ volumus in ſuo Robore permanere, (hæc clauſula alibi abundant) una cum pœnis & ſententiis expreſſis & in eisdem contentis.

28. Item nullus Canonicus ſolus vadat per civitatem ſine famulo vel ſocio.

29. Item ut unusquisque ſciat, quid ſibi legere vel cantare incumbat, frequenter legantur Tabulæ in Capitulo, qui legere vel cantare debeant, & commemorationes defunctorum & aliqua lectio de Regula. Si Decanus eſt præſens, Decanus: Si non, Prior intret Capitulum cum cœteris fratribus, & Hebdomatarius Sacerdos dicat verſ. pretioſa. & deinde finita Pretioſa &c. ante quemcunque tractatum, tractetur de diſciplina, intra quam quilibet Canonicus debet eſſe tacitus, compoſitus & manſvetus.

30. Item ut canonicalis diſciplinæ correctionis & Reformationis officium libere valeant Decani & alii Prælati circa ſuos Canonicos & ſubditos exercere, decernimus & ſtatuimus, ut executionem eorum nulla conſvetudo vel approbationis beneficium valeat impedire.

31. Item Canonici incarcerati non debent a Carcere abſolvi (precibus aliquorum extraneorum quibus) præſentibus aliquibus extraneis, quibus non conſtat de diſciplina.

32. Item Canonicus quamdiu fuerit ſuſpenſus, non debet comparere coram fratribus ſui Capituli, vel Decano, vel ultro eorum conſpectui ſe præſentare.

33. Item ſtatuimus, quod nemo private legat horas ſuas in choro, dum divina ab aliis peraguntur.

34. Item ſtatuimus, quod Canonici ſuis Decanis ſint in Capitulis obedientes, prout diſciplina capitularis requirit, mandatis ac monitionibus ſuorum Decanorum humiliter pareant, tam in majoribus, quam in minoribus, ut tenentur. Et non intendimus correctioni & authoritati Decanorum, quas habent de Jure, vel conſvetudine in Canonicos & alios ſuos ſubditos, per noſtra & noſtrorum Prædeceſſorum ſtatuta, in aliquo derogare.

35. Item ſtatuimus & diſtricte præcipimus, quod ſtatuta, præſertim præſentia, ponantur in Choro cujuslibet Eccleſiæ, ut Canonici & alii poſſint ad ea accedere perlegendo.

36. Item ſtatuimus quod eadem ſtatuta præſentia in ſingulis capitulis noſtrarum civit. & Diœceſ. poſt noſtram ſacram Synodum, quam primo hoc commode fieri poterit, publicentur. In quorum omnium teſtimonium & roboris firmitatem, ſigillum noſtrum una cum ſigillo Capituli noſtri præſentibus eſt appenſum. Quos nos Capitulum pro nobis & prioribus Colonienſibus, in ſignum conſenſus noſtri præſtiti, præſentibus duximus apponendum. Datum anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo primo, quinta die Menſis Martii.

Notandum, quod GLORIA in EXCELSIS, & Ite, MISSA EST, per totum annum eſt cantandum, quotiescunque novem lectiones habentur. Excipiuntur Adventus Domini (præter feſta beatorum Andreæ & Thomæ Apoſtolorum) & ſeptuageſima usque ad Feſtum Paſchæ, & præter feſtum Converſionis Sancti Pauli, & Purificationis beatæ Mariæ, ſi in ſeptuageſima evenerit, & feſta beatorum Petri & Matthiæ Apoſtolorum, & Annunciationis Dominicæ. In quibus feſtis cantatur: TE DEUM laudamus, Gloria in Excelſis, Credo in unum Deum, &: Ite miſſa eſt.

Nota, quod in nocte nativitatis Domini, ad primam & ſecundam Miſſam: Ite, miſſa eſt, non dicitur, quamvis Gloria in Excelſis, & credo in unum, cantetur, ſed benedicamus ſine benedictione. Ad ſummam vero Miſſam dicitur: Ite miſſa eſt, cum benedictione. Item a nativitate Domini usque ad octavam Epiphaniæ, cantatur Gloria in excelſis, &: Ite Miſſa eſt, excepto innocentum, ubi Gloria in excelſis, Gloria Patri, ad Miſſam & ad omnes Horas, Alleluja, Credo, &: Ite miſſa eſt, non dicitur, ſed omnia in octava cantantur. Sed ſi feſtum Innocentum in Dominicam evenerit, omnia præmiſſa dicuntur. Item in Cœna Domini, ubi chriſma conficitur, cantatur Gloria in excelſis, Credo in unum, &: Ite, miſſa eſt, & alias non.

Item in vigilia Paſchæ, quamvis Gloria in Eccelſis cantetur, tamen: Ite miſſa eſt, & Benedictio ſubticetur.

Item a Feſto Paſchæ ad octavas Pentecoſtes, omni die dicetur, Ite Miſſa eſt; Gloria in Excelſis vero non, niſi in feſtis Sanctorum, ſicut ſunt Georgii Martyris & aliorum. Item in hebdomada Trinitatis cantatur Gloria in excelſis, Credo in unum, &: Ite Miſſa eſt. Item rogatus Miſſam celebrare. Gloria in Excelſis, &: Ite, Miſſa eſt, de quolibet ſancto poteris cantare. De Patrono idem facies, excepto in Adventu Domini, & quadrageſima, & Septuageſima. Item intra octavas Petri & Pauli Apoſtolorum, Aſſumptionis & Nativitatis beatæ Virginis, & Patroni, cantatur Gloria in Excelſis, &: Ite, Miſſa eſt, ſi de eis cantatur. Item nota quod Credo in unum, in omni Miſſa non eſt candandum, niſi in feſtis Sanctorum, quorum mentio fit in Symbolo, ſcilicet Nativitatis Domini, octava Nativitatis Domini, a vigilia Epiphaniæ incluſive,

cluſive, usque ad octavam ipſius, a feſto Aſcenſionis ipſius, a feſto Pentecoſtes ad octavam, de ſancta Cruce, in omnibus feſtis ſanctæ Mariæ, in feſtis Apoſtolorum & Evangeliſtarum, ſi de eis cantatur: In dedicatione Eccleſiarum. Quidam vero in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ, quia Apoſtolorum fuit Apoſtola: tamen non catatur forſ. (non paſſim cantatur) credo. Item in feſto omnium ſanctorum cantatur credo in unum, & omnibus diebus Dominis per annum, a nativitate Domini usque ad vigiliam Epiphaniæ, cantabitur Præfatio: Quia per incarnati verbi. Et poſt octavam nativitatis Domini, addes Præfationi Collectam: Deus quiſalutis. A feſto Epiphaniæ usque ad octavas ipſius, cantabitur Præfatio, quia cum unigenitus Tuus, cum ſua Collecta, de quocunque ſancto celebretur. Ab octava nativitatis Domini, usque ad Purificationem, quotiescunque de ſancta Maria celebretur, præfatio erit: Quia per incarnati verbi, cum Collecta, Deus qui ſalutis æternæ. Similiter ipſo die Purificationis & Annunciationis, eadem Præfatio dicetur. Item ab octavis Epiphaniæ, usque ad Cineres, dicetur Præfatio quotidiana. Item a feſto Cinerum usque ad paſſionem Domini, erit præfatio: Qui corporali Jejunio, exceptis Dominicis diebus, in quibus Præfatio quotidiana dicetur.

Item a Dominica Paſſionis Domini, usque ad Paraſceve, erit Præfatio, qui ſalutem humani generis: & Gloria Patri, ſuper introitum Miſſæ ſubticetur. A vigilia Paſchæ usque ad aſcenſionem Domini Præfatio erit: Te quidem Domine; qualecunque Feſtum ſuperveniat. Poſt octavas Paſchæ usque ad aſcenſionem Domini, addes Collectam: Deus, qui nos reſurrectionis Dominicæ. A die Aſcenſionis Domini usque ad vigiliam Pentecoſtes, erit præfatio: Qui poſt reſurrectionem. A vigilia Pentecoſtes usque ad octavas, erit Præfatio: Qui aſcendens. Hebdomada Trinitatis erit præfatio: Qui cum unigenito filio Tuo. Et nota quod ab octava Pentecoſtes usque ad nativitatem Domini, licet Præfatio quotidiana, Dominicis diebus exceptis usque ad Adventum Domini, in quibus cantabitur Præfatio Trinitatis cum ſua Collecta. Si vero Collecta obmittitur, præfatio quotidiana dicetur: Feſtis tamen exceptis, quæ proprias habent præfationes. In Dedicatione Eccleſiarum, Collecta Trinitatis cum ſua Præfatione dicetur. Item nota, quod nulla dominica per annum, per totam Hebdomadam ſuam ſervat GLORIA in excelſis: CREDO in unum: Ite Miſſa eſt, niſi illa Dominica: Dum medium ſilentium, & in Excelſo Throno, & Dominica Exaudi. Item quod nulla vigilia cujuscunque ſancti, ſervat Gloria in excelſis, Credo in unum: Ite miſſa eſt: Alleluja, niſi evenerit in Dominicam. Item in die omnium Sanctorum præfatio quotidiana dicetur. In nativitate Domini ad tres miſſas dicetur, Communicantes, tantum ipſo die. In Cœna Domini Communicantes & HANC igitur, QVI pridie. A vigiliis Paſchæ usque ad octavas eſt ſervandum, Communicantes, & HANC IGITUR. In Aſcenſione Domini, Communicantes, tantum ipſo die. A vigilia Pentecoſtes usque ad octavas eſt ſervandum. Communicantes, & hanc igitur.

Verſus: Alleluja
POST DUPLEX ALLE
ite miſſa eſt.
SEMPER CATABITUR ITE.
Te Deum laudamus — Gloria in Excelſis
NUNQVAM TE SINE GLO.
Gloria in Excelſis — Te Deum laudamus.
GLO. SINE TE canitur.

CIV.

Ejusdem Declaration daß ſein Vorfahre Ertz-Biſchoff Walramus das Statum ſeines Ertz-Stiffts, nemlich, daß ſich Geiſtl. Perſonen nicht in Turnier-Spiele einlaſſen ſollen, nicht revocirt, ſondern ſolches noch wie vor ſeine Wirckung behalten habe, de Anno 1352.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis in ſancta Synodo conſtitutionis, ſalutem in Domino. Quia (ſicut non notorium eſſe non poteſt) Prælati, canonici, curati, capellani & Clerici noſtræ Civitatis & Diœceſis in tonſura, in habitu, & in pluribus aliis, puta in haſtiludiis & in vinorum venditione, & in divinorum officiorum negligentiis & in pluribus enormitatibus & vanitatibus, frequenter & enormiter excedere non verentur: & quanquam per prædeceſſores noſtros, maximæ bonæ memoriæ Conradum, Henricum & Walramum Archiepiſcopos Colonienſ. ſtatuta ad reprimendum Exceſſus hujusmodi emanarunt: tamen

tamen minime profuerunt, quando nonnulli ex eis, hujusmodi enormitatibus ſe non metuant immiſcere: & cum ſtatuta hujusmodi in ſtatutorum Eccleſiæ noſtræ corpore contineantur, hic in præſentibus literis ea non duximus inſerenda: Sed omnes noſtros Prælatos, Canonicos, Curatos, Capellanos, Presbyteros & quoscunque alios ad eorum tenores duximus remittendos: & quia prædicta ſtatuta hujusmodi multum ſunt pœnalia, immo periculoſa illis, qui ipſa ad ungvem (licet eis ligarentur) non curarunt hactenus obſervare: ob id, ut ad noſtram devenit notitiam nonnulli ex noſtris ſubditis præfatis, falſam ſibi quandam relevationem circa præmiſſa fingentes, falſo aſſerunt & minus veraciter famam ſparſerunt quod ſcilicet bonæ memoriæ Walramus, Prædeceſſor noſter prædictus, hæc ſtatuta in totoſeu in parte revocaverit, & quod propter (propterea) hoc ipſi, nec non eis ſubditi, non ligentur. Cum itaque hoc ſimpliciter non credamus, immo non ſit verum, ſed contrarium veritati, id circo huic dolo volentes, quantum poſſumus, obviare, præfata ſtatuta, non fuiſſe neceſſe per aliquem revocata, immo in omni ſuo robore & firmitate remanſiſſe & adhuc remanere, & remanere debere, præſentibus declaramus: ipſa ex abundanti noſtra authoritate, ſicut ſtatuta ante fuerant, ſtatuentes & mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus noſtris Prælatis, Canonicis, Decanis Chriſtianitatum, curatis, capellanis Presbyteris & Clericis noſtræ Civitatis & Diœceſis, ut prædicta ſtatuta omnia & ſingula ad correctionem morum edita per præfatos noſtros & quoscunque alios Prædeceſſores, ſicut edita ſunt, firma teneant atque rata. Specialiter etiam ex certa noſtra ſcientia dilectis nobis Decanis Eccleſiarum Collegiatarum Majoris & aliarum Eccleſiarum noſtræ Civitatis & Diœceſis injungimus & mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ (cum eis hoc ſpecialius incumbat, tanquam Indicibus correctionis & diſciplinæ ſuorum Canonicorum & Capellanorum) ut circa obſervantiam prædictorum ſtatutorum ſe ita exhibeant vigilantes, quod ipſi eorum Canonici & Vicarii in talibus de cætero non excedant: Sciturі pro certo, quod ſi per alicujus eorum deſidiam, ſeu diſſimulationem aliquis ſuorum canonicorum incontentis in præfatis ſtatutis, ſeu eorum aliquo exceſſerit, manifeſte nos contra Decanum, cujus talis canonicus ſubditus fuerit, ad ipſum Propter hoc puniendum rigore juris, quo poſſumus procedemus: Volentes, quod ſi aliquis ſuorum ſubditorum, ita inventus fuerit contra ſuum Decanum, propter talia ipſum punire volentem, adeo Dyſcolus & protervus quod ipſe ſuus Decanus talem ſubditum non poterit corrigere commode bono modo, hoc nobis non differat intimare: & nos ei circa hoc adhibebimus remedium oportunum. Datum Coloniæ menſis Februarii die 25. Anno Domini 1352.

CV.

Urtheil der Ertz-Stifft Cöllniſchen Land-Stände, vermöge deſſen Ertz-Biſchoff Wilhhelmo zu Cölln das Juden-Geleite in der Stadt Cölln zuerkannt worden, de Anno 1352.

WIr Wilhelm van der Schleyden, Dom-Probſt zu Coelne, Johann von Virnenburg, Probſt zu Santten, Hennrich von Rennenburg, Achter-Dechen van Cölne, Johann Herre von Valckenburch, Roprecht, Greue von Virnenburch, Syfridt, Greue von Witgenſtein, Lodowich, Herre van Randeroide, Johann, Herre van Rifferſcheid, Johann, Herre van der Schleyden, Rorich, Herre van Rennenburg ſein broder, Johann, Herr von Saffenburg, ind Conradt von Saffenburg ſein Broder, Johan van Neuenare, Herre zu Rodesberg, Conradt van Mulnarcken, Lodowich Walport van der Nuerburg, Dederich van Kerpen, Johann Marſchalck van alfftere, Johan Burggreue zu Rynecke Wynandt van Dintziehouen, Henrich van Garſtorp, Hanße van Vlmen, Werner vam Vlatten, Dederich van Kademhar, Henrich Johann vnd Petter van Gymnich Gebruedere, Arnold van Bacheim Camerer des Geſtichts, und Johann Crumpvoyß Ritter, Edele, ind auch andere Manne des Geſtichts von Cölne; Doen kundt allen Luden, die dieſen Brieff ſien ſullen und hoiren leſen, want Vnſe Erwurdige in Chriſto Herre, Herr Wilhelm der Ertz-Biſchoff zo Cölne, hude zo Dage, aß von deme Vurvallen der Juden, di vur dieſer Zyt van einem Geſchichte ind van einem Geleuffe der gemeinden ſunder Vpſatz, in ſunder Vurrayt dort bleuen ſint, mit Vnß gedingt hett vp ſine Erbtz. Sale zo Cölne, ind he deſe ordele die hernach folgent an vns geſat hat, ind vns darumb rechts gefraegt hett, zo deme erſten, ſint he die Juden hat vam Ryche Zohlene, ind he der Juden van deme Ryche beleent iß, ind ſine Vurfahren beleent ſint geweſt, of die

of die Juden mit reichte yet ſyn weren die in ſine Geſtichte geſeſſen waren, ſo han wir vns beraden und hant gedeylt vnßme Vurß: Herren van Cölne na vnſen beſten ſinnen, vnd dunckt vns recht ſin, dat die Vurß: Juden, die in ſine Geſtichte geſeßen waren, durch recht ſyn waren, ſint he die Juden von me Ryche zu Lene het, ind he, ind ſyne Vurfahren der Juden van me Ryche beleent waren, als vur iß geſchreuen, vort ſat de he an vns mit eyme ordeyle, ſint die Juden ſyn waren, of alſulch erue ind guet, as ſy gelaßen haint, ſolle yet mit reicht ſyn ſynen, want he ſie vam Ryche zu Lene helt, as vurſchreuen iß, des bereden wir vns ouer, ind han eme gedeylt, ind dunckt vns recht ſyn, dat alſulch Erue vnd Guet, as die Juden gelaißen haint, mit reichte ſyn is, ind nyemans anders. Vort ſat de he eueran vns mit eyntem Ordeile ſint die verfallen ſyn ſint, ind eme der Juden Guet erfallen iß, of he yet al ſolche Guet, want id Verwall is, keren vnd wenden müge, an welche hant he wille des bereden wir vns ouer, ind deylen eme, ind dünckt vns recht ſyn, dat he dat Vurß: guet, erue, ind varende haue, dat die Juden gelaißen handt, dat eme erfallen vnd zu gewyſt is, as Vurß: iß, keren vnd wenden mag zo ſinen Willen, an welch hant he wille, dieſer Vurß: Ordeyle, ind irer etlichs bekante vnſe Vurß: Herre van Cölne vns ſyn Vrkunde vp der ſelver Statt as dat recht iß, ind gewoenlich, ind het vns vort gebeeden, dat wir eme datſelue gedinge, ind dieſelue ordeile die wir gedeylt ind gewiſt han, beſchreuen geuen vnd er vnſen Ingeſiegelen beſiegelt, Ind herumb, ſo han wir alle ſamen des ouer kommen mit eyme gemeyne Rade, dat wir dat doen willen vmb eyn Gezuych der Warheide zobrengen, ind wir manne hie vorgeſchreuen, die dieſen Brieff nyet beſigelt en haent, want wir vnß Ingeſiegele bey vnß mit en hain, ſo han wir gebeden die ghiene, die dieſen Brieff beſigelent, ind die hernach geſchreuen ſteent, dat ſy vur ſich, ind vur vns, ire Ingeſigele an diſen Brieff doen hangen, ind wir Wilhelm van der Schleyden Doem-Probſt ze Cölne Johann van Virnenburg Proiſt ze Santten, Henrich von Rennenburg, Achterdechen van Cölne, Johann, Herr van Valckenburg, Roprecht, Greue van Virnenburg, Syfridt, Greue van Witgenſtein, Lodewich, Herre van Randeroide, Johan, Herre van der Sleyden, Rorich, Herre van Rennenburg, ind Herman van Rennenberg ſyn Broder, Johan, Herre von Saffenberg, ind Johann van Nevenare, Herre zo Rodesberg vurgeſchreuen bekennen, dat wir vns, ind vur ander die Vurß: manne, ind zo ire beeden, ind zo geſinnen vnß vurgeſchreuen Herren van Cölne. Vnſe Inſiegele an dieſen Brieff han doen hangen, de gegeuen wart in deme Jare vns Herren duſent, dreyhundert, zwey ind funffzig vp St. Mathyß-Auent des heiligen Apoſtels.

Pptus Colon.
(L. S.)
D. de Valckenb.
(L. S.)
D. de Randenr.
(L. S.)
H. de Rennenb.
(L. S.)
Præp. Xanten.
(L. S.)
Comes de Virnenb.
(L. S.)
D. de Weyda.
(L. S.)
D. Saffenburg.
(L. S.)
Sub-Decanus.
(L. S.)
Comes de Witg.
(L. S.)
D. de Rennenb.
(L. S.)
D. de Rodesb.
(L. S.)

CVI.

Ertz-Biſchoffs Wilhelmi zu Cölln Statutum wider diejenigen Clericos und Religioſen, ſo der Secte der Flagellanten nachzuahmen ſuchen, de Anno 1353.

WIlhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis Chriſtianitatum Decanis, & Eccleſiarum Capellarumque Rectoribus Noſtræ Civitatis & Diœceſis Colonienſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Nuper in ſacra Synodo in craſtino Dominicæ, qua cantatur Invocavit, in Eccleſia ſancti Caſſii dictæ noſtræ Diœceſis celebrata omnes & ſingulos clericos & religioſos, cujuscunque ſtatus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ exiſterent, qui de ſecta Flagellatorum, aut ipſorum, imitatores, aut ſectatores extiterunt, per Noſtras certi tenoris literas monuimus palam, publice & ſolenniter, quatenus de ſuis Exceſſibus, per ſectæ hujusmodi nefariæ exercitium, & tempore exercitii ipſius in opprobrium totius fidei Chriſtianæ damnabiliter præſumptis Deo,

Nobis, & Eccleſiæ intra unius menſis ſpatium à die publicationis dictarum literarum noſtrarum computandum, condignam præſtarent Emendam: Alioqui ipſos omnes & ſingulos Clericos & religioſos prædictos, quos propter hoc (dierum dicti menſis monitione canonica præmiſſa) in ſcriptis excommunicavimus, excommunicatos palam & publice in Eccleſiis & in Capitulis noſtrarum Civitatis & Diœceſis mandavimus nunciari. Verum licet dictarum literarum noſtrarum executio & publicatio in ſacra Synodo prædicta, adeò publicè & ſolenniter facta fuerit, quod nulli Clerici, aut religioſi, quos hoc tangit negocium, præmiſſorum ignorantiam aliquatenus valeant allegare, complures tamen Clerici & Religioſi, qui de ſecta ipſa, ſeu ipſius ſectæ imitatores extiterunt, ſpretis noſtris mandatis & monitionibus prædictis, Excommunicationis ſententiam in dictis literis Noſtris latam in eosdem, incidere minime formidarunt in animarum ſuarum grave periculum & ſcandalum plurimorum. Vobis igitur & cuilibet Veſtrum ſub pœna ſuſpenſionis ab officio Divinarum, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus intra quindenam à tempore receptionis harum noſtrarum literarum, capitula veſtra congregetis, ac Clericis Veſtrorum Decanatuum has literas noſtras fideliter intimetis, ipſis vice & Authoritate noſtra mandantes, quatenus in Eccleſiis ſuis & Capitulis ſuis, clericos & religioſos quoscunque, qui præmiſſam Excommunicationis ſententiam inciderunt, ut præfertur, quorum nomina ſciveritis, aut ipſi ſciverint, nominatim & in ſpecie. alios verò in genere excommunicatos, palam & publice, & alta & intelligibili voce ſingulis diebus Dominicis & feſtivis coram populo nuncient, & Vos ipſos excommunicatos nuncietis, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitandos. Vobisque Decanis ac univerſis Eccleſiarum & Capellarum Rectoribus Noſtrarum Civitatis & Diœceſis, ſub pœna ſuſpenſionis prædicta, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus nomina Clericorum & Religioſorum quorumcunque, qui ſententiam Excommunicationis prædictam inciderunt, quorum nomina ſciveritis, intra quindenam à tempore publicationis præſentium ipſis faciendam, Nobis reſcribatis, & Vos Decani prædicti præſcribere nullatenus omittatis. Datum ſub ſigillo noſtro ad cauſas, anno Domini 1353. craſtino Dominicæ, qua cantatur Jubilate.

CVII.

Ejusdem Statutum, daß keine Recommendations- oder Proviſorial-Schreiben des Röm. Stuhls in ſeinem Ertz-Stifft, ohne vorhergehende genugſame Unterſuchung, daß kein Betrug mit unterlauffe, angenommen werden ſollen, de Anno 1353.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c.&c.

Cum nonnulli Clerici peregrini & alienigenæ, noſtræ Colonienſis Diœceſis, Originis ratione, falſò ſe eſſe prætendentes, à Sede Apoſtolica literas gratioſas, quarum vigore de beneficiis Eccleſiaſticis ſub certa forma mandatur eis provideri: alii, tam clerici, quam Laici, ab eadem ſede literas ſuper diverſis defectibus, irregularitatibus, & cum quibusdam, ut impedimento legitimo (ſicut exprimunt) non obſtante, matrimonium contrahere valeant ſubreptitie & obreptitiè: alii verò à ſede Apoſtolica literas falſas de juſtitia (ut experientia docuit ſæpius) ad Nos & ad certos Prælatos Noſtræ Diœceſis retroactis temporibus impetrarunt: Unde contingit, Clericos & perſonas literatas noſtræ Diœceſis, de beneficiis Eccleſiaſticis non poſſe debite in eadem provideri, eosque in ea parte cum eorum magno incommodo ſupplantari: Alios quoque in beneficiis, vigore diſpenſationum prædictarum ſubreptitie obtentarum, periculoſe negligi, cœteros quoque in Matrimonio (earundem Diſpenſationum vigore) contracto, cum periculo animarum ſuarum remanere, & nonnullos per prædictas literas falſas cum onere ſumtuum expenſarum indebite prægravari: Nos hujusmodi morbo peſtifero indicta noſtra Diœceſi pro tempore præterito plurimum uſitato, quantum in nobis eſt, remedium cupientes ponere oportunum, vobis & cuilibet Veſtrum ſub pœna latæ ſententiæ in his ſcriptis diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus, antequam ad executionem literarum hujusmodi Apoſtolicarum Vobis præſentandarum quarumcunque de cœtero procedatis, præſentatores earundem ad Nos ſeu ad Officialem noſtrum pro Examinatione earundem, quanta ſit eis adhibenda fides, ut dictis occurratur periculis, tranſinittatis, ad Vos cum literis ſub ſigillo noſtro, aut dicti officialis noſtri ſigillatis, in ſignum viſionis & examinationis hujusmodi factæ, absque moræ diſpendio reverſuros. Et ne ignorantiam aliquam in præmiſſis cauſari valeatis, volumus ut quilibet veſtrum copiam præſentis Noſtri mandati recipiat, & apud ſe tenere nullatenus omittat. Datum Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio, X. die Junii.

CVIII.

Ejusdem Statutum wider der Cleriſey in ſeinem Ertz-Stifft unordentliches Leben, de Anno 1353.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c. &c.

Bonæ memoriæ prædeceſſores Noſtri Henricus & poſt eum Walramus, Archiepiſcopi Colonienſes, Statuta quædam contra Clericos non portantes aſſidue coronas in capite detectas, & ſecundum ordinem ſui ſtatus & decentiam competentes, nec non contra Clericos veſtes ſcacatas, aut omnino virides, aut omnino rubeas, ſeu glaucas, vel à lateribus, vel ante pectus notabiliter fiſſas, (ſciſſas) aut nodatas, publicè deſuper ſine cauſa rationabili portantes. Item contra Clericos barbas portantes, nec non contra eos qui Haſtiludiis publice ſe immiſcent, ipſa Haſtiludia corporaliter exercendo, præſertim in locis, in quibus beneficia Eccleſiaſtica obtinent. Item contra portantes tunicas, quibus manicæ ſunt coloris alterius aſſutæ, magnis pœnis vallata ediderunt. Ipſisque ad quos hoc pertinet, mandaverunt, ne illis, qui pœnas hujusmodi inciderunt, durantibus pœnis hujusmodi, quicquam de ſuis Præbendis, Proventibus, Fructibus, Redditibus & obventionibus adminiſtrarent. Et ſi aliquid prædicti Clerici receperint, pœnis formidabilibus eos involverunt, ſicut in eorum noſtrorum Prædeceſſorum præfatis ſtatutis, maxime ipſius Walrami, pleniſſimè continetur. Nos vero dum noſtræ Eccleſiæ Colonienſi primum præfecti ſumus, ſperantes ipſos Clericos, de quibus circa præmiſſa ſuſpicio fuerat, ſe prorſus debere ab hujusmodi exceſſibus abſtinere, pœnas ſtatutorum hujusmodi, ad Noſtrum beneplacitum duximus ſuſpendendas. Verum ubi per hanc ſuſpenſionem, quam ex vera clementia pro tempore fecimus proficere, credebamus, invenimus deterius provenire. Sunt enim inter illos nonnulli Clerici, qui (in præmiſſis malum malo addentes, non curant, immo verecundantur, ſe Clericos apparere) circa præmiſſa peccare communiter & publice non deſiſtunt: immo reputant ſe in his corrigi non poſſe merito nec debere: & quanquam prædicta omnino reputari debebunt circa omnes Clericos indecentia, in ipſis tamen Beneficiatis, maxime Canonicis Præbendatis, hæc abſurdiſſima reputamus, eo quod hi, qui vivunt & vivere volunt de patrimonio Jeſu Chriſti, inſignia clericalia publice portare dedignantur: cujus occaſionem & cauſam non modicam, Eccleſiarum collegiatarum Decanis, ad quos correctio ſuorum Canonicorum de conſuetudine pertinet & de jure, eo quod tales exceſſus diſſimulant, & eos in talibus corrigere, vel ſimilibus omnimodè prætermittunt, immerito imputamus: quanquam etiam ipſis Decanis in civitate noſtra ſuimus locuti ſuper his alias vivæ Vocis oraculo ſerioſe. Quo circa volumus & mandamus, præfata ſtatuta in omni ſui forma, poſt quindenam à data præſentium, in ſuo robore firmiter obſervari: ſuſpenſionem de his per Nos factam, penitus revocantes: vobisque & Decanis collegiatarum Eccleſiarum noſtræ civitatis & Diœceſis mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, ut ſi indignationem noſtram volueritis evitare, quilibet ex vobis ſuos canonicos & vicarios & clericos, maxime in prædictis exceſſibus, ita efficaciter corrigere ſtudeat, quod de cætero non ſit de his amplior correptio opportuna, (i. e. neceſſaria) ſcientes pro certo, quod ſi in his aliqui veſtrum fuerint deſides vel remiſſi, contra tales, licet invitos Nos ad debitas pœnas procedere pœnas, procedere oportebit. Datum anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo tertio feria 4. poſt Michaelis, quæ fuit craſtinum B. Remigii Epiſcopi.

CIX.

Ejusdem Statutum, worinn er die Straffen wider diejenigen erhöhet, welche ſich an geiſtlichen Perſonen vergreiffen, de Anno 1353.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis Eccleſiarum Prælatis, Prioribus & Rectoribus noſtræ Civitatis & Diœceſis, & aliis nobis ſubditis, ſalutem in Domino ſempiternam. Quanto hominum natura moderno tempore, ut experientia (quod dolenter referimus) edocet, longe prioribus ſolito temporibus malitiis dedita, pronior eſt ad malum, tanto plus convenit,

ausus temporum nefarios conatus oportuno pœnarum remedio consultius reformari. Sane si quis, suadente diabolo, clericum (manus in eum injiciens temere violentas) interfecerit, seu vulnus lœtale intulerint, unde ipsum postea contigerit expirare, salvis aliis pœnis, tam à Jure, quam per statuta contra hujusmodi occisores Clericorum, à nostris Prædecessoribus edita, jam dudum inflictis, quæ præsentibus innovamus, & inviolabiliter præcipimus observari, de nostri Capituli & Prælatorum Coloniensium consilio & assensu statuimus salubriter & ordinamus, ut hujusmodi occisores, seu occisorum & interfectorum filii seu heredes, per masculinam lineam descendentes usque ad tertiam generationem inclusivè, sint ipso facto præsentis nostri authoritate Statuti perpetuo inhabiles ad quemcunque Beneficia, seu officia Ecclesiastica in nostra civitate & Diœcesi Colonienſi, ut sic pœnæ formidine ab hujusmodi nefariis excessibus committendis strictius arceantur. In quorum testimonium &c. &c.

CX.

Ejusdem Statutum wider diejenigen Geistlichen und Ordens-Personen, so, denen Statutis zuwider, unzuläßiger Weise Wein und Bier schencken, de Anno 1353.

WIlhelmus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, dilectis in Christo Abbatibus, Decanis & Capitulis monasteriorum utriusque sexus, in civitate Colonienſi moram trahentibus, nec non singulis eorum, ac clericis, nec non Monachis ac Monialibus salutem in Domino. Prædecessores nostri bonæ memoriæ Henricus & Walramus, considerantes statum Clericorum & Religiosorum omnimode non decere, quod se involvunt & involvere nituntur negotiis secularibus, præsertim Tabernariorum officio, quod omnino conditionem ipsorum dedecet (dedecorat) atque statum, felic. Record. Clementis Papæ VI. vestigiis inhærentes, sub magnarum vallatione pœnarum, tam Clericis secularibus, quam Religiosis, statutis super hoc editis, inhibuisse hujusmodi tabernariorum officium dinoscuntur, sicut hæc in eorum statutis super hoc editis plenius sunt expressa. Nonnulli tamen Clerici & Ecclesiasticæ personæ utriusque sexus, pœnas hujusmodi non verentes, tale officium tabernariorum intra civitatem Colonienſem, modis circa hoc prohibitis vinorum, immo & aliquæ personæ Ecclesiasticæ fœminæ, cereviſiæ venditioni frequenter insistunt, statutis non obstantibus supradictis. Nos itaque attendentes Prædecessorum nostrorum prædictorum intentionem circa præmissa fuisse laudabilem atque sanctam, vobis universis & singulis in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis præcipimus antedictis, ne vina quæcunque, vel cereviſiam præter & extra formas & modos in prædictis statutis expressas, vendere præsumatis quoquo modo. Alioqui præter pœnas præfatas, scilicet excommunicationis & suspensionis, (quas eo ipso incidunt venditiones hujusmodi facientes, sive sint Clerici, sive personæ Ecclesiasticæ, aut Monachi, seu Moniales, seu Canonicæ seculares (quemlibet scilicet & quamlibet hujusmodi Clericorum & personarum, in tantis summis, quantas in pecunia, ratione hujusmodi venditionis receperunt, per se, vel per alios, nomine pœnæ condemnamus: Volentes & mandantes eisdem & cuilibet eorum ac earum, ut tantas summas, quantas ex talibus venditionibus receperint, sigillifero Curiæ nostræ persolvant, absque diminutione aliqua totaliter & complete. Alioqui (salvis aliis pœnis, à nostris Prædecessoribus talibus Excedentibus illatis, in quas hos Forefactores incidere volumus eo ipso facto) monitione sex dierum præmissa, in eosdem similem Excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis. Inhibemus nihilominus Officiali nostro Colonienſi, ne præfatos delinquentes, sic venditiones vinorum modo tabernariorum exercentes, aliqualiter absolvere à talibus Excommunicationibus præsumat, nisi ante omnia jurent se stare debere mandatis Ecclesiæ, & nisi ea quæ ex commercio hujusmodi receperint, Sigillifero nostro integraliter persolvant: & his peractis, eis & cuilibet eorum in virtute Juramenti sui præstiti, idem officialis injungat, quod venditiones similes de cætero nullatenus exerceant. Et sine hoc ordine, ipsi Officiali nostro, ne de cætero aliquam personam in his deliquentem præsumat absolvere, præcipimus: immo, ipsis absolvendi sine hoc ordine, totalem adimimus potestatem. Et ne ignorantiam horum statutorum causari valeatis, vos ad eorum tenores, cum in conciliis prædictorum nostrorum Prædecessorum sint solenniter publicata, duximus remittendos. Volumus etiam & mandamus, quatenus quilibet Ecclesiarum nostrarum & Monasteriorum Civitatis nostræ Colonienſis, habeat præsentis Nostri Mandati penes se copiam totaliter & complete. Datum anno Domini 1353. Sabbato post Severini Episcopi.

CXI.

Ejusdem Statutum wider diejenigen, welche sich nicht zu rechter Zeit ordiniren lassen, und doch der Beneficien genieſſen wollen, de Anno 1353.

WIlhelmus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, universo Clero nostræ Civitatis & Diœcesis, salutem in Domino. Ex injunctæ nobis debito servitutis adstringimur, ut ad reformandos mores & actus, prout ex alto Nobis permittitur, solerter intendamus, ibique præcipue congruæ Reformationis remedia apponere studeamus, ubi majus periculum inspicimus imminere & scandala frequentius exoriri. Sane quam detestabile existat, quod nonnulli Beneficiati, beneficiis certum ordinem habentibus annexum, in officiis, dignitatibus, Personatibus, Archidiaconatibus, seu gradibus Ecclesiasticis fore se asserant constitutos, & pro talibus se etiam reputari & haberi desiderent, insignia tamen Clericalia, utpote Vestes, Habitu, & Tonsuram clericalem deferre, & ad ordines sacros, quos hujusmodi sua beneficia, officia, Dignitates, Status, (Personatus) Archidiaconatus, seu alio quocunque nomine censeantur, requirunt, de consuetudine, vel de Jure promoveri non curent, experientia Nos docuit evidenter. Hinc est quod Nos pio solicitudinis studio ductos, licet in casibus præmissis sit (tam ex constitutionibus, quam ex statutis Prædecessorum nostrorum editis) aliqualiter jam provisum, provisioni tamen hujusmodi, quatenus ipsæ constitutiones & statuta eo fortius & diligentius observentur, præsentis nostri statuti tenore pœnas condignas adjicere oportet. Præsenti itaque perpetuo valitura Constitutione, de Nostri Capituli & Prælatorum Colonienſium consilio & assensu, statuimus & ordinamus, quod quecunque Clerici Beneficiati nostræ Civitatis & Diœcesis, cessante causa legitima, Tonsuram non deferunt publice clericalem, ipso facto præsentis nostri authoritate statuti, à perceptione fructuum, Beneficiorum suorum quæ in nostra Civitate vel Diœcesi obtinent, aut in futuro obtinebunt, sint suspensi. Cœterum Beneficiati quicunque in Cathedrali vel Collegiatis Ecclesiis secularibus, vel Regularibus nostræ Civitatis & Diœcesis prædictarum, qui dignitates, Personatus, Archidiaconatus, Officia seu Præbendas, quibus certi ordines sunt annexi, aut debentur, pacifice obtinent nunc, aut obtinebunt in futurum, si, legitimo cessante impedimento, ad hujusmodi ordines quos dignitates, Personatus, Archidiaconatus, officia, seu beneficia prædicta requirunt, quovis modo, etiam de consuetudine, vel de jure, si subdiaconatus aut Diaconalis Ordo forsan existat, intra sex Menses: Si vero Presbyteralis Ordo fuerit intra annum à tempore pacificæ possessionis adeptæ Beneficiorum prædictorum se promoveri non fecerint, ex tunc à perceptione fructuum Beneficiorum eorundem, quæ hujusmodi requirunt, sint ipso facto, authoritate ejusdem præsentis statuti nostri suspensi, quos in utilitatem dictorum Beneficiorum hujusmodi, à quorum perceptione fructuum sunt suspensi, decernimus convertendos. Quam suspensionem si postmodum hujusmodi Beneficiati, per sex menses contumaciter sustinuerint, statuimus ipsos prædictis suis dignitatibus, Personatibus, Officiis, Archidiaconatibus, aut Beneficiis hujusmodi ordinem requirentibus, eo ipso ex tunc fore & esse privatos. In quorum &c. &c.

CXII.

Ejusdem Confirmation derer von seinen Vorfahren Henrico II. Walramo II. und Sifrido, wider die ungezierende Aufführung der Clerisey in Kleidern und andern Dingen, edirten Statutorum, de Anno 1354.

WIlhelmus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, universis in hac Synodo congregatis, salutem in Domino. Quia in sacra Synodo in hac Ecclesia, nunc in crastino B. Remigii proxime præterito congregata, mentio facta fuit, quod felicis Record. Henricus & Walramus, Archiepiscopi Colonienſes, quædam statuta ediderant contra Clericos, sine Coronis debitis in capitibus, & cum barbis non abrasis, ac etiam vestibus indecentibus incedentes, nec non hastiludia cor-

poraliter exercentes, salubria & Juri divino consonantia, ipsos Clericos, ne de cœtero talia faciant, rigorose prohibentia, cum censuræ Ecclesiasticæ exaggeratione multimoda ediderunt: quæ quidem statuta tunc etiam Nostra authoritate mandavimus integre observari & teneri.

Verum quia Nos post hæc, à nostro Capitulo & à nonnullis Prælatis nostræ civitatis & Diœcesis, quibus visum tunc fuerat, hæc statuta nimis fore pungentia, & nihilominus captiosa, interpellati fuimus, ut ea mitigare saltem, quantum ad pœnas in eis expressas, aliqualiter dignaremur. Et quanquam in hoc ipsis quodammodo, in quantum salva conscientia poteramus condescendimus, ipsas pœnas ad nostrum beneplacitum ad aliqua modica tempora suspendentes, sperantesque eos, quos harum pœnarum formido non moverat, charitative saltem amor virtutis ad obediendum statutis hujusmodi aliquantulum comoveret, salvis interim ipsis statutis in suo robore duraturis. Verum tamen quia præcedente tempore experti fuimus, Nos nedum nihil in remissione hujusmodi profecisse, quin immo horum intentionem statutorum, prædictos Clericos nostros, ut in pluribus, amplius quam antea, contempsisse, ea propter tunc suspensionem hujusmodi pœnarum in hujusmodi concilio revocavimus, & prædicta statuta cum omnibus suis pœnis, prout sunt edita, observari omnimode præcepimus, sicut hæc in mandato super hoc confecto, & tunc inibi publicato, plenius continentur. Nunc autem, sicut ad nostram devenit notitiam, nonnulli Canonici Ecclesiarum nostrarum civitatis & Diœcesis, confixerunt (ut dicitur) madaciter & inter se communiter fabulantur, Nos nedum pœnas hujusmodi, quin imo ipsa statuta, prout sunt edita, revocasse, se forsan in hoc, si in aliquibus eorum pœnas inciderunt, & excusare intendentes: Propter quod nostram Excusationem, & circa hoc nostram intentionem, volentes nostros omnes subditos non latere, & eorum, qui in Nos talia confingunt mendacia, ad diminutionem etiam nostri honoris directe tendentia, sententiam propalare: præsentes literas in vestrum omnium deduci volumus notitiam, quod publice profitemur & protestamur, Nos nequaquam hæc statuta ullatenus revocasse: Absit enim, quod horum Prædecessorum nostrorum intentionem tam salubrem, super Jure naturali & divino fundatam, præsertim sine causa rationabili, quæ in revocando hæc statuta esse non posset, ut apparet subtiliter intuenti, revocaverimus, seu intendamus aliqualiter revocare. Quo circa omnibus nostris subditis districte mandamus, quatenus hæc statuta ipsa in omni sui forma cum suis pœnis, prout edita sunt, observent, & se sciant ea totaliter observare debere; immo ad cautelam majorem, denuò statuimus ea esse penitus observanda. Et hæc statuta (ne fingi possit per aliquos de his erassa ignorantia vel supina) volentes certius designari, ad oculum demonstramus, scilicet ipsius quondam Henrici, quod sic incipit: In Nomine Domini, Amen. Henricus Dei gratia &c. &c. Ad perpetuam rei memoriam. Licet consulta provisione à sanctis Patribus, etiam à Nostris Prædecessoribus &c. &c. & sic finit, Expedit enim, ut ipsos pœna similis comitetur, quos facinus par &c. &c. Secundum, quod est Walrami Prædecessoris nostri, & incipit: Felicis Recordat. Henricus, Prædecessor noster, de suorum Capituli & Prælatorum consilio in Clericos &c. &c. item finit, Tollentes authoritate præsentis statuti ipsis interdictis talibus & suspensis quicquam de præfatis fructibus &c.

Item tertium, quod est ejusdem Walrami Prædecessoris nostri & incipit: Quanquam olim bonæ memoriæ Prædecessor noster Conradus, de Consilio Capituli & Priorum suorum &c. &c. & in fine. Alioqui ipse Cantor, seu is, ad quem hoc de consuetudine pertinet, toties quoties hoc &c. &c.

Item cum bonæ memoriæ Sifridus, olim Colonensis Archiepiscopus Monachorum nigrorum, qui nominantur Ordinis sancti Benedicti, & Monialium ejusdem Ordinis, statum in pluribus sentiens declinare, & ob hoc volens eos in debitum statum reponere, statutum ediderit, quod incipit: Statuimus, ut nullus Monachus aut Monialis claustrum suum exeat, per Civitates, villas, vel oppida discurrendo &c. &c. & finit: Licet Dominus Conradus Prædecessor noster antedictus hoc mandaverit, Nos pœnam adjicimus, & non servantes excommunicamus inscriptis. Quia evidentia facti, hujus statuti utilitatem ostendit, decernimus ipsum vobis omnibus publicare: volentes & decernentes, statutum hujusmodi ac statuta prædicta omnia & singula Prædecessorum nostrorum, in quantum sunt hactenus pro statutis habita, statutorum habere, & habere debere vigorem, & ea sub pœnis in eis expressis inviolabiliter observanda. Datum in crastina Dominicæ Invocavit, Anno Domini 1354.

CXIII.

CXIII.

Ejusdem Statutum wider diejenigen geistlichen Personen, welche unter währendem Gottesdienst in der Kirche herum vagiren, de Anno 1354.

Wilhelmus, Dei gratia sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, universis in hac sacra Synodo congregatis, salutem in Domino. Quia indecens & honestati Clericali contrarium reputamus, quod in quibusdam Ecclesiis Collegiatis, nobis subjectis, præsertim in Ecclesia Nostra Majori, fieri conspicimus, videlicet quod temporibus illis, quibus in ipsis Ecclesiis Clerici, qui celebrationi divinorum intersunt, super pelliciis, aut chori pelliciis induuntur, nonnulli Canonici & alii Clerici Ecclesiarum prædictarum, nulla rationabili causa exposcente, in cappis incedunt, sicque per Ecclesias circumquaque pervagantes, missa principali & aliis Horis dimissis & quodammodo spretis, aliquoties Missas peculiares audiunt: aliquoties vanis & prophanis colloquiis (quæ in Ecclesiis præcipue cessare debent) tempus deducentes distributiones quotidianas sibi vendicant, ac si divinis interessent. Igitur universis Ecclesiarum collegiatarum Nobis subjectarum Decanis in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus canonicos & Clericos Ecclesiarum suarum, ab his & similibus in decentiis, per suspensionem & alias pœnas (prout ad ipsorum spectat officium) debita correctione compescant, ac administratoribus distributionum quotidianarum, sub districtarum interminatione pœnarum inhibeant, vice & authoritate Nostra, quibus etiam & Nos tenore præsentium inhibemus districtius, ne dictis Canonicis & Clericis, diebus & temporibus in consvetis in Ecclesiis, dum ibidem Divina celebrantur officia, in cappis, causa rationabili cessante, in cedentibus, distributiones quotidianas administrent. Alioqui tam contra Decanos in præmissis negligentes, quam etiam contra Administratores prædictos contrarium facientes, acrius procedemus. Datum anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, crastino Dominicæ Invocavit.

CXIV.

Ejusdem Statutum wider diejenigen Personen, so ihre Vota verändern, und was deme mehr anhängig, de Anno 1354.

Wilhelmus, Dei gratia sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, (forsan, universis tam Ecclesiastici, quam secularis status Nobis subjectis, in civitate & diœcesi nostra Colonensi constitutis salutem in Domino.) Etsi omnibus & singulis indigentibus Personis & Ecclesiis charitative teneamini secundum vestram possibilitatem operam Misericordiæ impertiri, Ecclesiæ tamen Colonensis sponsæ nostræ, quæ vestra honorabilior parochialis est Ecclesia, & ad quam omnia Charitatis Opera, quæ nedum in Civitate & Diœcesi, verum etiam in ipsa Provincia exercentur, tanquam ad suam majorem Ecclesiam dirigantur, & cui specialis (spiritualis) amoris nexu, & unione spirituali estis obligati, in suis tenemini necessitatibus specialius subvenire: pro cujus etiam exaltatione Nos Maritalis copula, qua ei spiritualiter alligamur, serventius intendere urget & compellit. Nos itaque Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, ea beneficia quibus vos & singulos vestrum, omnesque Christi fideles ad subveniendum ipsius Ecclesiæ Fabricæ, (quæ quam honorabiliter sit incepta & in parte ad effectum, Dei gratia, deducta, non est hic in patria qui ignoret) invitare possumus, quantum licet permissione divina, ordinavimus & intendimus ordinare, ut per hoc ipsa fabrica ad finem deveniat destinatum: Et vos vestrarum largitione eleemosynarum ab hoc consequamini præmia sempiterna: hinc est quod vos omnes & singulos requirimus, monemus & hortamur, vobis in virtute sanctæ obedientiæ mandantes, quatenus qui ex vobis aliqua vota fecerunt & fecerint & ea ex aliqua causa perficere non poterunt, ita quod ea desiderent ex causa legitima commutari, super hoc nullatenus quenquam, nisi pœnitentiariæ nostræ curam gerentem, & intra Ecclesiam nostram residentem, aut suum Plebanum, si sacerdos & residens fuerit, dum tamen ipsum sufficientis discretionis & scientiæ existiment, requirant: & secundum ipsius pœnitentiariæ nostræ curam gerentis, & in Ecclesia nostra residentis, aut sui Plebani (ut dictum est) consilium, horum votorum suscipiant humiliter commutationem: nec non quod sibi ratione hujusmodi commutationis injunctum fuerit, perficiant reverenter: & intimamus vobis præsentibus, quod aliis nostræ pœnitentiariæ curam gerentibus quibuscunque, vota hujusmodi commutandi totalem adimimus præsentibus pote-

poteſtatem, non obſtantibus quibuscunque literis, ſub quacunque forma ipſis ſuper hoc conceſſis: quas, quoad hunc articulum, præſentibus revocamus: verum ipſi Pœnitentiariæ noſtræ curam gerenti & in Eccleſia noſtra reſidenti, nec non univerſis Plebanis noſtræ Civitatis & Diœceſis, ac eorum vicariis in virtute ſanctæ Obedientiæ, & in remiſſione ſuorum peccaminum injungimus, quatenus ipſi ſuis Parochianis plene & plane exponant, ita quod in hoc non ſint ignorantes, quod ſcilicet, ſi ad eos venirent pro ſuorum votorum commutationibus, & commode talia vota in Eleemoſynas pecuniarias diſtribuendas valeant, & ad ea ratio exigat commutari, ut hujusmodi Eleemoſynas pecuniarias ad Fabricæ præfatæ ſubſidium largiantur, ipſis omnino Authoritate noſtra injungant, immo in hoc caſu commutationem votorum alio modo fieri nolumus, & fieri prohibemus. Cæterum quia nonnulli religioſi & ſeculares, Capitula, Collegia, ſeu Conventus aut ſingulares perſonæ, aſſerunt ſe habere à ſede Apoſtolica, ſeu Pœnitentiario, vel à Nobis, ſeu Noſtris Prædeceſſoribus, vel à quocunque alio poteſtatem hujusmodi vota commutandi, & illicite acquiſita, ſeu extorta, quorum Domini ab his, qui ea illicite acquiſierunt & extorſerunt, prorſus ignorantur: quæ quidem illicite acquiſita & extorta in ſubſidium prædictæ noſtræ Fabricæ, ſicut ex officio noſtro poſſumus, deputavimus aſſignanda: ſibi reſervanda, & ad uſus alios, quam ad uſus prædictæ noſtræ Fabricæ deputandi ſub quocunque velamento, & ſi forſan ex eis aliqui (quod non credimus) hujusmodi habeant poteſtatem, alii plures eandem poteſtatem non habentes, ſibi tamen eam fallaciter uſurpantes, ſub falſis tranſeunt narrationibus & deceptionibus, ita quod plures excommuni populo illiterato, ignorantiæ ducti ſimplicitate, immo verius cœcitate, ad horum ſimplicem relationem, quanquam literas ſuæ poteſtatis non videant, quas ſi viderent, nequaquam intelligerent, ipſis talia falſa aſſerentibus fidem adhiberent, & commutationem ſuorum votorum ſecundum eorum conſilium & aſſertionem recipiunt, eisque injuſte acquiſita & extorta, ſeu ad eorum conſilium diſtribuant, ſe ab eis ſic poſſe abſolvi, non tam provide, quam fatue reputantes, dum abſolviſſe exiſtimant, fortioribus vinculis ſe illaqueant, & ampliori gravantur ſarcina peccatorum Nos igitur hujusmodi animarum periculo occurrere cupientes, prædictis Capellanis & eorum vicariis mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub Excommunicationis pœna, quatenus univerſis & ſingulis ſuis Parochianis inhibeant authoritate Noſtra, quibus etiam præſentibus inhibemus, ne de cœtero cuiquam religioſo ſeu ſeculari Capitulo, Collegio, Conventui, ſeu ſingulari perſonæ, cujuscunque dignitatis, præeminentiæ, ſtatus, aut conditionis fuerint, de tali fidem adhibeant poteſtate, niſi prius coram dilectis in Chriſto Capitulo noſtro Colonienſi, quibus in hac parte committimus vices noſtras literas ſuas, quas ſub tali poteſtate ſe habere dicunt ſeu contendunt, oſtendant in prima ſui forma; hujusmodi oſtenſione literarum, (forſ. facta) ab ipſo noſtro Capitulo literas teſtimoniales reportent, quod ſcilicet hæ literæ ſint veræ, & non adulterinæ, & habentes eas, poteſtate hujusmodi merito uti valeant atque poſſint. Si qui verò ex vobis contrarium fecerint, adeundo ſcilicet aliquem ex ipſis & eorum conſilium, ſeu mandatum tanquam poteſtatem habentium vota commutandi & acquiſita & extorta illicite recipiendi, aut de eis quicquam diſponendi, niſi (ſicut dictum eſt) eos habere teſtimoniales Capituli noſtri literas plene conſtet (quos propter hoc ſex dierum monitione præmiſſa, omnes & ſingulos in his ſcriptis excommunicamus) Excommunicatos nominatim, quorum nomina ſciveritis, reliquos verò in genere publice nunciari, & ipſos ad Eccleſiaſtica ſacramenta ullatenus non admitti, donec à Nobis, ſeu ipſo Capitulo vice noſtra meruerint abſolutionis beneficium obtinere. Volumus etiam & in virtute ſanctæ Obedientiæ, nec non ſub pœna Excommunicationis, univerſis Plebanis & eorum vices gerentibus mandamus, quatenus in his literis noſtris contenta, qualibet Die Dominica ante quodlibet feſtum principale præcedente & aliis diebus feſtivis, quibus magis tam pro informatione ſubjectorum ſuorum, quam pro utilitate ipſius fabricæ viderint expedire, in Miſſarum ſolenniis, & in Prædicationibus ſive immediate poſt, plene & plane ac diſtincte proponant & exponant, ita quod in hoc ſufficienter informentur, ac etiam in Confeſſionibus eadem confitentibus exponant, ne ex ipſorum ignorantia, per ea, quæ eis pro ſalute animarum ſuarum non expediunt, ſeducantur. Ita in præmiſſis vos vigilantes & ſolicitos exhibentes, quod ex hoc retributionem conſequamini æternam, noſtramque evadatis indignationem, immo & vos ſuper eo habeamus merito commendatos. Datum anno Domini 1354. Craſtino Dominicæ Invocavit.

CXV.

CXV.

Ejusdem anderweites Statutum, die Veränderung derer Votorum betreffend, de Anno 1354.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c.

Præcipimus quod vota, ſeu quæcunque peregrinationes, ſi debeant commutari, vel redimi, quod hæc fiant de conſilio Sacerdotum, Parochialium Eccleſiarum, ex cauſis juſtis: & Redemptiones eorundem ſive in pecunia, ſive in rebus aliis fiant, & illicite acquiſita, niſi ſciantur quibus ex debito ſint reddenda, ad uſus Fabricæ Eccleſiæ noſtræ Colonienſis deputamus & concedimus per præſentes. Conceſſiones vero & commiſſiones ſuper his recipiendis, à prædeceſſoribus noſtris factas quibuscunque Religioſis & aliis præſentibus revocamus: inhibentes vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub Excommunicationis pœna, ne quis alius cujuscunque conditionis, ſtatus, dignitatis aut ordinis exiſtat, hujusmodi votorum redemptiones & commutationes facere, aut in alium uſum convertere præſumat, vel converti præcipiat, quam Fabricæ noſtræ prædictæ: Qui autem hujusmodi redemptiones ad illicita, ad uſum alium converterit, vel convertant, converti præceperit, ſeu præceperint, illum vel illos, quem vel quos, ſex dierum monitione præmiſſa, excommunicamus in his ſcriptis. Præcipimus etiam ſub ea pœna, per ſingulos & univerſos Plebanos & Rectores Eccleſiarum noſtræ Civitatis & Diœceſis Colonienſis, nominatim, quorum nomina ſciri poterunt, & alios in genere excommunicatum & excommunicatos ſingulis menſibus, quando requiſiti fuerint, publice nunciari. Si vero Religioſi, vel alii quicunque, ſe dicant habere authoritatem a Sede Apoſtolica recipiendi illicita, faciendi commutationes & redemptiones votorum hujusmodi, volumus, quod ipſi authoritatem & privilegia, ſi qua ſuper hoc ſint ipſis conceſſa, Decano & Capitulo noſtro Colonienſi, intra quindenam poſt publicationem præſentium literarum, exhibeant & oſtendant. Præcipimus etiam univerſis & ſingulis plebanis prædictis ſub pœna prædicta, ut Parochianis ſuis intiment & publicent quatuor diebus Dominicis per circulum anni cujuslibet, vel pluries, prout eorum diſcretioni videbitur expedire. Datum Anno Domini 1354. in Craſtino Palmarum.

CXVI.

Kayſers Caroli IV. Revocation aller der Stadt Cölln ertheilten Privilegien, und zwar in ſo weit, als ſie des Röm. Reichs Hoheit, und beſonders des Ertz-Stiffts Cölln Gerechtſamen præjudiciren können, de Anno 1356.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus Quartus, divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, &c. Ad perpetuam rei memoriam Recordari ſingulorum, & in nullis negotiis errores committere non ſuſtinet humanæ fragilitatis incertum, ideoque meritorium cenſuit vetus auctoritas errores corrigere, & quod improvide, ſeu negligenter geſtum fuerit, emendationis beneficio reparare; verum quia noſtræ cogitationis ambitu, dum variis ſacri Imperii negotiis hinc inde diſtrahitur, evenit, ut ſæpe conſuevit occurrere, quod propter importunitatem petentium, oblivionem, vel ignorantiam, nonnulla privilegia & indulgentias diverſis perſonis, ſeu communitatibus inadvertenter Noſtra Celſitudo conceſſit, quæ ſunt, & eſſe poſſent inpoſterum in multorum ſacri Imperii fidelium præjudicium & jacturam. Conſiderantes igitur, & imperialis deliberationis ſtudio frequentius revolventes, quod cum venerabilis Wilhelmus, Colonienſis Archiepiſcopus Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius Princeps, & devotus Noſter dilectus, & ſui Prædeceſſores Colonienſes Archiepiſcopi utile Dominium Civitatis Colonienſis virtute largitionum Imperialium dudum obtinuiſſe noſcantur, & obtineant, in præſenti, & ſit ad audientiam Noſtræ Majeſtatis adductum, qualiter dilectis Nobis Civibus Colonienſibus ac Noſtris & Imperii ſacri fidelibus quædam privilegia, & literas aliquas ſub certo ſigillo ſub titulo Romani Regis, quo tunc utebamur, & demum ſub aurea bulla Tipario Noſtræ imperialis majeſtatis impreſſa, ſub Cæſareæ Majeſtatis titulo innovando, & de novo concedendo dederimus, per quæ, ſeu quas, ſicut plurimorum aſſertione comperimus, apparet eidem Colonienſi Archiepiſcopo, Eccleſiæ & ſucceſſoribus ſuis, & aliis Electoribus, & etiam communibus Principibus tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus non modicum, imo ſignanter notabile præjudicium generari; In quibus inter cætera caveri dicitur, quod Noſtra imperialis Celſitudo

eisdem Civibus, & Civitati in privilegium conceſſerit, quod ipſi Cives, vel aliquis eorum ſuper debitis, contractibus vel quaſi, promiſſionibus, delictis vel quaſi, poſſeſſionibus, hæreditatibus, rebus, & bonis, quocunque nomine cenſeantur, nec non actionibus, juribus, & cauſis quibuscunque, in, vel ad judicium Romani Regni, vel Imperii, aut alterius jurisdictionis cujuscunque ordinariæ, vel delegatæ extra muros Civitatis Colonienſis nullatenus evocentur, aut citentur, vel evocetur, vel citetur, quod vulgariter dicitur **Außheiſchen, außladen,** dummodo requirenti, aut conquerenti juſtitia dicta non denegetur, quodque Civitas ipſa, & Cives Colonienſes nusquam poterunt, vel debebunt communiter, vel diviſim in perſonis ſuis, aut rebus, vel bonis pro promiſſione, debito, exceſſu, foreſacto, ſive delicto ſui Concivis, vel Concivium, aut Civitatis impeti, impignorari, invadi, vel quomodolibet aggravari, niſi Civitas, & Judices Civitatis antea ſuper eo pluries & legitime requiſiti, & ſuper facienda juſtitia ſecundum morem Civitatis Colonienſis inſtanter petiti, antea juſtitiam ſuam denegaſſent, vel neglexiſſent; quodque eisdem Civibus conceſſerimus, quod ipſi aſſiſiam, contributiones, tallias, & exactiones ſtatuere & imponere poterunt, & antea impoſitas, ſtatutas, & conſuetas Noſtra imperiali auctoritate mutare & augmentare, & de novo facere, quoties, & prout eis viſum fuerit expedire; Et nundinas in ipſa Civitate Colonienſi, ſive forum generale ſemel, & pluries in anno obſervandas & obſervandum in perpetuum, & ad tempus aſſumere, & indicere, ſumptas, & indictas mutare, venientesque ad nundinas, vel forum hujusmodi conductum habere, & eis conferre, & nihilominus eisdem Civibus, & Civitati Colonienſi illam conſuetudinem, qua quandam libertatem, quæ dicitur **Burchbau**, & bannile habuiſſe, & habere, ut dicitur, dinoſcuntur, confirmaverimus & de novo conceſſerimus hujusmodi libertatem, **Burgbau**, & jus habendi Banleucam, quæ dicitur **Bannmeile** circum circa Civitatem prædictam, & quod poſſent in violentias committentes, & delinquentes & alias circa hoc excedentes ipſam Banleucam animadvertere, & ipſos punire in ipſa Civitate, & extra infra Banleucam hujusmodi Civesque ſuos, & convenientes ad nundinas, & forum hujusmodi, ac contrahentes & delinquentes in ipſa Civitate, & infra Banleucam puniri ſtatuere, pœnis, & mulctis vallare, & jam facta ſtatuta mutare, & de novo ſtatuere totiens, quotiens voluerint. Et quod in præmiſſis per eos ſtatuta ordinata, & mutata plenum robur obtineant, acſi in ſingulis, & quoties fierent Noſtrum adhiberemus expreſſe conſenſum, & quod eidem Cives in muris Civitatis prædictæ, & in locis publicis ejusdem Civitatis poſſint turres, & ædificia publica & privata conſtruere, & conſtructa habere, tenere & mutare: Et quod eisdem Civitati, & Civibus conceſſerimus, ut perſonæ, res, & bona eorum in quibuscunque mercibus conſiſtant in nullo theolonia per prædeceſſores Noſtros Imperatores, & Reges Romanos, aut Noſtra, vel quibuscunque alterius auctoritate in dicto ſtatuto, vel indicendo, ſeu quomodolibet alias conſueto Theolonium ſolvere minime teneantur, nec pro eo graventur. Et quod perſonæ, res & bona ipſorum per terram, & per aquam ubilibet aſcendendo, & deſcendendo libere tranſeant ſine Theolon. novo, vel antiquo, & ſine mora abſolvantur; & quod ductor, ſeu vector bonorum, rerum, ſeu merciumCivium Colonienſium, ſi coram ipſis Theolonariis argueretur, quod bona, & res duceret alienas, ipſe vector, Cive Colonienſi abſente, ſuper hoc ſe propriæ manus juramento poterit excuſare, & debeat ſine dilatione dimitti. Et quod conceſſerimus eisdem Civibus, quod nullus mercatorum de Hungaria, Bohemia, Polonia, Bavaria, Suevia, Saxonia, Thuringia, Haſſia, & quibuscunque aliis orientalibus partibus cum mercibus quibuscunque ad Rhenum veniens extra, atque ultra Civitatem Colonienſem, ſola peregrinationis cauſa excepta procedere debeat, neque etiam Flammingus, vel Brabantinus, aut alter ejus quicunque de ultra Moſam vel aliarum partium inferiorum, ſecundum conſuetudinem, ut dicunt, antiquam, cauſa mercandi ulterius, quam in Coloniam & non trans Rhenum neque verſus ſuperiores partes ultra villam **Rodenkirchen** procedere debeant. Et ſimiliter nullus Mercatorum de ſuperioribus partibus extra Diœceſim Colonienſem exiſtens ultra inferiorem turrim Civitatis Colonienſis, vel ſaltem ultra villam nomine Rile cauſa mercandi deſcendendo procedere debeant, & poſſint; Et ſi quis Mercatorum ſecus fecerit, vel feciſſe deprehenſus fuerit ab aliquo Cive Colonienſi, poterit ab eo licite arreſtari, & puniri more antiquo, ut dicunt, qui **Hanſe** vocatur, qui ſic, ut dicitur fieri conſuevit, quod Cives Colonienſis mercatorem in tali exceſſu a ſe deprehenſum calamo, vel junco, vel aliquo conſimili ligamento ligabit, quod vinculum ſi talis Mercator, præter Civis ipſius voluntatem ſolverit, vel ruperit, pro tali exceſſu tam in corpore quam in rebus in poteſtatem Civis eum ſic deprehendentis, & ligantis incidat, & ſi violentia reſiſtentis hoc expoſcerit, Archiepiſcopus Colon. pro tempore, vel

vel quilibet judex loci requiſitus a dicto cive hoc dicto modo exequi haberet; Et quod nullus Mercator advena undecunque fuerit, ultra ſex ſeptimanas continuas in Civitate Colonienſi cauſa emendi, ſeu vendendi morari poſſit, & hoc in quolibet anno plusquam tribus temporibus cum uſitatis, & conſuetis interſtitiis temporum facere unicuique mercatorum liceret, nec id etiam per ſocium vel nuncium facere poſſet contrarium vero faciens poſſet ſecundum jus Civitatis prædictæ pœnæ debita, & conſueta puniri; Quas conſuetudines, & jura prætenſa prædicta dicimus dictis Civibus in Civitate Colon. auctoritate Imperiali confirmaſſe, & ut eis gaudere, & uti poſſint conceſſiſſe; Et quod is, qui contra præmiſſa fecerit, & ipſos cives & civitatem Colonienſem in, & ſuper præmiſſis, & eorum occaſione gravaverit, a gratia noſtra Imperiali alienus eſſe debeat & amotus, ipſique cives generaliter, & ſingulariter contra eos in præmiſſis excedentes, ex Noſtra auctoritate & licentia deperdita & exacta, expenſas & damna, usque ad ſatisfactionem integram, propria auctoritate poſſe, ſi voluerit recuperare, prout ſic plus, vel minus in dictis privilegiis, ad quæ Noſtra Serenitas ſe refert, dicitur contineri; Verum quia in uno præcedentium articulorum Noſtra conſideravit Celſitudo, quatenus dicti Cives Colonienſes per Noſtram Serenitatem privilegiati dicuntur, quod non poſſint extra muros Civitatis Colonienſis ad alia vocari judicia quæcunque, & ſuper quibuscunque dependentibus ab eadem, quæ ſuperius exprimitur materia, favemus eis de jure ſuo, dum tamen Nobis, Archiepiſcopo Colonienſi pro tempore & aliis Sacri Imperii Principibus in Noſtris, & eorum juribus nullum diſpendium generetur. In articulo vero qui ſequitur de nundinis civitatis prædictæ multa quidem damnoſa, & manifeſtim communantia præjudicium peregrinis, advenis, & univerſaliter omnibus, & ſpecialiter Sacro Imperio, & dictæ Colonienſ. Eccleſiæ advertenter collegimus, & ſignanter cum pœnæ, quas ipſi Cives nimium improvide infligendas forſam decreverunt, in tantum poſſent excreſcere, quod etiam non valerent quovis modo ſuſtineri, & cum privilegium ipſorum, quod de Banleuca loquitur, ſatis apparet liquido Sacro Imperio, Eccleſiæque Colonienſi, & aliis Principibus, ſub quorum jurisdictione dicta Banleuca conſiſtit, manifeſtum præjudicium generari; In Articulo vero, qui dicit, qualiter ſupradicti Cives Colonienſes Jura municipialia, ſecundum approbatam, laudabilem & præſcriptam conſuetudinem loci concedere poſſint, idque ſine præjudicio Sacri Imperii, ac Colonienſis Eccleſiæ, ac etiam aliorum Principum quorumcunque, favemus eisdem, dum tamen rationabilia ſint, & juri communi non obvenientia, ac de, & ſuper re fiant ad eos pertinente, nec Nobis, Colonenſi Eccleſiæ, aut aliis Principibus præjudicent, ut præfertur; ubi vero de juribus & aliis ædificiis dicitur, non ambigimus, quin ex hoc jura Noſtra, & Colonienſis Eccleſiæ debilitari valerent, & etiam publica utilitas impediri; nec non ubi de abſolutione Teloneorum agitur, & ubi Mercatoribus tranſitus per Coloniam ſupra, citra, infra, & ultra prohibetur, ac etiam certum demorationis tempus indicitur, luce clarius eſt per hoc ſacrum Imperium, Colonienſem Eccleſiam, univerſos Principes, & rempublicam notabiliter aggravari, ideoque præmiſſis omnibus diligenter inſpectis, & in examen providæ diſcuſſionis adductis animo deliberato, & ſano omnium Electorum ſacri Imperii, nec non aliorum Principum in celebratione Imperialis Curiæ Noſtræ **in Nurenberg** communicato Nobis Conſilio, non ad alicujus inſtantiam, ſed motu proprio, & de Imperialis poteſtatis plenitudine, ac ex certa ſcientia privilegia prædicta, Conceſſiones, Libertates, Largitiones, immunitates, & gratias tam Regali quam Imperiali auctoritate per Nos dictæ Civitati Colonienſi, & Civibus prædictis datas, aut quascunque alias clauſulas etiam derogatorias Verborum Continentia, ſeu continentes ſub quacunque data conceſſa, ſeu conceſſas, quas clauſulas, & totum tenorem, & datam, ſeu datas dictorum privilegiorum, libertatum & gratiarum prædictarum hujusmodi pro inſertis, & de verbo ad verbum haberi volumus præſentibus perinde pro expreſſis, ac ſi ea omnia & ſingula de verbo ad verbum præſentibus inſerta forent & inſcripta, & hujusmodi Noſtris, & aliorum manifeſtis diſpendiis obviemus juxta formam & modum determinationis, declarationis, & diſtinctionis Noſtrarum, quæ exprimuntur ſuperius, revocamus, caſſamus, & annullamus, ac decernimus ea, & eas viribus non debere ſubſiſtere firmitatis, non obſtante, ſi forſan in literis ſupradictis, privilegiis & largitionibus per Nos hujusmodi confectis caveatur expreſſe, quod ea regali, aut imperiali auctoritate per Nos, aut Succeſſores Noſtros Reges, aut Romanorum Imperatores, vel alia quæcunque revocari, vel eis detrahi, aut præjudicari per quascunque Regias, aut Imperiales literas non poſſit, niſi in ei de toto tenore ipſorum privilegiorum conceſſionum, aut gratiarum hujusmodi dictæ Civitati, & Civibus Colonienſibus conceſſorum, vel conceſſarum facienda eſſet de verbo ad verbum mentio ſpecialis, ſeu quod quævis alia clauſula verborum derogatoria, quæ id expreſſius

pressius & efficacius inferre posset in dictis privilegiis, & concessionibus forsitan sit expressa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostræ revocationis, Cassationis, annullationis & decreti paginam infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, Nostræ Imperialis Celsitudinis indignationem incursurum se noverit, & offensam.

Signum Serenissimi Principis ac Domini, Domini Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris invictissimi & glorioſissimi Bohemiæ Regis.

(L. S.)

Testes sunt hujus, Venerabilis Gerlacus, Archiepiscopus Ecclesiæ Moguntinensis, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Boëmundus, Ecclesiæ Trevirensis Archi-Episcopus ejusdem Imperii per Galliam Archi-Cancellarius, nec non illustres Rupertus Senior, Comes Palatinensis Rheni, ipsius Imperii Archidapifer, & Bavariæ dux, Rodolphus, Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Archimarschalcus, & Ludovicus, dictus Roman. Marchio Brandenburgensis, ejusdem Imperii Archi-Camerarius, & quam plures alii fidedigni præsentium sub bulla aurea tipario Nostræ majestatis impressa testimonio literarum. Datum in Nurnberg, Anno Nativitatis Domini Millesimo, trecentesimo, quinquagesimo sexto, Indictione nona, nona Januarii, Regnorum Nostrorum Anno decimo, Imperii vero primo.

Ego Joannes, Dei gratia Lutomischlienſ. Episcopus, Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Christo Patris, Domini Gerlaci, Moguntinensis Archiepiscopi, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii recognovi.

CXVII.

Churfürsts Gerlaci zu Maynz Attestatum über vorherstehende Revocation, de Anno 1356.

Gerlacus, Dei gratia Sanctæ Moguntinensis Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius. Vniversis tam præsentibus posteris, quam futuris, & quorum interest, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, salutem ac rei gestæ noscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod dudum Anno Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo sexto, Mense Decembris, Sereniſſimo Principi, Domino Nostro, Domino Carolo, Romanorum Imperatore illustrissimo tunc celebrante, & obtinente Curiam suam Imperialem **in Nürnberg**, animo deliberato, & sano omnium Electorum Sacri Imperii, de quorum Nos Numero existimus, & tunc eramus, nec non aliorum Principum ibidem Præsentium communicato sibi consilio, non ad alicujus cujuscunque petentis, vel supplicantis instantiam, sed motu mero proprio causis ipsum Dominum Nostrum Imperatorem ad id moventibus, & inducentibus in literis, de quibus infra fit mentio, specialiter expressis quorundam Privilegiorum, concessionum, libertatum, largitionum, immunitatum, & gratiarum, aut literarum, super eis confectarum, tam sub cereo sigillo, ac titulo Romano Regio, quo tunc utebatur, ac postmodum aureæ Bullæ Typariis Celsitudinis imperialis impressa, ac Cæsareæ dignitatis titulo innovatarum Civitati, ac Civibus Colonienſibus sub certis formis, & modis in eisdem descriptis per dictum Dominum Nostrum concessarum, salvis moderatione & distinctione, ut in eisdem literis revocatoriis de quibus sequitur, continetur; Nobis, Electore dicti Imperii, & Principe auscultantibus, & præsentibus revocationem, cassationem, & annullationem fecit de Imperiali plenitudine potestatis, & eam revocationem, cassationem, & annullationem quatenus & prout facta est, eam sic de juris ratione fieri debuisse, & debere rationabiliter Nobis visum extitit, secundum formam & tenorem literarum Imperialium super hoc confectarum, quarum tenor incipit:

In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus IV. divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Auguſtus, & Boemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam, Recordari singulorum, & in nullis negotiis errores committere non sustinet humanæ fragilitatis incertum; Ideoque meritorium censuit vetus authoritas errores corrigere, & quod improvide, seu negligenter gestum fuerit emendationis beneficio reparare. Verum quia Nostræ cogitationis ambitus dum variis Imperii negotiis hinc inde distrahitur evenit, &, ut sæpius &c. & sic finit ante datum: Nulli ergo hominum liceat hanc Nostræ revocationis, cassationis, annullationis, & decreti paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, Nostræ Imperialis Celsitudinis indignationem incursurum se noverit & offensam, signatum &c. testes hujus sunt venerabilis Gerlacus Archiepiscopus Ecclesiæ Moguntinensis sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius Boemundus Ecclesiæ Trevirensis Archiepiscopus, Sacri Imperii per

per Galliam Archicancellarius, nec non illustres, Ropertus Senior, Comes Palatinus Rheni, ipsius Imperii Archidapifer, & Bavariæ Dux, & Rudolphus, Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Archi-Marschalcus, ac Ludovicus, dictus Romanus, Marchio Brandenburgensis Sacri Imperii Archi-Camerarius & perquam plures alii fide digni, præsentium sub Nostræ Imperialis Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum **Nurenberg**, Anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Indictione IX. Non. Januarii Regnorum Nostrorum Anno decimo, imperii vero primo.

In quorum testimonium præsentes literas sigilli Nostri appensione fecimus communiri. Datum **Nurnberg**, Anno Nativitatis Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo sexto, crastino Epiphaniæ ejusdem, Curia adhuc durante supradicta.

CXVIII.

Ertz-Bischoffs Wilhelmi zu Cölln Statutum, daß kein Religiose in seinem Ertz-Stifft unter dem Prætext, als ob es der Fabric der hohen Stiffts-Kirche zum besten geschehe, betteln, oder sonst einig unzuläßig Gewerb vornehmen, noch mit Gelde wuchern solle, de An. 1356.

Wilhelmus, Dei gratia S. Colon Ecclesiæ Archiepiscopus, S. Imperii per Italiam Archicancellarius &c. Etsi de statu cunctarum Ecclesiarum nostræ Civitatis & Diœcesis prospere dirigendo, cura Pastoralis officii Nos solicitet & fatiget, pro exaltatione tamen & promotione Majoris Ecclesiæ Colonienſis nostræ sponsæ, cui spirituali conjugio copulamur, affectionis solicitamur instantia potioris. Rationi quoque congruum fore reputamus, quod ad hoc Nostra jure dirigatur intentio, & diligentem operam ac operosam diligentiam adhibeamus, per quod ipsa Ecclesia, ejusque solennis fabrica, seu structura, non solum ab imminentibus præservetur periculis, sed cooperante Altissimo, continuum recipiat incrementum. Dudum siquidem a nostris bonæ memoriæ Prædecessoribus Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopis, & a Nobis dictæ Fabricæ per multa Privilegia, Libertates, & indulgentias varias, ex affectione paterna est provisum & indultum, quo pœnitentiarii Nostri pro tempore existentes, cujuscunq; Ordinis, aut conditionis existerent, dictam Fabricam verbaliter & realiter promoverent, vagas & incertas Restitutiones, male ablata, & subtracta, vel inventa bona, & alias illicite acquisita, & obventiones, quæ provenirent excommutationibus votorum, tradi facerent ad usum prædictæ Fabricæ, nec deberent per quempiam alibi assignari: Nonnulli tamen Religiosi, qui circa hujusmodi officium Pœnitentiariæ versantur, sicut veridica relatione didicimus, Provisiones hujusmodi quadam incurialitatis (incivilitatis) imagine infringere moliuntur, & malorum operum instigante satore, hujusmodi Bona & obventiones suis Monasteriis applicari procurant. Plerique Religiosi, non sine multa temeritatis audacia, quæstum publicum faciunt, Monasteriis suis & alibi indulgentias populo motu proprio & de facto concedendo, sine exhibitione aliquarum literarum a Sede Apostolica, Nostris Prædecessoribus, aut a Nobis obtentarum, ut simplices decipiant, & pecunias subtili & fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdem.

Nonnulli etiam Fratres de ordine Mendicantium, quibus, secundum juris dispositionem, a Nobis petita licentia & concessa audiendi confessiones eis confiteri volentibus, falcem suam in messem alienam mittentes, super vobis dispensant: & suis terminis non contenti, a casibus Episcopalibus Nobis & nostris Pœnitentiariis reservatis, absolvunt: cum tamen ipsi Fratres uberiorem authoritatem non habeant in absolvendo, quam Parochialium Ecclesiarum Rectores: & quod perniciosum est exemplo, multi de ipsis Fratribus, sine aliqua licentia a Nobis petita, vel obtenta, de confessionibus populi se intromittunt, in præjudicium Rectorum prædictorum, pœnas varias & sententias, contra tales & præmissorum quorumlibet transgressores in Jure prolatas, damnabiliter incurrendo. Nos vero abusus hujusmodi, per quos Censura vilescit Ecclesiastica, Clavium Ecclesiæ authoritas deducitur in contemptum, & Fabricæ prædictæ structura damna & dispendia notorie patitur & jacturas & omnimode aboleri volentes, præsertim cum hujusmodi procedant in gravem Dei, offensam, nostræ Pontificalis dignitatis præjudicium, plurimorum scandalum, & deceptionem multiplicem animarum, inhibemus & interdicimus universis & singulis confessoribus & quæstoribus cujuscunque ordinis aut Religionis, status, aut conditionis existant, ac aliis, ipsisque districte præcipiendo mandamus, quatenus ex nunc in antea a talibus abusionibus & corruptelis prorsus abstineant: amplius hujusmodi pecunias, Res & Bona, quæ dicuntur vagæ restitutiones, non exigant, extorqueant, vel acquirant & recipiant, & Christi fidelium vota commutare de cætero non præsumant. Nec

confessores religiosi prædicti (exceptis Nostris pœnitentiariis potestatem absolvendi & dispensandi in casibus Episcopalibus a Nobis habentibus) absolutionem alicui a modo impendant, non ostensis per eos primo nostris literis desuper nostro sigillo sigillatis, & in Vestris Ecclesiis super hoc publicatis. Alioqui in ipsos Quæstores & eorum quemlibet, non exemptos & non privilegiatos, quos nos, sex dierum monitione canonica præmissa (quorum ipsis & eorum cuilibet duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio & peremtorio termino assignamus) in his scriptis Excommunicationis sententias promulgamus. Insuper Religiosos viros, Priores, Guardianos, Prælatos & superiores fratrum quorumlibet Ordinum Mendicantium prædictorum, requirimus sub pœnis inscriptis, quatenus omnes & singulos subditos moneant efficaciter & inducant, & sub interminatione maledictionis æternæ eisdem inhibeant, ne in sermonibus suis Ecclesiarum Prælatis detrahant, aut retrahant Laicos ab Ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu, seu indulgentias pronuncient indiscretas: & cum confectionibus Testamentorum intereunt, aut in suis confessionibus & restitutionibus dictorum male ablatorum, Ecclesiis & dictæ Fabricæ debitis non retrahant Testatores, aut ipsos etiam confitentes, nec legata, vel debita, aut male acquisita, ablata incerta, sibi aut aliis su ordinis fratribꝰ vel conventibus, in dictæ Fabricæ, aut aliorum præjudicium, fieri, seu erogari procurent: ii vero, qui præmissa vel aliquid de præmissis attentare præsumpserint, pœnis illis, quæ secundum eorum regulam vel statuta, pro gravibus culpis eis consueverunt imponi, subjaceant & jure subjecti denuncientur, super quibus absque manifesta necessitate cum eis non audeant dispensare. Et si Priores, Guardiani, & prælati ordinum prædictorum de his, quæ occasione præmissorum Excessuum ad eos quoquo modo provenerint, dictæ Fabricæ Ecclesiis aut personis Ecclesiasticis damnificatis seu læsis, satisfactionem plenariam non exhibuerint intra mensem, postquam per vos super hoc fuerint requisiti, suspensionis sententiam jamdudum contra tales a Jure promulgatam usque ad satisfactionem debitam eo ipso declaramus & denunciamus incurrisse & vos ex tunc ipsos sic suspensos, in vestris Ecclesiis publice nuncietis, & nihilominus universis & singulis vestris Parochianis utriusque sexus hominibus, diebus Dominicis & festivis latius exponatis, & ipsis vice & authoritate nostra publice inhibendo interdicatis, quibus & Nos præsentibus interdicimus, ne ipsi de cœtero, vel eorum aliqui, dictis confessoribus, religiosis, vel Quæstoribus aliis, hujusmodi pecuniarum, rerum & Bonorum subtractorum, inventorum, & alias illicite acquisitorum Summas, quæ vagæ dicuntur restitutiones, in confessionibus vel extra subtiliter extorquentibus, aliquo modo dent, tradant, vel assignent, in præjudicium Fabricæ supra dictæ: nec votorum commutationes ab ipsis recipiant, vel pro votorum commutatione ipsis aliquid dent, tradant vel assignent, vel aliis ad tradendum, dandum, vel assignandum eis aliquid pro hujusmodi vagis restitutionibus, aut votorum commutatione præstent consilium, auxilium, vel favorem: Et ne ad eorum quæstum publicum, aliquas ipsis Eleemosynas offerant, vel assignent: nec a Religiosis confessoribus, Terminariis, & aliis prædictis, nisi a Pœnitentiariis potestatem a Nobis in Episcopalibus casibus absolvendi & dispensandi duntaxat habentibus, absolutionem & dispensationem recipiant, nisi prius ostensis vobis & vestrum cuilibet desuper literis Nostro sigillo sigillatis, a Nobis obtentis & per Vestras Ecclesias & Capellas publicatis. Alioqui omnes & singulos utriusque sexus, vestros & cujuslibet vestrum Parochianos, inhibitioni & interdicto nostro hujusmodi non parentes, sed contrarium facientes, quos & Nos, canonica monitione præmissa, novem dierum, quorum ipsis & cuilibet eorum, tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio & peremptorio termino assignamus, in his scriptis in Nomine Domini excommunicamus: & quorum inobedientium nomina sciveritis, excommunicatos nominatim publice nuncietis. Datum anno Domini 1356. in crastino Dominicæ Invocavit.

Contra exercentes contractus **Hantgeldt.**

In Synodali congregatione facta universis Clericis &c. præcipiendo mandamus, ut publice & in confessionibus denuncient, contractus qui dicuntur **Hantgelt**, fore usurarios, & non posse exerceri sine periculo salutis æternæ; & illos, qui non formidant manifeste exercere, & tales contractus manifeste exercentes, usurarios esse. Nec admittant tales ad Altaris communionem, nec ad sepulturam Christianam, nec eorum oblationes recipiant: & si quis acceperit, aut Christianæ sepulturæ tradiderit: Et quæ acceperit, reddere compellatur: & donec ad Nostrum arbitrium satisfecerit, ab officii sui executione maneat suspensus. Item præcipimus Decretalem Gregorianam, quæ incipit, quanquam usurarii, quam Sifridus interseruit inter statuta sua, sub Rubrica, De usurariis manifestis: Contra exercentes contractus præditos, publice & diligenter observari, & servandam intimari. Datum &c.

CXIX.

CXIX.

Ejusdem Statutum wider die Beggarden und Suestrionen in seinem Ertz-Stifft, ingleichen diejenigen, so sie hausen und herbergen, de Anno 1357.

Wllhelmus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis Prælatis, cœterisque Clericis & Perſonis Eccleſiaſticis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Ad eliminandam peſtiferam hominum quorundam (qui Beggardi & Sueſtriones appellantur) ſectam, propter viram & converſationem eorundem ſuſpectam, ac propter varios Chriſtianæque fidei contrarios (quos ii homines profitentur) errores, olim bonæ memoriæ Reverendi Patres, Henricus & Walramus, Prædeceſſores noſtri contra ho mines præſcriptos, ne communione ſua contagioſa, cœter orum Chriſti fidelium gregem, tanquam oves morbidæ conquinarent, in pluribus Synodalibus Conciliis, authoritate eorundem Prædeceſſorum noſtrorum celebratis, varios fecerunt proceſſus: in quibus inter cœtera homines prædictos & eis communicantes, ipſosque hoſpitantes, domos & hoſpitia eis aut alicui ſeu aliquibus ex eis locantes, concedentes aliquid vel dantes, ſeu aliquo humanitatis ſolatio ſubvenientes eisdem, monitionibus legitimis præmiſſis, excommunicarunt, excommunicatosque mandaverunt publice nunciari: Aliosque multiplices formidabilesque proceſſus duxerunt emittendos, prout in literis & Proceſſibus eorundem Prædeceſſorum noſtrorum ſuper his confectis & in publicam notitiam deductis plenius continetur. Verum quia, prout ad noſtram noviter non absque diſplicentia gravi, relatum eſt audientiam, hujusmodi hominum pernicioſa denuo incepit adeo in noſtra civitate & Diœceſi invaleſcere multitudo, quod niſi denuo eis per competentia contraria reſiſtatur, verendum eſt, quod finaliter ſua contagione execranda, totum commaculent ipſum gregem, aliaque pejora prioribus pericula ſubintrabunt. Vobis igitur Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, & vices veſtras gerentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub Excommunicationis pœna, diſtricte præcipiendo ſtatuimus & mandamus, quatenus contra omnes & ſingulos hujusmodi ſectæ homines Beggardos & Sueſtriones ſecundum eorundem Prædeceſſorum noſtrorum proceſſuum continentiam (quos tenore præſentium in omnibus ſuis punctis & clauſulis ratificamus, confirmamus & præſentibus innovamus) procedatis: ipſosque proceſſus contra homines præſcriptos, ac ipſos in domibus ſuis recipientes, aut alios (alias) communicantes eisdem, ſeu eis quicquam dantes, nec non eorum fautores, & eis opem ſeu operam conferentes, fideliter & frequenter publicetis, ac executioni debitæ demandetis. Vosque omnes & ſingulos ſupradictos homines ipſos arctius evitetis. Intimamus etiam vobis, quod ſi aliqui ex vobis in executione præmiſſa inventi fuerint deſides vel remiſſi, contra tales per rigorem Juſtitiæ ſine dolo procedamus.

Datum ſub ſigillo noſtro, anno Domini milleſimo, trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo, 25. die Menſis Februarii.

CXX.

Ejusdem Statutum wider diejenigen, welche an Geiſtlichen Perſonen in ſeinem Ertz-Stifft Gewalt üben, de Anno 1357.

Wllhelmus, Dei gratia ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius &c.

Multiplicata fide dignorum ad Nos perduxit relatio, quod complures ſcelerati, qui propter violentas manuum injectiones in Clericos, Eccleſiaſticasve perſonas, dudum fuerunt & hodie ſunt authoritate Canonis, qui ſic incipit, ſi quis ſuadente diabolo in favorem totius Clericalis ordinis editi, Majoris Excommunicationis ſententia innodati, adeo ſunt in aliis malitiis & perverſitatibus obſtinata quadam elatione indurati, quod ſententias hujusmodi (eo quia denunciantur) damnabiliter vilipendunt, abſolutionisque beneficium petere dedignantur, in grave animarum ſuarum diſpendium, grandeque ſcandalum, ac non mediocre periculum totius Ordinis Clericalis.

Quapropter univerſis Eccleſiarum Rectoribus & eorum vices gerentibus Noſtræ Civitatis & diœceſis, ſub excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus univerſos & ſingulos ſacrilegos hujusmodi, quorum nomina ſciveritis ad præſens, aut in poſterum perceperitis, nominatim & in ſpecie, alios vero in genere, campanis pulſatis, candelisque accenſis & in terram projectis, & pedibus conculcatis, excommunicatos publi-

ce

ce & ſolenniter denuncietis & ab univerſis Chriſti fidelibus arctius evitandos. Datum anno Domini 1357. vigeſimo quinto die Februarii.

CXXI.

Ejusdem Statutum, daß die weltlichen Richter und Obrigkeiten in ſeinem Ertz-Stifft keine gute Gewohnheiten, zum Nachtheil der Kirche, abſchaffen oder ändern ſollen, de An. 1357.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius &c. Præſumtuoſa quorundam dominorum temporalium, Judicum, Scabinorum, Conſulum, Juratorum, Civitatum, Rectorum aliorumque Laicorum, in nonnullis noſtræ jurisdictionis terminis, contra Dei Eccleſiam, ſuam extendens poteſtatem temeritas ſic excrevit, quod conſuetudines ac obſervantias vetuſtas ac laudabiles, pia fidelium devotione introductas non absque ſcrupulo hæreticæ pravitatis infringere moliuntur, inhibendo, ſeu opem, operam, conſilium, vel favorem ad hoc præſtando, aut alias callidis occultisque machinationibus, ſeu condictis verbis & factis efficiendo, ne tempore Exequiarum, ac in Septimo, Triceſimo, & Anniverſariis Parochianorum defunctorum Eccleſiarum quarundam Parochialium panes, carnes, vel caſei, ſeu piſces, vinum, vel cereviſia, ſeu candelæ cum denariis, ſeu aliæ res quælibet, prout juxta morem & conſuetudinem prædictos Eccleſiarum earundem, ab antiquis temporibus obtentum fuit a Chriſti fidelibus offerantur. Cumque præmiſſa in divinæ Majeſtatis offenſam (a qua laici præſcripti ſuas merito ſibi datas recognoſcere deberent poteſtates) ac Eccleſiarum earundem grandem perniciem cedere dinoſcantur, Nos hujusmodi auſibus nefariis occurrere cupientes, diſtrictius inhibemus, ne quis in dictis præſcriptis & aliis quibuscunque, dictas conſuetudines infringat, aut violet, infringere, aut violare procuret, nec per ſe, aut per alios quibuscunque Machinationibus, condictis verbis, vel factis qualitercunque efficiendo impediat, quo minus dictæ aut aliæ quævis oblationes, Eccleſiis, aut Eccleſiaſticis perſonis quibuscunque libere offerantur: nec ad prædicta facienda dent Conſilium, auxilium, vel favorem publice vel occulte. Inſuper mandamus, quod in contrarium attentata revocent & revocari procurent cum effectu. Alioqui in omnes & ſingulos in præmiſſis contrarium facientes, aut in aliquo ipſorum inobedientes & rebelles, decem dierum monitione præmiſſa, Excommunicationis ſententiam, quam etiam ipſos per jus commune incidiſſe reputamus, ferimus in his ſcriptis. A qua, niſi Rectori Eccleſiæ, cujus oblatio (ut prædicitur) impedita fuerit vel diminuta, de injuriis, damnis & expenſis, nec non intereſſe prius integre fuerit ſatisfactum, nullatenus abſolvantur. Volentes, quod univerſi & ſinguli Eccleſiarum Rectores, & eorum vices gerentes prædicti, quorum intereſt, præmiſſa ſuis Parochianis ſingulis diebus Dominicis & feſtivis publicare non omittant. Datum anno Domini 1357. XXV. die menſis Februarii.

CXXII.

Ejusdem Statutum, daß in ſeinem Ertz-Stifft niemand, ohne Erlaubniß des Ertz oder Biſchoffs, in eine Capelle, oder Vicariat angenommen werden ſolle, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c. Ad noſtrum non ſine diſplicentia pervenit auditum, quod nonnulli Rectores, ſeu Curati Eccleſiarum Parochialium noſtræ Civitatis & Diœceſis Colonienſis prædictæ, a ſuis etiam Eccleſiis ſtudio literarum ſeu pro aliis cauſis licitis, & honeſtis de noſtra licentia, aut aliorum Prælatorum ſuorum, quibus hoc de jure competit, ſe abſentant: & ut animarum cura in hujusmodi exerceatur Eccleſiis & deſerviatur laudabiliter in divinis, præfati Rectores, ſeu Curati, Eccleſiarum ſuarum Regimen per locorum ordinarios Vicariis temporalibus ad annum, vel ad tempus aliud faciunt committi: qui temporales Vicarii, onere hujusmodi Eccleſiarum Regiminis aſſumpto, Beneficia & Eleemoſynas, quas ad conſummandam ſtructuram Fabricæ, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ Colonienſis glorioſam, Chriſti fideles ipſorum Curatorum ſubditi, pro ſalute & remedio animarum ſuarum liberaliter contulerunt, colligunt, ipſasque eleemoſynas & beneficia collecta, procuratori Fabricos prædictæ ſtatutis temporalibus minime repræſentant, & nonnunquam aliqui eorum, ante redditam rationem Beneficiorum & Eleemoſynarum prædictarum tolluntur e medio alii vero ad loca remotiora

motiora ſe transferunt, & quandoque, extra noſtram Diœceſin, ubi per Procuratores Fabricæ prædictæ ſuper Eleemoſynis perceptis per eosdem vicarios & collectis, commode nequeunt conveniri. Ex quibus aliisque verſutiis & fraudibus per ipſos temporales Vicarios exquiſitis, nobilis ſtructura dictæ Fabricæ, quæ (ut cunctis liquet intuentibus) immenſis indiget ſumptibus, grande ſuſtinet diſpendium & jacturam. Nos igitur, quia almæ noſtræ Colonienſis Eccleſiæ, ejusque ſtructuræ ſpectabilis diſpendia diſſimulare non poſſumus, quin poſtquam nobis cognita fuerint, adverſus ea opportunis remediis occurramus, ut opus tam laudabile, tamque pium, quod potiſſime cordi noſtro inſidet, maxime noſtro proſpere in tempore, & felicius ſurgat in altum, omnes & ſingulos Rectores, ſeu Curatos Eccleſiarum Parochialium & Capellarum noſtræ Civitatis & Diœceſis, tam exemptos quam non exemptos, admonemus, & ſibi cautos eſſe volumus, ut in toto tempore ſuæ abſentiæ vicarios idoneos, fideles & honeſtos, Eccleſiarum & Capellarum ſuarum Regimini præponi faciant, qui beneficia & Eleemoſynas prædictas fideliter colligant & Collectas, procuratori prædicto ſine diminutione aliqua tradant & aſſignent debitis temporibus & conſvetis: quoniam ad hoc ipſi Rectores & Curati, de antiqua approbata conſvetudine noſtræ Colonienſis Eccleſiæ & ſtatutis tenerentur & obligati eſſent, ſi ſuis in Eccleſiis perſonaliter reſiderent: Scientes, quod damna, ſi quæ Fabrica memorata, culpa ſeu dolo dictorum Vicariorum, in ſuis beneficiis & Eleemoſynis pertulerit, ipſi Rectores & Curati eidem Fabricæ ex integro de jure tenentur refundere, ipſamque in his indemnem penitus conſervare. Datum craſtino Cinerum Anno ut ſupra.

CXXIII.

Ejusdem Confirmation des Ablaſſes vor diejenigen, welche vor die Wohlthäter der Fabric an der hohen Stiffts-Kirche zu Cölln beten, und was ſolchem mehr anhängig, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c. Cum ex debito noſtræ Paſtoralis dignitatis primitivo officio, Matri noſtræ Eccleſiæ Colonienſi merito providere tenemur, quin potius, ut devotio veſtra ex meritis ipſi Eccleſiæ impendendis, apud nos valeat commendari, ne veſter labor atque affectus a nobis vacuis tranſire videatur, vobis Prælatis & Sacerdotibus, qui in negotio dictæ matris Eccleſiæ fideles inventi fueritis & devoti, quicquid ex negligentia, torpore, ſeu oblivione in horis Canonicis, aut in Miſſis contra Deum & ordinem veſtrum omiſiſtis, dummodo contriti fueritis atque confeſſi, totum de Dei Miſericordia duximus indulgendum. Et ut ad Majoris mercedis cumulum omnes Chriſti fideles ferventius provocemus, ſtatuimus ratificantes, ut omnes indulgentiæ venerabili matri noſtræ Eccleſiæ Colonienſi conceſſæ in noſtra Provincia omnibus Chriſti fidelibus manum largitatis ad ſanctum & laudabile opus porrigentibus ad æternæ ſalutis augmentum ſint valituræ. Nos etiam ad excitandam & in Domino exhortandam fidelium devotionem, hoc de noſtro apponimus, quod omnibus Chriſti fidelibus dictæ Eccleſiæ Benefactoribus, quadraginta dies de pœnitentiis ipſis injunctis ob peccata oblita, vota fracta, (ſi ad ea redierint) offenſas patrum & matrum ſine manuum injectione violenta, juramenta quæ mentis impetu & ſine diſcretione ſunt prolata, mendacia ex levitate, ſeu joco & pietate dicta, vaniloquia ſuperflua & inutilia, & Bona quocunque modo illicite acquiſita, (ſi neſciantur hi, quibus reddenda ſunt, & in ſubſidium dictæ fabricæ Colonienſis Eccleſiæ conferantur) miſericorditer relaxamus. Inſuper, ut ad majoris mercedis ad cumulum omnes Chriſti fideles efficacius & ferventius provocemus, præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ & ſtatuimus, ut ſinguli Sacerdotes noſtræ Diœceſis, ſingulis menſibus duas Miſſas, unam pro vivis, & aliam pro defunctis, celebrent. Diaconi vero & Subdiaconi, nec non & Moniales, ſingulis annis duo Pſalteria perlegant pro benefactoribus, & Eccleſiæ noſtræ Fraternitate ipſis exponenda, Zelo devotionis, candelis accenſis aſſumentibus, ut pro tantarum orationum beneficio æternæ vitæ mereantur eſſe conſortes. Item ut cognoſcat Diſcretio veſtra, quod nos prædictam ſanctam & laudabilem noſtram Eccleſiam Colonienſem ſummo amore proſequamur, præcipimus & ſtatuimus & mandamus ſub pœna ſuſpenſionis divinorum officii veſtri, ne aliqua negocia, cujuscunque ſint conditionis, nominis, aut authoritatis, aut petitores cujuscunque ſint conditionis, in veſtris Eccleſiis admittatis poſt exhibitionem præſentium: immo nullatenus ipſos promoveatis, ſeu recipiatis niſi de mandatis noſtris & conſenſu ipſos ſciveritis tranſire, noſtrisque literis trans-

tranſeant, quæ de præſentibus plenam & ſpecialem faciant mentionem. Hæc omnia & ſingula ſtatuimus, indulgemus, & tenore præſentium mandamus. Datum Dominica Invocavit anno Domini M. CCC. LVII.

CXXIV.

Ejusdem Statutum wider die in ſeinem Ertz-Stiffte befindliche Secte der Flagellanten, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius &c. Ad eliminandam flagitioſam hominum quorundam, qui ſe Flagellatores appellabant, ſectam tam Apoſtolica, quam noſtra ordinaria authoritatibus, varios nos pridem proceſſus meminimus emiſiſſe: quorum diſtrictione dictæ ſectæ ſectatores, ab ejus exercitio in noſtra Civitate & Diœceſi Colonienſi deſiſtere ſunt compulſi. Ad noſtrum tamen non absque perturbatione gravi pervenit auditum, quod nonnulli ſuperſtitioſi homines & nefandi, in hujusmodi deteſtabilem & damnatum recidivantes errorem, his diebus hujusmodi ſectæ exercitium intra noſtræ jurisdictionis terminos reſtaurare præſumptione diabolica præſumſerunt, falſo confingentes, ſe a nobis ſuper hoc licentiam accepiſſe. Nos igitur, ne hujusmodi ſectæ nefariæ recidiva peſte reſurgat exercitium, vobis & cuilibet veſtrum, ſub Excommunicationis pœnæ diſtrictæ præcipiendo mandamus, quatenus in veſtris Eccleſiis publice moneatis homines præſcriptos peſtiferos, quos & nos, tenore præſentium monemus, ut intra ſeptem dies poſt veſtram monitionem Deo & nobis de hujusmodi ſuis perniciosis exceſſibus condignam præſtent Emendam. Alioqui ipſos omnes & ſingulos, qui hoc anno ſectæ prædictæ exercitium reſtaurare præſumpſerunt, vel inpoſterum exercere præſumunt, (quos propter hoc in his ſcriptis excommunicamus) excommunicatos nominatim & in ſpecie, quorum nomina ſciveritis, vel in poſterum ſcire poteritis: alios vero in genere publice & ſolenniter, campanis pulſatis, candelis accenſis, & in terram projectis, & extinctis, intimetis: & in locis quibuscunque, ad quæ, hujusmodi ſectæ exercitium exequendo, pervenerint, quandiu ibi fuerint, & per ſequens triduum, ceſſetis penitus a divinis. Hortamur inſuper & requirimus univerſos terrarum dominos, Poteſtates & Juſtitiarios ſeculares, ut hujusmodi homines a ſectæ prædictæ exercitio arcere ſtudeant manus appoſitione militaris. In quo nedum Reipublicæ non modicum conſulent, quin etiam obſequium acceptum divinæ præſtabunt Majeſtati: Abſolutione omnium præmiſſorum transgreſſorum nobis tantummodo reſervata. Datum anno Domini 1357.

CXXV.

Ejusdem Statutum wider die öffentlichen Wucherer und ſolche Perſonen die mit Contracten, ſo insgemein Handtgeld genannt werden, in ſeinem Ertz-Stiffte umgehen, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius &c. Omnibus, quibus ex privilegio competit proponere verbum Dei, præcipiendo ſtatuimus & mandavimus, quatenus in ſermonibus ſuis, & in Confeſſionibus occulte Chriſti fidelibus, contractus quos Handtgelt vocant, directe & manifeſte eſſe uſurarios, & absque periculo ſalutis æternæ exerceri non poſſe, denunciare & intimare non obmitterent ullo modo. Verum quia ex multiplici fide dignorum relatione ad noſtrum pervenit auditum, quod complures Eccleſiaſticæ & ſeculares perſonæ adhuc in diverſis noſtræ Diœceſis locis, ab hujusmodi contractibus minime abſtinere formidantes, ipſos etiam exercere manifeſte non verentur, vobis mandamus & injungimus, quatenus hujusmodi contractus manifeſte exercentes, uſurarios manifeſtos eſſe denuncietis: nec ipſos ad communionem Altaris admittatis: nec ipſi, ſi in hoc peccato deceſſerint, Chriſtianam accipiant ſepulturam: Sed nec oblationes eorum quisquam recipiat. Qui autem acceperit, aut ipſos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, & quæ acceperit, reddere compellatur: & donec ad arbitrium noſtrum ſatisfecerit, ab officii ſui executione ſit ſuſpenſus. Inſuper Decretalem Gregorianam, quæ incipit, quanquam uſurarii, inter Statuta D. Sifridi Archiepiſcopi Colonienſis noſtri Prædeceſſoris, ſub Rubrica de uſurariis manifeſtis inſertam contra Contractus prædictos publice exercentes, obſervetis & obſervandam intimetis. Datum anno Domini 1357. ultima die Septembr.

CXXVI.

Ejusdem Statutum, daß keine Perſon aus einem unter dem General-Interdict ſtehenden Orte, an einen andern mit ſolchem nicht behafteten, zum Gebrauch der H. Sacramente gelaſſen werden ſolle, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ &c. Perniciosus quidam, ut intelleximus, in nonnullis noſtræ Diœceſis partibus abuſus inolevit, quod loco aliquo Eccleſiaſtico ſuppoſito interdicto, Parochiani loci interdicti, ad vicinas Eccleſias pro divinis audiendis accedunt: & ibidem indifferenter ad divina & alia Sacramenta Eccleſiaſtica a Plebanis admittuntur: quod, ſicut juri contrarium, ita correctione dignum judicantes, ſtatuimus, ut in diebus Dominicis & feſtivis Presbyteri, antequam Miſſam celebrent, interrogent, ſi aliquis in Eccleſiis ſit, qui ſit de loco interdicto: quem ſi invenerit, ſtatim ab Eccleſia abjiciatur. Presbyterum autem aut Plebanum, qui proprium, vel alienum Parochianum interdictum, ſcienter ad aliquod Sacramentum Eccleſiaſticum admittit, ab officio divinorum, trium dierum monitione præmiſſa ſuſpendimus. Datum Anno 1357.

CXXVII.

Ejusdem Privilegium vor diejenigen, welche, wegen gethanen Beytrags zum Bau der Fabric der hohen Stiffts-Kirche zu Cölln, in die St. Peters-Brüderſchafft auffgenommen werden wollen, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia &c. Cum ſicut ad nos id fidedignorum perduxit relatio ac fama valida, publica acclamatione, lucidius atteſtatur, quod nonnulli Civitatis & Diœceſis noſtræ prædictæ, nobis ſubditi, non pauci numero, qui Zelo devotionis, qua opus ditiſſimum fabricæ noſtræ Eccleſiæ Colonienſis (cum omni exactiſſima operariorum diligentia, miranda precioſitate, ex fidelium largitione Eleemoſynarum continua, jam dudum inceptum) proſequuntur, pro fraternitate beati Petri, oblatis ad id opus debite perficiendum ſuis Eleemoſynis juxta ſuarum virium facultates ſe aſſcribi, & participes Privilegiorum, libertatum, & gratiarum ejusdem fieri deſideranter affectant. Sed quia ad hujusmodi fraternitati quenquam aſſcribendum, rerum & bonorum oblatorum quantitatem, quam offerentis pro modo facultatum, mundi cordis affectum æſtimant, licet indebite plus attendi, & per hoc ad hujusmodi Fraternitatem (ſi id quod poſſent, non quod vellent, ſi ſuppeterent Facultates, offerrent) verentur ſe, quamvis immerito, ullatenus non poſſe admitti, nec adſcribi. Ea propter devotioni hujusmodi ſubditorum noſtrorum pio compatientes affectu, ac volentes eosdem tam (in tam) laudabili propoſito, ad ſalutem animarum ſuarum ſalubriter confovere, præſentibus duximus ordinandum, ſpecialiter indulgentes eisdem, quod hi, qui de bonis ſibi a Deo collatis, tantum ad ſtructuram Fabricæ Eccleſiæ noſtræ prædictæ ſolvendum annuatim ſe adſtrinxerint & contulerint, quantum compenſatis eorum facultatibus, de conſilio & judicio Curatorum ſuorum, commode ſolvere poterunt & conferre, ſe dictæ Fraternitati facere poſſint, & faciant aſſcribi, privilegiis, indulgentiis ac gratiis, & libertatibus, ac immunitatibus quibuscunque a nobis & noſtris Prædeceſſoribus dictæ Fraternitatis fratribus conceſſis, (non obſtantibus literis quibuscunque noſtris, ſeu Prædeceſſorum noſtrorum, huic indulto noſtro forſan derogantibus) libere potituri: Exceptis ſepultura & extrema unctione, eis nullatenus miniſtrandis in locis illis, quæ per unum annum continue Eccleſiaſtico fuerint ſuppoſita interdicto. Ita tamen, quod hujusmodi futuri Fratres Eleemoſynas ſuas prædictas, inſpirante Deo, ſucceſſu temporis de bono in melius augere ſtudeant prout, præſtante Deo, ipſorum auctæ fuerint & excreverint facultates, ut exinde procul dubio centuplum in terris recipere valeant, & in Cœlis vitam poſſidere ſempiternam. Datum craſtino B. Remigii Anno Domini 1357.

CXXVIII.

Ejusdem Revocation des Privilegii, daß in ſeinem Ertz-Stifft vor Adlichen und andern Standes-Perſonen auf Trag-Altären Meße geleſen werden möge, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia &c. Querela multorum Rectorum Eccleſiarum Parochialium, noſtrum pulſavit auditum, ſe in ſuarum Proventibus Eccleſiarum notabilem deplorantium ſuſtinere jacturam ex eo, quod plerumque dominis Temporalibus, militibus, armigeris, aliisque pluribus in multitudine innumera, ut in altari portatili coram ſe Miſſarum ſolemnia poſſint facere

cere celebrari, dicimur concessisse. Cum igitur privilegium in alterius præjudicium non sit concedendum, aut si ex post facto in alterius dispendium vergat, merito sit revocandum: Ea propter concessiones quaslibet, quibuscunque personis factas de celebrando, aut de faciendo coram se in altari portabili celebrari, ultra quos menses a data præsentium durare nolumus, sed ipsas penitus revocamus: Datum anno Domini 1357. ultima die mensis Septembr.

CXXIX.

Ejusdem Statutum wider die Ordens-Personen, so sich außerhalb den Clöstern auffhalten, ingleichen diejenigen, welche sie hausen und herbergen, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia &c. Vergit quidem in totius Religionis opprobrium, grave quoque & nimium detestabile scandalum parit in populo, actibusque nefariis aditum præbet, immo in perniciem multorum audivimus redundare, quod quamplures Religiosi per nostram Civitatem & Diœcesin Colonienſem moram trahendo (trahentes) aliqui etiam ex ipsis de suorum inconsulta, & juri contraria licentia Prælatorum, suorum Monasteriorum loca, extra quæ tamen, sicut piscis extra aquam, vita carent, passim & publice quasi oves aberrantes discurrendo vagantur, nullusque suorum Monasteriorum utilitates exequentes, negociis in toto secularibus, ultra alios se nimis irreverenter immiscere non verentur: quod correctionis lima necessaria conspicimus indigere, ipsosque ad pastores animarum suarum convertere satagentes, universitati vestræ præsentibus intimamus, hos religiosos, cujuscunque ordinis aut conditionis existant, amodo contra sui ordinis substantiam & contra id quod sonat verbum hoc, Monachus, quod solitarium significat, in statu prædicto, in mortalique peccato versari, in suarum grave periculum animarum. Ea propter universos & singulos requirimus, vobisque sub pœna excommunicationis districte præcipiendo mandamus, quatenus ab hujusmodi religiosorum conversatione, familiaritate, hospitii, seu domicilii locatione, seu concessione, aut sub alterius cujuslibet coloris titulo, præstatione penitus abstineatis: Vosque Parochialium Ecclesiarum Rectores & eorum vices gerentes, eosdem religiosos & subditos vestros utriusque sexus præsentis nostri mandati Contemptores, hospitia, aut domicilia hujusmodi religiosis quocunque colore exhibentes, aut conversationes habentes, quascunque cum eisdem, quorum nomina sciveritis, nominatim & in specie, alios vero in genere, vice & authoritate nostra moneatis, quos etiam & nos monemus per præsentes, ut prædicti religiosi intra quindecim dierum spatium ad monasteria sua redeant in ipsis (ut status Monasticus exigit, hujusmodi vagationibus & discursionibus postpositis, ut decet) continuo permansuri: dictique nostri subditi, prædicto nostro mandato pareant cum effectu: alioqui ipsos (quos nos dictorum quindecim dierum monitione canonica præmissa, in his scriptis excommunicamus) excommunicetis & ab universis Christi fidelibus arctius evitandos (cum plena & fideli hujusmodi mandati executione) palam & publice nuncietis, nisi dicti religiosi causam rationabilem, quare extra monasteriorum suorum septa possint sic degere, ipsi, vel aliquis eorum intra dictos dies prætendant: & ipsi subditi nostri, quare hujusmodi nostro mandato minime parere teneantur, coram dilecto nobis officiali curiæ nostræ Colonienſis (cui in præmissis & ea quoquo modo tangentibus, committimus vices nostras) allegaverint. Diem vero monitionis vestræ ac nomina monitorum executionis præsentium, nobis liquide rescribatis vos, qui præsens nostrum mandatum fueritis executi. Datum Coloniæ sub sigillo nostro, anno Domini 1357. ultima die mensis septembr.

CXXX.

Ejusdem Statutum wider diejenigen, so auf den Bau der Fabric der hohen Stiffs-Kirche zu Cölln mit Creutzen, Kelchen ꝛc. betteln gehen, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia &c. Meminimus nos jamdudum & vicibus multiplicibus sub certarum pœnarum adjectione, decreviſſe Christianitatum Decanis, ac Rectoribus investitis, & sacerdotibus universis Ecclesiarum & Capellarum in nostra Diœcesi constitutis, ne quæstores, aut petitores, cujuscunq; forent nominis, authoritatis, sive conditionis in suis Ecclesiis admitterent, promoverent, seu reciperent, nisi ipsos transire scirent cum nostris & Capituli nostri Colonienſis literis certis & expressis. Sane ex parte vestra nobis oblata petitio continebit, quod cum nonnullæ hactenus fuerint & sint personæ prophanæ & profugæ, quæ diabolicæ persvasionis instinctu, sub falso titulo Nunciorum Fabricæ Ecclesiæ Colon. & cum literis confictis, in aliquibus Ecclesiis Diœcesis transeundo, beneficia & Eleemosynas ad consumandam structuram Fabricæ memoratæ petant, colligant & recipiant, in præjudicium & jacturam ejusdem Fabricæ, cui subripiunt ea, quæ in Christi fidelibus donantur, quatenus eidem Fabricæ & vobis super his de opportuno Remedio providere dignaremur. Nos igitur non solum præjudicia & Jacturas, quibus gloriosa Fabrica & Structura Ecclesiæ Colonienſis memoratæ per prædictos excessus impeditur, vitare, sed etiam excedentium hujusmodi excessus corrigere cupientes, quod cum efficacia perficere nequivimus, cum ipsi existant profugi, nisi personaliter capiantur: idcirco authoritate præsentium committimus, & districte universis & singulis officiariis ubilibet constitutis mandamus, & requirimus officiarios aliorum Dominorum, quatenus delinquentes, cum per vos vel per nuncios vestros requisiti fuerint authoritate nostra capiant, etiamsi Clerici fuerint, detineant, & nobis ipsos repræsentent, pro meritis & modo culpæ pœnam recepturos. Præterea exposuistis nobis, quod sint nonnullæ personæ utriusque sexus, quæ novæ mendicitatis, sive extorsionis pecuniæ a Christi fidelibus speciem ad invenientes, nulla authoritate suffultæ cum Crucibus & Imaginibus, sive Calicibus quas portant, sine verecundia & cum scandalo publice petunt, & recipiunt Eleemosynas in præjudicium non modicum Fabricæ memoratæ: quocirca præcipimus & inhibemus, sub pœna excommunicationis Decanis, Plebanis, Rectoribus & Vicariis Ecclesiarum Capellarum universis nostræ Diœcesis ne de cætero tales in suis Ecclesiis admittant, nisi nostris & Capitulis nostri literis sint munitæ: Immo hujusmodi personas omnes & singulas (quas sexdierum spatio pro termino peremptorio & monitione canonica præmissa, nisi destiterint a præmissis, excommunicamus in his scriptis) in Ecclesiis vestris publice nuncietis excommunicatos. Et ut forsan nonnulli spiritualem pœnam formidantes minime, temporalis metu pœnæ a prædictis arceantur, vobis officiariis nostris sub obtentu gratiæ nostræ & nihilominus vobis & aliis officiariis prædictis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis districte præcipiendo mandamus, quatenus ubicunque & quotiescunque a præsentium exhibitore fueritis requisiti, prædictis personis (sicut prædicitur, cum Crucibus, Imaginibus, Calicibus & Monstrantiis mendicantibus, easdem Cruces, Imagines, Calices seu Monstrantias, authoritate nostra auferatis, ipsosque præsentium exhibitori tradatis & ut assignentur Procuratori Fabricæ prædictæ fideliter mandetis, ut sic præfatæ personæ, metu pœnæ ab hujusmodi forefactis & excessibus discant ulterius abstinere, Datum anno Domini 1357.

CXXXI.

Ejusdem Statutum wider diejenigen, welche die Legata zum Bau der Fabric der hohen Stiffts-Kirche zu Cölln vorenthalten, ingleichen wider andere, so unter diesem Prætext betteln gehen, de Anno 1357.

Wilhelmus, Dei gratia &c. Multifariis excitatos clamoribus nos oportet occurre præjudiciis & jacturis, quibus sancta nostra Colonienſis Ecclesia, in gloriosa templi sui Fabrica & structura opprimitur & multipliciter impeditur, præsertim per Plebanos & Rectores Ecclesiarum Civitatis & Diœcesis nostræ Colonienſis, qui Eleemosynas & legata Frabricæ ipsius Ecclesiæ, tempore debito minime reportant & repræsentant. Unde omnes & Fabricæ Ecclesiæ nostræ prædictæ, & aliorum negociorum ad ipsam fabricam spectantium, Eleemosynarum, seu legationum, ultra diem reportationis earundem indictæ seu indicendæ, detentores seu subtractores, authoritate a Deo nobis concessa, propter contemptum Clavium & Sacrilegium commissum, decem dierum monitione canonica præmissa, excommunicationis vinculis in his scriptis innodamus: præmissa non solum ad futura, sed & jam pendentia, subtracta & detenta, & in reportatione dilata ipsi Fabricæ extendi volumus, & ligari detentores & subtractores hujusmodi præfata pœna post publicationem mandati hujusmodi, nisi intra tempus præfatæ monitionis satisfaciant de perceptis & subtractis. Expositum est etiam nobis, quod nonnullæ personæ utriusque sexus, quæ novæ mendicitatis sive extorsionis pecuniæ a Christi fidelibus colorem adinvenientes, nulla authoritate suffultæ, cum crucibus & imaginibus, Calicibus & aliis Monstrantiis quas portant publice, Eleemosynas petunt & recipiunt in præjudicium Fabricæ prædictæ. Quocirca præfigimus universis Christianitatum Decanis, Plebanis & Rectoribus & Vicariis Ecclesiarum & capellarum nostræ diœcesis, ne de cœtero tales, aut alios quæstores, aut quæstus quoscunque publicos in suis Ecclesiis & Capellis admittant, nisi nostris, aut officialis nostri & Provisoris Fabricæ prædictæ literis sint muniti: immo eos (quos monitione decem dierum præmissa, in his scriptis (excommunicamus) excommunicatos nominatim denuncietis, nisi intra hujusmodi monitionis terminum a præmissis desistant & nobis de commissis satisfaciant competenter. Inhibemus insuper universis & singulis Christianitatum Decanis, Ecclesiarum,

siarum, Rectoribus, Plebanis, Vicariis, Capellarum Rectoribus nostræ Diœcesis, ne consentiant ut aliqui stipites sive trunci pro Eleemosynis colligendis, in eorum Ecclesiis, Capellis & Parochiis ponantur seu locentur, prout etiam inhibitum est in statutis D. Henrici Archiepiscopi Colonien sis nostri Prædecessoris, sub pœnis expressis in eisdem. Datum anno Domini 1357.

CXXXII.

Ejusdem Statutum wider diejenigen, so in seinem Ertz-Stifft die publicirten Statuta nicht zur Execution bringen, und sich bey Wegtragung des H. Sacraments nicht in geziemender Kleidung finden lassen, de Anno 1357.

Willhelmus, Dei gratia sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus &c. Animarum periculis occurrere desiderabiliter affectantes transactis temporibus diversa mandata emisimus salubria, quæ & in diversis Synodalibus congregationibus solenniter fecimus, publicari: Sed quia propter desidiosam, aut nullatenus factam executionem aliquorum mandatorum prædictorum, per eos, quibus executio prædicta tunc injuncta fuit facienda modicum exinde fructum adhuc sensimus proveniſſe. Quapropter aliqua ex mandatis ipsis renovanda censuimus, vestrisque auribus, repetitis vicibus inculcanda, illis quorum hujusmodi executio mandatorum facienda tunc injuncta fuerat, sub pœna suspensionis ab officio divinorum (quam in ipsos & eorum quemlibet, si non fecerint quod mandamus, trium dierum canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis) districte præcipiendo mandantes, quatenus ipsi & eorum quilibet, mandatorum dictorum (secundum continentias eorundem) executionem fidelem & efficacem facere studeant, & Sigillifero Curiæ nostræ, quando & qualiter executionem ipsam fecerint, per literas suis sigillis sigillatas rescribant intra mensem: taliter in his se gerentes, ne subditorum suorum excessus dissimulando, suos facere videantur, nosque contra ipsos proinde acrius procedere compellamur. Mandata vero prædicta, sic incipiunt: Primum, Usurarum Voraginem: Secundum, in Synodo sancta: tertium, VERGIT quidem; quartum Pernicios us quidam, ut intelleximus &c. quintum vero, multiplicata fide dignorum. Insuper ne propter injuriam Sacerdotum, divina indignatio gravius ardescat, sub pœna excommunicationis districte præcipiendo mandamus universis Sacerdotibus, quatenus cum ipsi Dominici Corporis Sacramentum ad infirmos deferunt, in decenti habitu, superposito mundo velamine ferant & referant manifeste & honorifice ante pectus cum omni Reverentia & timore. Ad hoc, quia execrandas divinationum, incantationum, & sortilegiorum superstitiones in nostra Civitate & Diœcesi Colonien si invaluisse percepimus, ne ipsorum assiduitate noxia, Christi fideles in idololatriam pertrahantur, universos utriusque sexus homines, hujusmodi maleficia se de cætero multiplicantes, aut ipsa fieri procurantes, excommunicamus in his scriptis, ac per vos, Ecclesiarum Rectores, vestrasque vices gerentes, singulis diebus Dominicis & Festivis excommunicatos mandamus publice nunciari. Datum anno Domini 1357.

CXXXIII.

Ejusdem Statutum wider den ungeziemenden Habit und Aufführung derer Geistlichen und Ordens-Personen, de Anno 1360.

Willhelmus, Dei gratia sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, universis Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatis & Clericis, Ecclesiasticisque Personis nostrarum Civitatis & Diœcesis Colonien sis, salutem in Domino sempiternam. Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, D. Innocentii divina providentia Papæ Sexti literas accepimus in hæc verba:

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, venerabili Fratri Wilhelmo, Archiepiscopo Colonien si, salutem & Apostolicam benedictionem.

Etsi de cunctorum Christi fidelium, super quorum universali cura & custodia sumus constituti, delictis & excessibus doleamus ab intimis, de prælatorum tamen & Clericorum detectibus tanto nimirum dolemus acerbius & profundius conturbamur, quanto sentimus graviora inde eisdem fidelibus animarum pericula provenire. Nuper siquidem ad aures nostras rumor infestus de partibus Alemaniæ progressus, fide digna relatione perduxit, quod nonnulli solo vocabulo Clerici & Ecclesiasticæ personæ, non solum in minoribus gradibus consistentes sed etiam ad fastigium Pastoralis

lis dignitatis evecti, de partibus prælibatis effrenato quodam vivendi modo libitum pro licentia capientes, & per dissolutionis lubricum, & sine ullo rationis imperio gradientes, neglecta Clericalis honestatis observantia, & gravitate Ecclesiasticæ religionis abjecta, vitam suam Deo & Ecclesiasticis ministeriis dedicatam, quibusvis secularibus actibus contra sacrorum Canonum prohibitiones se immiscent in ludis, hastiludiis, torneamentis & aliis militaribus & prohibitis eis actibus, nec non in deferendis vestibus secularibus, ac aliis quibusdam a Jure prohibitis ornamentis, dilapidantes Bona pauperum & Patrimonium Jesu Christi, in Dei offensam, propriæ salutis dispendium, & pernicios um populi talia conspicientis exemplum Nos igitur attendentes, quod qui tanquam Dei ministri positi sunt ad abolendas maculas subditorum, immaculatam & irreprehensibilem debeant ducere vitam suam, & quasi lumen accensum super candelabro positi, gregem Dominicum sibi commissum, in viam rectam dirigere verbo pariter & exemplo: considerantes itaque, quod sæpe pejora malis addere solent impunitates delictorum, & propterea hujusmodi talium personarum excessibus debitis obviari remediis cupientes, fraternitatem tuam requirimus pariter & monemus attente per Apostolica scripta tibi nihilominus mandantes, quatenus juxta villicationis tuæ debitum officium, & incumbens tuis humeris onus ministerii Pastoralis, attenta diligentia, & diligenti attentione te solicitum reddas & vigilem circa prælatos & Clericos, aliasque personas Ecclesiasticas, cujuscunque gradus & dignitatis existant, tibi subjectos, ab hujusmodi excessibus coercendos, si quos in præfatam temeritatem & lasciviam inveneris incidisse, ut a talibus actibus prorsus abstineant, seculares hujusmodi usus morum, gravitati Ecclesiasticæ penitus indecentes, abjiciant, & divinis obsequiis vocationis suæ non immemores, integritate vitæ & gestibus intendant, correctionis tuæ limam in pertinaces & negligentes, prout ad tuum spectat officium, efficaciter impensurus, & etiam venerabilibus fratribus nostris Episcopis, suffraganeis tuis mandaturus, ut circa subditos sibi clericos & personas Ecclesiasticas similem curam adhibeant, & ad hujusmodi corripiendos abusus vigilanter advertant. Sic ergo adhibeas debitæ solicitudinis tuæ curam, & tuum ministerium impleas in prædictis, quod apud nos, cum tolerare negligentiam non possimus, adhibitæ solertiæ præconium merearis, & contra delinquentes eosdem aliud remedium adhibere non sit opus. Cæterum ut hæc omnia tibi latius & apertius innotescant, venerabilis frater noster Philippus, Episcopus Cavallicen. Apostolicæ sedis nuncius, per nostras literas, & dilectus filius, Conradus, Præpositus Ecclesiæ B. Mauritii Moguntinen sis, lator præsentium, per nos vivæ vocis oraculo plenius informati, eidem fraternitati tuæ. Nostræ mentis propositum plenius explicabunt & serios ius, quibus vel eorum alteri, dabis in prædictis cum efficacia operis, plenam fidem: Nihilominus præfatis Episcopo & Præposito, vel alteri eorundem, super quibusdam aliis, pro parte nostra tibi, viva voce latius referendis, tam plenarie quam efficaciter crediturus. Datum Avinione, tertio Kalendas Maji, Pontificatus nostri anno septimo.

Volentes itaque prædicta Apostolica nobis directa adimplere mandata, ne de damnabili possimus negligentia reprehendi, dissolutiones indecentias & abus us varios, quibus Clericos & Ecclesiasticas personas nostrarum civitatis & Diœcesis Colonien sis, excedere & scandalose deformari comperimus, Apostolicis jam dictis compulsi præceptis, Pastoralis emendationis sarculo evellere cupientes, suspensiones quarumlibet pœnarum & censurarum Ecclesiasticarum in statutis & mandatis quondam Reverendorum Patrum, Dominorum Henrici & Walrami, Archiepiscoporum Colonien sium, Prædecessorum nostrorum, pro reformatione vitæ & honestatis status Clericalis editis, pridem promulgatarum, nuperque ad preces dilectorum nobis Decanorum nostræ Majoris & aliarum Ecclesiarum collegiatarum Colonien sium, aut alias qualitercunque per nos factas, quia Decanos ipsos in Correctione dissolutionum, abusionum, & excessuum prædictorum nobis pollicita per eosdem invenimus notorie negligentes, quantum ad infra scriptos abusus, & indecentias, revocamus, cassamus, & nullius deinceps esse volumus firmitatis, sed statuta & mandata prædicta, cum pœnis, sententiis & censuris Ecclesiasticis quibuscunque contentis & prolatis in eisdem, quo ad dissolutiones, indecentias & abusus eosdem, cum subscripto moderamine innovamus, ea in statum primævum restaurantes. Ne autem Clerici & personæ Ecclesiasticæ prædictas pœnas hujusmodi, utique formidabiles, incidant quodammodo improvise, monemus universos & singulos clericos seculares Beneficiatos & non Beneficiatos, in sacris tamen ordinibus constitutos duntaxat, & etiam religios os, cujuscunque ordinis, Gradus, aut

aut conditionis exiſtant, ne de cætero veſtes partitas, virgatas, taliatas, ſcacatas, aut quibus manicæ vel aliæ particulæ alterius coloris ſunt aſſutæ, aut omnino rubeas, aut omnino viridis, aut glaucas pro ſuperiori veſte deſuper cinctas, aut botoratas, vel nodatas, præter togas, vel ſciſſas, conſutitias in aliqua ſui parte, niſi in ſpatulis & manicis duntaxat pro ſuperiori veſte, aut caputiola parva ſubtus brachia colligata, vel vinculis, vel nodis alteri veſti affixa, aut etiam caputia vel alias veſtes ſciſſas per particulas pendentes, vel auri vel argenti, aut texturarum, vel circumferentiarum appoſitione ornatas, vel manicas, aut Wamboſia defuſcata, vel tela linea aut ex alia quacunque (aut alia quæcunque) materia deſuper, vel etiam ſub Wamboſiis ſericia vel ſemiſericia, ſindatica vel velluta indumenta pro prima veſte ferant: nec Togis, quas in fraudem ſtatutorum prædictorum deferre conſveverunt, ſubChoripelliciis, aut Cappis, niſi in matutinis duntaxat, induantur. Barbas quoque intra tres ſeptimanas non raſas in Eccleſiis, vel eorum Capitulis, Calceos etiam per particulas pendentes ſciſſos, vel etiam multipliciter perforatos alicubi non deportent. Sed veſtes Clericales decentes & honeſtas, ad minus usque ad medium tibiæ, vel ultra ſuram longas, & non nimium ſtrictas, & coronas ad minus ſingulis tribus ſeptimanis raſas, in loco capitis debito apparentes & aſſidue detectas, portent: Haſtiludia & Torneamenta in locis Beneficiorum ſuorum ſimiliter non exerceant ullo modo. Presbyteri vero, quos propter tanti præeminentiam ordinis præcipua morum decet honeſtas, veſtes, quas ſibi de cætero novas facient, usque ad talum vel prope longas: Coronas quoque largas & capillos capitis non in totum raſos, vel in totum detonſos, ſed infra decurtatos, & auribus ſaltem in parte patentibus, deferant; Manicas vero Wamboſiorum intra menſuram unius Quartalis & dimidiæ ulnæ Colonienſis longas, vel largas non habeant, ſed intra menſuram prædictam, latitudinem & longitudinem ſibi reſtringant earundem. Non tamen prohibere intendimus, quin Clericali ſeculares in itinere conſtituti, vel a locis in quibus conſiſtant, ſtatim eadem hora receſſuri, vel equites exituri, veſtes competenter breves, nodatas & deſuper cinctas, ferre poſſint. Monemus inſuper univerſos & ſingulos Manachos & Canonicos Regulares, ac etiam Moniales, cujuscunque præeminentiæ ordinis vel conditionis exiſtant, etiam ſi allegent, quod de conſvetudine Monaſteria ſua deſerere & matrimonium contrahere poſſint, ne de cætero habitum ſuæ Religionis dimittant, aut veſtibus ſecularibus induantur, neque veſtes botenatas vel nodatas, aut ſeculares, ſeu calceos infra talum baſſos, aut veſtes, vel Zonas, ſeu cingulos auro, argento, vel gemmis ornatas, in aliquo loco publice deferant, ſed veſtes hujusmodi ſeculares & corrigias ornatas (ut præfertur) vendant absque ulla fictione ſine fraude. Neve Monachi & Canonici Regulares prædicti, in aliquo loco Tabbardis utantur: quia Tabbardus, ipſorum habitus in jure vel ipſorum Regulis deſcriptus vel eis permiſſus non exiſtit, ſed per abuſum uſurpatus per eosdem. Sed Monachi ipſi cucullas largas & usque ad terram longas, non nodatas, ſed infra in totum clauſas, vel flotos, aut cappas & ſcapularia ferant, ſecundum conſtitutionis Clementis, quæ incipit, NE IN AGRO, continentiam & tenorem. Neve Moniales pepla, ſeu ſericeos pannos capitis, qui Cruſelere in vulgari idiomate appellantur, aut etiam acus groſſa habentes capita, aut gemmis ornatas deportent. In omnes & ſingulos utriusque ſexus homines, quos ſupradictæ monitiones & inhibitiones noſtræ tangunt, & prout ipſos & eorum quemlibet concernunt, etiamſi ſub toga vel Cappa hujusmodi veſtimenta & alia prohibita prædicta detulerint, monitione triginta dierum præmiſſa, quos a publicatione præſentium currere volumus, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis. Inhibemus inſuper tam Clericis ſecularibus, quam Religioſis Eccleſiaſticisque perſonis quibuscunque ſupradictis, ad quos fructuum & proventuum groſſorum vel diſtributionum quotidianarum eorundem Eccleſiarum ſeu Monaſteriorum eorundem adminiſtratio, exhibitio, vel quævis diſtributio pertinet, ne talibus excommunicatis quicquam de fructibus, proventibus, obventionibus, quotidianis diſtributionibus, vel præſentiis, vel per ſe, vel per alios, quocunque colore quæſito, diſtribuant, vel adminiſtrent quovis modo. Alioqui ipſos adminiſtratores vel diſtributores pro tempore dictorum triginta dierum monitione præmiſſa excommunicamus in his ſcriptis: quos omnes & ſingulos excommunicatos volumus publice nunciari. Abſolutionem vero omnium

omnium & ſingulorum qui hujusmodi ſententias incurrerint, nobis duntaxat reſervamus.

Monemus etiam univerſos & ſingulos Abbates, Decanos Eccleſiarum Collegiatarum & Monaſteriorum prædictorum, & alios quoscunque Nobis ſubditos, cujuscunque ordinis, ſtatus, ſexus aut conditionis exiſtant, ad quos vel ad quas perſonarum Eccleſiarum & Monaſteriorum ſuorum correctiones pertinent, ipſisque ſub Excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ipſi & eorum quilibet, ultra pœnas præſcriptas, etiam per conſuetudinarias Eccleſiarum & locorum ſuorum pœnas, perſonas easdem prout ipſis ſubſunt, pro præmiſſis & aliis quibuscunque indecentiis, diſſolutionibus & abuſionibus, & præſertim pro divinorum negligentia officiorum, corrigere non tepeſcant. Noſtræ enim intentionis non exiſtit, correctionibus diſciplinaribus Eccleſiarum & Monaſteriorum prædictorum, ſeu Jurisdictioni quarumcunque in aliquo derogare: multiplici enim pœna meritò percelluntur, qui in præmiſſis multipliciter excedentes, divinam offendunt Majeſtatem ſuos ſuperiores deſpiciunt, ſtatum Clericalem in quo ſunt, unde & temporalem alimoniam & honores habent præcipuos, inhonorant: Sicque in ſe & in alios, eos ſuo pernicioſo corrumpentes exemplo, peccant ſcandaloſe. Cæterum quia in nonnullis Collegiatis Eccleſiis ſupra dictis conſvetudinem, immo damnabilem abuſum invaluiſſe percepimus, ſcilicet quod Decani Eccleſiarum earundem & alii Jurisdictionem habentes, Canonicos, & alias perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiarum ſuarum divina officia & Miniſteria non facientes, aut eisdem non intereſſentes, aut alias excedentes per cenſuras & pœnas ipſarum Eccleſiarum & Monaſteriorum prædictorum Diſciplinares conſuetudines, corrigere non poſſint, ſubtrahendo ſcilicet eisdem canonicis aliquid, etiam magnum, vel modicum, de fructibus præbendarum ſuarum. Hanc igitur malam conſuetudinem, immo perniciosam corruptelam ſacris inimicam canonibus, & divinæ inviſam Majeſtati, damnamus & reprobamus: inhibentes univerſis & ſingulis Prælatis, Canonicis & Monachis & Eccleſiaſticis perſonis prædictis, ne de cætero hujusmodi corruptelam ſervent, aut ſecundum eam judicare præſumant. Alioqui ſex dierum monitione præmiſſa, quos à dicta publicatione præſentium currere volumus, contrarium facientes, ab officio divinorum ſuſpendimus in his ſcriptis. Mandamus etiam univerſis & ſingulis Abbatibus, nec non Collegiatarum Eccleſiarum & Conciliorum, ſeu Chriſtianitatum Decanis & Præpoſitis Monaſteriorum noſtrarum Civitatis & Diœceſis prædictarum, ſub Excommunicationis pœna, quatenus intra octo dies à data præſentium continuè ſubſequentes, præmiſſorum copiam de verbo ad verbum recipiant, ac ea omnia & ſingula, quamprimum commode poſſent, perſonis Monaſteriorum & Eccleſiarum ac Conciliorum ſuorum publicent convocatis. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Coloniæ Anno Domini M. CCCLX. die prima menſis Octobris.

CXXXIV.

Ejusdem Statutum, daß keine geiſtliche Perſon ohne Kirchen-Ornat dem Gottesdienſt beywohnen ſolle, ingleichen die Küſter, Altariſten und andere mehr betreffend, de Anno 1362.

WIlhelmus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis & ſingulis Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, Plebanis, ac in eis (eorum) Eccleſiis & intra limites ipſarum Beneficiatis & intitulatis, Civitatis & Diœceſis noſtræ Colonienſis, ſalutem in Domino. Ex officii Noſtri debito frequentibus clamoribus incitati, ſubditorum noſtrorum exceſſus corrigere, mores indecentes & geſtus reformare, negligentiam & deſidiam eorum ulterius ſine ſcandalo diſſimulare non valentes, cogimur à temerariis auſibus, pœnarum adjectione, eosdem coercere: ſtatuentes de Capituli noſtri & Priorum Colonienſium Eccleſiarum conſilio & aſſenſu, & ſtrictius inhibentes, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, quam in contrarium facientes ferimus in his ſcriptis: Ne quis Eccleſiarum Parochialium Plebanus, Rector, aut Curatus, Vicarius aut locum tenens eorundem, ſeu Altariſta, aut in ipſa Eccleſia quomodolibet intitulatus, Divinis Officiis celebrandis, & eo tempore, quo ibi divina fuerint, nec non in Commendationibus peragendis & Commemorationibus fiendis defunctorum, ac Viſitationibus ſepulchrorum eorum cum Pſalmis, Collectis, & Orationibus conſvetis, in adminiſtrandis Sacramentis Evchariſtiæ, Viatici, Pœnitentiæ, & extremæ unctionis fidelibus, quos in domibus eorum infirmantes

debebit accedere, ſine ſuperpellicio & Religione intereſſe in Eccleſia, aut ipſa ſine Religione Sacramenta adminiſtrare præſumat: ita tamen, quod adminiſtrando Sacramentum Evchariſtiæ Lumen & Nola eum præcedant reverenter, egrediendo Eccleſiam & regrediendo: & intra civitatem, villam, vel oppidum calopodicibus (propter pericula vitanda) non utatur: ſitque Presbyter hujusmodi munitus Evchariſtiis, in quantum poſſibile fuerit, nec vacuus revertatur, ne forte homines idololatrientur, non Creatorem, ſed creaturam adorando. Et ſi omnes Evchariſtias forſan propter multitudinem expenderet infirmorum, in redeundo ceſſet lumen, & ſonitus campanellæ. Confeſſiones etiam ſubditorum ſuorum, non langventium nec debilium, ſed valentium accedere ipſam Eccleſiam commodè, in ipſa Eccleſia volumus in loco aperto, non ſerato, humiliter & devote audiri & pœnitentias pro modo culpæ infligi ſalutares.

De Cuſtodibus ſive Campanariis.

Statuimus etiam ſub pœna prædicta inhibentes, ne quis Rector, ſeu ejus vices gerens, cuſtodem ſeu campanarium, (qui, quantum poſſibile ſit, perſona literata, exiſtat) niſi indutum ſuperpellicio, ſeu linea veſte decenter (ut moris eſt) ſuperiorialia veſtimenta tegente, adminiſtrandum ſeu ſerviendum in divinis ſibi aliqualiter ſuſtineat, vel admittat. Quod ſi talis cuſtos, vel campanarius ſe contra voluntatem aut prohibitionem dicti Rectoris, ſeu ejus vices gerentis, hujusmodi ſervitio & miniſtrationi ingerat animoſe, nec ipſius Rectoris, aut Vicarii monitis acquieſcat, niſi intra decem dies continuos, hujusmodi reſiſtentiam & prohibitionem ſequentes, de hujusmodi rebellione condignam Nobis & dicto Rectori injuriam paſſo præſtet emendam, ſit præſentis Noſtri ſtatuti authoritate hujusmodi ſua cuſtodia, ſeu officio Campanariæ privatus ipſo facto, & alteri idoneæ perſonæ, per eum ad quem pertinet, liberè committatur: ita quod, ſicut rei qualitas expoposcerit, Canonica diſtrictio alterius, culpam feriat delinquentis.

Ne Altariſtæ ſeu Vicarii Paſtori in aliquo derogent.

Mandamus igitur, & diſtricte ſub Excommunicationis pœna injungimus omnibus & ſingulis Altariſtis, Capellanis perpetuis, Beneficiatis, & Intitularis in Eccleſiis Parochialibus ſupradictis, aut intra limites eorundem, quatenus Plebanis & Rectoribus matricis Eccleſiæ, quoad jura, ipſis tam de jure quam de conſuetudine debita, intendant reverenter, ſi noſtram & canonicam effugere velint debitam ultionem. Inſuper mandata, ordinationes & præcepta cum ipſarum additione pœnarum, tam per Nos, quam Prædeceſſores noſtros, ſub quacunque verborum forma, contra Rectores, Plebanos, & eorum vices gerentes Eccleſiarum Parochialium prædictarum, (qui recepta cautione excommunicatos authoritate noſtra, in Mortis articulo, Juris permiſſione duxerint abſolvendos, quam intra certum terminum in dictis Mandatis expreſſum, Officiali noſtro aut Sigillifero Curiæ noſtræ Colonienſis ſignificare tenebuntur) edita, præſentibus repetimus & renovamus, ut eorum transgreſſores à temerariis eorum auſibus refrenentur.

De abſolutione pro cadavere impetrata ſeu impetranda.

Præterea ſtatuimus & ordinamus, ut ſi aliquis auſu temerario abſolutionem alicujus obtinuerit à Nobis, ſeu officiali noſtro à quacunque Excommunicationis ſententia authoritate noſtra, ſeu Statutorum Provincialium, ſeu Synodalium, vel quomodocunque lata, falſo & mendaciter aſſerens excommunicatum hujusmodi vitam ducere in humanis, cum jam de medio ſit ſublatus, eo ipſo ſententiam Excommunicationis incurrat hujusmodi impetrator, quam in his ſcriptis ferimus in eundem: dictamque abſolutionem, ſic per fraudem & dolum ei ſurreptitie contra formam Juris impenſam cum impendi his duntaxat, in quibus, dum vixerint, ſigna pœnitentiæ apparuerint, (ita quod non contemptus Religionis, ſed neceſſitatis articulus & ipſorum anguſtia, eos abſolvi viventes impediunt) debeat: decernimus & pronunciamus, prout eſt irrita, nullius de jure exiſtere firmitatis. Plebani verò & Rectores, eorumque Vicarii & vices gerentes, qui hujusmodi abſolutionibus ſcientes uti, dictosque excommunicatos nominatim & publice, tam mortuos, quam adhuc viventes, abſolvunt de facto, ſeu eorum corpora, in contemptum clavium, propriæ temeritatis audacia, prætextu dictæ abſolutionis, Eccleſiaſticæ tradere præſumpſerint ſepulturæ, pœnas contra participantes Excommunicatis in crimine damnato in jure expreſſas, nec non in Conſtitutione Felic. Record. Clementis quinti: Eos qui, in Concilio Viennenſi ſalubriter edita, &c. deſcriptas, non immerito poterunt formidare. Pœnas autem & ſententias, per Nos in hujusmodi Statutis noſtris latas, poſt menſem unum, immediate ſequentem publicationem eorundem, in Synodo

do ſancta proxima per Nos, ſeu noſtra Authoritate celebranda, ſolenniter factam, ipſorum volumus incipere tenere transgreſſores: Mandantes univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis foraneis noſtræ Diœceſis, ut recepta eorum copia, intra quindecim dies à tempore publicationis eorundem Plebanis & Rectoribus & Presbyteris, in ſuis Decanatibus & intra limites ipſorum conſtitutis, publicent & inſinuent ea ipſis, ne dicta ſtatutaque per ignorantiam ſupinam & craſſam, ſe cauſari poſſint aliquatenus ignoraſſe. Datum Coloniæ, ſub ſigillo noſtro & editum Anno Nativitatis Domini 1362. XXI. die menſis Octobris.

CXXXV.

Kayſers Caroli IV. Privilegium vor das Ertz-Stifft Cölln, daß alle Lehen deſſelben, ſo bald ſie durch Todes-Fälle vacant werden, ohne alle Contradiction wieder an daſſelbe zurücke fallen ſollen, de Anno 1372.

CArolus quartus, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis. Dignum æſtimat Imperialis generoſa ſublimitas & utique glorioſum, ſi pro Eccleſiarum inſignium & principalium Miniſtrorum Imperii horum præcipue, quorum ſincera fides & prompta devotio probatis operum Indiciis perſonas & res Cæſareis obtulerunt obſequiis, & conſtanter offerre non deſinunt propriis ſumptibus, periculis & jacturis, libertatibus honoribus & juribus conſervandis ſollicitudinem noſtram opponimus, & eorum indemnitatibus favorabiliter providemus. Sane Venerabilis Friderici, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi Epiſcopi ſacri Imperii, per Italiam Archi-Cancellarii, Principis & Conſanguinei noſtri Chariſſimi relatione didicimus, quod dum nonnullos ſuos & Eccleſiæ Colonienſis Nobiles, Caſtrenſes, Vaſallos & ſubditos, qui bona ab eisdem Archi-Epiſcopo & Eccleſia in Feudum ſine medio habent, tenent & poſſident non relictis Legitimis poſt ſe hæredibus maſculis, de ſuis corporibus procreatis ab hac luce migrare contingat, & unde tam Feuda, quam bona hujusmodi ad Archi-Epiſcopum, qui eſt, vel pro tempore fuit & Colonienſem Eccleſiam ſupra dictam, tanquam ſuum verum & naturalem Dominum, tam de Jure, quam etiam conſuetudine abſolute & libere devolvi noſcantur; Tamen decedentium talium nonnulli conſanguinei aſſerentes ſe proximiores defunctorum hæredes, feuda & bona talia ſibi de facto uſurpare præſumunt ſe de ipſis, temeritate propria intromittunt, & eadem detinent occupata in dictorum Archi-Epiſcopi & Eccleſiæ Colonienſis præjudicium non modicum & jacturam & unde Serenitati noſtræ humilliter ſupplicavit, quatenus ſibi in & circa præmiſſa de opportuno dignaremur remedio providere; Nos itaque rationabilibus ſuis moti precibus, præſertim ad omnem dubietatis ſcrupulum in talibus ex nunc in antea tollendum è medio, & ut Eccleſia Colonienſis prædicta in ſuis Libertatibus & Juribus illæſa perſiſtat, animo deliberato non per errorem, aut improvide, ſed ſano Principum, Comitum, Baronum & Procerum noſtrorum, & Imperii Sacri fidelium communicato Conſilio de certa ſcientia & Imperialis noſtræ plenitudine poteſtatis, decernimus, ſancimus & etiam præſentibus declaramus, quod decedentibus Vaſallis, Nobilibus, Caſtrenſibus & ſubditis quibuscunque legitimis hæredibus, Maſculis, de ſuis procreatis corporibus non relictis, quorum bona ab Archi-Epiſcopo & Eccleſia Colonienſi præfatis in feudum dependerunt univerſa & ſingula & bona hujusmodi etiamſi Civitates, Oppida, Fortalitia vel Caſtra ſint, vel alias in quibuscunque poſſeſſionibus reditibus, juribus, ſeu bonis exiſtant, ad dictos Archi-Epiſcopum, qui eſt, vel pro tempore fuit, ac Colonienſem Eccleſiam ipſo facto devoluta fuiſſe & eſſe & ad eosdem Archi-Epiſcopos, & Eccleſiam pertinuiſſe de jure & legitime abſolute & libere pertinere debere quodque quilibet Archi-Epiſcopus Colonienſis exiſtens pro tempore nunc & in perpetuum ſe ſuo & Eccleſiæ ſuæ nomine de feudis & bonis hujusmodi cum eorum pertinentiis, quoties id contigerit, ut præfertur, auctoritate propria indilate intromittere, poſſeſſionem eorum ſine Impedimento, renitentia & contradictione hominis cujuscunque & absque cognitione, ſententiatione, ſeu deciſione alterius Juris terrarum conſvetudine, quæ in hac parte cenſenda eſt potius corruptela, ac ſine alio quocunque colore, ſeu immaginatione quæſitis, apprehendere & tenere libere & abſolute poſſit & valeat, ac eadem in ſuos & Eccleſiæ ſuæ uſus beneplacitos convertere, prout cuilibet eorum videbitur expedire, decernentes ex nunc in validum, irritum & inane, ſi ſecus à quocunque quicquam in contrarium fuerit attentatum. Volumus tamen & præſentibus decernimus, & etiam declaramus, quod virtute præſentis Decreti & Imperialis Declarationis, Feuda inſi-

gnia, videlicet Principatuum, Ducatuum & conſuetudinibus perſeverent. Nulli ergo omnino homini licat hanc Imperialis Decreti & Declarationis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, ſicut indignationem Cæſaream & pœnam quinquaginta Marcarum auri puri; Quam quilibet contrafaciens toties, quoties contrafecerit, eo ipſo ſe noverit incurriſſe, voluerit evitare, quarum medietatem Imperiali ærario noſtro, reſiduam vero partem Archi-Epiſcopo Colonienſi, qui pro tempore fuerit, irremiſſibiliter volumus applicari. Præſentium ſub Imperialis noſtræ Majeſtatis ſigillo, teſtimonio literarum. Datum Confluentiæ Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Septuageſimo Secundo, indictione decima pridie nonas Julii, Regnorum noſtrorum Anno Viceſimo ſexto, Imperii vero Decimo octavo.

(L. S.)

De Mandato Domini Imperatoris

Nicol. Camericenſis Præpoſitus.

CXXXVI.

Ejusdem Declaration, daß dem Magiſtrat zu Cölln nicht zuſtehe, Zölle, Acciſen und andere Anlagen in der Stadt Cölln anzuordnen, ſondern daß das Recht ſolches zu thun, einig und allein einem Ertz-Biſchoff zu Cölln, als ihrem Landes- und Ober-Herrn gehörig ſey, de Anno 1375.

CArolus Quartus, divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis, inter multiplices ſollicitudinum curas, quibus Cæſareus animus hinc inde pro ſubditorum quiete diſtrahitur, dignum reputat Imperialis ſerenitas provida mente perquirere, qualiter inſignes Eccleſiæ ac ſacri Romani Imperii Principes Electores, & membra præcipua in ſuis libertatibus, & juribus conſerventur, & in eorum diſtrictibus placidæ tranquillitatis procuretur amœnitas, & Respublica feliciter augeatur; ſane venerabilis Friderici, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarii, Principis, & Conſanguinei Noſtri Chariſſimi, relatione Nobis innotuit, qualiter Magiſtri Civium Conſules, majores, communes, & univerſitas Civitatis Colonienſis, cujus Civitatis utile Dominium, ſuperioritas, merum & mixtum Imperium, & omnimoda Jurisdictio ad Archiepiſcopum Colonienſem pro tempore & ejus Eccleſiam ex munificentia largitionum Imperialium, & jam a tempore, cujus non extat memoria, pertinuerunt, & dinoſcuntur pertinere, infra Civitatem eandem Telonia, tallias, angarias, perangarias, Aſſiſias, pedagia, collectas, & exactiones quam plurimas impoſuerunt, indixerunt, imponere, & indicere jam aliquo tempore temeritate propria præſumpſerunt, per quas tam Cives & Incolas dictæ Civitatis, ipſiusque Archiepiſcopi ſubditos, quam etiam alios univerſos Civitatem frequentantes eandem talliant, & exactionant, eas & ea ſibi, & ſuis uſibus pro ſuo libitu voluntatis, in præjudicium dicti Archiepiſcopi & ſuæ Eccleſiæ, contra Sacrum Romanum imperium, & Rempublicam applicantes. Nos igitur Volentes præfatæ Colonienſ. Eccleſiæ, & totius Reipublicæ indemnitati conſulere, & ſuper præmiſſis de opportuno remedio providere rationabiliter, attendentes, quod hujusmodi talliorum, angariarum, perangariarum, Aſſiſiarum, pedagiorum, collectarum, & exactionum quarumcunque impoſitio, vel indictio à Jurisdictione temporali, & ſuperioritate dependeant, & procedant, quam quidem Jurisdictionem, & ſuperioritatem non ipſi Cives, ſed Archiepiſcopus Colonienſis pro tempore nomine ſuæ Eccleſiæ, in eadem Civitate ſolus, & in ſolidum, & ab Imperio immediate noſcitur obtinere, animo deliberato, non per errorem aut improvidè, ſed ſano Principum, Comitum, Procerum, & Baronum Noſtrorum, & Imperii ſacri fidelium communicato conſilio de certa noſtra ſcientia decernimus, & declaramus Magiſtris Civium, Conſulibus, majoribus, Communi, & univerſitati Civitatis Colonienſis jus, facultatem & poteſtatem Telonia, tallias, aſſiſias, pedagia, collectas vel exactiones quascunque Civibus, Incolis Civitatis ejusdem, ſeu aliis quibuscunque eorum mercibus, rebus, poſſeſſionibus, ſeu bonis imponendi, indicendi, vel ab eisdem exigendi, vel levandi competiiſſe, nec non competere quovis modo, hactenus indictas, factas, impoſitas & levatas, tanquam exactiones illicitas, indebitas & injuſtas, in præjudicium Archiepiſcopi Colonienſi pro tempore, ad quem nomine ſuæ Eccleſiæ id pertinet, & contra Rempublicam temerè, & de facto præſumptas, attemptatas, & irritas de jure non potuiſſe nec poſſe ſubſiſtere, nec valere; inhibentes nihilominus minus Magiſtris Civium, Conſulibus, Majoribus, & communibus prædictis, ne deinceps Theoloneorum, talliarum Angariarum, perangariarum, aſſiſiarum, pedagiorum, collectarum, & exactionum quarumcunque impoſitiones, vel indictiones faciant; nec in poſterum impoſitionum, vel indictionum hujusmodi jam factarum, vel fiendarum vigore quicquam a quocunque petant, levent, vel exigant per ſe, alium, vel alios, quocunque etiam colore, vel ad inventione quæſitis, quinimò ab impoſitionibus, indictionibus, exactionibus Teloneorum, talliarum, angariarum, perangariarum, aſſiſiarum, pedagiorum, collectarum, vel exactionum hujusmodi quibuscunque nominentur vocabulis, ceſſent penitus & deſiſtant, quæ, & quas, eò, quia in Archiepiſcopi Colonienſis, Principis Electoris Imperii, & ſuæ Eccleſiæ Sacrique Romani Imperii, & totius Reipublicæ notoriè vergent diſpendium, & contemptum, præſentibus de certa Noſtra ſcientia, & plenitudine poteſtatis Cæſareæ revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac caſſas, irritas, atque nullas nunciamus; Decernentes nihilominus omnes, & ſingulas merces, pecunias, res occaſione indictionum, impoſitionum, & exactionum hujusmodi hactenus percepras, levatas, & exactas a quocunque, & ſi quæ, quod abſit, per eos in futurum impoſitis, indici, exigi, vel levari contigerit Archiepiſcopo Colonienſ. pro tempore, tanquam ipſius loci Domino, & ipſius Eccleſiæ fuiſſe, & eſſe publicatas, & publicas debere, & ipſius etiam uſibus applicandas, dantesque Archiepiſcopo Colonienſi pro tempore hujusmodi injuſte, & illicitè percepta, levata, & exacta petendi, levandi, & exigendi ſuo nomine plenimodam poteſtatem, non obſtantibus quibuscunque privilegiis, libertatibus, gratiis, vel indultis, etiam Imperiali, vel Regia, vel alia quavis auctoritate, ſub quacunque etiam verborum forma conceſſis, vel in poſterum concedendis cujuscunque tenoris exiſtant, etiamſi de eis de verbo ad verbum faciendа foret mentio ſpecialis, & clautulas quascunque in ſe derogatorias continerent, conſvetudinibus & ſtatutis quibuscunque contrariis, quæ Magiſtris Civium, Conſulibus, Majoribus, Communi & univerſitati prædictæ poſſint in præmiſſis, vel contra ea, quomodolibet ſuffragari, quas, & quæ, tanquam Eccleſiæ Colonienſis totique Reipublicæ præjudiciales, damnoſas, & contrarias decernimus caſſas, irritas atque nullas, ipſasque, & ipſa de certa Noſtra ſcientia perpetuò caſſamus, irritamus, & annullamus, & eis etiam volumus, ac ſi de verbo ad verbum inſerta eſſent, præſentibus derogare; decernentes irritum, & inane quicquid contra præmiſſa per quemcunque fuerit attemptatum; Nulli ergo omninò hominum liceat hanc imperialis decreti, voluntatis, inhibitionis & revocationis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, ſi pœnam indignationis Noſtræ graviſſimæ, & centum Marcarum Auri puriſſimi quamlibet contra faciens totiens, quotiens contra fecerit eo ipſo ſe noverit incurriſſe, voluerit evitare, quarum medietatem imperiali Ærario, ſive Fiſco Noſtro, reſiduam verò partem Archiepiſcopo Colonienſi pro tempore, & Eccleſiæ Colonienſi uſibus volumus applicari, cujus quidem pœnæ petitionem, receptionem, & executionem præmiſſorum plenariam eidem Archiepiſcopo Colonienſi pro tempore auctoritate Cæſarea, & de certa Noſtra ſcientia committimus faciendam præſentium ſub Imperialis Noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Pragæ Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo ſeptuageſimo Quinto, die prima Menſis Maji. Regnorum Noſtrorum Anno viceſimo Nono Imperii viceſimo primo.

CXXXVII.

Ejusdem Citation an innenbenannte Bürger zu Cölln, daß ſie ſich am Kayſerl. Hofe ſtellen, und wegen der an Ertz-Biſchoff Friderico III. zu Cölln verübten Gewalt, verantworten ſollen, de Anno 1375

WIr Carl, von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, vnd König zu Böheim, Entpiethen Tilmannen von der Po, Henrichen von der Eren, Ludolffen von Horne, Joannen von Gryne, Henrichen Juede, Geraden von Luſyn, Conſtantinen von Lyſenkirchen, Walraven Qvatermarck, Wernern von der Aducht, Heydenrichen Hardefuſt, Rieholphen Overſtoltz, Mattheiß von Spiegell zum Irregange, Gobelen von Lyſenkirchen, Renthmeiſteren, Johannen von Lynde, Peteren Arweiler, Johannen von der Po, Lodowigen Barzen, Johann Bebbur, Johannen Ingebrandt, Henrichen von Odendoren, Hermañen von Lyſenkirchen, Conen von Horne, Gerarden von der Hoſen, Gerarden Overſtoltz, Gerarden Overſtoltz in Dranckgaß, Sanderen vnd Arnolden von Nymegen, Heydenreichen von Keßele,

Johannen Stollheim, Hermannen Stolle, Emunden von der Bolen, Henrichen von Weschoven, Gobelen Bischoff, Henrichen v. Zonß, Werneren Panthaleon dem jungen, Johann Buck, Werneren von der Molen, Hilgeren Hirtzelin dem jungen, Johannen Henberg dem jungen, Mattheiß von Kneyrarde, Johann Farrein, Henrich Medebruwer, Arnolden Zenwilghin, vnd Henrichen Johans Söne von Starckenberg Bürgeren und Rate zu Cöllne vnser Gnad vnd alles gut; Vns hat mit Klagen fürgeleget der Erwürdige Friederich, Ertz-Bischoff zu Cölne vnser lieber Neve, vnd Fürste, wie das Ir, Ewer Gesellen, vnd Diener von der Statt wegen, vnd in der Statt nahmen zu Cöllne ahn Seine, vnd seines Stiffts Herrlichkeit, Gerichte, Greuen, Rechteren, Amptleuthen, vnd Scheffen grossen Gewalt vnd Vnrecht manigfaldiglichen begangen habt wider desselben vnsers Neven vnd Fürsten, vnd seines Stiffts rechte, vnd Freyheyde, die sie von vns vnd dem Reiche haben; Darumb so gebieten wir Euch allen gemeiniglichen vnd Ewer yglichen besunder ernstlich, vnd vestiglich, daß ir nach dem Tage, als Euch dieß Brieff geantwort wirt, vff den negsten vyrzehenden Tag, für vnser Gegenwertigkeit sein sullet mit Ewer selbs leiben Euch, und die Statt von Cöllne für vns zu verandtworten, vnd zu rechte zu stehen gegen den egemelten vnsere Neven, vnd Fürsten vmb alle allsulche Geschichte, vnd Sachen, die Er zu Euch, vnd zu der Statt zu Cöllen semetlichen, vnd besonder, zu klagen hat; Wann wo Ir deß nicht tetet, so musten vnd wolden wir, nach deß Reichs Rechte zu Euch, vnd der Statt Richten, nachdem als die Fürsten des Reichs Vrtheilen, vnd für Recht finden vnd weisende wurden. Mit Vrkund vnser Kayserlicher Majestät Ingesiegele ahn diesen Brieff gehanget, Geben zu Prage nach Christi Geburt dreyzehen hundert Jar, darnach in dem fünff vnd siebentzigsten Jare vff den Donnerstag nach Sanct Johannes-Tag ante portam Latinam, vnser Reiche in dem neun und dreyßigsten, vnd des Kayserthumbs in dem ein vnd zwantzigsten Jare.

CXXXVIII.

Ejusdem Mandatum pœnale an **Bürgermeister und Rath der Stadt Cölln, daß sie des Ertz-Bischoffen daselbst Richter und Scheffen nicht** molestiren **oder beleidigen, noch sich dessen Herrlichkeit, Gerichten, Gewalt und Rechten unterwinden sollen,** de Anno 1375.

WIr Carl, von Gotz Gnaden Römischer Kayser zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs vnd König zu Beheim, Entbieten den Bürgermeistere, Raide, vnd allen vnd sunderlichen Bürgeren zu Cöllne vnser Gnad vnd alles gut. Vns hat fürgeleget der Erwirdige Friederich, Ertzbischoff zu Cölne, vnser lieber Neve, vnd Fürste vmb etzliche Vngeschicht, Gewalt, vnd Vnrecht, die Ir ietz eine Zeit lang von der Statt wegen und in der Statt Nahmen zu Cöllne ahn seine vnd seines Gestichtz Herrligkeit, Gräven, Gerichte, Richteren, vnd Scheffen daselbes manichfeldelichen begangen habet, vnd want vns Burge: Neve vnd Fürste für sich, seinen Stifft, Richter vnd Scheffen vurged: der Sachen woll genüget für vns vnd für dem Reiche mit Rechte vnd Dedingen, zu Er Euch darumb für vns hat duyn laden nach Inhalde anderer vnser Kayserlicher Brive; Darumb so gebiethen wir Euch ernstlich, vnd vestlich mit diesem Brive, das Ir entlichen bestellet, verhüdet, vnd schaffet, das die egemelte Richtere, Amptluide vnd Scheffen, vnd alle die Sy angehören, vnd vort alle die Jene, die vnseren Burge: Neven vnd Fürsten, vnd seine Stiffte zu verantworten staint, von Euch vnd der Statt zu Cöllne weder an yren Lyben noch Guteren, noch ahn geinen anderen Sachen von ymanne geleydiget, angriffen, gehindert, oder geschediget werden, vnd Euch seine Herrlichkeit, Gerichte, Gewalt vnd Rechte zu Cöllne mit nichte vnderwindent, noch daran greiffent also lange, biß vur vns, vnd dem Reiche mit dem Rechten vßgedragen werde was mügliche, vnd von Rechte in der Sachen geschien, vnd Vortganck haben sollen, wann wa vber daß ahn die egemelte Richter, Scheffen, oder den, die sy angehören vnd andern, die Im, vnd seine Stiffte zu beantworten staint, einige Gewalt oder anders in geine Wyß herwieder geschege; So wißend das Ir, vnd Ewer ieglich zustund mit der Thait in vns vnd des Reichs große Vngnade gefallen sein sullent, vnd darzu in eine Poene von dausend Marcken Lödichs Goltz, alß dicke Ir vnd ewer eynich herwidertete, die halb vns Kayserlicher Cameren, vnd halb vnserem obenge: Neven, vnd Fürsten vnd seine Stiffte geburen sollen, vnd die Er von Euch vnd Ewer ychliche vermanen, vnd vfheben solle, aß dicke deß Nott wurde, vnd herwieder geschege. Mit Vrkunde vns Kayserlicher Majestät Ingesiegele an diesen Brieff gehencket; Geben zu Prage nach Christi Geburte, druitzehen hundert, darnach in den fünff vnd siebentzigsten Jaren, vff den Donnerstag na sent Johanns-Tag ante portam Latin. vns Reiche in dem xxix. vnd des Kayserthumbs in dem xxi. Jahren.

CXXXIX.

Ejusdem Mandatum an **innenbenennte Reichs- und Land-Stände, so zwischen dem Rhein und Mauß unter dem Land-Frieden begriffen, daß sie Ertz-Bischoff** Friderico III. **zu Cölln zu** 100000. **Marck Goldes, die er, Vermög Vrtheil und Rechts, von der Stadt Cölln zu fordern, behülfflich seyn möchten,** de Anno 1375.

WIr Carl, von Gottes Gnaden Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, vnd König zu Böheim, deme Erwürdigen Leuen Ertzbischoff zu Trier, des heiligen Reichs durch Welschlandt Ertz-Cantzler, Florentzen, Bischoff zu Münster, Joannen, Bischoff zu Ludige, deme Durchleüchtigen Wenceßlao von Bohemen, Hertzogen zu Luxenburg, von Lymburg, vnd von Brabandt, Wilhelmen, Hertzog von Guylige, vnseren vnd deß Reichs Fürsten, Wilhelmen von dem Bœrge, Engelbrechten, Graven zu der Marcken, Adolphen, Grave zu Cleve, Joannen, Graue von Spanheim allen Graven zu Naßawe, vnd von Katzellenbogen, vnd vort vnseren Stetten und Burgeren von Aiche, von Duren, von Syntzig, vnd von Dortmunden, vnd allen den Herrn, Stetten, vnd Leüthen, die zu dem Land-Frieden tüschen Ryn, vnd Mase verbunden, vnd darunder gesseßen sint, vnd vort allen vnseren, vnd deß Reichs Fürsten Getrewen vnd Vnterthanen vnsere Gnade and alles guts, liebe Fürsten, Andechtigen und Getrewen. Want der Erwirdige Friederich, Ertzbischoff zu Cölne, des heiligen Römischen Reichs in Italien Ertz-Cantzler vnd Vicarius an diß site des Lombardischen Gebirges, vff syne Statt, Bürger, vnd etzliche sunderliche Personen vnd Raitzluide von Cöllne, vnd yr Lyp, vnd Guyt für vns an Gerichte, mit Rechte, vnd mit Vrtheil verklaget, erfolget vnd gewonnen hait, zweystunt hundert dausendt Marck Golts, vnd wir Im darauf nach des Reichs rechte Anleyde, vnd achte ertheilt han nach deme, aß andere vnse Kayserliche Briue, die Er darouer hat, clerlichen inhaldent: So gepiethen wir euch allen, vnd Ewer ychlichen besunder, den diesen Brieff gezeigt wirt, bey den Hulden vnd Trewen damit vns, vnd deme heiligen Reich verbunden seint, vnd vnder einer Pyen von dausendt Marck Golts, daß Ir vnd ewer yglich aßbalte deß an Euch gesunnen wirt, den egemelten Ertz-Bischoff von Cölne vnd syen Amptluden, Inde Dienre, den Er das emphelen wirt, oder wer des von seinen wegen an euch gesinnet, an die Statt, Burger, vnd Personen von Cölne Vurß: vnd an yr, vnd Ire yeglichs Lyp, Erue vnd gut ersoicht, oder vnersoicht, sy syn Lehne, Manguyt, Erbe, Schult, varende Haab, oder waß künne anders die weren, vnd da die gelegen synt, von Vns deß heil. Reichs, vnd von Gerichts wegen anleydet vnd insetzet, aß recht iß, vnd wie wir auch mit Craffte diß Briefes aß vurß: iß, anleiden, vnd insetzen, die zu synen, seiner Nachkomen vnd seines Stiffts von Cöllne nahmen, vrber, vnd nutz zu halten vnd zu besitzen, und der zu genießen, vnd zu gebrauchen rastlichen, friedlichen, vngehindert, vnd vngekrüdt von allermanlich biß daß ym von seiner Klage, vnd schanden zweystunt hundert dusendt Marck Goltz vurß:, die Er vff die Statt, Bürger, vnd Personen von Cöllne vurß: erclaget vnd mit Vrtheil vnd mit rechte ervolget, vnd gewonnen hait, genoich geschiet sy, vnd den ehegel. Ertz-Bischoff, vnd die syne daynne vnd an haldet, beschwirt, beschirmet, gegen die Statt, Bürger, vnd Personen von Cöllen vurß: vnd dort gegen allermallich, die sy daran kruden, irren, off hinderen wolten, in einiger Weise und gebiede dort der Statt Bürgen, und sunderligen Personen von Cöllen vurß: und vort allermanlich, den wir ouch gebieden, vnd verbieden vnder der Vrenen der Summen zweystunt hundert dusent Marck Golts vurß: dat Sy oder yman von yn den vorgenanten Ertzbischoff an der Anleyden vurg: vnd guten daran vnd yn, er oder die synen von Euch oder Ewren eyme geanleidt, oder ingesat, oder ingewiset wurdet, nit hinderen, irren oder krüden, oder Gewalt, oder Vnrecht daran keren, oder sich na der Anleyden vurß: annehmen in einiger Wyß, vnd waß Ir off Ewer einich hierynnen tetent, deß laßent vns mit vren offenen besiegelten Briefen, vnd alß daß Recht ist, wieder wyßen, vnd geben darumb dem obge. Ertzbischoff diesen gegenwertigen Brieff vnd vnsers Kayserl. Hofgerichts Insiegel daran gehangen; der geben ist zu Coldyß, nach Christi Geburt dreuzehenhundert Jar, darnach in dem fünff vnd siebenzigsten Jare an deme neisten Maentage na vnser Frawen Tag Nativitas, vnser Reiche in dem dreyßigsten, vnd deß Kayserthumbs in dem ein und zwantzigsten Jaren.

CXL.

Ejusdem Mandatum an innenbenennte Personen im Ertz-Stifft Cölln, daß sie ihrem Ertz-Bischoff zu denen wider Bürgermeister und Rath der Stadt Cölln erklagten 100000. Marck Goldes behülfflich seyn sollen, de Anno 1375.

WIr Carl, von Gottes Gnaden Röm. Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, vnd König zu Beheim, Entbieten Euch Friedrich von Toyngren, Gerharden von Euenberg, Johann zu Rynecke, Gerarden zu Odenkirchen, vnd Henrichen zu Drachenveltz, Burggrauen, Arnolden von Alpen, Conraden Marschalck van Alffter, Franbach, Marschalck von Birgel, Henrichen van Dadenberg, Wilhelm von Rupach, Johannen Buschuelt, Palvyn von Newenkirchen, Johann Wolff von Ryndorp, Engelbrechten von Ortzbecke, Hermannen von Lievendale, Heidenreichen von Holtzem, Ritteren, Heidenreichen von Oir, Conraden von der Horste, vnd Grauen van Erueruelde, Knechte, vnß vnd des H. Reichs getrewen, vnd Ewer ychlichen besunder, vnser Gnad vnd alles gut, liebe Getrewen, want der Erwürdige Friederich, Ertz-Bischoff zu Cöllen des H. Röm. Reichs in Italien Ertz-Cantzler vnd Vicarie ahn dyß syte Lombartischen Gebirges, vff syne Statt Burger vnd etzliche sonderliche Personen vnd Raitlude von Cöllen, vnd Jr Lyp, vnd Guytt vur vnß an Gerichte mit Recht und mit Vrtheill erklaget, eruolget, vnd gewonnen hait zweystundt hundert dusent Marck Golts, vnd wir yme dairvf, nach des Reichs Rechte, Anleide vnd Achte ertheilt han, nachdem als andere vnse Kayserliche Brieue, die er darvuer hait klairlichen inhaltent. So gebiethen Wir Euch allen vnd vre ychlichen besunder, den diesen Brieff gezeigt wirt bey den Hulden vnd Trewen, damit Jr Vns vnd dem H. Reich verbunden seint, vnd vnder eyne Peyne von dusent Marck Golts, das Jr vnd Vre ychlich alßbalde deß ahn Euch gesunnen wirt, den egenanten Ertz-Bischoff von Cöllen vnd seine Amptleüthe vnd Diener, den Er daß empfehlen wird, oder wer deß von seinen wegen ahn Euch gesinnet ahn die Statt, Bürger, vnd Personen von Cöllen vurg: vnd an Jr, vnd Jre ygliches Lyp, Erue, vnd Gutt ersucht, oder vnersucht, sy syn Lehne, Mangutt, Erbe, Schult, varende Haabe, oder was kune anders die weren, vnd wo die gelegen sint, von Vnß deß H. Reichs vnd von Gerichts wegen anleidet, vnd insetzet, ast recht ist, vnd die Wir Euch mit Crafft dieses Briefs als vurß: ist, anleiden, vnd insetzen, die zu seinen, seiner Nachkommen, vnd seines Stiffts von Cöllen Namen, Vrbar, vnd Nutz zu halten, vnd zu besitzen, vnd der zu genießen und zu gebrauchen rastlichen, friedlich, vngehindert, vnd vngekrüd van allermanlich also lang, biß daß Jme von seiner Klage, vnd Schaden zweystundt hundert dusent Marck Goltz vurß: die Er uf die Statt, Bürger, vnd Personen von Cöllen vurß: erklaget, vnd mit Vrtheill vnd mit Recht erfolget vnd gewoñen hait, genug geschiet sy, vnd den egemelten Ertz-Bischoffen vnd die syne darinnen vnd anhaldet beschuyrt, vnd beschirmet gegen die Statt, Bürger vnd Personen von Cöllen vurß: vnd vort: gegen allermänlich, die Sy daran kruden, irren, vff hinderen wolten in einiger Weiß, vnd gebiethen vort der Statt, Bürger vnd sunderlichen Personen von Cöllen vurß: dat Sy, oder yman von yn den vorg. Ertz-Bischoff an der Anleiden vurß: vnd guter daran, vnd in, Er oder die Syne von Euch, oder Vrem eynichen Angeleidt, oder ingesat, oder ingewiset wirdet, nit hinderen, irren, oder kruden, oder Gewalt, oder Vnrecht daran keren, oder sich der nach der Anleiden Vurß: annemen in einiger Wyß, vnd waß Jr, off Vre einiche darinnen tetent, deß laßent Vns mit Vren offen besiegelten Brieven, vnd als das recht ist, wider wissen, vnd geben darumb dem obeng. Ertz-Bischoff diesen gegenwärtigen Brief, vnd vurß: Kayserlichs Hoff-Gerichts-Ingesiegell daran gehangen. Der geben ist zu Coldiß, nach Christi Geburte Drutzehen hundert Jar, darnach in dem fünff vnd siebentzigsten Jare ahn dem neisten Montag nach vns Frawen-Tag Nativitas, Vnser Reiche in dem dreißigsten, vnd deß Kaiserthumbs in dem ein vnd zwantzigsten Jar.

CXLI.

Ejusdem Confirmation eines Briefs, worinn die Scheffen des Churfürstl. weltlichen Hoch-Gerichts zu Cölln darthun, wie weit sich die Gewalt und der Gerichts-Zwang desselben erstrecken, de Anno 1375.

CArolus Quartus, divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex; Notum facimus tenore præsentium universis, quia venerabilis Fridericus, S. Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus S. Rom. Imperii per Italiam Archi-Cancellarius Princeps, & Consangvineus Noster dilectus in Nostra præsentia constitutus infra scriptam literam sanam, integram & illæsam, non abolitam, non abrasam, nec in aliqua sui parte vitiatam, vel suspectam ac vero illorum, qui eidem ad sigillandum inseruntur, & præcipue Scabinorum Civitatis Colonien sis sigillo pendenti originaliter sigillatam produxit in medium, cujus tenor per omnia sequitur in hæc verba:

Wir Wilhelm Gyr, Henrich vame Cusin in Viltzengrauen, Johann Ouerstoltz von Effferen Ritter, Werner Ouerstoltz in Ringaßen, Johann von Coueltzhouen, Gerart von Benaßis, Dietherich von Benaßis, Matthys Overstoltz, Philips Scherffgin, Henrich Hartfust Ritter, Henrich vame Cusin, eleste Son Herrn Henrichs vame Cusine Vurg. Johann von Horne vnd Rembolt Scherffgin Scheffen zo Cölne, Thuen kundt allen Luden, die diesen Brieff sullen sehen, oder hören lesen, want der Erwurdiger Vatter in GOtt, vnser lieber Herr, Herr Friedrich, von der GOtts Gnaden Ertzbischoff zo Cölne ahn synen, ind synes Gestichts Herrligkeit Gerichte, ind Rechte zo Cölne in der Statt mit viel geweltlichen Sachen verunrecht wirt, ind großlichen ind schwerlichen daran verkurdt, ind gehindert, also verre auch dat syn Richter, ind wir Scheffen Vurß. vmb dieser Gewelde, Gedranges ind Noede willen, die an den Richter, ind an das Gerichte, ind auch an vnseren Personen gelacht, ind geketet sint, dat Gerichte von Cölne laßen, und begeben moisten, ind by vnsen Eyden darby neit beleuen en möchten, ind vß der Statt von Cölne gefaren syn vmb vnsen Herren von Cölne, ind seinem Gestichte vurß. syne Herrligkeit, ind Gerichte, ind vns auch by vnsem Rechte zo behalden, ind want die Vurß. vnser Herr von Cölne syn, ind Wille hat, syn, ind synes Stichts Herrligkeit, ind Rechte zu vorderen, ind zo behalden vor dem heiligen Reiche, ind anders wo hey beste kan, als ihme ind seinem Gesticht des noit is, ind er Vns darumb gefragt, ind gebeten hait, dat wir ihme seines Gestichts Recht vnd Herrlichkeit, die er zu Cölne hait, sagen, ind bescheiden willen, so wir clerlichste wißen ind kunnen noch vnsen Besten sinnen: So haben wir vnß darauf woll ind vleißlichen beraden, ind bedacht, ind nachdem dat von vnsen Elteren ind Vurfaren an vns kommen ist, ind wir selber vns verstain nach vnsen besten sinnen; So sagen wir vnsem Herren von Cölne, ind seinem Gestichte ein Theil seines Rechten, als hernach geschrieben steit; zu dem ersten, dat die Herrligkeit, das Hoe Gerichte, ind alle Gewalt zo Cölne in der Statt synt vnsers Herrn von Cölne, ind syns Gestichts, ind niemands anders, Beheltnuße dem heiligen Reich alle seine Rechten, Vort alle Gebott, ind Verbott zo Cölne in der Statt synt auch syn ind syns Gestichts. Also, dat die Amptlude von der Rycherzecheit, dat sint die ghene, die Jhr Burgermeister Ampt bedient haint, mögen gebyden, verbyden, setzen, ind entsetzen von allem veylen Kauffe, ind van Satzunge der stede vmb gemeinen Beste, als von Alders herkommen is, Behältnüße der Herrligkeit, ind dem Hoen Gerichte yrs Rechts, vortsagen wir, dat alle Gerichte Hoe ind neder, binnen Cölne sint vnsers Herren von Cölne, ind seints Gestichts of van yem, ind syne Gestichte turent, ind dat der Rath von Cölne en sall gein Gericht hauen zo Cölne vp der Bürger Huyß noch gein Sachen vor sich ziehen heimlich, of offenbar, die an die Geistlich, oder werentlich Gerichte treffent, vort alle Gefengnüße sint vnsers Herrn von Cölne, ind syns Gestichts, dat is also zu verstain, dat niemand zu Cölne vangen sall, dan dat Hoegerichte, doch mach der Proist von S. Seuerin in seinem Vroenhoue einen Stock hauen, darin man nicht dan mißedetige Laide zo Gesinnen des Klegers of die mit der vrischer Dait begrieffen werden, setzen mach, ind in des Abtes von S. Panthaleone, ind in der Vadeyen Gerichte bey S. Gereone, ind in dem Gerichte vp Eygelstein en sall geyn Stock syn, doch mag man alda auch mißdetige Lude, zo Gesinnen des Klegers, off die mit vrischer Dait begrieffen werdent, da halden ind vangen, also dat man die Gefangene in diesen Vurß: vier Gerichten zerstundt Lieveren sall dem hohen Gerichte, ind in diesem Vurß: vier Gerichten mach man auch niemandt vangen, noch schließen vor Schult aen man mag ald a kümmeren, ind nit vurder richten dan ouer Schult, vnd erue binnen denselben Gerichten gelegen. Auch mögen die Burgermeister gebeyden, ind richten, ind vangen van Schult vnter den Bürgeren, ind van Boyßen, ind Bruchen von veylen Kauff, als dat von Alders herkommen ist, vort vnsers Vurß. Herren von Cölne, ind des Gestichtz Greue, dat is sein Richtere man binnen Cölne den Angriff doin buyßen die Scheffen, da er der frischer Dait off vp den blichenden Schyn kompt, oder war ein Kläger des Angriffes gesinnet, also doch dat hy die Sachen vortbringen sall, an die Scheffene mer von anderen Lueden die von mißedait beruchtiget weren, den Angriff sall he doin mit Wist ind Raide, der Scheffene, oder yre eym Deils vmb des willen want den Scheffen viel Sachen vurkompt ind kundig sint, die der Greue nit en weiß, vort die Juden, die Müntz, die Muhlenhalff, die Gruyß, die Portzen Zolle, ind Viehe Tolle binnen der Statt, in an dem Ryne, ind des Gelychs ind die Maiße von Saltze die

Vetwage, ind des Gelychs sint vns Herren von Cölne, ind syns Gestichts alß dat van Alders herkommen ist; vor saghen wir dat vnser Herr von Cölne Vurß: oder Ertz Bischoff zo Cöln, der zo der Zeit ist, alle Burgerzimmer ouerbawe, ind so waß up die Gemeine gebawet iß, richten ind afbrechen mach also as der Scheffen dat wiset, ind die Wysonge sullen wir, ind die Scheffen zo Cölne, die zo der Zit synt yme doin Wane hey des gesinnet, als recht ist; Vort so en mach niemant Schloße en binnen Cölne schließen oder entschließen, oder vpbrechen, dan vnsers Herrn Richter von Cölne ouermitz zwene Scheffen zo dem minsten, die darbei sullen sein. Vort dat Vnß Herr von Colne, oder sein Greue, der zo der Zeit ist, von seinem Wegen ind niemands anders Vurwarder zo Cölne geuen sall, doch vmb zo verhöden manicher küne Krút die darvon vallen mach, so hat vns vnser Herr von Cölne von seinen Gnaden dat besorget, Ind will fur sich selbe, ind vur seine Nachkömmenlichge, dat man gheinen mißdätigen Leuden einiche Vurwarde zo Cölne geuen solle, ind auch dat man niemandt anders einige Vurwarde gebe, it en sei mit Wist, ind von Raide der Scheffene, oder Irer ein Theils, als zom mindesten Irer zweier, oder dreier, Vort sagen wir, dat der Raide von Cölne, oder iemandt anders wider Scheffen Vrtheil nit doinen soll, noch dat Gericht Geistlich, oder werentlich in einigen Sachen hinderen, mer sy sullen der Scheffen Vrtel in den Gerichten vurß: bystendig sein dat sy gehalden werden; Vort sagen wir, dat de Amptluide in den Gebuirhuißern zo Cölne niet vurder oeuer Erbe, ind Schult weisen sullen, noch Erue schriuen, dan ir geburlich recht ist, ind von Alders herkommen ist; Vort dat die Amptlude in den Geburhuisen richten sullen mit vier gebotten als dat von Alders herkommen ist, ind niet myn, dat is zo verstain oeuer ir geburlich Recht, ind anders nit: Vort dat wir Scheffen vurß: oder die nae vnß zo der Zeit sint, schuldig sint zo volgen vnsers Herrn Greuen von Cölne an Gerichte allzeit als der Greue des gesinnet mit der Burger Clocken, ind sullen dat doin vnuerzocht als dat von Alters herkommen is. Vor dat wir Scheffen inde vnse Nachkommenlingen die zo der Zeit sint, die geboiden Witzege ungedynge halden sullen, ind vnsem Herrn von Cölne, ind seinen Naekomelingen Ires Gestichts recht zo Irer Manungen die Er vns darumb doit als recht ist, clerlichen wysen alß verre aß wir dat wysen, oder vns der verstain mögen nae vnsen besten synnen. Vort want die Burggrafschafft zo Cölne vur langen Zeiten an dem Gesticht von Cölne gewesen ist, ind ouch ehe der Zeit dat sy an dat Gesticht qvaem von demselben Gesticht rurte, so syn wir des nu oeuerkomen mit vnsem Herrn von Cölne, dat man von nu vort alle Sachen die an Gerichte treffent, vnsem Herrn von Cölne ind seinem Gesticht zo gheuen ind zo nemen sall ind mit dem Burggrauen dat ist zo verstain, dat man vnsem Herrn van Cölne, der zer Zeit ist, nennen sall mit seinem Namen, ind Ertzbischoff sprechen, ind nit Burggrauen, Vort so sein wir auch des nu ouer kommen mit vnsem Herrn von Cölne, dat die Scheffen, die von newes vort me geweldiget werden, schweren sullen eynen Ertzbischoff zo Cölne, ind seinen Naekomelingen of yren gewissen Boyde recht Vrthell zo sprechen, Beheltmuiße in allen diesem Vurß. Sachen dem heiligen Reich seins Rechts, ind want wir Scheffen vurß. bey allen diesen Puncten blieben gentzlichen, So hain wir des zo Vrkunde ind vurß. gezeugen der Wairheit vnser gemeyne Scheffen Amts Siegel mit vnser aller Wist ind Willen ahn diesen Brieff gehangen, der gegeben ist zu Bunne, in den Jahren vnsers HErrn dusent, dreyhundert, vunff vnd seuentzig, des Donnerstag nach Senct Kianus Tag des Mertelers.

Quia vero eandem literam sic ut permittitur integram, & sigillatam vidimus, ac in præsentia Nostra & plurimorum Principum, & Magnatum Imperii sacri fidelium Nobis assidentium de verbo ad verbum legi & auscultari fecimus diligenter, Nos ad ejusdem Archiepiscopi supplicationem, ipsam literam de verbo ad verbum transumi, & transcribi, ac transumptum hujusmodi Nostræ Imperialis Majestatis sigillo pendenti sigillari mandavimus. Volentes, & de Imperatoriæ plenitudine potestatis præsenti Decreto perpetuo valituro firmiter statuentes, quatenus transumpto hujusmodi plena & omnimoda fides adhibeatur, & adhibere debeat in Imperiali, seu Regali, aut aliis quibuscunq; Curiis & Judiciis extra in omnibus locis ubi exhibitum fuerit, sicut literæ originales supradictæ, & eandem vim, effectum, & vigorem juris sortiatur, & sortiri debeat, ac si litera originalis eadem producta fuerit in effectu, & nihilominus eidem Archiep. suis successoribus, & Eccles. Colon. præfatam literam cum omnibus & singulis Articulis, punctis & Clausulis contentis in eadem, pro Dominii, Jurisdictionis & juris Archiepiscopi pro tempore, & Ecclesiæ Colonienſis conservatione, defensione, & salvatione duntaxat facientibus, quantum ad Nos pertinet ac de jure possumus, approbamus, ratificamus, & tenore præsentium ex Certa Nostra Scientia confirmamus præsentium sub Imperialis Nostræ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum

tum Lintze, Anno Domini Millesimo, trecentesimo, septuagesimo quinto, indictione tertia, quarto idus Octobris, Regnorum Nostrorum Anno tricesimo, Imperii vero vicesimo primo.

CXLII.

Ejusdem Confirmation des im Jahr 1258. durch niedergesetzte Schieds-Leute, wegen der zwischen Ertz-Bischoff Conrado zu Cölln und der Stadt Cölln obhanden gewesenen Irrungen, gethanen Ausspruchs, de Anno 1375.

CArolus Quartus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, Notum facimus tenore præsentium universis. Quod venerabilis Fridericus, sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archi Cancellarius, Princeps, & Consanguineus Noster dilectus, in nostra præsentia constitutus, quandam literam sanam, integram, & illæsam, non abolitam, non abrasam, nec in aliqua sui parte vitiatam, vel suspectam, ac veris illorum, qui eisdem ad sigillandum inseruntur, & præcipue venerabilis quondam Conradi, Archiepiscopi, Prædecessoris sui, nec non Civitatis suæ Colonienſis sigillis pendentibus, originaliter sigillatam produxit in medium, cujus tenor per omnia sequitur in hæc verba. Goiswinus, Dei gratia major in Colonia Decanus & Archidiaconus, & eadem gratia Henricus, Sancti Severini, Henricus, Sanctorum Apostolorum, Philippus, Susatenſis Ecclesiarum Præpositi, & Frater Albertus, Lector Fratrum Prædicatorum in Colonia, tam a venerabili Patre Colonienſi Archiepiscopo, ex parte una, quam a Civibus Colonienſibus ex altera arbitri communiter electi. Vniversis has literas inspecturis salutem in domino. Noverit vestra universitas, quod cum inter venerabilem Patrem, & Dominum nostrum Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Conradum, Archiepiscopum ex una parte, & Cives Colonienſes ex altera, super diversis Propositionibus hinc inde quæstio vertetur, Venerabilis Pater, ac Dominus Noster Conradus, Archiepiscopus, & Cives Colonienſes Prædicti in Nos tanquam in Arbitros secundum literam arbitrii super hoc confectam sigillis venerabilis Domini nostri Conradi, Archiepiscopi prædictæ Ecclesiæ, ac Civitatis Colonienſis sigillatam, in nos tanquam in Arbitros ad hoc ab ipsis Electos compromiserunt, ita, quod secundum formam compromissi scriptam arbitrio & ordinationi nostræ per omnia stare deberent; Nos vero hujusmodi arbitrio in Nos susceptо, venerabilis Pater, ac Dominus Noster, Colonienſis Archiepiscopus prædictus Nobis Propositiones suas edidit in hæc verba: Proponit Archiepiscopus Colonienſis prædictus, quod in Civitate Colonienſi, in qua est summus Judex, tam spiritualium, quam temporalium tota Jurisdictio dependet ab ipso. Item quod in ipsa Civitate Colonienſi nemo potest juste sibi Jurisdictionem aliquam vendicare, nisi habeat ab ipso Archiepiscopo. Item quod pro detentione, qui carcerem meruerunt, non debet esse alius carcer, quam carcer ipsius Archiepiscopi, nec ipsi Cives habent aliquod jus aliquem in suis domibus carcerandi. Item quod cum sit consuetudinis in Civitate Colonienſi, quod Scabini in causis secularibus, tam criminalibus, quam civilibus dictent sententias, sive quid juris in casibus, quos emergere contingit. Quod non debent assumi in Scabinos minores annis, vel indiscreti, vel nati de illicito coitu, vel alias criminosi, nec pretio, sive pacto debent aliqui elegi in Scabinos. Item quod Judices Colonienſes quotidie præsidere debent judicio, & Scabini judicium exspectare, & negotia expedire, & judicia non obmittere, neque intermittere feriatis diebus exceptis. Item quod hoc ipsum inter ipsos Judices & Scabinos ex una parte, & venerabilem Patrem ac Dominum Archiepiscopum Engelbertum bonæ memoriæ ex altera ordinatum fuit, & conscriptum. Item quod ipsi Scabini in arduis negotiis infra triduum sententias suas dicere tenentur, nisi de judicis & partium consensu negotium suspendatur. Item quod hoc ipsum similiter inter Archiepiscopum & Scabinos ordinatum extitit, & conscriptum. Item quod Scabini super causis minutis responsa sua, sive sententias non debent suspendere. Item quod hoc ipsum similiter inter ipsos Scabinos, & Dominum Archiepiscopum Engelbertum prædictum ordinatum extitit & conscriptum. Item quod Scabini aliquando sententiaverunt super bonis, & locis, quæ personæ Ecclesiasticæ possidebant, cum tamen super personis Ecclesiasticis, vel rebus ipsarum non habeant jurisdictionem. Item quod Judices, quos Burggravius, vel Advocatus Colonienſis instituerint, præsidebant, quamdiu honeste, & bene se in officio suo gesserint erga Burggravium, atque Advocatum, Scabinos & Cives, & non amplius, & quod hoc ipsum similiter temporibus Domini Engelberti ordinatum exstitit & conscriptum. Item quod Domino

Archiepiſcopo pro tribunali ſedente Scabini ſuas ſententias, ſive reſponſa juris nimis protrahunt in ipſius tædium. Item quod quicunque de vulnere aperto, ſive læſione, quæ **Blichendait** dicitur, quærimoniam detulerit, ipſe commonitus a Judicibus jurare debet, quod non nominabit aliquem innocentem, & ſecundum ſententias Scabinorum in ſua cauſa procedet, & ſi innocentem nominaverit, graviter puniri debet. Item quod in omni quærimonia debet ſufficere, ſi componatur cum Judice & actore. Item quod quicunque hominum ipſius Archiepiſcopi, ſive ſit ſuus Miniſterialis, ſive nobilis, contingat Civitatem Colonienſem intrare, quod non poteſt nec debet de jure ab aliquo Cive occupari, vel arreſtari, niſi eſſet manifeſte proſcriptus, & ſi proſcriptus eſſet, debet mediante Judicio detineri, ſcilicet, vel authoritate ipſius Archiepiſcopi, vel Judicum ſuorum, qui jurisdictionem tenent ab ipſo. Item quod ipſi Cives cum aliquo inimico Archiepiſcopi ſine ipſo Archiepiſcopo, ac eo inſcio nullam debent confœderationem inire, nec auxilium in mittendis victualibus, vel aliquo alio modo ipſis facient, vel impendent. Item quod diverſi Cives quæſtiones, quarum deciſio ſpectat ad ipſum Archiepiſcopum, vel ſuos Judices, trahunt decidenda in domum ſuam parochialem, ut eis ex hoc lucrum eveniat, & hoc ſæpius commiſerunt in damnum ipſius Archiepiſcopi & injuriam, atque judicum ſuorum, cum tamen in domo officialium non poſſit judicium exerceri, niſi de 5. ſolidis, & infra. Item quod diverſi Cives, divites & potentes recipiunt, & recipere conſueverunt populares, & impotentes in ſuam protectionem, nominantes vulgari nomine Muntman, Ita quod quando tales populares delinquant, clandeſtina ſervitia dant ipſis potentibus, & hos ob ipſorum exceſſus defendunt, ſicque jurisdictio Archiepiſcopi perit. Item quod cum ſpectet ad ipſum Archiepiſcopum, atque ſuum officialem, ſcilicet Capitulum Colonienſe, & ſuum Burdecanum, atque ſuos plebanos Colonienſes ſpecialiter judicare de uſuris, perjuriis, adulteriis, matrimoniis, & ſpectantibus ad matrimonia, de falſis menſuris, & de omni eo, quod vulgariter **Meynkauff** dicitur, & quod in Synodis accuſare conſuevit, nullam tamen ſuper præmiſſis Jurisdictionem, vel correctionem ipſe Archiepiſcopus, atque prædicti jam multis annis facere potuerunt, propter Civium prohibitionem atque procurationem. Item, quod Magiſtri civium cujuscunque generis Mercatores, & maxime alimentorum angariant, prout ipſis placet, ad ſervitia indebita, & extorſiones injuſtas. Item, quod quoties placet, majoribus Civitatis ipſi faciunt, irrequiſito Archiepiſcopo atque Prioribus Colonienſibus, nova exactionum ſtatuta, quarum exactionum onus portant fraternitates, & alii populares, qui communitas appellantur, & ſic depauperantur, cum tamen nihil novi hujusmodi debeat de jure fieri de Civitate Colonienſi ſine ipſius Archiepiſcopi & Priorum ſuorum conſenſu, cum ſit Summus Judex, & Dominus Civitatis. Item quod hi, qui recipiunt collectas, reditus Civitatis, ſive emergentia ſingulis annis publicam facient computationem, & quod inventum fuerit, in arca publica deponetur, ita quod ad uſus reipublicæ expendatur. Item cum Cives Colonienſ. habent pro conſuetudine, quod potius eſt corruptela, quod nullus eſt pro falſario tenendus, vel accuſandus, niſi falſi denarii in ejus manibus deprehendantur, propter quod contingit multos eſſe falſarios, & impunitos tranſire. Item quod cum tota Jurisdictio temporalium & ſpiritualium in Civitate Colon. ab ipſo Archiepiſcopo, eodemque duce dependeat, quod officiales, qui dicuntur **die Richerzecheit**, Magiſtris Civium, quos quolibet Anno eligunt, non poſſunt, quod ſit in præjudicium Jurisdictionis Archiepiſcopi, & ſuorum Judicum, conferre, cum ipſi officiales nullam habeant Jurisdictionem. Item quod eidem Magiſtri civium nullo conquerente contra illos, quorum pecuniam volunt habere, conſueverunt motu proprio inquirere de eo, quod vulgariter dicitur **Vngeworde**, ſive verbo, ſive opere perpetretur, & ſic ab innoxiis, & ab illis, qui minime accuſabantur, ab aliquo ſæpius pecuniam extorſerunt. Item quod in qualibet Parochia Colon. ſunt plures officiales, quam eſſe debent, & quam conſueverunt eſſe ab antiquo. Item quod licet officiales **Richerzecheit** eligant ſub debito juramenti Magiſtros Civium, quos credunt reipublicæ, & Civitati magis expedire, & eſſe utiliores, ipſi tamen ab iisdem Magiſtris creandis ſæpius ut eligerentur, pecuniam, & pretium recipere conſueverunt, propter quod ipſi Magiſtri pecuniam, quam dederunt, rehabere, volentes, illicitas exactiones faciunt in Civitate Colon. Item quod eidem Magiſtri Civium, ſæpius violantes immunitates Eccleſiaſticorum infra ipſas immunitates, vinum perſonarum Eccleſiaſticarum, vaſis fractis, effuderunt ſæpius. Item quod aliqui Cives ſibi uſurpant in aliquibus locis vias publicas in Civitate, inter foſſata & alias juxta Civitatem, & etiam ipſa foſſata civitatis, & in eis commodum proprium agunt, quod deberet eſſe communitatis. Item quod aliquis Civis trahit alium Civem in cauſam coram Judice Eccleſiaſtico, & ſupra cauſa Eccleſiaſtica pendente tali lite coram ipſo judice Eccleſiaſtico,

co, Magiſtri Civium, & Scabini inhibent actori, ne cauſam ſuam proſequatur, antequam ipſe examinet, utrum talis cauſa ſit Eccleſiaſtica, vel non, cum tamen Judex Eccleſiaſticus, coram quo lis prima cœpta eſt, ſuper hoc definire deberet. Item quod cum aliquis bona, ſive hæreditatem ad ſe legitime devolutam petit ſcripturam ſibi fieri ſuper bonis hujusmodi in domo civium, vel parochiali, ipſi officiales, & Scabini pro hujusmodi ſcriptura plus debito, & immenſum requirunt. Item nulla ſede vacante Scabinorum ipſi Scabini eligunt ad ſedes non vacantes Scabinos. Item quod ſede vacante Scabinatus, ad quam ſtatim eligi deberet Scabinus, propter contradictionem unius, vel duorum, electionem hujusmodi nimis protrahunt, ita quod per hoc ad numerum nimis parvum devolvitur Scabinatus, & tunc demum quilibet eorum duos, vel tres Scabinos eligunt, pecunia pro hoc aliquando recepta, ita quod per talem multorum electionem numerus Scabinorum in immenſum excreſcit. Item quod ſi aliquis Judex, Magiſter Civium, vel aliquis potens delinquat contra perſonam pauperem, vel impotentem, aut extraneam, quæ conqueri non audeat, neque poſſit, licet talis exceſſus ſit manifeſtus, & delinquens de exceſſu hujusmodi ſit infamatus, ita quod Archiepiſcopus ex officio ſuo, nullo querelante inquirere de hujusmodi exceſſu poſſet, & deberet, ipſi tamen Scabini, & majores Civitatis jus hujusmodi ipſi Archiepiſcopo denegant, & ſe contra tale jus opponunt eidem propter quod multa maleficia remanent impunita. Item quod cum in domo parochiali non poſſit judicari, niſi de 5. ſolidis, fraudem faciunt, ut cum aliquis vult petere centum marcas, petit 5. ſolidos, 5. ſolidos, & 5. ſolidos usque ad ſummam centum marcarum, & ſic per fraudem talem excedunt & injuriantur. Item quod Magiſtri Civium per injuriam de novo Cippum fecerunt, & aliquibus pollices amputarunt, cum tamen de hoc minime valeant judicare. Item quod Scabini, pecunia recepta, ſententiant, & quod una die ſententiant eſſe juſtum, alia die ſententiant eſſe injuſtum. Item quod ſi minor pars Scabinorum, Archiepiſcopo interroganti, ſententiam juſtam dictet, tamen oportet, ut ſententiam majoris partis, licet ſit injuſta, ſequatur. Item quod ſi in Curia appelletur a ſententia Scabini ad Archiepiſcopum, ipſi Scabini, contra jus expreſſum, qui ſententiaverant in cauſa principali, in cauſa appellationis etiam ſententiare volunt, & hoc dicunt eſſe ſuam conſuetudinem, quod eſt potius corruptela, quia contra jura, & irrationabiliter per omnia. Item quod ſi aliquando in Curia appellare contingit, Scabini & Judices ibidem exigunt cautionem ab appellante, quod appellationem proſequatur, quod eſt contra jura, & læſi ſæpe per injuſtas ſententias non audent propter cautiones hujusmodi appellare, & ſic injuſte læduntur. Item quod officiales **die Richerzecheit** in domo Civium convenientes inſcio Archiepiſcopo ſtatuunt, quidquid volunt, & ſtatutum tale volunt pro ſpeciali conſuetudine ſervari & jure, ipſius Archiepiſcopi minime adhibita authoritate. Item quod cum Scabini Colonienſes ex debito juramenti, conſilio & auxilio jus Eccleſiæ, atque Civitatis Colonienſis teneantur defendere, & conſervare, ac ea ratione de ipſorum conſilio Civitas Colonienſis, conſentiente tamen Archiepiſcopo, ab antiquo conſueverit præcipue gubernari, Ipſi tamen Cives inſcio Domino Archiepiſcopo ac irrequiſito, & ſine ejus conſenſu ſuos concives, qui nec Civitati, nec Eccleſiæ fidelitatem juraverunt, eligunt, in conſilium Civitatis, ut, ſpretis aliquibus Scabinis juratis, de conſilio non juratorum Civitas ipſa regatur, quod quidem cum temporibus Engelberti Epiſcopi bonæ memoriæ committeretur, ipſe obtinuit id ipſum rejici, atque tanquam illicitum reprobari. Item quod cum diverſorum officiorum diverſæ ſint fraternitates in Civitate Colonienſi, ipſi de fraternitatibus, ipſo Archiepiſcopo irrequiſito, & ſine ejus conſenſu potentes Cives, de ſua fraternitate minime exiſtentes eligunt in ſuos magiſtros, ex quo evenit, quod illi potentes aliquos de fraternitatibus hujusmodi pro ſua pecunia in ſuis exceſſibus, ac delictis defendunt, ab aliquibus etiam ſervitia indebita exigunt, & extorquent, & ſic tam illi de fraternitatibus, quam hujusmodi Magiſtri electi injuriantur. Item proponit, quod cum advenæ, ſive Extranei res venales in Civitatem Colonienſem deducant, licet nullus accuſator contra tales compareat, nec etiam ſonet aliqua infamia de iisdem, diverſi tamen ex civibus Colonienſibus, ut aliquid a talibus extorqueant res hujusmodi dicunt furtivas, & tanquam furtivas arreſtant, & per hoc ab innoxiis, qui vexationem ſuam caſibus hujusmodi redimunt, pecuniam illicite ſæpe extorquent.

Item, quod cum homines ipſius Archiepiſcopi, atque extranei ad Civitatem Colonienſem veniunt cum rebus venalibus, & non venalibus, Cives ipſi arreſtant res ipſorum, atque ipſos homines, dicentes, ipſos ſibi in pecunia, vel re aliqua obligatos ad judicium ſuum trahentes eosdem, propter quod evenit, ut ipſi Cives Colonienſes, & res ipſorum in diverſis locis extra Civitatem Colon. a diverſis illicitis arreſtantur & in cauſam trahantur coram Judice actoris, cum

tamen juris ſit in utroque caſu, ut actor forum rei ſequatur, unde iſti Cives injuriantur & ipſorum injuriam alia injuria comitatur. Item quod cum ipſe Archiepiſcopus ſit ſummus Judex, & Dominus Civitatis Colonienſis, & ſic hominibus quibuscunque, quorum ſervitio ſuo tempore indiget, poſſit infra Civitatem Colonienſem de jure, atque merito dare treugas, & conductum, ipſi tamen Cives ab ipſo Archiepiſcopo treugas datas, & conductum ſæpius infringunt. Item quod cum ipſe Archiepiſcopus ſit ſummus Judex, atque Dominus Civitatis Colonienſis, & ſic ipſa Civitas Colon. ſine ſuo conſilio, & conſenſu, & Eccleſiæ Colon. in nullo debeat, vel poſſit de jure aliter obligari, ipſi tamen Cives Colonienſes, ſine conſilio, & conſenſu ipſius Archiepiſcopi & Eccleſiæ Colon. literas obligatorias apertas ſub ſigillo Civitatis Colon. ſæpius dant diverſis in præjudicium, & injuriam ipſius Archiepiſcopi & Eccleſiæ. Item quod cum ſit juris ipſius Archiepiſcopi & conſuetudinis hactenus Coloniæ obſervatæ, quod nulli denarii, cujuscunque ſint monetæ, pro datis recipiantur, niſi ſoli denarii Colonienſes Colonienſis monetæ ultimæ, ſeu poſtremæ in contractu cujuslibet generis, ubi pecunia intervenit, ipſi tamen Cives contra fecerunt ſæpius, denarios alterius monetæ loco Colonienſium denariorum pro datis recipientes, & quod pejus eſt, fraudem juri ſuo prædicto, ac conſuetudini facientes, puta duodecim veteres pro decem novis, atque quinque Lovanen. pro duobus Colon. recipientes, ac multis aliis, & diverſis modis ipſi Archiepiſcopo damna gravia, & injurias contra monetam ſuam ſæpius intulerunt. Item, quod cum ſit Juris & conſuetudinis ſuorum Campſorum Colonienſ. ut nullus, exceptis eis, Coloniæ poſſit, vel debeat emere argentum, multi tamen Cives ſæpius contra fecerunt. Item Magiſtri Civium intrant Parochiam Sancti Severini, & de Jurisdictione ipſius Præpoſiti ſe intromittunt minus iuſte. Item quod nihil ad Cives Colonienſ. pertinet de ſuis Judæis qualitercunque cum eis ipſe agat; Tenet enim ipſos Judæos ab Imperio in feudo, & ſicut ſua intereſt eorum tributa recipere, ita & delicta corrigere, & punire. Item Camerarius Archiepiſcopi bona adventitiorum hominum, qui decedunt, poteſt & debet recipere, & de horum obventione bonorum ipſe immiſerat piper in coquinam Archiepiſcopi, & quia ipſi Cives iſtos homines Camerario contradicunt, iniuriantur in hoc ipſi Archiepiſcopo & Camerario, utrique in ſuo jure diſpendium faciendo, hæc omnia præmiſſa proponit Archiepiſcopus Colonienſ. prædictus, & dicit ſibi a Civibus Colon. injuriam fieri in eisdem. His itaque poſitis, & a Nobis Arbitris receptis, Cives Colon. propoſitiones ſuas Nobis dederunt in hæc verba: Proponit Civitas Colon. quod Dominus Archiepiſcopus contra jus, & Privilegia Ipſius Civitatis quandoque literas ſuas dedit, quod propter ſua debita Cives Colon. impune, & ſine ejus offenſa capi poſſent, vel etiam impignorari, ſicut oſtendere per multa facta poſſumus, & docere. Item quod cum Cives Colon. plures capti ſunt infra ejus ducatum injuſte, & ab eo ſuper hoc juſtitia, & ipſorum captivorum ſuper jus ſuum liberatio peteretur, ipſe non exhibendo nobis juſtitiam in hoc articulo ſæpius fuit negligens, vel remiſſus, ita quod hujusmodi captivi compulſi fuerunt de facto in ipſius Domini Archiepiſcopi, & Civitatis injuriam ſe qualitercunque redimere, quorum etiam nonnulli propter eorum captivitatem deceſſerunt, quod etiam per multa facta poſſumus demonſtrare. Item quod Archiepiſcopus, ne ipſum hæc dicamus facere, patitur & diſſimulat, contra jus & libertatem Civitatis, quod eorum Cives pro rebus, vel contractibus in Civitate habitis, extra Coloniam in jus vocantur, & quandoque pro cauſis frivolis appellantur ad pugnam, quod etiam in factis extendere poſſumus, & docere. Item quod Archiepiſcopus per famulos ſuos extra jus, & libertatem Civitatis fecit accipi in ſtrata ab hominibus quam pluribus argentum, non reſtituto valore ipſius, propter quod multi Cives Colon. in aliis partibus capti & pignorati fuerunt, ſicut patet in facto. Item quod Archiepiſcopus contra jus, conſuetudinem, antiquam libertatem, & privilegia non ſolum Civitatis, ſed Diœceſis Colon. monetas novas cudi fecit, & aliquando denarios depravari in valore & puritate conſenſit & permiſit. Item, quod contra jus &c. Archiepiſcopus non ſolum in Civium, ſed totius terræ ſuæ grave diſpendium adulterinas monetas utpote in Attendorn, Wielberg, Siegen, & alibi, ſicut de jure debuit & potuit, non delevit, imo, ut traditur, authoritatem dedit, hoc alicubi faciendi, ſicut apparet. Item quod Cives Colon. perſonaliter ire coëgit Nuſſiam, ad jurandum res eſſe ſuas, quas ſine telonio ibi traducere volunt, cum hoc juramentum coram Magiſtro Civium eſſet Coloniæ præſtandum, & illic per literas Civitatis teſtificandum. Item quod permittit foraneos Mercatores aſcendere Rhenum, & deſcendere ultra terminos antiquitus conſtitutos. Item quod cum deberet eſſe integra pacis reformatio inter ipſum Dominum Archiepiſcopum, & Civitatem Colon. quidem volentes habere de quibusdam factis emendam, Cives Col. capere & vexare præſumunt, ſicut in diverſis factis poſſumus demonſtrare. Item quod Archiepiſcopus, vel

vel ſui officiales de ſpoliationibus, & injuriis factis Civibus Colon. ablatorum reſtitutiones & emendas plures receperunt, ſed ipſis ſpoliatis & injuriam paſſis inde non ſatis fecerunt. Item quod multoties Archiepiſcopus pecunia recepta non judicavit ubi debuit, vel ubi non debuit, voluit judicare, quod de facto poſſet demonſtrari. Item quod captivavit quosdam concives noſtros, cum Civitatem, & Cives Colon. impugnare non deberet pro aliquo, niſi eis per ſex ſeptimanas antea contraxiſſet. Item quod Camerarius Archiepiſcopi uſurpat & 'accipit bona decedentium Civium aliquorum, quod in multis factis poſſumus remonſtrare. Item quod permittit, vel facit Cives aliquos ſuper eodem facto ad ſeculare, & ad Eccleſiaſticum forum trahi, ſicut in multis factis apparet. Item quod Dominus Archiepiſcopus quosdam homines accepit de publico carcere, qui Hachte dicitur, in Colonia, & extra Coloniam duci, & ad duellum provocari juſſit, & devictis eis judicium de eis fieri mandavit. Item quod Dominus Archiepiſcopus pignora poſita autoritate Judicii pro emendæ ſatisfactione ex ciſta violenter accipi conſenſit, & ne inde fieret judicium, inhibitiones Scabinis fecit. Item quod caſtra, & munitiones fieri permiſit in diſpendium, & damnum tam Civitatis, quam diœceſis Colonienſis. Item quod ſæpius judicium ſeculare per judicium Eccleſiaſticum facit impediri contra jus, & libertatem Civitatis Colon. Item quod telonia fecit indebita accipi a Civibus. Item quod Judæi extra domos ſuas violenter, & ſine authoritate Judiciaria tracti in domum Petri de Crane poſiti & incarcerati fuerunt. Item quod permittit fieri publicas tabernas de vinis vendendis in clauſtris, & immunitatibus. Hæc præmiſſa quæ continentur poſt articulos venerabilis Patris & Domini noſtri Colon. Archiepiſcopi proponunt Cives Colon. contra venerabilem Patrem & Dominum Colon. Archiepiſcopum prædictum, & dicunt ſibi ab ipſo Domino injuriam fieri in eisdem.

Nos vero Arbitri prædicti hujusmodi propoſitionibus hinc inde propoſitis & receptis, de conſilio juris peritorum ac aliorum proborum virorum de præmiſſis propoſitionibus, ſeu articulis ſigillatim arbitrando diffinire volentes, de ſingulis propoſitionibus, ſeu articulis prædictis, prout in ſubſcriptione plenius videbitur contineri, arbitrando taliter diffinimus. Adhoc quod proponit venerabilis Pater & Dominus noſter, Colonienſis Archiepiſcopus prædictus, contra Scabinos, quod minores annis non debeant aſſumi ad Scabinatum, videtur Nobis quod aſſumi non debeant, niſi in ætate & animi qualitate, in quibus pro capacitate, & exercitio ſufficientes ſunt invenire & dictare ſententias: De illegitimis autem videtur Nobis, quod illegitimi non debeant aſſumi, niſi probitatis merita ſufficientia reddant eis, quod natales abſtulerunt, & ſint legitimati. De criminoſis videtur Nobis, quod infames, vel condemnati de crimine non debent eligi in Scabinos. Similiter dicimus cum civibus, quod nullus in Scabinum eligi debeat, pretio vel pacto intervenientibus. Item ad hoc, quod quotidie Scabini debeant judicium exſpectare, dicimus, quod Scabinus ex Scabinatu obligatur ad exhibendum ſe judicem, quando Judex præſederit, niſi legitima cauſa excuſetur. Item ad hoc, quod Scabini ſuper cauſis minutis ſententias ſuas non debent ſuſpendere, & ad hoc, quod in arduis negotiis Scabini infra triduum debeant ſententias dicere, dicimus, ſervandam eſſe diffinitionem Venerabilis patris, Domini Hugonis, tituli S. Sabinæ Presbyteri Cardinalis ſecundum quod in litera ſuper hoc concepta invenitur expreſſum. Item adhoc, quod Scabini aliquando ſententiaverunt ſuper bonis, & locis Eccleſiaſticis &c. dicimus non pertinere ad Scabinos vel alios Judices ſeculares cognoſcere, vel judicare de rebus, vel perſonis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus: Et ſi talia quandoque inſcribuntur libris eorum, dicimus, hoc ad memoriam rei fieri, non ut conferatur eis poteſtas cognoſcendi, vel judicandi de rebus, vel perſonis ſupra memoratis. Item ad hoc, quod Judices poſiti a Burggravio, & ab Advocato non debeant diutius tenere judicia, niſi quamdiu ſe bene & honeſte geſſerint &c. Dicimus, quod judices, qui pro tempore pronuntur, juſte, & honeſte debent ſe habere in judiciis, quod ſi non fecerint, a Burggravio, vel ab Advocato removeri debent ſecundum ſententiam Scabinorum, ita quod quilibet ſuum Vicarium, qui negligens fuerit, removeat, & ſi Advocatus, vel Burggravius in hujusmodi amotione fuerint negligentes, Archiepiſcopus, monitione præmiſſa, poteſt dictos judices amovere. Item ad hoc, quod Scabini nimis protrahunt ſententias dicendas Archiepiſcopo pro tribunali ſedente &c. Dicimus ſecundum præmiſſa, quod ſicut non poſſunt dilationes quærere in judicio, ubi agitur de minutis, vel magnis rebus coram quocunque Judice, ita & multo minus coram Archiepiſcopo poſſunt dilationes quærere, niſi ſecundum quod in diffinitione D. Hugonis eſt expreſſum. Item ad hoc, quod de vulnere aperto actor monitus a Judice ſub juramento non debeat nominare innocentem, approbamus reſponſionem Civium, videlicet, quod qui nominaverit innocentem, puniri debet, ſecundum ſententiam Scabinorum. Item

ad

ad hoc, quod in omni querimonia debeat ſufficere, ſi cum judice & actore componantur &c. Dicimus, quod ſufficere debeat, ſi cum judice & actore componatur, ſalvo jure Scabinorum. Item ad hoc, quod nulla ſede vacante Scabinatus &c. Dicimus ſecundum quod jus commune dictat, quod non debent eligi Scabini, niſi ad ſedes vacantes. Item ad hoc, quod ſede vacante ad quam ſtatim Scabinus eligi debet; Dicimus, quod aliqua ſede Scabinatus vacante, Scabini convenire & eligere tenentur & ſi negligentes fuerint ſuper hoc, ab ipſo Domino Archiepiſcopo poſſunt compelli. Item ad hoc, quod Scabini ſententiant una die, uno modo, & alia die alio modo, & ſuper eadem re pro pretio &c. Dicimus, quod nequaquam hoc fieri debet. Item ad hoc, quod licet minor pars Scabinorum dictet ſententiam juſtam Archiepiſcopo &c. Dicimus generalem eſſe conſuetudinem terræ & Civitatum, quod minor pars ſequatur majorem in ſententiis, & hanc Nos approbamus. Item ad hoc, quod ſi in curia appelletur a ſententia Scabini ad Archiepiſcopum &c. Dicimus, quod illi, qui ſententiaverunt in priori judicio, ſententiare non poſſint in cauſa appellationis coram Domino Archiepiſcopo. Item ad hoc, quod ſi aliquem in Curia appellare contigerit, & Judices, & Scabini exigunt cautionem ab appellante, quod appellationem proſequatur. Dicimus, conſuetudinem eſſe tenendam, & quod Judices & Scabini & Scabini competentem, & conſuetam poſſunt exigere, cautionem ab appellante, ut appellationem proſequatur. Dicimus autem in communi de omnibus Scabinis, quod nulli expenſas faciant in introitu ad Scabinatum præter eas, quæ ab antiquo conſuetæ ſunt, octo videlicet ferculorum, quando ad commune convivium Scabinatus vocantur, & damnamus conſuetudinem pernicioſam in candelis, quæ clara die accenduntur, & in omnibus aliis, quæ magis pertinent ad faſtum & futuræ deprædationis ſunt ſeminaria, quam ad honorem vergant Scabinatus. Item ad hoc, quod totum judicium, & jurisdictio tam ſpiritualium, quam temporalium ab Archiepiſcopo dependeat, & nemo poſſit ſibi jurisdictionem aliquam vendicare, niſi ab ipſo habeat &c. dicimus, quod verum quidem eſt, quod ſumma poteſtatis & rerum tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus eſt Domini Archiepiſcopi, ſunt tamen tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſub ipſo, & ab ipſo judices jurisdictionem habentes, & officiati, qui dicuntur Magiſtri Civium, qui ex conſuetudine ab antiquo ſervata eliguntur a fraternitate, quæ Richerzecheit vocatur, qui jurant facere, & obſervare quasdam ordinationes, quæ in litera ſuper hoc conſcripta continentur, quas ſi faciunt, & obſervant, ſecundum formam juramenti, quod præſtant, quando ponuntur. Dicimus hoc multum valere ad conſervationem Civitatis; Si autem, quod abſit, in contrarium venirent, ſicut heu frequenter accidit, duplex perjurium incurrunt, unum videlicet, quod juratum eſt in animas omnium Civium de fideliter ſervandis diffinitionibus noſtris; Alterum, quod ipſi jurant, quando in magiſtros Civium ſunt electi, & reatum hujusmodi duplicis perjurii poteſt ab eis exigere judex Eccleſiaſticus, jurisdictionem habens in Civitate, forifactum vero judicet, qui de hoc poteſt judicare; Quia vero de mala adminiſtratione magiſtrorum Civium populus Colon. multipliciter eſt conqueſtus, & magnæ confuſioni propter eos hactenus ſubjacuit communitas, cujus cauſa nobis eſſe videtur, quod Electores eorum, non penſatis eorum meritis, qui pro tempore eligebantur, ſed potius prece, & pretio intervenientibus elegerunt, ipſique, qui pro tempore inſtituebantur in magiſtros Civium, impenſas magnas tam Scabinis, quam fraternitati, quæ dicitur Richerzecheit, ac quibusdam ſpecialibus perſonis fecerunt, propter quas poſtea adminiſtrationem ſuam in queſtum convertere cogebantur, ordinamus & diffinimus, quod de cætero illi, qui eligunt magiſtros Civium, corporale juramentum præſtent, quod nec prece, nec pretio, nec affectu ſanguinis, vel affinitatis eligant, ſed ſolo intuitu juſtitiæ, tales, qui ſecundum ſuam conſcientiam utiliores ſint reipublicæ, & illi, qui pro tempore eliguntur, nullas expenſas faciunt, ſive in conviviis, ſive in denariis, ſive in quibuscunque aliis, propter quas eos oporteat poſtmodum ab innocentibus contra Deum, & honeſtatem aliquid extorquere, præter eas, quæ ab antiquo ſtatutæ ſunt de vino & cera, ſecundum quod in charta ſuper hoc confecta dicitur contineri, & ab antiquo fuit conſuetum, videlicet, quod ſex libræ ceræ dantur ei, qui functus eſt officio Magiſtri Civium, & duæ cuilibet aliorum, qui eſt de fraternitate, quæ vocatur Richerzecheit & duo ſextaria vini ei, qui functus eſt officio Magiſtri Civium, & unum cuilibet aliorum, qui eſt de fraternitate. Diffinimus etiam, quod non licet eisdem Magiſtris Civium a fraternitatibus, ſeu ab aliis perſonis aliquid petere occaſione officii, ad quod ſunt inſtituti. Similiter dicimus de aliis officiatis, quod ab antiqua conſuetudine in parochiis officiati eliguntur, qui quædam ibi judicaverunt, & judicant ſecundum ejus formam quod Burggerichte vulgariter appellatur, quorum electionem ſine pretio, & pacto dicimus debere fieri, quod etiam in electione magiſtrorum,

rum Civium & omnium aliorum eſſe, obſervandum, in cum in electis conſiderari debeant probitatis merita, & non quantitas pretiorum. Adjicimus etiam, quod ab antiqua conſvetudine fraternitates elegerunt, & eligunt ſibi quosdam, qui magiſtri fraternitatum dicuntur, per quos inſolentes fraternitatum compeſcuntur, & liberum eſt eis, memoratos magiſtros eligere, ſive de ipſa fraternitate, ſive de aliis civibus ad fraternitatem eorum non ſpectantibus. His etiam adjungimus, quod fraternitates de rebus venalibus ad ſuam fraternitatem pertinentibus terminum pretii in vendendo, vel emendo limitare non poſſunt. Condemnamus etiam conſvetudinem iniquam, quam inter ſe habuiſſe dicuntur de monopolio, videlicet de qualibet marca de ſuis mercationibus accepta, aliquos denarios in commune poſuerunt, quod commune lucrum fraternitatis vocaverunt, cum neceſſe ſit, quod ex hoc arctetur mercator cum eis communicans ad levius vendendum, & carius emendum. Item ad hoc, quod non debeat alius eſſe carcer, quam Archiepiſcopi; Dicimus non debere cuſtodiri captivos, niſi in clauſuris Domini Archiepiſcopi, adjicimus tamen quod ſi aliquis pro debitis incarceratur, poſt tempus ſtatutum poteſt aſſignari creditori, ſervandus ab eodem ſecundum ſententiam Scabinorum. Item ad hoc quod nullus hominum Archiepiſcopi debeat ab aliquo cive in Colonia arreſtari: Dicimus, quod aliqui ex hominibus Archiepiſcopi poſſunt arreſtari, & conveniri coram Judicibus Burggravii & Advocati. Item ad hoc, quod cum inimico Domini Archiepiſcopi confœderationes non debent facere, dicimus, quod nullas omnino confœderationes & obligationes cives Colon. facere poſſunt in præjudicium Archiepiſcopi & Eccleſiæ, juſtas tamen, & non præjudicantes Domino Archiepiſcopo & Eccleſiæ, facere poſſunt confœderationes & obligationes. Item ad hoc, quod proponit, quod cum ſpectet ad ipſum Archiepiſcopum, atque ſuum officialem, ſcilicet Capitulum Colon. & ſuum Burdecanum, atque ſuos plebanos Colon. ſpecialiter judicare de uſuris, perjuriis, adulteriis, matrimoniis, & ſpectantibus ad matrimonia, de falſis menſuris, & de omni eo, quod vulgariter Meynkoyff dicitur: Dicimus, quod de uſuris, perjuriis, adulteriis, matrimoniis & ſpectantibus ad matrimonia, & aliis hujusmodi cognoſcere ſimpliciter pertinet ad forum Eccleſiaſticum. De bellis autem, quæ diebus feſtivis, vel in immunitatibus fiunt, de falſis menſuris, & de his, quæ vulgariter Meynkoyff dicuntur, quæ in Synodis accuſari debent dicimus, cognoſcere debere tam Judicem Eccleſiaſticum, quam Secularem. Item ad hoc, quod potentes recipiunt impotentes in defenſionem ſuam, approbamus reſponſionem civium dicentes, quod nullum omnino injuſte defendere debent. Item ad hoc, quod cum placet potentioribus, faciunt nova exactionum ſtatuta, irrequiſitis Archiepiſcopo, & Prioribus, dicimus, quod ſtatuta, & exactiones in damnum, vel præjudicium Domini Archiepiſcopi, Priorum, & Cleri vergentia facere non poſſunt, & ſi pro tempore aliquid fecerint, in quo ſenſerint ſe gravari fraternitates & populares, recurrent ad judicium Domini Archiepiſcopi, ſi velint, & ipſe teneatur eis juſtum judicium exhibere. Item ad hoc, quod colligunt collectas, & reditus civitatis, ſive emergentia &c. Dicimus a communitate debere eligi de honeſtioribus, & fide dignoribus aliquot de Scabinis, aliquod de fraternitatibus, & aliquot de aliis civibus, ſub quorum cuſtodia ſignata ſub tribus clavibus ſint, quæ colliguntur, & illi computationem facere teneantur quatuor vicibus in anno, ita quod ſemper poſt tres Menſes unam faciant computationem, huic computationi teneantur intereſſe duodecim ex Scabinis, & duodecim ex Magiſtris Fraternitatum, & duodecim ex aliis civibus, quorum diſcretioni, & fidei committitur, ut ea, quæ proveniunt, non niſi ad uſus Reipublicæ expendantur. Item ad hoc, quod nemo falſarius, &c. Dicimus, quod conſvetudo in hoc hactenus obſervata, quod videlicet nemo de falſitate convincatur, niſi falſi denarii in ejus manu deprehendantur, nobis non placet, quam tamen immutare non poſſumus, ſed ſi placeret Domino Archiepiſcopo, quod cum Scabinis, & aliis, quorum intereſt, aliquid utilius ordinare, hoc Reipublicæ expedire nobis videretur. Item ad hoc, quod officiales de Richerzechheit, &c. Dicimus, quod de hoc ſuperius diffinitum eſt. Item de hoc, quod Magiſtri Civium nullo conquerente contra illos, quorum pecuniam volunt habere, conſveverunt motu proprio inquirere de eo, quod vulgariter dicitur: Vngeworde, &c. Dicimus, Magiſtros Civium nulli aliquid debere imponere per calumniam, nec hoc quod Vngeworde dicitur innoxiis imponere, ſed ſi non devenerit ad eos per querelam, non poſſunt facere inquiſitionem, niſi de perſonis, contra quos apud graves & honeſtas perſonas infamia laborat, quam formam in hoc articulo ſi non tenuerint, is, qui læſus fuerit, Domino Archiepiſcopo conqueratur, & ipſe eidem juſtitiam de prædictis Magiſtris Civium facere non poſtponat. Item ad hoc, quod plures officiales in Parochiis eſſe non debeant.

Dicimus, quod officiales in Parochiis exiſtentes numerum ab antiquo obſervatum excedere non debent. Item ad hoc, quod officiales de Richerzechheit, eligunt pro pecunia Magiſtros Civium, &c. ſuperius eſt diffinitum. Item ad hoc, quod Magiſtri Civium ſæpius violantes immunitates Eccleſiaſticorum, infra ipſas immunitates Vinum perſonarum Eccleſiaſticorum Vaſis fractis effuderunt ſæpius, &c. Dicimus hoc fieri non debere. Item ad hoc, quod aliqui cives ſibi uſurpant in aliquibus locis vias publicas, in civitate inter foſſata & alias juxta civitatem, & etiam ipſa foſſata civitatis, &c. Dicimus, quod omnes viæ publicæ & ſtratæ, tam in civitate, quam extra civitatem inter foſſata, vel etiam extra foſſata exiſtentes, & etiam viæ, & ſtratæ undecunque ad portas civitatis venientes, & etiam foſſata omnia libera eſſe debere, & a nemine occupanda. Item ad hoc, quod aliquis civis trahat civem in cauſam coram Judice Eccleſiaſtico, & ſuper cauſa Eccleſiaſtica, pendente tali lite, coram ipſo Judice Eccleſiaſtico Magiſtri Civium & Scabini inhibent actori, ne cauſam ſuam proſequatur, antequam ipſi examinent, utrum talis cauſa ſit Eccleſiaſtica, vel non, &c. Dicimus, quod de perſonis, & rebus Eccleſiaſticis Judices ſeculares cognoſcere non debeant, ſicut in præmiſſis diffinivimus, & ſi quæſtio ſit, utrum ad Judicem ſpiritualem, vel ſecularem pertineat, Judex Eccleſiaſticus hoc debet diffinire, cum in omnibus ſpiritualia ſint ſecularibus anteponenda, & leges etiam ſecularium Principum ſacros Canones imitari non dedignentur. Item ad hoc, quod pro ſcribendis hæreditatibus in chartis, in domo Civium, vel Parochiali, &c. Reſponſionem civium approbamus, videlicet, quod quicunque petit ſibi monumentum ſcripturæ fieri, ſolvere debet, quod ab antiquo conſvetum eſt, niſi de gratia remittatur. Adjicimus tamen, quod per dilationes diſpendioſas, vel abſentiam officialium non debet ab aliquo plus debito extorqueri. Item ad hoc, quod ſi aliquis Judex, Magiſter Civium, vel aliquis potens delinquat contra perſonam pauperem, vel impotentem, aut extraneam, quæ conqueri non audeat, neque poſſit, licet talis exceſſus ſit manifeſtus, & delinquens ſit de exceſſu hujusmodi infamatus, ita quod Archiepiſcopus, &c. Dicimus, quod contra publice infamatos de exceſſibus poteſt Archiepiſcopus inquirere, & judicare, etiam nullo conquerente; Cum ſecundum Apoſtolum in velamen malitiæ nullus ſibi conceſſam habeat libertatem. Item ad hoc, quod in domibus Parochiarum non poſſunt judicare, niſi de quinque ſolidis, fraudem faciunt, ut cum aliquis vult petere centum marcas, &c. Dicimus, de prima parte hujus articuli, quod ſuperius diffinivimus, quod autem adjicitur, quod fraudem faciunt petendo quinque, & quinque &c. Dicimus, nec hoc, nec aliquid ſimile fieri debere, quia hoc eſſet illuſio jurisdictionis ſuperioris. Item ad hoc, quod Magiſtri Civium per injuriam de novo Cippum fecerunt, & aliquibus pollices amputaverunt &c. Dicimus, quod ſuperius diffinivimus. Item ad hoc, officiales de Richerzechheit in domo civium convenientes, inſcio ipſo Archiepiſcopo, ſtatuunt, quidquid volunt, & tale ſtatutum volunt pro ſpeciali conſvetudine, & jure ſervari, &c. Dicimus, quod hoc ſuperius in ſuo ſimili diffinitum eſt. Item ad hoc, quod cum Scabini Colonienſes ex debito Juramenti jus Eccleſiæ atque civitatis Colon. Dicimus, quod his, quorum intereſt, de antiqua conſvetudine de communitate Civium quidam probi, & prudentes aſſumi poſſunt ad conſilium civitatis, qui jurabunt, quod fideliter ea, quæ expediunt Reipublicæ ſecundum ſuam conſcientiam promovebunt, nihil penitus in præjudicium Domini Archiepiſcopi & Eccleſiæ attentantes. Item ad hoc, quod fraternitates eligunt potentes in Magiſtros. Dicimus, quod ſuperius eſt diffinitum. Item ad hoc, quod cum advenæ, ſive extranei res venales in civitatem Colon. deducunt, &c. Dicimus, quod hoc ſuperius in ſuo ſimili eſt diffinitum. Item ad hoc, quod cum homines ipſius Archiepiſcopi, atque extranei ad civitatem Colon. veniunt, cum rebus venalibus & non venalibus, &c. Dicimus, ſicut ſupra, quod quidam de hominibus Archiepiſcopi poſſunt arreſtari, ſimiliter de Extraneis. Item ad hoc, quod cum ipſe Archiepiſcopus ſit ſummus judex, ac Dominus civitatis Colon. & ſic hominibus quibuscunque quorum ſervitio, ſuo tempore indiget, poſſit infra civitatem Colon. de jure atque merito dare treugas & conductum, &c. Dicimus, quod ipſe Dominus Archiepiſcopus teneat ſicut in literis ſuis conſcriptum eſt. Item ad hoc, quod civitas non poſſit dare literas obligatorias alicui &c. Dicimus, quod ſuperius in ſuo ſimili diffinitum eſt. Item ad hoc, quod nulli denarii, cujuscunque ſint monetæ, pro dativis recipiantur, quam ſoli denarii Colonienſes, monetæ Colon. ultimæ, ſeu poſtremæ, &c. Approbamus reſponſiones Civium, videlicet, quod Fabricatura alterius numismatis non debet eſſe dativa in Colonia, niſi tantum moneta Colonienſis, & quod nuncii Domini Archiepiſcopi cuſtodiant monetam, & incidant, quod diverſum a moneta Colon. invenerint, & quem

Rebellem

Rebellem invenerint, requiratur ab eo pœna ab antiquo ſtatuta. Ad hoc autem, quod expeditius hæc fiant, cives Colon. nunciis Domini Archiepiſcopi ſubſervire debent, ſecundum modum ab antiquo obſervatum. Item dicimus, quod exceptis campſoribus Domini Archiepiſcopi nemo debeat emere argentum, niſi ad uſus peregrinantium, vel ad anagli ſi ſpeciem comparetur, ſecundum quod a quibusdam civibus docti ſumus. Item ad hoc, quod Archiepiſcopo fiat injuria de ſuis Judæis, &c. Dicimus, quod Judæi libere ſpectant ad Cameram Archiepiſcopi, ſi tamen ipſe Archiepiſcopus aliquid conſcripſit civitati, & Judæis, vel aliquibus de civitate. Dicimus, quod juſtum eſt, quod teneat eis. Item ad hoc, quod Camerarius ipſius Archiepiſcopi bona adventitiorum hominum qui decedunt, poteſt & debet recipere, &c. Dicimus, de hoc debere fieri, ſicut de jure & antiqua conſvetudine obſervatum eſt. Ad hoc autem, quod proponunt cives, quod Archiepiſcopus contra jus & Privilegia civitatis quandoque literas ſuas dedit, quod propter ſua debita ſui cives Colon. capi poſſent, vel impignorari, &c. Dicimus, quod hoc nullatenus fieri debet, cum Dominus Archiepiſcopus ſuos potius defendere debeat, quam in manus tradere alienas. Item ad hoc, quod cum Cives Colon. pluries capti ſint infra ejus ducatum injuſte: Approbamus reſponſum Domini Archiepiſcopi videlicet, quod cum aliquis civis Colon. capitur, ſi querimonia rite deveniat ad Dominum Archiepiſcopum, tenetur Dominus Archiepiſcopus perſeveranti in ſua querimonia expedite facere juſtitiam, ſecundum jus & ſententiam tam Archiepiſcopatus, quam Ducatus. Item ad hoc, quod Dominus Archiepiſcopus patitur, & diſſimulat contra jus & libertatem Civitatis, quod cives pro rebus, vel contractibus in Civitate Colon. habitis, extra civitatem in jus vocantur, & ad pugnam quandoque appellantur. Dicimus, quod quamdiu cives Colon. parati ſint ſtare juri coram Domino Archiepiſcopo, vel ejus judicibus, non debet Dominus Archiepiſcopus pati, vel diſſimulare, quod de contractibus in Colon. factis, vel rebus ibidem habitis extra Colon. ad judicium vocentur, vel ad monomachiam appellentur; Si vero aliquis foraneorum metum alleget, quod in Colonia agere non audeat, debet Archiepiſcopus eum conducere ſuper jus ſuum. Item ad hoc, quod Dominus Archiepiſcopus per famulos ſuos contra jus, & libertatem civitatis fecit accipi in ſtrata ab hominibus quam pluribus argentum non reſtituto valore, &c. Dicimus, quod mercatores in diſtrictum Colon. venientes cambire debent argentum ad monetam Colon. quod ſi non fecerint, ab hominibus Domini Archiepiſcopi arreſtari poſſunt, ſed ſi arreſtantur, argentum eorum ad monetam debet deferri, & facto cambio cum denariis, quos recipiunt pro argento, libere abire permitti. Item ad hoc, quod Dominus Archiepiſcopus adulterinas monetas, utpote in Attendorne & Siegen non delevit &c. Dicimus, quod moneta Colon. cudi non debet, niſi in civitate Colon. nec Dominus Archiepiſcopus permittere debet, quantum in ipſo eſt, quod adulteretur; Adulteratur autem, quando Coloniæ, vel in aliis locis ſub eadem figura levioris ponderis, vel minoris puritatis fabricatur. Item ad hoc, quod Dominus Archiepiſcopus Cives Colon. perſonaliter ire Nuſſiam coegit, ad jurandum res eſſe ſuas, quas ſine telonio &c. Dicimus, quod juramentum faciendum eſt in loco, ubi accipitur telonium, niſi de gratia Coloniæ accipiatur; ſi tamen juſtus metus allegaretur a civibus Colon. poſſent per ſufficientem Procuratorem, qui in animas eorum juraret, apud Nuſſiam excuſari, qui Procurator duplex juramentum exhibebit, unum quod Dominus eorum propter metum Nuſſiam venire non audeat. Aliud, quod non ſint res, niſi Civis Colon. cujus ipſe eſt Procurator. Item ad hoc, quod Dominus Archiepiſcopus permittit Foraneos Mercatores aſcendere Rhenum, & deſcendere, ultra terminos antiquitus conſtitutos, dicimus hoc ſervari debere, ſecundum conſvetudinem tam ex parte Domini Archiepiſcopi, quam Civium Colon. Item ad hoc, quod cum deberet eſſe integra pacis reformatio inter Dominum Archiepiſcopum & Civitatem Colonienſ. quidam volentes habere de quibusdam factis emendam, Cives Colon. capere, & vexare præſumunt; Dicimus, integritatem pacis eſſe obſervandam, tam ex parte Domini Archiepiſcopi, & Adjutorum ſuorum, quam ex parte Civium, & Adjutorum ſuorum, eo modo, quo ordinata eſt. Item ad hoc, quod Archiepiſcopi, vel ſui officiales de ſpoliationibus factis Civibus Colonienſ. reſtitutiones ablatorum, & emendas pluries receperunt, &c. Dicimus, quod hoc nullatenus fieri debet, & ſi nuncii aliquid talium receperint, tales debet eos habere Dominus Archiepiſcopus, quod reſtituant. Item ad hoc, quod multoties Archiepiſcopus pecunia accepta non judicavit ubi debuit, vel ubi non debuit, voluit judicare &c. Dicimus, quod Dominus Archiepiſcopus æquale Judicium exhibeat

hibeat omnibus, nec dissimulet, nec pro pecunia nocentem liberet, vel condemnet innocentem, sciens quod maledicti sint a Domino, qui justificant impium pro muneribus, & justitiam justi auferunt ab eo. Item ad hoc, quod captivavit quosdam Cives Colon. cum civitatem Colon. & cives impugnare non deberet pro aliquo, nisi eis per sex septimanas antea contradixisset, dicimus, quod cum Dominus Archiepiscopus culpare voluerit aliquem, debet primo petere justitiam ab eo, & audire eum, antequam condemnet, sed si negaverit exhibere justitiam, vel emendam, potest Dominus Archiepiscopus utroque gladio de contumace facere vindictam. Quia vero cives allegant promissa & literas Archiepiscopi, &c. Dicimus, quod Dominus Archiepiscopus in hoc, & omnibus aliis debet promissa, & litteras observare, ut justificetur in sermonibus suis, & vincat cum de contrario judicatur. Item ad hoc, quod permittit, vel facit cives aliquos super eodem facto ad seculare, & ad Ecclesiasticum forum trahi &c. Dicimus, quod hoc supra in suo simili diffinitum est, quædam enim sunt, quæ spectant ad utrumque judicium, quædam autem sigillatim ad Ecclesiasticum, quædam sigillatim ad seculare, & si in his, quæ sigillatim ad alterum Judiciorum prædictorum spectant, faceret citari ad utrumq; injuriaretur sic citatus: Et dicimus fieri non debere. Item ad hoc, quod Archiepiscopus quosdam homines accepit de publico carcere, qui Hachte dicitur, in Colonia, & extra Coloniam duci, & ad duellum provocari jussit, & devictis eis judicium de eis fieri mandavit. Dicimus, quod quia Dominus Archiepiscopus Princeps est, malefactores infra districtum civitatis Colon. Coloniæ deberet permittere judicari. Si tamen Coloniæ Judex suus justitiam consequi non posset, ad Principatus honorem pertinet, quod alibi, ubi voluerit, judicentur. Eos autem malefactores, qui extra districtum Colonien-sem capiuntur, & quos forte Coloniam non ducit, nisi custodiendos libere poterit ducere, ubi voluerit judicandos. Item ad hoc, quod Dominus Archiepiscopus pignora posita authoritate Judicii, pro emendæ satisfactione ex cista violenter accipi consensit, & ne inde fieret judicium, inhibitiones fecit Scabinis, dicimus, hoc nullatenus fieri debere, sed ea quæ deponuntur pro tempore in fide depositorum esse servanda. Item ad hoc, quod sæpius judicium seculare per judicium Ecclesiasticum facit impediri, dicimus, quod neutram jurisdictionem per aliam facit impediri. Item ad hoc, quod castra, & munitiones fieri permisit in dispendium, & damnum tam civitatis, quam Diœcesis, dicimus, quod de hoc tractare non pertinet ad cives Colon. sed bene monemus Dominum Archiepiscopum, quod in hoc cautus sit, ne permittat ædificari munitiones, quæ Ecclesiæ suæ Civitati & Terræ vergant in præjudicium. Item ad hoc, quod Telonia indebita accipi facit a civibus, dicimus, quod Dominus Archiepiscopus, hoc facere non debet. Item ad hoc, quod Judæi, &c. Dicimus, quod superius de hoc est responsum, dicimus autem in communi diffinientes, quod Magistri Civium, vel alii potentes cives in Braxatione cerevisiæ & in pistura Panis, & in venditione Carnium, & in foro Piscium, ac in aliis quibuscunque nihil penitus attentent contra commune statutum civitatis, vel ex quo id, quod solvi consvevit, de iisdem diminui possit, aut impediri. His omnibus, prout promissum est, arbitrando diffinitis, partibus in nostra præsentia constitutis, præcipimus, ut hæc omnia, secundum diffinitiones nostras præscriptas, sicut jurejurando promiserunt, fideliter observent, & sigilla sua ad perpetuam prædictorum observantiam, præsentibus apponant. Insuper sigilla alia appendi faciant, prout in litera compromissi super hoc confecta plenius continetur. Nos autem Arbitri supradicti ad perpetuam rei memoriam diffinitiones nostras præscriptas, & arbitrando pronunciatas sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Pronunciatum in Palatio Colon. publice in præsentia multitudinis Clericorum, atque Laicorum, tam Civium, quam Extraneorum. Anno Domini millesimo ducentesimo, quinquagesimo octavo, in vigilia Beatorum Petri & Pauli Apostolorum. Quia vero eandem literam, sicut præmittitur, integram & sigillatam vidimus, ac in præsentia nostra, & plurimorum Principum, & Magnatum sacri fidelium nobis assidentium de verbo ad verbum legi, & auscultari fecimus diligenter; Nos ad ejusdem Archiepiscopi supplicationem, ipsam literam de verbo ad verbum transumi & transcribi, ac transumptum hujusmodi nostræ Imperialis Majestatis sigillo pendenti sigillari mandavimus, volentes, & de Imperatoriæ plenitudine potestatis præsenti decreto perpetue valituro firmiter statuentes, quatenus transumpto hujusmodi plena, & omnimoda fides adhibeatur, & adhiberi debeat, in Imperiali seu Regali, ac aliis quibuscunque Curiis, & Judiciis & extra in omnibus locis, ubi exhibitum fuerit, sicut literæ originali supradictæ, & eandem vim, effectum, & vigo-

WIr Wentzelaw, von GOttes Gnaden Röm. König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs vnd König zu Beheim, bekennen vnd thuen kundt offentlich mit diesem Brieff allen den, die in sehen oder hören lesen; wiwol wir den Burgermeisteren, Rath vnd Burgeren gemeinlichen der Statt zu Cölen Unseren vnd des heiligen Reichs lieben Getreuen auf diesen heutigen Tagh datum dieses Brieffs ein Bestettigung Irer Freyheit, Recht, vnd Brieff gegeben haben, der von Wort zu Wort also lautendt: Wir Wentzelaw von GOttes Gnaden Römischer König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs vnd König zu Beheim, bekennen vnd thuen kundt offentlich mit diesen Brieff allen den, die in sehen, oder hören lesen. Daß wir angesehen haben Dienst vnd Trew, als vns vnd dem Reich die Burgemeister vnd Rath und gemeine Bürger der Stadt zu Cöllen, vnser vnd des Reichs liebe Getreue, offt, dück, nützlichen, vnd willigklichen erzeigt vnd gethan haben, täglichen thuen, und fürbaß thuen sollen vnd mögen in künfftigen Zeiten, vnd haben Jnen darumb mit wohlgedachtem Muth, Rath, vnd rechtem Wyßen von besonderen Unseren Gnaden alle vnd ygliche der ehegenanter Statt von Cöllen Privilegia, Brieff, Freyheit, Beseeß, Herkommen vnd gute Gewohnheit, die in Unser Vorfahr Römischer Kayser vnd König, und auch Wir verliehen vnd geben haben, als sie redlichen herpracht, vernewet und bestettiget, vernewen vnd bestettigen Jn die in Krafft dieß Brieffs, vnd Römischer Königlicher Macht, Vollkommenheit in solcher Weise, dat Sie in gantzer vnd vollkommener Macht, vnd Krafft seyn vnd bleiben sollen, alß auff die Zeit, do sie Jnnen von irst gegeben worden, vnd ob sie Jnnen auf diesen heutigen Tag datum dieses Brieffs gegeben und verliehen weren, vnd von Wort zu Wort geschrieben stundten in diesem gegenwertigen Brieff, vnd wer wieder diese vnsere gegenwertige Bestettigungs-Brieff thete, oder die Vberfuhr, vnd verruckt vber Unser, vnd des Heiligen Reichß schwere Vngnade, darinn derselb gefallen were, soll derselb als offt ers thete hundert Marck lottigs Golts zu Buß verfallen sein, der halbe Theill in vnsere Königliche Cammer, vnd das andere halbe Theill den ehegenanten Burgermeisteren vnd Rath, vnd gemeinen Burgeren der Statt zu Cöllen, ohne Vnderlaß gentzlich erlegen sollen. Mit Vrkundt dieses Brieffs, versiegelt mit Unserem Königlichen Mayt. Jnsiegell. Gegeben zu Prag nach Christi Geburt dreyzehen hundert Jahr, und darnach in dem sieben vnd neuntzigsten Jahr, an den obersten Tag, vnser Reich des Böheimischen in vier vnd dreyßigsten, vnd des Römischen in dem ein vnd zwantzigsten Jahren; Jedoch en so waß, vnd ist vnser Meynung vnd Wille nit, daß wir den egem. Burgermeistern, Rath und Burgern zu Cöllen ichtz newes oder mehrer recht mit der Bestettigung gegeben haben, oder daß ihre Privilegia, Brieff, Freyheit oder recht mehr Macht oder Krafft haben, dann sie hatten vor der Bestettigung vorgenandt, und wollen auch, das die ehegenandt Bestettigung dem Ehrwürdigen Friederich Ertz-Bischoffen zu Cöllen des Heiligen Reichs in Jtalien Ertz-Cantzler, vnserem lieben Neuen und Churfürsten und seinen Nachkommen, vnd Stifft zu Cöllen an ihren Privilegien, Rechten, Freyheiten oder Brieffen keinen Schaden oder Hinderung brengen sollen, daß die mit der vorgenanten Bestettigung in einigen iren Punckten geschwecht oder gekrenckt werden, sonder wir setzen vnd wollen von Römischer Königlicher Macht daß alle des ehegenanten Ertz-Bischoffs, seiner Vorfahren, vnd Stiffts Privilegia, Freyheit, Recht vnd Brieff, die sie von Vns vnd Unseren Vorfahren seliger Gedechtnuß, Römischen Kayser und König hant behalten, oder sonst redlichen herbracht, in ihren vollkommenen gantzen Kräfften mächten bleiben, vnd sein sollen, als die weren vor der Bestettigung vorgenant auf die Zeit, da sie Jhn erst geben weren, und Wort zu Worten geschrieben stundten in diesem Brieff. Mit Vrkundt dieß Brieffs Jnsiegel mit vnser Königlicher Mayt. Jnsiegel. Gegeben zu Prag nach Christi Geburt dreyzehenhundert Jahr, und darnach in dem sieben und neuntzigsten Jar, an dem Obersten Tag, unsers Reichs deß Böhmischen in den vier vnd dreyßigsten vnd des Römischen in dem ein und zwantzigsten Jahren.

CXLVIII.

Churfürſtens Friderici III. zu Cölln Verſchreibung, daß er, gegen Empfang einer jährlichen Penſion von 1000. Pfund, oder 3000. Nobels an Golde, Königs Richardi II. in Engelland Vaſal, und demſelben treu und hold ſeyn wolle, de Anno 1397.

FRidericus, Dei Gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii Elector & per Italiam Archicancellarius, Dux Weſtfaliæ &c.

Notum facimus Vniverſis, quod nos, Attendentes Excellentiam, Potentiam & glorioſam famam, Sereniſſimi Illuſtriſſimique Principis & Domini noſtri, Dn. Richardi, Dei Gratia, Regis Angliæ & Franciæ, Dominique Hiberniæ ipſiusque affectionem ſinceram, quam ad perſonam noſtram gerere comprobatur, aç alia infra ſcripta ſponte & deliberato animo fecimus & conſtituimus ac facimus per præſentes nos præfati Domini noſtri Regis Vaſallum & Homagialem ad vitam ſuam & noſtram, ſibique bona fide promiſimus & promittimus per præſentes ſinceram fidelitatem, bonum ſuum fideliter procurando, & de malo ſuo vitando & inde, quando nobis conſtiterit, ipſum aviſando & præmuniendo, ac omnia & ſingula faciendo, quæ &, ſicut Vaſallus, & Homagialis fideles Domino ſuo facere tenetur, & ſolet, ac etiam contra ipſum & ejus Regnum ac Dominia nullatenus faciendo; quin imo debebimus ipſi Domino noſtro Regi fideliter aſtare & eſſe Adjutor, ipſius ſumtibus & expenſis, contra quoscunque Injuriatores & inimicos ſuos, exceptis tamen inferius nominatis, quotiens per ipſum Dominum noſtrum Regem fuerimus deſuper legitime requiſiti. Ex tunc etiam debebimus diffidare ipſos injuriatores & inimicos, eis palam & publice intimando nos velle ipſi Domino noſtro Regi aſſiſtere, ipſumque juvare, eorum contraria voluntate quomodolibet non obſtante, ac etiam ſervire ipſi Domino noſtro Regi, cum numero Armigerorum, Comitum, Baronum, Militum & aliorum Militarium ac Clientum, de quo præfatus Dominus noſter Rex nos pro tempore duxerit requirendum, non tamen ultra numerum quingentorum Lanceatorum, niſi ſponte, ad majorem quantitatem -- noſtro Regi pro tempore ſervire voluerimus; Concordato tamen prius & ante omnia inter ipſum Dominum noſtrum Regem & Nos de Stipendiorum ſatisfactione hujusmodi armigerorum ſingulorum, ſecundum conditiones & circumſtantias perſonarum. Inſuper etiam debemus univerſos & ſingulos ſubditos ipſius Domini noſtri Regis, per Terras & Dominia noſtra tranſeuntes, vel moram facientes, fideliter defendere, tanquam proprios ſubditos noſtros, ipſisque dare ſalvum conductum, ſi requiratur, quotiens opus erit, ſalvo quod conſueta Pedagia & Theolonia debite perſolvantur. Excepimus tamen in præmiſſis & excipimus per præſentes, Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, & Sanctam Apoſtolicam Eccleſiam, Dominum noſtrum Imperatorem, ſeu Regem Romanorum, quos pro tempore habemus, ſeu habebimus pro talibus, Sacrum Romanum Imperium, Dominos ejusdem Imperii Coelectores noſtros, & ut tales, Dominos Godofridum, Electum Moguntinum Monaſter. & Paderborn. Epiſcopos; Gelrenſem, Juliacenſem & Montenſem Duces, ejusdemque Montenſis Filios, Marchiones, Badenſem fratrem & de Muerſe, Sororium noſtrum, Clivenſem & Markenſem Comites, Confœderatos noſtros, Civitatem noſtram Colonienſem, omnesque alios ſubditos noſtros & Vaſallos, quorum pro tempore erimus potentes, in Jure & Juſtitia, ſi præfatus Dominus noſter Rex haberet agere cum illis.

Et inſuper Juramentum fidelitatis & homagii hujusmodi præfato Domino noſtro Regi per procuratores noſtros ad id ſpecialiter & plenarie conſtitutos fecimus & præſtitimus ſolemniter in forma debita & conſueta.

Et vice verſa præfatus Sereniſſimus Princeps, Dominus noſter, Rex Angliæ & Franciæ, conſideratione præmiſſorum nobis in feodum, & loco feodi ad vitam noſtram de Gratia Regia ſpeciali conceſſit, dedit & aſſignavit penſionem annuam mille librarum, ſive trium millium nobilium aureorum monetæ Anglicanæ percipiendorum ſingulis annis, ad Scaccarium Regium in Palatio Regio Weſtmonaſterii, juxta Civitatem Londonienſem, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ per æquales portiones.

Quam quidem penſionem annuam mille librarum ſive Trium millium Nobilium, nobis ſeu noſtro procuratori ſufficienter & legitime conſtituto ſive certo Nuncio, ſufficientem & plenariam Quitantiam noſtram ipſi Domino noſtro Regi daturo, realiter & cum effectu, ipſe Dominus noſter Rex per ſe vel ſuos ſolvere promiſit, etiam cum Licentia regia exportandi hujusmodi aurum de Anglia & aliis Dominiis ipſius Domini noſtri Regis.

Quodque debebit ipſe Dominus noſter Rex deinceps nos manutenere, in jure noſtro, protegere & tueri contra quoscunque, exceptis inferius nominatis, ſecundum caſus emergentes ad requiſitionem noſtram, prout de jure bonus Dominus Vaſallum ſuum fidelem defendere tenetur;

Et de ampliori ſtabit in Gratia ipſius Domini noſtri Regis, ſecundum caſus occurrentes, dummodo tamen ipſum Dominum noſtrum Regem, per Literas noſtras pro tempore, certificaverimus nos paratos ſubmittere nos arbitrio ipſius Domini noſtri Regis in jure, pareque juri & juſtitiæ coram ipſo Domino noſtro Rege:

Excepit tamen idem Dominus noſter Rex in præmiſſis Dominos noſtros, ſummum Pontificem, Sanctam Sedem Apoſtolicam ac Regem Romanorum, quos pro tempore ipſe Dominus noſter Rex Angliæ habet ſeu habebit pro talibus; ac Dominos, Regem Portugalliæ, Duces Gelrenſem & Juliacenſem & Rupertum Seniorem & Rupertum Juniorem, Duces Bavariæ, Johannem de Inſulis, Ducem & Communitatem. Januenſium, confœderatos Regios; ac ipſius omnia Dominia, Subditos & Vaſallos quoscunq; quorum pro tempore ipſe Dominus noſter Rex erit potens, injure & juſtitia ſi cum illis agere haberemus, prout hæc & alia in reverſalibus Literis ipſius Dni noſtri Regis Angliæ, de penſione noſtra prædicta etiam continentur.

In quorum Teſtimonium Sigillum noſtrum ex certa noſtra ſcientia, præſentibus duximus appendendum. Datum in Caſtro noſtro Gudesbergh, Anno Dni milleſimo, trecenteſimo, nonageſimo ſeptimo, Die ſeptima Menſis Julii.

CXLIX.

Königs Richardi II. in Engelland Revers, daß Churfürſt Friderico III. zu Cölln, wegen bewilligten Vaſallagii, eine jährliche Penſion von 1000. Pfund oder 3000. Nobels am Golde auff Lebens-Zeit gegeben werden ſolle, de An. 1397.

REx omnibus ad quos &c. Salutem.

Sciatis, quod cum Reverendus in Chriſto pater, Fridericus, Archiepiſcopus Colonienſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, Sacri Imperii Elector, & per Italiam Archi-Cancellarius, Dux Weſtfaliæ, Amicus & fidelis noſter chariſſimus, ſe effecerit Vaſallum & Homagialem noſtrum, ad vitam noſtram & ſuam nobisque bona fide promiſerit ſinceram fidelitatem bonum noſtrum fideliter procurando & de malo noſtro vitando, & quando ſibi inde conſtiterit, nos aviſando ac præmuniendo, & omnia alia & ſingula faciendo, quæ & ſicut Vaſallus & Homagialis fidelis Domino ſuo facere tenetur & ſolet. Ac etiam contra Nos, & Regnum ac Dominia noſtra nullatenus faciendo, quinimo debebit nobis fideliter aſtare & eſſe adjutor, noſtris ſumptibus & expenſis contra quoscunque Injuriatores & Inimicos noſtros, exceptis tamen Inferius nominatis, quotiens per nos fuerit deſuper legitime requiſitus, & ex tunc etiam debebit diffidare ipſos injuriatores & inimicos, eis palam & publice intimando ipſum velle nobis aſſiſtere nosque juvare, eorum contraria voluntate quomodolibet non obſtante, & etiam ſervire nobis cum numero Armigerorum, Comitum, Baronum, Militum & aliorum Militarium ac Clientum, de quo ipſum pro tempore duxerimus requirendum, non tamen ultra numerum quingentorum Lanceatorum niſi ſponte voluerit; Concordato tamen prius & ante omnia inter nos & ipſum Archiepiſcopum de ſtipendiorum ſatisfactione hujusmodi armigerorum ſingulorum ſecundum conditiones & circumſtantias perſonarum.

Nec non debebit idem Archiepiſcopus univerſos & ſingulos ſubditos noſtros per ejus Terras & Dominia tranſeuntes, ſeu moram facientes, fideliter defendere, tanquam proprios ſubditos ſuos, ipſisque dare ſalvum Conductum ſi requiratur, quotiens opus erit; ſalvo quod conſueta pedagia & Theolonia debite perſolvantur.

Excepit tamen idem Archiepiſcopus in præmiſſis ſanctiſſimum Dominum Papam & ſanctam Sedem Apoſtolicam, Imperatorem, ſeu Regem Romanorum, quos pro tempore habet ſeu habebit idem Archiepiſcopus pro talibus ſacrum Romanum Imperium, ejusdem Imperii Coelectores ſuos, & ut tales, Godefridum de Lynyngen, Electum Moguntium, Monaſterienſem & Paderburnenſem Epiſcopos, Gelrenſem, Juliacenſem & Montenenſem Duces, ejusdemque Montenenſis Filios, Conſanguineos noſtros, Marchionem Badenſem, de Sarwerden Fratrem, & de Muerſe, Sororium ſuos, Clivenſem & Markenſem Comites, Confœderatos ſuos, Civitatem Colonienſem, omnesque alios ipſius Archiepiſcopi Subditos & Vaſallos, quorum pro tempore erit potens in jure & juſtitia, ſi cum illis agere haberemus, prout hæc & alia in Literis Patentibus ipſius Archiepiſcopi inde confectis, Sigilloque ſuo roboratis & nobis traditis plenius continetur.

Nos conſideratione præmiſſorum & pro eo quod idem Archiepiſcopus, per procuratores ſuos, ſufficientem poteſtatem in hac parte habentes, fidelitatem & homagium nobis fecit, ac hujusmodi fidelitatis & homagii juramentum nobis præſtitit, in forma debita & conſueta;

De Gratia noſtra ſpeciali conceſſimus, dedimus

mus & assignavimus, concedimus, damus & assignamus per præsentes eidem Archiepiscopo ad totam vitam suam, in feodum, ac loco feodi, pensionem annuam Mille librarum, sive trium millium nobilium Monetæ Anglicanæ, percipiendam singulis annis ad Scaccarium nostrum, in palatio nostro Westmonasterienſi, juxta Civitatem nostram Londoniæ, ad Terminos Sancti Michaëlis & Paschæ, per æquales portiones, quam quidem pensionem annuam mille librarum sive Trium millium Nobilium eidem Archiepiscopo seu ejus Procuratori sufficienter & legitime constituto, sive certo nuncio sufficientem & plenariam Quietantiam nobis daturo, realiter & cum effectu, per Nos aut nostros solvere promisimus, & promittimus per præsentes etiam cum Licentia asportandi hujusmodi aurum de Anglia & de aliis Dominiis nostris.

Quodque debebimus deinceps ipsum Archiepiscopum manutenere, in jure suo protegere & tueri contra quoscunque, exceptis inferius nominatis, secundum casus emergentiam, ad requisitionem suam, prout de jure bonus Dominus Vasallum suum fidelem defendere tenetur; Et de ampliori stabit in Gratia nostra, secundum casus occurrentes, dummodo tamen ipse Archiepiscopus Nos pro tempore per literas suas certificaverit se paratum submittere se Arbitrio nostro in jure, parereque juri & justitiæ coram nobis; excepimus tamen in præmissis, & excipimus per præsentes, Dominum summum Pontificem & Sanctam Sedem Apostolicam, Regem Romanorum, quos pro tempore habemus, seu habebimus pro talibus, Regem Portugalliæ, Duces Gelrensem & Juliacensem, & Rupertum Seniorem & Rupertum Juniorem Duces Bavariæ, Johannem de Insulis, Ducem & Communitatem de Janua, confœderatos nostros, omniaque Dominia nostra ac Subditos & Vasallos nostros quoscunque, quorum pro tempore erimus potentes, in jure & justitia, si præfatus Archiepiscopus haberet agere cum illis. In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri & Magni Sigilli nostri munimine fecimus consignari. Datum apud Westmonasterium, Septimo die Julii, Per ipsum Regem.

CL.

Hn. Hugonis von Hernorst, Probsts zu Xanten und Archidiaconi des Ertz-Stiffts Cölln Verschreibung, daß er Königs Rich. II. in Engelland Vasall, gegen eine jährl. Pension von 100. Pf. oder 300. Nobels an Golde auf Lebens-Zeit seyn wolle, de An. 1397.

HUgo de Hernorst, Domini nostri Papæ prothonotarius, Præpositus Xanctenensis in Ecclesia Colonienſi Archidiaconus. Notum facimus universis, quod, cum Serenissimus Princeps & Dominus noster gratiosissimus, Dominus Richardus, Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, Dominusque Hiberniæ, de speciali ejus gratia ac motu proprio, nos habere voluerit, retinuerit, & acceptaverit in fidelem suum, homagialem, Vasallum & Consiliarium. Dando etiam & assignando Nobis ad vitam nostram in Feodum & loco Feodi pensionem annuam Centum Librarum, valentium trecenta mobilia aurea Monetæ Angliæ, Nobis seu Procuratori nostro ad id legitimo, vel certo nuncio Quitantiam nostram sufficientem daturo, singulis Annis Medietatem in Festo S. Michaelis Archangeli & pro alia medietate in festo Paschæ Dominicæ Resurrectionis, per ipsum Dominum nostrum Regem aut ejus nomine, in Scaccario suo, Regii Palatii Westmonasterii prope Londoniam persolvendas; prout in Literis Regiis confectis desuper & nobis traditis latius continetur; Hinc est, quod nos præfato Domino nostro Regi, fidelitatem & homagium, in forma debita & consueta personaliter fecimus; Promittentes, Fide media, eidem Domino nostro Regi, ac etiam jurantes ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter per nos tacta, quod ex nunc in antea erimus sibi fideles, bonum suum pro viribus fideliter procurando, & malum suum evitando, indeque ipsum avisando & præmuniendo, & Consilium suum fideliter celando, ac alia faciendo quæ & prout fidelis Vasallus, Homagialis & Consiliarius Domino suo facere tenetur & solet, etiam contra quoscunque. Præterquam contra Sanctissimum Dominum nostrum Papam, Bonifacium, ac ejus Canonicos Successores & Sanctam Romanam Ecclesiam & Reverendissimos in Christo Patres, & Dominos nostros præcipuos ac singularissimos, Dominos Philippum de Alenconio, miseratione Divina, Episcopum Ostiensem Cardinalem & F. Archiepiscopum Colonienſem Sacri Imperii Electorem & per Italiam Archicancellarium Ducem Westphaliæ &c. nec non tam Colonienſem, quam omnes alias Ecclesias, in quibus sumus & pro tempore erimus Beneficiati, quos & quas expresse excepimus in præmissis & excipimus per præsentes.

In cujus rei testimonium Sigillum nostrum ex certa nostra scientia Præsentibus est appensum. Datum in manerio Regio Eltham. Die 7. Mens. Julii, Anno Domini millesimo, trecentesimo, nonagesimo septimo.

CLI.

Churfürsts Friderici III. zu Cölln Statuta Synodalia, so er seit dem Jahr 1370. biß auff das Jahr 1400. edirt.

Fride-

FRidericus Dei & Apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus Colonienſis, S. Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, universis & singulis ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem in Domino sempiternam.

Quia pro qualitate temporis, modi disponuntur agendi, ideo evenit quod illius cursu & mutabilitate mutantur. Hinc est, quod cum prædecessores nostri pluribus & diversis personis Ecclesiasticis, tam Religiosis quam secularibus, quibusdam ad tempus certum, quibusdam vero sine temporis determinatione, non tam motu proprio, quam importuna petentium instantia, considerata tunc temporis qualitate, per suas (sui) certi tenoris literas, subditorum Civitatis & Diœcesis nostræ Colonienſis, eorum certo numero tunc expresso, Confessiones audiendi & eos in casibus à Jure specialiter reservatis absolvendi, ac pœnitentias salutares injungendi potestatem duxerunt indulsisse. Accedente itaque ex eo, quod nonnulli concessione & indulto hujusmodi, sicut relatibus accepimus fidedignis, non minus provide, quam indiscrete ac periculose (quod tamen ad præsens silentio præterimus) in hoc versantes, quam plurimum sunt abusi, id quod ad subditorum prædictorum salutis compendium, circa quod tunc eorum Prædecessorum nostrorum dirigebatur intentio, egisse videbantur, morbum quodammodo lœtiferum latenter ingerens, scandalum paravit, & parat, ac errorem inducit, & Episcopalem (ei in hac parte quodammodo detrahendo) parvipendit potestatem, omnes & singulas concessiones & indulta hujusmodi, salva potestate pœnitentiariorum in Ecclesia nostra Colonienſi consistente, & creata provide tradita, nec non literas super hoc sub quacunque forma verborum concessas, etiamsi, in eis forsan cautum existat, quod hujusmodi literæ vires obtineant, non obstante revocatione quacunq; generali, vel speciali, nisi nominatim & expresse in hujusmodi revocatione mentio sit habenda specialis, penitus & in totum revocamus, & ex causis supradictis & aliis Nos moventibus irritamus. Datum sub sigillo nostro præsentibus, quas in Synodo sancta proxime celebranda volumus publicari, appenso, Anno Domini 1370. primo Sabbato post Lamberti.

2. Revocantur literæ quibuscunque Eleemosynarum quæstoribus hucusque concessæ, præterquam pro Ecclesia Majori Colonienſi & ejus fabrica.

Fridericus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Colonienſis, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, universis & singulis Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, seu eorum vices gerentibus, Civitatis & Diœcesis Colonienſis salutem in Domino.

Cum dudum, sicut accepimus Prædecessores nostri per suas (sui) certi tenoris literas diversis Quæstoribus Eleemosynarum, super hoc concessas, per quas universitatem vestram exhortando, vobis dicuntur injunxisse, quatenus Quæstoribus hujusmodi dum ipsi ad Vos Vestrasque Ecclesias, pias Eleemosynas & grata Charitatis subsidia petituri, declinaverint gratiose admittere & charitative curaretis: nonnulli Quæstorum in hac parte literis obtentis adulterinis, alii vero literis sibi concessis nequiter abutentes, nonnullas etiam abusiones in suis sermonibus ad populum factis publice prædicando, ad quærendas hujusmodi Eleemosynas & subtiliter extorquendas, confingunt. Quidam vero, qui minus ad id idonei, & modesti & indiscreti existunt, cum literis hujusmodi propetendis Eleemosynis & quærendis destinantur, & multipliciter excesserunt & excedunt, in suarum grave dispendium animarum, saluti populi & devotioni fallaciter illudentes. Quapropter præfatas hujusmodi Prædecessorum literas, quibuscunque Eleemosynarum Quæstoribus, præterquam his, qui pro Ecclesia nostra Colonienſi & ejus Fabrica, ad Vos vel vestrum quemlibet & Ecclesias vestras declinantes, accesserint, Eleemosynas petituri, sub quacunque verborum forma concessas penitus revocamus, & in totum. Datum sub sigillo nostro præsentibus, in Synodali Concilio celebrando publicandis, appenso, Anno Nativitatis Domini 1371. penultima die mensis Septembris.

3. Vult Episcopus exequi literas Apostolicas, in forma Pauperum ad ipsum directas.

Fridericus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Colonienſis, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, universis & singulis quorum interest, aut quos præsens negotium tangit, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, volumus esse notum, quod cum dudum sanctissimus in Christo pater & Dominus noster, D. Gregorius XI. per suas certi tenoris Literas sub ea forma, secundum quam Sedes Apostolica pro pauperibus clericis scribere consuevit, Nobis directas, cum clausula, quod si hujusmodi literas exequi non possemus, nec vellemus, aliæ personæ in eisdem literis expressæ, eas executioni demandarent, mandaverit, quatenus de debita conversatione Clericorum nonnullorum nostrarum Civitatis & Diœcesis, juxta formam literarum prædictarum inquisito & reperto, ac pronunciato ipsos habiles existere & idoneos ad hujusmodi Beneficia, juxta earundum literarum tenorem, obtinenda, eisdem de ipsis Beneficiis spectantibus ad collationem Prælatorum, seu Capitulorum, Monachorum, Conventuum, vel Personarum Civitatum nostrarum prædictarum, qui & quæ in eisdem exprimuntur, providere curaremus. Verum cum nonnulli, prout ad Nos fida perduxit relatio, prætendentes, prætendentes Nos literas hujusmodi exequi tunc non

potuiſſe,nec voluiſſe ad inquiſitionem & pronunciationem prædictas, alii vero ad ulteriorem earundem executionem proceſſerunt literarum: Igitur ne circa præmiſſa contra formam dictarum literarum per quemcunque, vigore clauſulæ ſupradictæ quicquam, quod viribus non ſubſiſtat, ad perniciem etiam & jacturam hujusmodi pauperum clericorum contingat deinceps attentari: Et ſi quid forſan indebite præſumptum fuerit,per appoſitionem debiti remedii ipſis Clericis, ſi petant,in hoc caſu opportune valeat ſubveniri univerſitati veſtræ ac omnibus & ſingulis quorum intereſt, inſinuamus quod in præſenti Synodo, ne quenquam lateant, præmiſſa mandamus publicari,quod noſtræ intentionis eſt,prout etiam prius quotidie extitit, dictas literas exequi voluiſſe & velle reverenter,ut tenemur,juxta earundem continentiam & tenorem, ſuper quorum etiam executione & per alias Noſtras certi tenoris literas,officiali noſtro Colonienſi ſub certa forma commiſimus vices noſtras. In quorum teſtimonium,ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Dat. An. Domini 1371. penultima die Menſ. Sept.

Fridericus,Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius univerſis & ſingulis tam ſecularibus,quam Regularibus Eccleſiarum & Monaſteriorum Abbatibus,Præpoſitis, Prælatis, Prioribus, Decanis,Collegiis, Conventibus,Plebanis,eorumque vices gerentibus,cœterisque beneficiatis Clericis & Religioſis cujuscunque ſtatus,conditionis, aut ordinis exiſtant,noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis,Nobis ſubditis ſalutem in Domino ſempiternam. Etſi de cunctorum paſſim & generaliter Nobis ſubditorum,ſuper quorum univerſalem curam & cuſtodiam ſumus conſtituti,delictis, negligentiis,& exceſſibus doleamus ex intimis,ut Prælatorum tamen ſecularium & Regularium,Clericorum & perſonarum Eccleſiaſticarum utriusque Sexus defectibus, tanto nimirum dolemus acerbius & profundius conturbamur,quanto ſentimus graviora ex eisdem Animarum pericula provenire, & ſpecialiter perſonis Monaſticis, in quibus ſacræ Religionis abjecta devotio, multis actibus illicitis aditum præbens, periculioſior invenitur.Eapropter (Et propter ea)nonnullas ſacrorum Canonum conſtitutiones exequentes, ac ſtatuta, ordinationes & præcepta Noſtrorum prædeceſſorum innovantes qui hujusmodi talium perſonarum Exceſſibus ſatagant debitis obviare remediis quorum etiam(ut de ipſis cognitio plenior habeatur)effectum,ut ſequitur,fecimus annotari,ſic duximus ordinandum.

4. De Veſtibus Clericorum Beneficiatorum.

Imprimis igitur contra Clericos, qui gravitate Eccleſiaſticæ Religionis abjecta in deferendis veſtibus ordini ſuo congruentibus,contra canonum prohibitiones excedere non verentur, Conſtitutionem ſel. Recordationis Domini Clementis Papæ quinti,in Concilio Viennenſi editam,qua cavetur inter cœtera,quod Clericus quicunque, virgata vel partita veſte publice utens, niſi cauſa ſubſit rationabilis,ſi Beneficiatus extiterit,a perceptione fructuum,beneficiorum qui obtinet,per ſex menſes ſit ipſo facto ſuſpenſus. Si vero Beneficiatus non fuerit, in ſacris tamen ordinibus conſtitutus citra ſacerdotium per idem tempus ſit eo ipſo facto inhabilis ad beneficium Eccleſ. obtinendum.

Idem quoque dicta conſtitutio cenſuit obſervandum de Clericis aliis, qui veſtem virgatam vel partitam ſimul & tonſuram publice deferant clericalem (forſ. minus clericalem). Dignitatem vero, Perſonatum,ſeu beneficium curatum obtinentes, ac ſacerdotes, nec non & Religioſi, ſi veſtes deferant hujusmodi,præterquam ex cauſa rationabili, eo ipſo a perceptione fructuum, Beneficiorum, quæ obtinent per annum continuum ſint ſuſpenſi: & ſacerdotes non beneficiati & Religioſi cœteri, per idem tempus anni reddantur inhabiles ad beneficium Eccleſiaſticum obtinendum. Hanc,inquam,Conſtitutionem exequentes,nec non ſtatuta,Ordinationes, Mandata & Præcepta bonæ memoriæ Domini Walrami,edita circa præmiſſa,innovantes,quæ incipiunt, Felicis Record. Henricus &c. ſtatuentes,quo (forſ. quibus) cavetur inter cœtera,quod ſuſpenſus hujusmodi, ſi durante ipſa ſuſpenſionis pœna,aliquid de fructibus ſui Beneficii, ſeu præbendæ percipiat, & miniſtrans, ſi quid ei ratione Præbendæ ſuæ miniſtraverit ſcienter,uterque ipſorum excommunicationis pœnam incurrat ipſo facto. Et capitulum,ſi in hac parte culpam vel negligentiam diſſimulatione, vel rati-habitione commiſerit,ſit ſuſpenſum ipſo facto. Et ſtatutum ejusdem quondam D. Walrami quod incipit: Quoniam diverſi &c. cum ejus mitigatione ibi ſubſequente innovantes, eas & ea præcipimus inviolabiliter obſervari: ſtatuentes de conſenſu capituli noſtri & Priorum Colonienſium, pœnas & ſententias ſupradictas,locum habere debere in futurum,ipſasque ſententias ferimus in his ſcriptis in omnes & ſingulos Clericos, juxta diſtinctiones ſuperius annotatas, qui veſtem ſuperiorem ante pectus a ſummo deorſum inferius usque ad oram deferre publice præſumant, botonatam, vel ultra ſpatium,quo quis commode caput ſuum ipſi veſti inferre poterit,eam induendo. Si quis vero Clericus, juxta morem deteſtabilem, qui modernis temporibus inolevit, veſtem ſuperiorem ipſius manicam unam ante pectus & aliam poſt dorſum vertendo) publice deferre ſine cauſa juſta & irreverenter incedere præſumpſerit, ſi ſecularis fuerit beneficiatus,vel carens Beneficio, vel Religioſus adminiſtrationem habens, hujusmodi veſtem intra menſem dare pauperibus teneatur. Religioſus vero adminiſtrationem non habens,intra idem tempus ipſam teneatur ſuo ſuperiori aſſignare, in pios uſus convertendam. Alioqui, ſi ſecus fecerit,dicto menſe elapſo, ſe noverit incidiſſe ſuſpenſionis ſententiam ab officio & beneficio, quam ferimus in eum in his ſcriptis.

5. De tonſura & corona Clericorum Beneficiatorum, & ne barbas deferant.

Præterea Conſtitutionem felicis Record. Domini Gregorii Papæ noni, & aliam in Concilio Carthaginenſi editam, in quibus ſub Excommunicationis pœna prohibetur Clericis, ne nutriant comam & barbam,niſi ex juſta cauſa, exequentes eas inviolabiliter præcipimus obſervari. Statuta quoque mandata & præcepta piæ memoriæ Domini Henrici,quæ incipiunt, ITEM præcipimus in virtute &c. & Domini Walrami,quæ incipiunt, Felicis Recordationis &c. Nec non Domini Wilhelmi,Archiepiſcoporum Colonienſium, Prædeceſſorum noſtrorum,quæ incipiunt, bonæ memoriæ Prædeceſſoris noſtri &c. edita contra clericos, qui Coronam ſeu Tonſuram Eccleſiaſticas debitas, juxta ſtatus & ordinis recepti exigentiam,non deferunt,barbas & comas nutriunt, ſine juſta cauſa portando: quibus in effectu cavetur inter cœtera, in ordinatione videlicet & ſtatuto dicti Dn. Henrici,quod Clerici Beneficiati civitatis & Diœceſis Colonienſis, tonſuram Eccleſiaſticam ſecundum ſui ſtatus & ordinis exigentiam,decenter & patenter ac publice in capite aſſidue portare negligentes,Interdicti ſententia ab ingreſſu Eccleſiæ (quindecim dierum monitione canonica præmiſſa)incurrent. In ordinatione vero,ſtatuto & mandato dictorum Dominorum Walrami & Wilhelmi prædictorum (qui hujusmodi pœnæ ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ,quam etiam ad Clericos barbas deferentes extenderunt, pœnam ſubſcriptam addiderunt) cavetur, quod Clericus barbam nutriens ſine cauſa juſta,eamque deferens ultra quindenam non abraſam, nec coronam ſeu tonſuram ſtatui & ordini ſuo congruentem portans publice in capite & propter hoc pœnam ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ inciderit ſupra dictam, a fructibus ſuorum Beneficiorum ſit eo ipſo ſuſpenſus: & ſi ſic ſuſpenſus exiſtens, quicquam de fructibus hujusmodi receperit,aut quisquam ei aliquid miniſtraverit,tam recipiens,quam Miniſtrans,eo ipſo ſe noverit Excommunicationis ſententiam incidiſſe. Et capitulum Eccleſiæ,ſi collegiata fuerit, ſuſpenſionis, ſi inculpa extiterit vel negligentia, vel adminiſtrationem hujusmodi factam, ratam & gratam habuerit,& ipſa Eccleſia interdicti ſententias incurrat ipſo facto. Idemque D. Wilhelmus per ſuum poſtmodum ſtatutum quod incipit: Exinjunctæ, tales non deferentes tonſuram Clericalem ipſo facto ſuſpendit,præſentibus innovantes,ſalvo,quod loco quindenæ prædictæ,quoad radendam barbam,vel tondendam,ſpatium trium Septimanarum ſubrogamus; eaque ſtatuta,mandata & præcepta,quæ etiam ad Clericos haſtiludia in locis in quibus Beneficiati exiſtant, exercentes, provide extenderunt, & pœnam ſuſpenſionis a perceptione fructuum Beneficiorum ſuorum per Sex Menſes in contrarium facientes intulerunt; Nec non ſtatutum ejusdem quondam Domini Wilhelmi,quod incipit, multimodorum exaggeratione &c. ſtatuimus, & aliud quod incipit ſanctiſſimi in Chriſto Patris &c. Nec non ejusdem Domini ſtatutum in hoc caſu editum, quod incipit ſtatuimus, ut quilibet Clericus ſive ſecularis, ſive Religioſus &c. mandamus & præcipimus (niſi quatenus per noſtram ordinationem eis detractum reperiatur)inviolabiliter obſervari, ipſas ſententias ex abundanti repetentes, quas dicta monitione canonica præmiſſa in non parentes & rebelles ferimus in his ſcriptis.

6. Ne Religioſi dimittant habitum. De Confeſſoribus ipſorum Et ne vagentur extra ſua Monaſteria.

Inſuper felic. Record. Domini Bonifacii Papæ 8. Conſtitutionem per quam diſtrictius inhibetur ne aliquis Religioſus,quamcunque Religionem tacite vel expreſſe profeſſus ubicunque locorum habitum ſuæ religionis temere dimittat, hujusmodi temerarium violatorem Excommunicationis ſententia plectens ipſo facto. Nec non conſtitutionem felicis Rec. Domini Clementis Papæ quinti in Concilio Viennenſi editam,quæ inter cœtera ſacræ Religionis Monachis nigris ordinis S. Benedicti, omnem in veſtibus inordinatum ſeu exquiſitum ornatum & cultum,nec non in equitaturis & lectiſterniis quenvis notabilem interdicit exceſſum, præcipiens,ut ſuperior veſtis ipſorum habitui proxima,nigri aut bruni coloris, juxta morem apud eos obſervari ſolitum in regione qua degunt, exiſtat: exequentes ab hujusmodi eis interdictis & vetitis abſtinere ac præceptis & ſtatutis hujusmodi obedire, ipſis præcipimus firmiter & mandamus. Statuta vero, mandata & præcepta felicis record. Domini Henrici, quæ incipiunt, Volumus etiam &c. quo inhibetur,ne quis Abbas, vel Abbatiſſa,cujuscunque Religionis non exceptæ,Civitatis & Diœceſis Colonienſis,absque ſpeciali licentia Archiepiſcopi Colonienſis, vel Sedis Apoſtolicæ Authoritate,Monachis,aut Monialibus ſui Monaſterii confeſſorem aliunde,quam de ſuo ordine, prout ipſorum ſtatuit religio,eligendi vel aſſumendi concedat poteſtatem. Nec non bonæ memoriæ Domini Wilhelmi Archiepiſcoporum noſtrorum Prædeceſſorum mandatum,quod incipit,vergit quidem &c. in quo inter cœtera,omnes & ſingulos Monachos extra Monaſteria ſua non intitulatos, utentes (ut dicunt, licet inconſulte, indebite,& indiſcrete, etiam contra Juris & Ordinis ſui diſpoſitionem regularem: licentia ſuorum Abbatum ſeu Prælatorum, qui nulla ſuadente utilitate

Monaſteriorum ſuorum aut neceſſitate exigente, (urgente) ſe conferunt ad aliena negocia exequenda, pro libito vagantes, ad ſua Monaſteria (monitione canonica præmiſſa, ſi ſecus fecerint, in eos Excommunicationis ſententiam tulit) redire præcepit. Nec non ſtatutum bonæ memoriæ Domini Sifridi Archiepiſcopi Colonienſis, quod incipit, ſtatuimus ut nullus monachus &c. quod poſtmodum piæ recordationis Dominus Wilhelmus, Archiepiſcopus Colonienſis, Prædeceſſor noſter, in quodam ſtatuto ſuo quod incipit: ITEM cum bonæ memoriæ Sifridus olim &c. idem ſtatuentes approbavit, ſub certa tamen poſtmodum facta declaratione, quæ incipit, Cum Nos dudum concilium Synodale in Capitulo Eccleſiæ noſtræ &c. quam quidem declarationem bonæ memoriæ Engilbertus Prædeceſſor noſter etiam eſt ſecutus, eam repetendo in ſua ordinatione quæ incipit, Cum Nos dudum &c. factam, in hac parte innovantes, cum dicta declaratione præcipimus & mandamus, quoad Religioſos Ordinis prædicti, ſalva conſtitutione, QVONIAM qui abjects &c. ſed & talis in Concilio Viennenſi edita. Nec non dictum ſtatutum, quod idem Dominus Sifridus ad Canonicos Regulares S. Auguſtini & Præmonſtratenſis ordinum, ſalvis eorundem ordinum inſtitutis, extendebat, extendimus, in quantum ipſorum Ordinum patitur inſtitutio Regularis, cui (ut clarum eſt) dicti Monachi inſerviunt laxiori, præcipimus inviolabiliter obſervari: pœnasque & ſententias in dicto ſtatuto expreſſas, repetentes, eas in contradictores & rebelles, Canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis.

7. Contra Moniales portantes ſecularia veſtimenta.

Subſequenter piæ Recordationis D. Bonifacii Papæ octavi, quæ incipit, Periculoſo &c. & D. Clementis Papæ quinti in Concilio Viennenſi editam conſtitutionem, conſervationem & reformationem ſtatus & Morum Monialium, cujuscunque Religionis aut ordinis extiterint, præcipimus obſervari diligenter. In quibus inter cætera cavetur, ut virtutum Domino debitum reddant famulatum, nec Monachali poſtpoſita modeſtia, extra ſua Monaſteria impudenter diſcurrant: pannis ſericis & variorum foderaturis, (alibi furraturæ dicuntur) & virgatis ſeu diverſorum colorum caputiolis non utantur. Nec non ſtatutum bonæ memoriæ D. Sifridi Archiepiſcopi Colonienſis, quod incipit: Statuimus, ut nullus Monachus aut Monialis &c. quod poſtmodum bonæ memoriæ Walramus in quadam ſua Ordinatione, quæ incipit: Quanquam animarum &c. laudavit & approbavit. Et Wilhelmus in ſtatuto per eum edito, quod incipit: Item cum bonæ memoriæ Sifridus &c. idem ſtatuendo repetiit, pœnam adjiciens Excommunicationis in contrarium eorum, quæ in eodem ſtatuto perſtringuntur, facientes, innovamus cum pœnis & ſententiis contentis in ſtatutis ſupradictis.

8. De Presbyteris concubinariis, & focariis ipſorum.

Porro ſtatutum bonæ memoriæ D. Conradi Prædeceſſoris noſtri, per Sifridum ejus ſucceſſorem (qui idem ſtatuit contra concubinarios publicos & notorios, qui concubinis ſuis in ſuis domibus cohabitant) innovatum, quod incipit: Ex concilio bonæ memoriæ &c. In quo inter cætera mandatur ſub Excommunicationis pœna, quæ in contrarium facientes fertur & quam ſententiam ſecus faciens incurrit ipſo facto, quod Sacerdotes, manifeſti Mulierum cohabitatores, concubinas ſuas de domibus ſuis & Parochiis intra decem dies expellant, eis pro termino peremptorio & monitione canonica aſſignatos: quoque mulieres ipſæ per ſententiam Excommunicationis in eas ferendam Parochiam ipſam exire compellantur, innovamus, ſtatuentes, ut hujusmodi notorii Fornicatores ſupradicti, quibus concubinæ ſuæ in domibus eorum cohabitant, ſi tales focarias publicas in domibus ſuis eis cohabitantes tenere præſumpſerint per decem dies, nec eas a ſe abjecerint & abegerint: Et ſi dictæ fornicariæ notoriæ, abinde non receſſerint, tam ipſi focarii cohabitatores notorii, quam fornicariæ, ſententiam Excommunicationis incurrant præſentis noſtri ſtatuti authoritate, quam in eos & eorum quemlibet ferimus in his ſcriptis.

9. Ut capto aliquo Clerico, ſtatim ceſſetur a divinis.

Item licet jam dudum certus modus per noſtros Prædeceſſores traditus, ſit omnibus, manifeſtus, quo ſervato nullus Prælatus, Rector, vel alicujus Eccleſiæ intitulatus, civitatis & Diœceſis Colon. prætextu dubii, aut ignorantiæ ſupinæ, quovis colore quæſito (in grave tamen ſuarum periculum animarum ac obſervatione ſtatutorum prædictorum noſtrorum Prædeceſſorum & mandatorum, pœnarum & ſententiarum latarum in eisdem, ſe rationabiliter valeat excuſare: Tamen ne quis ad declinandam executionem eorundem mandatorum, conſcientia ſcrupuloſa dubitare ſe dicat, ubi æqua ratione dubitandum non eſt, ſtatutum dudum in Provinciali concilio Col. ſuper hoc ſalubriter editum, ut de hujusmodi modo prædicto cognitio certior habeatur, ipſum innovantes duximus annotandum, in hæc verba: ſtatuimus, ut Prælati, Archidiac. Præpoſ. Dec. Rectores Eccleſiarum, ſeu Capellani, (capellarum) ac eorum vicarii, quam cito captivitas Clerici, vel ſpolium, aut aliquod foreſactum de quibus eſt ſupradictum, ad eorum notitiam, vel fama deferente, vel alio quocunq; modo pervenerit, ſtatim ceſſetur, (ceſſent) a Divinis, ubi hoc juxta præmiſſa fuerit faciendum, & ad obſervationem & executionem dictarum ſententiarum per ſe vel per alios teneantur.

Alio-

Alioqui non obſtante excuſatione craſſæ ignorantiæ, pœnis & ſententiis ſubjaceant ſupradictis.

10. Contra Uſurarios & exercentes contractum qui nuncupatur: Hantgeld.

Præterea fel. Record. D. Alexandri Papæ tertii Conſtitutionem: Quia in omnibus &c. contra uſurarios in Concilio generali editam quæ prohibet uſurarios manifeſtos ad Altaris communionem admitti, præcipiens oblationes eorum non recipi, & in morte eis denegari Eccleſiaſticam ſepulturam, clericos contrarium facientes, donec ad arbitrium Epiſcopi ſatisfaciant, ab executione ſui officii vult manere ſuſpenſos: Nec non felicis Record. D. Gregorii Papæ decimi conſtitutionem: Uſurarum Voraginem &c. quam concilium Lateranenſe prædictum pœnæ adjectione juvat, ipſum Concilium innovando: Et Conſtitutionem; Quanquam Uſurarii &c. in Concilio Lugdunenſi editam, quæ ſtatuit, quod manifeſto uſurario, licet ipſe uſuras extortas reſtitui mandaverit, Eccleſiaſtica tamen denegabitur ſepultura, niſi prius ſatisfaciat, vel ſecundum formam illius Conſtitutionis idonee caveatur, ſepeliendo eos contra illam conſtitutionem, pœnam Lateranenſis concilii prædictam incurrant, Teſtamenta ipſorum aliter facta non valeant: nec eis teſtamentis condendis aliquis debet intereſſe, vel eos abſolvere, vel ad confeſſionem admittere. Nec non piæ rec. Dni Clementis Papæ V. Conſtitutionem; Ex gravi &c. in Concilio Viennenſi editam, per quam officiales Communitatum, facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper uſuris ſolvendis non reſtituendis, vel judicantes ſecundum illa ſtatura, vel non delentes illa ſtatuta, ſi poſſunt, intra tres menſes de libris Communitatum, vel illa ſtatuta ſervantes, ſunt excommunicati: & pertinaciter aſſerens, exercere uſuras, non eſſe peccatum, hæreticus eſt cenſendus. Executioni mandantes eas, præcipimus & mandamus inviolabiliter obſervari. Statutum quoque bonæ memoriæ Sifridi, quod incipit, ſtatuimus, ut uſurarii &c. & Wichboldi Prædeceſſorum noſtrorum, quod incipit Excommunicamus & excommunicatos nuncianus &c. & Henrici, quod incipit: Item ſtatuimus ut uſurarii &c. Per quæ quidem ſtatuta & Mandata iidem Prædeceſſores noſtri uſurarios manifeſtos, qui ultra ſortem principalem ſeu debitum principale aliquid receperint, excommunicarunt & excommunicatos publice mandarunt vigore hujusmodi ſtatutorum & mandatorum nunciari: Nec non etiam ſtatutum, ordinationem, & mandatum bonæ memoriæ Dn. Wilhelmi, Prædeceſſoris noſtri, quod incipit: Omnibus, quibus ex privilegio &c. in quo contractus deteſtabiles, qui moderno tempore pullulant communiter & vigent, quos Vulgus Hantgelt appellat, idem Prædeceſſor noſter uſurarios, prout revera ſunt, cenſuit & declaravit, ipſosque contractus tanquam vere uſurarios damnavit, & ab eis præcipit, ut illicitis, abſtineri contractibus: atque omnes & ſingulos hujusmodi contractus, Hantgelt nuncupatos, manifeſte exercentes, publicos: & clam exercentes, occultos ſeu non manifeſtos uſurarios ſore denunciavit; & ipſos decrevit pœnis & ſententiis contra uſurarios latis ſubjacere: Innovantes, (Innovamus) ipſa ſtatura prædicta ſub pœna in eisdem & aliis in jure expreſſis, ſtatuentes, mandantes & declarantes eadem, ut ſupra mandavimus, firmiter obſervari.

Uſurarios autem manifeſtos vocat in hoc caſu dictum ſtatutum Sifridi, ſtatuimus &c. de crimine hujusmodi per confeſſionem in judicio factam, aut per ſententiam contra tales ſuper hujusmodi crimine latam convictos, quæ in rem tranſivit judicatam, vel per evidentiam facti, vel rei evidentiam, quæ nulla poteſt tergiverſatione celari.

11. Ne aliquis Sacerdos inebrietur, vel calceos roſtratos deferat.

Præterea cum ex decreto concilii Agathenſis, quod incipit, Ante omnia &c. ebrietas (quæ omnium vitiorum ſomes eſt & nutrix) Clericis ſumme vitanda ſit, & Apoſtolus Sacerdotem damnet vinolentum, ſacerdotesque in templo Domini miniſtrantes, lege veteri vinum & ſiceram bibere prohibiti ſunt, ne crapula & ebrietate corda eorum gravarentur: Nos dicto Concilio, & quod ebrium Sacerdotem triginta dierum ſpatio a communione ſubmovet, inhærentes, ſtatuimus & ordinamus, ſi quis Presbyter Beneficiatus gulæ deſerviens, incaute ſe inebriaverit: vel ebrius exiſtens, in Eccleſia in qua intitulatus exiſtit, divinum perturbaverit officium, vel inſolentiam commiſerit, aut Clericum intitulatum, vel ſervitorem illius Eccleſiæ in ea, vel ejus immunitate, verbo vel facto, probris contumeliis, aut quibusvis aliis injuriis affecerit, per unum menſem continue, præſentis noſtri ſtatuti Authoritate a perceptione fructuum Beneficiorum ſuorum ſit ſuſpenſus ipſo facto: intra quem ſi aliquid etiam ſibi oblatum ex fructibus ipſis percipere præſumpſerit, licet paratus id fuerit reſtituere ſine mora, Excommunicationis ſententiam incurrat eo ipſo, quam in ipſum ferimus his ſcriptis, ipſumque ſic excommunicatum, usque ad ſatisfactionem condignam publice præcipimus nunciari. Dignum enim eſt, ut is qui Chriſtum annunciat, ut Sacerdos, ab omnium vitiorum incentivo præſtare ſe debeat alienum: & ſecus agens, cenſura debita a viriis arceatur.

Pœna quoque & ſententias per Nos latas in hac conſtitutione & ordinatione ad Clericos,

cujus-

cujuscunque gradus extiterint, & Perſonas religioſas, calceos roſtratos portantes, ſeu more militum deſuper notabiliter perforatos duximus ad ipſam conſtitutionem extendendas.

12. Quod matrimonium contrahere volentes, debito modo proclamentur.

Item ſtatutum ſeu mandatum piæ memoriæ D. Henrici Prædeceſſoris noſtri, quod incipit: Item præcipimus Eccleſiarum prælatis &c. in quo præcepit banna ſeu proclamationes matrimoniorum inter ſponſalia & matrimonia contracturos fieri debere tribus diebus Dominicis vel Feſtivis, a ſe diſtantibus, & non una die duas ſimul proclamationes fieri, innovamus & præcipimus, ſtatuentes illud idem & addentes, & quod in hujusmodi proclamationibus faciendis, & imminentibus nomina & cognomina perſonarum contrahere volentium & debentium, expreſſe & clare & intelligibiliter ad populum in Eccleſia tempore congruo recitata publicentur, ut ſi quod impedimentum inter eos extiterit, quo minus legitime valeant matrimonialiter copulari, Eccleſia plenius certificari poſſit de eodem. In contrarium facientes, ſuſpenſionis ab officio & Beneficio ſententiam ferimus in his ſcriptis.

13. De cautionibus recipiendis in mortis articulo ab abſolvendis.

Item præcipimus, ſtatuimus & mandamus ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, quam in contrarium facientes ferimus in his ſcriptis, quod ſi quis Rector Parochialis Eccleſiæ noſtrarum civitatis & Diœceſis, aut ejus vices gerens aut alius Presbyter Nobis ſubditus, cui parochianum ſuum excommunicatum majoris excommunicationis ſententia, juxta conſtitutionem, Parochiano, a felic. Rec. Gregorio Papa IX. editam, in mortis articulo incumbit abſolvere, priusquam eum abſolvat, idoneam cautionem, id eſt, fideijuſſoriam, vel pignoratitiam, ſi poterit: alioqui juratoriam recipiat de ſatisfaciendo Parti & Excommunicatori & parendo Juri intra menſem, ſi convaluerit. Alioqui intra menſem poſt ejus mortem, per ſuos fidejuſſores, qui ſe ad id obligabunt bona fide, aut per traditionem & venditionem pignorum receptorum, ad quod idem Excommunicatus, ejusque hæredes, ſi & qui præſentes fuerint, conſentient expreſſe. Quodque etiam idem Rector ſeu Presbyter abſolvens, intra dictum menſem præmiſſa omnia & ſingula cum nominibus & cognominibus excommunicati ſic abſoluti, & fidejuſſorum ejusdem, nec non qualitatem, valorem & æſtimationem pignorum receptorum (quid ſuper his opus ſit facto, ſciſcitaturus) Parti, ad cujus inſtantiam talis proceſſit Excommunicationis ſententia, (ſi commode ipſius culpam habere poterit) ac officiali noſtro & Sigillifero Curiæ Colonienſis fideliter quanto citius non differat intimare.

14. Quod moniti ab officiali Colonienſi ſi intra terminum monitionis ſatisfecerint ſint excommunicati.

Item ſtatuto & præcepto felicis Recordationis D. Henrici prædeceſſoris noſtri inhærentes, quod incipit: Item cum plures &c. præcipimus ſub excommunicationis pœna & mandamus, ne quis monitus, authoritate Noſtra, ſeu officialis noſtri, (ut intra certum peremptorium terminum expreſſum, parti de expenſis vel intereſſe, vel alias, & Nobis, ſeu officiali noſtro de contemptu. Ubi ad inſtantiam partis proceditur, vel Nobis, aut officiali noſtro duntaxat de contemptu vel alias, ubi ex officio procedi contingit ſatisfaciat competenter: alioqui, quod dicto termino lapſo excommunicationis ſententiam, in ipſis literis & ſcriptis latam incurrat) transacto hujusmodi termino, nullatenus pro abſoluto (taliter monitus) a dicta excommunicationis ſententia, ſed potius pro Excommunicato teneatur, niſi literas abſolutionis ſuper hoc exhibuerit competentes; etiamſi forte interveniente amicabili compoſitione inter Partes, termino hujusmodi monitionis pendente, pars acquieſcat adverſa: vel ipſas literas excommunicationis ſubtrahi, furripi, vel etiam (ut frequentius factum didicimus) ſtudioſe lacerari contingat.

15. Contra injectores manuum in Clericos, vel minas, vel alias damna Eccleſiis, aut perſonis Eccleſiarum, in quibus Beneficiati ſunt, inferentes.

Item licet ſtatutum quod incipit: Item cum magnum ſit ſcandalum, dudum per felicis Rec. Dominum Henricum, Prædeceſſorem noſtrum, ejusque ſuffraganeos in Provinciali concilio Colonienſi editum contra Clericos, ſacrilegium in Clericos committentes, manus mittendo violentas, aliqualiter ſit proviſum: tamen futuris periculis, quæ in aliis partibus (quod dolenter referimus) in hoc caſu novimus aceidiſſe, occurrere cupientes, præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis, tam Cathedralis, quam aliarum Eccleſiarum collegiatarum noſtræ Civitatis & Diœceſis ſub pœna ſuſpenſionis, quam in Capitulum ſingularium perſonarum ferimus in his ſcriptis, ſi ſecus fecerint, ut intra quatuor menſes a tempore publicationis hujusmodi noſtri mandati, juramento, quod per novum Canonicum, vel alium, ibidem Eccleſiaſtico vel Laicali officio intitulandum vel intitulatum, tempore Receptionis ſuæ in Canonicum, & in fratrem, ſocium, vel intitulatum, de conſuetudine ipſius cujuslibet Eccleſiæ præſtari conſuevit; inter cætera Capitula in hujusmodi juramento deſcripta, interſerant

ſerant & inſcribant, interſeri & inſcribi & annecti faciant hanc clauſulam, quod ipſe Canonicus vel talis intitulatus, in nullam perſonam ejusdem Eccleſiæ ſuæ, cujuscunque ordinis, vel conditionis exiſtat, in ipſa Eccleſia Beneficiatam & intitulatam, aut quæ aliæ de ejus gremio fuerit, eam capiendo, occidendo, vel aliis injuriis enormibus lœtaliter afficiendo, non ſæviet per ſe vel alium, publice vel occulte, animo ſuſpecto & diffinito conſilio ſcienter, nec eidem, nec Eccleſiæ ſuæ in bonis & rebus violenter inferet damna incendiis & rapinis, debito Juſtitiæ & Juris executione contentus. Iſtudque Capitulum, inter alia per hujusmodi canonicum novum vel intitulatum præſtari facient ſine fraude, ut ſic ſiniſtra in cogitatione voluntas cautius reprimatur, ne in actione poſtmodum periculoſius dominetur. Quod ſi præſtare noluerit vel recuſaverit, ſuſpenſionis ſententiam, quam a perceptione fructuum beneficii (propter quod in ipſa Eccleſia juramentum eſt præſtiturus) ferimus in his ſcriptis, authoritate præſentis noſtræ ordinationis & mandati ſe noverit incidiſſe.

16. Ut ſervitores dominorum Eccleſiaſticorum, poſſint deferre veſtes Clericis prohibitas.

Item cum per nonnulla ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum & noſtra, Clerici veſtes panni certi coloris tincti deferre (ſi ſecus fecerint, pœnas & ſententias in ea parte latas incurſuri) diſtricte prohibeantur: Decernimus & declaramus ex certa cauſa hujusmodi ſtatuta, mandata, pœnasque & ſententias Clericos, qui ex largitione vel munificentia noſtra vel aliorum Principum ſeu Dominorum Eccleſiaſticorum, quorum familiares vel ſervitores exiſtunt, veſtes hujusmodi coloris prohibiti forſan deferentes, non complecti, & locum in eis non habere.

17. Quod quilibet tenetur in anno ſemel confiteri, & Sacramentum Euchariſtiæ a proprio accipere ſacerdote.

Item ſtatutum bonæ memoriæ D. Henrici Prædeceſſoris noſtri, ſeu præceptum quod incipit Canonum, quorum ſumus executores &c. in quo mandato præcipit, ut omnis utriusque ſexus fidelis, Diœceſis Colonienſis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua peccata (prout in Concilio generali perſtringitur) ſuo proprio ſacerdoti, ſi ea alteri legitime confeſſus non fuerit, ſaltem ſemel in anno, fideliter confiteatur, & injunctam ſibi pœnitentiam pro viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in feſto Paſchæ annis ſingulis Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio, ob aliquam cauſam rationabilem, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum repetendo præſentibus innovamus. Per hoc tamen, quin Prædicatorum, minorum & aliorum ordinum fratres, & alii quibus ex privilegio, vigore conſtitutionis, dudum &c. in Concilio Viennenſi editæ, vel alias id competit, confeſſiones ſibi confiteri volentium, libere liciteque audire, ac eisdem pœnitentias imponere ſalutares, nec non eisdem beneficium abſolutionis (niſi in caſibus Epiſcopis ſpecialiter reſervatis) juxta formam conſtitutionis prædictæ impertiri valeant nullatenus derogando.

18. Ne Clerici uxorati, vel bigami, in ſpiritualibus cauſis judicent.

Item ſtatutum, ſeu mandatum dicti quondam Domini Henrici, quod incipit, item ut erroribus &c. mandans, ut nullus Clericus uxoratus vel bigamus, ſub quocunque colore quæſito in cauſis Eccleſ. vel ſpiritualibus, judicare, aut jurisdictionem exercere præſumat, declarans & decernens ſi ſecus factum fuerit, irritum (prout eſt) & inane, repetendo præſentibus innovamus.

19. De fructibus Beneficiorum, ex cauſa permutationis, aut alias vacantium.

Item felicis recordationis Domini Walrami, prædeceſſoris noſtri ſtatuta, mandata & præcepta per ipſum edita, quorum primum incipit, omnium malorum radix &c. & ſtatutum ejusdem, quod incipit, item quia cauſas &c. cum ejus modificatione, quæ incipit, cum novus morbus &c. in quibus, ne Eccleſiæ, dum eis vacantibus, fructus beneficiorum vacantium in eisdem, ad certos annos uſui Eccleſiæ, vel defuncto debitos, ad alios uſus indebite, & aliquando plus debito tempore & ultra tempus debitum convertuntur, non ſine gravi cultus divini detrimento debito miniſtrorum deſtitutæ diutius deplorent obſequia, opportuno ſubvenitur remedio. Item ſtatutum ejusdem Domini Walrami, quod incipit: Item nonnullæ &c. per quod contra abuſum, quo ſe nonnulla Capitula & Rectores Eccleſiarum defendere conantes, contendunt, ubi via permutationis legitimæ aliquis Beneficiatus in alterius locum transfertur, per biennium debere expectare, priusquam fructus Beneficii permutati in eorum Eccleſia percipere valeat, eos fructus ſibi uſurpantes, quamvis is, in cujus locum talis beneficiatus transfertur, ſeu translatus eſt, ſuæ expectantiæ tempus pro non modico temporis curſu transacto, juxta conſvetudinem Eccleſiæ ipſius jam compleverit, ſalubriter providetur. Item ſtatutum ſeu mandatum ejusdem quondam Domini Walrami, quod incipit: Inſuper ipſas Eccleſias &c. cum ejus innovatione, quæ incipit: Nuper ſitientes &c. quod quidem ſtatutum callidis machinationibus aliquorum

quorum Capitulorum Ecclesiarum collegiatarum Civitatis & Diœcesis Colonienſis prædictæ, quæ Clericos ſimplices, impetrantes Canonicatus & Præbendas in eorum Eccleſiis, dum vacant, allectos inducunt, propter juramentum quod de obſervandis conſvetudinibus Eccleſiæ ſuæ præſtiterant, ut conſtitutione extra vagante Domini Joannis Papæ XXII. ſuſcepti Regiminis, & ejus beneficio non utantur: quinimo, quod etiam expreſſe renuncient eidem, debitæ proviſionis remedium apponit, ipſaque innovatio ſtatuti ſeu mandati, pœnas & ſententias adjicit. Item ſtatutum ejusdem quondam Domini Walrami Archiepiſcopi, quod incipit ſtatuimus tamen &c. quod permittit & facultatem concedit libere permittentibus, ſi voluerint fructus Beneficii duorum annorum expectantiæ ſuæ, pro tribus libris Groſſorum Turonenſium Monetæ ſuæ, aut valore eorundem, ſeu fructus Beneficii unius anni Expectantiæ conſvetæ, pro XXX ſolidis ejusdem Monetæ redimere, convertendis in utilitatem Eccleſiæ & ornatum ac Fabricæ uſum. Nec non ſtatutum, ſeu mandatum præfati Domini Walrami, quondam Archiepiſcopi, quod incipit: Dudum Prioribus &c. in quo quidem ſtatuto & mandato idem Dominus Walramus in omnes & ſingulas perſonas, impedimentum præſtantes, vel difficultatem ingerentes, quo minus dicti permutantes in ſingulis Eccleſiis, in quibus hujusmodi factam conſtat eſſe permutationem, fructus Beneficiorum duorum annorum, vel unius, ut præfertur, & pro ſumma ſuperius taxata, redimere poterunt, & ad hujusmodi redemptionem libere admittantur, excommunicationis ſententiam tulit, canonica monitione præmiſſa, & in ſcriptis, quam excommunicationis ſententiam, ſi per duodecim dies continuos contumaciter ſuſtinerent, ſiquidem perſonæ ipſæ, Capitulum conſtituentes ſeu major pars ipſius Capituli fuerint, ex tunc Eccleſiam ipſam (cujus perſonæ, ut præmittitur, rebelles fuerint) gratia prædicta Expectantiarum & privilegio, in eisdem ſcriptis penitus ſpoliavit & privavit, ex tunc innovamus: eaque & contenta in eisdem expreſſis, quas Canonica monitione præmiſſa, ex nunc ferimus in contradictores & Rebelles in his ſcriptis, præcipimus & mandamus firmiter obſervari. Præfata quoque ſtatuta, mandata & præcepta cum ſuis pœnis & ſententiis, ibidem & per nos latas, ad Impetrantes, quo ad Redemptionem duorum annorum, vel unius, pro ſumma trium librarum Turonenſium groſſorum, (quid Turonenſis ſolidus ſit aut valeat, vid. ſup. fol. 110.) vel XXX. ſolidorum Turonenſium Groſſorum monetæ noſtræ faciendam & ad quæcunque Monaſteria ſecularia & Regularia, in quibus Canonicatus & Præbendæ ſeculares, & pro perſonis & Clericis ſecularibus fundati ſunt, & conſiſtere dinoſcuntur, extendimus per præſentes.

20. Contra illos, qui in ConſiſtorioEccleſiaſtico deliquerint contra officialem, Advocatos, vel Procuratores.

Item ſtatutum, ſeu mandatum bonæ memoriæ, Domini Henrici, prædeceſſoris noſtri, quod incipit. Item omnes illos &c. per quod quidem mandatum, ſeu ſtatutum fertur Excommunicationis ſententia in omnes & ſingulos, qui in Conſiſtorio noſtro Colonienſi, dum officialis noſter ibi, vel alibi, aut ubi quis alius officialis Jurisdictionem habens, præſederit pro juſtitia reddenda, in Advocatum, Notarium Procuratorem, aut officiarium curiæ noſtræ, vel ipſius miniſtros manus temere injecerint violentas, & in quoscunque, qui ad id dederint conſilium, auxilium, vel favorem: & ſi tales excommunicati, animo pertinaci & contumaciter per triduum ſuſtinuerint excommunicationis hujusmodi ſententiam, minime ſatisfaciendo, nec emendam præſtando condignam, ad denunciationem noſtri officialis, vel alterius officialis prædictorum, in Parochia, ubi & in qua tales delinquentes Parochiani extiterint, ceſſari præcipitur a Divinis: innovamus & in eos qui taliter exceſſerint, ſententias excommunicationis, canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis, volentes in eorum Parochiis modo & forma ſupradictis ceſſari a Divinis, quousque præſtiterint emendam condignam.

21. Quod omnes habeant Copiam ſtatutorum Colonienſium.

Cæterum omnia & ſingula ſtatuta Prædeceſſorum noſtrorum, uſu & moribus utentium recepta & uſitata, quæ Canonum conſtitutionibus ac ſanctorum Patrum Regularibus non obviant in ſtatutis, innovamus, & ea firmiter & inviolabiliter ſtatuendo obſervari mandamus præcipimusque nihilominus ſub Excommunicationis pœna omnibus & ſingulis Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, ſeu eorum vices in hac Synodo gerentibus, ut omnium & ſingulorum ſtatutorum Colonienſis Eccleſiæ & Prædeceſſorum noſtrorum, quæ nunc expreſſe cum inſertione & recitatione effectus & vigore eorum innovamus, recitari facientes, ſi ea non habuerint: Nec non eorum ſtatutorum & mandatorum per nos editorum, & quæ nunc fecimus & mandamus publicari, copiam ſolicite

ſolicite recipiant & procurent intra duos menſes a tempore publicationis eorundem & quanto citius (intra tamen dictum tempus) habere potuerint. Capitula vero & Conventus ſecularium & Regularium Eccleſiarum & Monaſteriorum, eadem ſtatuta innovata (ſi non habuerint) & mandata Prædeceſſorum noſtrorum atque noſtra fideliter transſcripta intra tres menſes a publicationis tempore prædicto ſtudeant obtinere, in armariis Eccleſiarum ſuarum ſub fida cuſtodia cautius obſervanda, ne quis ignorantiam eorum poſtmodum ſupine forſan allegando, ſe ab eorum obſervatione debita valeat excuſare. Datum ſub ſigillo noſtro præſentibus appenſo, anno Domini 1371. craſtino B. Remigii confeſſoris.

22. Quod Curati intra Menſem reſideant in beneficiis ſuis Curatis.

Fridericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis & ſingulis, tam ſecularibus quam Regularibus, Eccleſiarum & Monaſteriorum Abbatibus, Præpoſitis, Prælatis, Prioribus, Decanis, Collegiis, Conventibus, Plebanis, eorumque vices gerentibus cæterisque Beneficiatis & Clericis & Religioſis, cujuscunque ſtatus, conditionis aut ordinis exiſtant, Civitatis & Diœceſis Colonienſis, nobis ſubditis, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad audientiam noſtram fida relatione pervenit, quod nonnulli Eccleſiarum Collegiatarum, ac Monaſteriorum utriusque Sexus Prælati, nec non Eccleſiarum Parochialium Rectores, noſtrarum civitatis & Diœceſis Colonienſis, ipſas Eccleſias & Monaſteria deſerentes, in aliis locis reſident, contra ſacrorum Canonum ſanctiones: propter quod Curæ divinorum & diſciplinæ Eccleſiaſticæ ipſis commiſſæ, multipliciter detrahitur, ac eorum ſubditi & Eccleſiæ & Monaſteria, in ſpiritualibus & temporalibus damnabiliter defraudantur. Nos igitur huic morbo tam deteſtabili quam pernicioſo medelam adhibentes, omnibus & ſingulis Eccleſiarum & Monaſteriorum Prælatis utriusque ſexus, curam animarum habentibus, per quos in ipſis Eccleſiis & Monaſteriis Eccleſiaſtica Diſciplina gubernatur, ac Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, noſtrarum Civitatis & Diœceſis prædictarum, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus intra unius ſpatium a data præſentium computandum, ad ſuas Eccleſias & Monaſteria, in quibus prælati & Rectores exiſtunt revertantur, & de cætero perſonaliter continue reſideant in eisdem, onera, ſeu officia ipſis, vigore prælaturarum ſuarum, ſeu Regiminis incumbentia, Authore Domino, feliciter gubernando. Quod ſi quis eorum ſecus fecerit, dicto menſe elapſo, canonica monitione præmiſſa, ipſum excommunicationis ſententiam (quam pro nunc, prout ex tunc ferimus in his ſcriptis) incurrere volumus ipſo facto, alias pœnas nihilominus eidem, prout ipſius contumacia ſeu protervitas exegerit, inflicturi, abſolutionem autem omnium & ſingulorum qui dictam excommunicationis ſententiam incurrerint, nobis ſpecialiter reſervantes. Et ne aliquis prædictorum aliquam ignorantiam prætendere valeat in præmiſſis, volumus in proxima inſtanti Synodo noſtra Coloniæ celebranda, publicari. Datum Lechnich, ſub ſigillo noſtro præſentibus in teſtimonium appenſo, Anno ut ſupra.

23. Tenor Privilegiorum Cleri Colonienſis.

Fridericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, dilectis nobis in Chriſto Prioribus, Prælatis, ac univerſo Clero Civitatis & Diœceſis noſtrarum Colonienſis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Juſtis petentium deſideriis, dignum eſt, nos promptum facilemque præbere auditum: & vota petentium, quæ a Rationis tramite non diſcordant, affectu proſequente complere. Ea propter petitiones veſtras. Nobis nuper oblatas, benigno proſequentes affectu, gratio ſe vobis omnibus & ſingulis omnem indignationem, ſi quam contra vos vel aliquem veſtrum, communiter vel diviſim, unquam concepimus, ex puro corde omnino remittimus & medullitus indulgemus, vobisque omnia Privilegia, omnesque immunitates, libertates & gratias, a Prædeceſſoribus noſtris vobis conceſſas, ac Eccleſiarum conſvetudines licitas & honeſtas, confirmamus, & præſentis paginæ ſcripto innovamus. Vobisque nihilominus infra ſcriptas libertates & Privilegia, ad amicitiæ mutuæ & ſubventionis reciprocæ compaginem indiſſolubili glutino connectendam, liberaliter concedentes: Inprimis, quod omnes & ſinguli officiarii noſtri, qui nunc ſunt, & qui in poſterum per nos creabuntur, inter alia in Juramento ipſorum contenta coram nobis & noſtris, nomine Cleri civitatis & Diœceſis noſtrarum Colonienſis, Juramentum hujusmodi recipientibus, jurabunt ſpecialiter & expreſſe, quod perſonas, res & bona Eccleſiaſtica, tempore adminiſtrationis ſuæ, pro poſſe ſuo defendent, nullasque Tallias & exactiones ab eis recipient, collectasve inponent, nec libertates eorum impedient, vel perturbabunt. Et ſi contrarium (quod ab-

ſit) per eos, ipſorumve ſubditos, vel familiares actum fuerit, niſi intra unius menſis ſpatium, requiſiti ex parte ipſorum qui paſſi ſunt injuriam, de præmiſſis condignam præſtent Emendam: ex tunc denunciatione nobis facta ipſos a ſuis officiis & adminiſtrationibus deponemus, & nihilominus contra eos, ne quovis modo tranſeant impuniti, per ſtatuta Eccleſiæ noſtræ Colonienſis ſecundum ipſorum ſeriem procedatur.

Item volumus & præſentibus indulgemus, quod bona Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum communiter vel diviſim, quæ negociationis cauſa minime deducuntur per loca ubi ex parte noſtra Telonium recipitur, ſeu vectigal, tranſeuntia, ſeu protractione per telonarios noſtros tranſire expedite & libere permittantur: ita tamen, quod ipſis telonariis fides fiat per literas Capitulorum Colonienſium, quorum bona deducuntur, ſub ſigillis ipſorum, inſerto in eisdem literis, quot carratæ vini, vel quantitates bonorum aliorum, ex parte ipſorum & nomine deducantur, & nihilominus per juramentum deducentis bona hujusmodi, comprehenduntur dictarum perſonarum ea bona eſſe, nullis aliis vinis, ſeu bonis intermixtis quorum nomine deferuntur. Dicti enim Telonarii noſtri, qui nunc ſunt, & qui in poſterum per nos creabuntur, jurabunt in Capitulo Colonienſi, vel ſuper juramento alibi præſtito, de præmiſſis obſervandis dabunt literas apertas, depoſitionis & præfatas ſtatutorum pœnas ſubituri, ſi contrarium fecerint, ut in articulo proximo eſt expreſſum.

24. De Teſtamentis Clericorum.

Adjungentes præmiſſis, quod quilibet prælatus & Clericus noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis prædictarum, coram duobus vel tribus teſtibus fidedignis, ſuum teſtamentum, ſeu ultimam ſuam voluntatem de bonis ſuis quibuscunque libere valeat ordinare: habeantque teſtamenta & voluntates hujusmodi & ipſorum executiones, absque cujus quam impedimento, vel obſtaculo, Roboris plenitudinem efficacem.

25. De viſitatione.

Ut ut Clerus Civitatis noſtræ Colonienſis, peculiari munificentiæ noſtræ gaudeat prærogativa, ipſis, ſi nos viſitare contigerit, ab hinc ad ſexennium, procurationes remittimus per præſentes.

26. Prælati & Clerici quibus ſub Judicibus conveniendi.

Inſuper, ut ſtatui Prælatorum & Cleri noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis prædictarum, per nos uberius (quod ſumme appetimus) conſulatur, jugique memoria perennatur idem ſtatus, præſentibus declaramus, Prælatos & priores civitatis & Diœceſis Colonienſis prædictarum, authoritate ordinaria non poſſe aliter conveniri, niſi coram nobismet ipſis & ſecundum eorum conſvetudinem hactenus obſervatam: quodque Canonici Eccleſiarum Collegiatarum civitatis Colonienſis, ab officiali noſtro & aliis ordinariis judicibus, ad Decanos ſuos, pro quibuslibet cauſis conventi, remitti debeant hoc petentes: Nec alias authoritate ordinaria judicari valeant, niſi in defectu juſtitiæ perDecanos & Capitula expedite reddendæ, ſecundum eorum conſvetudinem hactenus obſervatam.

Et quia, proh dolor! novis machinationibus Laici Clericis de die in diem amplius ſunt infeſti, contra novos morbos nova medicamenta cogimur præparare; Idcirco ad eximendum Clerum noſtrum in præmiſſis, & libertandum eundem, ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum volumus recenſeri, corrigi, & emendari addendo & ſubtrahendo, & etiam acuendo pœnas in eis contentas, prout Cleri utilitas hoc ſvadebit, officialem noſtrum, qui pro tempore ſuerit, executioni dictorum ſtatutorum efficaciter & fideliter deputaturi: Nec per nos, nec per noſtrum, qui pro tempore fuerit, executioni dictorum ſtatutorum efficaciter & fideliter deputaturi: Nec per nos, nec per dictum officialem, ſeu quemcunque alium, hujusmodi executionem revocaturi, vel etiam relaxaturi ſimpliciter, vel ad tempus, niſi læſo, ſecundum eorundem ſtatutorum tenorem, fuerit ſatisfactum.

Inſuper etiam vobis omnibus & ſingulis bona fide promittimus per præſentes, quod vos ſingulos, & univerſos, tam in perſonis, quam rebus redditibusque, proventibus & obventionibus veſtris quibuscunque, omnibus modis quibus poterimus, defenſabimus & tuebimus, & conſervare ſtudebimus effective. Et quod contra læſores & injuriatores veſtros, ac libertatum & immunitatum veſtrarum turbatores, cujuscunque ſtatus, aut præeminentiæ exiſtant, & præſertim contra eos, qui de bonis veſtris, quæ per loca quæcunque, negotiationis cauſa minime deferuntur, telonia, pedagia, ſeu vectigal extorqueat, duriori quæ poterimus acrimonia, brachiique noſtri ſecularis potentia procedemus, dum ſuper his per aliquem veſtrum in præmiſſis læſum, fuerimus requiſiti.

Et

Et quia ex conqueſtionibus veſtris nuper accepimus, quod Eccleſiæ, Monaſteria & perſonæ Eccleſiaſticæ noſtræ Jurisdictionis, in ſuis Curtibus per dominos temporales, ac interdum per noſtros officiarios, in vecturis & aliis oneribus quam plurimum prægravantur: igitur Synceritatibus veſtris præſentibus bona fide promittimus, quod ſuper his perpenſo conſilio vias & modos excogitabimus, ut vos Eccleſiæque veſtræ & Monaſteria prædicta hujusmodi oneribus indebite & exceſſive non graventur.

Etiam vobis omnibus & ſingulis benigna proviſione proſpiciemus, quod Clericici & PerſonæEccleſiaſticæ quæcunq; dum (ut interdum evenit relaxationes Interdictorum Eccleſiaſticorum, in Eccleſias ſuas, vel loca, authoritate noſtra, aut ſtatutorum Eccleſiæ noſtræ latorum, impetrare coguntur, per Sigilliferum noſtræ Curiæ pro tempore exiſtentem, indebite non aggraventur exactionibus importunis.

Cœterum vobis omnibus & ſingulis prædidictis bona fide præſentibus promittimus, quod vobis omnes immunitates, libertates, Privilegia & gratias vobis per nos conceſſas, & conceſſa, effectualiter & firmiter obſervabimus, & per noſtras officiarios quoscunque inviolabiliter mandabimus, & faciemus obſervari.

27. De Decimis.

Promittimus inſuper, quod quandocunque a Collegiis & Clericis noſtræ Jurisdictioni ſubjectis, Decimam ſeu Decimas recipere nos continget, quod pro ipſis Collegiis, ipſorumque dignitatibus & officiis ac Eccleſiis Parochialibus & Capellis, ipſis unitis & annexis, ulteriorem ſolutionem Decimarum non exigemus, aut exigi faciemus, niſi prout ipſa Collegia hactenus decimas ſolvere conſveverunt.

Præmiſſis etiam ad benevolentiæ veſtræ ex uberantiam pleniorem, gratioſe duximus annectendum, quod nec nos, nec officiarii noſtri in Comitatu de Hylkenrode, vel aliis territoriis nobis ſubjectis, a nobis deputati vel etiam deputandi, de Bonis, ſeu Terris Eccleſiarum, Decimas nobis nunc ſolventium, exactiones, ſeu Tallias extorquebimus, ſeu extorquebunt.

28. De pœnis HYLKENRODE.

Et nihilominus coloni Eccleſiarum & Monaſteriorum in Comitatu Hylkenrode, pro pœna, quæ vulgariter dicitur Wedde, ſeptem ſolidos & ſex denarios tantum ſolvent. Nec ad aliam pœnam judiciariam, quæ Wedde dicitur, ratione Poſſeſſionum Terrarum ſeu bonorum Eccleſiarum & Monaſteriorum prædictorum tenebuntur, niſi pœna ſanguinis ſint plectendi, vel pœnam, quæ Horwedde dicitur, incurrerint, quas luent, ſicut in aliis territoriis obſervetur.

Item ſi contingeret nos decimas inta ſex annos a Sede Apoſtolica impetrare, nos illas defalcabimus de decimis, nobis nuper per vos conceſſas mederabimur ſic, ut ipſarum ſolutio vobis non exiſtat nimium oneroſa.

29. De Decimis Papæ.

Si vero Dominus noſter, ſummus Pontifex, Decimas ſibi dare vellet, nos ad evadendum, ſeu ad mitigandum ipſarum ſolutionem, vobis conſilio & auxilio aſſiſtemus, in quantum absque Sedis Apoſtolicæ injuria poſſumus & offenſa. In quorum omnium robur & teſtimonium, Sigillum noſtrum majus præſentibus duximus apponendum.

Datum Coloniæ Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die vigeſima ſexta menſis Auguſti.

30. Tenor alius, ſeu Renovatio Privilegiorum Cleri Colonienſis.

Fridericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis & ſingulis præſentia viſuris & audituris, ſalutem & ſynceram in Domino charitatem. Etſi Paſtoralis ſolicitudinis, licet in ſufficientibus, humeris impoſitum expoſcat officium, ut univerſos noſtræ curæ commiſſos opportunis favoribus proſequamur, ad illorum tamen honores & commoda procurandos, noſtræ mentis aciem dirigere tenemur attentius, quorum complures noſtræ ſibi partita Curæ Paſtoralis ſupportantes onera, in vinea Domini Sabaoth fideliter elaborant: univerſique in ſortem Dei electi, divinis in deſinenter laudibus inſiſtentes, nedum pro nobis noſtrisque ſubditis, ſed & pro univerſo grege Dominico Deum ſuis orationibus jugiter interpellant. Ea propter dilectorum nobis Priorum, Prælatorum & Capitulorum Majoris & aliarum Eccleſiarum ac Cleri noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis Precibus, utpote rationabilibus inclinati, ſalvis in omnibus & per omnia Juribus, conſvetudinibus, Privilegiis & Gratiis antiquis, de jure communi, aut a nobis & a noſtris Prædeceſſoribus ipſis conceſſis quibuscunque, in quibus hæc

& eorum ſimilia continentur expreſſa, eisdem communiter & diviſim abundantius concedimus & promittimus infra ſcripta.

Inprimis, quo Clerum univerſum tam Regularem quam Secularem utriusque Sexus, & Eccleſias univerſas noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis in eorum & cujuslibet eorundem Perſonis, Rebus & Bonis univerſis, ab omnibus injuriis, oppreſſionibus & invaſionibus violentis & iniquis, diligenter & fideliter defenſabimus pro toto noſtro poſſe.

Item quod Clerus ſecularis prædictus & ſingulares ejusdem Cleri ſecularis Perſonæ, cujuscunque dignitatis, præeminentiæ & ſtatus exiſtant, Teſtamenta, ſeu ultimas voluntates ſuas condere & ordinare, eisque conditis & ordinatis Executores eorundem libere uti, & ea exequi valeant, ita, quod nullius Clerici defuncti res, aut bona quæcunque ad ipſum qualitercunque pertinentia, relicta per nos, aut officialem, aut alium commiſſarium noſtrum quemcunque, quomodolibet arreſtari ſeu manutangi, ſeu Executores in Executionibus impediri debeant, niſi Executoribus ipſis, ſi qui fuerint in genere, vel in ſpecie, & aliis quorum intereſt, vocatis, officialis noſter Colonienſis pro tempore, in caſu a Jure permiſſo, arreſtationem ipſam bonorum defuncti decreverit faciendam.

Item, quod Clerici præfati, tam Regulares, quam ſeculares utriusque Sexus & Eccleſiarum prædictarum ſingulariumque perſonarum eorundem, vina, blada, res & bona quæcunque, negociationis tamen cauſa non deducta, coram omnibus & ſingulis teloniis antiquis, vel novis, tam in terris, quam in aquis, ad nos & ad Eccleſiam noſtram Colonienſem pertinentibus, ſive liberis, ſive obligatis, aut in poſterum quibuslibet obligandis, expedite, libere, penitus & absque telonii, pecuniæ, & alterius cujuscunque rei receptione pertranſibunt: ita tamen, quod per literas & ſigilla Capitulorum Civitatis Colonienſis, & pro ipſis & eorum perſonis, pro aliis vero Eccleſiis, Monaſteriis & conventibus ac perſonis Eccleſiaſticis prædictis, per noſtras literas & ſigillum, quæ petentibus ipſis dabimus & dari volumus gratioſe: & per nuncios literas ipſas præſentantes, ſeu ipſa Bona deferentes, Telonariis noſtris fiat fides juratoria, quod ea, quæ ducuntur ſub quantitate in literis exprimenda, ad eos, quibus aſſcribuntur, absque aliorum intermixtione pertineant ſine dolo.

Item, quod nos & officiarii noſtri, quicunque & ubicunque, ſuper curtibus, ſeu curiis, Grangiis, decimis, bonis & rebus, pecoribus & pecudibus, colonis, partiariis, ſeu penſionariis quibuscunque ipſorum Cleri & Eccleſiarum ſingulariumque perſonarum earundem, Exactiones, Tallias, Vecturas & Servitia, aut alia gravamina quæcunque in ſolita & inconſveta non imponemus, nec recipiemus ullo modo.

Item, quod in decimis ſeu ſubſidiis quibuscunque, nobis per Eccleſias & Clerum prædictum datis & in antea dandis, Prælati Eccleſiarum & Monaſteriarum, & officia quæcunque tenentes, Capitula & Conventus, nec non Vicarii & Beneficiati in Eccleſiis quibuscunque, Eccleſiæ Parochiales & Capellæ, quæ ſeu quarum Decimæ aliis Eccleſiis, dignitatibus, vel officiis incorporatæ, vel annexæ conſiſtunt, ſolutionem hujusmodi ſubventionis conceſſæ, ſolvent ſic & quemadmodum hactenus ab antiquo conſveverunt. Et ſi ſuper hujusmodi ſolutione ſubventionis facienda, vel ejus quota, ſeu Quantitate, aut Monetæ qualitate Quæſtio, vel dubium oriatur, in hoc caſu ſtabitur Juramento deciſorio Procuratoris Capituli, Prælati, aut officium tenentis, ſi in Eccleſia Collegiata hoc dubium occurrerit: vel Prælati & Conventus Religioſorum, cum eos Res contingunt: & nihilominus Rectoris, vel Vicarii perputi Parochialium Eccleſiarum, vel Capellarum, in quibus Eccleſiæ, vel Capellæ, vel decimæ earum incorporatæ exiſtunt vel annexæ Forma vero Juramenti præſtandi, hæc erit: Jurabunt, tactis ſacris Evangeliis, quod ſolutionem & contributionem hujusmodi ſubventionis, de qua quæſtio eſt extorta, viderunt & audiverunt ſuis temporibus, quoties ſubventio & Decima conceſſa, facta fuerit ſic taliter & non aliter, prout ipſi aſſerunt & dicunt, factam fuiſſe ab antiquo, & quod ita ſolutionem & contributionem factam fuiſſe, a ſuis Prædeceſſoribus & ab aliis dici audiverunt: ſicque obtentum, obſervatum, & uſitatum fuiſſe hactenus inconcuſſe.

Item, quod in Eccleſiis, in quibus ſunt ſimul Canonici & Canonicæ, ſtatus vel ordinis cujuscunque, ab ipſis diviſim decimæ vel ſubſidia non petantur, ſed ſimul una ſolutione conſveta & quantitate conceſſa, tranſibunt abſoluti.

Item quod in ſolutione, ſeu præſtatione Decimarum, ſeu ſubſidii præſtandi, per totam Weſtphaliam & per partes inferiores, ab oppido noſtro Nuſſienſi deorſum Marculus, ſeu Niger Turonenſis unus, pro uno denario computetur.

Item, quod pauperum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Rectorum Eccleſiarum Parochialium, Capellarum & aliorum quorumcunque excuſationes legitima ſuper impotentia ſolvendi præſtandæ, a nobis, ſeu alio a nobis ad hoc Commiſſario deputando, recipiantur expedite.

Item, quod quorumcunque de decimis, ſeu ſubſidiis in præterito datis, vel dandis in futurum ſolutio facta in Regiſtris Receptorum invenitur, vel invenietur, aut quæ per literas, vel alias legitime (prout officiali noſtro Colonienſi videbitur) probari poterit, pro ſoluto (ſine perſonarum vel Eccleſiarum ulteriori vexatione) teneri debeat & haberi.

Item, quod Interdicta Eccleſiaſtica, authoritate ſtatutorum Eccleſiæ Colonienſis, occaſione forefacti cujuscunque obſervata, vel obſervanda, in quo forefacto cum expertum fuerit & inventum, quod Rector Eccleſiæ, vel Parochianorum Communitas, culpam ſeu cauſam non habuerint, gratis relaxentur & benigne.

Item, quod interdicta ſimilia rite & legitime lata, obſervata, ferenda & obſervanda, ſine expreſſa voluntate & conſenſu partis, ſeu læſi, nullatenus relaxentur. In quorum teſtimonium & Robur, præſentes literas Noſtri Sigilli appenſione dedimus communitas. Datum Coloniæ Anno Domini 1374. ipſo die Beati Michaelis Archangeli.

31. Ut omnes Curati, Prælati, vel Paſtores reſideant perſonaliter in ſuis Beneficiis Curatis.

Fridericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, univerſis & ſingulis tam ſecularibus, quam Regularibus Eccleſiarum & Monaſteriorum. Abbatibus, Prælatis, Prioribus, Decanis, Collegiis, Conventibus, Plebanis, eorumque vices gerentibus cœterisque beneficiatis, Clericis & Religioſis noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis, Nobis ſubditis, ſalutem in Domino ſempiternam. PASTORALIS Officii debitum exequentes Eccleſiarum & Monaſteriorum utilitatibus, eorumque (præſertim officii divini, Eccleſiaſticæque diſciplinæ neglectæ) defectibus volentes, quantum in nobis erat, ſalubriter providere, nuper Conſtitutionem ſecimus, per quam inter cœtera ſingulis Eccleſiarum collegiatarum, & Monaſteriorum noſtrorum Civitatis & Diœceſis prædictarum prælatis utriusque ſexus, curam animarum habentibus: per quos in ipſis Eccleſiis & Monaſteriis Eccleſiaſtica Diſciplina gubernatur, vel ad quos ipſius diſciplinæ correctio noſcitur pertinere, ſuas Eccleſias & Monaſteria, in quibus Prælati exiſtunt, in aliis locis reſidendo deſerentes, mandavimus, ut intra unius menſis ſpatium a data hujusmodi noſtræ Conſtitutionis, ſeu mandati tunc emiſſi computandum, (computandi) ad ſuas Eccleſias & Monaſteria, in quibus Prælati exiſterent, redirent, de cætero perſonaliter continue reſidendo in eisdem. Verum, ut accepimus, nonnulli prætendentes hujusmodi conſtitutionem per Nos revocatam, ſeu ſuſpenſam, ipſas Eccleſias & Monaſteria in locis aliis reſidendo deſerunt & dimittunt. Propter quod honoribus, ſtatui, diſciplinæ & utilitatibus Eccleſiarum, ipſis commiſſis (commiſſarum) plerumque detrahitur, eorumque ſubditi, Eccleſiæ & Monaſteria, in ſpiritualibus & temporalibus multipliciter defraudantur: Nos volentes huic morbo tam deteſtabili & pernicioſo, quantum in nobis eſt, debitum adhibere remedium, Conſtitutionem & mandatum prædicta vel facta, ut præmittitur, in hac parte innovantes, omnibus & ſingulis Eccleſiarum & Monaſteriorum prælatis utriusque ſexus, curam animarum habentibus, ſeu per quos in ipſis Eccleſiis, vel Monaſteriis diſciplina Eccleſiaſtica gubernatur, ſeu conſveverit gubernari, noſtrarum civitatis & Diœceſis prædictarum, ſub pœnis infra ſcriptis diſtricte præcipiendo injungimus & mandamus, quatenus intra menſis ſpatium a tempore publicationis præſentium computandum, ad ſuas Eccleſias & Monaſteria, in quibus Prælati exiſtunt, revertantur & de cœtero perſonaliter & continue reſideant in eisdem officia, curas & diſciplinas, & onera ipſis vigore ſuarum Prælaturarum incumbentia, Authore Domino feliciter gubernando: Alioqui omnes & ſingulos contrafacientes, ſeu in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum negligentes, culpabiles & rebelles, dicto menſe elapſo (quem ipſis & eorum cuilibet pro termino peremptorio, monitione canonica, præfigimus & aſſignamus) excommunicationis ſententiam, quam pro nunc prout ex tunc & ex tunc, prout ex nunc ferimus in his ſcriptis, incurrere volumus ipſo facto: alias nihilominus pœnas ipſis & eorum cuilibet, prout eorum contu-

contumacia, ſeu protervitas exegerit, inflicturi, Abſolutionem omnium & ſingulorum, qui præfatas excommunicationum ſententias, vel eorum aliquam inciderint, nobis, vel Commiſſario noſtro ſuper hoc deputando, ſpecialiter reſervantes. Et ne prædictorum aliquis aliquam poſſit ſaltem debitam prætendere ignorantiam in præmiſſis, volumus præmiſſa in proxima noſtra inſtanti Synodo Coloniæ celebranda publicari. Datum Popelsdorp, Anno Domini 1375. die prima menſis Martii.

32. Ut fructus Beneficiorum vacantium ſpectantes ad Fabricam, aut pecunia pro ſtatutis ſoluta non dividatur inter Canonicos. Et ne cenſus annui, aut uſufructuales redditus vendantur ſine authoritate Epiſcopi.

Fridericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ &c. univerſis & ſingulis tam ſeculariibus, quam Regularibus Eccleſiarum & Monaſteriorum, Abbatibus, Præpoſitis, Prælatis, Prioribus, Decanis, Collegiis, Conventibus, Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, cæterisque beneficiatis Clericis & Religioſis, cujuscunque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, noſtrarum civitatis & Diœceſis Colonienſis, nobis ſubditis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Suſcepti Paſtoralis officii nos cura ſolicitat & inducit, ut quibusdam abuſionibus deteſtandis, a ſola cupiditate, virtutum noverca, contra jus, ſeu conſvetudines Eccleſiarum & Monaſteriorum antiquas, non absque cultus detrimento divini, in ipſis Eccleſiis & Monaſteriis introductis, novis & (etiam) inventis Remediis ſuccurramus.

Sane experientia facti didicimus, & comperimus Relatione fide digna, nonnullos Eccleſiarum & Monaſteriorum noſtrarum civitatis & Diœceſis Colonienſis Prælatos, perſonas Eccleſiaſticas, & Miniſtros, vitio avaritiæ ſic intentos, ut fructus primi, ſecundi, vel alterius cujuscunque ſequentis anni Beneficiorum vacantium in eisdem, Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum hujusmodi Fabricæ, & uſibus aliis de conſvetudine, Privilegio, vel ſtatuto ſolitis applicari, nec non ea, quæ per novas ſeu noviter receptas, vel admiſſas perſonas in eisdem, ad Eccleſiarum, vel Monaſteriorum ornamenta conſveverunt & debent de jure erogari & converti, ſuis ſtudent privatim uſibus imburſare, licet imminentibus ruinis vel ædificiis inibi reformandis, imburſata prædicta exponere recuſaverint, renuerint, vel non potuerint, inopia eorum exigente. Unde hujusmodi Eccleſias & Monaſteria in ſuis videmus ædificiis & ſtructuris plerunque deficere, ſicque in aliquibus vix locus ſalvus remanet, pro divinis ibidem officiis celebrandis.

Aliud etiam deteſtatione digniſſimum, eadem Nobis Relatio, patefecit, Prælatos, Perſonas, & Miniſtros, ſeu Capitula & Conventus Eccleſiarum & Monaſteriorum hujusmodi, quandam ſibi in Eccleſiarum & Monaſteriorum detrimentum, ac ſupervenientium miniſtrorum fraudem uſurpare, conſvetudinem, quinimo potius corruptelam, per quam interdum, occaſione debitorum, vel damnorum etiam levium incumbentium, interdum etiam cauſa rationabili (prout jura volunt) nulla ſubſiſtente, certos de fructibus & redditibus Eccleſiarum & Monaſteriorum & Beneficiatorum vendunt & diſtrahunt redditus & penſiones, ſive cenſus annuos, aliquando perpetuos, aliquando uſufructuales, ſeu ad vitam, ſuperioris Authoritate vel licentia minime requiſita.

Unde tamen illud ſequetur (prout in aliquibus ſequi vidimus) inconveniens, quod temporalibus, ſine quibus ſpiritualia non diu poſſunt ſubſiſtere, ab Eccleſiis & Monaſteriis improvide ſic diſtrictis, Beneficiati ob hoc in Eccleſiis & Monaſteriis reſidere, & eorum onera ſupportare commode non valentes, divino plerumque neglecto officio, contra Clericalis ſtatus decentiam, negociis urgentur ſecularibus immiſceri.

Nos igitur volentes, quantum in Nobis eſt, hujusmodi abuſionum morbos, ne nimis invaleſcant, debiti appoſitione Remedii ſubmovere, Vobis univerſis & ſingulis ſub pœnis infra ſcriptis, diſtricte præcipiendo mandamus quatenus fructus primi, ſecundi, vel alterius cujuscunque anni ſequentis Beneficiorum vacantium quorumcunque, ab antiquo Eccleſiarum & Monaſteriorum Fabricæ ſolitis applicari, nec non ea quæ per novas ſeu noviter receptas perſonas, vel amiſſas, ut prædicitur, Eccleſiis & Monaſteriis erogantur & hactenus erogari, & ſolvi, quovis modo, ſeu colore quæſito conſveverunt, non vobis, ſeu alicui veſtrum imburſetis, nec ad alios privatos veſtros uſus quomodolibet applicetis, ſed ipſarum Eccleſiarum & Monaſteriorum Fabricis & ornamentis, in & ad uſus eorundem exponendis, prout ex antiquo introductum extitit, jure permittente, fideliter conſervetis.

Item, quia in hujusmodi Reddituum, penſionum, ſive cenſuum perpetuorum, vel ad vitam venditionibus ſupradictis cauſas rationabiles plerunque ceſſare, immo (ut præfertur) eas vergere reperimus in abuſum, ſtatuendo prohibemus, ne Capitula, Conventus, vel perſonæ Eccleſiarum, vel Monaſteriorum Civitatis & Diœceſis Colonienſis in aliquo de & ſuper Eccleſiis & Monaſteriis ipſis, ſeu Eccleſiarum & Monaſteriorum prædictorum Fructibus, Redditibus ſive Bonis, pecunia etiam inde recepta, Redditus, Penſiones ſive cenſus annuos perpetuos, ſive uſufructuales divendant, niſi Noſtra, vel Commiſſarii Noſtri ſuper hoc Authoritas & licentia ſit obtenta. Alioqui in omnes & ſingulos contrarium facientes, vel fieri procurantes, quindecim dierum monitione præmiſſa, ſi ſingulares perſonæ fuerint, ſuſpenſionis: in Eccleſiam vero, vel Monaſterium, in qua, vel per cujus perſonas contraventum fuerit, Interdicti ſententias ferimus in his ſcriptis. Non obſtantibus conſuetudinibus, Indulgentiis, vel Statutis noſtris, Prædeceſſorum noſtrorum, vel ipſarum Eccleſiarum, noſtra vel Prædeceſſorum noſtrorum confirmatione vallatis, contrariis quibuscunque: quas & quæ, quia (ut prædicitur) vergere novimus in abuſum per præſentes viribus vacuamus. Datum Bonnæ Noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo, Anno Domini 1375. menſis Martii die undecima.

33. De impedientibus Jurisdictionem. De violatoribus Immunitatum: Et de Excommunicatis per annum & amplius, non tumulandis.

Fridericus &c. univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, & Eccleſiarum Parochialium Rectoribus & eorum vices gerentibus, per Civitatem & Diœceſin Colonienſes noſtras, conſtitutis, ſalutem in Domino.

Quanquam ſacris Canonibus & nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum ordinationibus, certarum additione pœnarum ſit conſtitutum, ne quis literarum Apoſtolicarum impetratores, vel alios ad Judices & forum Eccleſiaſticum recurrentes ſuper cauſis, queſtionibus, ſeu negociis, quæ ad idem forum de Jure, vel antiqua conſvetudine pertinere noſcuntur, quo minus coram judicibus Eccleſiaſticis Ordinariis vel delegatis & per eosdem vel literas Apoſtolicas de cauſis, quæ ad cognitionem pertinent eorundem, Juſtitiam conſequantur, impediat ſuper illis ad judicium ſeculare recurrere, vel in foro ſeculari litigare, ſeu alias à lite, cauſa, ſeu queſtione deſiſtere per ſe vel alium compellat, ſeu compelli faciat vel procuret modis & coloribus quibuscunque: Tamen pluriumfidedignorum Relatio frequens & aſſidua, noſtrum pertulit ad Auditum, nonnullos intra noſtrarum civitatis & Diœceſis Colonienſis ſeu noſtræ Jurisdictionis ſpiritualis limites conſiſtentes, etiam caſtrorum, oppidorum, Territoriorum ſeu Diſtrictuum, Villarum & locorum Noſtræ temporali Jurisdictioni ſubditorum, & officiarios, ſcultetos, Conſules, Scabinos, Advocatos, Judices, Juratos, Commiſſarios, Inhabitatores, Incolas, Nuncios & Præcones, Jurisdictioni temporali præſidentes, ſeu eam quomodolibet exercentes, tanquam Jurisdictionis, Libertatis, Privilegii & honoris Eccleſiaſtici æmulos, in tanti erroris deveniſſe malitiam, quod literas Apoſtolicas & Ordinarias, etiam ſuper litibus, cauſis, queſtionibus, & negociis ad forum, cognitionem & Judices Eccleſiaſticos, de Jure aut antiqua conſvetudine pertinentibus, impetrari, & impetratas exequi, & eis uti prohibent, vetant & impediunt: ipſarumque Impetratores, executores, nuncios ſeu latores, ſeu alias ad forum, Judices, vel Judicium Eccleſiaſticos, de & ſuper cauſis prædictis quomodolibet recurrentes, ad judicium ſeculare tranſire, ſeu à litibus, cauſis, queſtionibus & negociis prædictis deſiſtere, ac ipſis literis prædictis (quas, quod deterius eſt, quandoque partibus auferunt, & laniant, ſeu auferri & laniari mandant) renunciare, præceptis, pœnis, comminationibus & mandatis variis & diverſis compellunt & inducunt, ac alias faciunt & procurant, dando ad hoc conſilium, auxilium, vel favorem, quo minus Sedis Apoſtolicæ atque noſtri Judices Eccleſiaſtici querulantibus miniſtrare, ipſique querulantes libere poſſint coram eis juſtitiam obtinere, in Sedis Apoſtolicæ & noſtræ ordinariæ Jurisdictionis Eccleſiaſticæ vilipendium & contemptum. Unde & ex debito noſtri Paſtoralis Officii incirati, huic errori, totque neſandis auſibus, quos diſſimulare diutius non valemus, congruis volentes remediis obviare, ſacrorum canonum & prædeceſſorum noſtrorum inhærendo ſtatutis, univerſos & ſingulos ſupradictos hortamur in Domino & requirimus & monemus, ipſis & eorum cuilibet ſub pœnis infra ſcriptis inhibentes & injungentes, ut de cætero à prohibitione, compulſione & comminatione, impedimentis & mandatis prædictis abſtineant, nec quisquam cujuscunque gradus, ſtatus, vel conditionis extiterit, Apoſtolicam aut noſtram Jurisdictionē ordi-

nariam Eccleſiaſticam, in literarum & mandatorum quorumcunque impetrationibus, executionibus, cognitionibus, deciſionibus, & modis aliis, quibus ipſa Jurisdictio exercetur, per ſe, vel per alium prohibeant, impediant, uſurpent vel retardent, ſeu prohiberi, impediri, uſurpari, vel retardari faciant & procurent quovis modo, dando ad hoc auxilium, conſilium, vel favorem. Si verò quis prædictorum, cujuscunque etiam ſtatus, aut conditionis extiterit contra præmiſſa venire, vel quicquam attentare præſumpſerit, Excommunicationis ſententiam, authoritate Canonis, & etiam noſtra (quam, quindecim dierum monitione Canonica præmiſſa, ex tunc prout ex nunc ferimus in his ſcriptis) ſe noverit incurriſſe ipſo facto, à qua, niſi tam Judici, (cujus cognitio vel Jurisdictio impedita, vel uſurpata fuerit) quam parti in perſecutione ſui juris turbatæ, de injuriis, damnis, expenſis & intereſſe, per eum vel eos integre fuerit ſatisfactum, nullatenus abſolvatur. Et nihilominus, etiamſi in mortis articulo fuerint abſoluti, niſi debita & plenaria his, quibus ea (ut præmittitur) facienda fuerit, ſatisfactio præſtita extiterit, eccleſiaſtica carere volumus ſepultura: Mandantes inſuper Vobis Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, & vices veſtras gerentibus univerſis, ſub Excommunicationis pœna, quam in Vos & quemlibet veſtrum, quindecim dierum canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis, ſi non feceritis, quod mandamus, quatenus in Eccleſiis veſtris, (forſ. hæc, ut ad omnium) ut ad omnem poſſint devenire notitiam, nec quisquam ignorantiam prætendere valeat de eisdem, fideliter publicetis: ac omnes & ſingulos, ſi quos ſciveritis in ſpecie: reliquos vero in genere, quos Jurisdictionem Eccleſiaſticam (ut prædicitur) impediviſſe vel perturbaſſe conſtiterit, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis in Eccleſiis veſtris, dum major ibidem fuerit populi multitudo, excommunicatos publicè nuncietis.

Item quia plerique (ut accepimus) Eccleſiarum, cœmiteriorum, immunitatum & Dotum violatores ipſarumque & perſonarum, Rerum & Bonorum Eccleſiaſticorum invaſores, incendiarii & raptores, nec non illi, qui per annum & amplius excommunicationis ſententia innodati, ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ, Abſolutionis Beneficio impetrando, redire negligunt, & contemnere diverſas per prædeceſſores noſtros Archiepiſcopos Colonienſes contra tales emiſſas ſententias & mandata, inſtigante diabolo, non verentur: & quaſi in malitiis obſtinati, data ad hoc opera divina ſtudent officia multoties perturbare: Unde volentes ut ipſorum creſcente contumacia, etiam creſcere debeat & pœna, ſtatuimus omnes & ſinguli maleſactores & Rebelles hujusmodi Eccleſiarum, cœmiteriorum Immunitatum & Dotum violatores, nec non ipſarum perſonarum, Rerum & Bonorum Eccleſiaſticorum invaſores, incendiarii & Raptores, ac illi qui per annum & amplius excommunicati, ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ, abſolutionis obtinendo beneficio contumaciter redire negligunt vel contemnunt, Eccleſiaſtica (etiamſi in Mortis articulo fuerint abſoluti) careant ſepultura: Nec in Eccleſiis, Cœmiteriis, vel aliis locis ſacris per aliquem poſſint ſepeliri, niſi prius à Nobis, vel officiali Noſtro ſuper hoc licentia ſit obtenta: cœteris noſtris & prædeceſſorum noſtrorum Ordinationibus & ſtatutis, circa præmiſſa, quibus in nullo derogare volumus, in ſuo Robore firmiter duraturis. Datum Bonnæ noſtro ſub ſigillo, Anno Domini 1375. menſis Martii die XI.

34. Contra uſurarios, Lombardos ac Hantgelt capientes.

Fridericus Dei gratia &c. univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis & Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, ſeu eorum vices gerentibus per civitatem & Dioœceſin noſtras Colonienſes conſtitutis, ſalutem in Domino.

Quamvis uſurarum Voraginem, quæ animas devorat & degentium facultatem exhaurit, utriusque tam veteris, quam novi Teſtamenti pagina deteſtetur, ſitque Jure communi, ac cæteris noſtrorum prædeceſſorum Archiepiſcoporum provincialibus & Synodalibus Ordinationibus & Statutis ſalubriter editis, & dudum etiam publicatis prohibitum manifeſte, ne quis Chriſti fidelium Nobis, aut Noſtræ Jurisdictioni ſpirituali ſubjectorum, deteſtandis uſurarum lucris ſtudeat inhiare, hujusmodi tamen uſurarum modus ita invaluit, & in communem uſum, immo verius abuſum & errorem prodiit & proceſſit, ut nonnulli utriusque ſexus homines, cupiditatis & ambitionis deteſtandæ vitiis excæcati, aliis negociis prætermiſſis, ſibi quaſi licere pecunias ſuas ſub uſuris exponere & ipſas exercere nituntur, & quotidie exercent in animarum ſuarum periculum, Populi ſcandalum, & Fidei Catholicæ confuſionem & contemptum. Et quia fama publica & experientia facti didicimus, hujusmodi uſurarum morbum peſtiferum in noſtris civitate & Dioœceſi Colonienſi, etiam ad ſubditorum noſtrorum tam Religioſorum, quam ſecularium, depauperationem per maximam, per quosdam uſurarios manifeſtos, qui vulgariter Lombardi appellantur, menſas paratas ad pecuniam,

am, pro uſuris cuilibet mutuandum publice tenentes, ac alios utriusque ſexus homines, per emptionem & alios contractus illicitos, & vulgariter Hantgeldt appellatos, exercentes, ſnu recipientes plurimum frequentari: Nos igitur ex ſuſcepti cura Regiminis, ſubditorum noſtrorum providere ſaluti, & de Agro Nobis commiſſo, hujusmodi abuſionum & errorum tribulos, ne nimis invaleſcant & ex tempore licere credatur, quod eſt Jure prohibitum, extirpare ſunditus cupientes, præfatorum prædeceſſorum noſtrorum Archiepiſcoporum Colonienſium ſtatuta, contra eosdem uſurarios edita, ut prædicitur, innovantes, Vobis univerſis & ſingulis Eccleſiarum Rectoribus & eorum vices gerentibus ſupradictis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna (quam in vos & quenlibet Veſtrum quindecim dierum canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis, ſi non feceritis quod mandamus) diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus dictos uſurarios omnes & ſingulos, quorum nomina ſciveritis in ſpecie, aut quos Latos præſentium vobis duxerit nominandos, reliquos verò in genere moneatis, ut infra ſeptem dies poſt veſtram monitionem immediate ſequentes, ab uſuris & contractibus (forſ. illicitis Hantgelt ceſſent) ceſſent penitus & deſiſtant, Deoque, Nobis & Eccleſiæ de præmiſſis exceſſibus ſatisfaciant cum effectu. Alioqui ipſos omnes & ſingulos, quos Nos ex tunc, propter hoc in ſcriptis his excommunicamus, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, dum Miſſarum ſolennia peraguntur, authoritate ſtatutorum per bone memoriæ Dominos Sifridum & Wilhelmum Noſtros prædeceſſores editorum, campanis pulſatis candelis accenſis & extinctis, ac in terram projectis, nec non pedibus conculcatis, excommunicatos publice nuncietis, nec ad communionem Altaris ipſos aut aliquem eorum admittatis, aut oblationes eorum recipiatis; nec ipſos, ſi in hoc peccato deceſſerint, ſepeliatis, donec Deo (forſ. Nobis & Eccleſiæ) & Eccleſiæ ſatisfaciant de præmiſſis, aliudque à Nobis receperitis in mandatis. Moneatis inſuper omnes & ſingulos utriusque ſexus homines, eosdem uſurarios manifeſtos & alios ſupradictos ſcientes, cognoſcentes & occultantes, vel qui ipſis in aliquibus pecuniarum ſummis, vel rebus aliis tenentur, aut ſunt obligati, ut intra dictæ monitionis terminum, eosdem uſurarios Nobis prodant, indicent & revelent, nec dictis uſurariis eorumque conſortibus & familiaribus, de hujusmodi debitis, ipſis, aut aliquibus eorum ſatisfaciant, aut Bona, ſeu Res ad ipſos ſpectantes & pertinentes, ſi qua, aut ſi quas penes ſe habent & tenent, ipſis reddant vel reſtituant: ſed ipſas aut ipſa, penes ſe in ſequeſtro & Arreſto, nomine noſtro retineant & obſervent, quousque de hujusmodi exceſſibus publicis & manifeſtis, Deo, Nobis & Eccleſiæ Emendam præſtiterint ſatisfacientem & condignam. Alioqui ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes, quos Nos ex tunc propter hoc in his ſcriptis excommunicamus excommunicatos in Eccleſiis veſtris una cum dictis Lombardis manifeſtis, eorumque conſortibus & familiaribus, publice intra Miſſarum ſolennia nuncietis: intimantes eisdem & aliis quibuscunque, quorum intereſt aut intereſſe poterit, quod Nos ad executionem dictæ Excommunicationis pœnæ, ac etiam interdicti Eccleſiaſtici poſitionem, & alias prout (forſ. prout &) in quantum gravius poterimus, & Juris Ordo exegerit procedemus.

Inſuper vigore ſtatuti quondam Domini Sifridi prædicti, omnibus & ſingulis Jurisperitis, Advocatis, & aliis quibuscunque, tenore præſentium inhibemus, ne quis dictis uſurariis, eorumque conſortibus & familiaribus in Executionibus hujusmodi noſtri mandati, nominandis, in hujusmodi cauſis & negociis, aut eorum Appendiciis, Patrocinium, aut conſilium aliquod præſtet publice, vel occulte, niſi antea coram Nobis Juramentum præſtet, quod quam cito ſciverit, vel ſcire poterit cauſam eſſe uſurariam, cauſam ipſam non fovebit ulterius: nec patrocinium, nec conſilium aliquod clam, vel aperte impertiatur uſurario, vel uſurariis ſupradictis. Alioqui ipſos Jurisperitos, Advocatos & alios etiam quoslibet contrarium facientes, trium dierum monitione Canonica præmiſſa, excommunicamus in his ſcriptis, quos etiam excommunicatos volumus publice nunciari. Et quid in præmiſſis feceritis, Nobis literis veſtris præſentibus transſigendis liquide reſcribatis. Datum Bonnæ Anno Domini 1375. Menſis Martii die 12.

35. Viſitatio Domini Friderici generalis.

Fridericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Apoſtolicæ Sedis Legatus, Univerſo Clero cæterisque Eccleſiaſticis Perſonis noſtrarum Civitatis & Dioœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam in viſitatione generali per Nos perſonaliter in Noſtra, & in nonnullis aliis Civitatis & Dioœceſis noſtræ ſecularibus & Regularibus Eccleſiis per certos noſtros in hac parte Commiſſarios nuper facta, comperimus, in ipſis Eccleſiis & earum perſonis plurima, Deo utique & Nobis in

grata, ac Reformatione & correctione digna, ad quæ reformanda & corrigenda, licet multis arduis Eccleſiæ noſtræ prægravemur negociis, ſolerti cura intendimus, & ea tam Prædeceſſorum noſtrorum innovatione, quam novorum ſtatutorum editione, nec non aliis viis & Modis, quibus de Jure poſſumus, reformare & corrigere, ſicut noſtro incumbit officio, deſiderabiliter affectamus.

36. Innovatio ſtatutorum Archiepiſcoporum Colonienſium.

Inprimis igitur omnia & ſingula Prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta & mandata præſertim ea quæ pro divini cultus augmento & reformatione morum actuumque Clericorum & Eccleſiaſticarum perſonarum hactenus ſalubriter emanarunt, quæque etiam dudum nos innovaſſe meminimus, denuo ex abundanti tenore præſentium innovamus, univerſis & ſingulis Prælatis noſtræ Cathedralis, aliarum Eccleſiarum Collegiatarum, Regularium & ſecularium, Civitatis & Diœceſis noſtrarum, in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus ipſi ſtatuta & mandata hujusmodi atque Noſtra, cum eorum moderationibus & declarationibus, quorum copiam dictarum Eccleſiarum Capitula & Conventus vigore mandati ſuper hoc à Nobis pridem emiſſi, & in ſanctaSynodo publicati habere tenentur, diligenter per ſeipſos obſervent, & à ſuis ſubditis faciant inviolabiliter obſervari, ipſorumque ſtatutorum & mandatorum temerarios transgreſſores, prout ad eos, & eorum quemlibet pertinet, taliter corrigere & punire non differant, quod metu pœnæ curent ea diligentius obſervare, eorumque pœna ſit cœteris in exemplum. Illos verò, qui Excommunicationis, aut ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias in dictis ſtatutis & mandatis prolatas, incurrerint, volumus & mandamus à perceptione fructuum beneficiorum ſuorum tamdiu remanere & teneri ſuſpenſos, ac in divinis vitari officiis, donec à Nobis, vel Officiali curiæ noſtræ Colonienſis fuerint abſoluti, & de abſolutione hujusmodi, Capitulis vel Prælatis ſuis, per Noſtras vel ipſius Officialis noſtri literas, fecerint plenam fidem.

37. De Diaconis Eccleſiæ majoris Colonienſis.

Item quia in Eccleſia noſtra Colonienſi, ſicut in Viſitatione prædicta invenimus, dudum fuit & adhuc eſt evidens Diaconorum defectus, præſertim ex eo, quod Canonici, qui de conſuetudine ipſius Eccleſiæ deberent eſſe diaconi, & eidem in diaconatus Ordine deſervire, quamvis per Decanum ejusdem Eccleſiæ ſæpius moniti diſtulerunt & differunt, etiam absque cauſa rationabili, ad hujusmodi ordinem ſe facere promoveri, propter quod Eccleſia ipſa in Miſſarum celebrationibus ac capitularis Diſciplinæ debitis obſervationibus, aliisque ſpiritualibus & temporalibus, gravia ſuſtinuit & ſuſtinet detrimenta: Nos volentes ſuper hoc de oportuno providere remedio, requirimus & monemus ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & Beneficio, univerſos & ſingulos Canonicos Eccleſiæ noſtræ prædictæ, qui juxta præfatam conſuetudinem deberent ad dictum ordinem eſſe promoti, & non ſunt, ut intra quatuor menſes poſt publicationem præſentium continue & immediate ſequentes, ad eundem ordinem, ceſſante impedimento legitimo, ſe faciant promoveri. Alioqui monitioni noſtræ hujusmodi non parentes à perceptione omnium fructuum, Reddituum & Proventuum Præbendarum, quæ in dicta Eccleſia obtinent, ſint ipſo facto ſuſpenſi. Inhibentes diſtrictè & ſub Excommunicationis pœna, quam in his ſcriptis ferimus univerſis & ſingulis, ad quos fructuum Redditüum & Proventuum hujusmodi miniſtratio, ſeu quævis diſtributio pertinet, ne talibus ſic ſuſpenſis quicquam de hujusmodi Fructibus, Redditibus & Proventibus, aut etiam quotidianis diſtributionibus, per ſe, vel per alium, ſeu alios, quovis colore quæſito, diſtribuant, vel miniſtrent. Si qui verò Canonici legitimam habuerint excuſationem, propter quam à ſuſceptione memorati Ordinis velint & debeant merito ſupportari, illam coram Nobis, aut Officiali Curiæ noſtræ Colonienſis intra prædictos quatuor menſes proponere & probare debebunt. Et ne diutius præfata Eccleſia noſtra Diaconorum patiatur defectum, volumus & ordinamus, quod ſi dicti Canonici ſic (ut præfertur) moniti non fuerint intra quatuor menſes præfatos ad ordinem antedictum promoti, quod ex tunc quatuor inferiores Canonici proximiores in gradu, ad hoc habiles & idonei, ſeu tot, quod ad minus quinque vel ſex Diaconi adminiſtrandum ac ſerviendum in memorato ordine ſufficientes & idonei, ſint in ipſa Eccleſia continue reſidentes, poſſint & valeant ad præfatum Ordinem aſcendere & ad illum ſe facere promoveri, ac in eodem libere & licite miniſtrare. Quibus etiam ſub pœna ſuſpenſionis antedicta præcipimus & mandamus, ut ad Ordinem ipſum cum ad hoc per dictæ Eccleſiæ Decanum fuerint moniti & requiſiti, procedere non recuſent. Ut autem ad hoc facilius inclinentur, ſtatuimus & ordinamus, quod tales poſt eorum promotionem, nec non alii idonei, ſi qui inferioris Gradus ejusdem Eccleſiæ Canonici, jam ad Ordinem illum exiſtunt promoti,

moti, gaudeant & potiantur in Capitulo & extra, omnibus honoribus, emolumentis & prærogativis, quibus ipſius Eccleſiæ Canonici Diaconi gaudere hactenus conſveverunt & ſolent. Ordinationem quoque præſcriptam deinceps perpetuo, quando & quoties ipſa Eccleſiæ opus fuerit, volumus obſervari. Non obſtantibus quibuscunque ejusdem Eccleſiæ contrariis conſvetudinibus, ordinationibus & ſtatutis, quibus in hac parte, ob urgentem ipſius Eccleſiæ neceſſitatem & evidentem utilitatem, duximus derogandum.

38. Contra in obedientes in receptione Ordinum quarumcunque Eccleſiarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis.

Item cum non ſolum Eccleſiæ noſtræ Majori, verum etiam univerſis Civitatis & Diœceſis noſtræ Eccleſiis, ne in ipſis miniſtrorum defectus exiſtat, tenemur ex Officii noſtri debito providere: idcirco ſel. Rec. Domini Wilhelmi, Prædeceſſoris noſtri inhærentes ſtatuto, quod incipit: ex injunctæ Nobis &c. quibusdam tamen additis & mutatis, innovando ſtatuimus & ordinamus, quod beneficiati quicunque in Noſtra Colonienſi vel aliis collegiatis Eccleſiis Civitatis & Diœceſis prædictarum, qui dignitates, Perſonatus, Officia, ſeu Præbendas, vel alia beneficia Eccleſiaſtica, quibus certi ordines ſunt annexi, aut debentur, pacifice nunc obtinent, aut obtinebunt in futurum, ſi legitimo ceſſante impedimento, ad hujusmodi ordines, quos dignitates, Perſonatus, officia ſeu beneficia requirunt, quovis modo, etiam de conſuetudine vel de jure, ſi Subdiaconalis vel Diaconalis ordo forſan exiſtit, intra ſex menſes: Si vero Presbyteralis ordo fuerit, intra annum à tempore pacificæ poſſeſſionis adeptæ beneficiorum prædictorum, ſe promoveri non fecerint, ex tunc à perceptione fructuum Beneficiorum eorundem, quæ hujusmodi requirunt, ſint ipſo facto, authoritate præſentis noſtri ſtatuti ſuſpenſi: quos, deductis operibus eisdem beneficiis incumbentibus, in uſus Fabricæ, ſeu ornamentorum Eccleſiarum, in quibus beneficia ipſa conſiſtunt, decernimus convertendos. Quam ſuſpenſionem ſi poſt modum hujusmodi beneficiati per ſex menſes contumaciter ſuſtinuerint, volumus & mandamus, ipſos ſuis dictis Beneficiis hujusmodi ordines requirentibus, ex tunc per ſuos ſuperiores, ad quos hoc pertinet, omnino privari, & illa aliis idoneis, conferri perſonis, qui velint & poſſint ad hujusmodi ordines intra tempus prædictum canonice promoveri, pœnis aliis quæ contra tales promoveri ad ordines recuſantes, ſtatuuntur in Jure, nihilominus in ſuo robore duraturis.

39. Contra negligentes Miſſam, aut Evangelium, vel Epiſtolam cantare.

Item ſtatutum Bonæ memoriæ Walrami, Prædeceſſoris noſtri, quod incipit, quanquam olim bonæ memoriæ &c. editum contra Canonicos negligentes cantare Miſſam, aut Evangelium vel Epiſtolam, cum ipſis ex Ordine hæc cantanda incumbunt, præſentibus ſpecialiter innovantes, præcipimus & mandamus ſtatutum hujusmodi in omni ſui forma firmiter obſervari: adjicientes eidem, quod negligentia ſeu defectus Canonici non cantantis, per ſe, vel alium, Miſſam, aut Evangelium, vel Epiſtolam, cum hæc ſibi incumbunt, poſſit per quemcunque alium ipſius Eccleſiæ Canonicum, ad hoc idoneum, negligente Canonico etiam irrequiſito, ſuppleri. Cui ſic alterius in præmiſſis ſupplenti defectum, volumus & ſub pœna Excommunicationis (quam ſerimus in his ſcriptis) præcipimus & mandamus, ſtatim finita Miſſa, per diſtributorem Præſentiarum, ſeu quotidianarum diſtributionum pro tempore ejusdem Eccleſiæ de hujusmodi præſentiis ſeu diſtributionibus ipſi negligenti tum competentibus, ſeu impoſterum competituris, quatuor groſſos Turonenſes antiquos, ſeu eorum in alio pagamento valorem, ſine contradictione quolibet ſolvi & miniſtrari, quos ipſe diſtributor eidem negligenti poſtmodum defalcare poterit & debebit.

40. Ut Prælati Eccleſiarum compellant Clericos ſuos ad celebrationem divinorum.

Item, quia propter reprehenſibilem prælatorum negligentiam & deſidiam, ut in viſitatione prædicta comperimus, quod Horæ canonicæ & alia divina Officia, tam in Noſtra Majori, quam in aliis Collegiatis Eccleſiis noſtræ civitatis & Diœceſis, ſæpe negligenter & indevote, ac plerumque à paucis pſallantur & celebrantur perſonis, diſtricte injungimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus dictarum Eccleſiarum Prælatis, quatenus ipſi, prout ad eos & eorum quemlibet pertinet, canonicos, Vicarios & Altariſtas, cœterosque dictarum Eccleſiarum beneficiatos, eis ſubjectos, ſine licentia & rationabili cauſa abſentes & non reſidentes, ad reſidendum moneant & requirant. Præſentes verò, ad intereſſendum frequenter, debitisque temporibus, horis & officiis memoratis, nec non ipſos vicarios & Altariſtas ad celebrandum aſſidue Miſſas in ſuis Altaribus, ut tenentur, ſtudioſe inducant; contra Rebelles & contumaces in præmiſſis vel aliquo præmiſſo-

rum, ſeu alias quomodolibet delinquentes, debitam exerceant diſciplinam, ſi Dei offenſam & noſtram vitare voluerint ultionem. Verum quia nonnulli prædictarum Eccleſiarum Canonici, & alii Beneficiati, propter eorum abſentiam, à perceptione fructuum, Præbendarum & beneficiorum ſuorum, per ſuos Prælatos & ſuperiores rite ſuſpenſi, ſuſpenſionem hujusmodi (ut accepimus) quandoque pluribus annis contumaciter ſuſtinent: quidam etiam ſuſpenſione ipſa durante, nihilominus fructus ſuarum Præbendarum & beneficiorum hujusmodi interdum de facto, auſu temerario percipere non verentur: propter quæ, Præbendæ & beneficia hujusmodi, plerumque debitis ſervitiis indebite defraudantur. Nos itaque attendentes, quod creſcente contumacia, creſcere debet & pœna: ſtatuimus & ordinamus, quod quicunque præfatarum Eccleſiarum Beneficiatus, deinceps hujusmodi ſuſpenſionem per annum integrum pertinaci animo ſuſtinuerit, ſeu qui durante ſuſpenſione ipſa, quicquam de Beneficii ſui fructibus, à quorum perceptione eſt ſuſpenſus, propria temeritate perceperit, Excommunicationis ſententiam, quam ferimus in his ſcriptis, ipſo facto incurrat.

41. Ut beneficiati, non abſentent ſe à Beneficiis ſuis ſine licentia ſuorum Prælatorum: & tunc faciant deſerviri Beneficiis ſuis per vicariam.

Prætereà ſtatuimus, quod quicunque Canonicus, aut Vicarius, vel alias in aliqua prædictarum Eccleſiarum Beneficiatus ſeu intitulatus, voluerit, ex licita & rationabili cauſa, abeſſe, tenetur à ſuo Prælato, ſeu ab illo, vel illis, cui, ſeu quibus de jure vel conſuetudine hoc competit, licentiam petere & obtinere: qua petita & obtenta, debet per aliam perſonam idoneam, beneficio ſuo, à quo ſe abſentat, durante ejus abſentia, facere deſerviri: quod ſi non fecerit, volumus & præcipimus, ut per Decanum & Capitulum Eccleſiæ, in qua Beneficium hujusmodi eſt conſtitutum, miniſter ſubſtituatur idoneus, qui eidem beneficio & Eccleſiæ interim deſerviat in divinis, cui de fructibus & reditibus ejusdem Beneficii, mandamus per ipſos Decanos & Capitulum congrue provideri: quicunque verò ſine licentia à ſuo beneficio ſe abſentare præſumpſerit, etiamſi per alium idoneum hujusmodi beneficio deſerviat, nihilominus à perceptione fructuum ipſius Beneficii per illum ad quem id pertinet, ſuſpendatur. Salvis tamen in his rationabilibus cujuslibet Eccleſiæ Obſervantiis, conſvetudinibus, & ſtatutis, quibus per hanc conſtitutionem non intendimus derogare, aut ejus præjudicium aliquod generari.

42. Ne quotidianæ diſtributiones præſentiarum fiant in abſentes.

Item, ut canonici & alii prædictarum Eccleſiarum Beneficiati ſeu Clerici, horis Canonicis, Miſſarum celebrationibus, aliisque divinorum officiis, dum in ipſis peraguntur Eccleſiis current frequentius intereſſe: ſtatuimus, ut diſtributiones quotidianæ, in quibuscunque rebus conſtiterint, quæ pro defunctorum memoriis, vel alia quavis de cauſa in dictis Eccleſiis, canonicis & aliis beneficiatis earum dari conſueverant & ſolent, non dentur, niſi illis, qui hujusmodi officiis & memoriis tempore, quo celebrantur & fiunt, in Choris earundem Eccleſiarum præſentialiter interſunt, licet in ipſis Eccleſiis præſentes exiſtant. Qui vero aliter de diſtributionibus ipſis quicquam receperint, (illis tamen, quos infirmitas, ſeu juſta & rationabilis corporis, ac evidens Eccleſiæ utilitas, excuſaret, nonnullis etiam Eccleſiarum prælatis, quibus de antiqua ipſarum Eccleſiarum conſuetudine & obſervantia, diſtributiones hujusmodi etiam in abſentia ſunt ſolitæ miniſtrari, exceptis) rerum ſic receptarum dominium non acquirant, nec faciant eas ſuas, imo ad omnium reſtitutionem, quæ contra hujusmodi noſtrum ſtatutum receperint, teneantur. Mandantes & diſtrictè præcipientes univerſis adminiſtratoribus pro tempore dictarum diſtributionum, ut ſtatutum hujusmodi fideliter tenere & obſervare procurent. Alioqui contrarium facientes, ipſo facto Excommunicationis Sententia innodamus. Præmiſſis inſuper addendo ſtatuimus & ſub pœna prædicta mandamus, ut præfatæ diſtributiones, quatenus facultates & vires bonorum & Reddituum ad eas faciendas aſſignatorum patiuntur, dentur horis, temporibus & modis, & ad hoc per illos qui eas de ſuis, vel aliorum bonis ordinarunt, rationabiliter conſtitutis: Et prout horæ, tempora & modi hujusmodi in libris Memoriarum cujuslibet Eccleſiæ, annotati & conſcripti exiſtunt: reprobantes penitus & omnino deteſtabilem abuſum, qui in quibusdam Eccleſiis inolevit, in quibus illi, qui in commendatione animarum, dum legitur Pſalmus, Miſerere, præſentes exiſtunt, licet ante & poſt ſe abſentaverint, diſtributiones, quæ pro defunctorum memoriis, largiuntur, integraliter percipiunt, ac ſi totali Animarum Officio, videlicet vigiliis, Miſſæ & commendationi, præſentialiter interfuiſſent. Præſentias vero quis uno die habere non poteſt in duabus Eccleſiis civitatis Colonienſis, niſi ſit prælatus in una ex ipſis. Item, ut his, qui in duabus, vel pluribus Eccleſiis noſtrarum civitatis & Diœceſis Canonici, vel alias beneficiati exiſtunt, vagationis & diſſolutionis ſubtrahatur occaſio: ſtatuimus & ordinamus, quod nemo deinceps una die in diverſis Eccleſiis, in quibus Beneficia detinet, quotidianas diſtributiones percipiat, niſi in aliqua prædictarum Eccleſiarum ſit Prælatus, ſeu alias ei hoc competat ex privilegio vel Jure alio ſpeciali: ne, dum ad plures uno tempore feſtinat Eccleſias, nulli earum debitum famulatum Impendat.

43. De annis Gratiæ, defuncto ac Eccleſiæ debitis, redimendis.

Item cupientes divinum cultum noſtris augeri temporibus, qui propter defunctorum canonicorum Præbendas, quarum fructus de conſvetudine (ut accepimus) in ſingulis ferè collegiatis Eccleſiis noſtræ Civitatis & Diœceſis, ad certos annos ipſis Eccleſiis & defunctis, de facto totaliter applicantur in multis Eccleſiis eſt non modicum diminutus, conſtitutionem: ſuſcepti Regiminis, per fel. Rec. Joannem Papam 22. ſuper hoc editam, volumus & mandamus in omni ſui forma diligentius obſervari. Prætereà concedimus & indulgemus his, qui præbendas ſacerdotales, in dictis Eccleſiis jam obtinent, vel impoſterum obtinebunt, ſalva moderatione prædictæ Conſtitutionis: ſuſcepti Regiminis &c. quod ipſi, ſi voluerint omnium & ſingulorum annorum expectantiarum, in qualibet Eccleſia videlicet, quemlibet annum quem elegerint redimendum, poſſint & valeant pro XXX. Libris Groſſorum Turonenſis monetæ quondam Domini Walrami, Prædeceſſoris noſtri, aut eorum valore redimere, ſicuti idem Prædeceſſor noſter in quadam conſtitutione ſua ſuper hoc edita, his qui via permutationis Præbendas in dictis Eccleſiis aſſequuntur, noſcitur indulſiſſe. Præterea ſtatutum ejusdem prædeceſſoris noſtri, quod fructus annorum Expectantiarum, aut pecuniam quæ a Canonicis via permutationis intrantibus, & fructus hujusmodi redimentibus datur, inter ſingulares Canonicos dividi prohibet, ſed in communem utilitatem, videlicet ad fabricam vel ornatum ipſarum Eccleſiarum duntaxat converti, volentes inviolabiliter obſervari, ipſum propter multorum abuſum duximus pœnæ adjectione innovandum: ſtatuentes, ut transgreſſores dicti ſtatuti, Excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant: à qua abſolvi non valeant, donec ea, quæ de memoratis fructibus, ſeu pecuniis in eorum privatam utilitatem converſa fuerint, plene & integraliter reſtituant, & de transgreſſione hujusmodi ſatisfecerint competenter.

44. Si Expectans moritur antequam percipiat, fidejuſſor ejus tempora ſua continuat, nec denuo tempus inchoat.

Item, quia Walramus, Prædeceſſor noſter præfatus, ne Præbendas, Eccleſiarum, in quibus, vacantibus Præbendis, fructus earum per certos annos defuncto & Eccleſiis de Conſuetudine applicantur, nimis diu ſuis ſervitoribus & miniſtris carere contingat, aliisque legitimis rationibus motus, duxit provide ſtatuendum, ut nulla Eccleſia civitatis & Diœceſis Colonienſis, ſibi & defuncto ultra quadriennium fructus Præbendarum ipſius Eccleſiæ vacantium, etiamſi durantibus annis Expectantiarum vacent pluries, ſucceſſive, vendicet, vel uſurpet: ſæpe dubitatur à multis, ſi aliquis Canonicus, poſt completum dictorum annorum numerum, ad perceptionem fructuum Præbendæ ſuæ ſic admiſſus decedat, vel præbendam ſuam ſimpliciter, vel permutatione, vel alia quavis ex cauſa reſignet, ſeu dimittat, utrum dictum ſtatutum etiam locum habeat in hoc caſu. Nos dubitationem hujusmodi in caſu præmiſſo locum habere declaramus, ipſumque, ſimilitudine rationis inducti, ad eundem caſum extendimus & prorogamus, mandantes & ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio diſtrictè præcipientes, ut ſucceſſor in tali Præbenda, ſine ulteriori expectatione ad perceptionem fructuum illius præbendæ, qualibet difficultate ſemota, benevole admittatur: non obſtante contraria conſvetudine, ſi qva forſan ab aliqvibus prætendatur Eccleſiis, vel perſonis de facto ſervata, qvam, utpote abuſionem & corruptelam, penitus abolemus:

45. Ut miniſtri maneant apud Presbyterum circa Altare.

Item, qvia nonnulli Diaconi & Subdiaconi in noſtra Majori aliisqve collegiatis Eccleſiis noſtræ civitatis & Diœceſis, ſacerdotibus ad Altare pro tempore miniſtrantes, plerumque (ut intelleximus) tempore celebrationis Miſſarum dum circa Altaris miniſterium deberent eſſe ſoliciti, & cum debita veneratione intenti, circumcirca ipſum Altare hinc inde irreverenter vagantes, prophanis & vanis nedum virorum, ſed etiam mulierum colloquiis intendere non formidant, in divinæ Majeſtatis offenſam, & adſtantium ſcandalum populorum: Qvidam verò hujusmodi miniſtrantium, & nonnulli alii earundem Eccleſiarum, tam Canonici, qvam Vicarii Chorum pro tempore in dictis Eccleſiis regen-

regentes, & lectiones legentes, nonnunqvam calopodiis contra ſtatuta bonæ memoriæ Wilhelmi Prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc edita, indecenter utuntur: Qvidam etiam contra memorati Prædeceſſoris noſtri ſtatuta, ſæpius legunt privative horas ſuas in Choro, dum divina inibi officia ab aliis ſolenniter peraguntur: Sunt inſuper nonnulli, qvi raro ad Chorum conveniunt: Sunt & alii, qui Chorum ipſum absque rationabili cauſa ante finem divini officii frequenter exeunt: ſunt & nonnulli, qui tempore divinorum, dum ſpiritualibus Canticis & Orationibus deberent humiliter & devote inſiſtere, in Eccleſia de loco ad locum vagantur, ac vanis & ſuperfluis Laicorum & aliorum colloquiis & conſabulationibus intendunt, prout hoc & plura alia indecentia comperimus ex viſitatione antedicta. Nos igitur ſuper his providere cupientes, ipſarum Eccleſiarum Decanis, ad quos hujusmodi exceſſuum ſpectat correctio, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte injungimus, qvatenus tales ſic corrigant, qvod metu pœnæ à præmiſſis & aliis conſimilibus exceſſibus & indecentiis prorſus abſtineant, & alii eorum exemplo perterriti, ſimilia facere pertimeſcant. Intimamus etiam eisdem Decanis, qvod ſi ipſi circa correctionem hujusmodi exceſſuum, ſeu indecentiarum negligentes & remiſſos ſe exhibuerint, Nos contra eos, propter hoc ad pœnas debitas procedemus, & nihilominus eorum negligentias, prout Nobis ex officii noſtri debito incumbit, ſupplere curabimus remediis opportunis.

46. De Stationibus, qualiter ſint obſervandæ, & de præſentiis dandis in eisdem.

Item ut Stationes ſolitæ & conſvetæ in civitate noſtra Colonienſi & extra & honorifice & decenter teneantur & fiant, ſtatuimus & ordinamus, qvod Diſtributiones qvotidianæ, qvæ canonicis & aliis Beneficiatis, hujusmodi ſtationibus intereſſentibus, dari ſolent, nullis de cætero dentur, niſi illis, qvi proceſſionaliter ad locum ſeu Eccleſiam, ubi ſtatio ſervatur, vadunt, & chorum ipſius Eccleſiæ intrant, ibiqve usqve ad finem divini officii perſeverant, & peracto officio: cum cruce ad Eccleſiam ſuam reverturur: exceptis illis, quos ad revertendum cauſa rationabilis excuſaret. Et ut hujusmodi ordinatio noſtra ſuum melius ſortiatur effectum, inhibemus ſub pœna excommunicationis, diſtributoribus pro tempore dictarum diſtributionum, qvod diſtributiones hujusmodi, niſi poſt ſtationem completam & reditum Proceſſionis, nulli, cujuscunque etiam ſtatus, dignitatis, vel conditionis extiterit, tribuant, ſeu miniſtrent, nec in hoc fraudem aliquam committere qvovis modo audeant, vel præſumant.

47. De baculo S. Petri.

Item cum baculum B. Petri de Eccleſia noſtra Colonienſi ad aliqvam ſtationem cum Cruce proceſſionaliter (ut moris eſt) portari contingat, ipſum in Eccleſiam cum Cruce & Proceſſione ſolenniter & devote (ut decet) reportari præcipimus & mandamus, non obſtante contraria obſervantia, quam velut inhoneſtam & contra Reverentiam beato Petro patrono noſtro debitam, merito deteſtantes, obſervari de cætero diſtrictius inhibemus.

48. De chorali pellicio.

Item ſtatutum Conradi, bonæ memoriæ Prædeceſſoris noſtri, ut videlicet in civitate noſtra Colonienſi Canonici in magnis feſtivitatibus & ſolennibus ſtationibus ſine chorali pellicio in Eccleſiis, vel earum choris, non incedant: qvod qvorundam temeritas male ſervat: volentes hujusmodi ſtatutum, qvod honeſtati congruit, pœnæ adminiculo juvare, transgreſſores ipſius in amiſſione qvotidianarum Diſtributionum, qvas illa die in Eccleſiis, in quibus beneficiati exiſtunt, habituri forent, mulctari volumus & puniri.

49. De Propina, vigore literarum Apoſtolicarum, vel ordinis receptione.

Item ſtatuimus, cum quis, vigore Apoſtolicæ, aut alterius gratiæ, in noſtra Majori, vel alia collegiata Eccleſia noſtræ Civitatis vel Diœceſis, tempore publicationis literarum hujusmodi gratiæ, ſeu admiſſionis, vel receptionis ſuæ ad quodcunque Beneficium, in aliqua dictarum Eccleſiarum conſiſtens, Decano & Capitulo, ſeu Canonicis ipſius Eccleſiæ, in qua hujusmodi literas publicari, ſeu admiſſionem & receptionem fieri contingit, ſemel dederit propinam ab antiqvo eis dari ſolitam & conſvetam: ſi idem poſtmodum hujusmodi Beneficium, tanqvam ſibi non debitum dimiſerit, ſeu ab eo finaliter evictum fuerit, & vigore ejusdem Gratiæ aliud beneficium in eadem Eccleſia fuerit aſſecutus, vel, ut aſſeqvatur, inſiſtat, propter hoc ad aliam Propinam denuo ſolvendam, vel dandam nullatenus teneatur, ſub Excommunicationis pœna diſtricte inhibentes, ne aliqui prætextu alicujus etiam conſvetudinis, hactenus obſervatæ, quam minus æqvam & rationi contrariam reputamus, propinam hujusmodi plus qvam ſemel in caſu præmiſſo, à quoquam directe, vel indirecte præſumant exigere ſeu extorquere. Contrarium facientes, ad reſtitutiones ſic exactorum teneri volumus & efficaciter obligari nulla eis in hoc

hoc eorum, quibus reſtitutio facienda fuerit, remiſſione, liberalitate, ſeu gratia valitura.

50. Ultra antiquam conſuetudinem, non eſt augmentanda Propina à Vicariis, Altariſtis, ſeu Choriſociis.

Præterea ex Viſitatione antedicta intellexi-mus, quod Decanus & Capitulum Eccleſiæ noſtræ Majoris, ſuis propriis commodis inhiantes, nuper paucis annis elapſis, quandam ordinationem ſua authoritate fecerunt de facto, per quam, antiquam propinam à Vicariis, Altariſtis, & Choriſociis ipſius Eccleſiæ, cum de novo in ipſa Eccleſia recipiuntur, dari ſoliram, augmentari temere præſumpſerunt, in ipſorum Vicariorum, Altariſtarum, & Choriſociorum præjudicium non modicum & gravamen: Nos ordinationem hujusmodi, utpote illicitam, cum ſacris ſit inimica Canonibus, merito reprobantes, eam, quatenus de facto proceſſit, caſſamus, tollimus & irritamus, eisdem Decano & Capitulo ſub Excommunicationis pœna firmiter inhibentes, ne de cætero memoratam propinam novam, ab aliquo exigere, vel recipere, quocunque colore quæſito, præſumant, ſed antiqua propina contenti exiſtant. Alioqui tam exigentes & recipientes, quam etiam hujusmodi novam Propinam ſolventes, eo ipſo Excommunicationis ſententiam ſe noverint incurſuros. Præfatam autem inhibitionem & ejus pœnam, in quibuscunque etiam Collegiatis Eccleſiis noſtrarum Civitatis & Diœceſis earumqve perſonis ſimili morbo infectis locum habere volumus, & ad easdem extendi.

51. Panes qui dantur loco Diſtributionum quotidianarum non debent dari aliis, quam his, qui interſunt Divinis.

Item cum ea, quæ ad certum uſum largitione fidelium ſunt deſtinata, ad illum debeant, & non ad alium uſum converti, inhibemus ſub excommunicationis pœna, quam in omnes & ſingulos contrarium quomodolibet facientes, ſeu fieri procurantes, ferimus in his ſcriptis, ne qvotidianæ diſtributiones in Eccleſia noſtra Colonienſi inſumellis (qvæ panes cœnales communiter nuncupantur) conſiſtentes & Canonicis ac vicariis, ſeu Altariſtis & Choriſociis ipſius Eccleſiæ, divinis, officiis & defunctorum memoriis, dum in ipſa Eccleſia peraguntur, intereſſentibus, dari ac miniſtrari conſveverunt & debent, ad qvorum uſus diſtributiones hujusmodi (uti ex dicta Viſitatione cognovimus) ſpecialiter & duntaxat ſunt deputatæ, perſonis aliis (ſicut à nonnullis annis proxime præteritis citra eas in dictorum Canonicorum, Vicariorum, & Choriſociorum præjudicinm comperimus indebite miniſtratas) de cætero ullatenus miniſtrentur.

52. De ciſta Vicariorum.

Item quia propter freqventes mutationes Vicariorum & Altariſtarum in noſtra Cathedrali & aliis Eccleſiis Collegiatis noſtrarum civitatis & Diœceſis, complures literæ, ut ex præfata Viſitatione percepimus, ſuper fundationibus ac bonis & Juribus Vicariorum & Altarium dictarum Eccleſiarum confectæ, damnabiliter ſunt deperditæ & neglectæ: Nos earundem Vicariarum & Altarium indemnitatibus in futurum (qvantum poſſumus) præcavere volentes, Præcipimus & mandamus, ut intra ſex menſes, poſt publicationem præſentium continue ſeqventes, in qvalibet prædictarum Eccleſiarum, per Capitulum earundem, procuretur expenſis Rectorum Vicariarum & Altarium prædictorum, una bona & conveniens ciſta, qvæ duas habeat ſeras & duas claves diverſas, qvarum unam ſenior Canonicus Presbyter, juxta ſui introitus ordinem, & aliam pari modo ſenior Vicarius, ſeu Altariſta cujuslibet Eccleſiæ, reſidentes, fideliter cuſtodiant & conſervent. Et cum unum illorum abeſſe contigerit, alteri ſeniori poſt eum, clavem ſuam usqve ad ejus reditum cuſtodiendam committat. Ad qvam qvidem ciſtam qvilibet Vicarius, ſeu Altariſta unius cujusqve Eccleſiæ, univerſas literas ad ſuam Vicariam, ſeu Altare ſpectantes, ſimul in aliquo parvo ſcrinio incluſas reponere teneatur, copiis ipſarum literarum apud ſe retentis: ita, qvod qvandocunqve aliqvis hujusmodi Vicariorum, ſeu Altariſtarum, literis ſuis Originalibus in Judicio vel extra indiguerit, ad dictam ciſtam valeat habere recurſum. Quicunqve vero Vicarius, ſeu Altariſta, ſine cauſa legitima, contra præmiſſa & eorum aliquod ſe oppoſuerit, volumus illum tamdiu à perceptione fructuum ſuæ Vicariæ ſeu Altaris manere ſuſpenſum, donec ea, quatenus ipſum concernunt, effectualiter curaverit adimplere.

53. De abſentia quindecim dierum in anno, qvatuor Clericorum majoris Eccleſiæ Colonienſis.

Item licet bonæ memoriæ Adolphus, Eccleſiæ noſtræ Canonicus, dum vixit, dudum in ſuo teſtamento per eum rite condito, de conſenſu Decani pro tempore & Capituli ipſius Eccleſiæ, ad divini cultus augmentum inſtituit & ordinavit qvatuor Clericos, qvi horis nocturnis & diurnis Chorum dictæ Eccleſiæ freqventare, & divinis officiis inibi qvotidie temporibus debitis intereſſe deberent, qvibus ob hoc, idem Adolphus de bonis ſuis certos redditus de-

putavit, prout hæc & alia in dicto teſtamento, in libro privilegiorum ejusdem Eccleſiæ conſcripto dicuntur plenius contineri: tamen, ſicut Nobis ex præfata viſitatione innotuit, nonnulli ex dictis Clericis aliorum ſervitiis inſiſtentes, & qvidem eorum aliis implicati negociis à dicta Eccleſia ſe abſentant, & ad prædictum Chorum raro conveniunt, qvamvis cum integritate percipiant redditus antedictos, propter quæ Eccleſia ipſa debito miniſtrorum ſervitio & præfati Adolphi pia ordinatio indebite defraudatur: Nos volentes ſuper hoc paterna ſolicitudine providere firmiter inhibemus, ne aliquis dictorum Clericorum, deinceps cujuscunqve perſonæ Eccleſiaſticæ vel ſecularis obſequio, per quod à frequentatione dicti Chori poſſit aliqvatenus impediri, ſe deputet, vel adſtringat, nec à dicta Eccleſia ſine Expreſſo conſenſu Decani & Capituli ipſius Eccleſiæ, ex cauſa legitima, nec ultra 15. dies in anno ſe abſentet. Si qvis verò contrarium fecerit, per dictos Decanum & Capitulum ſuo privetur ſtipendio, & in ejus locum alter idoneus per eosdem Decanum & Capitulum intra menſem poſtea ſubſtituatur. Alioqvi dicto menſe elapſo, Nos ipſorum negligentiam ſupplere curabimus, ut tenemur.

54. Reparatio in temporalibus Eccleſiæ Colonienſis.

Item circa bona temporalia ad menſam Capituli Eccleſiæ noſtræ Colonienſis ſpectantia, ſine quibus ſpiritualia diu ſubſiſtere neqveunt, in quorum diſpoſitione gubernatio, & adminiſtratione, plurimos defectus, negligentias & abuſiones, Eodem Eccleſiæ & perſonis ipſius damnoſos & præjudiciales comperimus, ut ſequitur, duximus providendum.

55. Separatio inter Præpoſitum & Capitulum majoris Eccleſiæ Colonienſis.

Inprimis ſtatuimus & ordinamus ac volumus, qvod ſeparatio bonorum temporalium, dudum ſub anno Domini 1374. die octava menſis Januarii, Anni ejusdem, inter Theodoricum, de Marko, tunc Præpoſitum ex una, Decanum & Capitulum Eccleſiæ noſtræ Colonienſis ſupradictæ parte ex altera, per Nos & de conſenſu & authoritate noſtris facta & ordinata, nec non per Fel. Record. Dominum Gregorium Papam XI. approbata & confirmata, tam per Præpoſitum, qvam per Decanum & Capitulum pro tempore ejusdem Eccleſiæ, in omnibus & per omnia, juxta ſui tenorem & formam, perpetuo & inviolabiliter obſervetur: Volentes, prout idem Dominus Gregorius voluit, quod bona, Poſſeſſiones & Jura, de qvibus in ſeparatione ipſa mentio habetur, & jus percipiendi ea inter ſingulares Canonicos ipſius Eccleſiæ non dividantur, ſed perpetuo in communi remaneant, & ad uſus Præbendarum & ſuppletionem earundem per communem Officiarium, per prædictum Capitulum deputandum, gubernanda, & adminiſtranda: decernentes irritum & inane, qvemadmodum dictus Dominus Gregorius etiam decrevit, ſi ſecus à qvoqvā qvicqvam attentatum jam ſit, vel in poſterum attentetur. Qvod etiam ſub pœna Excommunicationis, quam in his ſcriptis ferimus in contrarium facientes diſtrictiſſime prohibemus.

56. Revocatio ſeparationis Bonorum Majoris Eccleſiæ Colonienſis.

Conſeqventer quia qvorundam Canonicorum Eccleſiæ noſtræ præfatæ Colonienſis, avaritiæ cœcitas animos occupavit & occupat, ut qvæ per vias directarum diviſionum bonorum præfatorum, jure & dicta ſeparatione prohibente, interdicta noverint, per vias commiſſionis & locationis & aliis exqviſitis modis & viis, fraudem Juri & dictæ ſeparationi committentes ſibi uſurpare temere præſumpſerunt & præſumunt: Unde ex verbis & mente dictæ ſeparationis pronunciamus & decernimus & præſentium tenore declaramus pronunciationes, commiſſiones, ſeu diviſiones qvorumcunqve bonorum prædictorum, aut qvocunqve alio nomine vocentur, qvandocunqve poſt datum dictæ ſeparationis factas, & maxime illas de anno Domini 1397. de menſe Septembri, die XVIII. ejusdem & alias poſtmodum ſub anno Domini 1398. de menſe Decembri ejusdem anni factas fuiſſe & eſſe de ipſo jure nullas, irritas & inanes, ac contra tenorem mentem & formam dictæ ſeparationis, ac Eccleſiam, contra Juris diſpoſitionem & utilitatem ipſius Eccleſiæ & Capituli ejusdem attentatas & præſumtas, aliasqve fuiſſe & eſſe nullius roboris, vel firmitatis, ipſas pronunciationes, commiſſiones, ſeu diviſiones, etiam qvibuscunqve nominibus cenſeantur, de facto, prout de facto tantum proceſſerunt, in omnibus ſuis punctis & clauſulis, & per omnia, quantum ad prædicta bona, revocamus. Monemus inſuper omnes & ſingulos Canonicos ejusdem Eccleſiæ, cujuscunqve ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, in dictis pronunciationibus nominatos & expreſſos, & ſingulariter qvemlibet eorundem conjunctim & diviſim, qvi occaſione dictarum pronunciationum, ſeu alterius eorundem, curtes, Bona, poſſeſſiones, Decimas, Redditus, ſeu Jura qvæcunqve, vel qvaliacunqve de & ex prædictis Bonis habent, tenent vel poſſident, ſub pœna

pœna Excommunicationis, quam ſerimus in his ſcriptis, quatenus hujusmodi bona, Poſſeſſiones, curtes, Decimas, domus, Redditus, ſeu Jura, prout ipſi & quilibet ipſorum tenent omnia & ſingula; intra quindecim dies poſt publicationem hujusmodi immediate ſequentes, quorum dierum quinque pro primo, quinque pro ſecundo & reliquos quinque pro tertio termino & monitione canonica aſſignamus, & cuilibet eorum conjunctim & diviſim, in manibus Capituli ejusdem Eccleſiæ, verbo & facto absque fraude libere dimittant, & extra manus ſuas ponant ulterius, occaſione vel cauſa dictarum pronunciationum ſe non intromittant de eisdem: nec fructus de cætero Redditus, vel Proventus recipiant, vel percipiant ex eisdem, ſed libere ipſa omnia & ſingula ad capitulum ſupradictum, cum ſuis pertinentiis, fructibus, Redditibus & Proventibus, & in communi habenda, ac per communem officiarium ipſius Eccleſiæ deputatum, vel deputandum, regenda & gubernanda reverti permittant, & quantum in eis eſt, reverti & redire faciant & ſine fraude & dolo procurent. Diſpoſitionem autem & declarationem de levatis & perceptis indebite per eosdem Canonicos hucusque de & ex Bonis antedictis, noſtræ reſervamus declarationi. Ipſosque Canonicos ad Nos remitti & venire volumus & præcipimus intra alios quindecim dies, ex tunc immediate ſequentes, ſuper hoc Noſtram voluntatem audituros, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, quam in ipſos & quemlibet ipſorum (ſi non fecerint) in his ſcriptis, dicta monitione Canonica præmiſſa, ferimus. Inhibemus etiam authoritate ſupradicta ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam in ſingulares perſonas, & ſuſpenſionis in Capitulum ferimus in ſcriptis & promulgamus, ſi forte contra inhibitionem noſtram hujusmodi quicquam fecerint, vel fecerit, attentaverint, ſeu attentaverit quovis modo, quovis etiam quæſito colore, quatenus de cætero à talibus vel conſimilibus diviſionibus, pronunciationibus, commiſſionibus, aut quovis alio nomine vocari poſſint; præfatorum, vel conſimilium Bonorum, Poſſeſſionum, curtium, decimarum, Redditum & Jurium, abſtineant. Sed ipſa omnia & ſingula in communi & ad communes uſus perpetuo per communem Officiarium gubernanda, regenda, & adminiſtranda remanere permittant. Diſpoſitionem & ordinationem bonorum immobilium ad quotidianas diſtributiones, ſeu præſentias in Eccleſia noſtra antedicta ſpectantium in jam dictis pronunciationibus inter nonnullos canonicos, diviſorum, ut in viſitatione noſtra hujusmodi comperimus, Nobis impoſterum faciendam reſervamus.

57. Eccleſia Colonienſis major, ultra annum non committat officia hic ſubſcripta.

Similiter ex eisdem & aliis rationabilibus cauſis nos moventibus, pronunciationes ſive commiſſiones Officiorum quatuor villarum, ſeu locorum, videlicet in Erpel, in Woringen, in Gluvuel, & in Risheim, ad Eccleſiam & capitulum noſtrum Colonienſe ſpectantium & pertinentium, quibuscunque & per quascunque perſonas, ſive in perpetuum, ſive ad vitam, ſive ad tempus longum vel breve, ultra unum annum factæ fuerint, præſentium tenore, tanquam nullas & invalidas de jure & contra tenorem & mentem ſeparationis antedictæ præſumptas & attentatas, quatenus de facto proceſſerint, caſſamus, irritamus, & pœnitus revocamus: Mandantes omnibus & ſingulis & cuilibet ipſorum ſingulariter qui de dictis officiis, vel aliquo eorundem hactenus ſe intromiſerint, & de præſenti intromittunt, quos etiam tenore præſentium monemus & diſtricte requirimus quatenus intra quindecim dies poſt publicationem præſentium immediate ſequentes, dicta officia & quodlibet ipſorum, ipſasque villas libere & expedite dimittant, & ſe de cœtero occaſione dictarum pronunciationum ſeu commiſſionum, nullatenus intromittant, permittentes ipſa & quodlibet eorundem, ad ordinationem & diſpoſitionem ipſius Capituli libere reverti. Alioqui ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes & quemlibet ipſorum, dicta monitione, quindecim dierum præfixione pro canonica monitione præmiſſa, in ſcriptis his excommunicamus, & excommunicatos publice præcipimus evitari. Præterea ſtatuimus & ordinamus, quod dicta officia villarum, de cætero ſingulis annis & ad unum annum tantum & duntaxat, ſicut cœtera Officia annalia ipſius Eccleſiæ, perſonis fidedignis & idoneis uni vel pluribus, ſive ſint perſonæ hujusmodi de gremio Eccleſiæ, ſive extranei per Capitulum committantur, ita quod omnis utilitas & emolumentum, obventio, ſeu proventus ex ipſis officiis provenientia, competenti ſalario officiariorum ſalvo, in uſus cedant capituli antedicti, qui officiarii pro tempore teneantur, ſicut cœteri officia annalia habentes, de hujusmodi proventibus & obventionib9 ſingulis annis debitum facere computum & rationem: decernentes irritum & inane, ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum. Et nihilominus in contrarium facientes, tam committentes, quam recipientes, præſentis conſtitutionis authoritate ab officio & beneficio & ab ingreſſu Eccleſiæ ſint ſuſpenſi: quam ſuſpenſionem, ſi per quindecim dies continuos, quos pro canonica moni-

tione eisdem & eorum cuilibet aſſignamus, ſuſtinuerint, ex tunc prout ex nunc, ſententia Excommunicationis, authoritate prædicta, ſint & quilibet eorum ſit innodatus, quousque officia hujusmodi libere dimittant: quos etiam ex tunc tanquam excommunicatos mandamus publice evitari.

58. Alienationes, ſeu locationes rerum Eccleſiaſticarum, qua forma ſervanda faciendæ.

Præterea ſtatuimus, volumus & tenore præſentium ordinamus, quod quando deinceps ob neceſſitatem, utilitatem, commoditatem, ſeu aliam rationabilem & legitimam cauſam Eccleſiæ & Capituli prædictorum, poſſeſſionum, obedientiarum, curtium Decimarum, grangiarum, domorum Bonorum, Reddituum, ſeu jurium, vel rerum quarumcunque immobilium, unius, ſeu plurium (quocunque nomine cenſeantur) & ad ipſam Eccleſiam nunc vel in antea & in futurum ſpectantium & pertinentium, venditio, locatio, conductio ad firmam, vel Emphytevſin, datio vel commiſſio in perpetuum, vel ad certum tempus pro annua penſione conceſſio, vel alias alienatio imminet facienda, hujusmodi venditio, conceſſio, commiſſio, datio, vel locatio, ſeu alienatio, quocunque nomine cenſeri poſſit, ultra formam Juris, & alias de conſvetudine ſervari debitam & conſvetam minime fiat & peragatur, antequam de conſenſu omnium Capitularium totiusque vel Majoris partis Capituli ejusdem, matura deliberatione & tractatibus, & termini certi præfixione, ac debita licitatione præmiſſis ac alias legitimis. Et detur ſeu concedatur ipſa res ſic alienanda, vel committenda, plus de penſione ſeu precio cum ſufficienti cautione offerenti, ſive hujusmodi offerens de gremio ipſius Capituli ſit, vel aliunde ſuperveniens. Eo tamen ſalvo, quod cæteris paribus, videlicet in oblatione precii ſeu penſionis, Capitularis non Capitulari, & ſenior Capitularis in Præbenda, juniori præferatur: & alias vel alio modo contractus hujusmodi, quocunque nomine cenſeatur, factus ſeu celebratus, ſit ipſo Jure nullus & invalidus, conſvetudine, vel obſervantia contraria quacunque non obſtante: & ultra hoc, citra, vel contra præfatos modum & formam, aliter ſeu alio modo alienationes concedentes, ſeu committentes, ac etiam recipientes, ipſo facto ſententiæ Excommunicationis ſubjaceant, quam in his ſcriptis in eosdem, & quemlibet eorum ferimus & promulgamus.

59. Penſionem, ſive cenſum Eccleſiæ debitum non ſolvens, quomodo ad ſolutionem cogendus.

Item, quia in dicta Viſitatione manifeſte comperimus, nonnullos ex Canonicis Eccleſiæ noſtræ antedictæ, in ratione Bonorum, poſſeſſionum, curtium, Decimarum, domorum & obedientiarum, quas ſub annuis penſionibus inde ſolvendis, à dicto Capitulo ad firmam, ſeu quovis titulo receperunt, & per retroacta tempora non modica tenuerunt, & de præſenti tenent, in ſolutione penſionum ſuarum hactenus nimium fuerant ac de Præſenti exiſtunt remiſſi & negligentes pœnas non leves, ſed utique valde formidabiles, in quodam ſtatuto Capitulari, ſuper ſolutionib9 hujusmodi penſionum dudum edito, compræhenſas parvi pendentes, propter quæ ſine dubio, prout quotidiana teſtatur experientia, Eccleſia noſtra Colonienſis ſupradicta in divino cultu, quo cæteris Civitatis & Diœceſis noſtrarum Eccleſiis, tanquam caput præfulgere merito deberet & conſvevit, deteſtabiliter eſt diminuta, & miſerabiliter deſtituta: & in bonis temporalibus etiam ea propter intolerabilibus damnis & diſpendiis afflicta, & ut veriſimiliter timendum eſt, in futurum, niſi celerius provideatur, paſſura eſt graviora: quibus quidem ſalubriter occurrere intendentes, præfatum ſtatutum Capitulare dudum, videlicet ſub anno Domini 1333. feria quarta poſt dominicam, qua cantatur in Eccleſia Dei pro officio Miſſæ, Oculi mei &c. per capitulum Colonienſe authoritate, voluntate & conſenſu bonæ memoriæ Domini Henrici Archiepiſcopi Colonienſis prædeceſſoris noſtri ſuper præfatis ſolutionib9 penſionum, reddituum & affictuum, Capitulo antedicto ratione poſſeſſionum, Curtium, decimarum, jurium & aliorum Bonorum tunc debitorum, & in futurum debendorum, provide & matura deliberatione prævia factum & ordinatum, ac etiam per ſingulares Canonicos ejusdem Eccleſiæ, Capitulariter juramentis per eos corporaliter præſtitis firmatum, in omnibus ſuis punctis & clauſulis & per omnia, præſentibus innovamus: Mandantes & præcipientes eisdem Canonicis & perſonis, in & ſub dicto ſtatuto comprehenſis, quod ipſi tam præſentes quam futuri cujuscunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſtant, penſiones ab eis debitas, in terminis in dicto ſtatuto expreſſis, ſine dilatione qualibet ſolvant Capitulo ante dicto & plenarie curent ſatisfacere de eisdem, juxta modos & formas in ſtatuto ipſo plenius traditas & expreſſas. Alioqui contrarium facientes, vel in hoc negligentes ultra pœnas in ſtatuto ipſo poſitas ab officio & Beneficio & ab ingreſſu Eccleſiæ ſint ſuſpenſi, quos & eorum quemlibet præſentis Conſtitutionis noſtræ tenore ſuſpendimus, & ſic ſuſpenſi tamdiu maneant, quousque, realiter ſolvendo, de penſione hujusmodi debitè extiterit ſatisfactum.

60. Officiarii Eccleſiaſtici in exigendis Eccleſiæ debitis, aut monendis debitoribus negligentes, quomodo caſtigandi.

Præterea Officiarii quicunque dictæ Eccleſiæ noſtræ pro tempore, quibus, juxta tenorem dicti ſtatuti, incumbit nomina negligentium in ſolutionibus penſionum talium, in Capitulo in ſcriptis præſentare & præſentari facere, dolo, fraude, prece, amore & dilatione quibuscunque ſeclusis, ſtudeant & curent cum effectu, terminis & temporibus ſibi in ipſo ſtatuto præfixis & limitatis. Alioqui Officiarii ipſi videlicet quilibet, quantum ipſum contingit, in hoc negligentes vel remiſſi, videlicet qui nomina non ſolventium in ſcriptis (ut dictum eſt) non curaverint præſentare, ſint & quilibet eorum ſit præſentis Conſtitutionis noſtræ authoritate conſimiliter ab officio & Beneficio & ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſi, quousque præſentationem ſup a dictam in ſcriptis & in Capitulo duxerint faciendam. Quam ſuſpenſionem ſupradicti Canonici Eccleſiæ noſtræ in ſolutione penſionum negligentes, ut dictum eſt, aut ipſi officiarii, aut aliquis eorundem, ſi ſuſtinuerint per quindecim dies continuos animo indurato, quos quindecim dies tam dictis Canonicis, quã officiariis quibuslibet ſupradictis & cuilibet eorundem pro Canonica monitione præmiſſa aſſignamus, ex tunc ſententiam Excommunicationis, quam ferimus etiam in his ſcriptis, ipſo facto incurrant: quod ex tunc, prout ex nunc, tanquam publice excommunicatos, diſtricte præcipimus evitari: Inhibentes etiam ſub pœna ſuſpenſionis conſimili Præſentiariis in ipſa Eccleſia pro tempore & aliis Officiariis, ſeu adminiſtratoribus Præbendarum, ſeu portionum quarumcunque, quatenus hujusmodi ſuſpenſione ſeu Excommunicatione durante, ſic ſuſpenſo, ſeu ſuſpenſis, pro tempore ſuſpenſionis hujusmodi nihil penitus & omnino diſtribuant, vel adminiſtrent.

61. Meringarum ſolutio, quam ſtricte ſemper facienda.

Præterea ſtatuimus & ordinamus, quod Canonici hujusmodi, ſeu alii quicunque, quibus ratione Bonorum, Poſſeſſionum, Decimarum, curtium, ſeu Jurium, vel quacunque de cauſa incumbit vel in futurum incumbet, Meringas in pane, vel in vino, ſeu pecuniis, ſeu aliis rebus quibuslibet, dare, vel diſtribuere, ſeu adminiſtrare, quod illas Meringas ſine dilatione, remiſſione, negligentia quacunque, ſeu intermiſſione ſingulis temporibus ſolvant, diſtribuant & adminiſtrent, prout conſuetum eſt ab antiquo & ordinatum, excuſatione qualibet, ſuper diſtributione hujusmodi non facienda, ſemota. Et ſi forte prætenderetur, vel diceretur, quod redditus, fructus, ſeu proventus, jam tunc, videlicet ſolutionis ſeu diſtributionis tempore percepti vel percipiendi, ad hujusmodi integralem diſtributionem non ſufficerent, quo caſu volumus & ordinamus, quod hi, qui his, cui, vel quibus diſtributio hujusmodi incumbit facienda, in proximo die Capitulari, poſtquam propter hujusmodi defectum ipſas Meringas cum integritate ſupradicta adminiſtrare ceſſaverit, in Capitulo ipſo, quod ad hoc ſpecialiter fieri procurabit, plenam relationem inibi faciet de defectu ſupradicto, & de diligentia ſua, contra non ſolventes fructus, ſeu redditus, ad hujusmodi Meringarum adminiſtrationem ſpectantes, per ipſum ſufficienter facta doceat: alias de ſuo proprio tantundem iu uſus ſupradictos (à Capitulo tempore rationis ſeu computationis per ipſum faciendæ, vice verſa recepturus) mutuet & accommodet, quod diſtributio prædicta integre & ſine diminutione (ut ſupradictum eſt) fiat. Alioqui in præmiſſis, aut præmiſſorum aliquo negligens vel remiſſus, ultra pœnas in ſtatuto Capitulari ſupra proxime dicto expreſſas, ab officio & beneficio & ab ingreſſu Eccleſiæ ſit præſentis Conſtitutionis vigore ſuſpenſus quousque defectus hujusmodi integraliter & plenarie ſuppleat & reſtauret: qua ſuſpenſione durante, nihil penitus de fructibus Præbendæ ſeu quotidianis diſtributionibus ei adminiſtretur, ſub pœna ſuſpenſionis conſimilis, quam in adminiſtratores, Præbendarum & Præſentiarios, qui contra fecerint, ferimus in his ſcriptis.

62 Officiorum quorumcunque cauſa rationem Eccleſiæ facere debentes, qua pœna ad computum præſtandum urgendi.

Præterea in virtute S. Obedientiæ & ſub Excommunicationis pœna diſtricte præcipientes mandamus omnibus & ſingulis Canonicis, cæterisq; Beneficiatis in noſtra Majori & aliis Collegiatis noſtrarum Civitatis & Diœceſis Eccleſiis, & eorum cuilibet, cujuscunque ſtatus, dignitatis, ſeu conditionis exiſtant, qui in ratione & computatione faciendis, ratione officiorum ſibi hactenus à Capitulo ſuo commiſſorum, ac qui in penſionum & Afflictuum, ſeu Reddituum, ſeu pecuniarum ſummis, dicto capitulo, ſive ratione poſſeſſionum, Curtium, decimarum, domorum, obedientiarum, Meringarum, Bonorum Reddituum, Jurium, ſive officiorum, aut alias quacunq; juſta cauſa debitorum, ſeu debitarum ſolutione, hactenus fuerint, & adhuc exiſtunt negligentes & remiſſi in toto vel in parte,

quatenus intra quinquaginta dies continuos à die publicationis præſentium numerandos, hujusmodi computum & rationem faciant, & reliqua capitulo ipſi reſtituant, ac de hujusmodi penſionibus, Affictibus & pecuniarum ſummis, dicto noſtro Capitulo plenarie ſatisfaciant cum effectu: Alioqvi dictis qvinqvaginta diebus elapſis (qvos pro monitione canonica & competenti termino ipſis & eorum cuilibet aſſignamus) eos etiam in his ſcriptis excommunicamus & tanquam excommunicatos publice, tenore præſentium, denunciamus ab omnibus arctius evitandos.

Item ſtatuimus & ordinamus, qvod Canonici, officiarii qvicunq; officialia annalia, ſeu perpetua, in Eccleſia vel extra, ad ipſam Eccleſiam tamen ſpectantia, actu, vel in futurum habentes, ratione qvorum ad computum & ad rationem ſunt vel fuerunt adſtricti faciendum, Capitulo ſæpe dicto illum computum ſeu rationem ipſi facere teneantur, & faciant, & qvilibet eorum in fine officii ſui, vel intra qvindecim dies proxime tunc ſeqventes: perpetua vero habentes, ſingulis annis ante feſtum beati Petri ad vincula, in Capitulo memorato, & ipſo in hoc ſpecialiter & legitime indicto: alioqvi Canonicꝰ in hoc negligens, vel remiſſus, ad officium habendum pro ſeqventi anno penitus ſit inhabilis & omnino incapax & ad aliqvod officium intra dictum annum aſſumi, & id ei committi diſtricte prohibemus. Et ultra hoc ipſe idem inhabilis & incapax remaneat, qvousqve negligentiam ſuam purgaverit cum effectu, computum debite faciendo. Et nihilominus pro illo anno, qvo ſic negligens fuerit, ſalario ſibi, ratione officii ſui, hujusmodi competenti careat omnino, & ſolvi ei prohibemus: quod Salarium, ſi jam ante computum hujusmodi faciendum fortè percepit, reſtituere teneatur, & reſtituat intra menſem Capitulo antedicto. Alioqvi non computantes, committentes, tenentes & recipientes, & non reſtituentes, ut præmiſſum eſt, conjunctim vel diviſim, ab officio & beneficio, & ingreſſu Eccleſiæ, præſentis conſtitutionis Noſtræ authoritate ſint ſuſpenſi.

63. Præſentiæ in defunctorum memoriis obvenientes, præſentibus tantum dandæ.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod ea, quæ pro memoriis defunctorum inter præſentes Canonicos, Vicarios, & Choriſocios diſtribuenda, certis diebus & horis, à viginti annis citra, ſunt ſpecialiter deputata, ſive in pecunia numerata, ſive in aliis ſpeciebus quibuscunq; conſiſtant, integraliter ſine qualibet diminutione eisdem diebus & horis dentur & diſtribuantur tantum præſentibus ſupradictis.

64. Vota, ſeu ſuffragia in Capitulis quo ſcrutanda & audienda.

Item ſtatuimus, qvod de cæterò in Tractatibus capitularibus & negociis per capitulum expediendis, negocio propoſito, tractatu ſecuto, omnibus & ſingulis canonicis præſentibus & reſidentibus, Capitulum legitime ad hoc indicatur: omnia ſingulorum Canonicorum capitularium per decanum, vel alium, ad quem de conſvetudine votorum ſpectat ſcrutinium, vota diligenter ſcrutentur: & qvilibet cum modeſtia audiatur: & ſingulorum votis auditis, ſuper negocio expediendo concludatur, & prævaleat, qvod majori & ſaniori parti Capituli viſum fuerit & placuerit, conſvetudinibus & obſervantiis qvibuscunqve contrariis, qvæ dicendæ ſunt corruptelæ, non obſtantibus: exceptis gratioſis, videlicet ubi agitur de gratia alicui, ſeu aliqvibus facienda, in qvibus contradictio rationabilis unius Canonici Capitularis præſentis, poſſit illud impedire. Alioqvi actus ipſe capitularis, ipſo Jure ſit invalidus, nullius valoris vel momenti.

65. Officia ſingula ſingulis perſonis, non uni plura committenda.

Item cum ſingula officia ſingulis perſonis ſint committenda, prout ſacrorum canonum tenet authoritas, ſtatuimus, volumus & ordinamus, qvod ſingula officia annalia Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, conſveta Canonicis ipſius Eccleſiæ committi, ſingulis perſonis, non uni plura, committantur. Etſi ſecus fiat, ipſo Jure commiſſio non valeat, & tam committentes, qvam recipientes officia talia plura, ab ingreſſu Eccleſiæ & ab officio & beneficio ſint ſuſpenſi quousque ipſa officia dimittant libere & reſignent. Et nihilominus ſic plura recipiens, pro illo anno ad officia dictæ Eccleſiæ ſit inhabilis, & ei officium committi, diſtricte prohibemus.

66. Officia annalia qvomodo committenda.

Item circa officia hujusmodi annalia à Capitulo ſæpedicto ſingulis annis committenda, volumus ſtatuimus & ordinamus, modum & formam infra ſcriptos obſervari, ſic videlicet, qvod ſingulis annis die ad hujusmodi officia committendum præfixa, de & ex gremio totius Capituli & omnium Canonicorum Capitularium, tunc in ipſo loco Capitulari comparentium, eligantur tres Canonici Capitulares ipſiꝰ Eccleſiæ, qvi tres ſic electi, & tũc ſtatim in Capitulo publicati intra menſem proxime tunc ſeqventem, diſtribuere & committere habeant & poſſint officia annalia ſupradicta ſingula ſingulis ex canonicis, non uni plura, ut ſupra ſcriptum eſt, ſecundum Deum & Juſtitiam, prout ipſis pro utilitate Eccle-

Eccleſiæ & Capituli viſum fuerit expedire: ſemotis & concluſis omni dolo & fraude, gratia, odio, invidia, vel favore. Et hæc præmiſſa dicti & ſic electi, poſt publicationem eorundem, ſtatim in præſentia Capituli, tactis ſacroſanctis, jurent ad ſancta Dei Evangelia, ſe juxta poſſe & noſſe facturos. Etſi forte dicti tres omnes in hujusmodi diſtributionibus & commiſſionibus faciendis concordare non poſſent ex tunc prævaleat & ſubſiſtat ac prævalere & ſubſiſtere cenſemus, quod à duobus eorundem tantum ordinatum fuerit in & circa commiſſiones officiorum hujusmodi & firmatum, tertii contradictione aut diſceſſu non obſtante. Alias, vel alio modo & forma diſtributiones & commiſſiones officiorum hujusmodi fieri, ſub pœna excommunicationis, quam in his ſcriptis ferimus in contrarium facientes, tam committentes quam recipientes, diſtrictiſſime prohibemus. Et nihilominus commiſſiones & diſtributiones aliter factæ, ipſo jure non valeant, contraria conſvetudine & obſervantia, quibus in hac parte tanquam irrationabilibus & corruptelis derogandum duximus, non obſtantibus quibuscunque. &c.

67. De Cellarariis Eccleſiæ majoris Colonienſis.

Præterea ordinationem quandam Capituli Eccleſiæ noſtræ de Cellarariis ipſius Eccleſiæ & eorum ſalarariis, dudum factam, tanquam juſtam, æquam & rationabilem, approbamus, confirmamus & ratificamus ipſamque denuo authoritate noſtra præſentium tenore ſtatuimus & innovamus, volentes, mandantes & præcipientes eam tam inviolabiliter obſervari ſub pœna Excommunicationis quamquam in contrafacientes, & eam non ſervantes, quovis modo ferimus in his ſcriptis, quibusque hujusmodi officium committi prohibemus ſub ſimili Excommunicationis pœna, quam etiam in committentes ferimus in his ſcriptis, donec hujusmodi recepta & detenta injuſtè, plenarie reſtituant.

68. De ſubcellarario Cellarariis à Capitulo ſubſtituendo.

Statuimus, pronunciamus & ordinamus, quod quicunque Cellararii Eccleſiæ Colonienſis, deinceps per Nos, aut noſtrum Capitulum admiſſi, vel admittendi, cum infra ſcriptis punctis & conditionibus ſtabunt contenti, & contra ipſa puncta non venient aliquo ingenio vel colore. Sicque Capitulum ipſum deinceps in perpetuo eliget & eligere debebit unum ſubcellararium idoneum, qui ſubcellararij diſtribuet Dominicis corpus Præbendæ: nec non Cellararius pro tempore ſalarium eorum pro rata: nec etiam dicti Cellararii ſic admiſſi, vel admittendi ſe de fructibus, aut redditibus aliquibus ipſius Cellariæ intromittent, aut ipſum noſtrum ſubcellararium, pro tempore per Capitulum ſic aſſumptum, in recipiendo, aut exponendo dictæ Cellariæ redditus, aut in quibuscunque aliis ad eam pertinentibus, impedient quovis modo. Data, acta, & ordinata ſunt hæc in loco Capitulari ad hoc (ut moris eſt) præfixo & perſonum campanæ noſtræ capitularis, capitulariter celebrata. Anno Domini MCCCLXXVI. ipſo die beati Barnabæ Apoſtoli.

69. Continuatio poſt literas Separationis.

Illos verò, qui, poſt dictam ordinationem Capitularem, plus de ſalario hujusmodi hactenus receperint, ad Nos remitti & venire volumus & præcipimus intra quindecim dies poſt publicationem præſentium immediate ſequentes, ſub pœna ſuſpenſionis officii ſui noſtram ſuper hoc voluntatem audituros.

70. De domibus Canonicalibus vendendis.

Præterea capitulo noſtro ſupradicto & ſingularibus perſonis ejusdem, ſub ſuſpenſionis & interdicti pœnis diſtricte inhibemus, ne vendant, committant, vel locent, vel alio quovis quæſito colore aſſignent uni Canonico, vel alteri cuiquam in Eccleſia Colonienſi Beneficiato, plures domos canonicales, pro uſibus ſuis & ſuorum: & domum pro tempore habens capitularem, ſive hæreditariam, à dicta Eccleſia tamen dependentem, ſi aliam habere procuraverit vel aſſecutus fuerit, ex ſucceſſione hæreditaria, ex conceſſione, venditione vel aſſignatione Capitulari, vel alias quomodolibet, ille domum ſuam priorem, ſi hæreditaria foret, intra annum continuum, à die acquiſitionis ſecundæ computandum, in Capitulo Canonico Eccleſiæ ejusdem vendere, vel alias Jus ſuum, quod ipſe habet, dimittere libere teneatur, dummodo emptorem pro competenti precio habuerit. In quo precio ſi concordare nequiverint, illud Capitulum, vel major pars ejus, ſuper ſuis conſcientiis taxabunt: ad quam taxationem intra quindecim dies tunc immediate ſequentes, idem Capitulum vel major pars, ſub pœna ſuſpenſionis, quam in his ſcriptis ferimus, faciendam teneantur: quod ſi non, ipſo facto poſt dictum annum & quindecim dies pœnam ſuſpenſionis ab officio & Beneficio, quam in his ſcriptis in ſic contra facientes promulgamus, inevitabiliter incurrant.

71. Ne Laici habitent in domibus Canonicalibus vel Beneficiatorum.

Præterea ſub pœna Excommunicationis, quam etiam in his ſcriptis ferimus in quemlibet contrarium facientem, diſtricte prohibemus, ne

de

de cœtero quisquam domos capitulares ſive hæreditarias, ab aliqua Eccleſiarum dependentes, quas Canonici, ſeu beneficiati ipſius Eccleſiæ inhabitare conſveverunt, Laicalibus, ſeu extraneis Perſonis quibuslibet concedere, dare, vel locare, committere, ſeu vendere ad inhabitandum, aut in eis nuptias, aut choreas publicas, vel alia ſecularia negocia exercendum, vel alios quoslibet uſus, præſumant. Etſi forte actu aliquæ domorum hujusmodi, locatæ, commiſſæ, vel conceſſæ ſint, locationes, commiſſiones & conceſſiones hujusmodi illi, ad quos pertinent hujusmodi domus, intra duos menſes poſt publicationem præſentium immediate ſequentes, quos ipſis & eorum cuilibet pro monitione Canonica aſſignamus, ſtudeant ſub pœna Excommunicationis antedicta cum effectu revocare. Quas etiam & Nos noſtro ex officio præſentium authoritate revocamus. Item volumus & ordinamus, & diſtricte præcipiendo in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub Excommunicationis pœna (quam in his ſcriptis in quemlibet contravenientem ferimus) mandamus, quod ſtatutum & ordinatio olim per felicis recordationis Henricum, Archiepiſcopum Colonienſem, Prædeceſſorem noſtrum, ac Decanum & Capitulum Eccleſiæ Colonienſis ſub anno Domini 1313. in vigilia beati Laurentii, de & ſuper cuſtodia & conſervatione clavium majoris ſigilli Capituli Eccleſiæ noſtræ ejusdem facta & edita, quæ etiam tenore præſentium Nos innovamus in omnibus ſuis punctis & clauſulis, prout edita & facta exiſtunt per Decanum & Capitulum noſtrum antedictum, obſerventur. Actum & pronunciatum anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, die 16. Menſis Decembris, quæ fuit feria V.

72. Quomodo Clerici Beneficiati Horis Canonicis & Tractatibus Capitularibus interesse debeant.

Fridericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius & Apoſtolicæ ſedis Legatus, univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Decanis & Capitulis, Parochialium Eccleſiarum, Capellarum & Altarium Rectoribus per Civitatem & Diœceſin Colonienſem conſtitutis, ſalutem in Domino. Crebro veridicorum relatione & oculata fide cognovimus, quod quanquam ſtatuta bonæ memoriæ Dominorum Sifridi, Henrici, Walrami & Wilhelmi, Prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcoporum, pro vita, honeſtate, ſtatu & honore Clericorum & Eccleſiaſticarum Perſonarum provide facta & ordinata, innovaverimus, ac ſub certis ac gravibus pœnis & ſententiis firmiter obſervari mandaverimus, prout in literis noſtris deſuper confectis plenius continetur: dolentes tamen & amaricati referimus, quod nonnulli Eccleſiarum & Monaſteriorum Prælati dictarum Civitatis & Diœceſis, ad quos Clericorum & Beneficiatorum ſibi ſubjectorum correctio ſpectat & diſciplina, in Reformatione ſtatus Eccleſiaſtici, Canonicorum & Beneficiatorum correctionibus & diſciplinis, ſunt quamplurimum deſides & negligentes, ita quod per eorum deſidiam & negligentiam, cultus divinus deperit & diminuitur: Beneficium, quod datur propter officium, ſervitio debito deſraudatur: atque ubi quadraginta vel circiter Beneficiati ſunt reſidentes, vix quinque aut ſex, ad Matutinas, & ad alias horas veniunt decantandas. Cœteri vero circa comeſſationes, ebrietates, ſuperfluas (ſuperfluitates) & nocturnas atque illicitas vagationes, ut de aliis taceamus, noctem vertentes in diem, ferè totum noctis tempus expendunt: reliquum ſomno relinquentes non ad concentum avium, ſed vix hora Tertiarum excitantur. Et cum campanas Præſentiarum, aut diſtributionum pulſari audiunt, non quæ Dei ſunt, ſed propria ſua quærentes & ad Eccleſias, tanquam acephali currentes, receptis, licet omnino non deſervitis, Præſentiis ſeu quotidianis diſtributionibus, ſtatim abinde diſcurrunt, & divinis intereſſe contemnunt: & quod deterius eſt, ſunt & nonnulli, qui nec horas Canonicas, nec de Domina noſtra legunt. In aliquibus etiam Eccleſiis, proh dolor! hic modus inolevit, ut decantatis Tertiis, Reſponſorio & Verſu in Vigiliis, ſtatim Decanus & Canonici de Choro recedentes ad domos Capitulares, pro ſuis & Eccleſiarum ſuarum Tractatibus, factis capitularibus collocutionibus, collationibus, factis & negociis expediendis, progredientes recedunt, vix tribus aut quatuor Vicariis in Choro pro Vigiliis complendis, Miſſa defunctorum & commendatione peragendis, relictis. Et in hujusmodi tractatibus & factis capitularibus Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum ſuorum peragendis, nedum publicis, verum etiam Diſciplinaribus & occultis, adeò ſunt incompoſiti, tumultuoſi & violenti, quod voluntatem ſuam & libitum rationi aliorum præferre conantes, commodum ſuum proprium & ſuorum extorquere nituntur per importunos clamores & diſturbia ac interruptiones vocum aſſidentium aliorum. Et quod deterius eſt, per opprobria, inſultationes & contumelias, minas, inſidias, perſecutiones & invaſiones, ac alias injurias & violentias enormes,

mes, tam in locis Capitularibus, Eccleſiis & immunitatibus, quam extra, perpetrant & perperam committunt, quod ex his Eccleſiæ ipſæ & Monaſteria, diſciplina Eccleſiaſtica, ſtatus, honor, & bona ſeu prædia Eccleſiarum & Monaſteriorum, miſere & damnabiliter pereunt & negliguntur: Canonici & perſonæ Capitulares, rationabilia & juſta proponentes opprimuntur, vocibusque ſuis capitularibus & libertate loquendi ſibi debita ſpoliantur, in omnipotentis Dei offenſam, divini cultus diminutionem, Eccleſiarum & Monaſteriorum deſolationem & exinanitionem fraternæ pacis & concordiæ diſpendium, Laicorum ridiculum, ſcandalum populorum, perſonarum Eccleſiaſticarum confuſionem, detrimentumque non modicum & gravamen. In quibusdam etiam Eccleſiis, ubi duodecim aut 16. Miſſæ, aut plures ſeu pauciores celebrari deberent, heu vix duæ aut una celebrantur. Laici quoque beneficia, ſeu præbendas non eo modo, quo inſtituta aut inſtitutæ exiſtunt, deſerviunt. Sunt denique & nonnulli Clerici ſeculares & religioſi ac in ſacris ordinibus conſtituti in Civitate & Diœceſi Colonienſi Beneficiati, ſtatuta ſupradicta minime curantes, immo potius contemnendo vilipendentes, qui veſtes virides & rubeas, calceos roſtratos, cincturas deſuper tabbardos cum cultellis truſoriis in publico & intra ſepta Eccleſiarum & Monaſteriorum, ac in ipſis Eccleſiis, Monaſteriis, & Choris, dum divina celebrantur, deferunt, & ſine tonſura cum capillis decurtatis, vel ſaltem absque debita tonſura incedunt: & cum tali viatico habitu choreas & publica ſpectacula viſitant, ac viſitare & frequentare non formidant, omnem per hoc ordinem, ſtatum & honeſtatem clericales denigrando confundentes, propter quæ divinus Cultus diminuitur, odia provocantur, diſſenſiones pullulant, Chriſti fidelium devotio deperit, & quamplurima animarum pericula generantur, & proh dolor, delinquentium hujusmodi tantum invaluit temeritas & audacia, quod jam inter Clericum taliter incedentem & Laicum, differentia haberi vix poterit, ſeu diſcerni. Unde Nos talia deteſtabilia atque nefaria deinceps ſuſtinere, ſeu diutius diſſimulare non valentes, Vos omnes & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet præſentibus, qui fueritis requiſiti, ſeu fuerit requiſitus: ita tamen, quod unus veſtrum, alium non expectet, nec alter veſtrum pro altera ſe excuſet, requirimus & monemus, vobisque in virtute ſanctæ Obedientiæ & ſub pœna Excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis, trium tamen dierum monitione Canonica præmiſſa, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus accedentes, quo propter hoc fuerit accedendum, & accedere fueritis requiſiti: moneatis omnes & ſingulos Eccleſiarum quarumcunque & Monaſteriorum civitatis & Diœceſis prædictarum Prælatos, ad quos correctio & Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum Status & Reformatio dinoſcuntur pertinere, quos & Nos tenore præſentium requirimus & monemus, eisque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ipſi ſolum Deum præ oculis habentes, ſubditos ſuos in his quæ ad diſciplinam, divinum cultum, vitam canonicam & honeſtatem ſpectant, taliter corrigant, reforment & emendent, ut divinus cultus augeatur, fructus beneficiorum debite deſerviantur, horæque canonicæ tam nocturnæ, quam diurnæ, tractim, diſtincte, & devote decantentur: Miſſæ, juxta exigentiam Beneficiorum, celebrentur, ac alia debita & onera per Laicos etiam adimplenda, rite peragantur. Alioqui contra ipſos & ipſorum quemlibet procedemus, & negligentes in præmiſſis, juxta modum Exceſſuum canonice puniemus, prout Nobis videbitur, juſtitia mediante. Inſuper ſub pœna Excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis, ſex tamen dierum canonica monitione præmiſſa, diſtricte præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis Præpoſitis, Decanis, Canonicis & capitulis civitatis & Diœceſis Colonienſis, quod decœtero in antea nullatenus accedant, aut vadant ad quoscunque tractatus, collationes, aut collocutiones pro quibuscunque etiam factis & negociis, niſi Vigiliis, Miſſa defunctorum, & commendatione penitus peractis & completis: & quod nemini quotidianas diſtributiones, ſive præſentias faciant dari, aut diſtribui, neque dent, vel diſtribuant, niſi illi, vel illis, qui in chore fuerint, quando tertium Reſponſorium & tertius Verſus in Vigiliis, Evangelium in Miſſa defunctorum & Pſalmus: Memento Domine David, in commendatione decantantur, aut leguntur: & qui in altero iſtorum trium non fuerit, careat portione & parte diſtributionum, aut præſentiarum, ipſum illa vice contingente. Et quod hoc jurare faciant camerarios, aut præſentiarum diſtributores, durantibus ſuis officiis inviolabiliter obſervaturos. Inhibemus etiam diſtrictius præcipiendo omnibus & ſingulis canonicis & cuilibet eorum, ſub pœna Excommunicationis ſupradicta, ut in Tractatibus & factis capitularibus & aliis collocutionibus & collationibus quibuscunque inter ſe communiter vel diviſim habendis, taliter ſint compoſiti &

morati, quod ex hoc Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum scandala & vituperia, damna, dispendia, & gravamina non exurgant: & ne per clamores importunos & disturbia, aut interruptiones vocum aliorum & præsertim per opprobria, insultationes & contumelias, ipsi vel aliquis eorum contra alium vel alios quomodolibet insurgat vel insurgant: & quod nec ipsi, vel aliquis eorum, per se, vel per alium, seu alios, ullo unquam loco vel tempore per minas quascunque verbo, vel facto quomodolibet illatas, vel inferendas, aut per insidias, persecutiones, vel invasiones violentas, aut alias injurias enormes quascunque contra alias personas Ecclesiasticas, aut aliquam earum quomodolibet sæviant, vel insurgant, sæviat vel insurgat publice vel occulte. Sed justitia & juris executione contenti, causas & quæstiones inter se motas vel movendas, via justitiæ prosequantur. Alioqui omnes & singulos, in præmissis culpabiles & rebelles, prædicta canonica monitione præmissa, sententia Excommunicationis, quam ferimus in his scriptis, innodamus; gravius nihilominus processuri, prout Nobis videbitur, justitia mediante. Damus insuper dilecto nobis officiali curiæ nostræ præmissa declarandi, Processus aggravandi & suspendendi, a sententiis absolvendi, & cætera in præmissis faciendi, prout ei videbitur expedire, tenore præsentium plenam & liberam potestatem. Datum Gudesberch nostro sub sigillo præsentibus appenso, Anno Domini 1390. die 16. mensis Septembris.

CLII.

Des Röm. Königs Ruperti Revocation aller der Stadt Cölln zum Nachtheil des Ertz-Stiffts ertheilten Privilegien, de Anno 1401.

WIr Ruprecht, von GOttes Gnaden, Römischer König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, bekennen und doin kunt offentlich mit diesem Brieff allen den, die ihn sehen, oder hören lesen, wiewohl wir den Burgemeisteren, Rath, und Burgeren gemeinlichen der Statt zu Cölln, unser und des Heiligen Reichs lieben getreuen, off diesen heutigen Tag Datum dieß Briefs, eine Bestetigunge ihrer Freyheit, Rechte, und Brieffe gegeben haben', yedoch wollen wir dat die egemelte Bestetigunge und andere unse Brieue dem Erwirdigen Friedrich Ertz-Bischoff zu Cölln, des heiligen Reichs in Italien Ertzcantzler unserem lieben Neuen und Churfürsten und sinen Nachkommen und Stiffte und der Pfaffeschafft zu Cölln ahn ihren Privilegien, Rechten, Freyheiten oder Brieuen keinen Schaden oder Hindernüß brengen sollen, dar die mit der vorgemelter Bestetigunge, und andere unse Brieue in einigen ihren Puncten geschwechet | oder gekrencket werden, sondern wir setzen und wollen von Römischer Königlicher Machte, das alle des egemelten Ertzbischoffs, siner Fuhrfahren und Stiffts Privilegia, Freyheit, Rechte und Brieue die sie oder die Pfaffschafft vorgemelt von uns oder unsen Furfahren sehliger Gedechtnuß, Römischen Kayseren oder Königen hant behalten, oder süß redlichen herbracht, in Iren vollkommenen gantzen Kräfften und Mächten bliben, und sin sollen alß die Waren off die Zyt, da sie yn erste gegeben worden, und ob yn die off diesem heutigen Tag geben weren, und von Wort zu Wort geschrieben stunden in diesem Brieff auch hätte König Wentzlaw von Böheim etwan Römischer König den vurg. Burgemeisteren, Rath, und Burgeren gemeinlichen de Statt zu Cölln einige Privilegia, Rechte, Freyheit, oder Brieuen gegeben, die sollen machtloß und nicht seyn, und wiederruffen die in Krafft dieses Briefs auch gestehen es dat wir den eg. Burgemeisteren, Rath und Burgeren gemeinlichen der Statt Cölln eyniche Privilegia, Rechte, Freyheit, oder Brieue nu, oder hernachmals geben, oder verlyhen wurden, die wider den vorg. Friedrichen Ertz-Bischoff, sine Nachkomelinge und Stiffte und die Pfaffischafft zu Cölln weren, die sollen zu Stundt nu alß dann, und dann alß nun gentzlichen und zu mahlen machtloß und nicht sin, und vernichten die auch in Krafft dis Briefs; mit Vrkundt diß Briefs, versigelt mit Vnser Königlicher Majestät Insigell.

Datum Coloniæ in die Epiphaniæ Domini, Anno ejusdem millesimo, quadringentesimo primo, Regni vero Nostri Anno primo.

CLIII.

Des Röm. Königs Sigismundi Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln, de Anno 1414.

SIgismundus, Divina favente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi Regiæ Majestatis circumspecta benignitas universos & singulos fideles, quos Romanorum ambit Imperium, ex innata clementia pio favore prosequitur, ad illorum tamen honores & commoda promovenda uberius aspirare tenetur, quorum fides est amplius comprobata operibus, quique, pro exaltandis Nostris & Sacri Imperii Juribus, non desinunt sustinere sollicitudines continuas & labores. Ea propter ad universorum, tam præsentium, quam etiam futurorum, volumus notitiam pervenire. Quod nos attendentes sinceræ devotionis affectum & fidei puritatem, qua venerabilis Theodoricus Archiepiscopus Colonienſis, Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps, Elector, & Nepos Noster dilectus, & sui prædecessores erga Nos & sacrum Romanum Imperium constantibus animis fideliſſime claruerunt, pensantesque ipsius curam pervigilem, & labores assiduos, quibus pro augendis Nostris, & Sacri Imperii honoribus se reddidit, & crebro reddit sollicitum & intentum; Justis igitur suis supplicationibus benignius annuentes, omnes & singulas libertates, literas, concessiones & donationes quascunque a Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Nostris prædecessoribus, ipsi Theodorico Archiepiscopo, suisque prædecessoribus & eorum cuilibet, ac Ecclesiæ Colonienſi concessas, quas coram Nobis exhibitas & productas in originali forma, & earum aliquas sub Sigillis Majestatis Imperialis & quasdam Regalis impendentibus ceræ albæ, & quasdam etiam sub Bulla tiparia aureo impressis, ut in ipsis clare apparuit, vidimus sigillatas, sanas, integras & illæsas, non abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas, vel suspectas, in præsenti volumine transsumi & transscribi mandavimus, quarum tenores sequuntur in hæc verba:

> Inserantur privilegia a præcedentibus Imperatoribus & Regibus Romanorum Archiepiscopatui Colonienſi concessa.

Et quia prælibatas Imperiales pariter & Regales literas concessionum, donationes, confirmationes, innovationes, sicut præmittitur, integras & sigillatas vidimus, ac in præsentia nostra & plurimorum Nostrorum Principum & Magnatum Imperii Sacri fidelium Nobis assidentium, de verbo ad verbum legi, & auscultari fecimus diligenter. Nos ad ejusdem Theodorici Archiepiscopi Colonienſis supra nominati supplicationem prædictam ipsas literas omnes & singulas, & earum quamlibet insolidum, prout de nostro in præsenti volumine conscripta sunt transsumpto, cum omni earum effectu in singulis suis articulis atque punctis, gratas & ratas habentes, ipsas approbamus, ratificamus, & ex certa Nostra scientia confirmamus, easque sub earum tenoribus de novo concedimus & in præfato volumine Nostræ Regiæ Majestatis Sigilli pendentis fecimus munimine sigillari: Volentes & de Regiæ plenitudine potestatis præsenti Decreto perpetuo valituro firmiter statuentes. Quatenus hujusmodi transsumptarum literarum volumini plena & omnimoda fides adhibeatur, & adhiberi debeat, & in Imperiali, seu Regali & aliis quibuscunque Curiis & judiciis & extra in omnibus locis, ubi exhibitum fuerit, sicut literis originalibus supradictis & eandem vim, effectum & vigorem juris sortiatur & sortiri debeat, ac si literæ originales prædictæ productæ fuerint in effectu; Inhibentes insuper universis & singulis Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Civibus & universitatibus terrarum & districtuum, Civitatum & locorum Sacri Imperii, qui pro tempore fuerint, cujuscunque etiam dignitatis, præeminentiæ, seu status existant, fidelibus Nostris, & præsertim Magistris Civium, Consulibus & Civibus ac Incolis, universis & singulis, Civitatis Colonienſis, ne præfatum Theodoricum Archiepiscopum, Successores suos, & Ecclesiam Colonienſem in perpetuum, adversus Nostræ præsentis approbationis, ratificationis & confirmationis, nec non innovationis indultum impediant, aut sinant quomodolibet impediri, aut impedientibus præstent auxilium, consilium, vel favorem. Non obstantibus quibuscunque privilegiis, libertatibus, gratiis & indultis, etiam Imperiali, vel Regia, vel alia quavis auctoritate ipsis communiter vel divisim sub quacunque etiam verborum forma concessis, vel in posterum concedentis, cujuscunque tenoris existant, etiamsi de eis de ver-

bo ad verbum facienda foret mentio ſpecialis, & clauſulas quascunque in ſe derogatorias continerent; & conſuetudinibus & ſtatutis quibuscunque contrariis, præfatis Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Civibus & præſertim Magiſtris Civium, Scabinis, Conſulibus, Majoribus, communi & univerſitati Colonienſi prædictis poſſent in præmiſſis, vel contra ea quomodolibet ſuffragari, quas & quæ tanquam Eccleſiæ Colonienſi, totique Reipublicæ præjudiciales, damnoſas & contrarias, decernimus, caſſas, irritas atque nullas, ipſasque & ipſa de certa noſtra ſcientia perpetuo caſſamus, irritamus, annullamus, & eis etiam volumus ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerta eſſent, præſentibus derogare. Et ſi qui in præfatis transſumptis ſeu transſcriptis privilegiis, literis, gratiis, conceſſionibus, innovationibus & indultis, de jure vel conſuetudine omiſſi defectus reperirentur, per quos ipſi Arhiepiſcopo, Succeſſoribus & Eccleſiæ ſuæ poſſit præjudicium generari, hujusmodi defectus de Noſtræ Regiæ plenitudine poteſtatis tollimus, & id quod defecerit & amiſſum fuerit ſupplemus & præſentibus habere volumus pro adjecto. Nulli ergo omnino hominum penitus liceat hanc Noſtræ conceſſionis & approbationis, ratificationis, innovationis, conſenſus, decreti, declarationis, inhibitionis, confirmationis, caſſationis, irritationis & de novo conceſſionis contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, pœnam indignationis Noſtræ graviſſimæ, & pœnas in ſupradictis privilegiorum literis contentas, prout in eisdem & qualibet earum contentæ ſunt, ſingulas pœnas ſingulis exceſſibus referendo ſe noverit incurſurum, quarum quidem pœnarum petitionem, receptionem & executionem plenariam in contrarium facientes, ſicut præmittitur, eidem Theodorico Arehiepiſcopo Colonienſi, ſuis Succeſſoribus Archiepiſc. eadem auctoritate Noſtra Regia, & de certa Noſtra ſcientia committimus faciendam, & ad hoc ipſis ſtudebimus & debebimus favorem & auxilium Regium adhibere, præſentium ſub Regiæ Majeſtatis Noſtræ Sigillo teſtimonio literarum. Datum Aquisgrani Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quarto decimo, ipſo die coronationis Noſtræ, quæ fuit, octavo Novembris, Regnorum Noſtrorum Anno Hungariæ vigeſimo octavo, Romanorum vero electionis quinto &c.

CLIV.

Ejusdem Revocation aller der Stadt Cölln zum Nachtheil des Ertz-Stiffts ertheilten Privilegien, de An. 1414.

WIr Sigmundt, von GOttes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs und zu Ungaren, Dalmatien, Croatien, König ꝛc. Bekennen und thuen kundt offenbahr mit dieſem Brieff allen denen, die ihn ſehen oder hören leſen, wiewohl wir den Burgemeiſteren, Rhat und Burgeren gemeinlichen der Statt zu Cöllen, unſeren und des heiligen Reichs lieben Getrewen uff dieſem heutigen Datum dieß Brieffs, ein Beſtettigung ihrer Freyheit, Recht und Brieue gegeben haben; Jedoch wollen wir daß die vurgenandte Beſtettigung, und andere vnſere Brieue dem Ehrwürdigen Dietherichen, Ertz-Biſchoffen zu Cöllen, deß heiligen Römiſchen Reichs in Italien Ertz-Cantzelern, unſerem lieben Neuen und Churfürſten und ſeinen Nachkommen, und Stiffte, und der Pfaffſchafft zu Cöllen ahn ihren Privilegien, Rechten, Freyheiten, oder Brieuen keinen Schaden, oder Hindernüße brengen ſollen, das die mit der vorgeſchrieben Beſtettigung und anderen unſeren Brieuen in einigen ihren Puncten geſchwecht, oder gekrencket werden, ſondern wir ſetzen und wollen von Römiſcher Königlicher Macht Vollkommenheit, daß alle deß ehegenandten Ertz-Biſchoffs, ſeiner Vorfahren, und Stiffts Privilegia, Freyheit, Recht und Brieue, die Sy, oder die Pfaffſchafft vorgenendt, von uns, oder unſeren Vorfahren ſeliger Gedächtnüße Römiſchen Kayſeren, und Königen hant behalten, oder ſonſt redlichen herpracht in ihren vollkommenen gantzen Kräfften und Mächten bleiben und ſeyn ſollen, alß die waren uff die Zeit, da ſie ihnen erſt gegeben würden, und ob ihn die uff heutigen Tag geben wehren, und von Wort zu Worten geſchrieben ſtundten in dieſem Briffe, auch hette einicher Römiſcher Kayſer, oder König in vorlitten Zeiten den vurgemelten Burgemeiſteren, Rath, und Burgeren gemeinlichen der Statt Cöllen einige Privilegia, Rechte, Freyheit, oder Brieue geben, die wieder vurgenandten Dietherichen Ertzbiſchoffen, ſeine Nachkommen und Stiffte, und die Pfaffſchafft zu Cöllen wehren, die ſollen machtloß und nicht ſein, und wiederruffen die in Krafft dieſes Brieffes, auch geſchehe es, das wir den ehegerurten Burgemeiſteren, Rhat und Burgeren gemeinlichen der Statt Cöllen

Cöllen einiche Privilegia, Rechte, Freyheitte, oder Brieue nun, oder hernachmals geben, oder verliehen wurden, die wider den vorgenandten Dietherichen Ertz-Biſchoffen, ſeine Nachkömbliche, oder Stifft, und die Pfaffſchafft zu Cöllen wehren, die ſollen zur Stundt nun als dann, und dann alß nun gentzlich und zumahl machtloß und nicht ſein, und vernichten die auch in Krafft dieſes Brieffs auß Römiſcher Königlicher Macht Vollkommenheit, mit Vrkundt dieſes Brieffs verſigelt mit unſer Königl. Majeſtät Inſiegel. Geben zu Cöllen, nach Chriſti Geburt vierzehen hundert Jahr, und darnach in dem vierzehenden Jahr ahn dem ein und zwantzigſten Tag des Monats Novembris, unſer Reiche, des Hungariſchen in dem acht und zwantzigſten, und des Römiſchen in dem vierten Jahr.

CLV.

Revers des Magiſtrats zu Cölln, die vom Ertz-Stifft in Pfandſchafft innhabende Mühlen in der Stadt und auff dem Rheine, ingleichen den Gruiß, Betwage, Bier-Rhein-Vieh- und Pforten-Zoll zu Lande, das Marckt-Geld und Häuſer in der Stadt Cölln betreffend, de An. 1415.

WIr Burgemeiſter, Rait und Burgere gemeinlichen der Statt zu Cölne, Thoin kundt allen Luden, ind bekennen offenbahrlichen mit deſen Brieff vor uns, ind unſe Nachcoemlinge, dat wir von dem Eirwirdigen Fürſten, unſem lieuen Herren, Dietheriche, Ertzbiſchoue zo Cölne, Hertzogen von Weſtphalen, ind von Engeger, ꝛc. Vntfangen ind ingenoymen hain Syne, ind ſyns Geſtichts Gelde ind Renten in Cölne, mit Namen die Gruiß, Moulter, Häuſer ame Sale, Vette Waige, Ryn-Zoll, kleinen Bier-Zoll, Vyezoll, ind Portzenzoll mit allen yren reichten Herrligkeiten, ind zo behören, as vur ſeß ind dryßig duyßent, ſees hundert, ind fünff ind dreyßig Rynſche Gulden na Vyß-Wiſonge allſulchs offenen Brieffs, as wir darumb, van dem vorß. unſem Herren mit ſeyn, ſeyns Capittuls, ind etlicher anderer ſeyner Reede, ind Vrunde Segelen beſegelt untfangen hain, in der Formen, ind manyeren as van Worde zu Worde heruan geſchrieuen ſteit. Wir Dietherich, van GOitz Gnaden Ertz-Biſchoff der heiliger Kirchen zo Cölne des heiligen Römiſchen Rychs in Italien Ertz-Cantzler, Hertzoge van Weſtphalen, ind van Enger ꝛc. Doin kundt allen Luden, ind bekennen offenberlichen ouermitz deßen Brieff vur uns, unſe Nacomlinge, ind Geſticht, alſo as in Zyten nelingen vurgangen die Eirſame wyſe Lude, unſe gute Vrunde Burgemeiſter, ind Rait der Statt Cölne dem Alredurchlüchtigſten Fürſten ind Herren, Herren Sigismund Römiſchen Cöninge zu allen Zyden Mehrer des Rychs ind Coeninge zo Vngern, ꝛc. Vnſen lieuen gnädigen Herrn eyne Summe von Gulde, mit Namen vunff ind zwantzig duyßent Rynſche Gulden, gut van Goulde, ind reicht von Gewichte geleendt hadden, die wir vort von vem in unſen, ind unß Geſtichts nottorfftigen Vrber umtfangen, ind begert hain, darvur wir zu der Zeit dieſelue Burgemeiſter, ind Rait in dat Halfſcheit des Verfalles unß Zolles zu Bonn geſat, ind gewiſt hadden, alda dat Halfſcheid vp zo heynen biß zu vollkommenre Bezahlingen der vurß. Summen Gelts, ind darzo wir ind auch etzlige unſe Ritter, ind Knechte, ind Steede zo Burgen, ind auch zo noch meere Sicherheit unſe, ind unß Geſtichts Moulter, Rente, ind Gulde in Cölne herna geſchrieuen zo Vnderpande unſen ind unß Geſtichts Moulter, ind alle dat reicht dat wir hain van unß Geſtichts weigen an den Moelen in Cölne, ind vort an den Moelen hangende up des Reins Strome entuſchen Duytze ind Cölne mit alle yren Zobehören nyet uß geſcheiden, beheltnüß doch unſeme Capitul yres Reichts, dat ſy an den vurß. Moelen haint, ind auch darzo vunff ind ſeuentzig Malder Weiß, ind vunff ind ſeuentzig Malder Roggen alle Jahrs halff zu behalten up ſent Remeys Dach, ind Halff up ſent Andries Dach verbunden hadden, die etlichen Burgen mit Nahmen Herr Henrich vaime Spiegel, gnant von Rodenburg, unſe, ind unſes Geſtichts Gruyß zu Coelne mit allen reichten Nutzen, ind zo Behöringe vur zwei duiſent, ind ſees hnndert Rinſche Gulden. Item Woulter vaime diecke bei zwen Peningen na dat Beſte up dem Marte, dat demſelnen Wolter ſteit vur vunff duiſent ind ſeuen hundert Rinſche Gulden: Item Johann Schaitzavell unſe, ind uns Geſtichts Woningen under dem Dache uns Saels zo Cölne, die herna geſchreuen ſteent, zom erſten unſem Marſtall gelegen allerneeſt, da man durch die Drachenportze geit; Item dat Huiß gnandt die GOitz Gnade geleigen ahn demſelnen Marſtalle allerneeſt. Item dat Huyß gnandt die GOitz Gnade geleigen ahn demſelnen Marſtalle allerneeſt. Item dat Huyß ind Camer geleigen an dem Ende uns Saels, da man in den

Bungart geit. Item die Kuchen uns Saels, geleigen in der Newergaßen mit irem Geidame; Item eine Woninge boyuen vnßme Sale, beneuen der Hachtportzen, da man biß Vyrnenburg geit hinden zo der Hachtportzen wert. Item eyn Woninge unden geleigen alrenceſt unßme Sale da man in unſen Sall geit. Item eine Camer geleigen an der trapffen, da man up unſen Sall geit van der Hachtportzen. Item ein Hoegeuelgen langs unß Saels muyren bey der Drachenportzen. Item unſen Bungart der zo unßme Saele gehoert. Item ein Stuck uns Bungartz geleigen up ghenre Syten der Muyren zo der Newergaßen wert, mit allen yren Reichten, Nutzen, ind Zubehöringen, ind ſo we unſe Vurfahren ind Geſticht die von Alters her alweige gehabt, ind beſeßen haint, dat dem vurß. Joanne Schaitzavell ſteit für eicht hundert Rynſche Gulden; Vort Göbell Schaitzavelle ind Girtrüde ſyn Elige Wyff unſe, ind unß Geſtichts Vettewaige zo Coelne mit alle yren Rechten, Nutzen, ind Zobehöringen ſo we die von Alters herkommen, ind gehalden is, ind ſo we unſe Vurfahren, ind Geſticht die van Alters her alweige gehabt, ind beſeßen haint, die den vurß. Luden ſteit vur vunff hundert Rynſche Gulden. Item Conradt Schwynde ind Henrich von Wyßinck unſen, ind uns Geſtichts Rynzoll zu Cölne mit der Saltzmaßen, ind mit allen ſynen Reichten, Nutzen ind Zobehörungen, ſo we unſe Vurfahren ind Geſtichte den von Alders alweige gehabt, ind beſeſſen haint, der yn ſteit vor eichte haiff hundert Rynſche Gulden. Item Lodowich, van Kopel unſen, ind unß Geſtichtz kleinen Bier-Zoll zo Coelne mit alre ſynen Reichten, Nutzen ind Zobehöringen ſo we unſe Vurfahren ind Geſticht die von Alters her allweige gehadt ind beſeßen haint, der demſeluen Lodowich ſteit vur zwey hundert ind fünff ind echtzig Rynſche Gulden. Item ind Johan van Bredail, ind Neſa ſyn elige Wyff was Wilne Mattheiß von Pyntzheim gnant Paffen, unſe ind unß Geſtichts Viehezoll, ind Portenzoll zo velde Wert zo Coelne mit allen yren Reichten, Nutzen, ind Zobehörungen, ſo we de von Alders herkommen, ind gehalten ſynt, ind ſo we unſe Vurfahren ind Geſticht die von Alters her allweige gehabt ind beſeſſen haint, der yn ſteit vur duyßendt Rynſche Gulden, ſo we dieſe Burgen deßen vurß. Gulden renten van uns ind unß Geſticht wegen vurß. ynne haint, ind gehaltent, na Vißwiſonge alſulcher Breuen, alß wir ind unſe Capitul darop beſegelt gegeuen haint, as wir auch daſelſt mit unſem Capitul den vurß. Burgemeiſteren ind Raidte der Statt Cölne verſegelt ind verbriefft hatten darub ſy eyn Zeit her biß up deſſen heutigen Dach yren Diener gnant eynen Wartzpennick up dem vurß. Vnſem Zolle zu Bonn vur eine up bouringe dat Halffſcheit des Vervalles deßeluen Zolls gehadt haint, der auch bißher dat Halffſcheit alda Verfallende gehauen, ind gebürt hat ꝛc.

Datum in Caſtro Noſtro Fritzſtroum, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, decimo quarto, die ſeptima menſis Junii; Herumb bekennen wir Burgermeiſter, Rait, ind Burger gemeinlichen van Cölne vurß. ind Geloyven ind guden Trowen vor unß, ind unſe Nakomelinge vuermitz deßen Brieff ſo wanne der Vurß. Vnſe Herr der Ertz-Biſchoff zu Cölne off ſyn Nakomelinge, off Geſticht die vurß. Renten, ind Gulden von unß weder an ſich neymen, ind unß die vurß. Summe Geltz weder gheuen willent, dat wir yn die dan ain Weigerongen, ind Verzog wederumb laißen, ind in yre Hand weder ſtellen ſollen, ind willen zerſtundt, as unß, off unßen Nacommlingen van yn die vurßl. ſeeß ind dryßig duyſendt ſeeß hundert, ind vünff ind dryſſig Rynſche Gülden an eyren gantzen Summen ungedeilt in unſer ſicher Behalt weder geleuert, ind gehandtricht werden in alle der Weyß, as dat auch in dem vorgeroir Brieue clerlichen begriffen is, ſunder alre kune Argeliſt, ind Geuerde, ind diſer Dynge zo Vrkundte der Wahrheit, ind gantzer Stedigkeit, ſo haint wir Burgermeiſter Rait, ind gemeine Burger vurß. unſer Statt von Coelne meiſte Ingeſegel vor uns ind unſe Nacomlinge an dieſem Brieff gehangen, die gegeuen is in den Jairen uns HErrn ind up den Dach, as vur in Vnß Herrn Briue geſchreven ſteit ꝛc.

CLVI.

Königs Henrici V. in Engelland Tractat mit Churfürſt Theodorico II. zu Cölln, de An. 1416. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Cont. I. unter Chur-Cölln, p. 84.

CLVII.

CLVII.

Ejusdem Confirmation derer Juden in der Stadt Cölln, von Ertz-Biſchoff Theodorico II. daſelbſt und ſeinen Vorfahren ertheilten Privilegien, de Anno 1457.

Wir Sigmund, von GOtz Gnaden Römiſcher König, zu allen Zyden Mehrer des Reichs, ind zu Vngern, Dalmatien, Croatien ꝛc. König. Bekennen, und thun kundt offenbahr mit dieſem Briue allen den die ihn ſehen oder hören leſen, wandt die gemeine Judenſchafft der Edler Statt zu Cölne unſer und des Reichs Kammerknecht uns ind demſeluen Reiche zu diſſen Zeiten groß Wallgefallen und Billichkeit beweiſen, und treffliche Dienſte gedain haint, und unß auch vurbaß alſo mehr willig bereit ſein ſall und mag, So vell gnediglicher und mildiglicher wir die mit unſern beſunder Gnaden gnediglichen bedencken und verſehen. Darumb han wir angeſehen ſulche Danck neme Behechlicheit, und Dienſte der egemelter Judiſcheit van Cölne haben wir In mit wohlbedachtem Muth guthen Rath und rechten Wiſſen alle yre redliche Gnaden, Privilegia, Handfeſtene, Brieue, Rechte, und gute Gewohnheiten, die dieſelben Judiſcheit von dem Erwirdigen Diederich, Ertzbiſchoff zu Cölne ꝛc. ſeinem Vorfahren dem Capittul, ind der Statt zu Cölne biß an dieſe Zeit redelichen behalten, herbracht, ind beſeſſen hant, beſtediget, ind confirmiert, beſtedigen, beueſtigen, und confirmiren In die auch, In Krafft diß Brieffs, auch von ſunderlichen Gnaden haben wir derſelben Judiſcheit gemeinlich zu Cölne diße beſundere Gnade gedain, daß ſie niemandt wer der ſei, Chriſten, oder Juden von unſer und des Reichs wegen in keinerley Heiſchung, Forderung, oder Schatzung umb Gelt oder Gutt, und auch ſunſt an anderen Dingen, in diſen negſten zehen Jahren von Datum dieſes Brieffes anzuheben, anſprachen und beſchweren ſolle, oder möge, in geine Wyß, es ſei dann, das wir unſer Käyſerliche, Crönung in der Zeit entfan wurden, das ſelbe recht was uns dieſelbe Judiſcheit dan von ſulcher unſer Werdicheit thun ſolte, haben wir uns behalten, auch wollen wir von Römyſcher Königl. Macht, off jemand were, der were edel, off unedel Chriſten oder Juden der Judiſcheit gemeinlichen zu Cölne, oder Frer einer befunden, an Leib oder Gutter, ichte hette zu ſprechen, das ſich der an der obgemelter Statt zu Cölne mit Scheffen Urtheil ind Gerichte as daſelbſt gewönlich iſt, begnügen laſſen ſulle, es weren dann ſulche Sachen, als Morderey, Dieberey, und desglichen, die man kundtlich uber ſie brengen mügte, und was uns darumb mit Scheffen Urtheil in dem oberſten Gerichte zu Cölne zugeſprochen wurde, das haben wir auch Vnß behalten. Vnd gepiethen darum allen Fürſten, Geiſtlichen und weltlichen, Grauen, Freyherrn, Herrn, Rittern, Knechten, Landtvögten, Vögten, Ambtluten, Scholteißen, Landrichteren, Burgemeiſteren, Rhäten, und Gemeinden, und ſunſt allen anderen unſern und des Reychs Vnderthanen und Getrewen, daß ſie die vurß. Judiſcheit gemeinlichen und beſunder an den obgemelten Gnaden, Privilegien und Brieuen, wie die von Worten luden und zu Worten begriffen ſein, ind nemlich an den obgemelten unſern newen Gnaden nicht hindern noch irren, ſunder ſei getrewlich dabei pleiben laſſen, als lieb In ſey unſer und des Rychs ſchwere Vngnade zu vermeiden. Mit Vrkunt diſer Briue, verſiegelt mit Vnſer Königl. Mayeſt. Inſigell, Geben zu Aich, nach Chriſtus Geburt 1400. Jare und darna in dem 17ten Jare, deß negſten Dienſtags nae S. Lucien Dage, der heiligen Jungfrawen, Vnſerer Reiche des Vngeriſchen in dem dreyßigſten, und des Römiſchen in dem 7ten Jar.

CLVIII.

Churfürſts Theodorici II. zu Cölln Quittung über tauſend Nobels an Gold, ſo er auff Verordnung Königs Henrici V. in Engelland, als deſſen Vaſall, empfangen, de Anno 1417.

NOs Theodoricus, Dei Gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, S. Imperii per Italiam Archicancellarius, Weſtfaliæ & Angariæ Dux, Dominus ac Adminiſtrator Eccleſiæ Paderbornenſis &c. publice profitendo, Recognoſcimus nos ab Illuſtriſſimo Principe & Domino, Domino Henrico, digna Dei providentia, Angliæ & Franciæ Rege &c. Domino noſtro gratioſo, levaſſe, die datæ præſentium, & realiter percepiſſe mille nobilia Anglicana per manus Strenuorum Nobiliſque Domini Johannis Tiptoſt Seneſcalli Ducatus Aquitaniæ

taniæ ac Hartmanni de Clux Militis. Quæ quidem dicta Mille Nobilia in prompto Auro Nobis numeraverunt, realiter tradiderunt & assignarunt. Mediatim in solutionem feudi, quod a præfato illustrissimo Domino nostro tenemus, cedentis Nobis in Festo Paschæ lapso proximo. Mediatim vero in defalcationem, quod in festo Paschæ, proximo futuro, prætextu ejusdem feudi, nobis cedet: De quibus quidem Mille Nobilibus, & de prædictis duobus Terminis præfatis, eo modo, quo supra scribitur, prædictum illustrissimum Principem Dominum nostrum gratiosum, suosque hæredes pro nobis, Successoribus & Ecclesia nostris acquitamus & quitari pronunciamus publice per præsentes harum Testimonio Literarum Sigillo nostro Sigillatarum.

Datum Frützstroun, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, decimo septimo, Sabbatho post Festum Sacramenti.

Sub Sigillo Cera viridi expresso & pendente a cauda Pergamenæ.

CLIX.

Des Röm. Königs Sigismundi nochmahlige Revocation aller der Stadt Cölln zum Nachtheil des Ertz-Stiffts ertheilten Privilegien, de Anno 1422.

WIr Sigmund, von GOttes Gnaden, Römischer Köning, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, und zu Hungaren, zu Behem, Dalmatien, Croatien, ꝛc. König. Bekennen und thun kund offenbahr mit diesem Brieff allen den, die ihn sehen oder hören lesen: Wiewohl das seie das wir von angeborner Gûte alweg gneigt sein und da zu Unß willichen lencken lassen aller unser, und des heyligen Reychs Undersaßen, in welchen ehren Adell und Wesens die sein, bestes vurzukehren und zu thuen, von miltiglichen Gnaden, iedoch so sein wir sunderlich geneigt, das wir unsere und des heiligen Reichs Geistlichen Churfürsten, Jr Kirchen, und geistliche Personen bey Iren Rechten, Freyheiten, und Gnaden, Herkommen und guten Gewohnheiten, als sie die Redlichen herbracht haben geruhlich behalten. Und synd nun auch der Erwirdig Dietherich, Ertz-Bischoff zu Cöllen, des heiligen Römischen Reichs in Italien Ertz-Cantzler, unser lieber Neue, und Churfürst in Sorgen, Zweifel, und großen Forchten ist, das dem Burgermeister, Rathe, und Burgeren gemeinlichen der Statt zu Cöllen ahm Rhein, unseren, und des Reichs lieben Getrewen oder anderen Fürsten, Herren oder einigen anderen Personen, in was Würden oder Stand die weren, von unseren Vorfahren an dem Reich, und auch van Uns etliche rechte Gnade, und Freiheit mögten gegeben sein, die ihme seinem Stifft, und Kirchen zu Cöllen an Iren rechten Freyheiten, und Gnaden mögten schädtlich sein, und synd wir auch nit mainen, daß unsere Vorfahren, und wir in dem Sinne sein und sein wollen, iemand Gnade, und Freyheit zu geben die andern Leuthen und sonderlichen unsen Churf. und Stifften und Kirchen schädlich sein mögten; Davon mit wohlbedachtem Muth, guten Rath und rechten Wissen unserer und des heiligen Reichs Fürsten, Edlen und Getrewen von Römischer Königlicher Macht setzen, sprechen, und lauteren wir, were es Sach, das unser Vorfahren oder wir der ehegenandte Statt zu Cöllen oder anderen Fürsten, Herren oder einiger anderen Personen, in welchen Standt oder Würde die weren, einige Freyheit, Recht, oder Gnade gethan hetten die der ehegenandten Ertz-Bischoffen zu Cöllen sein Stifft, seins Stiffts Pfaffheit und Undersaßen gemeinlich oder sonderlich an iren Rechten, Freyheiten, Herkommen, und guten Gewohnheiten schedtlich weren, daß die kein Krafft, noch Macht haben sollen in kein Weiß, sonder wir thuen die ab, vernichten die, und sprechen die Machtloß von Römischer Königlicher Macht in Krafft dieß Brieffs: Mit Urkundt dieses Brieffs versiegelt mit unser Königlicher Majestät Insiegel gegeben zu Skalitz, ahm Sontag Reminiscere, nach Christi Geburt vierzehenhundert Jar, und darnach in dem zwey und zwentzigsten Jar. Unser Reiche des Hungarischen in dem zwölfften und des Behemischen in dem andern Jahr.

CLX.

Churfürsts Theodorici II. zu Cölln Statuta Synodalia, de Anno 1423.

THeodericus, Dei gratia sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Westphaliæ & Angariæ Dux &c.

1. Contra fornicarios seu concubinarios Clericos.

Licet per sacros Canones sanctorum Patrum, satis abunde contra notorios fornicarios Presbyteros, similiter & Clericos in sacris ordinibus constitutos & beneficiatos, focarias & concubinas & mulieres suspectas in domibus suis, & extra domum in Parochia publice habentes, provisum existat: quia tamen succrescente malitia temporis moderni, labes hujusmodi criminis in Ecclesia Dei in tantum inolevit, quod scandala plurima in populo sunt exorta, verisimiliter exoriri poterunt in futurum, & ex fide dignorum relatione percepimus, quod quidam Ecclesiarum Prælati, & alii, etiam Capitula, ad quos, vel ad quem immediate correctio conjunctim, vel divisim ex statuto, seu consvetudine dinoscitur pertinere, obtentu commodi temporalis, vel ex negligentia, tales in suis iniquitatibus sustinuerunt & sustinent: Ideo hoc sacro provinciali Concilio approbante, monemus omnes, & singulos Ecclesiarum Prælatos, & alios quoscunque nostræ Provinciæ, etiam capitula & collegia, ad quos, vel ad quem hujusmodi Presbyterorum, Clericorum in sacris ordinibus constitutorum ac beneficiatorum, & aliorum correctio conjunctim, vel divisim immediate spectare dinoscitur, quatenus intra sex septimanarum spatium post præsentium statutorum Provincialium publicationem moneatis in specie & nominatim sub pœna juris & aliis maxime formidabilibus, omnes & singulos Presbyteros & Clericos in sacris ordinibus constitutos, ut intra novem dierum spatium post hujusmodi monitionem eis factam, quorum dierum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio & peremtorio termino præfigimus, suas focarias, seu concubinas a se removeant, & ipsas ab eorum cohabitationibus & a Parochia penitus expellant, ipsas vel alias minime in eorum cohabitationibus & Parochia admissuri. Alioqui inobedientes ab officiis divinorum suspendant: & si protervitas eorum hoc exegerit, beneficiis suis priventur. Et si Prælati & aliqua etiam capitula, ad quos correctio præscriptorum immediate conjunctim vel divisim pertinere dinoscitur, præscriptos concubinarios effectualiter non correxerint, ita quod ipsi præscriptas mu'ieres a se & Parochia non removeant cum effectu vel animo, aut alias in eorum habitationes, vel Parochias resumpserint: & Præscripti Prælati & capitula tales Presbyteros vel Clericos, Beneficiatos vel non Beneficiatos, in suis iniquitatibus per spatium sex septimanarum sustinuerint, ex tunc volumus, quod correctio talium Presbyterorum & Clericorum Beneficiatorum & non Beneficiatorum, ad Diœcesanos locorum plenarie devolvatur. Et si Diœcesani locorum per sex spatium mensium hujusmodi delicta reliquerint in correcta, cum ex tunc possint notari de negligentia, volumus & statuimus, quod ex tunc illorum delictorum & delinquentium correctio ad nos libere devolvatur, non obstantibus quibuscunque pactis consvetudinibus seu statutis. Inhibemus etiam, ne Beneficiati prædicti filios, aut filias, vel concubinas dotent, aut ditent de patrimonio crucifixi, aut talium Nuptiis, vel etiam exequiis audeant interesse: & qui contrafecerint, pœna canonica percellantur.

2. Contra Seculares interdicentes suis subditis, ne civilia & necessaria commercia cum Clericis habeant, seu solita obsequia eis exhibeant.

Item licet per sacros Canones sit provisum contra obtinentes temporale Dominium, interdicentes suis subditis, ne Prælatis, aut Clericis seu personis Ecclesiasticis quicquam vendant, vel emant quicquam ab eisdem, ne ipsis blada molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, cum talia in derogationem Ecclesiasticæ libertatis præsumantur: quia tamen persæpe universitates civitatum, oppidorum, villarum & aliorum locorum nec non collegia, societates, seu corpora Ministeriorum, seu officiorum Mechanicorum, præscriptis similia & interdum majora committunt, & contra tales provisum est: Ideo statuimus & ordinamus, omnes & singulos ad hoc opem, consilium, auxilium, vel favorem præbentes, excommunicationis sententiam incurrere ipso facto. Et quia per præmissa providimus clericis contra Laicos, volentes etiam providere Laicis contra Clericos, statuimus quod ipsis Laicis de Clericis conquerentibus, ab ipsorum Clericorum judicibus fiat justitia expedita.

3. Officialis in causis Appellationum a suffraganeis, observabit jura communia.

Item statuimus, quod officialis noster Colonien sis, qui fuerit pro tempore, in causis Appellationum, quæ ad curiam nostram ab audientia suffraganeorum nostrorum, seu eorum officialium devolventur, seu hactenus sunt devolutæ, servet jura communia, & maxime illa, quæ introducta sunt per felic. Recordationis Innocentium Papam 4. quæ hodie sunt inserta libro sexto Decretalium. Alioqui ipsum officialem nostrum ab officio suspendimus.

4. Contra abrogantes pias & laudabiles consvetudines.

Item cum præsumptuosa quorundam dominorum temporalium, Judicum, Scabinorum, Consulum, Universitatum, Civitatum, oppido-

rum, Villarum, & aliorum locorum, nec non collegiorum, societatum, seu corporum ministeriorum, & officiariorum mechanicorum vel communitatum, aut quocunque nomine vel titulo nominare se præsumunt, seu præsumant in futurum. In nonnullis nostrarum Civitatis & Diœcesis, nec non Provinciæ terminis, contra Dei Ecclesiam, suam extendentium potestatem temeritas sic excrevit, quod consvetudines & observantias vetustas & laudabiles, pia fidelium devotione introductas, non absque scrupulo hæreticæ pravitatis infringere moliuntur, inhibenda, seu opem, operam, consilium, auxilium & favorem ad hæc præstando, aut aliis callidis & occultis machinationibus, seu condictis verbis aut factis perficiendo, ne tempore exequiarum, ac in Septimis, Tricesimis, & Anniversariis Parochianorum defunctorum, aut alias quocunque tempore, panes, carnes, vel casei, seu pisces, vinum, vel cervisia, seu candelæ, vel denarii, aut aliæ res quælibet, prout juxta morem & consvetudinem prædictam earundem Ecclesiarum, Capellarum, vel Altarium, sub antiquis temporibus obtentum fuit, a Christi fidelibus utriusque Sexus hominibus offerantur: Ne etiam quis minus, aut aliud, quam certam monetam, aut ejus valorem, aut Potias effractæ monetæ, aut consimile (in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis, ac contra constitutiones & observantias memoratas) offerat temporibus antedictis, cum præmissa in divinæ Majestatis offensam (a qua Majestate Laici præscripti suas merito sibi datas recognoscere deberent potestates) ac Ecclesiarum earundem ac consvetudinum & observantiarum prædictarum grandem perniciem tendere dinoscuntur. Nos igitur hujusmodi ausibus nefariis occurrere cupientes, districtius inhibemus, ne quis in modis præscriptis, vel aliis quibuscunque dictas consvetudines infringat, aut infringere sive violare procuret, aut talia mandata vel statuta & novas consvetudines immo verius corruptelas, de novo introducat, nec per se aliosve quibuscunque machinationibus, condictis verbis, vel factis qualitercunque efficiendo impediat, quo minus dictæ, aut quævis aliæ oblationes, Ecclesiis aut Ecclesiasticis personis quibuscunque juxta vota fidelium libere offerantur: Nec ad prædicta facienda, vel non facienda, det consilium, auxilium, opem, operam, vel favorem, publice vel occulte.

Insuper districte præcipiendo mandamus, ut in contrarium attentata si quæ sint, revocent, & revocari procurent cum effectu intra mense mpost publicationem hujusmodi nostri statu ti. Alioqui in omnes & singulos, in præmissis contrarium facientes, & in his aut aliquo ipsorum inobedientes & rebelles, excommunicationis sententiam, quam etiam ipsos per Jus commune incidisse reputamus, ferimus in his scriptis: a qua, nisi Rectori Ecclesiæ, Capellæ, vel Altaris, cujus oblatio (ut præmittitur) impedita fuerit vel diminuta de injuriis, damnis, expensis & interesse, prius integre satisfactum fuerit, nullatenus absolvantur. Volentes, quod universi & singuli Ecclesiarum Rectores, & eorum vices gerentes prædicti, quorum interest, præmissa suis Parochianis singulis mensibus semel publicare non omittant. Et si universitas in præmissis vel aliquo præmissorum deliquerit, vel contrafecerit, Ecclesiastico supponimus interdicto.

5. Stationariorum, seu Quæstuariorum officia, solis tantummodo Sacerdotibus concredenda.

Item statuimus & inhibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne quis de officio Quæstionatus Eleemosynarum se intromittat, nisi in sacris ordinibus fuerit constitutus. Nec Ambonem ad prædicandum populo, aut charitativa postulandum subsidia, aut indulgentias sibi commissas insinuandum, vel aliud quam in eorum literis Apostolicis, vel Diœcesani Episcopi continetur, exponendum, nisi sacerdotio constitutus ascendere præsumat. Mandantes universis & singulis Diœcesanis nostris Capitulis & aliis, ad quos talium constitutio dinoscitur pertinere, ne alicui, nisi secundum formam statuti, literas concedant, & extra istam formam concessas, quantocitius revocare procurent.

6. Contra deambulantes in Templis sub officiis divinis.

Item statuimus, ne Canonici ac Beneficiati in Ecclesia vagentur in choro vel in Ecclesia, aut etiam intra Ecclesiam, vel cœmiterium de loco ad locum, nec stando, vel sedendo inutiliter fabulentur, quandiu inibi divina peraguntur. Sed morate & distincte in choro intendant divinis, sub pœnis privationis Fructuum ad octo dies.

7. In vice curatos Ecclesiarum Parochialium non fratres mendicantes, sed Presbyteri seculares, si tamen idonei haberi poterunt, asserendi.

Item statuimus & ordinamus sub pœna excommunicationis, quam ferimus in his scriptis, ne aliquis Rector aut perpetuus Vicarius Parochialis Ecclesiæ, seu etiam Capellæ, ordinet, constituat, vel deputet aliquem religiosum mendicantem, vel non mendicantem, ad regendum & gubernandum, seu officiandum Ecclesiam suam, vel ejus vicariam,

riam, seu Capellam, aut alias vices suas committere talibus præsumat, modo alter idoneus commode haberi poterit, dolo & fraude seclusis. Datum statutum & ordinatum Coloniæ, de consilio & in præsentia venerabilium virorum Ambasiatorum & Nunciorum Reverendorum Patrum & Dominorum suffraganeorum nostrorum, Leodiensis, Trajectensis, Monasteriensis, Mindensis, & Osnabrugensis Episcoporum ac capitulorum Ecclesiarum earundem, qui ad hoc missi fuerunt in multitudine copiosa, Anno Domini 1423. die Sabbati, vigesima mensis Martii, sub sigillo nostro, præsentibus impresso in testimonium præmissorum.

8. Quibus de concubinariis superius mandatum intelligendum.

Theodoricus, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Westphaliæ & Angariæ Dux &c. Cum nos nuper editioni statutorum nostrorum Provincialium, in Sessionibus nostri Concilii Provincialis solenniter publicatorum, authoritatem, consensum & operam dederimus: Jura tamen & Jurisdictiones aut libertates Suffraganeorum nostrorum & Ecclesiarum, aut aliorum quorumcunque Provinciæ nostræ, tollere aut lædere, vel eos ad aliquod verisimiliter impossibile, obligare non intendebamus, nec intendimus. Idcirco ad omnem ambiguitatem tollendam, quæ circa statutum, pridem in hoc sacro Concilio contra concubinarios editum, possit suboriri, declaramus hoc statutum ad notorios concubinarios concubinas in eorum habitationibus vel alibi publice detinentes, duntaxat extendi debere. Nolumus etiam vigore dicti statuti, nobis aliquam Jurisdictionem acquiri vel ad nos devolvi. Carolinam in Generali Concilio Constantiensi approbatam, mandamus ab omnibus observari, ipsamque aliis constitutionibus statutorum Provincialium volumus insertam haberi.

9. Contra hæreses, præsertim Wicleficam seu Hussiticam per id tempus sævientem.

Hæreses, hæreticorumque Joannis Wicleff, Joannis Huss, & Hieronymi de Praga doctrinas erroneas anathematizamus, reprobamus & totaliter condemnamus, asserentes cum Concilio generali Constantiensi, quod omnes hujusmodi Articuli aut sunt piarum aurium offensivi, aut seditiosi, aut scandalosi, vel manifeste a fide devii, seu expressam hæresin continentes, prout in sententia lata contra dictos hæreticos & ipsorum perversa dogmata plenius continetur. Quapropter universos & singulos subjectos nobis, in virtute sanctæ obedientiæ requirimus, & eis præcipiendo mandamus, quatenus in spiritu virtutis Dei exsurgentes, prædictorum hæreticorum sequaces, aut fautores, vel receptatores & eorum doctrinam reprobam cum opusculis memoratis ubicunque illos seu illas contigerit reperiri, diligenter inquiratis, nobisque ordinario loci, aut alicui ex inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ad hoc a sede Apostolica deputatis, vel deputandis, prodetis vel reveletis, atque mediante justitia (si non resipuerint) exterminari fideliter procuretis. Nos enim omnibus per nostram Provinciam constitutis, confessis & contritis, qui ad hoc operam efficaciter dederint, aut qui in expeditione Exercituum contra dictos Hæreticos profecti fuerint, de omnipotentis Dei misericordia, & sanctorum nostrorum Patronorum & Patronarum meritis aut precibus confisi, XL. dies Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus: Suffraganeos Provinciæ nostræ in Domino hortantes, ut his nostris indulgentiis similes in suis Civitatibus & Diœcesibus superaddant. Mandantes insuper omnibus & singulis Ecclesiarum Rectoribus & eorum Vicariis, seu Presbyteris, aliisque Prædicatoribus per Provinciam Coloniensem, quod in singulis sermonibus suis ad populum faciendis, exhortationes faciant speciales ad inducendum populum faciendis, exhortationes faciant speciales ad inducendum populum congruis modis, ut orationes, jejunia, & alia pia opera, omnesque Presbyteri dictæ Provinciæ nostræ, Missarum in solenniis celebrandis, speciales Collectas & suffragia nostro offerant Salvatori quatenus Ecclesiæ sanctæ & veris Christicolis contra quoscunque persecutores, aut Rebelles ejusdem præsertim dictam fidem impugnantes, largiri dignetur victoriam & triumphum.

10. Cur singulis feriis sextis circa meridiem campana magna pulsetur & item quotidie mare & vesperi certorum ictuum pulsatio fiat.

Item deinceps in singulis civitatum & locorum provinciæ nostræ Principalibus Ecclesiis Collegiatis & Parochialibus, omnibusque feriis sextis hora meridiei vel circa, in memoriam passionis & mortis Domini nostri Jesu Christi, nostrique Redemptoris solenniter campana cujuslibet Ecclesiarum magna pulsetur ad excitandum Christi fideles, ut eadem hora memoriam passionis Christi & suæ Redemptionis devotius recolant, & per ejus merita, misericordiam Dei pro præmissis & omni necessitate Ecclesiæ implorent. Similiter quoque approbante hoc sacro Provinciali Concilio, statui-

mus, ut deinceps in ſingulis Eccleſiis prædictis omni die circa Solis ortum in memoriam compaſſionis glorioſæ Virginis Mariæ pulſetur tribus vicibus campana magna ipſius Eccleſiæ: Et prout hactenus circa occaſum ſolis, pro ſalutatione ejusdem Virginis glorioſiſſimæ pulſari conſvevit, ad hortandum Chriſti fideles, ut in laude ipſius Virginis incipientes, eam cum Salutatione Angelica venerentur, ut ipſa, quam filius ejus nihil negans ſemper honorat, pro nobis & omni neceſſitate nos enim omnibus contritis & confeſſis, in Provincia noſtra conſtitutis, qui feria ſexta tempore pulſus in memoriam paſſionis & mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti, tria Pater noſter & tria Ave Maria &c. Nec non qui tempore pulſus, qui ſingulis diebus fieri debet circa ortum Solis, ter ſalutationem Virginis Angelicam, Ave Maria, flexis genibus oraverit, de omnipotentis Dei miſericordia, & authoritate noſtra Metropolitana & ordinaria, XL. dies indulgentiarum de injunctis eis Pœnitentiis, toties quoties hoc fecerint, miſericorditer in Domino relaxamus: Suffraganeos Provinciæ noſtræ in Domino hortantes, ut his noſtris indulgentiis ſimiles in ſuis civitatibus & Dioœceſibus ſuperaddant.

11. Compaſſionis B. Mariæ feſtum ſeu memoria, quando in templis agenda.

Ad gloriam ſanctæ & intemeratæ Virginis Dei Genitricis, pro miſeris Peccatoribus filium ſuum crucifixum aſſidue deprecantis & orantis, cujus laudes, etiamſi omnes Arenulæ Maris in lingvas converterentur, depromere nequirent: nec non ad honorem illius anguſtiæ & doloris, dum Redemptor noſter Jeſus Chriſtus expanſis manibus in Ara Crucis, pro ſalute noſtra immolatus, matrem ſuam benedictam dilectiſſimo diſcipulo ſuo Joanni Evangeliſtæ commendavit, & præſertim ut prophanorum hæreticorum Huſſitarum perfidia, qui imagines ad laudem Crucifixi & Glorioſæ Virginis dedicatas, auſu ſacrilego comburere & devaſtare minime formidarunt, nec formidant, ſtatuimus & ordinamus, ut feſtum Commemorationis præfatæ anguſtiæ & doloris B. Mariæ Virginis, deinceps ſingulis annis feria ſexta poſt Dominicam Jubilate, niſi aliquod feſtum eodem die intervenerit, & ex tunc prima feria ſexta proxima ſequenti, in primis veſperis, matutinis aliisque horis, nec non in ſecundis Veſperis in Choro tantum, in omnibus Eccleſiis Provinciæ noſtræ ſubjectis, ſecundum notas ac Hiſtoriam, & Homiliam de eodem feſto compoſitas & ſolenniter celebretur: ut Dominus noſter Jeſus Chriſtus velamina de Cordibus eorundem Hæreticorum auferat & eosdem ad ſacro ſanctam fidem Catholicam revocare, & Chriſti fideles ab erroribus & omni malo per piiſſimam ſuam miſericordiam præſervare & cuſtodire dignetur. Cuicunque autem intereſſenti huic Miſſæ cum devotione, de omnipotentis Dei miſericordia & authoritate noſtra Metropolitana & ordinaria, XL. dies indulgentiarum de injunctis eis, pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus: Exhortantes ſuffraganeos Provinciæ noſtræ in Domino, ut his noſtris indulgentiis ſimiles in ſuis civitatibus & Dioœceſibus ſuperaddant.

12. Statutorum copia, quibus neceſſario habenda.

Cæterum mandamus omnibus ſuffraganeis noſtris & eorum cuilibet, ut ſtatutorum in ſacro Provinciali concilio concluſorum & publicatorum copiam ſub forma avthentica intra unum menſem immediate ſubſequentem recipiant, & ſuis Synodalibus Conciliis faciant publicari intra tempus a Jure ſtatutum, ne quispiam de ſibi ſubjectis de eorum editione prætendere valeat ignorantiam, vel allegare. Et præcipue mandamus Decanis Eccleſiarum noſtrarum Civitatis & Dioœceſis, ac Chriſtianitatum Decanis, quatenus ea in ſuis Eccleſiis & Capellis conſervent & publicent, ac ulterius dent (per copiam) Eccleſiarum Rectoribus Decanatuum eorundem: Alioqui juſto impedimento ceſſante, præmiſſa negligentes per Excommunicationis ſententiam, tanquam inobedientes volumus canonice puniri. Pronunciatum in Eccleſia noſtra Colonienſi, ſub Anno a Nativitate Domini 1423. die Jovis 22. menſis Aprilis, ſub ſigillo noſtro præſentibus appenſo in teſtimonium præmiſſorum.

Nota: Conſtitutio Caroli IV. de libertate eccleſiaſtica a Concilio Conſtantienſi confirmata, de Anno 1415. ſupra in Spic. Eccl. des T. R. Archivs Tom. I. pag. 217. extat.

CLXI.

Pabſts Eugenii IV. Brieff an Churfürſt Theodoricum II. zu Cölln, daß er denen auff das Concilium zu Baſel wollenden Prälaten davon abrathen, hingegen ſie das von ihm angeſetzte Concilium zu Bologna zu beſuchen ermahnen, auch ſelbſt dahin kommen ſolle, de Anno 1431.

EUgenius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri, Archiepiſcopo Colonienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam ex multorum relatione ſentimus murmurare

murare nonnullos, audita diſſolutione Concilii, ſi quod eſſe congregatum videbatur in Civitate Baſileenſi opinantes forſitan nos ſubterfugere velle Concilium, quod ſemper optavimus fieri, & optamus, nos fraternitatem tuam aviſatam fecimus cum maturo Conſilio & deliberatio juſtis ex cauſis in literis noſtris expreſſis, quæ non fuerunt fictæ, ut aliqui garriunt, ſed veræ & efficaces fuerunt. Etiam ſunt aliæ cauſæ, quas nolumus ſpecifice exprimere, quia manifeſtari non poſſent ſine quorundam Principum nota: ſed ſi omnes aliæ cauſæ defuiſſent, una potiſſima fuit per ſe omnibus nota, infirma ſcilicet noſtri corporis valetudo. Nos enim, qui in minoribus conſtituti, in Conſtantienſi Concilio reformare Eccleſiam cupiebamus, jam in Pontificatu noſtro deſiderium illud noſtrum perficere, & in tam pio opere laborare perſonaliter plurimum affectamus. Ideo Concilium indiximus in Civitate Bononienſi. Neque etiam cum agendum ſit de reformatione univerſalis Eccleſiæ, cujus Directio & cura principaliter ad nos pertinet, & de nonnullis aliis graviſſimis rebus concernentibus ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ, nobis inconveniens viſum eſt tantam rem fieri debere per legatum ſine noſtra præſentia & venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium. Sed ſicut ei placuit, cujus inſcrutabilia conſilia, graviſſima perſonæ noſtræ ſupervenit infirmitas, a qua licet paulatim convaleſcere incipiamus, tamen non omnino liberati ſumus ita, ut poſſimus ſine certiſſimo mortis periculo, ad remotiores partes accedere. Igitur in loco magis vicino Concilium celebrare & in eo poſſidere decrevimus. Quare nemo juſte ſuccenſere nobis poteſt, ſi ex omni voluntate Dei, quam oſtendit in nobis, illud dicimus, quod ei gratum & utile Eccleſiæ ſuæ fore non dubitamus. Miramur itaque venerabilis frater, de quibusdam, qui magis quærentes evertere & deformare, quam ſtabilire & reformare Eccleſiam, hæreſes fovere & bella ſuſcitare prout hactenus notorie fecerunt, quam præmiſſa extirpare & in dulcedine pacis reducere; obloquuntur & ſtudent contra voluntatem & decretum noſtrum, Epiſcopos & prælatos in Baſilea ſub nomine Concilii congregare non ut ibi per eos reformetur, ſed ut penitus obruatur ſtatus Eccleſiæ & fides catholica confundatur. Licet Archiepiſcopi & Epiſcopi, quoad reformationem in vita & moribus diffinitivas voces habeant in Concilio generali, tamen ex juramento prius præſtito parere & obedire mandatis Apoſtolicis ſunt adſtricti: nec remanere Baſileæ, qui erant nec de novo accedere, ſed potius ad veniendum Bononiam ſe præparare debuiſſent, poſtquam decreti noſtri notitiam habuerunt. Plerique ſtare & accedere ſunt coacti, in quibus nec jus, nec authoritas concilii generalis conſiſtit, quorum voces & deliberationes minime liberæ, cum ab eorum, qui compulerunt, voluntate dependeant. Itaque digni non ſunt neque habiles, qui dent legem Eccleſiæ, neque aliis nationibus neque religioni Chriſtianæ. Nos enim in Concilio proxime celebrando Bononiæ in tempore conſtituto, vel citius, quam primum ſufficiens numerus Prælatorum aderit, videbimus, judicabimus cum concilio in talibus opportuno ſuper cauſa eorum, qui Baſileæ remanſerunt, vel illuc noviter acceſſerunt, & inſpirante nos Domino, qui inſpirat juſta & ſancta conſilia in his, ad quæ conſilium Baſileæ fuit principaliter ordinatum, ſalubriter providere conabimur. Quare venerabilis frater, cum tibi etiam, qui in Eccleſia Dei nobile membrum exiſtis ſolers immineat cura præmiſſorum, qui de veritate rerum & ſtatu perſonæ noſtræ es plenius informatus, qui fides in hoc turbine fluctuantium voluntatum, ſub hac informitate aſſerti concilii, rem Eccleſiæ periculoſe committi, quæ majoribus Conſiliis indigeret: quibus utinam omnes debito in tempore ſufficere poſſemus & ſentire potes, non per univerſalem Chriſtianorum voluntatem, ſed per aliquos conſpiratores ad perniciem Eccleſiæ prælatos, fictisque rationibus, coloratisque argumentis induci & nonnullos exquiſitis modis & comminationibus impelli, ut ad id aſſertum conſilium vadant, quod & lapſu temporis & noſtra authoritate eſt diſſolutum: Fraternitatem tuam in Domino exhortamur, quatenus per nuncios & literas tuas, quomodocunque noveris aptius convenire, retrahere procures prælatos circumſtantes & temporales Dominos exhortari, ut ipſos retrahant a dicto aſſerto Concilio Baſileenſi. Et ſi qui jam iviſſent, hos penitus revocare, in quam majori numero fieri poteſt, ipſos inducendo, ut ad indictum per nos Bononienſe Concilium ſupradictum, ut tenentur, debito tempore, quanto citius poterunt, venire procurent: & temporales Domini ſuos oratores ad dictum Bononienſe Concilium mittant, qui ſuis honoribus aſſint, negotia dirigant, & juſtis deliberationibus foveant, ſicut de Chriſtiana eorum devotione ſperamus: qui in tempore tu etiam ad ipſum Bononienſe Concilium debeas advenire. Qua in re omnem tuæ virtutis conſvetum vigorem excitamus in hac juſta cauſa Eccleſiæ Dei, ut

omnis mundus intelligat, ſancto operi ſanctas te atque ſerventes operas poſuiſſe, & nos ad meritos tuos honores ferventius animemur, nobis de tempore in tempus notificando, quantum, ut ſperamus, virtus tua profecerit, & proſecuta fuerit in prædictis. Data Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1431. 3. Idus Februarii Pontificatus noſtri anno I.

CLXII.

Reformation des freyen und heimlichen Gerichts und der heimlichen Acht in Weſtphalen, wie und welcher maßen nun hinfürter dieſelbige, nach altem Geſatz und Herkommen ordentlich gehalten, uud Frey-Grafen und Schöppen gemacht werden ſollen, publiciret durch Churfürſt Dietrichen den II. zu Cölln, de Anno 1439. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur-Cölln, p. 89.

CLXIII.

Des Röm. Königs Friderici III. Mandatum an innenbenennte Perſonen, daß ſie die Cleriſey im Ertz-Stifft Cölln bey ihren Privilegien und Freyheiten zu conſerviren ſuchen ſollen, de Anno 1440.

FRidericus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Comes Tyrolis, venerabilibus Moguntino, Trevirenſi & Colonienſi Archiepiſcopis, noſtris & ſacri Imperii per Germaniam, Galliam, & Regnum Arelatenſe & Italiam Archi-Cancellariis, Principibus Electoribus, Conſangvineis Clariſſimis, illuſtribus Nepotibus, Comiti Palatino Rheni, ac Duci Bavariæ, Geldriæ, Juliacenſibus & Clivenſibus Ducibus noſtris & Sacri & Imperii Principibus, nec non in Marca & Mœrſa in Blanckenheim, in Virnenburg, in Sayn, in Tekelenburg Comitibus, in Heinsberg de Newenar, de Reifferſcheidt, de Limburg, de Saffenburg, de Tœmburg, de Lyppia Nobilibus, ſtrenuisque & famoſis in Drachenfez, in Ryneck, in Lantzern in Arnsfels, in Heimersbach Burggraviis & Caſtrenſibus, Proconſulibus & Communitatibus in Colonia, in Leodio, Aquisgrani, Tremonia, Confluentia, Andernaco, Bonna, Nuſſia, Suſato, & Monaſterio Weſtphaliæ, omnibusque aliis & ſingulis Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Comitibus, Baronibus, militibus militaribus & Clientibus civitatum & oppidorum, locorum communitatibus, cœterisque noſtris & Imperii Sacri ſubditis & fidelibus dilectis præſentium notitiam habituris gratiam regiam & omne bonum; Venerabiles, Illuſtres, Nobiles & fideles dilecti, quidam divæ memoriæ tam Caroli quarti, quam Friderici ſecundi, olim Imperatorum & Romanorum Regum, prædeceſſorum noſtrorum leges & conſtitutiones pro incremento atque defenſione Eccleſiaſticæ libertatis editas & ſancitas, pacta, conventiones & concordias cum pluribus communitatibus aliis, alias juſte, rite & legitime factas, initas & conceptas, atque per divos Imperatores, ſeu Romanorum Reges, prædeceſſores noſtros ex eorum ſcientia legitime confirmatas & approbatas infringere non verentur: Honorabiles Præpoſitos, Decanos, Scholaſticos, Cantores, Canonicos, Vicarios, & perſonas majoris & inferiarum Eccleſiarum, Monaſteriorum & piorum locorum Civitatis & Diœceſis Colonienſis in Perſonis & rebus diverſis injuriis afficiunt & affligunt, pro eo quod inflictarum pœnarum executio per Conſtitutiones, Leges, pacta, concordias & conventiones prædictas absque animadverſione negligunt, in ſubverſionem hujusmodi libertatis Eccleſiaſticæ & grave dictorum Prælatorum & perſonarum diſpendium atque damnum fuit noſtræ regiæ Majeſtati humiliter ſupplicatum, quatenus eisdem Prælatis, Canonicis, Vicariis & perſonis ſuper præmiſſis de opportuno remedio providere ex dignitate regia dignaremur. Nos inter glorioſæ Reipublicæ curas quibus noſtra regalis Eminentia pro ſuorum quiete fidelium aſſidue ſe dignatur exponere, illa eſt nobis cura præcipua, & ad illud noſtrum ſedulo deſtinamus affectum, quatenus ſanctam matrem noſtram veneremur Eccleſiam, & dignis favoribus proſequamur, quod nos rite exequi perpendimus, dum ſingularum Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum libertates, immunitates & jura ſervamus intacta, & noſtro potentiæ brachio defenſamus; horum igitur conſideratione, ut & eorundem Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, Leges, pacta, conventiones & concordiæ prædictæ, & quodlibet horum ſuper libertatibus & immunitatibus Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum hujusmodi editæ, quarum tenores felicis recordationis quondam Martinus Papa Quintus

Quintus in ſuis litteris effective deſcripſit, & nos de verbo ad verbum volumus præſentibus haberi pro ſufficienter expreſſis, debitæ Executionis ſortiantur effectum; Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, quos vel quem præſentibus requiri contigerit, vos hujusmodi conſtitutionum atque Legum Executores, conjunctim vel diviſim & quemlibet veſtrum in ſolidum deputantes ſub pœna quinquaginta marcarum puri auri, noſtro fiſco regali irremiſſibiliter ſolvendarum, per vos & veſtrum quemlibet, niſi requiſiti infra menſis ſpatium requiſitionem hujusmodi immediate ſequens ad infra ſcriptam Executionem proceſſerint, & fecerint quod mandamus incurrere volumus, ipſo facto diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vos & veſtrum quilibet, aut quem præſentibus requiri contigerit, Prælatis, Canonicis, Vicariis & perſonis dictarum Eccleſiarum & locorum conjunctim & diviſim efficacis præſidii auxilio aſſiſtentes non permittatis iisdem, aut eorum cuilibet a quoque cujuscunque ſtatus, gradus vel conditionis extiterit, contra libertates Eccleſiaſticas in dictis Conſtitutionibus & Legibus Imperialibus contentas, ſive concordias prædictas quomodolibet injuriam irrogari, ſed potius injuriantes hujusmodi, niſi poſt damnificationem ipſorum & veſtrum, ſeu alterius veſtrum requiſitionem infra certum terminum competentem per vos, vel aliquem veſtrum deſuper præfigendum, injurias perpeſſis ſatisfaciant, competenter pœnas eorundem Conſtitutionum legalium, pactorum, conventionum ſive concordatorum prædictorum, prout quemlibet pro commiſſo contigerit incidiſſe declarando per captionem, & detentionem perſonalem injuriantium & ſubditorum eorundem, diſtractionemque invaſionem & ablationem omnium rerum & bonorum ſuorum, mobilium & immobilium quorumcunque ſine mora ad ſatisfactionem & obſervantiam plenariam præmiſſorum omnium & ſingulorum vos & quilibet veſtrum in ſolidum veſtro brachio ſeculari, mediante noſtra autoritate regia, juxta dictarum legum continentiam cogatis & compellatis, cogat & compellat, ab aliisque, quantum in vobis eſt, & quolibet veſtrum cogi & compelli faciatis & faciat, ac pœnas ob dictas Leges & Conſtitutiones, pacta, Conventiones, ſive concordias infringentibus, ſeu quovis modo contra eas venientibus, ærario, ſive fiſco noſtro regio debitas & debendas, authoritate noſtra regali exigatis & emoneatis, ac quilibet veſtrum exigat, ac emoneat, atque ad fiſcum noſtrum Regalem ſtudeatis & ſtudeat fideliter deſtinare, ſuper quibus vobis & veſtrum cuilibet, tanquam noſtris in hac parte executoribus prædicta noſtra regali authoritate plenam licentiam & liberam poteſtatem concedimus per præſentes, volentes & decernentes, ut vobis & veſtrum cuilibet, præſentibus & futuris, vigore præſentium quoad præmiſſa perpetua poteſtas & licentia remaneat attributa, & quod præſentes litteræ per concedentis obitum non exſpirent, conſvetudinibus, conſtitutionibus, & Legibus Imperialibus, ac privilegiis & indultis quorumcunque nec non Conſtitutionibus & aliis in contrarium forſan facientibus non obſtantibus quibuscunque. Datum in nova civitate, ſub noſtri regalis ſigilli appenſione, teſtimonio literarum, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, Regni vero noſtri anno primo. Ad Mandatum Domini Regis, Conradus, Præpoſitus Viennenſis, Cancellarius.

CLXIV.

Tractat zwiſchen König Henrico VI. in Engelland und Churfürſt Theodorico III. zu Cölln, de Anno 1440. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur-Cölln, pag. 92.

CLXV.

Des Röm. Königs Friderici III. Revocation und Caſſation aller der Stadt Cölln zum Nachtheil des Ertz-Stiffts ertheilten Privilegien und Freyheiten, de Anno 1442.

WIr Friedrich, von GOttes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyer, zu Karndten und zu Crain, Graff zu Tyrol ꝛc. Bekennen und thun kundt offentlich mit dieſem Brieff allen den, die ihn ſehen, oder hören leſen, als Wir den Burgemeiſteren, Rath, und Burgeren gemeinlich der Statt zu Cöllen Unſeren, vnd des Heiligen Reichs getrewen, auf dieſen heutigen Tag datum dieß einen Brieff ertheilet, deſſen Innhalt von Wort zu Worten geſchriebet ſtehet alſo:

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Fridericus, Dei gratia Romanorum

manorum Rex semper Augustus, & Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Comes Tyrolis &c. ad perpetuam rei memoriam. Etsi Regiæ benignitatis generosa sublimitas, universos & singulos subditos ac fideles, quos sacrum ambit Imperium, ex innata sibi Clementia pio favore prosequitur, & alios tamen uberioris gratiæ clementia, speciali quadam prærogativa prætendit qui circa Romani Imperii honores, & commoda cura pervigili, & obsequiorum continuatione sollicita, fideique, & Legalitatis industria, constantibus animis claruerunt. Cum itaque Magistri Civium, Consules & Cives nobilis Civitatis Colonienſis, nostri & Imperii sacri fideles dilecti, Regiæ nostræ Majestati humiliter duxerunt supplicandum, ut ipsis omnia sua Privilegia, Literas, gratias concessiones, ordinationes & indulta, quæ & quas a Divis Romanorum Imperatoribus, sive Regibus, Prædecessoribus nostris, ac sacro Romano Imperio super quibuscunque juribus, Libertatibus, consvetudinibus & honoribus obtinuisse noscuntur, approbare, ratificare, innovare, confirmare, & de novo concedere de Regalis nostræ celsitudinis gratia dignaremur. Nos igitur prædecessorum præfatorum vestigiis inhærere volentes, nostræ consideracionis oculis attendentes, pensavimus dictam civitatem præ cæteris Alemaniæ partium civitatibus nobilibus fore fundatam, & ipsam multifariis libertatibus, & honoribus super omnibus multipliciter insignitam grataque etiam probitatis merita ac indefessæ fidei constantiam, & varia fideliaque servitia, quibus dicti cives & ipsorum civitas nos ac sacrum Romanum Imperium flagrantibus animis, & solertibus studiis frequentius honorarunt, præsertim cum supplicatio prædicta de fonte rationis emanet, & cum justa petentibus, non est denegandus assensus, animo deliberato, & ex mero liberalitatis arbitrio ipsis universa, & singula privilegia, & literas, quæ, & quas, super quibuscunque suis, & dictæ civitatis juribus, libertatibus, honoribus, possessionibus, proprietatibus, exemptionibus, & consvetudinibus, Banno urbis & Banleuca, quæ vulgariter Burban, & Bannule nuncupantur, Judiciis, Teloniis nundinarum institutionibus, & Privilegiorum ad eosdem concessibus, vectigalibus, conductibus, monetis obventionibus, censibus, proventibus, reditibus, & aliis quibuscunque pertinentiis, rebus, utilitatibus, & quibusvis emolumentis, quibuscunque etiam specialibus designentur vocabulis, ac Divis Romanorum Imperatoribus, sive Regibus, Successoribus nostris ac Sacro Romano Imperio, & ab Archi-Episcopis Colonienſibus obtinuerunt, in omnibus suis tenoribus, Articulis, punctis & clausulis de verbo ad verbum, prout scripta & scriptæ sunt, ac si tenores omnium forent inserti præsentibus, etiamsi de his jure, vel consvetudine deberet fieri mentio specialis, auctoritate Romana Regia approbamus, ratificamus, innovamus & de novo concedimus de singulari Nostræ benignitatis gratia, & Romanæ Regiæ potestatis plenitudine tenore præsentium confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, innovationis, concessionis ac confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam, & pœnam centum Marcarum auri purissimi, quarum medietatem Ærario, sive Fisco nostro Regali, residuam vero partem Civibus, & Civitati Colonienſi prædictis persolvendam decrevimus, se noverit irremissibiliter incursurum, præsentium sub nostræ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Coloniæ Anno Domini millesimo, quadringentesimo, quadragesimo secundo, die penultima mensis Junii, Regni nostri vero Anno Tertio.

Und wan Wir nun dan eigentlich geſehen hain, daß in der gülden Bullen löblicher Gedächtnus Kayſers Carls des vierten unſer Vorfahren under anderen Puncten geſetzt, und geſchrieben iſt, daß alle Privilegia, und Brieff ſo einigen Perſonen, von was Würden oder Stand die weren, oder auch Stetten, Veſtungen, Gemeinheiten von weil unſeren Vorfahren Römiſ. Kayſeren, oder Königen löblicher Gedechtnuß über einig Recht, Gnade, Freyheit, Gewohnheit, oder andere Dingen von iren eigen Willen, oder anders gegeben weren, oder die nachmahls gegeben wurden, nit ſchädtlich ſein ſollen, noch mögen an Privilegien, Freyheiten, Gerichten Rechten und Ehren, und Herrſchafften der Churfürſtendes H. Römiſchen Reichs Geiſtlich und Weltlichen, alß dan die Clauſul darauf ſprechendt, inhaltendt iſt, darauff auch dieſelbe unſer Vorfahren Ihre beſonder geſiegelt Brieff den Ertz-Biſchoffen, und dem Stifft zu Cöllen gegeben haint, welche Clauſul, und Brieff vorgerürt Wir dafür haben, und halten, als ob ſie von Wort hierein geſchrieben ſtunden; Solches angeſehen, wollen Wir auch, daß die ehegenandte unſer Beſtettigung den von Cöllen nun von uns gegeben, und auch die von unſeren Vorfahren obgenandt Ihn hievor gegeben worden dem Ehrwürdigen Theoderich, Ertz-Biſchoff zu Cöllen des Heiligen Römiſchen Reichs in Italien Ertz-Cantzlern, Unſerem lieben Neuen und Churfürſten, und ſeinen Nachkommen, und Stifft der Pfaffheit zu Cöllen an ihren Privilegien, Rechten, Freyheiten, oder Brieffen, keinen Schaden oder Hindernuß bringen ſollen, daß die mit dem vorgenandten Beſtettigung und anders in einigen Punckten beſchwecht, oder gekränckt werden, ſondern Wir ſetzen und wollen von Römiſcher Königlicher Macht, daß alle des Ehegenandten Ertz-Biſchoffs, ſeiner Vorfahren, und Stiffts zu Cöllen Privliegien, Freyheiten, Recht und Brieff die ſie, oder die Pfaffheit vorgeſchrieben von Uns, und unſeren Vorfahren ſehliger Gedächtnuß Römiſ. Kayſ. oder König haint behalten oder ſonſt redlichen herbracht, in ihren vollen kommenen gantzen Kräfften und Mächten bleiben, und ſein ſollen, als die waren uff die Zeit, do ſie ihn erſt gegeben worden, und ob ihn die auf dieſen heutigen Tag gegeben weren, und von Wort zu Worten geſchrieben ſtunden in dieſem Brieff, auch hetten unſer Vorfahren obgemelt den vorgenandten Burgermeiſter, Rath und Bürger gemeinlichen der Statt Cöllen, oder andere Fürſten, Herren, Stätten, oder anderen Perſonen, in welchen Standt, oder Würden die weren, einige Freyheit, Recht, Brieff oder Gnadt gegeben, die den obgemelten Ertz-Biſchoffen zu Cöllen, ſeinem Stifft, ſeines Stiffts Pfaffheit und Underſaſſen gemeinlich, oder ſonderlich an ihren Privilegien, Rechten, Freyheiten, Brieffen, Herkommen, und guden Gewohnden ſchädtlich weren, unter was Worten und Formen die gegeben ſeint, und hernachmals von Uns gegeben wurden, und ob auch Sie woll inhilten, daß ſie nit widerruffen, noch vernicht ſollen werden, ſonder in ihrer Macht bleiben, es wurde dann von dem beſonder Gedechtnus von Wort zu Wort, und unter ander Clauſulen, die ſolches noch ſonderlichen inhilten, die ſollen kein Krafft noch Macht haben, in kein Weiſe, ſonder zur Stundt nun alßdann, und dann als nun gäntzlichen, und zumahl machtloß thodt, und niet ſein, und Wir thun die ab, und vernichten und ſprechen die thodt, und machtloß von Römiſcher Königlicher Macht und Krafft dieſes Brieffs, verſiegelt mit unſerem Königlichen Majeſtät Inſigel. Geben zu Cöln in den Jahren unſers Herren, dauſent vier hundert und zwey und viertzig, auf der Heiligen Apoſtelen Tag Petri & Pauli, unſers Reichs im dritten Jahr.

Ad mandatum Domini Regis,
Jacobus de Leiſſ. Decretor &c.
Doctor.
Rta. Jacobus Wider.

CLXVI.

Churfürſts Theodorici II. zu Cölln Reformation ſeines und ſeines Ertz-Stiffts Weltlichen Hoch-Gerichts in der Stadt Cölln, de Anno 1448.

WIr Dietterich, von GOdts Gnaden der Heiliger Kirchen zu Cöllen Ertz-Biſchoff ꝛc. Thun kundt allen Luden, als Wir binnen den negſten verlidden vier Jaren vill clagen von unſen lieuen getrewen Burgermeiſter, Radt, und gantzer Gemeinden wegen unſen Stede Cölne gehoirt, dat unſe Scheffen unſes Hohen Gerichts in Cölne durch Zweydragt die Sie under ſich ſelffs hedden, beyde inwendig ind außwendig Lude, die des zu thuen hadten rechtlos blieuen, ind ſich nit Gerichtz off Rechtz gebrauchen off bekommen en kunten, alſo dat an deme Gerichte wenig Außrichtung geſchag, und nit gehalden wart, als ſich billig gebuirt und nvit were geweſt, damit die gantze Gemeinde, ind alle man, die des bedurfften, zu verderblichen Coſt ind Schaden qvemen, ind handt uns dieſeluen Burgermeiſter, ind Rath darumb fleißlich gebetten, ind hoe angeruiffen, dat Wir uns aigen Gerichte öffnen und verſorgen willen; Darumb Wir mancher Hande freundtlich ind redtliche Wege vor Unß genohmen und verſucht han die Scheffen under ſich zu entſcheiden, deßgleichen auch die Burgermeiſter, ind Radt der Statt Cölne mit uns, ind auch inſunderheit freundtliche, ind redtliche Wege verſucht handt der Wir, ind ſie doch an den Scheffen han mügen vinden, ind als dan unſeren Scheffen gebreche zu leſte an uns als einen ouerſten des Gerichts kommen ſint zu rechtfertigen, ind alſo vur uns ungeüßert noch hangen, ind nae unſer Scheffen mannigfeltig vurnehmen nit wolle kurtz mit Recht zu endtſcheiden ſein, ind als Wir dann alſo furder in die Sachen kommen ſeyn; So ſein uns ein Deil trefflicher ſchwarere Gebrechen vurbracht, darmit der meiſte Deill unſer Scheffen beleumet ſolten ſein, dardurch dat ſelue unſer Gerichte itzunt langer dann Jare ind Dage beſchloßen is geweſt So Wir dannoch furder von den ehegemel-

ten Burgemeisteren ind Rade in Nahmen, ind von wegen der gantzen Gemeinden unser Statt Cölne darumb angeruiffen ermandt, ind gebedten sein worden, unsen eigem Gerichte zu öffenen; So hain Wir etzlichen mit Nahmen Dieterich von Schiederich Euerhardt van Hartze, Johan ind Henrich Judde, Dietterich von der Lands-Cronen ind Rolandt von Eisenkirchen, die durch unse ehegenandte Scheffen in vur Ziden zu deme Scheffendumb gekommen seint, so duckmalen vur uns thun kommen, ind an In gesonnen des Gerichtz zu annehmen, darup Sie uns vur und under mehr Worten geantwort handt, wurden sie durch die Scheffen, die sie gekoren hedten in den Scheffen-Stoil gedingt in dan von uns geweldiget, ind vurder versichert, so wolden sie sich darzu ergeuen ind anders nit, ind alsdann sulchen Vurnehmen des indingens durch Gebrechc an unsen Scheffen, as vurgl. is, zu dieser Zeit nith geschien, ind die Scheffen umb des Leumutz willen vurgl. nit sitzen en mugten, ind wan dan uns Hoch-Gericht vurgl. nit langet beschlossen stain en muchte: So han Wir in darnae vur doen legen, dat Wir sie in den Scheffen-Stoil also setzen, ind weldigen wolden, dat Sie, ind iederman, den tatt antreffen mag, in deme Rechten bewardt solden sein vor unsen Kayserlichen Privilegien, die Wir darauf hedten, ind in vur Zeiden wall mehr geschiet were, ind as dit an ein Deill der gekoren Scheffen nit geholffen hadt, ind Sie gelichen walle bei ihrem Vurnehmen bleuen sein; So han Wir die angesehen die vurgl. mannigfeldige Anruiffunge, ind bede, ind auch die große Nötturfft des Rechten, ind Gerichtz ind auch Krutt und Schaden die davon kommen, ind geschiedt sein, ind auch vurder mehrer Schaden, in Fall ind Verdrieß davon kommen, ind geschehen muchte zu versorgen, ind sint nagegangen sulchen Wegen, as Wir finden, dat unse Vurfahren saliger gedacht, ind besunder Ertz-Bischoff Conradt in den Jaren unß Herren 1259. in dem 15. Kalenden Maii mit unserem Hohen-Gerichte zu beworgen in etlicher maßen vurgenohmen hant, die dan die Scheffen gemeinlichen einen außgescheiden aff satte, ind auch vord newe Scheffen widderumb daran satte, die Handel auch mit uns Capittels ind der Stede van Cölne Sieglen besiegelt, ind van Römisch Kayseren, ind Königen bestedigt ist, ind han darumb mit Rade unser trefflicher Freunde, ind merckliehem gezeke auß unsem Capittul, Edelmannen unser Statt Cölne auch unser Ritterschafft, ind anderer unserer Stede ind mhe unser getrewer Freunde, Geistlich ind werentlich zu uns, ind unserem Gestichte gehörende, andere Scheffen an unß Hohe Gerichte vurgl. biß zu dem vollen gezalle van fünff und zwantzig Personen vurgenohmen zu setzen, ind zu weldigen, ind darup nhu etlichen vuran vhagl. gesat, ind geweldiget han, as mit Nahmen Dietterich van Schiderich, Dietterich von der Ladtscronen, Henrich Judde, Rolandt von Lyßkirchen, Rolandt Schimmelpfenning, Franck von Zulpig, Wolff von Glesch, Goddart von Stammen, Walter Rodekirchen, Johann von Glesch Hermanns Sohn, Johann von Aldenaw, Henrich Bonenberg, Johann von Hoenkirchen, ind Johann von Boichholtz, ind han sie zu dem ehegl. Scheffendumb genommen, ingesatt, ind gegeuen, die Wir auch in denselnen Stoil in unsem, ind uns Gerichtz Banne, ind Fridden zu besitzen, als sich dat gebuirt, also gesat, ind geweldiget han. Als Wir bei Rade unser Freunde, ind Lieuen Getrewen vurgl. befinden, dat in deme Rechten genoich ist, ind watt vorder vermeßenre gewonden, as von der kuir off indingen jemandt herwidder vurnehmen muchte, die han Wir vor uns, unse Stiffte, ind Nachkommen mit Wist, Willen ind Consente der ehegl. Burgermeister ind Rath unser Statt Cölne aue gestalt, ind stellen sie aff in Krafft dieß Brieffs, ind van Macht sulches Handels, ind Kayserlichen Privilegien vurgl. Beheltnuße, doch allen brieuen thuschen unsen Vurfahren, unsen Gestichte, uns ind der vurgl. unser Statt Cölne gelegen vur dato dieß Brieffs gegeuen in allen anderen Punckten, damit nit unmechtig gemacht zu werden, ind so duck und main geworff auch der gesatter Scheffen off me doitz haluen, off sich des Scheffen Ambts unwirdicht hetten mit undugentlichen Sachen, die an in befunden wurden, als dan sullen die andere Scheffen zur Zeit, aß duck dat geschege, binnen den negsten maende nha deme In kundig were, datt die Statt von Doitz wegen, off sunst, off von bruchtigen off undedigen Sachen wegen leddig were worden, einen anderen Verstendigen geboren, geerfften, ind Ingesessen, Burger der dem Scheffen-Stoil beqveme, were, kiesen, ind Ire khur desselnen binnen demselnen mainde uns Dieterich Ertz-Bischoff vurgl. off unsen Nakommlingen Ertz-Bischoffen zur Zeit, als ferre Wir binnen vnsem Lande weren, oder vnsen off unser Nakomlichen Freunde, den unsen Gestichtz Lande aßdann beuoehlen weren, vurbrengen, ind verkündigen, ind begerenden zum negsten, as unß, uff unsere Nakommlingen dat gelegen weren, zu weldigen, ind in zu setzen, as sich dat gepuirt. Ind were Sache, dat die Scheffen der Khur in der vurgl. Zeit ind in vurgl. maßen nit en deden, ind unß, off unsen Nachkomlingen, off unser Stadthelder der Khur auch also niet verkündigen, oder einen Kuren, den Wir, off unse Nachkomen darzu unbeqveme funden; So sullen und mugen Wir Dieterich, Ertz-Bischoff vurgl. oder unse Nachkommen einen, off mhe aß mannich der Scheffen also aue gegangen weren, ind aß duck des nott geburte, anderen verstendigen geboren, geerfften, ind ingesessen Burgere, die Wir deme Gerichte beqveme funden, zu der Zeit zu dem Scheffendumb kiesen ind geuen, ind den, off die Weldigen, ind insetzen in alle dermaßen, as vurgl. stehet, sonder iemantz indragt off Widderede; auch sullen unse Scheffen des Hoengerichtz nhu vortan zu allen vierzehen Dagen zween Dage zum minsten viβdingen in dem Gerichte an deme Hove, den einen von der Hardtscharen, und den anderen von Kummer, ind van alsulchen Sachen id en beneme In dan ehehaffte Nött, vort so watt erdingniße vur den Scheffen, die sullent Sie zur Stundt zu gesinnen der eure, die dat antrifft, urkunden in die schrin gebuir, Heuser, dae sich datt hin geburt, ind deßgleichen sullen sie auch doen aus Irem Schein ind sie sullen alremallig unverzöglich aus, ind in Irem schrien lesen, ind schreiuen; Vort sullet sie dat Gerichte bescheidentlichen ind trewlichen Hauttieren, ind dem folgen in allen Sachen, ind geine Vurdedinge mit iemandt darumb hauen, noch machen in einiger Weise; Auch so en sullen sie gein Gedinge van der Burger wegen nae essen halten, anders dan von den gesten, auch sullen unse Scheffen allsamen diße vurgl. Punckten van der Scheffen Khur ind van dem Gerichte bey Iren Trewen ind Eiden, die sie van Irs Scheffendumbs wegen gethain handt ouermitz Ihr offne beslegelte Brieue, die Sie daroeuer uns, in unsen Nachkommen geuen sullen, gelouen, ind schweren vur sich, ind ire Nachkommen stede, ind vest zu halten, ind die also vort me zu doen, ind zu handhauen sunder all Argelist ind Geuerde; ind zu diβen Sachen, as dat die Scheffen Kuir, ind dat Gerichte die baß bestedichet ind gehandthafft werde, Sullen die Burgermeister, der Rhait, ind Bürger gemeinlichen unser Statt Cölne, uns, unsen Nakommen, ind Gestichte allezeit, as des noitt is, behutplich, beistendig und beiredig sein, dat die van nu vort gehalten werden, so wie hieuor geschrieuen steet, ind dat gein Gebrech, noch Versumnus darin enfalle, were auch Sach, dat iemandt were, der were binnen, off buißen Cölne Geistlich, off Weerntlich, der sich stelte, off sette wider diße unse Scheffen Satzunge ind uns, uns Nakomlige, off Gestichte unse Rhätte, Freunde, off andere die unse off die vurgl. Burgemaister und Rhat, off die Ire darumb wehwilligen bedadingen off unwilligen Wulden, mit Gerichte, Geistlich off Werentlich, off mit Gewalt, mit Worten, off mit Wercken schmeligden Vuerspreehen, off Widdersetzen uns sementlich, off besunder, heimlich, off offenbahr, off auch diße Scheffen nae Luidt diß Briefs gesadt, as dat sie nit nae alden Herkommen, off Gewohnheit des Gerichts ingedingt en were, ind sie off Ir Urdel darum straffen wulde, so sullen Wir ind unse Nakommen ind die vurgl. Burgermeister Rhait, ind gantze Gemeinde unser Statt Cölne dat semetlichen off besunder wie ind wanne unser eine Parthey die andere darumb ersuchte, off van den unsen, die dat antreffende were, ersucht wurden, widerstain, kieren, ind dat also trefflichen straffen, ind auch mit der gantzer Macht, off des Noitt were, also dat dat vurbaß von andern gemeidet werde, unser ein dem anderen dvin trewlichen behulffen, ind beistendig zu sein vurgl. massen vort gantz uffrichtlichen ind in Wirden mechtlichen gelassen, ind gehalten werden zu allen Ziden; Auch sullent die Scheffen vurgl. die nu gesadt sein, ind hernamals gesatzt sullen werden, glouen sicheren, ind schweren dit oeuerdragh, wie in diesem Brieff vur ind nae geschrieuen stehet, zu halten, ind des Siegele ind Briue oeuer sich geuen, damit man des Wal verwardt sein, ind op dat auch unse Hohe-Gerichte vurgl. stettlichs also ganckhafftig, ind unse Statt Cölne ouermitz guitt Gerichte, ind unse Gerichte mit unser Statt Cölne In eheren, ind in Vrieden blieuen, So sullen zu allen diβen vurgl. Punckten in Saißungen, ind auch dat Gerichte nee dem besten zu reformeren die vurgl. Burgermeistere in Rhat, ind Ihre Nakomlige uns, unsen Nachkommen, ind Gestichte nu und zu allen Ziden, wan Wir des an In, off sie an uns gesinnen, behülfflich beistendig, ind beraden

sein, sunder Argelist. Jn dat gein gebrech, noch Verseumnuß darin enfalle; Alle vurgl. Punckten han Wir Dietterich Ertz-Bischoff vurgl. bey unser Fürstlicher eheren in guten Trewen gelofft, ind gelouen in Krafft dißes Brieffs vur uns, unse Nachkommen, ind Gestichte vest, stede, ind unverbruchlich zu halten, außgescheiden alle Argelist und Geuerde. Jnd han diß zu gezuge der Wahrheit unse Siegel an diesen Brieff thuen hangen, ind Wir Burgermeister ind Rhadt der Stette Cölne bekennen vur uns, unse Nachkomlingen, ind gantze Gemeinde unser Statt Cölne, dat Wir die vurgl. Scheffen Saitzungen ind alle Punckten dieß Brieff in ihre gantze Macht ungehindert lassen, ind gentzlichen also halden sullen, so viel uns dat antreffen magh, nae Lude dieß Brieffs, in dem Erwerdigen Fürsten, vnserem besunderen lieuen Herren, Herren Dietterichen Ertz-Bischoffen zu Cölne Hertzogen zu Westphalen ind zu Engeren ꝛc. Seinen Nakommen ind Gestichte van Cölne, dat in aller vurgl. maßen na Lude dieß Brieffs behulplich, beistendig, ind beraden sein, ind allet dat zu doen, dat in diesem Brieff von uns, unsen Nakommen, ind gantzer Gemeinden geschrieuen stehet, als Wir dit allet bei unsen Eheren, in guden Trewen ind in nidts stadt dem vurgl. unseren Herren von Cölne, seinen Nakommlingen, ind Gestichte gelofft han, ind gelouen in dießem Brieue vast, stede, ind unuerbruchlich zu doen, ind zu halten, sunder alle Jndracht, Argelist, ind Geverde. Jnd han diß zu Gezuge der Wahrheit unser Stat Siegel ad causas bei des vurgl. unsers lieuen Herren von Cölne Siegel an dießen Brieff thuen hangen, Jnd Wir Dietterich, Ertz-Bischoff vurgl. han vort gebetten, ind geheischen die Edelen, unse lieuen Neuen, Rade und Getrewen Graven Gumprecht von Newenaw, unseren Erff-Vogt zu Cölne, Herren zu Alpen, Jan Herren zu Rifferscheidt ind zur Dick, unseren Erff-Marschalck von Alffter, dat Sie Jhre Siegele ind Burgemeister, Scheffen, Rhâde, ind Gemeinde unser Stede Andernach, Bonn, Jnd Neuß, dat Sie jecklicher Jre Stede Siegell zu Gezeuge mit an dißen Brieff gehangen handt, der Wir Greue Gumprecht von Newenaw, Erff-Vogt zu Cölne, Herr zu Alpen, Jan, Herr zu Rifferscheidt, ind zur Dick Erffmarschalck des vurgl. unsers gnädigen Herren under unseren Siegeln und Wir Burgermeister Scheffen Reede ind gantze Gemeinde der Stede Andernach, Bonne ind Neuß bekennen Wair zu sein, under unser Stedt Siegelen van beden, ind Geheische unses gnädigen lieben Herren von Cölne vurgl. zu Gezuge ahn dißen Brieff gehangen. Gegeuen in den Jaren unsers Herren ꝛc. 1448. vp. Senct Pawels Dagh Conversionis &c.

CLXVII.

Revers, welchen ein Scheffe des Hohen Gerichts zu Cöllen Churfürst Theodorico II. daselbst, wegen genauer Beobachtung vorherstehender Reformation ertheilet, de Anno 1449.

Jch Wolff Glesch, Scheffen des Hohe-Gerichts zu Cölne, bekennen ouermitz disen Brieff, dat ich deme Erwürdigsten Fürst in GOTT Vader, meine genädigen lieuen Herren, Herren Dietherich, Ertz-Bischoff zu Cölne ꝛc. Seinen Nakommlingen ind Gestichte geloff ind in guten Trewen zu den Heiligen geschworen han, gelouen ind schweren ouermitz dißen Briff alle allsulche Punckten van dem Hohen Gerichte in den Brieuen ind Saßungen die thuen meine Gnedige Herren vurgl. sinen Nachkommen ind Gestichte vp eine, ind Burgermeister ind Rait ind Gemeinden der Stede Cölne vp die andere siden, in den Jaren unsers Herren 1448. vp Sanct Pawels Dag Conversionis geschreuen ind begriffen sein die an mich ind mein Scheffendumb gepuirendt vaste, stede ind unverbruchlich zu halden, sonder Argelist; Jnd des zu Urkunde der Wahrheit, han Jch Wolff van Glesch vurgl. mein Siegell an diesen Brieff gehangen, in den Jahren unß Herren 1449. vp Fridas des 26. Dags moentz Januarii.

In simili forma omnes reliqui Scabini Reversalia dederunt Archiepiscopo.

CLXVIII.

Juramentum des Vice-Grafen bey dem Churfürstlichen Weltlichen Hohen Scheffen-Gerichte in der Stadt Cölln, de Anno 1449.

Jch

Jch Joris Scheinck. Bekennen ouermitz diesen Brieff. So as mein Gnedige Herr von Cölne, mir sein Hohegericht ind Graffschafft Ampte zu Cölne bevollen hat zu handthauen, zu regieren getrewlichen nu zu verwaren, so han Jch mich des annohmen inmaßen hernae geschrieuen steet.

Zum ersten sall ich die Gerichte Dage, as die gewoenlich sint, mit den Scheffen warden, ind besitzen, ind alle manne recht lassen widderfahren, ungehindert ind ohn Jndracht, ind alle Gerichte zu dem Scheffenstoille gehoerende, nirgen anders lassen richten, dan an dem vurgemelten meines Gnädigen Herren Hoengerichte, ind Jch sall auch mit den Scheffen also foegen, ind darvur sein, van gemein partheien Lieffnuße lassen zu nehmen, darumb einicher partheyen recht verzogen, off geweigert mügte werden, also dat ein iecklich Urdel binnen moentz frist ausgesprochen werde, vp dat mallich die lengde dat nit werde verzogen. Jnd sall auch angreiffen alle die Jene, die in Mißdait beziegen, beruchtigt befunden, off mich anebracht werdent. Jnd doin hachten, ind mit dan lassen kommen, dan mit Rechte, as sich dat gepuirt.

Auch sall Jch Dag und Nacht die straffen, ind ungeburliche stede getrewlichen schirmen, und verwaren, ind angriffen mißededige Lude, in maßen vurgl. as dat einen Greuen gepuirt ind gewenlich geweſt is, ind so was Jch ind die Bodten also griffen off doen griffen, so wat Guitz, Geltz ind Kleinotz van den bruchten erscheinende, ind erfallende werden, die bouen 10. Gulden treffendt, sall mein Gnädiger Herr halff hauen, ind die andere Helffe den kleinen bruchten under 10. Gulden sullent mein sein, in davon sall ich dem vurgl. meinem Gnädigen Herrn gute Bewisunge ind Rechentschafft doen.

Were auch, was von dem vurgl. Gerichte affgezogen entfieret off enteuget, dat sall ind will Jch wider inforderen getrewlichen nae alle meiner Macht. Jnd des umb niemantz Willen lassen, ind ich sall auch Dag ind Nacht meines Ampts warten, ind darzu doen as von alders gewoenlichen geweſt is nae Außwisung sulcher Brieue die Scheffen van Cölne meinen Gnädigen Herren sinen Nachkommen in Gestichte van Cölne darup gegeuen, ind besiegelt hant.

Auch sall Jch alle Gedinge zu Dage Zeit ind ouer Tag Zeit ind ungebodten gedinge, ind allen ouerbauw verwaren, verthedingen, ind doen verwaren, so dat mallich recht darinnen gedele, ind Widerfure, ind dat also gericht werde as sich gepuirt, ind vort alle andere gepurliche sachen, die sich an dat vurgl. meins genedigen Herren Gericht treffent auch außricht, as von Alders gewoenlichen geweſt is.

Jnd besunder were jemandts, wer der were, sich lechte off dede Widder meins Gnädigen Herren vurgl. Hohegerichte off Herrligkeit binnen Cölne mit Worten, off Wercken, off die Sachen die darain gebuirden, ind gebuirent zu richten nae der Scheffen kunden, hinderte, off verkurtzte, off davon zuge, off wurffe, off forderte die anders wo zu richten, offrichte, die sall ich so dicke es noit is, vur dem Hohen Gerichte forderen, ind winnen; Jnd darumb beclagen, ind darup der Scheffen Urdell ind Gerichte heischen, gesinnen, ind nemmen, und wes sie imme ind dem Gerichte darumb gebracht hauen, ind sall alsdann die bruchten inwinnen ind außpenden, ind Jmme sein Deil dauon lieueren als ditt des noit is ahn verzogen ind Argliſt als vurgl. stehet. Jnd want ich Joris vurgl. mich des vurgl. Ambts wie vurgl. stehet annommen ind underwonnen han, so han Jch deme vurgl. minen gnädigen Herren von Cölne in gutten Trewen gelofft, gesichert, ind mit vurgereckten Fingeren lifflichen zu den Heiligen geschworen dißе vurgl. Punckten vadt in stedt zu halden ohn Argeliſt. Jnd han des zu gezeuge der Wahrheit mein Siegel an diesen Brieff gehangen. Der gegeuen is in den Jahren uns lieuen Herren 1449. vp Freytag des 16. Tags des Monats Februarii.

CLXIX.

Königs Henrici VI. in Engelland Vollmacht vor Thomam Kent, Gesandten an Churfürst Theodoricum II. zu Cölln, daß er ihm die versprochene Pension auszahlen, auch sonsten mit selbigem tractiren und schliessen solle, de Anno 1450.

REx omnibus, ad quos &c. Salutem. Sciatis quod cum certa Pecuniarum depensione annua, quam Reverendissimus in Christo Pater & illustris Princeps, Theodoricus, Colonienſis Archiepiscopus ex Confessione nostra habere debeat, a retro existat non soluta. Nos, cupientes omnia, quæ sunt rationis adimpleri. De fidelitate, industria ac circumspectione dilecti & fidelis nostri Magisti, Thomæ Kent, utriusque Juris Doctoris plenarie confidentes.

Ipsum de præsenti ad dictum Reverendissimum Patrem & illustrem Principem transmitti-

mus, ac eundem Magiſtrum Thomam, noſtrum Ambaſſiatorem, Nuncium, Procuratorem, Actorem, Factorem, Negotiorumq, geſtorem ordinavimus, fecimus & deputavimus. Dantes & concedentes eidem Poteſtatem, auctoritatem & mandatum, tam generale, quam ſpeciale, pro nobis & nomine noſtro, ad communicandum, tractandum, appunctuandum & concludendum cum ipſo illuſtriſſimo in Chriſto Patre & illuſtri Principe, vel cum habente aut habentibus ad hoc poteſtatem ſufficientem ab eo, ſuper ſolutione fienda tam dictæ penſionis annuæ in futurum, quam illius ſummæ, quæ ad præſens non eſt ſoluta ſed ſolvenda exiſtit, ac de modo & forma ſatisfaciendi & ſolvendi easdem

Nec non ſolutiones ipſas fideliter fiendas Terminis, modis & formis appunctuatis, ſtatutis, concordatis & concluſis inter ipſos Ambaſſiatorem noſtrum & Reverendiſſimum Patrem & illuſtrem Principem, promittendum & aſſecurandum.

Sponſiones, conventiones, pacta, promiſſiones & cautiones quæcunque interponendum & faciendum, bona noſtra mobilia & immobilia ipothecandum & obligandum, ac, ſi opus fuerit, inſolutum dandum, conſtituendum & aſſignandum.

Literas, munimenta & alia ſcripturarum genera quæcunque faciendum & confici requirendum & videndum.

Cæteraque omnia & ſingula faciendum, exercendum & expediendum, quæ in præmiſſis ſeu circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna.

Promittentes bona fide & in verbo Regio nos ratum, gratum, firmum atque ſtabile perpetuo habituros totum & quicquid per dictum Ambaſſiatorem, Procuratorem & nuncium noſtrum actum, factum, ſive geſtum fuerit in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum nec non ſuper inde noſtras literas confirmatorias dare & tradere, aut dari, ſeu tradi facere. Loco & tempore, de quibus inter eundem noſtrum Ambaſſiatorem & præfatum Reverendiſſimum in Chriſto patrem & illuſtrem Principem concordabitur.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Leyceſtr. Decimo quarto die Maji.

Per Breve de privato Sigillo.

CLXX.

Des Cardinals Nicolai Cuſani Päbſtlichen Nuncii in Teutſchland, Statuta Synodalia, ſo er im Ertz-Stifft Cölln, mit Genehmhaltung Churfürſts Theodorici II. daſelbſt, im Jahr 1451. publiciret.

THeodericus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii, per Italiam Archi-Cancellarius, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Apoſtolicæ ſedis legatus, &c. Reverendo in Chriſto patri, Domino Joanni, Epiſcopo Leodienſi, ſalutem in Domino.

Quia reverendiſſimus in Chriſto pater ac Dominus D. Nicolaus tituli S. Petri ad vincula ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter cardinalis, ac per Alemaniam apoſtolicæ ſedis legatus, in provinciali Concilio Colonienſi, per ſuam paternitatem reverendiſſimam ac nos indicto ac convocato, pro reformatione eccleſiaſtici ſtatus, nonnullas ordinationes & ſtatuta condiderit, ſtatuerit, & ordinaverit, quarum & quorum omnium tenores de verbo ad verbum ſequuntur, & ſunt tales:

Nicolaus, miſeratione divina tituli S. Petri ad vincula ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Presbyter cardinalis, per Alemaniam & nonnulla alia regna ac provincias apoſtolicæ ſedis legatus, ad perpetuam rei memoriam.

Adſpirante divinæ pietatis influxu, & vigore apoſtolici ſpiritus, qui (teſte Hieronymo) Petri cathedram non deſerit, ſe nunc ad paſcendum dominicum gregem diligenter convertente, actum eſt, quod ſanctiſſimus dominus noſter, dominus Nicolaus Papa V. oculos ad hanc magnam provinciam Colonienſem attollens, nos licet omnium ſacri collegii Cardinalium minimum, transmiſerit, ut videamus, qualiter vos fratres & filii ſui dilecti, in via domini proficiatis: Hinc Deo gratias agamus, qui nos ad divina myſteria ſolicitanda collegit, ut mutuis conſiliis cuncta in melius dirigantur. Et quoniam nunc adeſtis, vos reverendiſſime domine Theodorice archiepiſcope Colonienſis, cum venerabili capitulo, ac veſtrorum comprovincialium vices agentibus, venerabilibusq; Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Canonicis, aliisque religioſis & devotis, doctisque ſacerdotibus & magiſtris numero copioſo: tempus adeſſe credimus, ut nunc deliberationum communiũ per plures dies digeſte factarum, fructuoſa diffinitio ſubſequatur: Quæ ut clarior fiat, præmittendum arbitramur, nos non velle, per ea, quæ ſtatuemus apoſtolicis, aut legatorum ejus, aut noſtris antea factis ordinationibus in aliquo detrahere, neque etiam

etiam comprovincialium, aut ſynodalium diœceſium ſtatutis, laudabilibusque conſvetudinibus quibuscunque (quæ per noſtra ſtatim promulganda decreta non corriguntur, aut limitantur) derogare, nec etiam auctoritati apoſtolicæ ſedis, aut ejus legati, nec metropolitani aut ſuorum Coepiſcoporum comprovincialium, nec juribus, libertatibus, privilegiis ac exemptionibus præjudicium fieri quovis modo: ſed potius jus uniuscujuslibet, quale habere dignoſcitur, ſalvum eſſe volumus. Ad aliqualem autem eccleſiaſtici ſtatus reformationem, quousque Deus majori obſervantiæ commodius tempus conceſſerit, nos Nicolaus cardinalis, legatus, &c. Supradictus, huic ſacro provinciali concilio auctoritate ſanctiſſimi Domini noſtri Nicolai Papæ V. præſidentes, de expreſſo reverendiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri, Domini Theodorici, Archiepiſcopi præſcripti nobis concedentis, ac ſui venerabilis capituli, omniumque comprovincialium conſenſu, univerſaque Synodo concorditer approbante, ſtatuimus, & ordinamus ut ſequitur:

In primis, quod de cætero de triennio in triennium ſervetur concilium provinciale in ſancta civitate Colonienſi, ſtatim poſt octavas dominicæ reſurrectionis, in forma, & ſub pœnis juris communis, cum litaniis & ſolennitatibus nunc adhibitis, ſeu alias congruentibus, videlicet quod dicatur miſſa, legantur litaniæ, & fiat ſermo exhortationis.

Item quod ſingulis annis in diœceſibus ſuffraganeorum comprovincialium, ſerventur concilia Epiſcopalia, ſeu ſynodalia per ipſos ſuffraganeos, ſeu illos, ad quos de antiqua conſvetudine ſpectat, in quibus corrigenda corrigantur juxta canonum & ſtatutorum continentiam.

Inſuper laudamus & legi mandamus in ſynodis diœceſanorum libellum S. Thomæ de Aquino, de articulis fidei & ſacramentis eccleſiæ: quodque præcipiatur curatis, ut partem, quæ eſt de ſacramentis, habeant & ſtudeant diligenter.

Item volumus & mandamus, quod ſtatuta provincialia bonæ memoriæ Engilberti, ſeu Henrici, Archiepiſcoporum Colonienſium, cum additionibus aliorum ſubſequentium, tam Romanorum, quam provincialium pontificum circa tuitionem eccleſiaſticæ libertatis, & non alias, innoventur, publicentur crebrius & diſtricte ſerventur.

Item quod Judæi intra decem menſes, & ab eo tempore in antea per totam provinciam Colonienſem deferant ſignum, videlicet circulum de filis croceis, in veſte extrinſeca ante pectoralia: & hoc, quoad maſculos: quodque fœminæ deferant duas rigas blavii coloris in peplis earundem ad inſtar Judæorum in urbe Romana. Et quod nihilominus ſervetur decretalis: Poſt miſerabilem, extra de uſuris. Ad quæ omnino compellantur, tam per eccleſiaſticam, quam ſæcularem poteſtatem.

Item circa ingreſſum ad beneficia & ordines, ac permutationem beneficiorum, atque reſidentias curatorum, ſtatuimus jura & ſtatuta provincialia & Epiſcopalia obſervari, ac in proxima viſitatione, quam fieri mandamus, corrigenda, absque diſſimulatione corrigi & emendari.

Inſuper ad reformationem moris eccleſiaſtici, ordinamus & ſtatuimus, quod presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, & alii in minoribus ordinibus conſtituti, de cætero tonſuram deferant clericalem, atque crines longos, & tamen ſic detonſos, quod auribus patentibus incedant: Ita quod ſtatus & gradus cujuslibet eorundem, diſcerni commode poſſint, & valeant. Et quod veſtes deferant competenter longas, decentes & honeſtas, in lateribus clauſas, juxta morem & conſvetudinem diœceſium, ſeu locorum.

Item, ut ſinguli diœceſani provideant in ſuis diœceſibus, ne de cætero dominicis & feſtivis diebus ad honorem Dei indictis, mercatus rerum vendibilium, quæ ad uſum quotidiani victus neceſſariæ non exiſtant, quomodolibet fiat, niſi in caſibus permiſſis a jure, & præſertim juxta determinationem S. Thomæ de Aquino ſupradicti.

Item abuſum quæſtuariorum, qui quotidie excreſcit, reprimendo, mandamus, & præcipimus, ne de cætero admittantur, niſi juxta formam juris communis, & tenorem ſtatutorum ſynodalium diœceſium prædictarum.

Item prohibemus, ne de cætero auctoritate quacunque erigantur, admittantur, vel confirmentur aliquæ novæ congregationes virorum aut mulierum, etiam in communi vita vivere adſpirantium, niſi aliquam regulam per ſedem apoſtolicam approbatam, expreſſe profiteantur, ſeu acceptent. Mandamus præterea talibus congregationibus jam forſan exiſtentibus, niſi ſic qualificatis, omnem favorem ſubtrahi, nec easdem aliquo privilegio, vel indulto de cætero communiri debere, offerentes nihilominus congregationibus qualificatis ſupra tactis favorem & auxilium.

Item ſtatuimus ne de cætero quacunque auctoritate admittantur aliquæ novæ frater-

fraternitates, ex quibus veriſimiliter detrahi poſſit religioni & juribus eccleſiarum: quodque nullæ indulgentiæ talibus concedantur.

Item ſtatuimus, quod quicunque clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, qui poſt hujusmodi conſtitutionis notitiam, (quam habere præſumatur poſt duos menſes a tempore publicationis, quæ inferius fieri mandatur) fuerit publicus concubinarius, in crimine hujusmodi perſeverando, a perceptione fructuum beneficiorum ſuorum, trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus. Quos ſuperior, ad quem id alias immediate ſpectat, ad fabricam, vel aliam evidentem eccleſiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat. Quodque ſi ſuperior, ad quem id ſpectat, viderit concubinarium illum metu prædictæ ſuſpenſionis fructuum non retrahi, tunc antequam ad ulteriores juris pœnas, eidem infligendas, procedatur, eundem tamen publicum concubinarium canonice moneat, & aviſet, quod niſi intra terminum tunc ſibi præfigendum ceſſet, ad dictas pœnas ſe proceſſurum. Et nihilominus hi publici concubinarii poſt hujusmodi ſuſpenſionem ac monitionem & proceſſum, usquequo cum ipſis per ſuos ſuperiores poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem novi tituli, quorumcunque beneficiorum, aut officiorum, honoris, ſeu dignitatis eccleſiaſticorum ſint inhabiles. Quod ſi poſt diſpenſationem recidivo vomitu ad hujusmodi concubinatum redierint, ſine ſpe alicujus diſpenſationis, ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant: Quod, ſi hi, ad quos talium correctio pertinet, ipſos (ut prædictum eſt) punire neglexerint, eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu, quam in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animadvertant. Publici autem intelligendi ſunt non ſolum hi, quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſſionem in jure factam, ſeu per rei evidentiam, quæ nulla poſſet tergiverſatione celari, notorius eſt: ſed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenet, ac per ſuperiorem ſuum admonitus, ipſam cum effectu non dimittit. Clerici vero in ſacris non beneficiati, qui caderent in ſuſpenſionem fructuum, cadent ſimiliter in ſuſpenſionem ab ingreſſu eccleſiæ: & contra eos procedatur ad graviores pœnas, etiam mulctas.

Item ſtatuimus, quod nullus officialis judex in aliquo loco interdictum eccleſiaſticum ponat ſimpliciter, vel ad tempus, pro pecuniario debito, juxta conſtitutionem Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit, Provide, &. Niſi pro debito eccleſiæ, vel beneficio eccleſiaſtico, ſimiliter niſi in reſcripto apoſtolico aliud expreſſe contineatur. In quo ſiquidem interdicto eccleſiaſtico, & ceſſu a divinis, volumus jus commune atque ſtatuta tam provincialia, quam ſynodalia ſervari. Nolumus tamen per hoc ſeducere, quin ſi judices ſæculares, aut domini temporales in ſubſidium fuerint requiſiti, ad compellendum excommunicatos redire ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, & propter eorum inobedientiam fuerint excommunicati, & in ea excommunicationis ſententia per annum rebelliter inſurduerint, quod tum adverſus ipſos judices ſeu dominos tales procedi poſſit ad interdictum eccleſiaſticum & ceſſationem a divinis.

Item pro reformatione monaſteriorum & religioſarum perſonarum, ſtatuimus atque diſtrictius præcipimus, quod deſuper ordinarii diligenter invigilent, ipſosque religioſos utriusque ſexus, juxta tenorem juris communis & ſtatutorum ſynodalium ſuorum, ad obſervantiam vitæ regularis conſtringant.

Item attendentes apoſtolicam ſedem fratribus mendicantibus privilegia in ædificationem eccleſiæ conceſſiſſe, & ob hoc in Clement. Dudum &c. fratres præſentandos Epiſcopo, & per eum ad audientiam confeſſionis admittendos; vult eſſe idoneos & probatæ vitæ: & quia Epiſcopi, ad quos voto ſolenni ſpectat curam gregis eorum habere, admonitos eſſe convenit, ne admittant alios, quam ut Clementina illa habet, qualificatos: ita quod eis conſtet per facti evidentiam, aut teſtimonio bonorum hominum, eos dignos eſſe, quibus ſibi creditas animas abſolvendi claves committant: Hinc ad finem, ut fratres ipſi religionis ſuæ obſervantiam citius adaugeant, ſeu acceptent, intentionis noſtræ exiſtit, quod quisque Epiſcopus ſuffraganeus fratribus ordinis mendicantium cum omni caritate regularem obſervantiam perſvadeat, offerendo ad hoc omnem gratiam & benevolentiam, cum comminatione, quod niſi intra competens tempus, eis per quemlibet Epiſcopum præfigendum, per facti evidentiam regularem vitam, ſecundum profeſſionem ipſorum, ſervare incœperint, & continuaverint, quod tunc, poſt lapſum terminum, eos tales inidoneos, minus probatæ vitæ, audientiam confeſſionum, prædicationes & petitiones, ac alios actus legitimos non admittat.

Epiſcopi

Epiſcopi etiam non patiantur fratres in terminis longiores moras trahere: ſed operam dent, ut petitione peracta ad ſuos conventus redeant, niſi eos in audiendis confeſſionibus & prædicatione verbi Dei, diutius morari in aliquo loco debere judicaverit.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod viſitationes fiant, prout de jure præcipitur: & ſi ordinarii in viſitationibus ſuarum diœceſium, vel alias, reperiant concurſum populi ad aliquas imagines, cognoverintque informatione ſummaria recepta, populum amplius ad diſpoſitionem figuræ talis imaginis, quam ſalva fide expediat, inclinari, quod tunc imaginem tollant, & alias omninò provideant, ne idololatriam committant. Similiter ſi hoſtia transformetur in cruentam carnem, ſeu in ſangvinem apparentem, occultetur penitus & omninò juxta traditionem juris, nec populo quomodolibet publicetur, ſeu oſtendatur, ne ſeducatur, & quæſtuarius accurſus populo prohibeatur.

Item ad majorem honorem ſanctiſſimi ſacramenti ſtatuimus, quod deinceps ipſum ſanctiſſimum ſacramentum, nullatenus viſibiliter in quibuscunque monſtrantiis ponatur, aut deferatur, niſi in ſanctiſſimo feſto corporis Chriſti cum ſuis octavis, ſemel in anno, in qualibet civitate, aut oppido, ſeu parochia, vel ex ſingulari indulto ordinarii, aut alias pro pace, aut alia neceſſitate imminente, ex indiſpoſitione remp. prægravante: & tunc cum ſumma reverentia atque devotione: in præmiſſis tamen laudabilibus conſvetudinibus hujus metropoliticæ & cathedralium eccleſiarum ſuffraganeorum ejusdem, ſemper ſalvis.

Item cum natura quotidiè novas deproperat edere formas, & omnia ſubjacent mutationi, reſervamus provinciali ſynodo proximæ & ſequenti, liberam & abſolutam poteſtatem ſuperius ſtatuta, ordinata, & per nos præcepta emendandi, corrigendi, reformandi, & commutandi, prout juxta malitiam atque qualitatem temporis & ſubditorum, provinciæ Colonienſi videbitur expedire.

Cæterum expreſsè permittimus metropolitano & ordinariis provinciæ & diœceſium prædictarum, ac unicuique ordinario, beneficium abſolutionis à pœnis & cenſuris quibuscunque, tam in præmiſſis hujus ſanctæ ſynodi, quam aliis provincialibus & ſynodalibus ſtatutis contentis & comprehenſis, exceptis apoſtolicæ ſedi de jure reſervatis.

Item volumus & mandamus, quod per ordinarios locorum intra menſem omnia ſupra ſcripta, per diœceſes ſingulorum publicentur. Statuimusque inſuper & declaramus, quod omnia prædicta capitula cum ſuis pœnis, ligent à tempore publicationis comprovincialium, intra duos menſes immediatè ſequentes, atque per eos, ad quos ſpectat, poſt publicationem in delinquentes executioni demandari.

Item in robur omnium decernimus ſuper his opportunas literas, quas tam noſtro, quam reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi, ſigillo volumus communiri.

Aliarum verò literarum, de quibus ſupra fit mentio, tenores, de verbo ad verbum ſequuntur, & ſunt tales, videlicet:

Ut monaſticæ perſonæ tam exemptæ, quam non exemptæ, regularem vitam juxta regulam ordinis quem profeſſæ ſunt, vivant; alioqui ſint inhabiles, & ineligibiles, &c.

Nicolaus, miſeratione divina tituli S. Petri ad vincula, ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Presbyter cardinalis per Alemaniam, & nonnulla alia regna, & Provincias apoſtolicæ ſedis legatus, reverendiſſimo ac reverendis in Chriſto patribus, Dominis, Theoderico, Archiepiſcopo Colonienſi, ac univerſis Epiſcopis per Provinciam Colonienſem conſtitutis, ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam ſanctiſſimus dominus noſter, Dominus Nicolaus, divina providentia Papa V. curam habens, ut univerſalis eccleſia ſibi commiſſa, in ſuis membris per orbem diffuſis ſalubriter gubernetur, nos ad hanc Colonienſem, quemadmodum & ad nonnullas alias Alemanicæ nationis provincias, pro communi animarum ſalute procuranda, transmiſit, plurimas ad id opportunas nobis tribuens facultates: Nos conſiderantes ad honorem Dei, animarum ipſarum ſalutem, ac populi Chriſtiani gratam conſolationem tendere, ſi omni ſtudio & diligentia procurabimus, quod perſonæ religioſæ quamcunque regulam per ſedem apoſtolicam approbatam tacitè vel expreſsè profeſſæ, ſecundum regulam hujusmodi religionis ſuæ vivant, & Deo altiſſimo reddant vota ſua: conſiderantes etiam, quomodo ob hanc cauſam eisdem religioſis perſonis, ut in obſervantia regulari omnipotenti Deo eo liberius, & quietius ſervire poſſint, & debeant, ab apoſtolica ſede plurima Privilegia, & indulta multa conceſſa, pluresque Parochiales eccleſiæ cum earum fructibus, redditibus, & proventibus illis unitæ & incorporatæ exiſtunt: quarum quidem religioſarum perſonarum nonnullæ, tantis ingratæ beneficiis, ſalutem ſuam miſerabiliter negligentes, dictarum religionum ſuarum regulas, & ſtatuta obſervare non curant: quinimò temerariè contradicunt, in grave animarum ſuarum periculum & ſcandalum religionum. Quapropter niſi mores illi

pravos, & diſſolutam vitam abjecerint, ac ad cor redierint, opera priorum patrum, in quorum locum ſucceſſerant, devotè adimplendo, privilegia ac indulta atque eccleſias prædictas juſtè merentur amittere, quorum ſi in pertinacia, ſeu incorrigibiles perſeverare præſumpſerint, nequaquam poterunt eſſe digni. Hinc eſt quod nos auctoritate apoſtolica, qua in hac parte fungimur, omnibus & ſingulis perſonis religioſis monaſteriorum quorumcunque tam virorum quam mulierum, per civitatem, diœceſim, & provinciam Colonienſem ubilibet conſtitutis, exemptis, & non exemptis, ſub pœna amiſſionis, & revocationis omnium & ſingulorum privilegiorum, indultorum & unionum prædictorum, eis & eorum monaſteriis quacunque etiam apoſtolica auctoritate conceſſorum & factorum, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus intra unum annum à die datæ præſentium computandum, regularem vitam juxta regulas & ſtatuta ordinis, quem (ut præmittitur) profeſſæ ſunt, effectualiter obſervare incipiant, & ſic incœptam, fideliter continuare ſtudeant, ut tenentur. Eadem auctoritate ordinamus, decernimus & declaramus, omnes & ſingulas perſonas religioſas prædictas, per civitatem, diœceſim, & provinciam Colonienſem ubilibet conſtitutas, quæ intra dictum annum regularis vitæ obſervantiam animo continuandi effectualiter non incœperint, poſt lapſum ejusdem anni, in antea, ad quamcunque dignitatem fore inhabiles, ac ineligibiles: quodque poſt lapſum duorum annorum, à data præſentium numerandum, nulla talium perſonarum religioſarum, niſi prius ſaltem per annum integrum immediatè præcedentem, regularem tenuerit obſervantiam, ad quamcunque digniratem eligibilis exiſtat. Mandantes inſuper vobis, reverendiſſimo ac reverendis patribus, dominis Archiepiſcopo, & Epiſcopis præfatis, ac omnibus aliis & ſingulis ad quod de jure, conſvetudine vel privilegio electionum, & perſonarum ac monaſteriorum præfatorum confirmatio pertinet, ne contra ordinationem, decretum, ac declarationem noſtras hujusmodi veniendo, ullam electionem de perſona (ut præfertur) inhabili pro tempore factam, quovis modo confirmetis, ſeu confirmare attentetis, ſive præſumatis.

Quod ſi ſecus feceritis, aut fecerint, confirmationes easdem ſimili auctoritate apoſtolica ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc decernimus irritas & inanes, nulliusque exiſtere roboris, vel momenti. Et ſi forſan intra ipſum primum annum à data præſentium computandum, caſus vacationis alicujus dignitatis occurrerit, ad quam perſona eligeretur, quæ in obſervantia regulari ſui ordinis antea non ſtetiſſet per annum, aut vitam regularem hujusmodi nondum incœpiſſet ſervare, circa illam confirmator agere poterit, prout de juris communis diſpoſitione fuerit faciendum.

Ut igitur hæc ſancta noſtra ordinatio & caritativa admonitio, ad omnium, quorum intereſt, intererit, vel in futurum intereſſe poterit, publicam deducatur notitiam, vobis reverendiſſimo Patri, domino Archiepiſcopo, ac etiam Epiſcopis præfatis, firmiter præcipimus & mandamus, quatenus has noſtras literas, & in eis contenta, per veſtras provinciam & diœceſes, & ubicunque opus eſſe judicaveritis, intra unius menſis ſpatium à tempore receptionis præſentium, inſinuare ac publicare curetis, & ea, quantum ad Vos ſpectat, obſervetis, ac aliis omnibus, quorum intereſt, faciatis inviolabiliter obſervari. Datum Coloniæ ſub noſtro ſigillo, die tertia menſis Martii, anno à nativitate Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo ſecundo, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri D. Nicolai, divina providentia Papæ V. anno quinto.

Auctoritate apoſtolica præcipitur, ut per provinciam Colonienſem dominicis diebus, ad finem collectarum miſſæ, oretur nominatim pro Papa, & antiſtite loci.

Nicolaus, miſeratione divina tituli S. Petri ad vincula eccleſiæ ſacroſanctæ Romanæ Presbyter Cardinalis, per Alemaniam, & nonnulla alia regna, ac provincias apoſtolicæ ſedis legatus, univerſis & ſingulis, ad quorum notitiam præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam dignum eſſe dignoſcitur, ut qui in ſanctorum patrum veſtigiis, quoad fidem, ambulamus, eorundem etiam, quantum ex alto conceditur, ſacras obſervantias imitemur. Apoſtolus autem Paulus, ſciens ſubditorum ſalutem in Deo accepto præſule plurimum conſervari, præcepit pro rectoribus, & ſublimibus indeſiuenter preces effundi; ſic etiam legimus in apoſtolorum actibus, eccleſiam ſine intermiſſione pro beatiſſimo Apoſtolorum Principe Petro oraſſe: undè extat conſtitutum, Romani Pontificis nomen inter ſacra debere recitari: Hoc enim ſancti patres univerſalis eccleſiæ unitati perutile arbitrati ſunt: verum ſicut

ſicut Romanus Pontifex univerſæ eccleſiæ catholicæ curam habet, ita in ſolicitudinis partem ſinguli Epiſcopi vocati noſcuntur: quare etiam convenit, in ſingulorum diœceſibus pro pontificibus ſingulis orationes effundi: hoc quidem pro unitatis eccleſiæ univerſalis, & diœceſis cujuscunque conſervatione judicamus convenire: idcirco ſacro Colonienſi provinciali concilio, cui auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, Domini Nicolai, divina providentia Papæ V. præſidemus, concorditer approbante, ordinamus, quod ex nunc in antea ſacerdos quilibet dictæ provinciæ, ſingulis diebus dominicis, dum celebraverit, ad finem collectarum, tam in principio, quam in ultimo miſſæ adjicere debeat orationem, quæ ſequitur: Et famulos tuos N. Papam, & N. antiſtitem noſtrum, una cum univerſa eccleſia catholica, ab omni adverſitate cuſtodi. Per Dominum noſtrum, &c.

Et ut in Colonienſi diœceſi ſanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Nicolaus, Papa V. ac Theodoricus nunc antiſtes, ſic & ipſorum ſucceſſores in præſcripta oratione nominandi ſunt. Ut autem omnis ſacerdos ordinationem hujusmodi obſervans, ſpiritualis theſauri ſe gaudeat munere refectum, cuilibet ſacerdoti pro qualibet die dominica, qua dictam orationem collectis ipſis adjunxerit, ut præfertur, quinquaginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis, auctoritate legationis noſtræ, qua fungimur, miſericorditer in Domino relaxamus. Volumus etiam & præcipimus, ordinationem & conceſſionem noſtras hujusmodi per totam Colonienſem diœceſim, tam regularibus, quam ſæcularibus, exemptis, & non exemptis presbyteris, per officialem diœceſis ejusdem diligenter publicari. Datum Coloniæ ſub noſtro ſigillo, die tertia menſis Martii, anno à nativitate Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo ſecundo, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Nicolai, divina providentia Papæ V. anno quinto.

Statuta Conradi, & Sifridi Archiepiſcoporum de regulari obſervantia, auctoritate apoſtolica confirmantur, declarantur, & ad exemptos quorumcunque ordinum extenduntur.

Nicolaus, miſeratione divina tituli ſancti Petri ad vincula, ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter cardinalis, per Alemaniam, & nonnulla alia regna, & provincias apoſtolicæ ſedis legatus. Quoniam religiones multum à viis prædeceſſorum hoc tempore adeò declinaverunt, quod in plerisque monaſteriis, non ſolum monaſtica vita, ſed & regularum ſcientia periiſſe dignoſcitur: quæ cum in ſtatutis provincialibus Conradi, & ſynodalibus Sifridi ſummariè annotentur, & præcipiantur ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna obſervari, religioſas perſonas reformari debere per ordinarios ſecundum juris & ſtatutorum ſynodalium formas: Hinc, ut in religioſorum notitiam ordinatio conciliorum præfatorum archipræſulum deducatur, ſtatuta illa de religioſis, apoſtolica auctoritate innovamus: quorum tenor ex ſynodalibus decretis Sifridi cap. VII. ſequitur & eſt talis:

Statuimus ut nullus monachus aut monialis clauſtrum ſuum exeat, per civitates, villas, vel oppida diſcurrendo, aut in villa monaſterio adjacente comedendo, niſi ex cauſa rationabili & urgente: & id tunc fiat cum ſui prælati, vel prælatæ licentia. Quam licentiam volumus, ut prælatus, vel prælata non dent, niſi cauſa examinata, quod ſit evidens, & non poſſit ſine ſcandalo denegari.

Item in oratorio, refectorio, & dormitorio per monachos continuum ſemper ſilentium obſervetur. In clauſtro verò illis horis ſervent ſilentium, quibus obſervantia præcipit regularis. In refectorio autem omnes comedant, & non carnes niſi in infirmaria. Una ſit omnibus coquina & communis cibo, niſi de licentia abbatis vel prioris, & ex cauſa. Speciales cameras & comeſtiones ibidem diſtrictius inhibuimus. Omnes in communi dormitorio dormiant, niſi debiles fuerint vel infirmi. Divinum officium, ſecundum regulam beati Benedicti vel Auguſtini, & inſtitutiones ſanctorum patrum celebrent. Item ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus, ut omnes religioſi & præcipuè ſanctimoniales, habitum, peplum, & velum, ſecundum regulam, ferant ubicunque fuerint conſtituti. Cappas, manicas, tunicas, phalas, indumenta, tabbardos, calceos, vel caligas non ferant, niſi beati Benedicti, & beati Auguſtini regulæ congruentes. Quod propter abuſum, qui his temporibus in talibus inolevit, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus ab omnibus tam monachis, quam monialibus firmiter obſervari, propria non habeant, nec pecuniam, niſi cui hoc committitur ratione officii, vel adminiſtrationis ſibi commiſſæ per abbatem.

Item officia, vel adminiſtrationes habentes, contractus non ineant, locationes quarumcunque rerum mobilium vel immobilium non faciant: mutuum aliquatenus non recipiant à quocunque præter ſcitum abbatis & conventus. Et ſi contra fecerint, ſciant contractum hujusmodi non tenere, & ſe ſententiam excommunicationis in ipſos, in hoc caſu à nobis latam in his ſcriptis, incurriſſe. Et hæc eadem extendi volumus

ad prælatos, & canonicos regulares ac Præmonstratenses, & alios quoslibet religiosos.

Item abbatibus & prioribus districtè præcipimus, ut omnia & singula, quæ ad regulam, & ordinem pertinent, faciant omnibus, & singulis inviolabiliter observari, cum appositione pœnæ, quæ in regula continetur: rebelles verò, & incorrigibiles ad nos deferentes, ut ipsorum per nos rebellio compescatur.

Item statuimus, ut secundum statutum concilii generalis Domini Innocentii Papæ III. per abbates, priores, Præpositos, ordinis sancti Benedicti nostræ civitatis & diœcesis, de triennio in triennium commune capitulum observetur. Cujus concilii tenorem volumus, ut singuli habeant, ut sciant, qualiter hujusmodi capitulum servare teneantur. Et quia hujusmodi statutum est negligenter servatum, licet Dominus Conradus prædecessor noster antedictus hoc mandaverit, nos pœnam adjicimus, & non servantes excommunicamus in his scriptis. Usque huc verba rescripti.

Nos autem pro clariori intellectu ejusdem, volumus excommunicationis pœnas intelligi, in eas personas religiosas ferri, quæ aut communem vitam, aut paupertatem, modo quo supra præcipitur, aut obedientiam, aut stabilitatem in monasterio, nisi licentia interveniat, aut quæ habitum religionis non deferunt, aut administrando sua auctoritate contractus faciunt, cujuscunque etiam religionis fuerint. Et quoniam nonnullæ reperiuntur religiones, post constitutionem dictam exortæ & exemptæ, & quæ, licet sint de provincia Colonienſi, se comprehendi non putant & periculosam censuram parvipendunt: Hinc nos apostolica auctoritate decernimus, statutum illud in jam dictis per nos casibus cum sua pœna ad omnes, & singulas religiones tam exemptas, quam non exemptas, etiam Cistercienses, ubilibet per provinciam constitutos extendi: ita tamen, quod non nisi anno revoluto pœna locum sibi vendicet. Præcipimus igitur, omnibus religiosis personis, exemptis & non exemptis, per provinciam constitutis, ut quanto citius ad reformationem se adaptent, illam recipiant, & continuent. Quod si intra annum non fecerint, eo ipso in pœnam statuti prælibati, & alias juris, & regularum suarum pœnas se sciant incidisse, per hanc tamen annalem pœnæ suspensionem, non credant secum dispensatum, quo minus ad votorum suorum observantiam sub pœna peccati mortalis, semper sint adstricti. Datum Coloniæ sub nostro sigillo die octavo mensis Martii, anno à nativitate Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo secundo, pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Nicolai, divina providentia Papæ V. anno quinto.

CLXXI.

Königs Caroli VII. in Franckreich Brieff an Churfürst Theodoricum II. zu Cölln, worinn er ihm die verlangte Hülffe zu schicken verspricht, de Anno 1455.

CArolus &c. Carissime Consanguinee, recepimus literas vestras credentiales, & audivimus earum credentiam nobis expositam per earum latorem, consanguineum nostrum Comitem de Blancken. Cui super expositis per eum nobis statim respondimus, offerentes in auxilium vestrum quadringentos armigeros & mille ducentos sagittarios, eorum armis bellicosis decenter communitos, vobis obsecuturos per annum, vel saltem per novem vel octo menses, cum stipendiis per mensem pro quolibet armigero quatuor francorum, & pro quolibet sagittario duorum francorum: nec non ultra contemplatione vestri, prout per ipsum dictarum gentium certam pecuniæ summam, ut quantocius iter arriperent, distribui ordinaverimus, per dictum consanguineum nostrum poteritis plenius informari. Datum Caynone.

CLXXII.

Churfürsts Theodorici II. zu Cölln Dimissoriales, so er einem Scheffen bey dem weltlichen hohen Scheffen-Gericht zu Cölln im Jahr 1455. ertheilet.

WIr Dietterich ꝛc. doen kundt also, as Wir hiebeuor Johan van Glesch Vnsen Scheffen Vnses Hohen Gerichts binnen Cölne gemacht, ind darzu gesetzt han, der dat Scheffen-Ampt eine Zeit lanck geerfft hat, also hat derselue Johann Vns vurbracht, dat Imme nit gelegen, noch bequeme sei des Scheffen-Ampts zu warden, also bekennen Wir, dat Wir vmb seinre, ind sunderlichen Sachen willen Vnß darzu bewegende den vurgl. Johann von Glesch des vurgl. Scheffen Amptz guitlichen ind gnediglichen erlassen, ind vp sulche geloeffte ind

ind Eide hie Vnß von des vurgl. Scheffen Amptz gedain hat, gentzlichen verziegen han, ind verzeien in Crafft dißes Brieffs, so dat hie den Scheffen-Stoil nit mhe besitzen, noch dat Scheffen-Ambt oeuen noch auch derjeniger Klocken folgen darff, ind des zu gezeuge, han wir Vns Siegel an disen Brieff doin hangen. Gegeuen in den Jahren vnses HErrn 1455. vff den H. Paschaeuendt ꝛc.

CLXXIII.

Ejusdem Statutum, wies an den geistlichen Gerichten im Ertz-Stifft Cölln gehalten und daselbst verfahren werden solle.

IN nomine Domini Amen. Theodoricus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Westphaliæ & Angriæ Dux, Apostolicæ sedis Legatus, honorabili Officiali, Sigillifero, Advocatis Procuratoribus, Notariis, Audientiariis, Bancalibus, Nunciis & omnibus & singulis Archiepiscopali Jurisdictioni & Curiæ nostræ Colonienſi suppositis, tam præsentibus quam futuris, salutem in Domino & mandatis nostris firmiter obedire.

Ad integritatem & reformationem Jurisdictionis prædictæ, summis Præcordiis intendentes, visis, auditis & intellectis excessibus, qui pro prava corruptela multi formiter in prosecutione justitiæ invaluerunt, communicato nostrorum Jurisperitorum, etiam Prælatorum multorum consilio, medicamen nostræ provisionis prælibatis exorbitantiis & excessibus, per infra scriptorum statutorum decreta apponere statuimus, vobis omnibus districte præcipiendo mandantes, quatenus memorata statuta atque decreta, sane & mature per Nos condita, inviolabiliter observetis, & juxta ipsorum tenorem observari mandetis: quorum tenor de verbo ad verbum inferius annotatur.

In primis statuimus, ut de cætero, nullus admittatur ad officia Aulæ & Curiæ nostræ in Advocatum, Procuratorem Audientiarium, Bancalem, Nuncium, aut qualitercunque, Nisi prius juret Nobis personaliter, vel cui nostro nomine duxerimus committendum, fidelitatem in dictis Jurisdictione & officio suo incumbentibus, & Jura Ecclesiastica, & Sigillum ac officium Curiæ nostræ promovere.

Item II. supradicti erunt Clerici non uxorati.

Item III. Procuratores officii, qui Fiscales dicuntur, erunt duo Clerici, & nullatenus uxorati, quia debent correctioni, Sacerdotum & Clericorum insistere.

Item IV. Officialis & Sigillifer, nostri non vendant, neque conferant officia Aulæ absque speciali nostro non sensu, vel mandato similiter Officiarii Aulæ non vendent neque resignabunt eorum officia aliis, absque speciali scitu & consensu nostro.

Item V. Procuratores fiscales, omnes literas quas ex officio emittent signari facient per Audientiarium, & non debent aliquem Excessum terminare sine scita Sigillifери nostri, nec Sigillifer sine eis: & teneantur facere eidem sigillifero computum, in singulis quatuor temporibus semper.

Item VI. omnes permutationes, licentiatoria, & dispensationes expediet vicarius, seu commissarius noster in spiritualibus, qui erit pro tempore, sub sigillo Officialitatis nostræ, salvo Jure Cancellariæ nostræ, quæ habebit de qualibet permutatione unum florenum superiorem.

Item VII. si officiarii & membra curiæ nostræ aliquos excessus commiserint, & in officiis eorum negligentes extiterint & partes neglexerint: decernimus, quod Sigillifer noster possit & debeat eos charitative monere, & corrigere, suspendere ab officio & privare.

Item IIX. Non detur sententia diffinitiva, neque copia alicujus sententiæ alicui partium, nisi sub sigillo nostræ Curiæ.

Item IX. Advocati nostræ Curiæ sint & esse debent intelligentes, scientifici, periti & honestæ conversationis & vitæ.

Item X. Notarii causarum dictæ Curiæ nostræ erunt in numero octo, ut ex eis unus erit Officialis nostri sententiarius & alius Vicarii nostri in spiritualibus Notarius, qui solus permutationes, licentiatoria, dispensationes, &c. per nostrum Vicarium decreta, notabit.

Item. XI. erunt procuratores causarum in numero octo exceptis fiscalibus.

Item XII. Notarii Bancales erunt in numero viginti.

Item XIII. debet esse unus Audientiarius Curiæ nostræ Colonienſis.

Item XIV. Officialis non servet privata judicia, sed in Aula & consistorio nostro causas audiat & decidat, nisi aliquæ causæ intervenerint in quibus facilis expeditio possit dari. Tunc liceat officiali nostro partes etiam privatim audire, vel aliquibus de Advocatis committere, quod se informent in Camera prope consistorium & referant officiali ulterius in loco judicii decidendas, & fine debito terminandas.

Item XV. Officialis noſter de literis per eundem ſignandis, quæ ſunt de juſtitia, nihil recipiet ultra tres ſolidos de ſigneto ſuo.

Item XVI. Quod cauſæ ſub ſumma duodecim florenorum & infra, expedientur per officialem ſummarie & ſine ſcripturis, & in omnibus cauſis hujusmodi procedatur ſummarie & de plano, & expediantur cito, ne partes pro modico vexentur laboribus & expenſis, niſi certa eſſet lis ſuper certa annua penſione, in qua admitteturlibellus, dummodo ſumma non excedat penſionem duodecim alborum denariorum Colonienſium & quod dictæ parvæ cauſæ ſuper ſumma prædicta, ſemper expediantur intra tres menſes. Aliæ verò ſupra ſummam duodecim florenorum, & infra ſummam centum florenorum, intra dimidium annum. Cæteræ verò omnes cauſæ intra annum, & non immeritò: quia non eſt aliqua cauſa ita gravis, quin poſſit bene expediri intra annum, ſi adhibeatur diligentia, ſaltem in partibus iſtis: & ſi fuerit talis expeditio, ceſſabit querela hominum, & cauſæ multiplicabuntur, ultra quam credi poteſt.

Item XVII. officialis noſter Colonienſis, exceſſus Clericorum remittet ad noſtrum Sigilliferum corrigendos.

Item XVIII. Procuratores non intromittent ſe de officio Advocatorum, ne aliquis Procurator ſit Procurator utriusque partis.

Item XIX. Poſtquam officialis noſter primam literam aggravationis aſſignaverit, & illa poſtmodum per ſuum paſtorem executa fuerit, ad parcendum expenſis, tunc Paſtor poſt menſem partes publicè gravare debet, & iterum poſt menſem aggravare, & iterum poſt menſem reaggravare ſine impetratione aliquarum aliarum literarum novarum, & quando hoc per tantum tempus devenerit, quod de Jure excommunicantur, Judices tales, aggravationem non debent dare absque ſcitu & ſignaturis officialis & ſigilliferi.

Item XX. in cauſis prophanis ſuper verbis injurioſis, percuſſionis, ſeu vulnerationis, & etiam in aliis cauſis emptionis venditionis, ſupportationis qualescunque ſint, quæ extendant ſe ad ſummam duorum florenorum & infra quæ contingent inter commorantes extra Civitatem Colonienſem & per diſtantiam unius milliaris & inter laicales perſonas tantum, illas cauſas officialis remittat ad judicem temporalem, ſub quo partes commorantur cum condemnatione expenſarum contra Actores: Et committatur Bancalibus, quod in hujusmodi cauſa non dent citationem, quod ſi contrarium facerent, tunc condemnabuntur partibus in expenſis quas deſuper fecerunt.

Item XXI. Audientiarius debet eſſe homo intelligens & maturus, quia ipſe regiſtrabit omnes ſententias aggravationis &c. cum omnibus aliis mandatis &c. & monitione Fiſcalium pro prædictis, cum ſententiis & aliis præter ſolitum regiſtrandis ſalvo eidem Audientiario ſalario competenti, per noſtri Sigilliferi decretum ſolvendo.

Item XXII. quod officialis & ſigillifer noſtri debent eſſe diligentes circa jurisdictionem & unus aſſiſtet alteri, ut eo honeſtius regatur curia & diligenter ſigillum domini promoveatur.

Item XXIII. ut partes libentius agant in Curia Colonienſi, cum viderint ſibi expeditam juſtitiam miniſtrari, quod detur abſolutio, ubi excommunicatio extracta eſt.

Item XXIV. cauſas inceptas in judicio temporali prius, remittat officialis ad loca ubi prius inceptæ, & non judicentur per officialem, niſi ſint eccleſiaſticæ cauſæ.

Item XXV. ſi aliqua pars contumaciter in excommunicatione perſeveraret pro debitis tamdiu, quod merito contra judices temporales, vel ad ponendum Interdictum procedi debebit, volumus, quod prius judicium temporale contra hujusmodi gravatos procedat in perſonas, ſeu Bona eorum usque ad ſatisfactionem condignam, ſi verò pars rea eſſet adeo pauper, quod non haberet in Bonis, unde ſolvi poſſit Creditoribus ſuis, eo caſu decernimus, quod ſi duo de ſcabinis illius Judicii perſonaliter, aut per eorum literas, ſigillo eorum munitas, juramento mediante officialem & ſigilliferum noſtros de hujusmodi rei paupertate certificaverint, tunc ceſſetur ab ulteriori proceſſu, nec interdictum ponatur: ſerventur tamen in præmiſſis jura Audientiariæ noſtræ, ac ſi Judices fuiſſent gravati & interdictum poſitum.

Item XXVI. ſi aliquis aggravatus eſſet, & compelleretur per judices temporales ad ſatisfaciendum per promptas pecunias, ſi non haberet pecunias, tunc judex temporalis capiet bona, ſeu hæreditates Rei: & pars cui obligata eſt, veniet & accipiet ſolutionem de illis bonis, ſeu hæreditatibus in tali Parochia, ubi hujusmodi hæreditates, ſeu pignora exiſtunt: ita quod in præſenti articulo ſervetur jus commune de miſſione in poſſeſſionem.

Item XXVII. ſi adeo aliquis pauper eſſet, quod non haberet unde ſolveret, tunc Judex temporalis ponet eum ad carceres, & pars adverſa veniet intra triduum & faciet expenſas incarcerato: Et ſi hoc non fecerit, tunc Judex temporalis illum incarceratum libere & ſimpliciter dimittet.

Item XXVIII. Latores litterarum jurabunt, quod non utantur, nec portent citationem, monitionem, vel aggravationem ſimul & unico contextu contra aliquam partem: & recipient pro ſalariis eorum de uno militari duos Hallenſes, & dicti Latores literarum ſive Nuncii, debent ſimpliciter recipere literas, & non ſupportationes ſive ceſſiones actionum.

Item XXIX. Sigillifer faciet fidelem diligentiam in officio ſuo, & debet eſſe hora debita in Aula, vel per ſe, vel per Sigilliferum ſuum, ſine captione, vel fraude, & expediet accedentes benevole, & gratioſè.

Item XXX. Sigillifer recipiet computum & rationem ſemper in quartali anni ab Audientiario, & etiam examinabit monitiones per Fiſcales emiſſas, & etiam in cauſis matrimonialibus, ut ſigillum non defraudetur: & in talibus ſeu in quibus Fiſcales negligentes fuiſſent hoc Sigillifer recuperabit juxta ſuum poſſe.

Item XXXI. Sigillifer habebit unam ciſtam cum duobus Clavibus, quarum unam Dominus noſter habebit, aliam Sigillifer, & pecunias provenientes de ſigillo, fideliter ponet in illam ciſtam.

Item XXXII. Sigillifer non expediet exceſſus, de quibus Fiſcales quartam partem habere conſveverunt, ſine ſcitu fiſcalium, & pecunias inde provenientes, ſigillifer etiam projiciet ad ciſtam prædictam.

Item XXXIII. Pro una abſolutione pro contumacia, quæ excederet à data per ſex menſes, debet recipi una marca pro ſigillo: & intra ſex menſes, de quolibet menſe unum album denarium.

Item XXXIV. Pro una abſolutione, pro recognito, vel pro re judicata de quolibet menſe unum album: hoc adjecto, quod non debet plus pro abſolutione, quam recognitum ſe extendit, habere.

Item XXXV. Pro abſolutione Presbyteri, tam pro recognito, quam pro contumacia, pro quolibet menſe dabit unum florenum ſuperiorem, penſata tamen qualitate perſonæ & cauſæ.

Item XXXVI. Pro ſententia matrimoniali ſive adjudicatoria, pro ſigillo duos florenos ſuperiores, niſi paupertas excuſet.

Item XXXVII. Si Presbyter, vel Laicus excommunicatus eſſet, & à ſuis ſuperioribus, vel à civitate in qua moram trahit, aut ab aliis honeſtis & probis viris ad notitiam deduxerit quod pauper eſſet, & quod ex mera paupertate non haberet unde ſolveret, tunc oblatio detur ei gratis.

Item XXXVIII. De abſolutione cadaverum interdictorum & relaxatione juxta qualitatem facti & perſonarum qualitas recipi debet.

Item XXXIX. Quod officialis & Sigillifer mutuo inter ſe deliberent, ſe informent, & informari ſe faciant de meritis cauſæ, antequam aliquod interdictum ponatur. Et non concedatur Eccleſiaſticum Interdictum faciliter ſine magna cauſæ cognitione, ne innocentes faciliter opprimantur: ſed moneantur prius Judices, ut intra certum tempus reum expellant, prout in Concilio Baſileenſi (Seſſ. 20. ſub tit. de interdictis non leviter ponendis.) noviter eſt decretum.

Item XL. Officialis & Sigillifer noſtri jurabunt promovere jurisdictionem & officium cum debito & honore, & ſimiliter alii Auliſtæ, ut ſupra in primo articulo.

Item XLI. Officialis diſpenſationes ſtatutorum provincialium ac Synodalium remittet ad Sigilliferum Curiæ ſigillandas, nec eas ſignabit ſaltem pro aliquo precio.

Item XLII. Citationes cum literis non fient per Curſorum, ſed per ſigillum curiæ, niſi alia rationabilis cauſa ſubſit, & nullus Notarius, ſive Procurator curiæ, citationem aut executionem, tam per Notarium, quam per curſorem in judicio legat, aut in audientia regiſtrari faciat, niſi fuerint prius in ſcriptis redactæ & ſigillo officialitatis ſigillatæ.

Item XLIII. Nullus ſubjectus Aulæ laborabit pro compoſitione partium poſt concluſionem, niſi ſalvo jure ſigilli, ita quod compoſitio ſigilletur ut ſententia.

Item XLIV. Officialis ſignabit omnes aggravationes, vel ſeptimanarius, antequam ſignentur ſigillo Curiæ.

Item XLV. Officialis non pronunciabit ex aliquibus, niſi prius ſigillo curiæ ſigillatis: & fient acta duplicia, niſi paupertas excuſaverit partes &c.

Item XLVI. In citatione & aliis literis exprimatur ſumma, & cauſa ex qua: & dies ſcribantur in literis ſecundum feſta.

Item XLVII. Officialis admittat formales & bonas petitiones libellos & exceptiones, &c. etiam non ſignatas per Advocatum, ut parcatur Expenſis partium & ſi exhibita fuerit formalis, & de jure admittenda, compoſita per non Advocatum, de quibus partes nihil dederunt vel dabunt, ſed gratis & pro Deo formantur, ne procuratores, vel alii officia exerceant Advocatorum: Et ne partes Salario Advocatorum graventur, & ſi Procurator

tor nihil reciperet, ne gravarentur partes, ſed pro quarta parte quantum Advocatus recipiet, tunc dabit pro folio unum album denarium.

Item XLVIII. Ut quilibet officiarius Aulæ, ſcilicet Notarius, procurator Bancalis, exerceat officium ſuum in Aula per ſeipſum, niſi à Nobis habuerit licentiam alium ſubrogandi, ſpecialem: nec exerceant aliquod aliud vel aſſimile officium in alio judicio, vel coram alio Judice ſub pœna privationis ſui officii.

Item XLIX. Inhibeatur Auliſtis, ne de cætero caveant, & maxime, cum partes ſint præſentes: ſi autem abſentes eſſent, quod fraus & dolus non interveniat.

Item L. Injungimus Procuratoribus aulæ noſtræ ſub pœna per noſtrum officialem infligenda, quatenus partes intelligibiliter & diſtincte certificent ſemper & terminorum præfixionem.

Item LI. Quod ſub magna pœna procuratores ſine magna cauſa non referant, ſed ad interloquendum.

Item LII. Quod Judex dilationes quæ ſunt arbitrariæ, in quantum poterit, abbreviare curabit.

Item LIII. Quod in parvis cauſis non fiant regiſtra, niſi duorum, vel trium foliorum: ita quod brevi ſtylo ponatur & ſcribatur & impetitio & Reſponſio ſequatur hoc modo. Tali die &c. Joannes dixit ſe tradidiſſe mutuo decem, quæ petit ſibi reſtitui: & Petro negante, præfixi ſunt Joanni peremptoriè ad procedendum & probandum &c. octo dies, & non detur niſi unus dominus ad procedendum in parvis cauſis, & ita expedientur infinitæ cauſæ, & partes non gravabuntur.

Item LIV. nulla litera excommunicatoria ſigilletur, niſi ſignata prius per officialem, qui ſignabit gratis & hoc ex eo, quia nimis faciliter homines excommunicantur; quandoque verò vilipentur à nonnullis Excommunicatio, tamen eſt valde acutus gladius.

Item LV. non ſcribantur inhibitiones in Bancalibus, nec concedentur ſine magna cauſæ cognitione.

Item LVI. Magna querela eſt de hoc, quod poſtquam res eſt Judicata, homines non expediuntur. Idcirco dimiſſa conſvetudine hactenus obſervata, quod poſt annum dat brachium ſeculare, concedatur brachium ſeculare, quam judici videbitur expedire, cum Judex debet & tenetur infligere pœnam, quæ magis timetur, nec ita poteſtas ſua debet reſtringi.

Item LVII. Non ſcribantur atteſtationes, niſi ſemel quando rotuli offeruntur, ut non graventur partes in expenſis.

Item LVIII. Volumus quod ſi Notarius incorrectè ſcripſerit in uno folio, ſaltem in ſubſtantialibus, hoc eſt in libello articulato, &c. quod de illo folio nihil precii habebit. Ideo provideant de bonis ſcriptoribus, ſi per ſe ſcribere nequeunt, ut correctè ſcribantur.

Item LIX. Si contingat libellum vel poſitiones & articulos rejici propter defectum vel vitium quod pars non ſentiat damnum ſed Advocatus.

Item Nemo Procurator, aut Advocatus faciliter ſine magna & legitima cauſa partem ſuam inducat ad appellandum, & ſpecialiter ab interlocutoria, quoniam per hoc partes nimium gravantur.

Item LX. Habeatur unus Advocatus ſalariandus de publico, qui bene conſcribat conſcribenda & danda pro fiſco, & ſi ſit ſolicitus in cauſis & negotiis noſtris & Eccleſiæ noſtræ.

Item LXI. Procedatur per fiſcales exacte contra teſtamentorum Executores, qui negligunt facere Executionem, & retinent ſibi defunctorum bona, differendo per tempora & annos.

Item LXII. Procedatur contra Moniales Proprietarias de bonis quaſi propriis & tanquam ſeculares perſonæ teſtantes, quod ſi ſecus fecerint, talia bona fiſco noſtro, vel in pias cauſas, prout ordinabimus, applicentur.

Item LXIII. Prohibemus ſub magna pœna, ne Procuratores paciſcantur cum parte litigante de certa parte litis.

Item LXIV. Inhibemus ne aliquis Advocatus, Procurator, vel quicunque officiarius Aulæ noſtræ, agat per transportum, vel emat lites, niſi cedatur ſibi actio à parentibus ſuis, nec prætextu illius laici vexentur.

Item LXV. Statuimus, quod unusquisque de membris aulæ noſtræ ſub pœna præſtiti Juramenti, deferat exceſſus quos noverit committi, tam in Clero, quam in populo, illos videlicet, quos ordinarius corrigere habet, ad officialem, ſigilliferum, ac fiſcales noſtros, ut tales exceſſus corrigantur. Sunt enim graves exceſſus accurata correctione digni, unde populus ſcandalizatur: nec emendantur, quia à præſidente ignorantur.

Item LXVI. quando aliquis reperitur correctione dignus nullus Advocatorum, vel Procuratorum noſtrorum ſub pœna juramenti, audeat eundem contra fiſcum noſtrum

noſtrum defendere pertinaciter, cum ſæpe ex talibus favoribus detur male faciendi occaſio, unde nimium offenditur Deus.

Item LXVII. Non fiant ſtrepitus & clamores per Procuratores, Notarios & alios in judicio, noſtro cum hoc verſat in ſcandalum maximum Clericalis dignitatis. Sed unusquisque alium audiat placide.

Item LXIIX. Advocati, Procuratores & Notarii Curiæ noſtræ non habeant concubinas in ſuis domibus: & ſi eas habuerint, ſine mora expellant, ſub pœna privationis ſuorum officiorum, ſuper quo officialis & Sigilliferi pro tempore conſcientiam oneramus.

Item LXIX. Procuratores non retineant pecunias eis a partibus datas, ulterius Advocatis aut Notariis miniſtrandis, cum ex hoc cauſæ differantur ultra debitum, in partium præjudicium & gravamen.

Item LXX. Nemo Advocatorum vel Procuratorum, partem ſuam ad litigandum inducat: quinimo ſi partis cauſam intellexerint veriſimiliter triumphare non poſſe, ad deſiſtendum conſulat; Hoc enim inducit bonam famam.

Item LXXI. Fideles ſint intenti ad ſciendum crimina & exceſſus Laicorum, ut corrigantur, neque faciant transactionem cum partibus ſuper illis.

Item LXXII. Poſt receſſum officialis a ſuo tribunali, ſervetur Audientia juxta morem antiquum: in qua unus Notariorum ſedens ſuper tribunal, citationes audiat, & Procuratores de cætero ibidem maneant & ſervent debitum ordinem in proponendo absque ſtrepitu & clamore, & ſervetur ibidem Judicium ſicut coram officiali noſtro, ne partes negligantur: cauſas vero prægnantes & graves, remittant ad officialem & ſigilliferum.

Item LXXIII. Officialis noſter non dabit alicui abſolutionem ex officio, niſi ſubſit magna neceſſitas & ex rationabili cauſa, de conſenſu tamen partis & ſcitu ſigilliferi noſtri.

Item LXXIV. Officialis noſter non recipiat aliquid de interlocutoria, quoniam per hoc partes nimium gravantur.

Item LXXV. Non fiat in Actis repetitio materiæ ſemel ſcriptæ ſed ſcribantur per verba, ut Prius: VELUT HABETUR Tali folio: quoniam per repetitionem materiarum, fit gravamen partibus.

Item LXXVI. Procuratores poſt concluſionem cauſæ, quam cito poterunt, præſentent officiali acta ſigillata partium ſuarum, ſub pœna præſtiti juramenti, ne una pars negligatur propter aliam, ſeu propter negligentiam Procuratoris: quod ſi non fecerit, octo diebus per noſtrum officialem a ſuo officio ſuſpendatur.

Item LXXVII. Procuratores concluſionem cauſarum & litium inter partes compoſitionem per colluſionem non faciant, videlicet ne defraudetur ſigillum noſtrum. Sed ſi cauſa concordiæ, contingat eos de compoſitione tractare inter partas, provideant ſigillo noſtro, ac ſi cauſa ad finalem deciſionem fuiſſet deducta. Approbamus enim inter partes de compoſitione tractari, ſalvo Jure noſtri ſigilli. Nec ſicut multoties eſt compertum, ſimulata compoſitione Jus noſtrum Sigilli aliis applicabitur. Unde pars magis fuerit gravata, quam fuiſſet poſt ſententiam latam, quia forſan triumphaſſet: & quod juſte ei debebatur, per ſimulatam compoſitionem fuit ſublatum.

Item LXXIIX. Officialis noſter ſummarie & de plano, absque ſtrepitu & figura judicii, procedat immediate diffiniendo ſine ſcriptis, cauſas motas ſeu movendas ſuper parvis injuriis & inter humiles perſonas, præſertim inter mulieres, quæ faciliter rixantur.

Item LXXIX. Officialis noſter ex officio ſuo teneatur ſemper pauperibus perſonis Advocatos, Procuratores, & Notarios deputare, qui propter Deum eis gratis ſerviant, cauſas eorum promoveant, & eorum impoſitio ſemper audiatur prius, ſicut in Curia Romana ſervatur.

Item LXXX. Nullus officiariorum Curiæ noſtræ, detrahat officiali, vel ſigillifero Noſtris pro tempore: nec partem ſuam contra eos incitet, negligentiam ſuam retorquendo in eosdem. Sæpe enim cum cauſas perdunt, ſe excuſando, imponunt Judici culpam, quaſi male judicanti, contra eundem partes incitando.

Item LXXXI. Audientiarius Curiæ noſtræ, nullas citationes regiſtrabit ad Regiſtrum Audientiæ Noſtræ niſi fuerint ſigillatæ & de executione legitime facta, eidem plene conſtiterit per ſigillum Curiæ noſtræ.

Item LXXXII. Et ſtatuimus quod quilibet officiarius Aulæ noſtræ, officio ſuo intendat fideliter & ſolicite nec alteri mancipetur negocio vel ſervitio, per quod poſſit ab aſſiſtentia aulæ impediri, quod ſi infirmitatis aut alia rationabili cauſa ſecluſa, & absque ſigilliferi noſtri licentia ſpeciali pertinaciter, vel alias abſens a ſuo officio extiterit, eo ipſo facto intelligatur eſſe privatus.

CLXXIV.

Erb-Landes-Vereinigung des Ertz-Stiffts Cölln, welche im Jahr Christi 1463. auffgerichtet, und nachgehends An. 1550. vom Ertz-Bischoff und Churfürsten Adolpho III. mit einem hochwürdigen Dom-Capitul und übrigen Ständen der Grafen Ritter und Ständen zum gemeinen Besten erneuret, und von denen nachfolgenden Ertz-Bischoffen und Churfürsten bestätiget worden, nebst dem Land-Tags-Reversal, so Churfürst Joseph Clemens zu Cölln um derer Stände Freyheit und Privilegien, vermöge Landes-Vereinigung nicht zu præjudiciren, von sich gestellt, siehe in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unter Chur-Cölln, pag. 434.

CLXXV.

Erb-Landes-Vereinigung der jenseits Rheins gelegener Ertz-Stifft Cöllnischer Landschafft in Westphalen, welche im Jahr 1463. vom Ertz Bischoffen Ruprecht und dessen Nachfolger am Ertz-Stifft Cölln zum gemeinen Besten bestätiget, und nachgehends Anno 1590. durch Ertz-Bischoff und Churfürst Ernsten, Hertzogen in Bayern ꝛc. samt einem Hochwürdigen Dom-Capitul und übrigen Westphälischen Ständen, zu ewiger Festhaltung erneuert, erkläret und confirmiret worden, befindet sich loco antea citato, p. 447.

CLXXVI.

Churfürsts Ruperti zu Cölln Erklärung in puncto des Chur-Pfältzischen Vicariats, de Anno 1469.

UNsern freundlichen Dienst, und was wir brüderlichen Truwen Liebs und Guts vermögen zuvor, Hochgebohrner Fürste, lieber Bruder. Als uwer Lieb uns hat zugeschrieben, und Abschrifft einer Freyheit, damit uwer Vorfahren, sehliger Gedächtniße, von löblicher Gedächtniße Römischen Königen und Kayserm, versehen syn, und insonderheit von Keyser Carle, deshalben, wenn ein Römisch König, oder Kayser uff genseit der Gebürge were, daß alsdenn ein Pfaltz-Graffe zur Zit gemeiner Vicari des heiligen Richs sin, und sich des in Ubungen und Tittel annemen und gebrauchen solte, darum uwer Lieb sich des als ein Pfaltz-Grave zo diser Zitt angenommen habe, und ob wir einichen Zwiefer der Copien, so uwer Lieb uns davon geschickt hat, oder Befremonge der Schrifft und Tittels wegen hetten, daß wir dann einen unser glaubigen Diener zu uwer Liebden schicken wolten, ihr nye die Brive sehen, und hören lassen, als derselben uwer Liebden Brieff da von Wort inhelt, haben wir gehöret und verstanden, und fügen deroselben uwer Liebden güetlich zu wissen, daß wir in der Schrifft und Titel des Vicariats keinen fremden Zwivel oder Mißfallen, sonder ein besunder Freude und Wohlgefallen haben, uwer gepürliche Handhebunge, Gerechtigkeit und Privilegien uwer Voreltern, Pfaltzgraven by Ryne, Kur-Fürsten, und iren Erben, von löblicher Gedächtnüße Römischen Königen und Kayserm gnediglichen begabt, gegeben und versehen, gedencken auch darum nyeman zo uwer Liebden zu schicken, Brieve oder Kuntschafft davon zu sehen oder hören laißen, daß wir zu uwer Liebden in den und viel gewissern Sachen gentzlich keynen Zweivel, oder Myßglauben haben, wir getruwen auch nyemand uwer Liebden von uns anbracht habe, wir einige Befremdung oder Myßdüncken des Tittels und Schrifft gehabt haben, dann wir gantz ungezwivelt seyn, was da in durch uwer Liebden vorgenommen wird, daß solichs durch Crafft und Macht Privilegien, Freyheiten und Versöhnunge uwer Liebden und unser Vureltern Pfaltzgraven ꝛc. wie obgeschriben stehet, geschiege, und andere nit. Geben zo Wenn, under unsern Sigel uff St. Agaten Tag, Anno Domini M. CCCC LXIX.

Ropertus, Dei gratia Archiepiscopus Colonienſis, Princeps Elector, Westphaliæ & Angariæ Dux &c.

CLXXVII.

CLXXVII.

Ejusdem Statutum wie es bey seinem Officialat zu Cölln im rechtlichen Verfahren gehalten werden solle, de Anno 1470.

RObertus, Dei gratia sanctæ Colonienſis ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperii Princeps, elector, ac per Italiam Archicancellarius, Westphaliæ, & Angriæ Dux &c. Quia (ut experientia didicimus) patroni causarum, advocati, procuratores & Notarii, coram officiali nostro pro tempore existentes, a juris ordine sæpius deviarunt: propter quod & partes litigantes inutilibus expensis gravari, sententias super hujusmodi nulliter servato processu, in Romana curia annullari, & cassari sæpius contingit: Nos modum procedendi in causis quibuscunque coram dicto officiali pendentibus introducendum dare cupientes, habita desuper cum venerabili capitulo nostro, jurisperitis, & practicis consiliariis nostris deliberatione matura, statuimus, & ordinavimus, ac statuimus & ordinamus, ea quæ sequuntur,

In primis innovamus statuta bonæ memoriæ Theoderici, Archiepiscopi Colonienſis prædecessoris nostri, circa judiciarium ordinarium ordinem laudabiliter edita, præsertim circa habilitates personarum, advocatorum, procuratorum & Notariorum, & quæ causa censeatur summaria & levis, videlicet illa, quæ non excedit summam duodecim florenorum auri electorum Imperii: Reliquæ vero causæ super rebus dictam summam excedentibus, censeantur plenæ.

Item statuimus & ordinamus, quod causæ introductæ super rebus non excedentibus valorem octo marcarum Colonienſium, censeantur minimæ, etiamsi inter pauperrimas personas ventilarentur.

Item statuimus & ordinamus, quod in causis prophanis summariis servabuntur termini & modus procedendi, sicut in causis beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & usurarum, prout infra patebit.

De observatione terminorum in causis plenis mere prosanis, & termini servandi in causis prosanis super summa excedente valorem duodecim florenorum Rhenenſium.

Termini substantiales servandi in prima instantia.

Primus terminus substantialis, necessarius est post citationem ad causam, seu post resolutionem monitorii, videlicet quod citetur reus ad libellandum ad secundam diem. Si tunc libellus non esset paratus, posset dari certa schedula, in qua inchoatus est libellus nondum perfectus, & obtinendi ad corrigendum ad primam diem, ut terminus servetur in primo termino præfixo, & iste terminus est communis utrique parti, ita quod licet tam actori, quam reo libellare, si vult. Libello realiter oblato, citetur pars adversa, vel præfigatur procuratori apud acta, terminus ad respondendum libello oblato, & ad litem desuper contestandam & jurandum de calumnia. Primo ad primam diem juridicam, & iste terminus, quoad litis contestationem, & juramentum calumniæ est communis. Secundo, ad idem sub pœna excommunicationis ad primam diem. Tertio, ad idem, sub excommunicationis pœna; alioqui ad videndum partem adversam excommunicari, ob non responsionem libelli. Interea ostendatur libellus, & exceptiones, si datæ sint contra libellum, officiali, ut admittat libellum, vel rejiciat & compellat ad litem contestandam, ut moris est. Lite contestata, & jurato de calumnia, præfigatur parti terminus ad articulandum, qui etiam est communis utrique parti ad secundam. In quo si libellus fuerit articulatus, dispositivus & bonus, potest reperi libellus loco articulorum, vel potest fieri major specificatio in articulis, quam fuit in libello, de tempore, loco, &c. Alioqui si libellus fuerit narrativus, fiant articuli ad longum, concludendo ad primam petitionem datam in libello. Et tunc citetur adversarius ad dicendum contra articulos ad secundam. Quo termino servato, citetur adversarius, vel præfigatur terminus ad producendum omnia ad secundam, qui etiam est communis. Et in illo termino potest petere procurator admitti articulos suos ad probandum, parte præsente adversa, vel etiam ad hoc citata, si absens fuerit, & desuper producere jura & testes. Si non habet, producat jura verbo, cum protestatione ad producendum eadem jura facto, suis loco & tempore opportunis. Et citetur adversarius ad dicendum contra ad secundam diem, & in illo accusetur contumacia: vel reus excipiat, si voluerit, si non habet negata parata, vel diem per officialem. Ultimo potest ad cautelam servari terminus ad declarandum, si aliqua essent dubia ad secundam diem. Lapsis tunc terminis probatoriis assignandis, concludatur, & feratur sententia.

Termini in ſecunda inſtantia ſervandi.

Similiter in ſecunda inſtantia, niſi quod articuli dati in prima inſtantia, repetantur in termino ad articulandum: & quod omnes termini ad articulandum: & quod omnes termini ſervati in prima inſtantia ad ſecundam, ſerventur in ſecunda & tertia inſtantia ad primam diem.

Termini ſuper deſertione appellationis.

Ad effectum pronunciandi ſuper deſertione ſententiæ, neceſſario ſervandi ſunt termini ad docendum de diligentia perſecutionis appellationis, primo, ſecundo, tertio & quarto, ex ſuperabundanti ſemper ad primam diem juridicam, & nullus alius terminus.

Termini ſuper declaratione incurſus cenſurarum alicujus mandati, vel canonis, ſeu ſtatutorum.

Ad effectum, quem declarandi incidiſſe in pœnas contentas in literis executorialibus, vel inhibitionis, vel aliis quibuscunque ſerventur neceſſario termini ad docendum ſe paruiſſe literis hujusmodi primo, ſecundo, tertio, ſemper ad primam diem: ſi tamen eſt prohibitio in inhibitione, ne tale quid fiat, neceſſarium eſt articulari, inhibitum poſt inhibitionem talia feciſſe, & parte citata ad dicendum contra articulos ſuper hujusmodi contraventione datos ad primam diem, absque litis conteſtatione admittantur, & probentur: & facta probatione fiat declaratio.

Termini ſervandi in cauſis appellationum a gravamine.

In cauſa gravaminis, puta in omnibus gravaminibus, etiam habentibus vim diffinitivæ, videlicet in cauſis appellationum interpoſitarum a ſententia nullitatis quacunque, vel a ſententia lata ſuper deſertione quacunque poſt dilationem producatur appellatio, ſi actor vult ſervare terminos: vel repetatur, prout eſt in actis: & citetur adverſarius ad dicendum contra, ad primam diem: & ſervato illo termino, accuſata contumacia, citetur adverſarius ad impugnandum, & juſtificandum ad primam diem. Illis terminis ſervatis, nihil plus eſt agendum, niſi ferre ſententiam habitis actis.

Termini ſervandi ſuper nullitate proceſſus.

Sic tamen, quod ſi agitur ſuper nullitate reſultante ex eisdem actis, non eſt opus ſervare terminos: ſi autem debet conſtare de nullitate non eisdem actis, ſed aliunde extra acta, tunc neceſſaria eſt libelli oblatio, litis conteſtatio, & terminorum obſervantia, ſicuti in mere profanis cauſis, etiamſi principalis cauſa eſſet beneficialis, vel ſui natura ſummaria.

Termini in cauſis mere eccleſiaſticis.

In cauſis beneficialibus, matrimonialibus, decimarum, uſurarum, ſummariis fundata jurisdictione, ſervetur terminus ad libellandum, & jurandum de calumnia ad primam diem: & in illo termino detur libellus verbo ſine ſcripto, & juretur de calumnia, & citetur adverſarius ad articulandum ad ſecundam. In quo termino dentur pro quacunque parte (quæ voluerit) articuli facto vel verbo, ſi articuli non ſunt facti: & citetur adverſarius ad dicendum contra articulos ad ſecundam diem. Et tunc accuſetur contumacia nil dicentis contra articulos: quo termino ſervato, poſſunt peti articuli ad probandum admitti, & fieri probationes, ſi placuerit. Et ſi hoc fiat, ſive non, nihilominus ſervetur terminus ad producendum omnia ad ſecundam: & deinde ad dicendum contra producta ad ſecundam diem: & tunc poſſunt dari articuli facto, ſi prius non fuerint dati, & fieri probationes per utrasque, partes quæ voluerint. Si autem aliqua partium ſubterfugit, inſtet pars petens expeditionem ſemper pro concluſione, ut ſupra.

Termini in eisdem cauſis in 2. & 3. inſtantia.

Similiter fiat in ſecunda inſtantia, niſi quod omnes termini ſerventur ad primam diem, præterquam ad articulandum, qui ſervetur ad ſecundam diem: ſimiliter fiat in tertia inſtantia, niſi quod omnes termini ſerventur ad primam diem.

Forma procedendi in minimis cauſis.

In minimis tamen cauſis intra duodecim florenos Rhenenſes, vel circiter, vel ſuper parvis injuriis verbalibus, nullus proceſſus fiat. Sed duntaxat juxta ſtatuta deducatur in una parva ſchedula factum diſpoſitive & clare per articulos, & citata parte ad dicendum contra ad primam diem. Illis admiſſis ad probandum, facta reſponſione, fiat probatio ſummaria: & in illis Notarii non debent extendere terminos, nec regiſtrum: ſed abbreviare, quantum poſſunt, ſicuti ſcribendo protocollum.

In cauſis confeſſati.

Inſuper in cauſis confeſſati, ſive recogniti, ſervetur ſtylus hucusque ſervatus per viam monitorii.

In cauſis reddituum & ſubmiſſionum.

In cauſis redituum & ſubmiſſionum, incipiatur per monitorium, donec fiat reſolutio.

In cauſis antiquorum reddituum eccleſiæ, a monitorio.

Item Notarii ſcribant in actis nomina procuratorum in ſingulis terminis, qui comparuerunt, & in teſtium productione dicant illa verba, in N. ex adverſo procuratoris præſentia &c.

Item Notarii in prima citatione vel monitorio emittendo, deſignent ſpecie rem ſuper qua actor intendit agere, & ponant clauſulam cum certificatione, ſive comparuerint, ſive non, nihilominus procedatur, usque ad diffinitivam ſententiam incluſive, vel ad excommunicationem ob non reſponſionem libelli, ſi litis conteſtatio neceſſaria fuerit, vel ad immiſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, prout de jure per citationes ad valvas eccleſiæ majoris, & portas aulæ noſtræ, Colonienſis affigendas, ipſorum citatorum abſentia vel contumacia non obſtante. Et hujusmodi prima citatio decernatur per dominum officialem in cauſis magnis, ſive profanis, ſive matrimonialibus, decimarum aut uſurarum.

Item Notarii nulli dabunt hujusmodi citationes, vel monitoria niſi principales ipſimet petierint, & apud acta conſtituerint: vel procurator curiæ noſtræ legitimam cautionem fecerit de ratificatione principalis, cum conſtitutione ante executionem monitorii, vel citationis, ſub pœna decem florenorum fiſco applicandorum.

Item dicant, qui eſt terminus ſolitus ad proſequendum appellationem, & non ponant in genere, cum terminis ſolitis.

Item in cauſis appellationum, vel ubi pendet terminus aliquis ſubſtantialis, ponant feſta, quæ impediant audientiam, & curſum cauſarum, & quæcunque impedimentum occurrentia.

Item nullus notariorum ſubſcribat acta, niſi ſigillata ſigillo curiæ noſtræ.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod procuratores, ſecundum ordinem eorum, cauſas ſuas diſtincte & clare proponant absque clamore, & multiplicatione verborum, & uno loquente, alii taceant & auſcultent. Et interea nullus advocatorum, procuratorum, notariorum, ſeu ſolicitatorum, proponentem impediat verbo, vel facto, aut confabulationes inter ſe faciant, ſub pœna unius marcæ Colonienſis irremiſſibiliter per officialem, & ſigilliferum pro tempore exigendæ: ac etiam ſuſpenſionis ab officio, ſi unus ſæpius deliquerit.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod uno procuratore proponente, alii procuratores fixe ſtent in locis ſibi deputatis: nec a locis recedant, ſine domini officialis licentia petita & obtenta, ſub ſimilibus pœnis pecuniariis & ſuſpenſionis.

In cauſis fiſcalibus, ſeu inquiſitionis.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod in cauſis fiſci inquiſitionis ſuper criminibus per ſubditos commiſſis hoc ordine procedatur. Videlicet, citatione vel monitione emiſſa ad reſpondendum perſonaliter ſuper objiciendis, citatus perſonaliter ſine ſcriptis coram aliquo Notario curiæ noſtræ jurato, per officialem ſive ſigilliferum deputando, aut deputato, in præſentia ipſius ſigilliferi reſpondeat ſingulariter ſingulis articulis in ſcriptis exhibitis medio juramento. Et ſi confitetur delictum, injungatur ei pœnitentia ſalutaris: ſi pro levibus, per Dominum ſigilliferum duntaxat: in gravibus autem, de conſilio dicti officialis. Et ſi negaverit, dentur articuli exceſſuum juridice, & citetur reus, vel procurator per eum conſtituendus, ad dicendum contra ad ſecundam, deinde fiat deſuper litis conteſtatio more ſolito, & præſtetur juramentum calumniæ, & ſerventur termini, ſicuti in cæteris cauſis profanis.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod advocati, & procuratores, & notarii præmiſſa, in quantum eos concernunt, non adimplentes, ſeu clientulos ſuos inutilibus expenſis ex eorum negligentia gravantes, præter damna expenſarum & intereſſe, ad quæ parti gravatæ obligantur, ad arbitrium domini officialis pro tempore exiſtentis, arbitrarie puniantur.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod ſi libellum vel articulos ex eorum ineptitudine rejici contigerit, advocatus, vel procurator, qui illos fecerit, ad expenſas utrique parti teneatur, & alias arbitrarie puniantur: ſimiliter obſervetur, ſi inutiles terminos obſervaverit, & proceſſum inutilem fecerit, quare in principio cauſæ deliberent inter ſe de modo procedendi, & ad quem finem velint agere: ne partes inutilibus expenſis vexent, & lites reddant immortales.

In robur & teſtimonium præmiſſorum, ſigillum ſive ſecretum noſtrum præſentibus noſtris ſtatutis & ordinationibus in tribus foliis cum dimidio papyri conſcriptis, per ſingula folia de mandato noſtro eſt appenſum, anno Domini 1470. die quidem Jovis, penultima menſis Auguſti.

CLXXVIII.

Kayſers Friderici III. Confirmation des von ihm als Röm. Könige der Cleriſey im Erz-Stifft Cölln im Jahr 1440. ertheilten Conſervatorii ihrer Privilegien und Freyheiten, de Anno 1475.

FRidericus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, ac Auſtriæ Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ, Sclavoniæ, ac portus Naonis, Gomes in Habſpurg, Tyrolis, Ferretis & in Kyburg &c. Marchio Burgoniæ, & Landgravius Alſatiæ, notum facimus univerſis, præſentes literas inſpecturis, ad compeſcendos conatus nefarios iniquorum in perſonas & loca Eccleſiaſtica ſuper bonis & Juribus ſuis offendere & multiplicibus etiam in eorum perſonis perturbare moleſtiis non verentur, tanto magis per nos decet noſtro temporali auxilio ſuccurrere, quanto per amplius turbationes & moleſtiæ in divinæ Majeſtatis offenſam & Eccleſiaſticæ libertatis redundare diſpendium dignoſcuntur, dudum ſiquidem ſub dato in nova civitate, Salzburgenſis Diœceſis, Anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo, quadrageſimo, die viceſima menſis May, tunc Regni noſtri Anno primo, in favorem & pro conſervatione Jnrium, Privilegiorum, & libertatum honorabilium Præpoſitorum, Decanorum, Scholaſticorum, Cantorum, Canonicorum, Vicariorum & Perſonarum majoris & inferiorum Eccleſiarum, Monaſteriorum & piorum locorum Civitatis & diœceſis Colonienſ. literas noſtras Regias conceſſimus tenoris ſubſequentis:

Inſeratur Conſervatorium Ejusd. Imperatoris Fridericii III. de Anno 1440. quod ſupra ſub Num. CLXI. exſtat.

Et quia lamentabili quærela honorabilium & dilectorum Nobis Capitulorum nec non totius Cleri & ſingularum perſonarum Eccleſiaſticarum, Monaſteriorum & piorum locorum Civitatis & Diœceſis prædictorum intelleximus diverſas moleſtias, novorum onerum impoſitiones, arreſta & injurias a nonnullis Principibus, tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, nec non Civitatibus, oppidis & communitatibus eisdem factas & irrogatas, ipſique nobis humiliter ſupplicarunt, ut novis vulneribus nova adhibentes antidota authoritate noſtra literas præinſertas & omnia ſingula in eisdem contenta & narrata, ac conſuetudines laudabiles a memoria hominum citra & ultra in favorem eorundem & libertatis Eccleſiaſticæ obſervatas, unam præſertim de bladis, absque gabellæ, ſeu alicujus oneris exactione in certa quantitate juxta Eccleſiarum & Monaſteriorum qualitates ſingulis hebdomadibus molendis, qua per annum fere inique de facto per Civitatem, ſeu Conſulatum Colonienſem ſe ſpoliatos, & ſuper illa turbatos aſſeruerunt & affirmant, confirmare & approbare, illaque omnia & ſingula de novo concedere & Eccleſias, Capitula & Eccleſiaſticas perſonas prædictas ad priſtinam poſſeſſionem ſeu quaſi & libertatem in quibus ante ſpolium & turbationes prædictas eſſe conſueverunt, & ad indebite ab iisdem exacta reſtituere & reſtitui mandare dignaremus; Nos igitur attendentes præmiſſa rationabilia & juri communi & æquitati conformia, nec non in animo noſtro continuo revolventes & imitari volentes Chriſtianiſſima verba divæ Memoriæ Caroli Magni & Ludovici ejus filii Imperatorum, prædeceſſorum noſtrorum in eorum Capitularibus deſcripta & canonizata hæc ſcilicet, quia juxta ſanctorum Patrum traditionem novimus, res Eccleſiæ, vota fidelium, eſſe pretia peccatorum & patrimonia pauperum, quique non ſolum habita conſervare, verum etiam Deo opitulante conferre optamus. Ut autem de dividendis rebus Eccleſiæ ſuſpicionem dudum conceptam penitus amoveamus, ſtatuimus, ut neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſponente, ſucceſſorum noſtrorum futuris temporibus ullam penitus diviſionem ſeu jacturam patiantur, præinſertas noſtras litteras, & omnia & ſingula in eisdem contenta & narrata, nec non laudabiles conſuetudines a memoria hominum citra & ultra, in favorem eorundem & libertatis Eccleſiaſticæ quomodolibet obſervatas, illam præſertim de Bladis, ſive Gabelle exactione libere molendis, autoritate noſtra Cæſarea & imperiali ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis ejusdem ratificamus, innovamus, authorizamus, confirmamus & approbamus ac Capitula, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas prædictas conjunctim & diviſim ad antiquiſſimam poſſeſſionem ſeu quaſi, in qua ante ſpolium & turbationem ſeu ſpoliationem hujusmodi fuerunt, & ad indebite ab eis exacta, ſingulasque Eccleſiaſticas libertates reſtituimus, ac plane & integre reſtitui præcipimus, mandantes Conſulatui Col. ut Capitula, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas prædictas in priſtinam poſſeſſionem omnium Eccleſiaſticarum libertatum, & ad indebite ab eisdem, ſeu eorum piſtoribus exacta infra Menſis ſpatium, poſt intimationem præſentium proxime futurum indilate reſtituant, & a Similibus in futurum abſtineant, ſub centum marcarum auri pro una fiſco noſtro Imperiali & pro alia medietatibus Capitulis, Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis prædictis requirentibus applicandorum pœnis irremiſſibiliter exigendis: Præterea præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis, quibus præinſertæ noſtræ litteræ diriguntur, conjunctim & diviſim, & cuilibet eorum inſolidum ſub pœnis in eisdem litteris contentis, quatenus omnia & ſingula præmiſſa exequantur, & Capitula, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas prædictas in priſtinam poſſeſſionem ſeu quaſi, & ad indebite ab iisdem exacta reſtitui faciant, & reſtitutas in ipſis privilegiis & antiquis conſuetudinibus conſervare & manutenere non poſtponant: Non permittentes eosdem, Capitula, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas prædictas etiam contra juris communis diſpoſitionem & Conſtitutiones Papales & imperiales, nec non laudabiles conſuetudines per nos confirmatas & de novo conceſſas in perpetuum turbari ſive moleſtari ſub modis & formis in præinſertis noſtris litteris contentis: Nos etiam ex ſuperabundanti dicta Capitula, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas adverſus quæcunque arreſta, & res judicatas coram ſecularibus judicibus quomodolibet acceptata, reponentes, eadem arreſta & res judicatas caſſamur, irritamus, & perpetuo inhibendo annullamus; Volentes & decernentes ut eisdem noſtris Executoribus & cuilibet eorundem præſentibus & futuris vigore præſentium quoad præmiſſa perpetuo poteſtas & licentia remaneat attributa ac quod præſentes litteræ per obitum noſtrum non exſpirent, Conſtitutionibus ac legibus Imperialibus, privilegiis & indultis quibuscunque conceſſis præſertim novo Theoloneo a civitate Colonienſi in flumine Rheni exigendo, nec non Theoloneis quibuscunque aliis per Nos vel Prædeceſſores noſtros conceſſis vel concedendis, per quas conceſſiones, Capitula, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas hujusmodi, quoad res, bona & perſonas eorundem, in nullo penitus gravari voluimus & volumus & ita noſtræ mentis in conceſſionibus prædictis fuiſſe & eſſe declaramus, litterarum noſtrarum deſuper confectarum tenores præſentibus habentes pro ſufficientibus expreſſis, nec non quibuslibet aliis conſuetudinibus forſitan in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuscunque præſentium ſub noſtri Imperialis Majeſtatis Sigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum in Civitate noſtra Colonienſi ſecundo die menſis Octobris. Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quinto, Regnorum noſtrorum, Romani triceſimo ſexto, Imperii viceſimo quarto, Hungariæ vero decimo ſeptimo.

Ad Mandatum Domini Imperatoris proprium.

Joh. Waldner, Protonotarius, mppr.

CLXXIX.

Pabſts Sixti IV. Inſtruction, ſo er ſeinen wegen Eliberirung des gefangenen Churfürſts Ruperti zu Cölln, nach Teutſchland gehenden Nuntiis gegeben, de An. 1478.

IMprimis adeant Sereniſſimum Dominum Imperatorem cum Brevi, quod ſuæ Majeſtati ſcribitur, & illo præſentato exponatur, Majeſtati ſuæ, quod S. S. D. noſter audito caſu capturæ præfati Reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi Colonienſ. Valde moleſte eam rem ferens, tanquam deteſtabilem & mali exempli, decrevit communicato conſilio cum reverendiſſimorum Cardinalium Collegio omnia expedientia facere pro ejus liberatione, & pro celeriori expeditione rem iſtam eis commiſit illic exiſtentibus.

Secundo dicant Majeſt. ſuæ, quod S. S. D. noſter initium hujus liberationis capit a ſua Maj. tanquam ab Advocato & defenſore eccleſiæ & ab eo Prineipe, qui caput eſt principum ſecularium Chriſtianorum, & ad quem ſpectat Eccleſiaſticas perſonas, & maxime inſignes, ut ſunt Epiſcopi & Archiepiſcopi ab omni violentia tueri.

Item quia Archiepiſcopus Colonienſis eſt Elector Imperii, & ab Imperio regalia accipit, idcirco tenetur ipſe ſereniſſimus Imperator eum defendere.

Item conſiderato, quod Maj. ſua manum appoſuerit ad componendam diſcordiam illam Colonienſem illata eſt non ſolum Apoſtolicæ Sedi, ſed etiam Majeſtati ſuæ, injuria, quod Archiepiſcopus ipſe interim captus fuerit, & pro-

propterea debet ſua Majeſtas prompta eſſe ad faciendum liberationem.

Item quod Majeſtas ſua bene conſideret momentum hujus rei; quia per hoc læditur pax Germanica concluſa in dieta Ratisponſi, & confirmata poſtmodum in dieta Auguſtenſi, quæ firmata fuit ſub graviſſimis pœnis eccleſiaſticis & temporalibus. Et quod Majeſt. Sua, quæ caput eſt illius, tenetur illam ſervari facere, & ex latere ſuo providere ſuis remediis opportunis contra non ſervantes illam, aut perturbantes.

Item dicere, quod his omnibus conſideratis, & omni alio reſpectu, & ne unquam imputari poſſit Apoſtolicæ Sedi; aut Majeſt. ſuæ SS. D. N. requirit Majeſtatem ſuam & rogat, ut cum omni promptitudine animi intendere velit ad ejus liberationem, & quod mittat ſuos Oratores, vel Oratorem cum literis, & commiſſione opportuna, ſimul cum ipſo Domino Forlivienſi, vel Alerienſi ituro ad Dominum Henricum, Landgravium Haſſiæ, & ad quos oportuerit, pro dicta liberatione, vel ſaltem ſcribat literas urgentes & ſtrictas ad ipſum Landgravium, & ad omnes illos, ad quos SS. D. N. ſcribit, & hæc omnia curabunt prædicti Epiſcopi, vel alter ipſorum prudenter, & cum diligentia apud Majeſt. Imperialem expedire, & de concluſione cum Majeſtate ſua facta, & reſponſo ejus ſtatim per ipſorum literas certiorem SS. D. N. faciant. Habita expeditione a Majeſtate Imperiali, unus ipſorum onus aſſumat, eundi ad Landgravium Haſſiæ, & alius remaneat illic & ille, qui erit iturus, ſi bonam habuerit expeditionem a Majeſt. Imperiali, videlicet de Oratoribus vel literis ut præfertur, aut etiam haberet, quod non creditur, omnino tamen, & ſine mora vadat ad Landgravium prædictum, & nomine SS. D. N. dicat, quod ſua Sanctitas miratur, quod incurrerit in hunc caſum, conſiderato quod non poteſt inferri violentia Prælatis, ſine offenſa Dei, & læſione, ac injuria Apoſtolicæ Sedis, ac ſcandalo communi, & quod vehementer hoc diſpliceat Sanctitati ſuæ.

Item dicere, quod ſui progenitores fuerunt devoti Apoſtolicæ Sedis, & quod ipſe, cum ſit juvenis, nolit degenerare ab eis, ſed oſtendat illam obedientiam, quam quilibet bonus Princeps oſtendere tenetur erga Apoſtolicam ſedem.

Venerabilis & egregius Dominus officialis Curiæ Colonienſis, aviſat omnes & ſingulos Dominos Prælatos Capitula & Conventus, Eccleſiarum Parochialium & Capellarum Rectores, ac alias ſingulares perſonas, qui adhuc nondum de charitativo ſubſidio nuper impoſito, integre ſatisfecerunt, quod adhuc intra quindecim dies proxime ſequentes. Dominis Collectoribus earundem de illis ſatisfaciant, ne opus ſit contra illos ad ulteriores procedere proceſſus, per dominum Fiſcalem inſtitutos, vel inſtituendos.

Similiter authoritate ejusdem venerabilis domini officialis monentur omnes & ſinguli utriusque Sexus homines, tam ſpirituales, quam ſeculares, ſub ſuſpenſionis a divinis & excommunicationis pœna, habentes & detinentes legata Reverendiſſ. Domino noſtro Archiepiſcopo Colonienſi, aut ad fabricam Eccleſiæ Colonienſis deputata, ut intra menſem proxime ſequentem, venerabili Magiſtro Udalrico &c. Sigillifero & Magiſto Fabricæ &c. de eisdem reſpondeant & ſatisfaciant Alioqui.

Item mandat idem venerabilis Dominus officialis omnibus & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, & aliis, quibus opus eſt, ſub ſuſpenſionis a divinis Excommunicationis & XXV. florenorum ſuperiorum, Fiſco Reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi Colonienſis applicandorum pœnis, ut ipſi jam in præſenti Synodo publicata & pronunciata, vel eorum copias recipiant, ut in ſuis capitulis per ipſos ervandis, publicent, ac quilibet eorum Paſtoribus Parochialium Eccleſiarum & Capellarum Rectoribus ſui Decanatus fideliter inſinuet & publicet.

Item mandat venerabilis Dominus officialis, ſub eisdem pœnis, univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, ut ipſi in eorum Synodis & Capitulis mandent & præcipiant ſingulis Eccleſiarum Parochialium & Capellarum Rectoribus ſui Decanatus ſub ſimilibus pœnis, prout idem venerabilis Dominus officialis mandat eisdem & unicuique eorum conjunctim & diviſim, quod ipſi ſingulis quatuor temporibus die Dominica intra Miſſarum ſolennia, ſtatuta inſignis Eccleſiæ Colonienſis hujusmodi, præſertim ſequentia, videlicet Engilberti contra impedientes eccleſiaſticorum Judicum Jurisdictionem incipiens: Ne vero Jurisdictionem &c. Item Sifridi de executione mandatorum &c. incipiens: præcipimus diſtricte. Et ejusdem Sifridi de uſurariis &c. incipiens: ſtatuimus, ut uſurarii &c. Item Wilhelmi de uſurariis manifeſtis, incipiens: Omnibus, quibus &c. Wilhelmi ejusdem contra detentores & ſubtractores Fabricæ, incipiens: ad noſtrum non &c. Item Wichboldi de proviſoribus & Promotoribus Fabricæ, incipiens: monemus item omnes &c. & alia contra injectores manuum violentarum in Clericos, et Clericos captivantes, Decimas ſubtrahentes ac bona Eccleſiaſtica ſibi uſurpantes, edita, populo in Eccleſiis & Capellis ipſorum ad audiendum divina congregato, fideliter & formaliter, aut ſalutem eorum effectum exponant, intiment & publicent, mandantes eadem ſtatuta ſub pœnis inibi expreſſis, per eosdem ſuos Parochianos firmiter obſervari in finem, quod hujusmodi Parochiani non poſſint prætendere ignorantiam hujusmodi ſtatutorum, exponendo eisdem, & aviſando ipſos, quales pœnas & cenſuras hujusmodi ſtatutis contravenientes incurrerent.

Item quod iidem Rectores Parochialium Eccleſiarum & Capellarum hujusmodi omnes & ſingulos publicos uſurarios, nola pulſata, & candela accenſa, & extincta & in terram projecta, excommunicatos publice denuncient, & quilibet eorum denunciet, cum effectu. Alioqui idem venerabilis Dominus officialis, contra in præmiſſis negligentes & remiſſos, arctius (prout de jure poterit) procedet & procedi faciet.

Item mandat idem venerabilis dominus officialis ſub eisdem pœnis & cenſuris, univerſis & ſingulis Eccleſiarum Parochialium & Capellarum Rectoribus, per Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis, ut quam cito ipſi aliquas aggravationes, contra quoscunque eis oſtenſas & præſentatas viderint, eosdem ſic aggravatos ſeu excommunicatos immediate vitent & ſingulis diebus dominicis & feſtivis, juxta tenorem earundem Literarum, publice in Eccleſiis & Capellis eorum, tempore divinorum, denuncient Ipſosque ſic excommunicatos, ad intereſſendum divinis non admittant, niſi viſa primitus & ante omnia per eos abſolutione ſigillata hujusmodi excommunicatorum, non obſtante quod partes inter ſe factæ eſſent concordes.

Item mandat idem Venerabilis dominus officialis eisdem Paſtoribus & Viceplebanis ſub ſimilibus pœnis, ut ipſi circa executionem mandatorum noſtrorum & aliorum Judicum Eccleſiaſticorum diligenter attendant, non ſcribendo ut ſolent, Executum ut in forma: non nominando, per quem, vel contra quem, vel qua die, vel in propriam perſonam, vel locum domicilii &c. qua re plures partes negliguntur & periclitantur, ſed ſic ſcribere debeant, executum eſt præſens mandatum per me N. talem, contra N. talem, anno & die tali, in propriam ejus perſonam, vel in locum domicilii: & in teſtimonium executionis, ſigillum Eccleſiæ ſuæ, vel proprium, ut antiquitus fieri conſvevit, hujusmodi mandato executo, inferius appendant &c. Alioqui.

Item mandat & inhibet idem venerabilis Dominus Officialis ne dicti Paſtores, aut Plebani, poſtquam eis conſtiterit, quod aliquis Parochianus eorum, aliquem, vel aliquam, ſuper matrimonio coram eodem domino officiali, aut alio judice competenti, in cauſam traxiſſet, illos ſic litigantes, etiam ante, vel poſt ſententiam latam, ad ſolennizandum matrimonium cum alio vel alia admittant, niſi prius viderint ſententiam ſigillatam illius judicis ſigillo coram quo hujusmodi cauſa eſt ventilata.

Item mandat & inhibet idem venerabilis Dominus Officialis eisdem Plebanis & Viceplebanis, ne ipſi aliquos reclamatos ſuper clandeſtino matrimonio, ad ſolennizandum illud in facie Eccleſiæ admittant, niſi viſa per eos ſententia deſuper lata & ſigillata.

Item quia frequenter Paſtores & Plebani excommunicatos authoritate Statutorum Eccleſiæ Colonienſis, propter clandeſtinum matrimonium per ipſos contractum, & ſolum ad duos menſes abſolutos, & duobus menſibus hujusmodi effluxis, ipſos ut prius excommunicatos minime vitare curant: hinc eſt, quod idem venerabilis Dominus Officialis mandat eisdem, quod ipſi deinceps hujusmodi excommunicatos, dictis duobus menſibus elapſis, ut prius vitent & denuncient, donec & quousque ipſi matrimonium clandeſtinum in facie Eccleſiæ celebraverint, vel novam abſolutionem ſuper clandeſtino obtinuerint, & eis præſentaverint.

Item monet & requirit dictus venerabilis Dominus Officialis, ſub pœnis ſuſpenſionis à divinis & excommunicationis, omnes & ſingulos Eccleſiaſticos & religioſos Civitatis & Diœceſis Colonienſis, cujuscunque ordinis, ſtatus, aut præeminentiæ fuerint, habentes publicas focarias in domibus ſuis, ut intra menſem proxime ſequentem, easdem focarias animo non recipiendi, easdem à ſe & ex domibus ſuis repellant & ejiciant &c. Alioqui.

Item inhibet idem Venerabilis Dominus Officialis ſub ſimilibus pœnis, omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & Religioſis intra Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis quacunque authoritate fungentibus, ne ipſi in ſuis Monaſteriis, Eccleſiis & Conventibus aliquas novas fraternitates & indulgentias pronunciare audeant, aut pronuncient, niſi de licentia Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Colonienſis, aut ipſius officialis, deſuper obtenta.

Item inhibet idem Venerabilis Dominus Officialis univerſis & ſingulis pœnitentiariis Civitatis & Diœceſis Colonienſis, ſub ſimilibus pœnis, ne ipſi vota aut peregrinationes in alia pia opera commutent, niſi pecunia exinde recepta, per eos applicetur Fabricæ Eccleſiæ Colonienſis.

Item exhortantur & monentur prædicti Pœnitentiarii & quicunque confeſſores, ut ipſi Fabricam hujus inſignis Eccleſiæ Colonienſis, in ſuis ſermonibus & Confeſſionibus habeant promotam & recommodatam. Inhibentes eisdem, ne ipſi aliquem impedientem Eccleſiaſticam ſive ſpiritualem jurisdictionem abſolvant, ſed illum vel illos ad venerabilem Dominum ſigillifer um remittant.

Item inhibet idem Venerabilis Dominus Officialis eisdem Pœnitentiariis ſub pœna ſuſpenſionis à divinis & Excommunicationis, ne ipſi in confeſſionibus aut alias ſe de auditione, aut cognitione cauſarum matrimonialium intromittant: ſed confitentes de facto Matrimonium tangente, ad eundem Venerabilem Dominum Officialem, tanquam Ordinarium, ad quem cognitio cauſarum matrimonialium de Jure ſpectare dinoſcitur, indilate remittant, juſtitiam deſuper ab eodem recepturos expeditam, Alioqui, &c.

Item authoritate ejusdem Domini Officialis monentur omnes & ſinguli teſtamentorum ſeu uti-

utimarum voluntatem Executores, per civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtituti, ſub pœnis ſupradictis, ut intra duos menſes proxime ſequentes, venerabili Domino Sigillivero de receptis, levatis & expoſitis, computum & rationem reddant legales: Teſtamentis tamen ordinaria authoritate approbatis, demptis & exceptis.

Hic repetuntur duo ſtatuta recolendæ memoriæ Domini Sifridi: unum de vita & honeſtate Clericorum, aliud de cohabitatoribus mulierum & concubinariis. Et aviſantur omnes & ſinguli. Prælati Civitatis & Diœceſis Colonienſis, quod ſi ipſi intra tempus in hujusmodi ſtatutis præfixum, ſuos ſubditos, juxta tenorem eorundem Statutorum non correxerint, idem venerabilis Dominus Officialis ut ordinarius contra illos juxta formam eorundem ſtatutorum, & juris diſpoſitionem procedi faciet, privilegiis & indultis quibuscunqve non obſtantibus.

Item hic innovatur ſtatutum quondam recollendæ memoriæ Wichboldi Archiepiſcopi Colonienſis, de non reſidentibus in Eccleſiis Parochialibus, & de illis, qui ſunt minoris ætatis, incipiens: Item eum ſecundum Jus &c. & mandat Venerabilis Dominus Officialis ſingulis Chriſtianitatum Decanis, ut intra unius menſis ſpacium, proxime ſequens, nomina illorum non reſidentium, & qui minoris ſunt ætatis, eidem venerabili Domino Officiali juxta tenorem ejusdem ſtatuti, tradant, aut remittant. Alioqui &c.

Item exhortatur & mandat idem venerabilis Dominus Officialis omnibus & ſingulis Eccleſiarum Parochialium & Capellarum Rectoribus ſupradictis, ut ipſi deinceps fieri faciant, & procurent, quod quando fit elevatio Corporis Chriſti in ſumma Miſſa, ſive feſtivis diebus, ſive feriatis, fiat compulſatio majoris Campanæ in Eccleſiis eorundem cum tribus tactibus, in finem, quo extra Eccleſiam vel in campis exiſtentes, per hoc ad devotionem magis attrahantur.

Inſuper, quia alias in ultima Synodo de ſpeciali mandato Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Colonienſis fuit innovatum & publicatum quoddam ſtatutum quondam recolendæ memoriæ Domini Friderici &c. incipiens: Ut his qui in duabus Eccleſiis &c. Et fuit tunc illud ſtatutum ſuſpenſum ad medium annum, in finem, ut unusquisque ſua beneficia permutare ac alias ſe diſponere poſſet & ex eo tacitum & toleratum. Sed quia ex hujusmodi tolerantia divinus diminuitur cultus & in futurum omnis vagationis ſubtrahatur occaſio, ideo mandat idem Reverendiſſimus Dominus noſter Archiepiſcopus Colonienſis, omnibus & ſingulis beneficiatis in civitate & Diœceſi Colonienſi, & unicuique eorum, ut intra hinc & totum menſem Maji proxime futurum, unusquisque eorum ſibi & commoditati ſuæ provideat, & ne poſt hujusmodi menſem Maji elapſum, contra tenorem hujusmodi ſtatuti, aliquas præſentias in duabus Eccleſiis una die recipiat.

Inſuper idem Reverendiſſimus Dominus noſter mandat ſingulis Decanis & Capitulis ſub pœna ſuſpenſionis à divinis ut poſt hujusmodi menſem Maji lapſum, prætactum ſtatutum in eorum Eccleſiis obſervent, & obſervari faciant: inhibendo etiam ſub Excommunicationis pœna omnibus & ſingulis Præſentiariis, & Præſentiarum & ſimellarum Diſtributoribus, ne ipſi poſt lapſum prætacti Menſis Maji, alicui contra tenorem hujusmodi ſtatuti, aliquas Præſentias ſive diſtributiones præſentiarum, vel ſimellarum tribuant vel aſſignent. Alioqui &c.

Item inhibet idem venerabilis Dominus Officialis, omnibus & ſingulis conſervatoribus quorumcunque Jurium & Privilegiorum, ne ipſi contra ſubditos Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Colonienſis (niſi conſtiterit ipſis, quod illi ſubditi citandi, vel vocandi, non vellent ſtare Juri coram ordinario, & ibidem in juſtitia reſpondere) aliqua mandata decernant, vel emittant. Inhibet etiam Notariis coram hujusmodi conſervatoribus ſcribentibus, ſub pœna Excommunicationis & privationis officiorum ſuorum, quæ in curia Colonienſi obtinent, ne ipſi contra hujusmodi ſubditos, aliqua mandata, præſertim monitiones generales, ſcribere audeant, niſi conſtituto, quod hujusmodi ſubditi recuſant ſtare Juri, & in juſtitia reſpondere coram ordinario.

Item inhibet idem Venerabilis Dominus Officialis ſingulis Eccleſiarum Parochialium & Capellarum Rectoribus & aliis Presbyteris & Notariis Civitatis & Diœceſis Colonienſis ſub ſimilibus pœnis, ne ipſi aliqua mandata quorumcunque conſervatorum contra ſubditos Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Colonienſis exequantur, niſi primò & ante omnia eis conſtiterit, quod prædicti ſubditi nolunt ſtare Juri coram Ordinario.

Item mandat idem venerabilis Dominus Officialis univerſis & ſingulis Eccleſiarum paſtoribus, cœterisque Divinorum Rectoribus, ſub Excommunicationis & ſuſpenſionis à divinis pœnis, ut intra duorum menſium ſpacium poſt inſinuationem præmiſſorum ipſis & cuilibet eorum factam, ſeram & clavem recluſorii ſacramenti Evchariſtiæ ſibi procurent, & quilibet reſpective procuret, adeò & in tantum, quod campanarii Eccleſiarum ſuarum & capellarum, ſolum acceſſum, & aperturam non habeant.

Item mandat idem venerabilis Dominus Officialis ſub ſimilibus pœnis, omnibus & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, & aliis quibus opus eſt, ut ipſi jam in præſenti Synodo publicata & pronunciata, & eorum copias recipiant, & ſuis in capitulis per ipſos ſervandis publicent, ac quilibet eorum Paſtoribus Parochialium Eccleſiarum & capellarum Rectoribus ſui Decanatus, fideliter inſinuet & publicet.

Item mandat idem venerabilis Dominus Officialis ſupradictis Paſtoribus, Plebanis & Viceplebanis, ut ſingulis annis quorum temporibus, diebus dominicis, vel feſtivis, Bullam Joviſſanctæ & Carolinam in præcedentibus Synodis, diverſis vicibus publicatas, aut earum effectum populo publicent de Ambone, cum aviſamento pœnarum inibi contentarum.

Item inhibet idem venerabilis Dominus Officialis eisdem Eccleſiarum & capellarum Rectoribus ſub eadem pœna, ne ipſi quenquam in ſuis Eccleſiis & Capellis in Altario portatili absque notabili neceſſitate, Miſſam celebrare permittant ſine ſpeciali licentia Reverendiſſimi Domini noſtri, Archiepiſcopi Colonienſis, aut ejus in ſpiritualibus Vicarii. &c.

Item inhibet idem venerabilis Dominus officiarius ſingulis Paſtoribus, Plebanis, & viceplebanis Civitatis & Diœceſis Colonienſis, ne ipſi tempore divinorum aliquos mendicantes, propter turbationem Divinorum, ad petendum Eleemoſynas admittant. Et quod ipſi Paſtores ſuis Parochianis inhibeant, ne tempore divinorum in Eccleſiis eorum Eleemoſynas tribuant, ne divina perturbentur, & devoti in ſuis devotionibus & ordinationibus impediantur.

Item mandat idem venerabilis Dominus Officialis omnibus & ſingulis Chriſtianitatum Decanis Diœceſis Colonienſis, ut ipſi Paſtoribus, ſive divinorum Rectoribus Singularum Eccleſiarum Parochialium, tam conventualium quam aliarum Eccleſiarum ejusdem Diœceſis, mandent ſub Excommunicationis pœnis, ad conſcribendum Nomina & Cognomina Paſtorum & Vicariorum in Eccleſiis eorum perſonaliter reſidentium & non reſidentium, ac titulos Beneficiorum & officiorum in eorundem Eccleſiis, cum nominibus & cognominibus & nomina defunctorum hujusmodi beneficiatorum & officiatorum, ac valorem illorum, intra hinc & proximam Synodum futuram, hujusmodi eidem Domino Officiali aut Fiſco ejusdem per ipſos deſcripta notificandum, & in ſcriptis ſingula præmiſſa ſignificandum ſub pœnis præexpreſſis.

Item inhibet venerabilis Dominus Officialis, omnibus & ſingulis Paſtoribus, Capellanis & Vicecuratis ſub pœna viginti florenorum ſuperiorum, pro una Procuratori fiſcali Reverendiſſimi Domini noſtri, Archiepiſcopi Colonienſis, & pro reliqua medietatibus dictæ Fabricæ applicanda, ne aliquem Quæſtuariorum, aut Eleemoſynam ad quemcunque uſum petentium, in eorum Eccleſiis admittant, aut cauſam ejusdem de Ambone promoveant, niſi prius viderint literas dicti venerabilis Domini Officialis, ſigneto ejus ſignatas, & ſigillo curiæ Colonienſis ſigillatas, & manu Magiſtri Fabricæ Eccleſiæ Colonienſis propria ſubſcriptas.

Aviſantur etiam ſupradicti Paſtores, Capellani & Vicecurati, atque monentur, ſub pœna Excommunicationis, ne de pecunia ex petitionibus S. Petri proveniente ſibi ultra quartam partem ipſis pro ſuis labore & ſolicitudine deputatam & aſſignatam, ſive fiant petitiones prædictæ pro fabrica in die dedicationis Eccleſiarum, ſive aliis feſtivitatibus, reſervare aut imburſare præſumant. Sed reſervata ſibi quarta parte earundem oblationum, reſiduas tres partes fideliter venerabili Domino Udalrico, Magiſtro Fabricæ, aut ejusdem Fabricæ Collectori repræſentent.

Item quia aliqui Paſtores, ſive Eccleſiarum Rectores, in ſuis Eccleſiis ponunt quandocunque Vicecuratos, ſive Capellanos, qui ante finem anni à tempore aſſumptionis eorundem computando ad alia loca divertunt: nec petitiones S. Petri per ipſos pro rato temporis ſublevatas, ſicut debent & tenentur, præſentare curant. Ex quo Fabrica Eccleſiæ Colonienſis non modicum indies patitur detrimentum: ideo aviſantur dicti paſtores, quod de cœtero ipſi de ſic levatis & non ſolutis petitionibus reſpondere habebunt, & in eventum prædictum venerabilis Dominus Magiſter Fabricæ antedictus & ejus Collector contra eosdem cum mandatis ad hoc oportunis procedere intendit.

Item quia certi Paſtores & Vicecurati, petitiones S. Petri in Eccleſiis eorum obtinentes, male perſolvunt, aut ſi forte ſolvunt, tamen diminute, & in ſumma minori debito id faciunt: Ideo mandat venerabilis Dominus Officialis, ut in Eccleſiis, de quarum Rectoribus ſive Vicecuratis talis habetur ſuſpicio, Dominus Decanus ruralis loci illius, una cum Domino collectore Fabricæ, poſſint aliquem virum Eccleſiaſticum, aut alium honeſtum & probatum

laicum deputare, qui aſſignata Paſtori, ſive Vicecurato ſua quarta portione, reſiduas tres partes in uſum Fabricæ colligendo & reſervando, Magiſtro Fabricæ, aut ejus Collectori ſuo tempore illas fideliter præſentent.

Item mandatur etiam omnibus & ſingulis Paſtoribus, ut de petitionibus Sancti Petri, nulli Vicariorum, ſeu Altariſtarum ſuarum Eccleſiarum dent præſentias, niſi duntaxat his, quibus antiquitus Præſentiæ tales ſolitæ ſunt præſtari, & qui Paſtoribus in ipſo tempore quo petitiones pro Fabrica proponuntur, cooperari ſolent atque aſſiſtere: nec campanariis ultra unum ſolidum Colonienſem pro ſua præſentia Paſtores tempore quo fit petitio, ſolvere ſint adſtricti, niſi in quatuor feſtivitatibus Principalioribus, qui tunc eisdem unum Album Colonienſem aſſignare poterunt, aut amplius, ſecundum exigentiam, & valorem Eccleſiarum aut oblationum receptarum.

Item mandat idem venerabilis Dominus Officialis omnibus & ſingulis Paſtoribus & Vicecuratis, quatenus in Capitulis ſuorum Decanatuum, ſtatutis temporibus obſervandis, ſe perſonaliter præſentent, ſub pœna unius ſcutati Wilhelmi, pro una fiſco Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Colonienſis, & pro alia medietatibus Decano & Capitulo rurali, ſub quibus degunt, irremiſſibiliter exigenda applicandi. Niſi rationabilis cauſa quam etiam teneantur tunc Decano & Capitulo per ſcripta aut alias legitime per certum nuncium ad hoc miſſum, allegare, ipſo excuſet: & tunc in caſu prædicto, expenſas pro qualibet perſona ſolvi conſvetas, Decano ac Capitulo loci transmittere teneantur.

Inſuper quia devenit ad aures Venerabilis Domini Officialis antedicti, quod nonnulli Plebani & Viceplebani ſuis Parochianis ipſis in certis debitis obligatis, etiam in extremis conſtitutis, denegant & recuſant Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, niſi primo & ante omnia ipſi debitores ipſis de hujusmodi debitis ſatis fecerint & hoc absque aliquo mandato ſuorum ſuperiorum: Hinc eſt, quod idem Venerabilis Dominus Officialis inhibet eisdem Plebanis & Viceplebanis, ſub pœna ſuſpenſionis à divinis & Excommunicationis latæ ſententiæ, ne ipſi de cœtero talia, vel ſimilia attentare audeant: ſed quod hujusmodi ſuis debitis non obſtantibus, Chriſti fidelibus confeſſis & contritis, ac alias habilibus & idoneis, temporibus debitis & oportunis ſacramenta Eccleſiaſtica neceſſario miniſtrent. Alioqui &c.

Item inhibet idem venerabilis Dominus Officialis univerſis & ſingulis Eccleſiarum Parochialium & Capellarum Rectoribus, per civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis, ne ipſi aliquem Terminariorum fratrum, eorundem termino lapſo, ſive expirato, & poſt eorundem terminum, ad petendum Eleemoſynas in Parochiis ſuis admittant: Sed termino eorum elapſo, iidem terminarii redibunt ad ſuos conventus.

Item mandat idem venerabilis Dominus Officialis, quod unusquisque paſtorum ſeu vices eorum gerentium per civitatem & Diœceſin ubilibet conſtitutorum, in quo ſinguli Parochiani Excommunicati, diligenter inſcribantur: in finem, quod conſtare poterit, illos eſſe excommunicatos & denunciatos. Et illud Regiſtrum Capellani vel vices gerentes ſemper apud Eccleſiam & ſucceſſores ſuos dimittant.

Item innovat idem Venerabilis Dominus Officialis Colonienſis omnia & ſingula ſtatuta Provincialia & Synodalia hujus inſignis Eccleſiæ Colonienſis, & præſertim in præcedente Synodo ſæpius publicata, & nunc publicanda & deſignanda &c.

CXCV.

Kayſers Maximiliani I. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln, wie ſolche Ertz-Biſchoff und Churfürſt Philippo II. daſelbſt ertheilet worden, de Anno 1509.

WIr Maximilian, erwöhlter von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, auch zu Hungern, Dalmatien, Croatien König ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff und thun kundt allen denen, die Ihn ſehen, leſen oder hören leſen, daß der Ehrwürdig Philips, Ertz-Biſchoue zu Cöllen, des Heiligen Römiſchen Reichs in Italien Ertz-Cantzler, unſer lieber Neeff und Churfürſt für Unß kommen iſt, und hat uns demutiglich gebetten, daß wir Ihme alle und iegliche ſein und ſeines Stiffts von Cölln Gnad, Freiheit, Recht, Brieff, Privilegia, Titel und Handtveſten, ſo Ihme, ſeinen Vorderen und dem Stifft Cöllen von weiland Kaiſer Friedrichen dem dritten, unſeren lieben Herrn und Vatter, und anderen unſeren Vorfahren am Reich, Römiſchen Kaiſeren und Königen, oder anderen Fürſten und Herren gegeben ſeint, und ſie erlangt haben, und darzu Ihr alt

alt gutt Gewohnheit, die er und ſein Vorderen bißhero gehabt und herbracht haben, ſie ſein new oder alt, als erwöhlter Römiſcher Kaiſer zu vernewen, zu beſtetten und zu confirmiren gnediglich geruhten. Des haben wir angeſehen ſolch des benanten vnſers lieben Neven und Churfürſten demütig, redlich und zimbliche Bette, auch die getrewen, fleißigen und nützlichen Dienſte, die er und ſeine Vorderen uns und unſeren Vorderen und dem Heiligen Reich mit ſtetem Willen unverdrießlich beweiſt und gethan haben, er täglichs thut und in künfftige Zeit woll thun ſoll und mag, und darumb mit wohlbedachtem Mueth, gutem Rath unſer und des Reichs Churfürſten, Fürſten, Grauen, Edlen und Getrewen, und rechter Wiſſen dem vorgemelten unſeren lieben Neven und Churfürſten Ertz-Biſchouen Philipſen alle und iegliche obgemelte ſein und ſeines Stiffts Gnadt, Freyheit, Recht, Brieff, Privilegia, Titel und Handtveſten, ſo Ihme ſeinen Vorderen und dem Stifft Cöllen von unſeren Vorfahren am Reich Römiſchen Kaiſeren und Königen oder anderen Fürſten und Herren gegeben oder von ihnen geworben ſein, und darzu ihr alt Herkommen, und gute Gewohnheit, die ſein Vorderen oder er gehabt und löblich herbracht haben in allen und ieglichen ihren Inhaltungen, Geſatzten, Puncten, Articuln, Meinungen und Begreiffungen, die wir alle und iede beſonder hiemit für gnugſam wollen beſtimbt und angezogen haben, als Röm. Kaiſer gnediglich vernewet, beſtettigt und confirmirt, vernewen, confirmiren und beſtettigen ihme die auch von Röm. Kayſerl. Macht und Volnkommenheit wiſſentlich in Krafft dieß Briefs, und meinen, ſetzen und wollen, daß die alle und iede gantz krefftig und mechtig ſein, auch der ehegenant unſer lieber Neve und Churfürſt ſich der genieſſen und gebrauchen ſoll und mag, zu gleicher Weiß, als ob die alle und iede von Wort zu Worten hierin begriffen und geſchrieben weren, von allermanniglich ungehindert, und gebieten darauff allen und ieglichen unſern und des H. Reichs Churfürſten, Fürſten, geiſtlichen und weltlichen Prälaten, Graven, Freyen, Herren, Ritteren, Knechten, Hoffrichtern, Landtrichteren, Hauptleuthen, Vögten, Pflegeren, Verweſeren, Burgermeiſteren, Schultheßen, Scheffen, Richteren, Rheten, Burgeren, Gemeinden und ſonſt allen anderen unſeren und des Reichs Unterthanen und Getrewen, in was Würden, Stands oder Weſen die ſein, von ehegemel. Röm. Kayſerlicher Macht ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff, daß ſie den vorgemeldten unſeren lieben Neven und Churfürſten Ertz-Biſchoff Philipßen bei den obberührten ſein und ſeines Stiffts zu Cöllen Gnaden, Freiheiten, Rechten, Brieven, Privilegien, Tituln, Handtveſten, altem Herkommen und guten Gewohnheiten berueblich und ohne Irrung bleiben und der gebrauchen laſſen, ihne darwider nit dringen noch beſchweren, noch des iemandt anderen zu thun geſtatten, in keine Weiß, ſonder ihne und ſeinen Stifft von unſern und des H. Reichs wegen dabey getrewlich handhaben, ſchützen und ſchirmen, als lieb ihne und ihr ieglichem ſey unſer und des Reichs ſchwere Ungnad, auch die Poen in den vorbemelten ſein und ſeines Stiffts Brieven und Privilegien begriffen, und darzu hundert Marck Lötigs Goldts, die ein ieder, der darwieder thete, unß halb in unſer und des Reichs Cammer, und den andern halben Theil dem vorbenanten unſeren lieben Neven und Churfürſten und ſeinem Stifft Cöllen unablößlich zu bezahlen verfallen ſein ſoll, zu vermeiden. Mit Urkundt dieſes Briefs beſiegelt mit unſerm anhangenden Inſiegel, der geben iſt in unſer und des Heiligen Reichs Stadt Wormbs am drey und zwantzigſten Tag des Monats Aprilis, nach Chriſti Geburt fünffzehenhundert und im neündten vnſer Reiche des Römiſchen im vier und zwantzigſten und des Hungariſchen im zwantzigſten Jahren ꝛc.

Per Regem, P. J.
Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.
Serentiner.

CXCVI.

Ejusdem Confirmation aller Regalien, Herrlichkeiten, Ober-Recht und Gerechtigkeiten des Ertz-Stiffts Cölln, nebſt Revocation aller der Stadt Cölln zum Nachtheil des Ertz-Stiffts ertheilten Privilegien, de Anno 1510.

WIr Maximilian von GOttes Gnaden Erwöhlter Römiſcher Käyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien zu Ungeren, Dalmatien, Croatien, König, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff, und thun kundt allermenniglich. Wiewohl wir aus angebohrner Guete und Käyſerlicher Würdigkeit, darzu wir durch Schickung des Almechtigen erwehlt und kommen, aller und ieglicher unſer und des Heiligen Reichs Unterthanen Ehr, Nutz und Beſtes fürzuwenden, und zu betrachten geneigt, So ſein

wir doch billig mehr begierlich unser und des Heiligen Reichs Churfürsten geistlich und weltlich bey ihren Rechten, Gnaden undt Freyheiten, die sie, undt ihre Vorfahren von unseren Vorfahren am Reich, Römischen Keyseren und Königen und uns oder sonst redlichen erworben und herbracht haben, gnädiglichen zu handthaben und zu behalten, wann wir nun guetlich wahrgenommen und betracht haben die annemen, getrewen und nutzlichen Dienste, so weyland die Ertz-Bischove zu Cöllen unseren Vorfahren ahm Reich in mannigfeltig Weise gethan haben, und der Ehrwürdig Philips Ertz-Bischoff zu Cöllen des Heiligen Römischen Reichs durch Italien Ertz-Cantzler, unser lieber Neve und Churfürst, uns, und dem Heiligen Reich täglichen thut, und sich hinfür zu thun willig erbietet. Deßhalben wir genanten unseren Neven und Churfürsten mit allen und ieglichen seinen und seines Stiffts Cöllen Regalien, Herrligkeiten, Fürstenthumb, Oberkeiten, Tituln, Landen, Leuthen, Ehren, Würden, Freyheiten, Gnaden, Privilegien, Rechten, Gerechtigkeiten, Gerichten, Gerichts-Zwängen, Bännen, Stätten, Burghen, Schlossen, Dörfferen, Zöllen, Straßen, Wildbannen, Gelaiten, und allen derselben Nutzen und Zugehörungen, wo und wie die zu beiden Seiten des Rheins mit sambt dem Rheinstraum gelegen sein, und seine Vorfahren und er das alles in- und ausserhalb der Statt Cöllen und an deren Enden gehabt, erworben und herbracht haben, belehnt und begnadet, und daß alles gnädiglichen vernewet, confirmiret, und bestettiget laut der Brieff deßhalben außgangen. Nuhn langt uns ietzo glaublichen an, wie durch die Ersamen unser und des Reichs lieben Getrewen Burgermeister, Scheffen und Rath der Stadt Cöllen gemeiniglich oder sonderlich, auch an der unser und des Reichs Fürsten, Herren, und sonder Personen etlich Freyheit, Recht, Gnadt, und anders, auch Bestettigung derselben wider solch obgemelt des Ertz-Bischoffs und Stiffts Cöllen, Regalien, Gnaden, Privilegien und Freyheiten von uns ausbracht, die ihme und seinem Stifft künfftiglichen Schaden und Nachtheil geberen möchten.

Wan nuhn die Ordnung der gulden Bullen weilendt Keyser Carln des vierdten klerlichen Innhalt, ob einige Gnadt, Freyheit oder Privilegia wider solch obgemelt unser, und des Heiligen Reichs Churfürsten, Freyheiten, und Privilegia ausbracht, oder erworben weren, oder noch künfftiglichen wurden, durch wen, oder in was gestalt das beschehe, daß dieselb alle und ieglich besonder den Privilegien, Gnaden und Freyheiten vnser und des Reichs Churfürsten keinen Schaden oder Nachtheil bringen, sonder gantz krafftloß, todt ab und von Unwürden sein solen, alles laut des Articuls in der gulden Bullen begriffen, den wir auch mit sambt allen anderen des genandten unsers Neven, und Churfürsten Gnad, Freyheit und Privilegien; Als ob die hierin von Wort zu Worten begriffen, angezogen und gemelt haben wollen, und unser Will, und Meinung nie gewesen, und noch nit ist, dem gemelten unseren Neven und Churfürsten an den obberurten seinen Gnaden, Freyheiten und Privilegia einig Abbruch zu thun, sonder ihn dabey vestiglich zu handhaben.

Demnach auß denselben und anderen redtlichen Ursachen; So haben wir aus eigner Bewegnuß mit wollbedachtem Muth, gutem Rath und rechtem Wissen gnediglichen declarirt, erkleret, geordnet, und gesetzt, declariren, erkleren, ordtnen und setzen auch hiemit von Römischer Kayserlicher Macht, Vollkommenheit in Krafft dieses Brieffs, und meinen und wollen daß alle undt ieglich Gnadt, Freyheiten, Privilegien, auch derselben Bestettigung die wir oder unsere Vorfahren am Reich, Römischen Kayseren und Königen den genanten Burgermeisteren, Scheffen, Rath, Burgeren und Inwohnern der Stadt Cöllen, oder anderen unseren und des Reichs Fürsten, Herren und sonderen Personen, wie, oder in was gestalt die erworben und gegeben weren, oder noch künfftiglich außbracht werden möchten, dem obemelten unseren Neven und Churfürsten seinen Nachkommen Stifft, und Pfaffheit an ihren Regalien, Obrigkeiten, und Herrligkeiten, Titulen, Landen, Leuthen zu beyden Seiten des Rheins, mit samt dem Rheinstraum Ehren, Würden, Freyheiten, Gnaden, Privilegien, Rechten, Gerechtigkeiten, Gerichten, Gerichts-Zwengen, Bännen und allen anderen ihren Zugehörungen, gemeinlichen, oder sonderlich keinen Abbruch, Schaden oder Nachtheil bringen, sonder gantz todt, ab- und von Unwirden sein, unverhindert, ob darinnen auch Clausul, oder Artickel, das solches in gemein oder sonderheit nit revocirt werden solt begriffen were, daß wir ietzo alsdann, und dann als ietzo von obberurter unser Keyserlich Macht, Vollkommenheit erkennen, und erkleren und des genandten unsers Neven und Churfürsten Gnadt, Freyheit, und Privilegia bey ihren Krefften und Wirden, als sie vormahls und zu der Zeit, da sie gegeben sein, steth und vest bleiben und gehalten, und er seine Nachkommen Stifft und Pfaffheit sich der geruhlichen gebrauchen, geniessen, und gentzlich dabey bleiben solten, und mögen, als ab die von Wort zu Worten hierinnen

innen begriffen, und ausgedruckt weren, von allermenniglich unverhindert.

Und gebieten darauf allen Churfürsten, Fürsten, Gaistlichen und Weltlichen, Prälaten, Graven, Freyherrn, Rittern, Knechten, Hauptleuthen, Vitztumben, Vögten, Pflegern, Verwesern, Ambtleuthen, Landrichtern, Schultheißen, Burgermeisteren, Richteren, Scheffen, Rheten, Burgeren, Gemainden, und sonderlich Burgermeistern, Schöffen, Rath, Burger und Gemeinden der Stadt Cöllen ernstlich und vestiglich, und wollen, daß sie den genandten unseren Neven und Churfürsten Philipsen, Ertz-Bischoven zu Cöllen, sein Nachkommen, Stifft und Pfaffheit ahn solchen Gnaden, Freyheiten und Privilegien, auch dieser unser Declarirung, Erklerung, Ordnung und Satzung nit hinderen noch irren, sonder der geruhlich gebrauchen, und geniessen lassen, auch an unser Statt dabey schützen, schirmen und vestiglichen handthaben und hierüber nit dringen, bekümmeren, oder beschweren, noch des iemands anderern zu thun gestatten in keine Weiß, ob aber iemandts, in was Würden, Standts und Wesens der were, wider genandten unsern lieben Neven und Churfürsten, seiner Nachkommen, Kirchen und Stifft Cöllen ihr Regalia, Freyheit, Gnade, Privilegia, Titel, Recht und Gerechtigkeit in gemain, und insonderheit Ichts fürgenommen, oder gehandelt, oder in Gebrauch oder Ubung derselben verhindert hette, oder noch künfftiglich fürnemen, handelen und hinderen würde, denselben gebieten wir von obbestimbter unser Kayserlichen Macht ernstlich, und vestiglichen, daß sie solches in fünff und viertzig Tagen den negsten nach den Inen solches verkundet wirdt, der wir ihnen funffzehen für den ersten, funffzehen für den anderen, und funffzehen für den dritten und letzten Termin setzen, und benennen Peremptorie, gentzlichen und gar abstellen, und hierüber weiter nichts fürnemen, oder handlen, und hierinnen nichts anders thun, als lieb einem ieglichen sey unser und des Reichs schwere Ungnad und Straff, und darzu ein Pön nemlich hundert Marck loetiges Goldts zu vermeiden, die ein ieder, so offt er frevenlichen hiewieder thete, uns halb in unser und des Reichs Cammer, und den anderen halben Theil dem obbestimbten unseren Neven und Churfürsten unableßlich zu bezahlen verfallen sein soll.

Mit Urkundt dieß Brieffs besiegelt mit unseren anhangenden Insigell. Geben in unser und des H. Reichs Stadt Außpurg am vier und zwantzigsten Tag des Monats May, nach Christi Geburt funffzehen hundert und in zehenden, unsers Reichs des Römischen im fünff und zwantzigsten und Hungerischen in ein und zwantzigsten Jahren.

(L. S.)
Ad mandatum Domini Imperatoris proprium,
W. Serenteine.

CXCVII.

Ejusdem Mandatum an Grafen und Schöppen des Ertz-Stifftischen weltlichen Hoch-Gerichts in der Stadt Cölln, daß sie sich die Befehle des Magistrats daselbst an Administration der Justiz nicht irren lassen sollen, de Anno 1513.

Wir Maximilian, von GOttes Gnaden Erwöhlter Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungern, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundi, zu Brabandt und Pfaltzgraf ꝛc. Entpieten unsern und des Reichs lieben Getrewen N. den Greuen und den Scheffen des Hohen-Gerichts zu Cöllen gegenwertigen, und künfftigen unser Gnadt und alles guts, liebe Getrewen, uns hat der Erwürdig Philips Ertz-Bischoff zu Cöllen, des Heiligen Römischen Reichs durch Italien Ertz-Cantzler unser lieber Neve und Churfürst vorbracht, wiewoll ihme und seinem Stifft daß gemeldt Hoch- und Scheffen-Gericht in der Stadt Cöllen zugehöre, und ihr ihme deßhalber mit sondern Aide und Gelübte verbunden seyet, So sollen doch die Ersamen unsere und des Reichs liebe Getrewe, Burgermeister und Rath der Stadt Cöllen sich unterstehen euch bey eweren burgerlichen Aidt in Sachen die ohne Mittel solch Gericht betreffen zu gepieten, und zu verpieten, daß aber ihme und seinem Stifft zu merckelichem Nachtheil und Hinderung des Rechtens reiche; Wann nun solche Handlung nicht billig, auch uns und dem Heiligen Reich zu Handhabung unser Obrigkeit, davon daß gemelt Hoch-Gericht herfleust verletzlichen und gantz unleidenlichen ist, Demnach gepieten wir euch, bey Verlierung einer Poen, nemblich funffzig Marck löttiges Goldts, halb in unser Cammer, und den andern halben Theil dem gedachten unseren Neven und Ertz-Bischouen zu Cöllen unnachläßlich zu bezahlen von Römischer Kayserlicher Macht ernstlich mit diesem

ſem Brieff, und wollen daß ihr einem ieden und in allen Sachen, ſo vor Euch gehören geſtracks Recht, wie ſichs gebürt, und ihr zu thun ſchuldig ſeyet, ergehen und beſchehen, und euch an ſolchen der genandten Burgermeiſter und Rath der Stadt Cöllen Irer Ambtleuthen und Diener, ſamentlich und ſonderlich befehelch und gebott, noch auch ewren burgerlichen Aidt gantz nicht irren oder verhindern laſſet, doch vorbehalten ewerer Pflicht in anderen burgerlichen Sachen, die das Scheffen-Gericht nicht berühren, desgleichen euch, als Scheffen und Burgeren ewer Freyheit, Gerechtigkeit, Schutz und Schirm und was ſonſt einem Scheffen und Burgeren von Recht, oder herbrachter Gewohnheit zuſtehen mag, und hierin nicht ungehorſam erſcheinet, als lieb euch ſey die obbeſtimbte Poen, und darzu unſer und des Reichs Ungnadt zu vermeiden. Daran thuet ihr ſambt der Billigkeit unſere ernſtliche Meinung. Geben zu Kochheim am ſechszehenden Tag des Monats Julii, nach Chriſti Geburth funffzehen hundert und dreyzehen, unſerer Reiche des Römiſchen im acht und zwantzigſten und des Hungariſchen im vier und zwantzigſten Jahren ꝛc.

CXCVIII.

Ejusdem Mandatum an den Magiſtrat zu Cölln, daß er die Gräfen und Schöppen des Ertz-Stifftiſchen weltlichen Hoch-Gerichts zu Cölln, an Verwaltung ihrer Pflichten nicht hindern ſolle, de Anno 1513.

WIr Maximilian, Erwöhlter von GOTTES Gnaden Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungaren, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgundi, zu Brabandt undt Pfaltzgraue ꝛc. Entbieten den Ehrſamen, unſeren und des Reichs lieben Getreuen Burgermeiſter und Rath der Stadt Cöllen unſer Gnad und alles Guths, Erſamen lieben Getrewen, uns hat der Erwürdig Philips, Ertz-Biſchoff zu Cöllen, des Heiligen Römiſchen Reichs in Italien Ertz-Cantzler, unſer lieber Neve und Churfürſt, fürbracht, wiewohl ihm und ſeinem Stifft das Hoch- oder Scheffen-Gericht in der Stadt Cöllen zugehöre und Im deßhalben ein Greef und die Scheffen deſſelbigen Gerichts mit ſonderen Gelübten und Eyden verbunden ſein. So ſollet ihr doch underſtehen denſelben Greuen und Scheffen bey ihren burgerlichen Eyden, in Sachen die ohne Mittel ſolch Gericht betreffen, zu gebieten, und zu verbieten, daß aber ihm und ſeinem Stifft zu mercklichem Nachtheil, auch Verhinderung des Rechtens raiche, und uns darauff demutiglichen angeruffen, und gebetten ihn hierin mit unſer Kayſerlichen Hülff gnediglichen zuförſehen; Wann nuhn ſolch Handlung, wo die dermaßen geſtalt, unbilliglichen, auch uns und dem Heiligen Reich zu Handthabung unſer Obrigkeit, daruon daſſelbig Gericht herfleußet, nachtheilig und unlaidentlich were. Demnach gebieten wir euch von Römiſcher Kayſerlicher Macht ernſtlich mit dieſem Brieff, und wollen, daß ihr ſolch euer Fürnemmen gentzlichen wiederumb abſtellet, und die genandten Greffen und Scheffen das ubberurt Gericht, wie ſich das geburt, üben, und gebrauchen laſſet, und ſie ferrer daran nit irret oder verhindert, als lieb euch ſey unſer und des Reichs ſchwere Ungnad zu vermeiden, daß iſt unſer ernſtliche Meynung. Geben zu Kochheim an der Mößell, am ſechzehenten Tag des Monats Julii, nach Chriſti Geburth funffzehen hundert und im dreyzehenten, unſerer Reiche des Römiſchen im acht und zwantzigſten, und des Hungriſchen im vier und zwantzigſten Jahren.

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium,
(L. S.)
Repinet.

CXCIX.

Ertz-Biſchoffs und Churfürſts Philippi II. zu Cölln Statuta Synodalia, de Annis 1512. und 1513.

OFficialis Curiæ Colonienſis univerſis & ſingulis Parochialium Eccleſiarum, Capellarum, Altarium, Divinorumque Rectoribus, cæterisque Presbyteris, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis nobis ſubjectis, ſalutem in Domino.

Pro parte honorabilis Domini Petri van der Hattert, Reverendiſſimi & illuſtriſſimi Principis & Domini noſtri, Domini Philippi, Sanctæ Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopi, Principis Electoris, &c. Procuratoris Fiſcalis, fuit nobis cum querela expoſitum, quod quanquam jure vetante, Clerici uniusDiœceſis in alia Diœceſi ſine literis ſui propriiEpiſcopi commendatitiis, & niſi de ipſorum Canonica ordinatione & eos juxta claves Eccleſiæ rite ordinatos conſtiterit, recipi & ad celebrandum divinaq; officia peragendum admitti minime debeant: Cum possibile ſit, hujusmodi Clericos eſſe notatos infamia, vel irregulares, excommunicatos, depoſitos, ſive Apoſtatas, vel aliquid ſimile ipſis acciditſſe, & ideo ſe ad partes contuliſſe alienas. Et propterea recolendæ memoriæ quondam Wichboldus (dum viveret dictæ Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus, in ſuo ſtatuto per eum contra alienos & ignotos regentes Eccleſias edito, ut nullus presbyter alienus, ad regimen & curam animarum, loco coadjutoris, vel vicarii, aut ſocii, per Paſtores Eccleſiarum, vel Capellarum, aut AltariumRectores, deinceps aſſumeretur absque literis teſtimonialibus propriiEpiſcopi, profitentis talem rite ſecundum Claves Eccleſiæ ordinatum, & Executionem ſui officii habentem, provide ſtatuerit & ordinaverit, in Paſtores, Capellanos & Altarium Rectores dictæ Diœceſis, qui his ſpretis, aliquem Clericum ignotum, dicentem ſe Presbyterum, aſſumpſerint, excommunicationis ſententiam, quam ipſos, niſi intra ſex dies talem a ſe amoverint, incurrere voluit ipſo facto, infligentur & promulgantur.

Nec non recolendæ memoriæ quondam Henricus, etiam dictæEccleſiæ dum in humanis ageret, Archiepiſcopus, in ſuo ſtatuto ſub rubrica, ne alienus permittatur celebrare in Eccleſiis, collocato, univerſos & ſingulos Prælatos, Eccleſiarum Rectores, eorumque Vicarios, eis & eorum cuilibet diſtricte mandando monuerit, quatenus nullum, cujuscunque fuerit conditionis & ſtatus, Clericum Beneficium Eccleſiaſticum in civitate & Diœceſi Colonienſi non habentem, ad celebrandum in ordine, vel ordinibus aliquibus in eorum Eccleſiis, Capellis, ſeu Altaribus permitterent, niſi prius de eorumCanonica ordinatione coram ipſo, aut nobis, officiali antedicto docerent: & ſuper hoc a nobis per literas licentiam habuerint ſpecialem, contrafacientes excommunicationis ſententiæ ſubjacere decernendo, prout hæc in ipſis ſtatutis latius continentur: fuerintque eadem ſtatuta ſæpius poſtmodum in ſanctis Synodis in civitate Colonienſi publicata & innovata, ita, ut ipſi Eccleſiarum, Capellarum & Altarium Rectores de eorundem Statutorum continentiis & tenoribus aliquam ignorantiam prætendere, ſive allegare minime poſſint neque valeant: Nihilominus iidem Eccleſiarum, Capellarum & Altarium Rectores, ſuæ propriæ ſalutis immemores, hujusmodi alienos & ignotos Presbyteros & Clericos, ad Regimen & curam animarum admittere, ac illos loco Coadjutorum, vel Vicariorum, aut ſociorum aſſumere, & ad celebrandum in eorum Eccleſiis, Capellis & Altaribus, nulla deſuper a nobis licentia obtenta, admittere indies non ſunt veriti, neque verentur, excommunicationis ſententiam contra eos in dictis ſtatutis latam, temere & damnabiliter incurrent, in animarum ſuarum grave periculum, prædictorum ſtatutorum (ad quorum obſervationem tenentur & adſtricti ſunt) vilipendium & contemptum: Hinc eſt quod nos officialis præfatus, pro parte præfati Domini PetriFiſcalis, ſuper hoc debita cum inſtantia requiſiti, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet in ſolidum, authoritate noſtra, præſentium tenore, ſub excommunicationis pœna diſtricte præcipimus, committimus & mandamus, quatenus ſtatim viſis & receptis præſentibus, ac dum quoties & quando pro parte dicti Domini Petri, Fiſcalis, vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, moneatis & requiratis vice & authoritate noſtris, prout nos eadem authoritate præſentium tenore ſub excommunicationis pœna monemus & requirimus præfatos Eccleſiarum, Capellarum, & Altarium Rectores, omnesque & ſingulos alios tempore præſentium executionis in ſpecie nominandos, de quibus opus fuerit: quatenus intra ſex dies, veſtram monitionem & requiſitionem hujusmodi ipſis factas proxime ſequentes, (quos dies ipſis & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio ac monitione canonica præfigatis & aſſignetis, prout nos eosdem dies ſic præfigimus & aſſignamus eisdem) omnes & ſingulos Presbyteros & Clericos alienos & ignotos, ac nullum Eccleſiaſticum Beneficium in Civitate vel Diœceſi Colonienſi habentes, a ſe & ab eorum Eccleſiis, Capellis, & Altaribus, animo tales ſine noſtra licentia deinceps non recipiendi, neque admittendi, amoveant & expellant, ac quilibet eorum amoveat & expellat realiter & cum effectu: Inhibentes nihilominus eisdem monitis & requiſitis ſub prædicta excommunicationis ſententia ne de cætero aliquemPresbyterum alienum ad regimen & curam animarum loco coadjutoris, vicarii, aut Socii aſſumere, neque aliquem Clericum Eccleſiaſticum Beneficium in civitate vel Diœceſi Colonienſi non habentem, ad celebrandum in ordine, vel ordinibus aliquibus in eorum Eccleſiis, Capellis, ſeu

Altaribus permittere absque noſtra deſuper obtenta licentia, audeant, ſive præſumant, ſeu aliquis eorum audeat, vel præſumat per ſe, vel alium ſeu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæſito ad hoc colore vel ingenio. Alioqui ipſos contrarium facientes, dicto ſex dierum termino exacto, in iis ſcriptis, ob hujusmodi noſtri monitionis & inhibitionis mandati non paritionem, excommunicamus: Quos ſic excommunicatos publice nuncietis & teneatis, niſi ſaltem medio tempore cauſas coram nobis rationabiles, quare præmiſſa fieri non debeant, & ad ea non teneantur, allegaverint, altera parte ad hoc legitime vocata. Reddite literas ſignatas, diem ſive dies atque modum & formam executionis præſentium, & quicquid in præmiſſis feceritis, nobis liquide reſcribentes. Datum Anno Domini M D XII. die decima ſexta menſis Januarii.

Innovatio & Publicatio Statutorum infra ſcriptorum, authoritate præfati Domini Philippi Archiepiſcopi ſynodaliter facta.

Imprimis itaque omnia & ſingula tam provincialia, quam Synodalia ſtatuta inſignis Eccleſiæ Colonienſ. nec non alia quæcunque mandata & pronunciata in diverſis præteritis Synodis lecta & publicata, innovamus, illaque una cum ſtatutis & mandatis jam legendis & publicandis, ſub pœnis in eisdem contentis, firmiter obſervari mandamus.

Præterea ſtatutum quondam recolendæ memoriæ Domini Sifridi, Archiepiſcopi Colonienſis, incipiens: Licet de Clericis, qualiter eos cum modeſtia, ſobrietate, vitæ munditia in domo Domini oporteat converſari, &c.

Item ejusdem quondam Domini Sifridi, Archiepiſcopi, de vita & honeſtate & officio Clericorum incipiens: Ex concilio generali ſtatuimus & præcipimus &c.

Item ejusdem de cohabitatoribus mulierum, & concubinariis, incipiens: ex concilio bonæ memoriæ Conradi Archiepiſcopi, prædeceſſoris noſtri &c.

Item ſtatutum quondam recolendæ memoriæ Domini Henrici, Archiepiſcopi Colonienſis, ne alienus permittatur celebrare in Eccleſiis, incipiens: Item cum a Jure ſit penitus interdictum, ne &c.

Item ejusdem contra falſarios literarum, incipiens: Falſarios item literarum &c.

Item ejusdem contra illos, qui truncos erigunt in plateis, & oblationes tollunt, incipiens: Item cum ex uſurpatione &c.

Item ſtatutum quondam recolendæ memoriæ Domini Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis, incipiens: Item mandat idem venerabilis Dominus officialis ſub eisdem pœnis & cenſuris univerſis & ſingulis Eccleſiarum Parochialium & Capellarum &c.

Item ejusdem quondam Hermanni, incipiens: Item mandat idem venerabilis Dominus officialis eisdem Paſtoribus & Viceplebanis ſub ſimilibus pœnis, ut ipſi circa &c.

Item ſtatutum ejusdem, incipiens:

Item mandat & inhibet idem venerabilis Dominus officialis ne dicti Paſtores aut Plebani &c.

Item Statutum quondam Domini Hermanni, incipiens: Item mandat & inhibet idem venerabilis Dominus officialis eisdem Paſtoribus & Viceplebanis, ne ipſi aliquos &c.

Ejusdem, incipiens: Item inhibet idem venerabilis Dominus officialis ſub ſimilibus pœnis & cenſuris omnibus Eccleſiis & Religioſis intra &c.

Item ejusdem, incipiens: Item exhortantur & monentur prædicti Pœnitentiarii & quicunque confeſſores, ut ipſi &c.

Item ejusdem, incipiens: Item inhibet idem venerabilis Dominus officialis & eisdem Pœnitentiariis ſub pœna ſuſpenſionis &c.

Item ejusdem Domini Hermanni, incipiens: Item mandat idem venerabilis Dominis officialis omnibus & ſingulis Chriſtianitatum Decanis Diœceſis Colonienſis, ut ipſi Paſtoribus, ſivi Divinorum Rectoribus &c.

Inſuper ſtatuta ejusdem quondam Domini Hermanni Archiepiſcopi de executoribus Teſtamentorum, qui priori Statutorum Domini Hermanni Editioni impreſſæ nondum inſerta fuerant, ne quis ignorantiam illorum prætendere poſſet, de verbo ad verbum præſentibus inſeruntur & ſequuntur hujusmodi ſub tenore:

Hermannus Dei gratia &c. univerſis & ſingulis utriusque ſexus hominibus, cujuscunque ſtatus, conditionisve, noſtræ jurisdictioni ſubjectis, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum nil plus debeatur hominibus, quam ut &c.

Uti ſuperius numero CXCII. Nam cum ibi nunc ipſis Domini Hermanni Statutis recens inſerta habeantur, ſuperflua hic repetitio illorum viſa eſt, etiamſi paulo ante hic de verbo ad verbum inſerta ſeu inſerenda aſſerantur.

Hæc noſtra ſtatuta ſalubria & ordinationes, præcepta & mandata, Libro ſive Volumini, Statutorum Provincialium & Synodalium Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, inſeri, & ſingulis Synodis deinceps, more aliorum ſtatutorum, perpetuis futuris temporibus publicari volumus, & mandamus. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo, decimo tertio, die lunæ, decima tertia Menſis Octobris, in Synodo tunc ſervata.

Item mandat venerabilis Dominus officialis omnibus & ſingulis Abbatibus, Prioribus &c. Chriſtianitatum Decanis, ut ipſi ſuis ſubjectis et in ſynodis obſervandis præcipiant & mandent, prout & nos mandamus.

Lecta & publicata duo mandata per nos pro parte M. Franciſci de Reymbach, Procuratoris Fiſcalis, decreta, juxta earundem vim, formam & continentiam publicent, intiment, & inſinuent, ac inſinuari & publicari, quantum in ipſis eſt, realiter & cum effectu procurent: quorum mandatorum tenores ſequuntur & ſunt tales:

De Jurisdictionis Eccleſiaſticæ Impeditoribus.

Officialis Curiæ Colonienſis, univerſis & ſingulis Parochialium Eccleſiarum, Capellarum, Altarium, Divinorumque Rectoribus, Clericis Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis, ſalutem in Domino. Pro parte providi Viri Magiſtri Franciſci Sluyn de Reymbach, Decretorum Baccalaurei, Reverendiſſimi & illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini Philippi Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcop, Principis Electoris &c. procuratoris fiſcalis, fuit nobis expoſitum, quod quanquam ab illuſtriſſimis & Reverendiſſimis Dominis recolendæ memoriæ Archiepiſcopis Colonienſibus, & præſertim a quondam bonæ memoriæ Domino Theodorico Archiepiſcopo Colonienſi provide & conſulte ſtatutum fuerit & ordinatum, ut in cauſis prophanis ſuper verbis injurioſis, aut percuſſionis, vulnerationisve, & etiam in aliis cauſis emptionis & venditionis ac ſupportationis, qualescunque fuerint, qui extendunt ſe ad ſummam duorum florenorum & infra quod contingeret inter commorantes extra civitatem Colonienſem & per diſtantiam unius milliaris, & inter Laicales perſonas tantum illas cauſas officialis pro tempore, ad Judicem temporalem, ſub quo partes commorantur, cum condemnatione expenſarum contra actores ipſos, remittat, & remittere debeat. Hinc tamen forſan ſumta occaſione, nonnulli Droſſati, ſeu Officiati certorum caſtrorum, Dominii ſeu Territorii Colonienſis, nec non Burgomagiſtri, Officiati, Advocati, Scolteti & Judicia temporalia inibi regentes, (quo Spiritu ducti, aut qua authoritate fulciti neſcitur) in cauſis aliis, in ſupra expreſſis demptis & exceptis, indifferenter nedum curſum Mandatorum noſtrorum impedire, ſed quod deterius eſt, ſubditis hujusmodi caſtrorum ſeu dominii, ne unus illorum alium commorantem in hujusmodi Dominio, ſeu territorio coram nobis conveniat, in cauſam trahere audeat: ac Paſtoribus, ſive divinorum Rectoribus, ne noſtra mandata exequantur ſub magnis & formidabilibus pœnis prohibere non ſunt veriti, neque verentur, per hæc & alia diverſa media noſtram Eccleſiaſticam Jurisdictionem impedientes temere quidem & de facto, pœnas Juris communis & Statutorum Eccleſiæ Colonienſis contra impedientes Judicum Eccleſiaſticorum Jurisdictionem editorum, damnabiliter incurrent, in animarum ſuarum grave periculum: Hinc eſt quod nos officialis præfatus, pro parte ſupradicti M. Franciſci de Reymbach procuratoris fiſcalis debita cum inſtantia requiſiti, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ et ſub excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo committimus & mandamus, quatenus accedentes quo propterea fuerit accedendum, & accedere fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, moneatis & requiratis vice & authoritate noſtris prænominatos Droſſatos, Burgimagiſtros, Officiatos, Amptmannos, Advocatos, Scultetos, Scabinos & alios hujusmodi Judicia temporalia regentes, quorum nomina ſciveritis, aut quos lator præſentium vobis duxerit in ſpecie nominandos, reliquos vero in genere, publice de Ambonibus Eccleſiarum veſtrarum tempore divinorum, populi multitudine inibi congregata, prout nos eosdem conjunctim & diviſim authoritate noſtra, præſentium tenore ſub excommunicationis & N. millium florenorum pro una dicto Procuratori fiſcali, & pro reliqua medietatibus fabricæ Eccleſiæ Colon. ſi commiſſa fuerit, irremiſſibiliter applicandorum pœnis, ut intra ſex dies veſtram monitionem hujusmodi ipſis factam proxime ſequentes, quos dies ipſis & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremtorio, ac monitione Canonica præfigatis, prout nos eosdem dies ſic præfigimus eisdem, omnia & ſingula impedimenta & prohibitiones ſupradictas, ſic, ut præmittitur, præſtita & facta, ac præſtitas & factas una cum omnibus inde ſecutis animo non innovandi, tollant, deponant, caſſent & revocent, tollique, deponi, caſſari & revocari efficiant, ac quilibet eorum (in quantum ipſum concernit) tollat, deponat, caſſet & revocet cum effectu, nosque deſuper certificet: Inhibentes nihilominus eisdem monitis ſub ſimilibus pœnis, modo præmiſſo, applicandis, ne ipſi deinceps noſtram Jurisdictionem ordinariam impediant, aut curſum mandatorum noſtrorum prohibere, aut quic-

quicquam contra eandem & in illius præjudicium, enervationem vilipendium & contemptum, attentare audeant vel præſumant, ſeu aliquis eorum audeat, vel præſumat per ſe, vel alium, ſeu alios, publice, vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæſito ad hoc colore vel ingenio: Alioqui ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes dictam excommunicationis ſententiam incidiſſe declarabimus. Et nihilominus ad prædictæ pœnæ pecuniariæ extortionem ſive exactionem, arctius, quo de jure poterimus, procedemus, & procedi faciemus: Citantes nihilominus eosdem monitos & inhibitos, & eorum quemlibet peremptorie coram nobis ad aulam Archiepiſcopalem Colonienſem, in qua Jura reddi ſolent, ad primam diem juridicam, curſum ſive terminum dictæ noſtræ monitionis proxime ſequentem, & ad horam Primarum judicii, ſive cauſarum audientiæ coram nobis conſvetam: ad docendum, & fidem legitimam nobis faciendam, ſe hujusmodi noſtris monitioni & inhibitioni realiter & cum effectu paruiſſe: Alioqui eos & eorum quemlibet pœnas prædictas incidiſſe declarari, literas declaratorias deſuper neceſſarias decerni & concedi per nos videndum, audiendum, vel dicendum cauſam rationabilem, quare ea fieri non debeant, allegantur, cum intimationibus debitis & conſvetis. Reddite literas ſigillatas, diem ſeu dies atque modum & formam executionis præſentium, & quicquid in præmiſſis feceritis, nobis liquide reſcribentes. Datum Anno Domini 1513. die V. Septembris.

De exequendis Teſtamentis.

Officialis Curiæ Colonienſis, univerſis & ſingulis Parochialium Eccleſiarum, Capellarum, Altarium, Divinorumque Rectoribus, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque, per civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis, nobis ſubjectis, ſalutem in Domino. Grave cum querela pro parte providi M. Franciſci Sluyn de Reymbach, Procuratoris Fiſcalis Reverendiſſimi Domini noſtri, Domini Philippi, Archiepiſcopi Colon. nobis inter alia expoſitum fuit, quod licet tam juris communis, quam etiam ſtatutarii inſignis Eccleſiæ Colonienſis diſpoſitione & ordinatione ſalubriter cautum eſſe dinoſcitur, quod manufideles, ſeu Executores Teſtamentorum ſive ultimarum voluntatum intra annum tunc proxime ſequentem, ad teſtamenta & ultimas voluntates hujusmodi implendas pariter & exequendas adſtricti exiſtant: eſtque nihilominus veritas, quod nonnulli fuerunt, erant & ſunt manufideles, ſeu executores Teſtamentorum, ſive ultimarum voluntatum quorundam Sacerdotum & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum & ſecularium Diœceſis ſupra dictæ, ſeque pro talibus & ut tales de rebus & bonis per & poſt obitum & deceſſum eorundem relictis intromittendo, propter id & absque eo, quod ultimas voluntates eorundem intra tempus ſupradictum, aut alias tam juris communis, quam etiam Statuti ſupradicti diſpoſitione pariter & ordinatione executioni demandare, aut etiam de rebus & bonis per eos receptis & inventis calculum & computum legales reddere curaverint, in ſalutis animarum eorundem Teſtatorum & decedentium poſtergationem per maximam: Hinc eſt, quod nos officialis præfatus, pro parte ſupradicti Magiſtri Franciſci de Reymbach Procuratoris fiſcalis, debita cum inſtantia requiſiti, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna diſtricte præcipiendo committimus & mandamus, quatenus vice & authoritate noſtris, & ad inſtantiam dicti Magiſtri Franciſci Fiſcalis moneatis & requiratis, prout nos ſub excommunicationis & ſexingentorum florenorum aureorum in auro, ſupradicto Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo &c. & ejus Fiſco, ſi commiſſæ fuerint, irremiſſibiliter applicandorum pœnis monemus & requirimus omnes & ſingulos manufideles, ſeu Teſtamentorum, ſive ultimarum voluntatum executores per civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutos, tempore præſentium executionis in ſpecie nominandos, ut intra ſex dies veſtram monitionem & præſentiũ executionem ipſis factam, proxime ſequentes, quos dies ipſis pro omni dilatione terminoque peremtorio ac monitione Canonica ad id præfigatis & aſſignetis, prout nos eosdem dies ſic præfigimus & aſſignamus eisdem, coram nobis, ſeu venerabili Viro, Domino Sigillifero dictæ Curiæ compareant, atque quo Jure ſe de rebus & bonis Teſtatorum, & per eos relictis intromiſerunt, & intromittunt: atque ſe eorundem Teſtatorum ultimas voluntates intra tempus ſupra expreſſum, legitime fuiſſe executos doceant, & fidem faciant legitimam: atque de rebus & bonis per eos receptis & inventis, calculum & computum reddant legales realiter & cum effectu: Alioqui ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes, dictam excommunicationis ſententiam incidiſſe & incurriſſe, in ſcriptis declarabimus: Et nihilominus ad prædictæ pecuniariæ, ſive mulctæ extortionem & exactionem arctius, quo de Jure poterimus procedemus, & procedi faciemus, juſtitia mediante: niſi

niſi ſaltem medio tempore cauſam, ſi quam habeant, rationabilem, quare præmiſſa minime fieri debeant, & ad ea non teneantur, allegaverint, altera parte ad hoc legitime vocata ſive citata: Citantes inſuper eosdem monitos & eorum quemlibet, ad præfati conquerentis inſtantiam, peremptorie coram nobis ad Aulam Epiſcopalem Colonienſem, in qua Jura reddi ſolent ad primam diem, curſum ſive terminum dictæ monitionis noſtræ proximeſequentem, juridica ſi fuerit, & nos pro Tribunali ſederimus: alioqui ad proximam diem juridicam ex tunc immediate futuram & ad horam Primarum judicii, ſive audientiæ cauſarum coram nobis conſvetam ad docendum & fidem legitimam nobis faciendam, ſe & eorum quemlibet prætacto noſtro monitionis mandato realiter & cum effectu, ac in omnibus & per omnia juxta ipſius vim, formam & tenorem paruiſſe & obediviſſe, alioqui ad videndum & audiendum ipſos & eorum quemlibet pœnas, ſententias & cenſuras prædictas damnabiliter incidiſſe, & incurriſſe declarari, literasque declaratorias deſuper neceſſarias & opportunas per nos decerni & concedi: Vel dicendum cauſam ſi quam habeant, rationabilem, quare præmiſſa minime fieri debeant & ad ea non teneantur & allegentur, cum intimatione debitis & conſvetis. Reddite literas ſigillatas, diem ſive dies, atque modum & formam executionis præſentium, & quidquid in præmiſſis feceritis, ſeu alter veſtrum duxerit faciendum, nobis liquide reſcribentes. Datum Anno Domini 1513. die 26. Menſis Septembris.

CC.

Kayſers Maximiliani I. Declaration, daß alle der Stadt Cölln von ihm und ſeinem Vorfahren ertheilte Privilegien denen Regalien, Gerechtſamen und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln unnachtheilig ſeyn ſollen, de Anno 1515.

WIr Maximilian, von GOttes Gnaden Erwöhlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungern, Dalmatien, Croatien, König ꝛc. Bekennen öffentlich mit dieſem Brieff, undt thun kundt allermänniglich, wiewohl Wir aus angeborner Güte und Kayſerlicher Würdigkeit, darzu Wir durch Schickung des Allmechtigen erwehlt und kommen, aller und jeglicher unſer und des Heiligen Reichs Underthanen Ehr, Nutz und Beſtes fürzuwenden und zu betrachten geneigt; So ſein Wir doch billig mehr begerlich, unſer und des Reichs Churfürſten Geiſtlich und Weltlich bei Ihren Rechten, Gnaden und Freyheiten, die ſie und Ihre Vorvetteren von unſeren Vorfahren am Reich, Römiſchen Kayſeren und Königen undt unß, oder ſonſt redlichen erworben und herbracht haben, gnediglich zu handthaben ſund zu behalten. Wann Wir nun gutlich vorgenohmen und betracht haben, die angenehmen, getrewen und nützlichen Dienſt, ſo Weiland die Ertz-Biſchöff von Cöllen unſeren Vorfahren am Reich in mannigfältig Weiß gethan haben, und der Ehrwürdig Hermann, Ertz-Biſchoff zu Cöllen, des H. Reichs in Italien Ertz-Cantzler unſer lieber Neue und Churfürſt, uns und dem H. Reich teglichen thuet, und ſich hinfür zu thun willig erbeut; Deßhalben Wir gnanten unſeren Neuen und Churfürſten mit allen und iegli chen ſein und ſeines Stiffts Cöllen Regalien, Herrligkeiten, Fürſtenthumb, Obrigkeit, Tietelen, Landen, Leuten, Ehren, Würden, Freiheiten, Gnaden, Privilegien, Rechten, Gerechtigkeiten, Gerichten, Gerichts-Zwengen, Pennen, Städten, Burgeren, Schloßen, Dörfferen, Zöllen, Straßen, Wiltpennen, Geleiten und allen derſelben Nutzen und Zugehörungen, wa und wie die zu beiden Seiten des Rheins mit ſambt den Rheinſtraum gelegen ſein, und ſeine Vorfahren und Er das alles, in und außerhalb der Statt Cöllen, und anderen Enden gehabt, erworben und herbracht haben, belehnt und begnadt, und das alles gnediglich vernewet, confirmirt und beſtett laut der Brieff deshalben ausgangen. Nun langt uns ietzo glaublich an, wie durch die Erſamen, unſer und des Reichs lieben Getreuen Burgermeiſter, Scheffen und Rath der Stadt Cöllen gemeinlich, oder ſonderlich, auch ander unſer und des Reichs Fürſten, Herren und ſonder Perſohnen, etlich Freyheit, Recht, Gnadt und anderſt, auch Beſtettigung derſelben wider ſolch obgemelte der Ertz-Biſchoff und Stiffts Cöllen Regalien, Gnaden, Privilegien und Freyheiten von uns ausbracht, die Ihme und ſeinem Stifft künfftiglichen Schaden und Nachtheil geberen mögten. Wann nun die Ordnung der gülden Bullen Weiland Kayſer Carlen des vierten klärlich inhält, ob einig Gnad, Freiheit, oder Privilegia, wider ſolch obgemelte unſer und des H. Reichs Churfürſten, Freyheiten oder Privilegia außbracht und erworben weren, oder noch künfftiglichen würden, durch wen, oder in was Geſtalt das beſchege, daß dieſelb alle und iegliche beſonder den Privilegien, Gnaden und Freiheiten unſer und des Reichs Churfürſten keinen Schaden oder Nachtheil prengen, ſonder gantz Krafft-

loß, todt, ab, und von Unwürden sein sollen, alles laut des Artickels in der gülden Bullen begriffen, den Wir auch mit samt allen anderen des gnanten unsers Neven und Churfürsten, Gnadt, Freyheiten und Privilegien, als ob die hierin von Wort zu Wort begriffen, angezogen und gemelt haben wollen, und unser Will und Meinung nie gewesen, und noch nit ist, dem gemelten unseren Neven und Churfürsten, an den obgerürten seinen Gnaden, Freyheiten, Privilegien einig Abbruch zu thun, sonder ihne dabey vestiglichen zu handthaben. Demnach aus denselben und anderen redlichen Ursachen, so haben Wir aus eigener Bewegnuß mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechter Wissen gnediglich declarirt, erklert, geordnet und gesetzt, declariren, erkleren, ordtnen und setzen auch hiemit von Römischer Kayserlicher Macht und Vollnkommenheit, daß alle und iegliche Gnad und Freyheit und Privilegien, auch dernselben Bestettigung, die Wir, oder unser Vorfahren am Reich, Römischen Kaiseren und Königen, den gnanten Burgermeisteren Scheffen, Rath, Bürgeren und Inwohnern der Statt Cöllen, oder anderen unseren und des Reichs Fürsten, Herrn oder sonderen Personen, wie oder in was Gestalt die erworben und gegeben worden, oder noch künfftiglich ausbracht werden möchten, dem obgemelten unserem Neven und Churfürsten, seinen Nachkommen, Stifft und Pfaffheit, an ihren Regalien, Obrigkeiten, Herrligkeiten, Titelen, Landen, Leuten, zu beiden Seiten des Rheins mit sambt dem Rheinstrom, Ehren, Würden, Freiheiten Gnaden, Privilegien, Rechten, Gerechtigkeiten, Gerichten, Gerichtzwengen Pennen und allen anderen Ihren Zugehörungen, gemeinlich, oder sonderlich keinen Abbruch, Schaden, oder Nachtheil prengen, sondern gantz todt, ab und von Unwürden sein, unverhindert ob darin einige Clausull, oder Artickul, daß solches ingemein oder sonderheit nit revocirt werden solle, begriffen wäre daß Wir ietzo alsdann, und dann als itzo also von obberürter unser Kayserlicher Macht Vollnkommenheit erkennen und erkleren und den gnanten unsers Neven und Churfürsten Gnad, Freiheit, und Privilegia bei Iren Kräfften und Wirden, als sie vormahls und zu der Zeit, da sie gegeben sein, steht und fest pleiben und gehalten, und er sein Nachkommen, Stifft und Pfaffheit sich der gerewlichen gebrauchen, genießen, und gentzlichen dabey pleiben sollen und mügen, als ob die von Wort zu Wort hierin begriffen und ausgedruckt weren, von allermenniglich ungehindert. Und gepieten darauf allen Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Prälaten, Graven, Freien, Herren, Rittern, Knechten, Hauptleuthen, Vitzthumben, Pflegeren, Verweseren, Ambtleuten, Landtrichteren, Schultheißen, Burgemeisteren, Richteren, Scheffen, Rechten, Burgeren Gemeinden und sonderlich Burgemeisteren, Scheffen, Rath, Burgeren und Gemeinden der Statt Cöllen ernstlich und vestiglichen, und wollen daß sie den genanten unseren Neven uñ Churfürsten, Herman, Ertz-Bischoven zu Cöllen sein Nachkommen Stifft und Pfaffheit, solchen Gnaden, Freiheiten und Privilegien, auch dieser unser Declarirung, Erklerung, Ordtnung und Satzung nit hindern noch irren, sonder sie der getrewlich gebrauchen und geniessen lassen, auch an unser Statt dabey schützen, schirmen und vestiglichen Handthaben, und hierüber nit dringen bekümmeren oder beschweren noch des iemands anderen zu thun gestatten sollet, in keine Weiße. Ob auch iemands in was Wirden, Stand, oder Wesens der were, wider den gnanten unseren lieben Neven und Churfürsten, sein Nachkommen, Kirchen und Stifft Cöllen, Ihr Regalia, Freyheiten, Gnad, Privilegia, Titel, Recht, oder Gerechtigkeit, ingemein oder insonderheit ichtes fürgenohmen oder gehandelt, oder in Gebrauch, oder Ubung derselben verhindert hette, oder noch künfftiglichen fürnehmen, handlen, oder hindern würde, denselben gepieten Wir von obbestimpter unser Kaiserlicher Macht, ernstlich und vestiglich, daß sie solches in fünff und viertzig Tagen den nechsten, nachdem Ihnen solckes verkundt wirdet, der Wir ihnen funffzehen für den ersten, funffzehen für den andern, und funffzehen für den dritten und letzten Termin setzen und benennen, peremptorie, gentzlichen und gar abstellen, hinüber weiter nichts fürnehmen oder handlen und hierin nichts anders thun, als lieb einem ieglichen sey, unser und des Reichs schwere Ungnadt und Straff, und darzu ein Peen, nemblich hundert Marck löttigs Goldts zu vermeiden, die ein ieder, so offt er freventlich hiewider thete uns halb in unser und des Reichs Cammer und den andern halben Theil dem obbestimbten unserem Neven und Churfürsten unablößlich zu bezahlen verfallen sein soll. Mit Urkundt dieß Brieffs, besiegelt mit unserm Kaiserlichen anhangenden Insiegel; Geben zu Metz an der Etsch, den sechs und zwantzigsten Tag des Monats Aprilis nach Christi Geburt funffzehen hundert und im funffzehenten, unser Reiche des Römischen im ein und dreysigsten und des Hungarischen im sieben und zwantzigsten Jahren ꝛc.

Per Regem R. ta.

Ad mandatum Cæsareæ Majestatis proprium,

H. Serenteiner.

CCI.

CCI.

Ejusdem Schutz- und Schirm-Brieff, so er Gräfen und Schöppen des Ertz-Stifftischen Weltlichen Hoch-Gerichts in der Stadt Cölln ertheilet, de Anno 1515.

Wir Maximilian, von GOttes Gnaden erwöhlter Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien zu Hungarn, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundi, zu Brabant, und Pfaltzgrave ꝛc. Bekennen, nachdem unser und des Reichs liebe Getrewe, Greff und Scheffen des Hohen-Gerichts zu Cöllen pflichtig sein, menniglich in Sachen, die ordentlich für sie gehören, Recht zu sprechen, undt Ihnen aber aus solchem zu Zeiten viel Unwillens, Trowung und Widerwertigkeit erwachset, daß Wir demnach, zu Furderung, und Handhabung der Gerechtigkeit die genanten Greffen und Scheffen mit samt ihren Leiben, Haab und Güteren in unser und des Heiligen Reichs sonder Gnadt, Verspruch, Schutz, und Schirm genommen und empfangen haben; Nehmen und empfangen sie auch darinn von Römischer Keyserlicher Macht wissentlich in Krafft dieses Brieffs, also daß sie, ihr Leib, Haab und Güter in unser, und des Heiligen Reichs sonder Gnadt, Verspruch, Schutz, und Schirm seyn. Und alle und iegliche Gnad, Ehre, Würde, Vortheil Recht und Gerechtigkeit haben, und sich der gebrauchen und geniessen sollen und mügen, wie andere, so in unserem undt des Reichs sonder Gnadt, Vorspruch, Schutz, und Schirm sein und dawider von niemandt wider Recht und Billigkeit gedrungen, oder beschweret werdē sollen, sonder wer ab ihren Processen undt Handlungen einig Beschwerung, oder zu ihnen Spruch, und Forderungh zu haben vermeint, der soll sich datum gebürliches Rechtens vor Ihren ordinar gegen ihnen begnuegen lassen; Und gebieten darauf allen und ieglichen Churfürsten, Fürsten, Geist- und Weltlichen, Prälaten, Graven, Freyherren, Ritteren, Knechten, Haubtleuten, Vitzthumben, Vögten, Pflegeren, Verweseren, Ambtleuthen, Schultheißen, Burgermeisteren, Richteren, Räthen, Burgeren, Gemeinden, und sonst allen anderen unseren und des Reichs Underthanen und Getrewen, in was Würden, Stand, oder Wesens die sein, daß sie die genanten Grefen und Scheffen zu Cöllen an diesen unseren sondern Gnaden, Verspruch, Schutz und Schirm nicht hinderen noch irren, sondern sie der beruhelichen gebrauchen, geniesen und gentzlichen dabey bleiben lassen, und sie darüber wider Billigkeit nit dringen, bekümmeren, noch beschweren, sondern sie von unser und des Heiligen Reichs wegen dabey handhaben, schützen, schirmen, und hiewider nit thun, noch des jemandts anderen zu thun gestatten, als lieb einem ieden sey, unser und des Reichs schwere Ungnadt und Straff, und darzu ein Poen, nemblich funffzehen Marck Loethiges Goldts zu vermeiden, die ein ieder, so öfft er freventlich herwieder thete, uns halb in unser und des Reichs Cammer und den andern halben Theil den genanten Greven und Scheffen unableßlich zu bezahlen verfallen sein soll vngefehrde. Mit Urkundt dieses Brieffs, Geben in unser Statt Wien, am vierdten Tag des Monats Augusti, Anno Domini funffzehenhundert, und im funffzehendten, unser Reich des Römischen, im dreyßigsten und des Hungerischen im sechs und zwentzigsten Jahre

P. Cæsarem.

(L. S.)

Zanf, m. p.

CCII.

Ejusdem Declaration, das Gräfe und Schöppen des Ertz-Stifftischen Weltlichen Hoch-Gerichts in der Stadt Cölln, in Gerichts-Sachen, dem Magistrat daselbst, in Krafft Bürgerlichen Eydes zu pariren, nicht schuldig seyn, de Anno 1515.

Wir Maximilian, von GOttes Gnaden erwölter Römischer Käyser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungaren, Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundt, zu Brabandt und Pfaltzgraff ꝛc. Bekennen offentlich mit diesem Brieff, und thun kund allermenniglich, als unser und des Reichs liebe Getrewen N. der Graff und die Scheffen des Hohen Churfürstl. Gerichts zu Cölln, der Stadt daselbst mit Burgerlichen Ayden verpflicht seyn, und aber von solches Scheffen-Gerichts wegen einen sonderlichen Ayt gethan haben, daß sie menniglichen Recht ergehen und sich daran nichts hinderen lassen wollen, daß Wir demnach declarirt und gesetzt haben, declariren

clariren und ſetzen auch ſolches von Keyſ. Macht wiſſentlich, in Krafft dieſes Brieffs, alſo daß die genanten Greven und Scheffen in einer ieden Sach die ordentlich für ſie gehöret, auff den Ayd, ſo ſie von des Gerichts wegen gethan haben, Recht ſprechen und ergehen laſſen, wie recht iſt, daran ſollen Sie von Burgermeiſter und Rath der Statt in Cöllen in Krafft diß Bürgerlichen Aidts nit verhindert werden, noch Sie Iren gebotten die darwieder geſchehen, folg zu thun nit ſchuldig, Ihnen auch ſolches an Ihren Ehren unverletzt ſein, doch dem Burgerlichen Aidt in anderen Fällen unabbrüchig. Mit Uhrkundt dieß Brieffs, Geben in unſerer Statt Wien, am vierten Tag des Monats Auguſti Anno Domini funffzehen hundert und in dem funffzehenden, unſerer Reiche des Römiſchen in dreißigſten und des Hungariſchen im ſechs und zwantzigſten Jahre ꝛc.

CCIII.

Churfürſts Hermanni V. zu Cölln Notification an ſeinen Official, daß er, laut beygehenden Päbſtlichen Brevis, von Pabſt Leone X. innenſtehende Bullam erhalten, vermöge welcher alle Ketzer und diejenigen, ſo die Kirchen-Freyheit und Geiſtliche Perſonen kräncken in Kirchen-Bann gethan worden, nebſt Befehl daß er ſolches in ſeinem Ertz-Stifft gehöriger maßen publiciren ſolle, und dem darauff erfolgten Publications-Patent, de Anno 1515.

HErmannus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ electus & confirmatus, ſacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux &c. Venerabili Conſiliario, devoto nobis ac dilecto, Martino de Oede, Officiali Curiæ, noſtræ Colonienſis, ſalutem in Domino.

Literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Leonis Divina providentia Papæ X. ejus vera Bulla plumbea filis ſericis ſub impendente, nec non alteras in forma Brevis Apoſtolici, ſub annulo Piſcatoris ſignatas, ſanas quidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, ſed omni prorſus ſuſpicione carentes. Nobis præſentatas, cum ea qua decuit reverentia recepimus: quas tibi præſentibus colligatas mittimus. Et quia nos per alia Eccleſiæ noſtræ (quibus diſtringimur) incumbentia negotia, in proxime futura Synodo, ubi hæ literæ commodius publicantur, earundem executioni perſonaliter intereſſe non poſſumus, Tibi committimus & mandamus, ut literas hujusmodi utrasque, & earundem contenta in proxime futura Synodo publices, ſeu publicari mandes, ac per alios Eccleſiarum Civitatis & Diœceſis noſtræ Colonienſis Rectores, loco & temporibus in eisdem contentis, & juxta eorum continentiam, modum & formam, ſub pœnis in eisdem expreſſis, inſinuari, publicari, & ad notitiam omnium & ſingulorum, quorum intereſt, deduci facias & procures. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimonium, has noſtras literas fieri, ſigillique noſtri ſub impreſſione fecimus communiri. Datum in Arca noſtra Arnsberch, menſis Septembris die XX. Anno Domini M. DXV.

Breve Apoſtolicum ad Hermannum V. Archiepiſcopum Colonienſem.

LEO PAPA X.

Venerabili Fratri Hermanno, Archiepiſcopo Colonienſi, Sacri Romani Imperii Principi Electori.

Venerabilis Frater, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Nuper ſub data videlicet Non. Aprilis, Pontificatus noſtri anno tertio, inter alia excommunicavimus & anathematizavimus omnes violatores & perturbatores libertatis Eccleſiaſticæ, aut illam quovis modo impedientes, & eos præſertim, qui contra ſacrorum Canonum inſtituta, Eccleſiaſticis perſonis ſine ſpeciali licentia Romani Pontificis, collectas vel alias onera aut quævis gravamina realia vel perſonalia imponunt vel exigunt, aut imponi vel exigi faciunt, vel procurant, per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, ac dantes in præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem, prout in literis inde confectis, plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, diverſæ perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam Seculares, ac Communia & Univerſitates illarum partium, Eccleſiis, Clero & Eccleſiaſticis perſonis tuarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis in perſonis, privilegiis, Bonis ſuis diverſas moleſtias impedimenta & injurias inferre non formident, in Sedis Apoſtolicæ ac literarum earundem contemptum, & præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis ac animarum ſuarum periculum, pernicioſum quoque exemplum & ſcandalum plurimorum: Nos igitur præmiſſa conniventibus oculis præterire non valentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, juſtitia & æquitate id ſvadentibus, fraternitati tuæ in virtute ſanctæ obedientiæ & ſubinterdicti

terdicti ingreſſus Eccleſiæ ac ſuſpenſionis à Divinis latæ ſententiæ, & aliis in dictis literis contentis pœnis, præcipimus & mandamus, quatenus dictas literas, quas ad Te mittimus, cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, in prædictis ac tuorum Suffraganeorum Civitatibus & Diœceſibus ſaltem quater in anno, videlicet in principalioribus feſtivitatibus anni, per Rectores Parochialium Eccleſiarum Civitatis & Diœceſis prædictarum, in eorum Eccleſiis, dum major inibi populi multitudo ad Divina convenerit, ac alias & per alios, ubi, quando & quoties opus fuerit, & Tibi videbitur expedire, ſolenniter publicari, & ad Chriſti fidelium mentes deduci facias. Nos enim præfatis Rectoribus & quibusvis aliis Eccleſiaſticis perſonis, tam ſecularibus, quam quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regalibus ſub Excommunicationis & Privationis Beneficiorum ſuorum ac Privilegiorum, illis ac eorum monaſteriis, Ordinibus & locis conceſſorum, ac inhabilitatis ad beneficia & ordines, ac irregularitatis latæ ſententiæ, & aliis in dictis Literis contentis pœnis, quas toties quoties in præmiſſis contravenerint, ex nunc, prout ex tunc & e contra, eos incurriſſe, & ab illis per alios, quoque Nos & dictam ſedem etiam Vigore cujuscunque facultatis, aut privilegii, etiam mare magnum nuncupati, præterquam in mortis articulo, & ſatisfactione prævia abſolvi nullatenus poſſe decernimus & declaramus: ne violatores, perturbatores, & inobedientes prædictos, ac quoscunque alios, per Nos & in dictis literis noſtris excommunicatos & anathematizatos ab hujusmodi cenſuris abſolvere præſumant, diſtrictius inhibentes. Et nihilominus per te vel alium omnes & ſingulos prædictos, etiam exemptos, qui in præmiſſis aut aliquo præmiſſorum contravenerint, ſententias, cenſuras & pœnas hujusmodi damnabiliter incurriſſe: authoritate noſtra, etiam extra judicialiter, ac unica citatione præcedente & omni alia Turis ſolennitate omiſſa, declares: & pro talibus publicari & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari facias ac in Eorum Eccleſiis & locis interdictum Eccleſiaſticum apponas, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obſtare, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod tranſſumptis præſentium manu publici Notarii ſubſcriptis, plena fides ubique in judicio & extra adhibeatur, prout adhiberetur eisdem præſentibus originalibus literis, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die ſecunda Maji MDXV. Pontificatus noſtri anno tertio

ſequitur:

Bulla Leonis X. PP Bulla Jovis ſanctæ, ſic a publicatione, quæ ſolenni Cœnæ Domini die Romæ fit, appellata.

Leo Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Conſueverunt Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ad retinendum puritatem Religionis Chriſtianæ & ipſius unitatem, quæ in conjunctione membrorum ad unum caput, Chriſtum videlicet, ejusque Vicarium principaliter conſiſtit, & ſanctam fidelium ſocietatem ab offenſione ſervandam, arma Juſtitiæ per miniſterium Apoſtolatus, in præſenti celebritate exercere. Nos igitur vetuſtum & ſolennem hunc morem ſequentes, excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Authoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra, omnes hæreticos, Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnoldiſtas, Sphæroniſtas, Paſſagerios, Wicleviſtas, ſeu Huſſitas, fratricellos, de opinione nuncupatos & quoslibet alios hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, ac omnes fautores, receptatores, & defenſores eorundem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes violatores & perturbatores libertatis Eccleſiaſticæ, aut illam quovis modo impedientes & eos præſertim, qui contra Sacrorum Canonum inſtituta, Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis, ſine licentia ſpeciali Romani Pontificis, collectas vel alia onera, aut quævis gravamina realia, vel perſonalia imponunt vel exigunt, aut imponi vel exigi faciunt aut procurant per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, ac dantes in præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes piratas, corſarios, latrunculos maritimos, & alios, præcipue, qui mare noſtrum à monte Argentario uſque ad Terracinam diſcurrere, & navigantes in illo deprædari, mutilare, interficere, ac rebus & bonis ſuis ſpoliare hactenus præſumpſerunt & præſumunt, ac omnes receptatores eorundem, ac eis auxilium dantes, conſilium vel favorem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis nova pedagia imponunt, vel prohibita exigunt. Item excommunicamus & anathematizamus omnes falſarios Bullarum ſeu literarum Apoſtolicarum & ſupplicationum gratiam & juſtitiam continentium, per ſummum Pontificem, vel Vice-

Cancellarium ſeu gerentes Vices eorum aut officium Vice-Cancellarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, de mandato ejusdem Summi Pontificis ſignatarum, aut ſub nomine ejusdem ſummi Pontificis, ſeu Vice-Cancellarii, ſeu gerentium vices prædictorum, ſignantes ſupplicationes easdem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, ligamina, & alia prohibita deferunt Sarracenis, Turcis, & aliis Chriſti nominis inimicis, quibus Chriſtianos impugnant. Item excommunicamus & anathematizam9 omnes impedientes, ſeu invadentes victualia, ſeu alia ad uſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducentes, vel qui, ne ad Romanam curiam ipſa adducantur vel deferantur, impediunt, vel perturbant, qui talia faciunt vel defendunt, cujuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis & ſtatus, etiam Pontificali Regali, Reginali, aut alia quavis Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, nec non omnes illos, qui Jurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habent, in eadem curia morantes temeritate propria rapiunt, ſpoliant, & detinent, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præſumunt, & qui talia fieri faciunt, ſeu mandant.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes temere mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, carcerantes & detinentes Patriarchas, Archiepiſcopos, eorumque mandatores. (eaque mandantes)

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios quascunque perſonas Eccleſiaſticas vel ſeculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis & negotiis recurrentes, illaque in eadem Curia proſequentes aut procurantes, negotiorumq; geſtores, advocatos vel Procuratores ipſorum, vel etiam Auditores ſeu Judices, ſuper dictis cauſis ſeu negotiis deputatos, occaſione cauſarum vel negotiorum ejusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu bonis ſpoliant: ac illis, qui ne literis & mandatis Apoſtolicæ Sedis & Legatorum ac Nunciorum & Judicum delegatorum ejusdem, gratiam vel juſtitiam concernentibus, decretisque ſuper illis, & cæteris judicatis Proceſſibus & executorialibus, non habito primo eorum bene placito & aſſenſu, pareatur: neve Tabelliones & Notarii literarum & Proceſſuum executiones, Inſtrumenta vel Acta conficere, aut confecta, parti cujus eſt, tradere, ſub graviſſimis pœnis prohibere, ſtatuere, ſeu mandare: quive in animarum eorundem periculum ſe à noſtra & Romani Pontificis pro tempore obedientia, pertinaciter ſubtrahere, ſeu quomodolibet recedere præſumunt: quive Jurisdictionem ſeu fructus ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentes, uſurpant vel arripiunt, vel qui per ſe vel alium, ſeu alios directe vel indirecte, prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem conſilium, auxilium vel favorem præſtare non verentur cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis & Status fuerint, etiamſi Pontificali, Regali, Reginali, vel quavis alia præfulgeant dignitate. Item excommunicamus & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes, ſeu capientes, & detinentes, ſeu deprædantes Romipetas & peregrinos, ad urbem cauſa devotionis ſeu peregrinationis accedentes & in ea morantes, vel recedentes ab ipſa & in his dantes auxilium, conſilium vel favorem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, ſub quocunque Titulo vel colore occupant, detinent, vel hoſtiliter deſtruunt, ſeu invadunt, aut occupare, detinere, vel deſtruere vel invadere hoſtiliter præſumunt, in totum vel in partem, Almam urbem, Regna Siciliæ, vel Trinacriæ, Inſulas Sardiniæ & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Tuſcia, ducatum Spoletanum, comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimæ Provincias & Terras ſpecialis commiſſionis Arnolphorum, Bononienſium, Ferrarienſium, Beneventanorum, Peruſii, Avionenſis Civitatis, Caſtelli, Tuderti, & alias Civitates, terras & loca vel Jura ad ipſam Romanam Eccleſiam ſpectantia & pertinentia & adhærentes & fautores, & defenſores eorum, ſeu in his dantes eisdem conſilium, auxilium vel favorem. Non obſtantibus quibuscunque Privilegiis & indulgentiis & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, eis vel eorum alicui vel aliquibus, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, dignitatis vel præeminentiæ fuerint, etiamſi (ut præmittitur) Pontificali, Regali, Reginali, ſeu quavis alia Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, à prædicta ſede ſub quavis formâ vel tenore conceſſis, qui excommunicari, vel anathematizari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus & dignitatibus eorundem, mentionem? Nec non conſuetudinibus & obſervantiis ſcriptis & non ſcriptis, & aliis contrariis quibuscunque per quæ contra noſtros proceſſus hujusmodi ac ſen-

ſententias, quo minus includantur in eis, ſe juvari valeant aut tueri: & quæ, quoad hoc, penitus tollimus & omnino revocamus: & à quibus quidem ſententiis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, niſi duntaxat in mortis articulo conſtitutus, abſolvi poſſit: nec etiam tunc, niſi de ſtando ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mandatis, ſatisfactione vel ſufficienti cautione præſtitis, etiam prætextu confeſſionalium, ſeu quarumvis facultatum, verbo, literis, aut quavis alia ſcriptura, etiam in qua, quod ſola ſignatura ſufficeret, conceſſorum, & quævis derogatoriarum derogatoriæ fortiores & efficaciores, & inſolitæ clauſulæ apparerent, quibusvis perſonis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, conditionis aut ſtatus fuerint, etiamſi (ut præmittitur) Pontificali, Regali, Reginali, aut quavis alia præfulgeant dignitate Religioſis & ſecularibus utriusque ſexus, Capitulis, Collegiis, Conventib9, ordinibus, etiam mendicantium & militiarum hoſpitalibus, Confratriis, & univerſitatibus conceſſarum à Nobis vel prædicta Sede, & quas concedi contigerit quomodolibet in futurum. Illos autem, qui contra tenorum præſentium talibus vel alicui eorum ſeu aliquibus, abſolutionis beneficium impendunt de facto, excommunicationis & anathematizationis ſententia innodamus: eisque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis Sacramentorum & audiendi confeſſiones officia interdicimus, prædicentes & declarantes aperte transgreſſoribus & contemptoribus prædictis, Nos gravius contra eos ſpiritualiter & temporaliter, prout expedire cognoverimus, proceſſuros, & nihilominus quicquid egerint abſolvendo vel alias nullius ſit roboris vel momenti. Ut autem hujusmodi noſtri proceſſus ad communem omnium notitiam deducantur, Chartas ſive membranas Proceſſus continentes eosdem, in valvis Baſilicarum Principis Apoſtolorum, ſanctique Johannis Lateranenſis de urbe affigi, ſeu appendi faciemus, quæ Proceſſus ipſos ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut hi, quos proceſſus hujusmodi contingunt, qui ad ipſos non pervenerint, aut quos ipſos ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile, quoad ipſos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Verum ut præſentes literæ ac omnia & ſingula in eis contenta, eo fiant notiora, quo in plerisque Civitatibus & locis fuerint publicata, Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis ubilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus per ſe vel alium ſeu alios, præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſaltem ſemel in anno, aut pluries, prout expedire viderint, in Eccleſiis ſuis, dum major in eis Populi multitudo ad divina convenerit, ſolenniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes deducant & declarent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, oblationis, revocationis, innodationis, interdicti, prædicationis, declarationis, commiſſionis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Inearnationis Dominicæ Milleſimo, Quingenteſimo, quinto decimo, Nonis Aprilis, Pontificatus noſtri Anno tertio.

De Curia

D. de Comitibus.

Anno à nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinto decimo, indictione tertia, die vero ſeptima menſis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Leonis Divina providentia Papæ decimi, anno tertio, retroſcriptæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt in Baſilicarum Principis Apoſtolorum de urbe, ac ſancti Joannis Lateranenſis valvis ſeu portis, dimiſſis ibidem copiis, ut moris eſt per me Hubertum Jacobi, præfati ſanctiſſimi Domini noſtri Curſorem.

ita eſt Jo. Bernardi pro magiſtro Curſ.

Officialis curiæ Colonienſis, executor & Commiſſarius ad infra ſcripta à Reverendiſſimo & illuſtriſſimo Principe & Domino noſtro, Domino Hermanno, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Electo, & confirmato, ſacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellario, Principe Electore, Weſtphaliæ & Angariæ Duce &c. ſpecialiter deputatus, univerſis & ſingulis Parochialium Eccleſiarum, Capellarum, Divinorumque, Rectoribus, cæterisque Plebanis Viceplebanis, Capellanis, Curatis & non Curatis, per Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis, ſalutem in Domino & noſtris hujusmodi immo verius Apoſtolicis, ac præfati Reverendiſſimi Domini noſtri, Domini Hermanni, Electi & confirmati &c. firmiter obedire mandatis.

Literas Commiſſionis præfati Reverendiſſimi Domini noſtri, Domini Hermanni electi &

confirmati ſuper publicatione quarundam Literarum Apoſtolicarum ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Leonis divina providentia Papæ decimi, ejus vera Bulla Blumbea in filis ſericis ſub impendente Bullatarum, in quibus inter alia die Jovis ſancta proxime præterita, excommunicavit & anathematizavit omnes violatores & perturbatores libertatis Eccleſiaſticæ aut illam quovis modo impedientes, & eos præſertim qui contra ſanctorum Canonum inſtituta, Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis ſine ſpeciali licentia Romani Pontificis, collecta, vel alias onera quævis gravamina realia, vel perſonalia imponunt, vel exigunt, aut imponi vel exigi faciunt vel procurant, per ſe vel alium, directe vel indirecte, aut dantes in præmiſſis auxilium, conſilium vel favorem, prout in ipſis literis Apoſtolicis plenius continetur. Ac quarundam aliarum literarum in forma brevis Apoſtolici, ſub Annulo Piſcatoris ſignatarum, præfato Domino noſtro Reverendiſſimo per ſanctiſſimum Dominum Papam noſtrum directarum, ejusdem Domini Reverendiſſimi noſtri ſigillo, ſpatio earundem literarum inferius impreſſo ſigillatas recepimus. Quarum quidem, tam Apoſtolicarum utrarumque, quam Reverendiſſimi Domini noſtri literarum tenores, præſentibus de verbo ad verbum præinſeri fecimus. Nos itaque Officialis præfatus, volentes tam ipſas Apoſtolicas, quam præfati Reverendiſſimi Domini noſtri, Domini Hermanni, Electi & confirmati &c. Commiſſionis literas reverenter exequi, ac debitæ executioni (ut tenemur) quantum in Nobis eſt, demandare, utrasque Apoſtolicas ac Reverendiſſimi Domini noſtri literas una cum omnibus & ſingulis in eisdem contentis clauſulis, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, intimamus & inſinuamus & notificamus, ac ad veſtrum & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes. Vosque omnes & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet in ſolidum tenore præſentium requirimus & monemus primo, ſecundo, tertio & peremptorie, vobis nihilominus & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis, ſententiis, cenſuris & in ipſis literis Apoſtolicis contentis, diſtricte præcipiendo committimus & mandamus, quatenus utrasque literas Apoſtolicas præinſertas, cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, ſaltem quater in anno, videlicet in principalioribus Feſtivitatibus Anni, in veſtris Eccleſiis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, & alias ac per alios, ubi, quando & quoties opus fuerit, & Vobis videbitur expedire, ſolenniter publicetis & ad Chriſti fidelium mentes deducatis, ſeu publicari & deduci faciatis. Alioqui contra illos, qui hujusmodi mandatis non paruerint, ad dictarum pœnarum, ſententiarum, & cenſurarum declarationem, ac alia, prout juſtum fuerit, procedemus & procedi faciemus. In quorum fidem & teſtimonium, præſentes noſtras literas exinde fieri, & per Notarium dictæque Curiæ ſcribam ſententiarum infra ſcriptum ſubſcribi, ſigillique majoris officialitatis Curiæ appenſione juſſimus & fecimus communiri ſub anno Domini milleſimo, quingenteſimo quinto decimo, die viceſima quarta menſis Septembris.

CCIV.

Ejusdem Decretum, den Einritt eines Ertz-Biſchoffs und Churfürſts zu Cölln in die Stadt Cölln, ingleichen das Verpflichten, auch Beſetzung der Gerichte und dergleichen Handlungen mehr betreffend, de Anno 1516.

WIr Maximilian, von GOttes Gnaden Erwöhlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien, König ꝛc. Bekennen für uns, und unſere Nachkommen am Reich öffentlichen mit dieſem Brieff, und thun kund allermänniglich: Alß aus alter löblichen herbrachten Gewohnheit einem ieden beſtettigten und belehnten Ertz-Biſchouen zu Cölln in der Stadt daſelbſt einzureiten, auch daneben ihme und er wiederumb Burgermeiſter und Rath der Stadt Cölln, ie ein Theil dem andern Verpflichtung zu thun, darzu inſonderheit demſelben Ertz-Biſchoven in der Stadt Cölln ſeine Hoch- und niedere Gerichte zu Hilff und Forderung gemeines Rechten zu ordiniren und zu ſetzen und anders zu handeln zuſtehet und gebürt, und wir dann dem Ehrwürdigen Herman Ertz-Biſchouen zu Cölln, des Heiligen Römiſchen Reichs durch Italien Ertz-Cantzlern, vnſeren lieben Neven und Churfürſten mit allen und ieglichen ſeines Stiffts Regalien, Hochheit, Titulen, Herrligkeiten und Weltlichkeiten, den ſolch Einreiten und Verpflichtung auch Beſetzung und Ordnung der Gerichte, und andere Handtlungen ohn Mittel eingeleibt, und anhängig ſein, wie andere unſere Vorfahren am Reich Römiſche Kayſern und König gethan, und gnädiglich belehnt haben, alles laut unſerer Vorfahren am Reich Brieff daruber außgangen;

WIr Carl ꝛc. Embieten den Ersamen, unseren und des Reichs lieben Getrewen Burgermeister, Rath und Gemeinden der Statt Cöllen, unser Gnad und alles Gut. Ersame

Ersame lieben Getrewen, als Wir anfänglich zu Cöllen für unserm nechstgehaltenen Reichs-Tage in Beywesen unser Churfürsten, etlicher Fürsten, und unser trefflicher Räthe ein summarie der Irrung und Spenn, so sich halten zwischen dem Erwürdigen Herman, Ertz-Bischoff zu Cölln des heiligen Römischen Reichs in Italien Ertz-Cantzler, unserem lieben Neven und Churfürsten an einem, und euch andertheils vernommen und befunden, daß die am meisten antreffen desselben Ertz-Bischoffs Einreitten, und was daran hangt, auch den Titul den euch seine Liebden geben soll, und darauf etlich Mittel furgeschlagen, und aber bey keinem Theill nechst erlangen mögen, sein Wir geursacht worden beyde Partheyen zu bescheiden, für uns, auf dem gemeldten Reichs-Tag mit vollmächtigem Gewalt zu erscheinen, daselbst Wir euch auch schrifftlich und mündlich gehört, und nach gnugsamer Erkundigung iedes Theils Gerechtigkeit, Fug und Unfug mit sambt Churfürsten und Fürsten und Ständen weiter allen Fleißes gebraucht, euch nochmahls gutlich zu vertragen, und als daß auch nit sein hat willen, haben Wir mit zeitigem einträchtigem Rath derselben Churfürsten und Ständt, so dazumahl noch mehrentheils bey uns gewesen seyn, in derselben Sach ein Decret gemacht, und beschlossen, und euch beyden Theilen das eröffnet, des Inhalts, daß der Ehrwürdig Richart, Ertz-Bischoff zu Trier, des heiligen Römischen Reichs in Gallien, und durch das Königreich Arelaten Ertz-Cantzler, unser lieber Neve und Churfürst, als unser Commissari euch beyderseits für sich erfordern, und in allen Eweren Spennen des Einreitens, Tituls und anderer Sachen halben nichts ausgenohmen, gegen einander gnugsamlich verhören, und allen Fleiß gebrauchen, euch gütlich zu vereynen, und zu vertragen, mit deme Anhang, daß solcher Vertrag zwischen dato desselbigen Decrets, und des Monats Septembris nechst darnach beschehen soll: Wo aber derselb Vertrag in solcher Zeit, sonderlich der zweyer Artickel des Einreitens und Titels halben nit gemacht werden mögte; So dechariren Wir itzt alsdann und dan itzt aus beweglichen Ursachen, daß alsdann der Ertz-Bischoff zu Cöllen, Seinen Einritt in die Statt Cöllen auff den Tag, so derselb Ertz-Bischoff von Trier benennen wirt, thun, und Ihr Ihme das gestatten; desgleichen sollet Ihr Ihme den Eydt, und er hinwiderumb Euch die Pflicht, und Bestättigung thun, auch er euch den Titel geben, alles wie herkommen ist, doch deme Eydt, so Ihr uns und dem heiligen Reich gethan hat unvergriffen und unschädlich, alles so lang, biß ihr das mit Recht abtreibet ꝛc. und darauf in Krafft desselben Decrets ein Commission auf den gnanten unseren Neven von Trier ausgehen lassen, die Gutligkeit zwischen euch weiter zu versuchen, wo aber dieselbe in kein stadt haben wolt, alsdann einen Tag zu dem Einreitten, vermög des Decrets, zu ernennen. Darauf euch auch Seine Liebden für sich bescheiden, und in der Sachen getrewen Fleiß gebraucht, und zuletzt unseren Neven dem Ertz-Bischoffen zu Cöllen, dahin bewegt, daß Seine Liebden für sich bescheiden, und in der Sachen getrewen Fleiß gebracht, und zuletzt unseren Neven, den Ertz-Bischoffen zu Cöllen dahin bewegt, daß seine Liebden bewilligt hat, den alten Titul also lautent: Prudentibus & discretis Viris, Judicibus, Scabinis & Consulibus, cæterisque Civibus Colonienſis, fidelibus dilectis, fallen zu lassen, und hinfürter diesen Titul zu gebrauchen. Den Ersamen, Weisen unseren lieben Getrewen Burgermeister und Rath, und anderen unseren Burgern zu Cölln, und so fern Ihr den dermassen annehmen, so will Seine Liebden der Mittel, so der gemelter unser lieber Neve, der Ertz-Bischoff zu Trier in den anderen Irrungen fürgeschlagen auch zufrieden sein; Dargegen aber Ihr Ewer Beschwerung, warumb euch der Tittel dermassen nit annemblich, oder leidtlich seye, und darneben dieß Mittel demselbigen von Trier undt nachmahls uns angezeigt, wo der Titul also gestelt werde; Den Ersamen, Weisen, unsern lieben Getrewen Burgermeister und Rath der Statt Cöllen, wie dann unsere Räthe in der gutlicher Handtlung Euch denselben Titul fürgeschlagen hetten, so woltet Ihr unseren Churfürsten von Cöllen dem Einritt mit seinem Anhang gestatten, und die Articul in den anderen Irrungen, lauth unsers Neven von Trier Mittlung, auch bewilligen, dieweil aber gedachter unserer Räthe Fürschlag, des Tituls halber, allein Thedings Weise beschehen ist, und unser Neve von Cöllen das nit bewilligen wollen, und derselbe von Trier euch beyderseiths in solchem auch nit vergleichen mögen, und in Krafft des Decrets ein Tag zu dem Einreiten ernennet, haben Wir dazumahl Eweren Gesandten zu Abscheidt gegeben, daß uns der Titul, wie der auff des Ertz-Bischoffs

Bischoffs von Trier gutliche Handtlung von den Ertz-Bischoffen von Cöllen bewilliget seye, auch gefalle, und dermaßen von euch billig angenohmen werde, aber unangesehen deß alles habt ihr denselben Titul bißher nit bewilligen wollen, und uns abermahls durch ewere Bottschafft ersucht, euch bey eweren vorgeschlagenen Titul bleiben zu lassen, dardurch unser Neve der Ertz-Bischoff zu Cölln an seinem Einreiten in der ernenten Zeit verhindert worden ist, das sich Seine Liebd. zu mehrmahlen mircklichen beschwert, und uns demütiglichen angeruffen und gebetten hat, ihnen bey unserem Decret zu handthaben. Wann wir nun sehen und vermercken, daß all unser gnädig Handtlung, so wir bißher euch zu Gnaden hierinnen geübt haben, bey euch unerkendtlich seye, und uns nit gebüren will den gedachten unseren lieben Neven, den Ertz-Bischoff zu Cöllen länger auffzuhalten, und unß solch ewer Verachtung und Ungehorsamb nit unbillig mircklichen mißfallet. So gebieten wir euch bey den Pflichten, damit ihr unß, und dem heiligen Reich verwandt seyet, auch Privirung und Entsetzung aller Gnaden, Freyheiten und Privilegien, so ihr von uns und dem heiligen Reich habt, und darzu Verlierung einer Poen, nemlich fünffhundert Marck lötigs Golts, unß halb in unser, und des Reichs Cammer, und den andern halben Theil dem genanten Ertz-Bischoff zu Cöllen unablößlich zu bezahlen, von Römischer Kayserlicher Macht ernstlich mit diesem Brieff, und wollen daß ihr demselben unserem lieben Neven von Cöllen auff den andern Tag des Monats Junii nechst künfftig seinen Einritt in die Statt Cöllen ohne alle Beleidung gestattet, ihme auch den Eydt thut, und hinwiederum die Pflicht und Bestettigung, desgleichen den Titul von ihme annehmet, alles, wie herkommen ist, und daß obbestimpt vnser Kayserlich Decret clärlich inhelt. Daran thut ihr gäntzlich unser ernste Meinung, wo ihr aber hierin fürter ungehorsamblich erscheinet, so erkennen und erclären wir euch ietzt alßdann, und dann als ietzt in obbestimbte Straff und Poen gefallen zu seyn, darnach wisset euch zu richten. Geben in unser Statt Brüßel in Brabandt, am achten Tag des Monats Februarii, nach Christi Geburt, funffzehenhundert, und im zwey und zwantzigsten, unser Reich des Römischen im dritten, und aller anderer im sechsten Jahren.

CCXIV.

Articul, so zwischen Churfürsts Hermanni V. zu Cölln Räthen und einigen Deputirten der Stadt Cölln, vor dem Einritt gemeldten Churfürsts in die Stadt Cölln, abgeredet und verglichen worden, de Anno 1522.

Zu wissen, so sich fast ein Zeit her Irthumb Speen und Gebrechen erhalten haben, zwischen dem Hochwürdigsten Fürsten und Herren, Herrn Hermann, Ertz-Bischoff zu Cöllen ꝛc. Churfürsten an einem, und den Fursichtigen und Weisen Herren, Burgemeistern, Rath, und gemeiner Statt Cöllen am andern Theil; Derhalben fast offt und viel Taghaltung und Handlung beschehen, derhalben auch etliche Citation, Decret und Mandat von Römischer Kayserlicher Majestät außgangen, dabey auch der Hochwürdigster Fürst, und Ertz-Bischoff zu Trier ꝛc. Churfürst von seiner Majestät zu Commissarien verordnet, für welchem Commissario die Speen und Irthumb fast in Verhör zu gutlichem Vertrag und Handlung in mittel Wege beramebt, auch dabey durch verordnete Räthe zu beyden Theilen ubermitz Ire verordente Raths-Freunde zu vielen Zeiten die Speen und Irthumb auf gütliche Mittel underredt worden sein, inmaßen wie auff ein iegklich Artickel hernach folgt:

Und zum ersten, betreffent den Artickel deß Einreytens, ist vertragen.

Daß der Hochwürdigster Fürst und Herr, Herr Herman, Ertz-Bischoff zu Cöllen ꝛc. Churfürst, solle zu Cöllen einreitten uff Dinstag nach Margarethe nechst kommen, wie man sich deß dann, lauth eines besonderen Zettuls, vertragen hat.

Zum anderen, betreffent den Artickul des Titels oder Zuschreibens, so ein Ertz-Bischoff gegen Burgermeister und Rath gebrauchen solle, derhalben biß anher fast Spenn und Irthumb gewesen, doch uff nachfolgende Maß vertragen.

Also daß nun furthin ein Ertz-Bischoff gegen Burgermeister und Rath gebrauchen solle diese nachfolgende Auffschrifft, die auch Burgermeister und Rath annemen, und wieder nach Notturfft beantwortten sollen, nemblich also zu schreiben:

Den Fursichtigen und Weisen Burgermeisteren, Rath, und anderen unseren Burgeren zu Cöllen lieuen Getrewen.

Zum dritten, daß die von Cöllen wider Freyheit des Rhein-Straumbß und Limpatz ſollen etliche Mißbrauch fürgenommen haben, gegen Kauffleuth und Schiffleuth ꝛc.

Iſt vertragen, daß die von Cöllen ſich fürbaß hin meiden ſollen unſerem Gnedigſten Herren von Cöllen ꝛc. in ſeiner Gnaden Herrligkeit und Hocheit zu Waſſer und Lande zu greiffen, ob aber hernachmahls derhalben einig Mangel erwachßen wurde, ſolle man darbey kommen zu beiden Theilen die klagende Parthey hören, und nach Befindung der Billigkeit die richten und ſchlichten.

Zum vierdten, betreffend des Stifften Portzen-Zoll, und Marck-Zoll, auch die Vettwage, daß die Güter, ſo in die Vettwage gehören, nit dahin bracht, ſonder in der Bürger Häußer, und in der Statt Kauff-Häuſer gefuhrt werden ſollen, auch daß die Burger mehr dann ſich geburen ſolte, in ihren Häuſſeren und Wagen wiegen ſollen ꝛc.

Iſt vertragen, daß man auf das furderlichſte von beyden Partheyen dabey ſchicken ſolle, und ſich der Spenn und Irrthumb, was zu der Vettwage zu wigen von Alters gehören ſolle, auch wie viel ein ieglicher ſolcher Waar und Güter in ſeinem Hauß oder in der Wagen zu wigen gebüren ſolle, gütlich vertragen, und davon Verſchreibung nach Notturfft uffrichten. Doch were Sach, daß man ſich ſo furderlich und endtlich der Spenn nit erfahren, noch vertragen könte, ſolle doch unſer Gnädigſter Herr zu Gnaden und Ehren gemeiner Burgerſchafft zu Cöllen die Dinge die nechſt zukommende funffzehen Jahr ungefehrlich ohn Beſchwerung der Bürger bleiben laſſen, und ſolle man zu beyden Theilen mitler Zeit iedes Gerechtigkeit auffſuchen, und fürbringen, und nach Befinden die Dinge vertragen, richten und ſchlichten, damit man wiſſe, was in die Vettwage zu wiegen folgen ſolle, doch was von Alters her zu derſelber gewieſen iſt, ſolle daſelbſt bleiben und gewiegen werden.

Zum fünfften die klagte, Goddertz von Bell den ſchmalen Zoll betreffent, desgleichen den von Hemmerich Erb-Cammerer für ſeinem Hauß-Freyheit einer Mauren betreffendt.

Iſt vertragen, daß man dabey kommen ſoll, und die Sachen verhören, und nach Befinden gutlich vertragen. Und wo die Gutlichkeit nit ſtatt haben wolte, beheltlich alsdann eines ieglichen ſeines Rechten.

Zum ſechſten, ſo unſer gnädigſter Herr begehrt etliche viell Verſchreibungen, ſeiner Gnaden Vorfaren, ſo hinder einem Rath liegen herauß zu geben, dieweil die Summen in den Verſchreibungen verlibt und bezalt ſein ſollen.

Iſt vertragen, dieweil ſich der Rath einer Forderung deß Intereſſe zu unſerem gnedigſten Herren von Cöllen der Verſchreibungen halben anmaſt, ſo ſoll der Rath ſolche Verſchreibung hinder ſich halten, biß zu gutlicher Bezahlung der ausſtehender drey und zwantzig dauſendt Gulden Haupt-Gelts von allen Verſchreibungen, doch daß die von Cöllen unſerem gnädigſten Herren von Cöllen allen Schulden, die ſeine Vorfahren in Krafft obgemelter Verſchreibungen, ſchuldig worden, biß auf genante drey und zwantzig dauſent Gulden Haupt-Gelts gnugſam quittiren ſollen, und daß mit dem Intereſſe zu forderen in Ruhe geſtanden werden ſolle, biß nach Bezahlung der drey und zwantzig dauſent Gulden; Alßdann ſollen die Partheyen Ihre Freunde und Räthe darzu geben, ſich deß Intereſſe halber gütlich zu vereinen, wo die Gutligkeit aber nit ſtatt haben mögt, ſo ſolle die Römiſche Kayſerliche Majeſtät uber die Sach erkennen, und dabey ſoll es auch bleiben.

Zum ſiebenten, ſo etliche Prälaten und Geiſtlichkeit binnen Cöllen, die Seiner Gnaden zu richten und zu verthetigen ſtehen, merckliche Beſchwerungen, Verhinderung ihrer Gerechtigkeit mit muthwilligen Handelen beſchwert ꝛc.

Iſt vertragen, daß unſer Gnädigſter Herr, und der Rath von Cöllen die klagende Parthey gegen ihren Wiederſäger beſcheide, umb die zu hören und gutlich zu vertragen, und daß auch der Rath Verſehung thue, daß fürbaß hin ſolche muthwillige Händel nit mehr geſchehen und damit nit noth ſein werde nach Ordnungen des Rechten darwider zu handelen.

Zum achten, daß der Rath ſolle in das Hohe und andere anhangende Gerichteren in Cöllen, die Seiner Gnaden zu verthätigen ſtehen, ſperren und Verhinderung thun, auch mit der Execution der Gewalt-Richter Vollſtreckung nit geſchehen laſſen.

Iſt vertragen, daß beyde Partheyen ihre treffliche Räthe und Freunde zuſammen ſchicken

ſchicken ſollen, zu gelegenen Platzen und Zeit, darvon nach aller Nothdurfft uñ wollbeträglich zu handelen, mit Uberſchickung hievor deßhalb aufgerichteter Verträgen und Ordnung, damit einem ieden gedeye und widerfahre, was billig und recht iſt, oder ſich des Stucks halber auch eines Außtrags zu vereinigen. Geben im Jahr unſers HErren 1522. uff Montag nechſt nach Margarethä der heiligen Junfferen den 14. Tag des Monats Julii.

Henrich Renſch von Plawe, Thumb-Dechandt zu Cöllen,
Thomas, Graff zu Reineck, Aſter-Dechandt zu Cöllen,
Wilhelm, Graff zu Newenahr,
Schiffert von Liedtberg,
Ambroſius von Virmundt,
Arndt Brauweiler, Burgermeiſter,
Brunn von Mauwenhem.

CCXV.

Churfürſts Hermanni V. zu Cölln Mandatum, daß kein Notarius, der nicht von dem Official examiniret und regiſtriret, zu einigem gerichtlichen Actu admittiret werden ſolle, de Anno 1526.

HErmannus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Decanis, Paſtoribus, Plebanis, Vice-Plebanis cæterisque Eccleſiarum, ſeu Capellarum Rectoribus, per Noſtras Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis ac aliis noſtris ſubjectis univerſis, ſalutem in Domino. Dudum recolendæ memoriæ, prædeceſſor noſter, Dominus Walramus, ſalubri ordinatione ſtatuit de Tabellionibus ad exercendum Tabellionatus officium non admittendis, niſi primum per officialem Curiæ noſtræ Colonienſis examinatis & admiſſis: Cujus tenor ſequitur, & eſt talis:

Walramus Dei gratia &c. Dilectis ſibi Abbatibus &c. Quoniam morbum per noſtras civitatem & Diœceſin generalem, compluribus &c. ut ſupra.

Verum quia tam ſalubre ſtatutum, temporum injuria quaſi obliteratum invenimus, cujus tamen obſervationem noſtra ætate propter ſuccreſcentem hominum malitiam & plurima ſcandala, quæ experientia edocti, ex quorumlibet qui ſibi Tabellionatus officium uſurpant, tolerantia in noſtram rem publicam irrepſerunt: credimus hoc tempore apprime, multoque magis quam unquam antea neceſſariam. Quocirca idem ſtatutum præſentibus literis noſtris innovandum & corroborandum duximus, mandantes illud ſub pœnis inibi contentis firmiter obſervari. Et nihilominus, quoniam nimium multis graſſantibus, graviorem oportet adhibere vindictam, ut quos à delicto Virtutis Amor non retrahit, retrahat ſaltem pœnæ formido: & quia pœna unius, eſſe ſolet metus multorum: prædictis omnibus & ſingulis, per Officialem noſtrum non admiſſis & approbatis, & per ſigilliferum noſtrum minime annotatis, & in album Notariorum deſcriptis, Tabellionatus officium penitus interdicimus, ſub prædictis, nec non etiam falſi & confiſcationis omnium bonorum ſuorum pœnis: Quas illos, quemcunque Tabellionis actum exercentes, incurrere volumus ipſo facto, ad illarum declarationem adverſus eosdem acerrime, prout de jure proceſſuri, & procedi curaturi. Sciturisetiam prædictis contraventoribus, quod eorundem ſcriptoribus, Relationibus, ſeu actibus quibuscunque nulla penitus in judicio, vel extra fides adhibebitur. Et ne quis hujus ſaluberrimæ ordinationis ignorantiam, quovis modo prætendere valeat, præſentes literas in Curia noſtra Archiepiſcopali, ac omnibus & ſingulis indiciis, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus noſtrarum Civitatis & Diœceſis, nec non etiam per Decanos Chriſtianitatum in ſuis ſynodis publicari præcipimus. Datum in arce noſtra Popelſtorff menſis Septembris penultima, Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto.

CCXVI.

Des Officialis zu Cölln Statutum wider diejenigen, ſo ſich heimlich verloben und copuliren laſſen, de Anno 1527.

OFficialis curiæ Colonienſis, univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, Parochialium Eccleſiarum, & Capellarum Rectoribus, Plebanis & Vice-Plebanis, Capellanis curatis &

non curatis, cœterisque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque, per Civitatem &, Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis nobis ſubjectis, ſalutem in Domino, & noſtris hujusmodi obedire mandatis. Querelam gravem pro parte honorabilis Domini Joannis Trip, Reverendiſſimi Domini noſtri, Domini Hermanni, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, Principis Electoris &c. Procuratoris fiſcalis, recepimus in effectu continentem. Quod cum nedum de jure, verum etiam ex ſtatuto, ac antiqua & laudabili ab immemorabili tempore citra obſervata conſvetudine dictæ Eccleſiæ Colonienſis, clandeſtina conjugia fuerint & ſint prohibita, nec non taliter matrimonia contrahentes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, atque cum matrimonia inter aliquas perſonas fuerint contrahenda tres proclamationes in Eccleſiis Parochialibus, ſub quarum Parochiis hujusmodi perſonæ natæ ſuerint, aut moram traxerint, ſeu domicilium foverint, publice de Ambonibus, ſeu aliis conſvetis & publicis locis, populi multitudine ibidem ad divina audiendum congregata & tribus diebus feſtivis à ſe invicem diſtantibus præmitti conſveverint & debeant, ut intra illum terminum, ſi alicui impedimentum aliquod occurrerit & obſiſtat, opponat: non licuerit prætactis perſonis per Civitatem & Diœceſin Colonienſem conſtitutis, & in eisdem moram trahentibus, matrimonia clandeſtina, aut alias aliunde, niſi hujusmodi proclamationibus prætacto modo factis, præviis contrahere: Nihilominus tamen frequenti & aſſidua fama prævia, & quod dolenter referimus, evidentia facti id acclamante, ad aures noſtras diverſis cum querelis, & per medium dicti procuratoris fiſcalis pervenit, quomodo plures perſonæ, prælibato Reverendiſſimo Domino noſtro Archiepiſcopo Colonienſi, & nobis ſubjectæ, inter quas plura impedimenta, quo minus matrimonium invicem contrahere potuiſſent, comperta fuerint, & in eventum, quo proclamationes prætacto modo factæ præceſſiſſent, indubiè hujusmodi impedimenta oppoſita fuiſſent, timore Dei poſtpoſito, propiæque ſalutis poſt immemores, nedum extra ſuam Parochiam, verum etiam Diœceſin Colonienſem, hujusmodi proclamationibus etiam minime præviis, ſe matrimonialiter copulati fecerunt, & paſſim faciunt, atque ſuos plebanos ad easdem perſonas, ac ſi in earundem Eccleſiis debite copulatæ fuerint, pro conjugibus legitimis habendas, tenendas & reputandas, compellere niſi fuerunt, & paſſim nituntur: non obſtante, quod inter aliquas ex eis notoria, quo minus in matrimoniis hujusmodi perſiſtere poſſint, obſiſtant impedimenta, unde plura ſcandala exorta ſunt, & quotidie magis ac magis exoriuntur in earundem animarum gravia pericula. Nos igitur Officialis præfatus, hujusmodi ſcandalis & periculis, quantum poſſumus, obviare cupientes, pro parte ſupradicti Domini Joannis Trip, Procuratoris fiſcalis ſuper hoc requiſiti, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, authoritate noſtra præſentium tenore diſtricte præcipiendo committimus & mandamus, quatenus perſonas ſupradictas, quæ inter ſe, (ut præmiſſum eſt) matrimonium clandeſtine contraxerint, & quæ ſe tribus proclamationibus, tribi diebus feſtivis à ſe invicem diſtantibus, in earum Parochialibus Eccleſiis non prævis, ac ſine licentia ſui proprii Paſtoris, extra ſuam Parochiam, ſive etiam Diœceſin Colonienſem, matrimonialiter copulari fecerunt in veſtris Eccleſiis & capellis ac aliis locis publicis, ubi, quoties & quando expediens fuerit, excommunicatos publice nuncietis, & ut tales evitetis, & ab aliis quantum in vobis fuerit, nunciari & evitari faciatis, donec Deo & Eccleſiæ ſatisfecerint, ac abſolutionis beneficium a dicta excommunicationis ſententia à nobis meruerint obtinere: Inhibentes nihilominus vobis Chriſtianitatum Decanis, Paſtoribus, ac Rectoribus Eccleſiarum & Capellarum, Plebanis, Vice-Plebanis, Capellanis, Presbyteris & aliis ſupradictis, nec non quibuscunque utriusque ſexus perſonis, per Civitatem & Diœceſin Colonienſem prædictas ubilibet conſtitutis, ſub dicta Excommunicationis & quinquaginta Florenorum aureorum, præfato Reverendiſſimo Domino noſtro, ſi commiſſa fuerint, applicandorum pœnis, prout vobis & ipſis ſic præſentium tenore inhibemus, vobis videlicet Chriſtianitatum Decanis, Paſtoribus, ac Rectoribus Eccleſiarum & Capellarum, Plebanis & Vice-Plebanis, Capellanis, Presbyteris, & aliis ſupra dictis, ne tales perſonas, quæ inter ſe, (ut præfertur) matrimonium clandeſtine contraxerint, & tribus proclamationibus, tribus diebus feſtivis à ſe invicem diſtantibus, in earum matrice Eccleſia non prævis, ac ſine licentia ſui proprii Paſtoris, extra ſuam Parochiam, ſive Diœceſin Colonienſem taliter qualiter matrimonialiter copulari

lari ſe fecerunt, pro conjugibus legitimis minime admittatis, teneatis & reputetis: quin imò, ut excommunicatos publice evitetis, & vitari procuretis. Ipſis vero utriusque ſexus perſonis ſupradictis veſtris Parochianis, ne de cætero aliunde & extra ſuam Parochiam, ſeu etiam Diœceſin Colonienſem, absque licentia ſui proprii Paſtoris, & tribus proclamationibus modis & formis, prout præſcribitur, minime prævis, matrimonium ſolennizet, ſeu matrimonialiter, ſe copulari faciant, publice vel occulte, quovis quæſito etiam ad hoc colore, vel ingenio. Alioqui contra ipſos contrarium facientes & hujusmodi noſtro mandato non parentes, ad dictæ Excommunicationis ſententiæ declarationem, ac pœnæ pecuniariæ exactionem, arctius, quo de jure poterimus, procedemus, & procedi faciemus, niſi ſaltem intra ſex dies poſt præſentium inſinuationem & publicationem ipſis factam proxime ſequentes, cauſas coram nobis rationabiles, quare præmiſſa fieri non debeant, & ad ea non teneantur, allegaverint dicto Domino Joanne Trip, Procuratore Fiſcali, ad hoc legitime vocato. Reddite literas ſigillatas, & debite executas. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo ſeptimo, menſis Septembris die 28.

CCXVII.

Churfürſts Hermanni V. zu Cölln Reformation des hohen geiſtlichen Gerichts in ſeinem Ertz-Stifft, de Anno 1528.

HErmannus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps & Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux Legatusque natus &c

Quanquam à Recolendæ memoriæ retro Principibus prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ noſtræ Colonienſis Archiepiſcopis, cum alia multa, tum ea, quæ ad Judiciorum Ordinem pertinent, ſumma cum providentia conſtituta ſint, eaque Jurisdictioni noſtræ Eccleſiaſticæ exercendæ, forma data, ut ſi hominum & temporum malitia ab ea paulatim diſceſſum non fuiſſet, judicia haberemus, priſtino illo ſuo vigore decurrentia, ne tantas indies queremonias aures noſtræ ſuſtinerent. Verum quum, quod & aliis omnibus in rebus uſu venire videmus, ut ea quæ rectiſſimè ſancita ſunt, partim abutentium nequitia depraventur, partim etiam malorum improbitate penitus aboleantur, conſtitutionibus quoque prædeceſſorum noſtrorum, quæ de exercendis judiciis emanarunt, evenerit & quidem pernicioſiſſime: (quid enim Reipublicæ damnoſius contingat, quam cum Judiciorum vigor & tribunalia, ubi juſtitia (qua ſine, nulla hominum ſocietas conſiſtit) adminiſtranda eſt, vitium contrahunt & à recto tramite aberrant? Id circo cum nihil æque principis officio conveniat, quam ut juris juſtitiæque viam omnibus patentem faciat, his, quæ remorantur obſtaculis procul amotis, operæ precium Nobis viſum eſt Jurisdictioni noſtræ Eccleſiaſticæ corrigendæ animum adjicere. Adhibito itaque tam venerabilis Capituli noſtri, quam Jurisperitorum conſilio, initio ſtatuta bonæ memoriæ Theoderici & Roberti Archiepiſcoporum anteceſſorum noſtrorum ſuper hac re olim edita, innovavimus. Deinde cum novis morbis nova ſint apponenda remedia, per multa inſuper nova ſtatuta præſenti tempori ſervientia prioribus illis adjecimus, eaque in generali noſtra Synodo publicari mandavimus omnibus & ſingulis conſiſtorii noſtri ordinibus ſua munera præſcribentes.

De officiali.

Inprimis & ante omnia, Officialis huc ſpectet & intendat ut partibus expeditam & celerem juſtitiam faciat.

II. Officialis in omnibus audientiis usque in finem per ſeipſum præſideat, & patienter audiat & reſpondeat, niſi urgente neceſſitate avocetur.

III. Civitatem Colonienſem pro examinandis teſtibus, vel aliam ſimilem ob cauſam non exeat, niſi ex permiſſu noſtro, ne inde partes maximo Diſpendio & graviſſimis expenſis afficiantur.

IV. Advocatos diligenter & benigne audiat & reſpondeat. Inſtructiones Juris cuſtodiat, dubia non neceſſaria omittat: decreta certa, non conditionalia, ſed indubitata proferat, nec extranea & impertinentia faciat.

V. Reſponſiones partium & examina teſtium à quibus fere ſemper tota cauſa dependet, ipſe audiat: aut impeditus, non paſſim omnibus, ſed probis tantum & circunſpectis committat.

VI. Cauſas in prima inſtantia deleget, ut ad minimum duæ inſtantiæ in conſiſtorio noſtro peragantur.

VII. A Procuratoribus referentibus ad Jura nihil recipiet, niſi ab eo, qui per interlocutoriam ſuam, injuſte ad jura retuliſſe convincitur.

VIII. In excommunicando & abſolvendo partem ſervet gravitatem. Volumus enim excommunicationem,non niſi magna cum maturitate ſolis inobedientibus infligi: Inflictam verò,non facile & ex abrupto tolli, ne authoritas ejus vileſcat, & pars altera diſpendio afficiatur, quemadmodum enim habet ſtatutum Prædeceſſoris noſtri Domini Theodorici.

IX. Id quod & in interdicto ponendo ſervari præcipimus, & tanto magis quanto & cenſura durior & latius ſe porrigit, quemadmodum etiam in Domini Theoderici proſpectum eſt.

X. Et quo id maturius fiat, officialis noſter Notariis communibus &Bancalibus noſtris magno ſerio præcipiet, injunget, & mandabit, ne aliquod mandatum excommunicationis, ſeu declarationis, contra quemcunque ſcribant, niſi prioribus mandatis in perſonam contumacis legitime executis, aut conſtitò, quod talia mandata in notitiam indubitatam ejus pervenerint, quovis modo dent ſive tradant. Quod ſi eos ſecus feciſſe, aut excommunicationis ſeu declarationis literas nulliter extractas ob indebitam executionem, aut alias ipſorum vitio comperiatur ſtatim officialis noſter eos compellat eorum Expenſis nulliter excommunicato abſolutionem impetrare, cum omnium expenſarum & damnorum paſſorum refectione abſque procraſtinatione, & citra aliquod appellationis remedium,facienda.Et præterea ipſo facto, quoties in hoc ſtatutum noſtrum commiſerint incident in mulctam unius floreni aurei per noſtrum Fiſcalem exigendam.

XI. Et ne ſubditi noſtri inopinato Excommunicationi innodentur, & præcipitetur cenſura, quam convenit (eo quod medicinalis eſt) ſumma cum maturitate infligi. Volumus per Notarios & Bancales mandata immediatè excommunicationem præcedentia,quæ hactenus ad quintam, poſthac ad octavam diem: ubi verò per quatuor citationes proceditur quartam & ultimam, quæ hactenus ad primam, deinceps ad tertiam diem conſcribi. Per quod ſubditis noſtris, & bonis præcipitationis duritiem & moleſtiam, & malis frivolæ excuſationis materiam amputamus.

XII. Officialis impeditus quo minus præſideat, ſigillifero noſtro vices ſuas committat. Quod ſi hic fortè etiam impeditus ſit, alium ex Advocatis,ſtatus,honeſtatis & habit9 Clericalis.

XIII. Officialis noſter citra diligentem cauſæ examinationem & cognitionem, nullas inhibitionis literas contra Judices ſeculares ad liberandum reos in vincula conjectos & in criminibus notoriis comprehenſos: nec pro tuitione rerum ſeu Bonorum illorum hominum, qui conſcientia malæ cauſæ ex Diœceſi, noſtra ſe reddunt fugitivos, decernet.

De Sigillifero.

I. Ipſe & officialis circa Jurisdictionem noſtram diligentes ſint,unus alteri aſſiſtat,ac ſimul jurisdictionem noſtram contra violatores tueantur & defendant, ſeu ad nos referant, quemadmodum habent ſtatuta à Prædeceſſoribus noſtris edita.

II. Per ſe aut ſub-ſigilliferum ſuum Acta circa obſervationem terminorum,& alia diligenter revideat, an videlicet nullitates aliquæ admiſſæ ſint & an debitè ſcripta ſint per Notarios,& Rubricata & contineant tot verſus ſeu Rigas,dictiones,& Syllabas quod requirunt ſtatuta. Et Notarios in conſcriptione Actorum delinquentes,pro ſuo arbitratu & modo delicti corrigat.

III. Et generaliter cum Conſilio Officialis, exceſſus, negligentias, aliaque correctione digna Procuratorum,Notariorum,Bancalium, latorum Literarum & Audientiarii emendet.

IV. Et præſertim intendat animum, ut Bancales ſua officia ſedulo & probe exerceant, partes inutilibus expenſis non gravent, ſed ſtatutis obtemperent. In delinquentes verò & excedentes animadvertat,ut ſint aliis in exemplum, privatione ſcilicet officiorum aut ſaltem temporaria ſuſpenſione.

V. Ut notoria Presbyterorum crimina ſive exceſſus,quæ in ſcandalum vergunt Laicorum, non ſinat redimi pecunia,ſed perpetua aut temporali ſuſpenſione, aut alia pœna canonica pro modo culpæ corrigat.

De Advocato Fiſci.

Advocatus fiſci ſtatutum Domini Theoderici ſervet,copiam ſui, Procuratoribus fiſci faciat. Ut cauſæ fiſcales debitæ inſtituantur & peragantur, diligenter animadvertat. In conficiendis materiis exhibendis non tardum,ſed celerem ſe præbeat.

De Fiſcalibus.

Fiſcales ſtatuta Domini Theoderici aliorumque noſtrorum prædeceſſorum obſervent Proceſſum in contradictorio judicio, non niſi de conſilio Advocati fiſci incipiant, quo etiam frequenter utantur, ne ex incuria proceſſus, nullitatis argui contingat.

De cæteris Advocatis.

I. Clientes non inſtruant ad tenendam, vel occultandam veritatem.

II. Quod ſi aliqua per incuriam, vel ignorantiam, vel alias non admittenda, temere ſubſcripſerint,aut eorum vitio pars propter commiſſam nullitatem in inſtitutæ actionis ſuccumbat, teneantur parti læſæ ad refuſionem expenſarum,& refectionem damni,& ſervent ſtatutum Roperti ultimum.

III. Cauſas commiſſas poſt præſentationem Actorum, intra duos menſes ſub pœna reſtitutionis ſportularum expediant, niſi gratuitas cauſæ officiali ſignificanda aliud deſideret.

IV. Advocati & Procuratores Pauperibus, paupertatem juramento affirmantibus, gratis inſervient: quod ſi plures pauperum cauſæ occurrant eas officialis inter Advocatos & Procuratores diſtribuat, ne unus plus aliis gravetur. Volumus etiam quod quibuslibet litigantibus, juſtas tamen cauſas habentibus, contra quoslibet, cujuscunque etiam ſtatus & dignitatis ſint requiſiti fideliter inſervire teneantur.

De Procuratoribus.

I. Quod ſe non intromittant de his, quæ pertinent ad Advocatos, conficiendo libellos, articulos, & alias materias judicialiter exhibendas.

II. Nullam materiam exhibeant, quam quæ manu jurati Advocati ſubſcripta ſit, niſi Advocatus cauſam legitimam, quare ſe ſubſcribere nolit, alleget, & juramento ſuo approbet: quo caſu materias exhibendas, ſubſcriptione ſua ſignet officiali mittendas.

III. Quod ſi aliquam nullitatem aut negligentiam per incuriam, aut imperitiam commiſerint, de expenſis & damnis ea occaſione paſſis, absque appellatione & ulla contradictione, ad dictamen Officialis & ſigilliferi parti læſæ ſatisfaciant: id ſi facere recuſent, protinus ſuſpendantur.

IV. Et ſibi videant, ne aliquam cauſam occupent, aut in Judicio compareant, niſi mandatum ſufficiens ab omnibus, quorum nomine comparent, habeant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio. Præterea ſi ex defectu mandati, proceſſum in dubium revocari contingat: ipſi, non partes, diſpendium ferant.

V. Alium loco ſui absque permiſſu Domini Officialis, ſubſtituere non debent, nam per ſubſtitutiones iſtas ſæpius repetitas, partes non modo gravantur, imo ſæpius negliguntur, & proceſſus nullitatis ſimulantur.

VI. Ne partes nimium, ut hactenus,graventur, Procuratores in cauſis ubi conſcribantur Acta, pro eorum ſalario pro obſervatione terminorum, exhibitione Inſtrumentorum, conſtitutionum,libellorum & aliarum materiarum & jurium, habebunt tantum, quantum ſecundum numerum ſolidorum Notarius:ſed pro ſoliis, quibus libelli materiæ, jura, inſtrumenta, conſtitutiones, aliaque exhibita, vel atteſtationes teſtium inſcripta, & per eos diligenter reviſa ſunt, recipient unum Album. Ubi verò Acta extenſe non ſcribuntur, ſed duntaxat per modum protocolli, pro quolibet terminorum recipient unum album.

VII. Diligenter ſervari volumus ſtatuta Roperti quintum & quartum à fine, nec non penultimum & ultimum, ſub pœnis in eisdem expreſſis: In quibus transmittendis, prohibitam noſtrisOfficiali & Sigillifero omnem conniventiam volumus.

VIII. Procacem & maledicum Advocatum & Procuratorem Officialis non ferat. Quod ſi vel ille ſcribendo, vel hic exhibendo, & proponendo,ultra quam litium expoſcit utilitas, in licentiam conviciandi & maledicendi temeritatem proruperint,præter infamiæ notam à Conſiſtorio amoveantur.

IX. Nullum Contractum cum Clientibus, lite pendente, ineant, ſed ſuis ſalariis contenti ſint.

X. Jurabunt, quod pecunias, quas à partibus recipient, juxta voluntatem partium diſtribuent, & partibus inde calculum verum & legalem reddent.

XI. Juramentum calumniæ non ita ut hactenus maxima cum levitate & ſolenniter, omnib9 capitulis illius recenſitis, & reverenter tactis ſacris,præſtabunt. Nolumus tamen,ut propterea talior in Actis extenſio fiat,quam hactenus.

De Notariis.

I. Notarii in omnibus audientiis perſonaliter præſentes erunt. Quod ſi ex inevitabili & urgenti cauſa impediti ſint, ex permiſſu Officialis alium Notarium juratum Conſiſtorii noſtri, non extraneum, ſubſtituent, juxta ſtatutum XLIII. & finale Domini Theoderici, quod ſervabunt nedum Notarii, ſed & alii officiarii, ſub pœna inibi expreſſa.

II. Nullos Actus, eis abſentibus, factos, vel alia ab eis non audita perſonaliter, ſubſcribant. Et ſi unus Notariorum juratorum,pro alio ſcripſerit, aut protocollaverit, ille idem deſcribat.

III. Notarii de quolibet folio regiſtri in utroque latere ſcripto, quorum unumquodque latus continebit triginta duas lineas,& unaquæque linea ad minimum quindecim ſyllabas, habebunt quatuor ſolidos monetæ Colonienſis currentis, nec exigent quicquam ultra, ſalvo beneficio pauperis, cui ſervient gratis, quemadmodum in Advocato & Procuratore ſupra ſcriptum eſt.

IV. Interpellati & ſubarrati pro completione Acto-

Actorum, non differant Acta conſcribere, ſed intra triduum decem folia perficere, & ita conſequenter, ſecundum numerum foliorum aſſcendendo, mandata quam primum abſolvere teneantur. Quod ſi negligentes fuerint, officialis & ſigilliſer cauſam ex eorum manibus eripient, & aliis Acta ſcribenda committent.

V. Et quam plurimum noſtra intereſt, ut in cauſis jurisdictionis legationis Apoſtolicæ, cita partibus fiat expeditio, Notario, ejusdem injungimus, ut celeriter ſcribenda conſcribat, & præſertim primum mandatum à requiſitione partis uno die. Et ſimiliter alias literas & mandata ocyus abſolvat, ſub pœna ſuſpenſionis & decem florenorum aureorum.

VI. Acta vero ſeu regiſtra debite conſcribant per ſe, aut alios idoneos & intelligentes, non autem per illiteratos & pueros, ſicut quandoque factum eſt, ſub pœna lacerationis Actorum, damno ipſorum, juxta ſtatuta Domini Theoderici.

VII. Ad ſuperflua & nimia extenſione ac multiplicatione verborum, quæ ad nihilum valent, niſi ut regiſtra reddantur ingentia, abſtineant: & in principio tantum cujuslibet menſis, ponant expreſſe annum Domini, deinceps per totum menſem illum omittendo. Volumusque ut breviter comparationem hinc inde, Procuratorum nominibus & cognominibus duntaxat expreſſis absque inani & vana titulorum ipſorum & partium ſuarum, aliarumque deſignationum non neceſſariarum repetitione extendant.

VIII. Privilegia, Inſtrumenta, Commiſſiones Apoſtolicas, reſcripta, libellos, Appellationes, querelas, aliasque materias & quæcunque Jura ſemel duntaxat Actis inſerant: Deinde ubi reexhibentur, reexhibitionis Actum tantum ſcribant, ſub notando principium & finem, cum remiſſione ad locum regiſtri ubi præſcripta reperiuntur.

IX. In extenſione Atteſtationum, ſolum neceſſaria, & non inutilia, extranea & impertinentia ponere debebunt, ut puta ſi teſtis dicit ſe neſcire, breviter annotet; Et ſi plura ſint interrogatoria, aut articuli conjuncti, ſuper quibus teſtis idem deponit, aut ſe neſcire dicit, non reputentur ſinguli articuli, ſeu interrogatoria, ſeparatim, ſed ſcribant, teſtem ſuper illo, ac aliis articulis ſubſequentibus, hoc vel illud depoſuiſſe, vel ſeſe expedire non potuiſſe, juxta modum & qualitatem depoſitionis.

X. In cauſis minimis non ſcribentur Acta extenſa, ſed tantum per modum Protocolli, juxta ſtatutum Domini Roperti, incipiens: In minimis tamen &c.

XI. Debebunt & tenebuntur pro eodem ſalario rubricare Acta, & Regiſtra diligenter revidere, ut recordent cum Actis & Protocollo.

XII. Statuta Dominorum Theoderici & Roperti exacte ſervabunt, & ſervanda jurent, & præſertim ſtatutum Domini Roperti decimum ſeptimum, incipiens: Item, Notarii nulli &c. quod eſt de non ſcribendo ſeu concedendo aliquod mandatum citationis aut monitionis, niſi partibus principalibus petentibus, ſeu conſtito ſaltem de mandato procurationis impetrantis, aut prævia cautione quod principalis ratificabit, ita quod ipſe in primo termino in contradictorio judicio ſervando, de mandato fidem faciat, ſub pœna inſerta fiſco noſtro committenda.

XIII. Notarii in prima citatione, vel monitorio emittendo, deſignabunt ſpecificè rem, vel cauſam, ſuper vel ex qua Actor intendit agere.

XIV. Notarii nullum mandatum reſpondenti ſubſcribant, niſi prævia reali ac judiciali exhibitione libelli ſive petitionis, & juxta tenorem hujusmodi libelli aut petitionis, mandatum ipſum extendant, videlicet, ut monitus libello articulato, aut petitioni ſummarie reſpondeat, neque etiam mandata aliqua per Procuratores, vel Notarios, Bancales, aut cauſarum ſolicitatores conſcripta, ſubſcribant, ſub pœna decem florenorum aureorum toties, quoties præmiſſis contraventum fuerit.

XV. Pignora & depoſita, in numerata pecunia & clenodiis reponibilibus conſiſtentia, intra octo dies debebunt ad ciſtam in armario Eccleſiæ Colonienſis exiſtentem per Notarios reponi, ſub pœna decem florenorum aureorum toties, quoties id actum non fuerit. Et amodò non habebunt aliquod ſalarium, ratione pignorum aut depoſitorum.

XVI. Tenebuntur Notarii & Bancales, tam Expenſas mandatorum & actorum, quam principalem ſortem, ſuper qua actum eſt, receptas in continenti partibus petentibus integre tradere, niſi legitima cauſa ſubſiſtente impediantur, quam eisdem exponent, ſub pœna decem florenorum aureorum toties, quoties &c.

XVII. Non habebunt Copiſtas (quos vocant) cauſarum, quarum ipſi Notarii ſint ſolicitatores: quibus etiam, niſi juratis, atteſtationes & dicta teſtium conſcribenda non committent.

XVIII.

XVIII. Diligenter examinabunt mandatorum executiones, an videlicet debite executa ſint, nec ne. Et ſi compererint, jam tres menſes a die executionis lapſos, ulteriora non ſcribant, ſed ultimum mandatum renovabunt per transfixum, idque etiam ſervabunt Bancales.

XIX. Eodem modo excommunicationum, cæterarumque declarationum mandata, poſt trimeſtre a die decreti elapſum, exequi nolumus, quod ſi contrarium factum fuerit, impetrans, qui tantam moram exequendi commiſit, excommunicato ſuis ſumtibus, modo tamen ei ſors principalis & expenſæ perſolvantur abſolutionem obtinebit. Non tenebitur tamen ea de cauſa excommunicato actione injuriarum, niſi alia cauſa ſubſit.

DE AUDIENTIARIO.

Audientiarius noſter accurate annotabit & regiſtrabit omnes citationes, tam vigore Mandatorum per Bancales noſtros ſcriptorum, quam per apparitorem ſeu curſorem noſtrum factas, quo ſciatur, quis contumax reputandus ſit, & quando, & quis a citatione (ut vocant) licentiandus ſit.

II. Et quam ſæpe numero contingit, partem citatam in termino comparere, & partem adverſam contentam reddere non poſſe, an cedere velit aut ne, an contendere & Juri ſtare, apud ſeſe nondum deliberaſſe: in ea ergo re ita ei conſulitur, ut in termino citationis, ab Audientiario noſtro petat, ſeu per quemlibet peti faciat dilationem. Dabit autem Audientiarius petenti parti, ſi intra Coloniam moratur, dilationem ad primam aut ſecundam: Si vero extra Coloniam degat, ad quadrageſimam, & in Adventu Domini, ad octo: Si vero extra ea tempora fuerit, ad quindecim dies. Lapſo vero termino præfixo, habebit utraque pars reſpicere & curare, ut ſua comparitio iterum annotetur: Actor quidem, ſive impetrans accuſando contumaciam citati non comparentis: Reus vero ſive opponens, petente a citatione & mandatis abſolvi ſeu licentiari.

III. Reputabit autem Audientiarius citatum, in termino non comparentem, contumacem; & admittet proceſſum contumacialem. Quod ſi in primo termino comparuiſſet, dilationemque petiiſſet, verum ſe in præfixo non præſentet, ſignabit proceſſum (ut vocant) per receſſum, & procedetur in contumaciam, donec reus eandem purgare curaverit. Si vero impetrans in termino primo aut prorogato non comparuerit, Audientiarius citato licentiatorium impartietur. Citato autem, in primo & in propagato termino comparente, Audientiarius Actorem remittet ad tribunal officialis noſtri, ad præponendum ſuam actionem: & nequaquam, proceſſum contumacialem admittet. In matrimonialibus cauſis, injuriarum, defloorationis, in citationibus cum literis inhibitionis, Arreſti, & cum literis univerſis, atque in cauſis ad proponendum actionem, juxta L. diffamari, C. de ingenuis, non procedetur in contumaciam. Nihilominus tenetur impetrans facere regiſtrari per Audientiarium. Alias citatus poteſt impetrare licentiatorium ab audientiario.

IV. Quod ſi Audientiarius per incuriam admittat proceſſum contumacialem, qui obcitati comparitionem admittendus non erat, aut licentiatorium in ſua audientia cautum ſignare neglexerit, tenebitur parti ex hoc læſæ ad refectionem expenſarum & damorum.

DE BANCALIBUS.

I. Sint honeſtæ vitæ, non ebrioſi, tabernari, aleatores, neque fornicarii, non hiſtriones, minui, aut immorigeri, ſuperioribus ſuis debitam reverentiam exhibentes, partes & omnes ſe accedentes, humaniter absque jurgiis audientes & expedientes, ſub pœna ſuſpenſionis, aut etiam privationis officiorum ſuorum ad arbitrium ſigilliferi noſtri.

II. Et quoniam iniquum eſt, aliquem falcem mittere in meſſem alienam noſtraque multum interſit, ut ordines officiorum Aulæ noſtræ non confundantur, nec quispiam officio & rei ad ſe non pertinenti ingerat ſeſe, nemo citra Notarios noſtros Bancales juratos, & per Sigilliferum noſtrum receptos & (ut vocant) inſtallatos, de officio Bancalium eorumque emolumentis, quovis modo ſe intromittat, contravenienti decem florenorum aureorum pœna infligenda, & noſtro fiſco applicanda.

Nemo Bancalium, proceſſum per alium Bancalem inchoatum occupabit, proſequetur, ſeu continuabit, aut abſolutionem ſuper alterius Notarii, ſeu Bancalis habito proceſſu, ſcribat. Nec unus Bancalium, ſolicitationem cauſarum alicujus partis, quam hactenus alter exercuit, acceptabit, niſi huic priori Bancali antea per partem principalem de ſalario & expenſis ſatisfactum ſit: Niſi aliud Sigillifero noſtro faciendum placuerit ſub pœna ſuſpenſionis, donec ſtatuto ſatisfiat.

IV. Ne expenſæ de expenſis fiant, non audietur contumax, niſi contumaciam integre purgaverit, videlicet per citationem cum literis, conſtitutionem Procuratorum, & omnium expenſarum refuſionem: alias Proceſſus ad Bancalem, deinceps continuandus, remittatur.

V. Bancales mandata ſua ſcribant debite, legibiliter & congrue. Nec amodo ſcribant mandata ſuper objiciendis in genere, ſed cum expreſſione rei, vel cauſæ inſerta, ſub pœna lacerationis mandatorum.

VI. Principale debitum a reis exactum, aut expenſas mandatorum per partes expoſitas, non recipiant ad ſe ſine conſenſu partis ſuæ. Et ſi quid de conſenſu partium in depoſitum receperint, illud partibus intra octo dies notificabunt, & partibus ipſis tradent integre ad quamcunque requiſitionem, ſub pœna ſuſpenſionis, & decem florenorum aureorum toties &c.

VII. Nullas expenſas a partibus recipient, niſi deliberatis mandatis ipſis, pro quibus illas recipient, ſub pœna ſuſpenſionis &c.

VIII. Quamdiu principale debitum non eſt ſolutum, aut partes concordatæ non ſunt, Bancales non procedant ſuper expenſis literarum, ſeu mandatorum, ne expenſas de expenſis faciant, ſub condemnatione expenſarum & ſuſpenſione per ſigilliferum noſtrum infligenda.

IX. Recognita non recipiant alibi, quam in Aula, officiali noſtro pro tribunali ſedente. Quod ſi alibi recognitiones receperint, neceſſe non habebunt adhibere duos idoneos, legales, & notos teſtes, ut ſi talem recognitionem in dubium revocari contingat, veritas erui poſſit.

X. Nolumus deinceps mandata aggravatoria, & contra judices, quæ ſequuntur excommunicationem, per Bancales noſtros, niſi ſervatis certorum dierum intervallis, extrahi, ita videlicet, ut intra ſingulorum talium mandatorum extractionem medient dies decem & quatuor.

XI. Nolumus etiam Procuratores, Notarios, ac Bancales, ſalarium ſuum a parte adverſa extorquere, ſed id a ſuis partibus aut recipiant, aut exigant. Eodem quoque tempore, quo pars condemnata ſolvit ſortem, ſolvet expenſas. Et quando componitur ſuper ſorte, debet etiam ſuper expenſis (quas tum taxari mandamus) componi, ut principalis cauſa & expenſarum ſimul tranſigantur.

XII. Huic præponetur quispiam fidelis & legalis, qui ut ita fiat curabit & reſpectum habebit pauperum, ſeque medium inter partes interponet, ac dilationem ſolvendi, ubi exigit pauperтas, obtinere conabitur.

De Curſore, ſive Apparitore.

Inprimis jurabit nobis, ac noſtris officiali & ſigillifero pro tempore exiſtentibus, & ipſorum ſucceſſoribus fidelitatem & obedientiam.

II. Curſor habebit claves conſiſtorii & Aulæ noſtræ, & ſemper hora audientiæ cauſarum erit in Aula Conſiſtorii noſtri primus & ultimus: Januas ejusdem Conſiſtorii claudere & recludere debebit.

III. Omnes paſſim citationes, videlicet primam ad cauſam, cum literis, præterea contra teſtes, citationes, quare pro contumacia, & ſimiles in noſtra civitate Colonienſi, & locis extra eandem, ad unum duntaxat milliare diſtantibus, idem per ſe aut ſuum ſubſtitutum habilem & idoneum rite & legitime faciet.

IV. De qualibet citatione prima ad cauſam, in dicta civitate noſtra facienda, recipiet quatuor Hallenſes. Item de citatione quare, pro contumacia, unum ſolidum Colonienſis monetæ, niſi eadem contra communitatem aliquam conventum, capitulum, fraternitatem, ſive Prælatum, utpote commendatorem, Balivum, Præceptorem &c. aut executores, curatores, ſive pupillorum & miſerabilium perſonarum tutores aut proviſores, aut hujusmodi ſtatus ſive conditionis homines fecerint, de quarum qualibet in civitate quidem noſtra habebit duos ſolidos monetæ Colonienſis, extra vero eandem faciendo, ad unius milliaris ab ipſa civitate diſtantiam, ſimiliter duos ſolidos recipiet.

V. Volumus quod quilibet Novitius in dicta curia noſtra ad aliquod officiorum aſſumptus, poſtquam fidelitatis Juramentum more conſveto præſtitit, pro introitum Apparitori Curiæ noſtræ duos florenos aureos intra quindenam ingreſſus ſolvet, aut ſeſe ſuper eo jure cum Apparitore componet. Viciſſim autem curſor ſingulis diebus veſpere poſt octavam horam pomeridianam, candelam ardentem ante imaginem glorioſæ virginis Mariæ ante aulam noſtram conſtitutam collocabit & ponet.

VI. Omnia paſſim Arreſta & quaslibet inhibitiones, de ſcitu tamen & expreſſo conſenſu noſtri officialis, paſſim in Civitate noſtra facere poteſt, & debet, & de quolibet arreſto octo ſolidos, & qualibet inhibitione duodecim ſolidos: ſed extra eandem civitatem intra unius milliaris ſpatium, decem & ſex recipiet ſolidos conſimilis monetæ Colonienſis. Viciſſim vero congeriem prunarum in loco ſigilliferi noſtri ad neceſſitatem ejusdem & cauſa liquefaciendæ ceræ per tempus brumale diſponet.

VII. Præterea cauſis & examini partium, quæ ſeſe ſuper matrimonio contracto, coram officiali ſeu ejus delegato impetunt aut impetere volunt intererit: & pro Jure ſuo tantum ſolidum cum dimidio recipiet.

VIII. In

VIII. In habitu decenti pro dicti noſtri Conſiſtorii honore incedere debebit.

De Tabellariis ſeu latoribus literarum.

I. Sint quatuor numero literarum latores jurati, qui jurent ſecundum formam antiquam, aut aliam eis præfigendam.

II. Fideliter & absque mora defendant & præſentent literas exequendas, & executas reportent.

III. Exhibeant ſeſe morigeros, non autem inſolentes, nec quicquam recipiant, quo minus mandata exequenda præſentent. Quod ſi favore, aut pecunia corrupti, mandata penes ſe retinuerint, aut non executa reportaverint, absque cauſa legitima, officio privabuntur, & punientur pœna X. florenorum aureorum toties &c.

IV. Deferent arma Domini Reverendiſſimi non ſolum in Diœceſi, verum etiam in civitate Colonienſi, ac obſervabunt profectiones, ſeu Reiſas ſuas (ut vocant) viciſſim.

V. Deputabitur etiam aliquis nobis Juratus, legalis & fidelis, in magiſtrum Nunciorum ſeu latorum, qui, & nullus alter, omnia mandata emittenda & exequenda, a noſtris fiſcalibus & Bancalibus recipiet, & Latoribus deferenda tradet. Exibuntque Latores cum mandatis, die eisdem per dictum magiſtrum nunciorum de conſenſu ſubſigilliferi præfigendo, & revertentur in termino ſimiliter eisdem, juxta diſtantiam locorum & Reiſæ aſſignando, ſub pœna unius floreni aurei.

VI. Magiſter autem Nunciorum, per Latores mittendos, Fiſcales & Bancales faciet certiores diei, cum ipſi Latores cum mandatis egredientur.

VII. Item dabit Latoribus literarum una cum mandatis chartam quandam Papyream, in capite cujus hæc vel eis ſimilia verba ad mandatorum executores (qui erunt ex hac ordinatione noſtra nova paſtores ipſi, aut eorum Vicecurati & nulli alii) ſcribet: Honorabiles Domini, divinorum Rectores & mandatarum Executores, exhortor vos, ut in hanc chartam diem adventus præſentium literarum latoris ad vos, & quot numero mandata exequenda vobis præſentaverit, & quod ex eisdem executi ſitis, nec ne reſcribatis. Executor autem reſcribet hac forma: Tali die N. tot N. mandata, mihi N. divinorum Rectori, N. exequenda præſentavit, quorum tot N. ſum exequutus. Cauſam vero non executorem mandatorum in marginibus mandatorum ſcripto ſignificabit.

GENERALE.

In Conſiſtorio noſtro ſuſpendetur tabula ſcripta, continens ſalarium Procuratorum, Notariorum, Audientiarii, Bancalium, literarum latorum, pro unoquoque mandato. Et quilibet eorum jurabit, contenta illius ſervare velle: nec ultra illam taxationem exigere, vel recipere, ſub pœna privationis officiorum ſuorum præſumant.

De Proceſſu.

I. Serventur in omnibus & per omnia tabula in conſiſtorio pendens, & ſtatuta Domini Roberti.

II. Cum hactenus variatum ſit in Proceſſu contra Judices, & circa innovationem brachii ſecularis, unde plures ſubortæ ſunt diſſenſionum materiæ, quas amputare volentes & poſt ſtatuta Domini Theoderici, ea de re edita, ſancimus, quod ubi aliqua mandata contra Judices emittuntur, eadem Lator noſter Juratus, Paſtori Parochiæ in qua excommunicatus moriatur, tradet & ſtatim Paſtor eadem perferet ad præfectum, ſeu Judicem temporalem ibidem, eidemque mentem & ſententiam eorundem exponet, ut ſciat, an reus ob meram contumaciam, an vero ob non paritionem rei judicatæ, vel non ſolutionem recogniti, vel confeſſati, excommunicatus ſit, aut ob meram contumaciam. Præfectus, ſeu Judex temporalis non expectata citatione quare, deſignabit Paſtori diem certam, qui erit intra octo dies poſt terminum executionis, qua apprehenſurus & repoſiturus erit contumacem in vincula & bona ejus poſiturus in Arreſto, donec excommunicatus idonee caveat, quod contumaciam in forma Juris purgabit. Hoc reſponſo accepto, ſcribet Paſtor veram & debitam executionem in modum infra ſcriptum: Exequutum eſt præſens mandatum per me N. Rectorem Parochialis Eccleſiæ N. anno ut in mandato, die N. contra N. Judices per traditionem copiæ ad manus eorum, qui intellecto tenore mandati, reſponderunt, ſe die N. incarceraturos reum, & bona ejus arreſtaturos: quod proteſtor &c. præſentibus &c.

III. Quod ſi ob non paritionem rei judicatæ, aut non ſolutionem recogniti, ſeu confeſſati, quis excommunicatus fuerit, Præfectus ſeu Judex temporalis poſt receptum, & intellectum mandatum contra Judices, deſignabit Paſtori diem pro pignora erit daturus. Et ſcribet Paſtor executionem ſub hac forma: Executum eſt hoc mandatum Die N. per me N. Rectorem Parochialis Eccleſiæ N. contra N. judices, qui intellecto tenore mandati, reſponderunt ſe die N. Actori ad ejus requiſitionem in

loco Judicii, ſub quo Reus habet domicilium, ſe tradituros pignora, quod proteſtor &c.

IV. Comparebit pars impetrans utroque caſu diebus deſignatis, per ſe, aut Procuratorem, aut curſorem Juratum, cum taxatione expenſarum totius habiti Proceſſus, Sigillo Curiæ noſtræ ſignata, quam judicibus præſentabit. Et priori caſu: ubi reus ob contumaciam excommunicatus eſt, dabit incarcerato dari ſolita alimenta. Præfecto vero & nuncio judicii ſui Jura infraſcripta, hactenus dari conſveta, & incarcerabitur Reus, & arreſtabuntur bona ejus tam pro ſorte & pro taxatis prædictis, quam expenſis viatici, quas ſingulis diebus ad unam marcam Colonienſem computari volumus: Nec non pro expenſis ibidem in Judicio fieri neceſſariis. Poſteriori vero caſu, ubi ob rem liquidam excommunicatus eſt Reus, dabunt Judices tam pro ſorte, quam expenſis prædictis (quemadmodum dictum jam eſt) computandis parti impetranti idonea & ſufficientia pignora, in modum infra ſcriptum, videlicet, ut primum dent mobiles, quæ ſine expenſis & ſumptibus non conſervantur, ut puta vina, equos, boves, aliaque pecora & res ſimiles. Quod ſi illæ præſto non ſint, dent ex ſupellectili & utenſilibus. Quod ſi deſit ſuppellex, dent immobilia bona: quod ſi neque immobilia bona habeat excommunicatus, conjicietur Reus in vincula, donec bonis ſuis cedat in formâ Juris, ſalvis Theoderici ſtatutis.

V. Datis pignoribus, procedatur hoc modo nam ſi res mobiles ſumptuoſæ datæ ſunt pignori, reſervabuntur usque in diem tertium: interim licebit excommunicato luere pignus, & ſolvere ſortem & expenſas creditori, ſeu impetranti. Quod ſi intra triduum non fecerit, taxabuntur pignora a Juratis, & vendentur: fietque Creditori ex precio redacto ſolutio ſortis & expenſarum, niſi valor pignorum ſorti & expenſis æquetur: quo caſu dentur pignora in ſolutum: quod ſi meliora ſint pignora, creditor illis receptis, precium, in quo ſortem & expenſas excedunt, excommunicato reſtituet.

VI. Quod ſi in Pignus data ſit ſupellex, ut enſilia, & aliæ res mobiles, quæ non expoſtulant ſumptus, ut ſunt ciſtæ, lecti, lectiſternia, veſtes, currus, aratra, carrucæ &c. reſervabuntur res tales diebus decem & quatuor: interim poteſtas erit excommunicato easdem luendi. Quod ſi factum fuerit, taxentur & proclamatæ exponentur vendendæ, ut ex precio Creditori ſatisfiat, aut ſi emptorem non invenerint, dentur in ſolutum, quemadmodum de prioribus mobilibus bonis dictum eſt.

VII. Verum ſi nullæ Res mobiles præſto ſint, dabuntur bona immobilia, videlicet domus, Vineæ, Horti, agri & ſylvæ &c, hoc pacto, ut primum per Juratos æſtimentur, deinde tribus diebus dominicis continuis proclamatio fiat in Eccleſia ad reſciſcendum, an quispiam ex conſangvineis & attinentibus excommunicato, ſeu alius ſit qui eadem majoris emere velit. Quod ſi venerit, tradentur Creditori, ſeu impetranti, qui eis anno & die, hoc eſt, anno toto & ſex ſeptimanis utetur, & fruetur: Interea integrum erit excommunicato, ſeu ejus proximis & conſangvineis, eadem bona redimere, ſoluta ſorte & expenſis: nemine vero hujusmodi res luente intra annum & diem, faciet creditor ſeſe ad easdem res per judicem, ſecundum conſvetudinem judicii & loci immitti, & easdem pro debito ſibi adjudicari.

VIII. Cæterum ſi excommunicatus repoſitus ſit in vincula, quod neque mobilia neque immobilia Bona habeat, detinebitur in Carceribus, quamdiu creditor ſeu impetrans ſolverit ſingulis diebus pro alimentis incarcerati quatuor Hallenſes, & Nuncio, ſeu commentarienſi etiam quatuor Hallenſes pro Jure carceris. Quod ſi creditor, ſeu impetrans octo diebus id facere neglexerit, Nuncius impune incarceratum dimittet: & erit mandatis officialis noſtri pro illa vice ſatisfactum.

IX. Ex eo vero tempore, quo excommunicatus apprehenſus & receptus eſt in carcerem, continue erit in vinculis: nec dabitur ei copiæ quoquam exeundi, donec mandatis realiter paruerit.

X. Ut autem fraudi, quæ circa taxationem Bonorum quandoque adhibetur, occurramus & volumus res per taxatorem juſte atque ita æſtimari, ut ſi non inveniant emptorem, qui tanti eas comparare in animum inducat, Actor quoque easdem multo minoris faciat, & tanti accipere recuſet, ipſe taxator easdem precio æſtimato recipere compellatur.

XI. Quod ſi Judices, ſive Præco, præſcripta noſtra ſtatuta prævaricati fuerint, contra eos juxta formam juris quibuscunque non obſtantibus procedatur.

Et hic finem accipiat Reformatio noſtra nova, qua ſingulis Conſiſtorii noſtri Eccleſiaſtici ordinibus, formam ac regulam exercendorum officiorum, & ſervandi proceſſus præſcripſimus. Ea quoque (ut putamus) omnia quæ emendationem exigebant, caſtigavimus. Quod ſi poſthac alia irrepant, quæ neceſſe ſit corrigere, novis morbis nova remedia dabimus, & ut tempus aliaque poſtulabunt, providebimus. Et qvoniam parum, imo nihil refert, bonas leges eſſe conditas, niſi eædem ad amuſſim ſerventur; Volumus ergo has noſtras Conſtitutiones per officialem noſtrum in ſancta Synodo proxima publicari, & deinceps ab omnibus nobis ſubjectis, ipſius quidem officialis & ſigilliferi cura & diligentiſſima providentia, obſervari. Quod procul dubio probi omnes ſua ſponte, maxima animi promptitudine & conſenſu facient, improbiores vero pœnis debitis adigentur. In fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, ſigillum noſtrum appendi curavimus. Datum in arce noſtra Arnsbergenſi, Anno a nato Chriſto ſupra milleſimum quingenteſimum viceſimo octavo, die Mercurii poſt Matthæi Apoſtoli.

Publicatio Reformationis præſcriptæ, facta Anno Domini 1528. in ſancta Synodo altera poſt Remigii.

Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps & Dominus noſter, Dominus Hermannus, Archiepiſcopus Colonienſis, Princeps Elector &c. Commodis & utilitati ſubditorum ſuorum diligenter invigilans inter alia multa, quæ ad Reipublicæ profectum & quietem ſpectare videbantur, ſumma cura uni rei optimæ quidem & ſaluberrimæ, nempe reformandæ Jurisdictioni Eccleſiaſticæ (quæ ob abutentium malitiam paſim male audiit) animum intendit, tandemque Reformationem abſolutam, Sigilloque gratiæ ſuæ reverendiſſimæ munitam, nobis officiali in hac ſancta Synodo publicandam deſtinavit, ita ut eandem quam primum fieri poſſit, excuſſam, omnibus, qui ejus copiam habere deſiderarint, communem faciamus.

Formulæ, ſecundum quas Mandata omnis generis, deinceps ſcribentur.

Forma primæ citationis ſuper objiciendis ad certam feriam.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus quatenus citetis peremptorie coram nobis Joannem, ad feriam ſextam poſt Epiphanias Domini, hora prima, ad inſtantiam Henrici eidem ſuper debito ſex florenorum & trium marcarum, ac duorum cum dimidio Alborum, ratione & ex cauſa emptionis & venditionis vini contracto, tempore comparitionis judicialis objiciendo, in juſtitia reſponſurum, Reddite literas ſigillatas. Datum anno Domimini milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo octavo, die Decima nona Menſis Decembr.

Petrus N.

Alia citatio ſuper objiciendis ad octavam diem.

Officialis curiæ Colonienſis, Plebano in Bukelmunt, ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis peremptorie coram nobis Petrum, ad octavum diem poſt executionem præſentium, ſi juridica fuerit. Alioqui ad proximam Juridicam, hora prima, ad inſtantiam Joannis eidem ſuper quadam pecuniarum ſumma, ratione & ex cauſa emptionis & evenditionis panni lanei ad N. florenos, quatuor Marcas Colonienſes pro quolibet floreno computando, calculo ſaniori ſalvo aſſcendente, & aliis in termino citationis hujusmodi objiciendis, in juſtitia legitime reſponſurum. Reddite literas ſigillatas & executus. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo nono, die penultima Decembr.

Petrus N.

Monitio, pro contumacia.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna ac univerſis ſalutem in Domino. Quia Joannes citatus peremptorie coram nobis ad diem Veneris octavam, menſis Januar. hora primæ, ad inſtantiam Henrici, non comparuit, ipſum contumacem judicavimus. Hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus moneatis & requiratis eundem, ut, intra octo dies poſt veſtram monitionem proxime ſequentes, nobis de contemptu judicii, partique de expenſis ſatisfaciat: alioqui ipſum in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatum publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas. Datum Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo nono, die prædicta.

Petrus N.

Wilhelmus Audientiarius.

Si perſona contumax reputata fuerit Eccleſiaſtica, inſeratur monitorio clauſula: Alioqui hoc modo:

Alioqui ipſum ab officio divinorum & ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendimus, quam ſuſpenſionem, ſi per ſequens triduum animo (quod abſit) ſuſtinuerit indurato, in his ſcriptis eundem excommunicamus, ſuſpenſum & excommunicatum publice nuncietis & teneatis &c.

Si perſona Eccleſiaſtica, nobilis, aut alterius ſtatus, vel præeminentiæ, monitori pro contumacia parere neglexerit, ſcribatur citatio Quare, ante Excommunicationem, hoc modo:

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Berca, ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis peremptorie coram nobis validum Virum, Joannem armigerum, ad octavam diem poſt executionem præſentium, ſi Juridica fuerit: Alioqui ad proxi-

mam diem Juridicam, hora primæ, ad inſtantiam Pauli ad dicendum & allegandum coram nobis cauſam rationabilem, quare per nos pro contumacia excommunicari, ſeu ut talis denunciari non debeat, cum intimatione debita & conſveta. Reddite literas ſigillatas. Datum Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, viceſimo nono, die viceſima ſecunda menſis Januarii.

Petrus N.

Excommunicatio promonitione pro contumacia.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna, ac univerſis ſalutem in Domino. Cum nos jam dudum excommunicaverimus Joannem pro contumacia, ad inſtantiam Henrici, Mandatis competentibus, nec curat parere neque abſolvi: Hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus ipſum ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, campanis pulſatis, candelis accenſis & extenſis, & extinctis, excommunicatum publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas. Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono, die vigeſima ſecunda Januarii.

Petrus N.

Excommunicatio ſuper citatione, Quare.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bercka ac univerſis ſalutem in Domino. Quia validus Vir, Joannes, armiger citatus peremptorie coram nobis ad diem lunæ primam menſis Februarii, hora primæ, ad inſtantiam Pauli, ad dicendum & allegandum coram nobis cauſam rationabilem, quare per nos pro contumacia excommunicari ſeu ut talis denunciari non deberet, cum intimatione debita & conſveta, non comparuit, ipſum, quoad hoc contumacem judicavimus. Hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus ejus contumacia non obſtante, ipſum ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, campanis pulſatis, candelis accenſis & extinctis, excommunicatum publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo vigeſimo nono, die prædicta.

Petrus N.

Wilhelmus Audientiarius.

Monitio contra vicinos.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna ac univerſis ſalutem in Domino. Cum nos jam dudum Joannem excommunicaverimus pro contumacia ad inſtantiam Henrici, mandatis competentibus præmiſſis nec curat parere neque abſolvi, hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus moneatis & requiratis duodecim vicinos ejus proximiores, ut intra octo dies poſt veſtram monitionem & præſentium executionem ipſis factam, a communione & participatione ipſius excommunicati penitus ceſſent & deſiſtant, neque ei, hujusmodi excommunicationis ſententia durante, emendo, vendendo, hoſpitando, aut aliquo alio humanitatis ſolatio, verbo, vel facto communicent, aut communicare præſumant quovis modo: Alioqui ipſos in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos cum dicto principali Reo publice nuncietis & teneatis: Reddite literas &c. Datum Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo nono, die 23. Febr.

Petrus N.

Excommunicatio contra duodecim vicinos.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna, ac univerſis, ſalutem in Domino. Cum nos jam dudum N. una cum duodecim vicinis ejus proximioribus illi participantibus, excommunicaverimus pro contumacia, ad inſtantiam Henrici, nec curant parere, neque abſolvi: Hinc eſt quod mandamus vobis, quatenus ipſos ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, campanis pulſatis, candelis accenſis & extinctis excommunicatos publice nuncietis & teneatis: inhibentes nihilominus omnibus & ſingulis utriusque ſexus hominibus, veſtris Parochianis, ne de cætero dicto excommunicato emendo, vendendo, hoſpitando, aut aliquo alio humanitatis ſolatio, verbo, vel facto communicent, aut communicare præſumant quovis modo: Alioqui ipſos contrarium facientes, in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos, publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas. Datum anno Domini &c.

Petrus N.

Monitio contra Judices.

Officialis Curiæ Colonienſis Plebano in Bonna, ac univerſis ſalutem in Domino. Cum nos jam dudum per plures menſes & dies Joannem excommunicaverimus pro contumacia ad inſtantiam Henrici, ac in tantum contra ipſum proceſſerimus, quod ſancta mater Eccleſia auxilium brachii ſecularis merito contra ipſum habeat invocare: hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus moneatis & requiratis prudentes & providos, Advocatum, Scultetum, Scabinos, & Præconem, cæterosque judicium temporale ibidem regentes, ut intra octo dies poſt veſtram monitionem, præfatum Joannem excommunicatum, per detentionem corporis & arreſtationem omnium Bonorum ejus mobilium & immobilium, ad ſanctæ matris Eccleſiæ unionem redire, & pro ſua abſolutione laborare compellant: alioqui ipſos in his ſcriptis excommunicamus,

mus, & excommunicatos publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas &c.

Citatio Quare, contra Judices.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna, ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis peremptorie coram nobis Advocatum, Scultetum, Scabinos, & Præconem, cæterosque judicium temporale ibidem regentes, ad octavam diem poſt executionem præſentium &c. ut ſupra, ad dicendum & allegandum coram nobis cauſam rationabilem, ſi quam habeant, quare pro eo & ex eo, quod ipſi quendam Joannem excommunicatum a nobis pro contumacia, ad inſtantiam Henrici, per detentionem corporis & Arreſtationem omnium Bonorum ejus mobilium & immobilium, ad ſanctæ Matris Eccleſiæ unionem redire, & pro ſua abſolutione laborare minime compulerunt excommunicari, ſeu ut tales denunciari mandari non debeant, cum intimatione debita & conſveta &c.

Excommunicatio contra Judices.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna ac univerſis ſalutem in Domino. Quia Advocatus, Scultetus, Scabini & Præco, cæterique judicium temporale ibidem regentes, citati peremptorie coram nobis ad Diem N. hora primæ, ad dicendum & allegandum cauſam rationabilem, quare excommunicari, ſeu ut tales, per nos denunciari mandari non deberent, pro, & ex eo, quod ipſi Judices quendam Joannem excommunicatum a nobis pro contumacia ad inſtantiam Henrici, per detentionem corporis & Arreſtationem omnium Bonorum ejus mobilium & immobilium, ad Sanctæ Matris Gremium redire, & pro ſua abſolutione laborare minime compulerunt, quamvis deſuper moniti & requiſiti fuerint, non comparuerunt, ipſos contumaces judicavimus: Hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus ipſos Judices, una cum dicto principali excommunicato, & ejus vicinis duodecim illi participantibus, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, campanis pulſatis, candelis accenſis & extinctis, excommunicatos publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas. Datum &c. die prædicta.

Wilhelmus Audientiarius.

Citatio ad videndum poni interdictum.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Brunwiler, ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis peremptorie coram nobis providos & circumſpectos viros, Advocatum, Scultetum, Scabinos, Præcones, cæterosque judicium temporale ibidem regentes, nec non honorabilem Dominum Petrum, Paſtorem ſeu divinorum Rectorem ibidem, ſi ſua putaverit intereſſe, ad feriam ſextam poſt Epiphaniæ Domini, vel ad octavam Diem &c. hora primæ ad inſtantiam Domini Joannis, Procuratoris fiſcalis reverendiſſimi Domini noſtri, Domini Hermanni, Archiepiſcopi Eccleſiæ Colonienſis, Principis Electoris &c. nec non Henrici, ad videndum & audiendum interdictum Eccleſiaſticum ibidem per nos poni pro, & ex eo, quod ipſi Judices dudum ob non paritionem brachii ſecularis contra ipſos executi, mandatis competentibus præmiſſis excommunicati, tanquam inobedientes, in ſententia excommunicationis hujusmodi perſiterunt, & quendam Joannem principalem a nobis pro contumacia ad inſtantiam dicti Henrici, per plures menſes & dies excommunicatum, per detentionem corporis & Arreſtationem omnium bonorum ejus pro ſua abſolutione laborare, & ad unionem ſanctæ matris Eccleſiæ redire minime compulerunt, vel ad dicendum & allegandum coram nobis cauſam rationabilem, quare præmiſſa per nos fieri non debeant, cum intimatione debita & conſveta. Reddite literas ſigillatas. Datum Anno &c.

Forma Licentiatorii.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Arrwiler, ac univerſis ſalutem in Domino. Comparuit coram nobis Joannes, aſſerens ſe citatum eſſe ad diem Sabbathi decimam nonam menſis Decembris, hora primæ, ad inſtantiam Petri, quem nos, quia nemo ex adverſo comparuit, ab inſtantia judicii licentiandum duximus prout tenore præſentium licentiamus, ſalvis expenſis de jure competentibus. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo, viceſimo octavo, die prædicta.

Petrus N.

Wilhelmus Audientiarius.

Forma monitorii generalis.

Officialis Curiæ Colonienſis Plebanis per Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis nobis ſubjectis, ſalutem in Domino. Vobis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ad inſtantiam venerabilis Viri, Domini Joannis Actoris, moneatis & requiratis omnes & ſingulos utriusque ſexus homines, Eccleſiaſticos & ſeculares, quorum nomina ſciveritis, aut latos præſentium vobis duxerit in ſpecie nominandos, reliquos vero in genere, ſolvere debentes & tenentes redditus, cenſus, fructus, penſiones, proventus, decimas frumenta, blada, pullos, agnellos, curmedas, cero cenſualia, pecuniarum ſummas, legata, accommodata, credita, ſalaria, deſervita, & expoſita pro ipſis ſeu aliquo

ipſorum,

ipſorum, ac alia jura & debita quæcunque, ad præfatum Dominum Joannem ſpectantia & pertinentia, ut intra octo dies poſt veſtram admonitionem, eidem Domino Joanni, aut ejus procuratori legitimo, de hujusmodi prætactis redditibus, cenſibus, fructibus, penſionibus, decimis, aliisque juribus & debitis quibuslibet ſub quacunque verborum ſpecie nominandis, ipſi dudum ceſſis ſeu debitis, detentis, & non ſolutis, ſatisfaciant, aut ſatisfieri procurent realiter & cum effectu: Alioqui ipſos, perſonæ Eccleſiaſticæ ſi fuerint, ab officio divinorum & ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendimus, laicales vero excommunicamus in his ſcriptis, quam ſuſpenſionem ſi ipſæ Eccleſiaſticæ perſonæ per ſequens triduum animis (quod abſit) ſuſtinuerint induratis, eosdem ex tunc propter hoc excommunicamus ſcriptis in iisdem ſuſpenſos, & cum dictis laicalibus perſonis parere negligentibus excommunicatos, publice nuncietis, niſi medio tempore coram nobis cauſas allegaverint rationabiles, quare admiſſa minime teneantur, parte altera ad hoc legitime vocata: Volentes etiam præſentes poſt annum a data præſentium minime valituras. Reddite literas ſigillatas, ac diem, modum ac formam executionis præſentium, una cum nominibus & cognominibus monitorum præſentibus nobis liquide reſcribentes. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo, viceſimo nono, die penultima menſis Decembris, ſcriptum per me, Petrum Peffer, Notarium.

Super monitione generali ſcribantur ulteriora mandata, prout ſuper monitione pro contumacia, niſi quod pro his verbis (pro contumacia) ponantur hæc verba (monitione noſtra competenti præmiſſa.)

De recognitis.

Si recognitum aliquod ſit duodecim florenorum Rhenenſium & ultra, ſuper quo procedi oportet ad effectum conſequendi ſolutionem, debet extendi in forma ſequenti, & magno ſigillo Curiæ noſtræ ſigillari.

Officialis Curiæ Colonienſis. Notum facimus omnibus & ſingulis, quod in Notariorum noſtrorum infra ſcriptorum, præſentia, audientia noſtra durante, perſonaliter conſtitutus Joannes, publice confeſſus fuit & recognovit ſe teneri & obligatum eſſe Henrico duodecim Florenos Rhenenſes, quatuor marcas pagamenti Colonienſis pro quolibet floreno computando, quos quidem duodecim florenos ſolvere collegit & promiſit in terminis infra ſcriptis videlicet in Epiphaniæ Domini quatuor, Lætare Hieruſalem totidem, reliquos vero quatuor Lanceæ & clavorum Domini feſtivitatibus proxime ſubſequentibus, cum comminatione tali, quod in aliquo terminorum hujusmodi moroſus compertus fuerit, reliquorum terminorum dilatione non gaudebit, una cum expenſis de jure competentibus. Actum & datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo, viceſimo nono, die decima nona menſis Decembris.

Subſcriptum per me Petrum Peffer, Notarium, & ego Gerhardus Halterem interfui.

Monitio ſuper recognito in forma extenſo.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Guel, ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus moneatis & requiratis Joannem, ut intra octo dies, veſtram monitionem proxime ſequentes, Henrico de recognito ſatisfaciat realiter & cum effectu: Alioqui ipſum in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatum publice nuncietis & teneatis, reddite literas ſigillatas. Datum &c.

Petrus N.

Si recognitum, ſuper quo procedi debet, ſit infra duodecim florenos Rhenenſes, non extendetur in forma, niſi de mandato officialis Curiæ noſtræ, ſed ſcribetur per modum monitorii hoc modo:

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Nuſſia, ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus moneatis, & requiratis Bernardum, ut intra octo dies poſt veſtram monitionem proxime ſequentes, Conrado de decem cum dimidio florenis ei debitis, & alias coram Notariis noſtris, Gerardo Halterem & infra ſcripto recognitis, ſatisfaciat realiter & cum effectu: Alioqui ipſum in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatum publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas. Datum anno Domini &c.

Petrus N.

Super iſtis duobus monitoriis pro recognito, procedetur, modo quo ſupra de contumacia dictum eſt, ſalvo quod loco illius verbi (pro contumacia) ſcribatur (pro recognito:) Et ſi recognoſcens eſt Eccleſiaſtica perſona, in monitorio inſeretur clauſula ſuſpenſionis modo quo ſupra: ſi vero teſtes recognitioni interfuerint, inſerentur in præmiſſis, & loco hujus complexi (coram Notariis noſtris &c. recognitis) ponetur, coram noſtro Notario infra ſcripto, in præſentia N. & O. teſtium ad hoc rogatorum recognitis &c.

Monitio in forma, Conqueſtus eſt nobis &c.

Officialis Curiæ Colonienſis Plebano S. Columbæ, ac univerſis ſalutem in Domino.

Conqueſtus eſt Nobis N. quod nonnulli utriusque ſexus homines iniquitatis filii, quorum nomina ad præſens in ſpecie ſe ignorare aſſerit, timore Dei poſtpoſito, auſu temerario ex domo habitationis ejusdem conquerentis, ſita in Lata platea intra civitatem Colonienſem, clam abſportarunt ſeu abſtulerunt certa clenodia aurea & argentea, domus utenſilia ſtannea & cuprea aliasque res non modicas, illas ſuis uſibus, aut alienis invito Domino damnabiliter applicantes, in animarum ſuarum grave periculum, & ipſius conquerentis damnum permaximum: ſuper quibus dictus conquerens & ad Nos recurſum habens, petiit ſibi opportuno juris remedio ſubveniri.

Hinc eſt, quod vobis mandamus, quatenus publice de ambonibus Eccleſiarum veſtrarum dum populi multitudo ibidem ad divina audiendum congregata fuerit, moneatis & requiratis omnes & ſingulos utriusque ſexus homines, hujusmodi rerum præſcriptarum ſurreptores, abſportatores, detentores, illosque hoſpitantes & ſcientes, aut ipſis conſilium & auxilium, ad ſacinus prædictum præſtantes, ac in præmiſſis reos & culpabiles quorum nomina ſciveritis in ſpecie, reliquos vero in genere, ut intra quinque dies poſt veſtram monitionem prænominato conquerenti hujusmodi ablata & clam abſportata, absque ullo illius incommodo reſtituant & reddant, ac emendam condignam deſuper præſtent, vel ſeſe ſuper damnis hujusmodi abſportationis cum eodem conquerente amicabiliter concordent; forefactores vero hujusmodi ſcientes, illos intra eundem præexpreſſum terminum revelent ſeu manifeſtent & nominent: Alioqui ipſos omnes & ſingulos tam forefactores, quam aſſervatores, hoſpitantes, ſcientes, & non relevantes, aut in præmiſſis culpabiles, monitioni noſtræ non parentes, in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos publice nuncietis & teneatis, niſi medio tempore, cauſas coram Nobis &c. ut ſupra.

Petrus N.

Excommunicatio deſuper per modum transfixi.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano S. Columbæ ac univerſis ſalutem in Domino. Cum nos jam dudum omnes & ſingulos utriusque Sexus homines forefactores, aſſervatores rerum & bonorum in mandato monitionis noſtræ, cui hæc noſtra Schedula eſt transfixa, latius expreſſos, ac illos hoſpitantes, ſcientes, & non revelantes, ipſisque conſilium & auxilium ad ſacinus hujusmodi, de quo in eodem monitorio noſtro, præſtantes aut alias in illis culpabiles, ob non paritionem ejusdem noſtri monitorii, ac inibi contentorum, excommunicaverimus monitione noſtra competente præmiſſa, nec curant parere, neque abſolvi: Hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus eosdem forefactores, ac omnes & ſingulos alios prætactos, ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis, campanis pulſatis, candelis accenſis & extinctis, excommunicatos publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas &c.

Petrus N.

Citatio cum literis.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano &c. ac univerſis ſalurem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis peremptorie coram Nobis Joannem ad feriam ſextam poſt Epiphaniæ Domini, hora prima, cum literis univerſis a Nobis contra Petrum obtentis, facturum & recepturum deſuper, quod juſtum fuerit & rationis. Reddite literas ſigillatas &c.

Petrus N.

Citatio cum literis in valvis, contra habentes literas, qui moram trahunt in locis, in quibus pro executione literarum facienda tutus non patet acceſſus, dummodo tamen de hoc legitime conſiterit.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano Beatæ Mariæ in Paſculo ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis peremptorie contra nobis Joannem, in Molheim commorantem, ſi ipſius præſentiam commode habere poteritis: Alioqui per affixionem præſentium, copiarumque dimiſſionem in valvis majoris Eccleſiæ & Aulæ Archiepiſcopalis Colonienſis, ad feriam quartam poſt palmarum & ad horam quartam poſt meridiem, cum literis univerſis a Nobis contra Henricum in tuitio commorantem obtentis recepturum deſuper, quod juſtum fuerit & rationis, cum intimatione debita & conſueta.

Petrus N.

Citatio contra Teſtes & partem ad videndum jurare teſtes.

Officialis Curiæ Colonienſis Plebano &c. (ſicut in una citationum priorum) ad jurandum de perhibendo, ac ad perhibendum veritati teſtimonium in cauſa inter eundem Joannem, Actorem ex una, & Petrum reum ex altera partibus, coram nobis indeciſa pendente, citantes, etiam eundem Petrum, reum, ad præfatam diem, ad videndum & audiendum dictos teſtes coram nobis produci, recipi,

admitti & jurare, nec non sibi terminum aliquem competentem, dandi interrogatoria, si quæ dare voluerit, per nos statui aliasque & alia fieri, prout jus & ordo dictaverit rationis. Reddite literas sigillatas &c.

Petrus N.

Citatio generalis ad procedendum in causa appellationis cum clausula certificatoria.

Officialis Curiæ Colonienſis, judex causæ, seu causarum appellationis, seu Appellationum & partium infra scriptarum, authoritate Metropolitica, vel ordinaria constitutus, Plebano in N. ac universis & singulis Presbyteris, Clericis, & Notariis publicis quibuscunque, Salutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus ad instantiam Petri Appellantis, citetis peremptorie coram Nobis ad aulam Archiepiscopalem Colonienſem, in qua Jura reddi solent, Joannem appellatum ad certam seriam, vel ad decimam quintam, seu octavam diem post executionem præsentium, si juridica fuerit: alioqui ad proximam diem Juridicam hora primæ, ad procedendum perque Nos & coram Nobis procedi videndum & audiendum in causa appellationis, sive appellationum pro ipso appellante a quadam asserta sententia diffinitiva, aut interlocutoria, sive decreto, per venerabilem Dominum Officialem Curiæ Monasterien. seu Bonnenſis, pro ipso Joanne appellato lata, sive lato, aliisque gravaminibus eidem appellanti per prædictum Dominum Officialem, ut asseritur, illatis, ad nos & sedem nostram Metropoliticam, vel ordinariam interpositæ & interjectæ, seu interpositarum & interjectarum, ac nullitatis, ac iniquitatis sententiæ, seu decreti hujusmodi ac totius processus desuper forsan habiti, attentatorumque & innovatorum quorumcunque ad omnes & singulos actus & terminos judiciales gradatim & successive, ac usque ad sententiam nostram diffinitivam inclusive cum competentibus dierum & terminorum intervallis, ac alias prout de jure fuerit procedendum & faciendum, cum intimatione debita & consueta, certificantes etiam eundem citatum, quod si in termino citationis hujusmodi coram Nobis comparere non curaverit, nos nihilominus ad præmissa omnia & singula, ac eorundem continuationem ulteriorem, etiam usque ad sententiæ nostræ diffinitivæ promulgationem, ac illius executionem inclusive, per aliorum mandatorum nostrorum desuper forsan decernendorum & emittendorum, verarum copiarum in Valvis majoris Ecclesiæ & Aulæ Archi-Episcopalis Colonienſis affixionem, eo inibi de cœtero, ut moris est, & non aliter vocato, contra eundem procedemus, & procedi faciemus justitia mediante, ipsius absentia non obstantibus. Reddite literas sigillatas, diem, modum & formam executionis præsentium nobis fideliter & liquide rescribentes. Datum &c.

Petrus N.

Citatio similis cum imploratione Juris subsidii in causa appellationis Leodienſis.

Officialis Curiæ Colonienſis, Judex causæ appellationis & partium infrascriptarum authoritate Metropolitica constitutus, venerabili Viro, Domino Officiali Leodienſi, salutem in Domino.

Vos in juris subsidium requirimus in domino pariter & hortamur, quatenus per vestros subditos citari mandetis & faciatis peremptorie, Coloniæ coram Nobis in & ad Aulam Archiepiscopalem ibidem, in qua Jura reddi solent, Joannem Leodii commorantem, appellatum ad certos diem & terminum competentes, ad voluntatem latoris præsentium assignandos, dummodo terminus citationis hujusmodi in se non minus quam duodecim dies, a die suæ executionis computandos, contineat, hora primæ ad instantiam Henrici etiam incolæ Leodienſis appellantis, ad procedendum, procedique videndum & audiendum per Nos & coram nobis in causa appellationis, pro parte dicti appellantis contra partem appellatam a vobis & auditorio vestro, ad nos & sedem nostram Metropoliticam Colonienſem interpositæ & interjectæ, ad omnes & singulos actus & terminos judiciales causæ ejusdem gradatim & successive, usque ad sententiam nostram diffinitivam conclusive, competentibus dierum & terminorum intervallis, ac alias prout de jure fuerit procedendum, cum intimatione debita & consueta certificand. &c. ut supra. Reddite literas sigillatas ac diem, modum & formam executionis præsentium, & quidquid in præmissis actum fuerit, nobis per vestros subditos fideliter & liquide rescribi mandetis & faciatis.

Datum Anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo nono, die viceſima nona Decembris.

Petrus N.

Citatio prima contra creditores.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebanis B. Mariæ in Paſculo Sanctorum Martini Minoris, Columbæ, Laurentii, & Albani, ac universis salutem in Domino.

Pro parte providorum virorum, Joannis & Wilhelmi, civium, sive incolarum civitatis Colonienſis, executorum seu manufidelium

lium Testamenti, seu ultimæ voluntatis quondam honesti Viri Adæ, dum vixit, incolæ civitatis prædictæ, nobis expositum extitit, quod licet præfatus quondam Adam, dum adhuc in humanis ageret, animæ suæ saluti providere volens, & ne intestatus decederet, suum rite & legitime condiderit & ordinaverit Testamentum, seu ultimam voluntatem, in quo prænominatos exponentes suos manufideles & ejusdem sui Testamenti executores constituerit & deputaverit, atque eisdem dispensationem rerum suarum, & bonorum sibi a Deo collatorum commiserit ipsique Executores exponentes parati fuerint, prout ad eos spectat, omnibus & singulis creditoribus præfati quondam Adæ testatoris, pro rata, & juxta quantitatem Bonorum per eundem testatorem relictorum, & per dictos Exeqvutores inventorum, liquidato prius debito, seu credito, satisfacere, nihilominus tamen nonnulli utriusque Sexus homines, asserentes dictum Adam testatorem sibi in diversis pecuniarum summis, damnis, rebus & interesse, ac aliis debitis tempore obitus sui remansisse obligatum, diversas actiones propterea contra eundem sibi competiisse, & nunc contra præfatos executores occasione acceptationis oneris hujusmodi testamenti, competere prætendunt. Hinc est quod Nos Officialis prædictus, pro parte dictorum executorum debita cum instantia requisiti, vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus ad dictorum Executorum instantiam, citetis peremptorie coram Nobis publice de Ambonibus Ecclesiarum vestrarum, populi multitudine inibi ad divina audiendum congregata, nec non per affixionem præsentium, copiarumque earundem dimissionem in valvis majoris Ecclesiæ & Aulæ Archiepiscopalis Colonienſis, ad aulam prædictam primo & pro prima dilatione omnes & singulos utriusque sexus homines, Ecclesiasticos & seculares, Creditores dicti quondam Adæ testatoris, ad feriam sextam post Epiphaniæ Domini hora primæ, ad proponendum, notificandum & insinuandum præfatis Executoribus debita, Actiones, pecuniarum summas, resque alias, in quibus dictus quondam Adam testator, tempore obitus sui eis remansit obligatus, computaturos desuper cum eisdem cum ipsi Exeqvutores (ut præmittitur) parati sunt unicuique creditorum hujusmodi (debito prius liquidato) juxta quantitatem bonorum relictorum, & per eos inventorum ad decretum nostrum satisfacere, certificantes insuper eosdem sic citatos & eorum quemlibet, quod si in termino citationis hujusmodi comparere non curaverint, & notificationem debitorum suorum, seu actionem dictis exeqvutoribus facere neglexerint; Nos ipsis & eorum cuilibet super suis actionibus & impetitionibus assertis perpetuum silentium imponemus & dictos executores ab eorum actionibus & impetitionibus hujusmodi absolvemus, ac ad executionem dicti Testamenti per eosdem Executores procedendum fore decernemus ac alias, prout justum fuerit, fieri faciemus justitia mediante, ipsorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstantibus. Reddite literas sigillatas. Diem sive dies, modum & formam executionis ac publicationis præsentium, & quicquid in præmissis feceritis, nobis præsentibus liquide rescribentes.

Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo, viceſimo octavo, die viceſima secunda Decembris.

Petrus N.

Citatio super expensis.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Lechnich ac universis salutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis &c. ut in una ex duabus primis formis, hora primæ ad instantiam Jacobi pro expensis responsurum vel super expensis Licentiatorii responsurum. Reddite literas sigillatas &c.

Sequuntur clausulæ citationum diversarum, in prima, vel secunda formis citationum locandæ, super quibus Notarii Bancales non procedent in contumaciam.

Super injuriis vel damnosis dato responsurum.

Super Matrimonio & illius occasione legitime responsurum.

Super jactatione matrimonii legitime responsurum.

Super reclamatione matrimonii legitime responsurum.

Super impedimento matrimonii legitime responsurum.

Super defloratione responsurum.

Super contributione ventris & puerperii responsurum.

Super agnitione prolis responsurum.

Ad videndum taxari mandari expensas.

Ad videndum statui alios terminos solvendi recognitum.

Ad luendum pignus.

Formæ Abſolutionum per Bancales ſcribendarum.

Abſolutio ſimplex.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Bonna, ac univerſis ſalutem in Domino Joannem reum excommunicatum a nobis pro contumacia, vel pro recognito ad inſtantiam Petri Actoris, Nos de conſenſu ejusdem Actoris in his ſcriptis, in Dei nomine abſolvimus. Abſolutum publice nuncietis & teneatis. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo octavo, die vigeſima tertia menſis Decembris.

Petrus N.

Abſolutio ad tempus.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano &c. ut ſupra. Nos de conſenſu ejusdem Actoris, in his ſcriptis in Dei nomine usque ad feſtum Epiphaniæ Domini proxime futurum incluſive, cum reincidentia, ipſo facto absque aliorum mandatorum noſtrorum expectatione abſolvimus, quem interim abſolutum & poſt tempus prætactum reintruſum & re excommunicatum publice nuncietis & teneatis, niſi aliud deſuper a Nobis receperitis in mandatis. Datum anno &c.

Petrus N.

Abſolutio pro defuncto excommunicato.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano &c. Quondam Hermannum, dum vixit, excommunicatum a nobis pro contumacia vel recognito ad inſtantiam Petri, nos de conſenſu ejusdem in his ſcriptis in Dei nomine abſolvimus: abſolutum publice nuncietis & teneatis, vobis tenore præſentium etiam indulgentes, ut funus dicti Hermanni in forma Eccleſiæ conſueta, Eccleſiaſticæ ſepulturæ licite tradere valeatis, dummodo tamen vobis conſtiterint ſigna pœnitentiæ in agone mortis, oneramus conſcientiam. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo vigeſimo nono, die vigeſima ſeptima Decembris.

Petrus N.

Abſolutio pro judicibus, qui ob non paritionem Brachii, ſunt excommunicati.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in N. ac univerſis ſalutem in Domino. Advocatum, Scultetum, Scabinos & Præconem, cæterosque temporale judicium ibidem regentes authoritate noſtra excommunicatos, pro, & ex eo, quod quendam Joannem per plures menſes & dies, etiam a nobis pro contumacia, vel recognito ad inſtantiam Petri excommunicatum, pro ſua abſolutione minime compulerunt laborare, nos in his ſcriptis de conſenſu dicti Petri abſolvimus, & abſolutos publice nuncietis & teneatis. Datum &c.

Petrus N.

Alia pro judicibus cum parte principali.

Officialis Curiæ Colonienſis &c. Joannem pro contumacia, nec non Judices temporales ibidem excommunicatos a Nobis, ob non paritionem monitionis noſtræ, ſive brachii ſecularis, ad inſtantiam Petri, nos in his ſcriptis de expreſſo conſenſu ipſius Actoris, in Dei nomine abſolvimus &c.

Petrus N.

Abſolutio in clandeſtinis pro duabus perſonis.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Juliaco, ac univerſis ſalutem in Domino. Joannem & Gretam Conjuges excommunicatos authoritate ſtatutorum ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis, pro & ex eo, quod matrimonium clandeſtinum ad invicem contraxerunt, in his ſcriptis abſolvimus: Abſolutos publice nuncietis & teneatis, volentes nihilominus quod dicti Conjuges hujusmodi matrimonium intra duos menſes a data præſentium proxime ſequentes, tribus proclamationibus a ſe invicem diſtantibus, legitime præhabitis, in facie Eccleſiæ (ut moris) ſolennizent, dummodo canonicum impedimentum non obſtiterit, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus: Alioqui ipſos conjuges poſt curſum prædictorum duorum menſium, in priſtinam ſententiam Excommunicationis reintrudimus, & excommunicamus reintruſos, & excommunicatos, ut prius, publice nuncietis & teneatis. Datum anno Domini &c.

Petrus N.

Si contractui teſtes adfuerunt, ſcribatur.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano &c. Joannem & Gretam conjuges excommunicatos authoritate ſtatutorum ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis, pro eo quod matrimonium clandeſtinum ad invicem contraxerunt, una cum Henrico & Petro, qui contractui prædicto interfuerunt in his ſcriptis &c. ut ſupra.

Petrus N.

Abſolutio pro una Perſona.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Xantis, ac univerſis in Domino. Gredam excommunicatam authoritate ſtatutorum ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis, pro eo quod matrimonium clandeſtinum cum Andrea dicitur contraxiſſe, nos in his ſcriptis abſolvimus: abſolutum publice renuncietis & teneatis, dummodo per ipſam non ſtet, quo minus dictum matrimonium

monium in facie Eccleſiæ, ut moris eſt, ſolennizetur, aliudque impedimentum legitimum non obſtiterit, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus.

Petrus N.

Abſolutio ſimplex pro teſtibus, qui contractui clandeſtino interfuerunt.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Düſſeldorp, ac univerſis ſalutem in Domino. Henricum & Conradum excommunicatos authoritate ſtatutorum ſanctæ Eccleſiæ Colonienſis, pro eo, quod contractui matrimoniali clandeſtino inter N. & N. ut teſtes interfuerunt, nos in his ſcriptis abſolvimus, abſolutos publice nuncietis & teneatis. Datum &c.

Petrus N.

Citatio cum litera abſolutionis ad effectum aliquem, juxta priora mandata in priſtinam excommunicationem reintrudendi.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Frechem, ac univerſis ſalutem in Domino. Vobis mandamus, quatenus citetis peremptorie coram Nobis Fridericum ad diem Veneris, octavam Menſis Januarii, hora primæ, ad inſtantiam Antonii, cum litera abſolutionis a nobis contra eundem Antonium obtenta, ad videndum & audiendum ipſum in priſtinam Excommunicationis ſententiam reintrudi, ac alias facturum & recepturum deſuper, quod juſtum fuerit & rationis. Reddite literas ſigillatas. Datum &c.

Petrus N.

Reintruſio.

Officialis Curiæ Colonienſis, Plebano in Frechem, ac univerſis ſalutem in Domino. Quia Fridericus citatus peremptorie coram nobis ad diem veneris, octavam menſis Januarii, hora primæ, ad inſtantiam Antonii cum litera abſolutionis a nobis obtenta & ad videndum & audiendum ipſum in priſtinam Excommunicationis ſententiam reintrudi, ac alias facturus & recepturus deſuper, quod juſtum fuerit & rationis, non comparuit, ipſum contumacem reputavimus. Quare ejus contumacia in aliquo non obſtante, ipſum juxta priora mandata in priſtinam excommunicationem reintruſimus, & ut prius excommunicavimus. Hinc eſt quod vobis mandamus, quatenus ipſum ſingulis diebus dominicis & feſtivis, campanis pulſatis, candelis accenſis & extinctis, juxta priora mandata, pro contumacia, vel recognito reintruſum, & ut prius excommunicatum publice nuncietis & teneatis. Reddite literas ſigillatas.

Datum anno Domini milleſimo quingenteſimo 29. die prædicta.

Petrus N.

Wilhelmus Audientiarius.

De Salario Procuratorum.

Procuratores habebunt pro ſalario ſuo, quemadmodum ſuperius in Reformatione nova, titulo de Procuratore, Statuto ſexto.

Pro obſervatione cujuslibet termini in cauſis ſummariis, qui in Actis non redigitur, recipient unum ſolidum.

De Notariorum communium Salario.

Notarii communes habebunt pro quolibet folio in Actis, tam pro ſcriptura quam rubricatura ſimul duos Albos: uti habetur in Reformatione noſtra titul. De Notariis, ſtatuto tertio & undecimo.

Similiter pro quolibet folio Actorum ſummarie conſcriptorum & eorundem rubricatura, habebunt ſimul duos Albos.

Pro ſingulis mandatis (qualia ſunt mandata Citationum, Monitionum, Excommunicationum, Abſolutionum, & iſtis ſimilia inferius non expreſſa) recipient duos ſolidos.

Pro annotatione ſeu protocollatione cujuslibet actus, ut puta receptionis, conſtitutionis, reſponſionis, ſeu recogniti, & aliorum ſimilium, recipient duos ſolidos.

Pro ſcriptura inhibitionis, Arreſti, declarationis, interdicti, citationis primæ, ſecundæ, & tertiæ contra creditores, abſolutionum ſuper declarationibus, revocationis, inhibitionis, relaxationis interdicti, Arreſti, commiſſionis, examinis teſtium, abſolutionis ad cautelam in cauſis Appellationum, Executorialium, in cauſis ſummariis, ſex Albos.

Pro ſcriptura decreti impoſitionis ſilentii contra Creditores duas marcas.

Pro ſcriptura Atteſtationum, ſeu dictorum teſtium, recipient tam a Producente, quam ab illo, contra quem ſeu quos producti ſunt, pro quolibet ſexternione quatuor marcas.

Pro copia Rotuli recipient ſimiliter tam ab Actore, quam Reo, pro quolibet ſexternione duas marcas.

Si contigerit Notarium communem teſtes extra Coloniam examinare, dabuntur eidem ſingulis diebus duæ marcæ, pro laboribus & fatigis illius, ultra quas producens faciet eidem expenſas. Notarius Jurisdictionis Legationis Apoſtolicæ pro primo ſexternione, cui querela, literæ Apoſtolicæ, commiſſiones, ac alia Jura inſeruntur, habebit duntaxat duas marcas Pro reliquis vero Actis, ſeu Regiſtro, tantum, quantum cæteri noſtri Notarii communes. Abſti-

nebit tamen deinceps a prolixiori non neceſſaria extenſione, tam Mandatorum quam Actorum, ne partes nimium ex hoc graventur.

Item de primo mandato absque inſertione literarum Apoſtolicarum, habebit unam marcam, ſi vero literæ Apoſtolicæ inſerantur, ſimiliter de declaratione & interdicto recipiet IX. Albos: de aliis vero mandatis unum Album.

De Salario Audientiarii.

Audientiarius pro Regiſtratura cujuslibet nominis, unum Hallenſem habebit.

Pro regiſtratura alicujus Communitatis, Capituli, Collegii, Conventus, Conſulatus, Executorum Proviſorum, Curatorum &c. unum Album.

Pro ſuſpenſione citati extranei unum Album.

Pro qualibet ſignatura receſſus extranei, licentiatorii contra ſingulares Perſonas, unum Album.

Pro ſcriptura documenti litis pendentiæ, unum Album.

De Salario Bancalium.

Bancales pro ſcriptura cujuslibet mandati usque ad monitionem contra vicinos excluſive, recipient quatuor Hallenſes, ſive in uno mandato una, ſive plures perſonæ comprehendantur infraſcriptis tamen exceptis.

Pro ſcriptura cujuslibet monitionis, excommunicationis contra vicinos, monitionis cum inſertione recogniti, citationis cum literis invalvis, excommunicationis ſuper conqueſtu, monitionis contra perſonam Eccleſiaſticam, Excommunicationis, quam præceſſit citatio quare, ac reintruſionis, unum ſolidum.

Pro ſcriptura mandatorum contra aliquam communitatem, conventum, Capitulum, fraternitatem, Executores, Judices, Tutores, ſeu Curatores, & his ſimiles, unum Album.

Pro ſcriptura cujuslibet abſolutionis, pro contumacia vel recognito, pro una, vel pluribus perſonis ratione unius cauſæ etiam pro abſolutione clandeſtina integra, vel media, vel proteſtibus, qui clandeſtino contractui interfuerunt unum ſolidum. Sed ſi pro communitate, ut ſupra aut pro Presbytero, nobili, militari, vel egregia aut Eccleſiaſtica perſona, pro cadavere, pro earum qualibet duos ſolidos.

Pro ſcriptura monitionis generalis conqueſtus, citationis ad videndum poni interdictum, unum album.

Pro citatione prima contra creditores ſex Albos.

Pro executione ejusdem citationis ſex Albos.

Forma taxandi viaticum delationis mandatorum ad loca Diœceſis Colonienſis infra ſcripta.

Profectiones ſeu Reiſæ (quas vocant,) quatuor Hallenſium.

In Partem Diœceſis ſuperiorem.
- Duiz.
- Bruil.
- Badorp.
- Berſtorff.
- Immendorp.
- Meſchenich.
- Pynſtorff.
- Swadorp.
- Surda.
- Walderberg.

In Partem lateralem, ſeu ultra Sylvam.
- Mechteren.
- Kriel.
- Gunterſtorff.
- Buckelmundt.
- Widerſtorff.
- Kyrdorp.
- Lœvenich.
- Bruwiler.
- Hærbel.
- Frechen.
- Baichem.
- Gluell.

In Partem Diœceſis inferiorem.
- Offendorp.
- Merhem.
- Niel.
- Merckenich.
- Rynkaſſel.
- Woringen.
- Wyler.
- Eſch.
- Lonrich.

Profectiones unius ſolidi, aut ſex Hallenſium.

In Partem Diœceſis ſuperiorem.
- Keldenich.
- Ouerweſſelinck.
- Sechten.
- Hembrich.
- Kardorp.
- S. Merten.
- Roeſsberch.
- Waldorp.
- Brenich.
- Bornhem.
- Metternich.
- Orenſeltz.

In Partem lateralem, ſeu ultra ſylvam.
- Liblair.
- Gymmenich.
- Kyrdorp, over den Buſch.
- Balkhuſen.
- Lechnich.
- Erp.
- Blaetzem.
- Blyzhem.
- Wyler, up der Even.
- Quaertraedt.
- Wilerſſwiſt.

In Partem inferiorem.
- Zons.
- Nyenheym.
- Nettesheim.
- Udynkhauen.
- Rummerskyrchen.

Profectiones decem Hallenſium.

In Partem ſuperiorem.
- Bonn.
- Herſel.
- Dietkyrchen.
- Endenich.
- Heymersheim.
- Graynryndorp.
- Syborch.
- Leſſenich.
- Vilick.
- Witterslich.
- Bullenshem.

In Partem lateralem.
- Zulp.
- Frowenberg.
- Wichtrich.
- Born.
- Pynſhem.

In Partem inferiorem.
- Henningen.
- Neuwenkirchen.
- Capellen.
- Elſen.
- Goeſtorp.
- Fremershem.
- Giſenkirchen.
- Roſel.
- Norff.

Profectiones unius albi.

In Partem Diœceſis ſuperiorem.
- Dottendorp.
- Frimersdorff.
- Remſtorff.
- Lufftelberg.
- Flertzhem.
- Ipelendorp.
- Flamershem.
- Merkenhem.
- Ramershauen.
- Rembach.
- Nyenkirchen.
- Dreiſz.
- Ludendorp.
- Udendorp.
- Mul.
- Eſch.
- Straisfeldt.
- Olme.

In Partem inferiorem.
- Nuyſſ.
- Burgen.
- Gleen.
- Grevenraidt.
- Holthem.
- Gyſenkyrchem.

Profectiones 15. Hallenſium.

In Partem ſuperiorem.
- Melem.
- Baichem.
- Berchem.
- Birgelen.
- Vilipgen.
- Kleynwinteren.

In Partem inferiorem.
- Herde.
- Lank.
- Wilik.
- Buderich.

Profectiones 3. ſolidorum.

In Partem Diœceſis ſuperiorem.
- Arwiler.
- Adendorp.
- Erſtorp.
- Benhoven.
- Dernaw.
- Eckendorp.
- Gelſtorp.
- Holtzwyler.
- Lymerſtorp.
- Fritzdorp.
- Wadenhem.
- Buyll.
- Yppendorp.
- Ryngen.
- Kyrchduen.
- Konynxwinteren.

In Partem Diœceſis inferiorem.
- Geiertbochem.
- Anraidt.
- Oſteraidt.
- Urdingen.
- Lynn.
- Bodberich.
- Forſt.
- Karſt.

Profectiones unius & viginti Hallenſium.

In Partem Diœceſis ſuperiorem.
- Unkel.
- Bryſich.
- Konynxfeldt.
- Waltorp.

In Partem inferiorem.
- Hulſs.
- Uda.
- Kempen.

Iter duorum Alborum.
- Erpel.

Itinera 27. Hallenſium.

Surſum.
- Aſpach.
- Wynthain.

Deorſum.
- Berka.
- Reppeler.

In reliquis vero locis Diœceſis ſupra non ſpecificatis, in quibus latores literarum, curſum ſuum cum delatione mandatorum habere ſolent continuum, taxabuntur pro viatico delationis

nis cujuslibet mandati, de quolibet milliari tres Hallens.

In locis autem aliis totius Diœcesis, in quibus cursum, seu Reisas hujusmodi non habent continuos, taxabitur pro quolibet milliari unus albus.

In Mandato quolibet sive una, sive plures personæ nominatæ sint, idem semper viaticum computabitur: Excepto generalis monitionis mandato contra diversas partes, in & super diversis causis exequendo.

De Salario executoribus mandatorum exsolvendo.

Pro executione cujuslibet citationis, monitionis, excommunicationis, &c. duos Hallenses.

Pro Executione cujuslibet monitionis & excommunicationis contra vicinos quatuor Hall.

Pro executione cujuslibet mandati contra Judices, contra aliquam communitatem, aut Collegium &c. executione quoque inhibitionis, Arresti, & conquestus, unum album.

Salarium latorum literarum, per Magistrum latorum seu Nunciorum, de consensu sigilliferi, juxta rei & causæ qualitatem ordinatur.

Si quis noluerit expectare cursum latorum, & per aliquem ex Nunciis, suis expensis (quod potest) mandatum emiserit, aut Notarium aliquem ad exequendum mandatum destinaverit, pars tamen contra quam mandatum emittitur, non gravabitur in taxa viatici plus, quam si expectatus fuerit latorum cursus, nisi causæ necessitas, aut evidens ex magna periculum, aut aliud suaserit.

CCXIIX.

Kayſers Caroli V. Declaration aller Privilegien und Gerechtſamen der hohen und niedern Cleriſey in der Stadt Cölln, de Anno 1530.

WIr Carl der Fünffte, von GOttes Gnaden Röm. Kayſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichß, in Germanien, zu Hiſpanien beyder Sicilien, Hieruſalem, Hungarn, Dalmatien ꝛc. König, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich ꝛc. Hertzog zu Burgundt ꝛc. Graff zu Habſpurg, Flanderen und Tyrol, ꝛc. Bekennen vor uns und unſer Nachkommen am Reich offentlich mit dieſem Brieff und thuen kundt allermänniglich, daß uns die Ehrſame, Erbare, unſere liebe Andächtige, Dechant und Capitul, desgleichen Abt und Abtißinnen der hoher und niederer auch anderer Beyſtifft und gemeiniglich die Pfaffheit wohnendt und ſeßhafft in unſer und des heiligen Reichß Stadt Collen, klagweiß fürbringen und zu erkennen geben laſſen, wie ihnen in dieſen ſchwehren und geſchwinden Läufften allenthalben über und wider ihre geiſtliche Freyheit, Altherkommen gute löbliche Gewohnheit und Gebrauch unbillicher Weiſe mercklich und unleidlich Hinderung und Irrung beſchehen, darzu ſollen ſie an ihren eigen Haaden, Güteren, Rehnten, Gülden, Zinſen, Zehendten, Rechten und Gerechtigkeiten angriffen, derſelben aus etlichen eigenen muthwilligen Fürnehmen wider Recht, alle Billigkeit unſeren und des heiligen Reichß gemeinen aufgerichteten Landfrieden entſetzet, entwehrt und ſpoliirt, desgleichen wollen auch etliche gemelter Pfaffheit und Geiſtlichen weder Zehendt, Rehnt, Zinß, Gult, Jahr noch andere Gefällen reichen noch geben, ſie haben dann zuvorn gnugſambe Brieff und Siegel darüber auffgerichtet geſehen; Wenn ſich nun die Geiſtlichen ſolcher ihrer Güter Entwehrung vorgenommen, Neuerung und Beſchwehrung beklagen, für ihren ordentlichen Richter zu Recht erbiethen, wohe ihnen das Recht für ihren ordentlichen Richter nit geſtattet noch zugelaſſen, ſondern werden für die weltlichen Gericht gewieſen und gezogen, daß ihnen an denſelben ihren Freyheiten und lang hergebrachten Gebräuchen zu groſſem Nachtheil und Abbruch erdeihen will, des ſie ſich mercklich beſchwehren; Und darauff Uns, als oberſten Vogt, Handthaber und Beſchirmer der heiligen Chriſtl. Kirchen und ihre zugewandte Perſonen, demüthiglich angeruffen und gebetten, ihnen mit unſer Kayſ. Hülff hierinnen gnädiglich zu erſcheinen. Wann nun nicht billig wäre, daß iemands ſeines Guts, noch eigener Poſſeſs oder Gerechtigkeit dermaſſen unerhört und ohne Recht entſetzet werden ſoll, deßhalben uns darein zu ſehen gebührt, und nit gemeint iſt, ſie, noch jemanden anders alſo gefährlicher zu entwehren und zu beſchweren zugeſtatten; Demnach ſo haben wir, aus eigener Bewegnus, mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechten Wiſſen erkent und erklehrt, und thuen das von Röm. Kayſ. Macht wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffs, alſo, daß nun füran die obgemelte Dechandt und Capitul, auch Abt und Abtißinnen ſamt gemeiner Pfaffheit zu Cölen und ihre Nachkommen, bey allen und ieglichen ihren Gnaden, Freyheiten, Privilegien, Ordnungen und Satzungen, alten Herkommen, guten Gewohnheiten und Gebräuchen, desgleichen allen und ieden ihren Haab und Güteren, Rehnten, Zinſen, Gülten, Fahren, Rechten und Gerechtigkeiten, ſo ſie in ruhiger Poſſeſſion und Gebräuch herbracht haben, und noch in Ubung und Beſeß ſeyn, gehandthabt, geſchützet und geſchirmet, und derſelben aller und ieglicher, ohne Erkäntnuß des Rechten nit entwehrt, entſetzt, noch in keine Weiſe davon gedrungen werden, ſondern berühlich dabey bleiben, ſich der aller gebrauchen und genieſſen ſollen und mögen, von allermänniglich unverhindert; Ob ſie auch von jemandt, wer der, oder dieſelbe ſeyn, ihrer Güter, in was geſtalt das beſchehen, entſetzet und entwehret wären, derſelben ſollen ſie zu Stundt an, ohne alle Einredt, Entgelt und Weigeren reſtituirt und eingeſetzet werden, und ob ſie über ihre Güter, die ſie nach Zugebung des gemeinen Rechtens rechtlich erſetzen haben und Brieff und Sigel zu zeigen angelangt und deshalben an weltliche Gericht fürgefordert würden, in was Wege das beſchehe, ſo ſollen ſie die Brieff zu zeigen, noch auch für den weltlichen Gerichten zu erſcheinen nicht ſchuldig ſeyn, und gebiethen darum allen und jeglichen unſeren und des Reichs Unterthanen und Getreuen, in was Würden, Standt und Weſen die ſeyn, und mit dieſem unſerem Brieff erſucht und ermahnet werden, und ſonderlich den Ehrſamen unſeren und des Reichs lieben Getrewen ꝛc. Burgermeiſter, Richter, Scheffen und Rath der Stadt Cölln, von Römiſcher Kayſerlichen Macht ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff und Willen, daß ſie obgenandt Dechant und Capitul, auch Abt und Abtißin, ſampt gemeiner Pfaffheit zu Cölln und ihre Nachkommen bey dieſer unſer Erklährung, Ordnung und Satzung ihrer geiſtlichen Freyheit, Altherkommen und Gebrauch, wie obgemelt iſt, gäntzlich und beruhlich bleiben, derſelben gebrauchen und genießen laſſen, daran nicht hindern, irren, noch das jemandt anderen zu thuen geſtatten, in keine Weiſe, als lieb allen und jeden ſeye unſere und des Reichs ſchwehre Ungnade und Straff, und dazu eine Poen nehmblich funffzig Marck löthiges Goldts zu vermeyden, die ein jeder, ſo offt er freventlich hierwieder thäte, uns halb in unſere und des Reichs Cammer, und den anderen halben Theil obgemelten Dechandt und Capitul, auch Abt, Abtißin und gemeiner Pfaffheit zu Cöllen zu bezahlen, unabläßlich verfallen ſeyn ſolle, mit Urkundt dieſes Brieffs mit unßeren Käyßerlichen anhangenden Inſiegeln beſiegelt, der gegeben iſt in unſer und des heiligen Reichs Stadt Augſpurg, den letzten Tag Monats Octobris, nach Chriſti unßers lieben HErrn Geburt im fünffzehen hundert und dreyßigſten, unſers Kayſerthumb im zehenden, und unſerer Reichen in fünffzehenden Jähren.

Carolus.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium,
Alexander Sweiſſ. mpp.

CCXIX.

Ejusdem Confirmation aller und jeden Privilegien und Freyheiten der Cleriſey in der Stadt und Ertz-Stifft Cölln, worinn er zugleich die Biſchöffe zu Lüttich, Straßburg und Münſter, zu Conſervatoribus derſelben verordnet, de Anno 1531.

CArolus quintus, Divina Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem Inſularum fortunatarum & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani &c. Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luxemburgii, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barcinonæ, Arteſii & Burgundiæ, Comes Palatinus, Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Ferretis, Kyburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritaniæ & Zutphaniæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Burgoviæ, Oriſtani Sociani & Sacri Romani Imperii Princeps, Sveviæ, Catholoniæ, Aſturiæ, Dominus Phryſiæ, Marchiæ, Sclavonicæ, Portus Naonis, Biſcaye, Molinæ, Salinarum Tripolis & Mechliniæ &c.

Notum facimus tenore præſentium univerſis, licet inter innumeras Reipublicæ curas noſtra Cæſarea Sublimitas pro ſuorum devotorum & fidelium quiete vigili ſemper cura intendere ſatagit, illam tamen exiſtimamus præcipuam, per quam ſacroſanctas Eccleſias & earum perſonas Nobis & Imperio ſacro ſubditas in ſuis Juribus, privilegiis & libertatibus valeamus ulterius conſervare, non minus enim favoris & gratiæ videmur ipſis impendere, cum easdem in ipſarum antiquis gratiis & libertatibus conſervemus, quam ſi ipſis novas de noſtræ benignitatis clementia largiremur; Hinc eſt cum Honorabiles devoti Nobis dilecti præpoſiti, Decani, Abbates, Abbatiſſæ & Capitula, nec non totus Clerus & Singulares perſonæ Eccleſiarum tam Majoris, quam ſecundariarum, ac monaſteriorum & piorum locorum Civitatis & Diœceſis Colonienſis cupientes ſe in ſuis juribus, privilegiis & libertatibus defenſatos, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus ex ſolita noſtræ benignitatis clementia univerſa & ſingula Privilegia, Exemptiones, literas, indulta, gratias, conceſſiones, donationes, immunitates, conſuetudines, uſus & obſervantias al asque prærogativas ſuis prædeceſſoribus & eisdem ab olim divæ memoriæ Romanorum Imperatoribus & Regibus, prædeceſſoribus noſtris &

Nobis ac aliis Chriſti fidelibus ſactas & coneeſſas, approbare, ratificare, & confirmare atque pro earum, ſeu eorum obſervatione ac debito executionis effectu perpetuos Conſervatores deputare dignaremur, & ſpecialiter ſuper Conſtitutionibus & Privilegiis Friderici Secundi, Alberti Romanorum Regis, & Friderici Tertii ac noſtris, quorum tenor ſequitur:

Inſerantur hic Privilegia Imperatorum.
Friderici II. de Anno 1232.
Alberti I. de Anno 1302.
Ejusdem de Anno 1302.
Friderici III. de Anno 1440. cum confirmatione ejusdem de Anno 1475.
Caroli V. de Anno 1530.

Nos itaque hujusmodi petitioni, tanquam rationi conſonæ clementius annuentes, animo deliberato ex certa ſcientia & authoritate noſtra Romana Cæſarea, quæcunque privilegia, exemptiones, litteras, indulta, gratias, conceſſiones, donationes, immunitates, libertates, laudabiles uſus, conſuetudines & obſervantias, aliasque prærogativas, præfatis præpoſitis, Decanis, Abbatibus, Abbatiſſis, Capitulis ac toti Clero Colonienſi ſingularibusque perſonis Eccleſiarum majoris, quam ſecundariarum, ac monaſteriorum & piorum locorum civitatis & Diœceſis Colonienſis pro tempore exiſtentibus, prout illa rite proceſſerunt, & præſertim his inſertas litteras & privilegia in omnibus ſuis punctis & clauſulis, articulis & verborum expreſſionibus approbavimus, ratificavimus, confirmavimus, & tenore præſentium approbamus, ratificamus, innovamus, confirmamus & quantum opus eſt, de novo concedimus & Cæſareum perpetuæ firmitatis robur adjicimus, mandantes univerſis & ſingulis Principibus, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, & præſertim Pro-Conſulibus, Conſulibus & Communitati Colonienſi, aliisque Communitatibus & perſonis, cujuscunque dignitatis, gradus vel conditionis fuerint, ut ſupradictas perſonas Eccleſiaſticas ac Clerum conjunctim, vel diviſim, præfatis omnibus & ſingulis ſuis privilegiis, exemptionibus, gratiis, libertatibus, indultis, juribus, conceſſionibus, uſibus, conſuetudinibus & obſervantiis laudabiliter introductum, uti, frui, & gaudere ſine impedimento & contradictione permittant; Quo autem præmiſſa debitum executionis ſortiantur effectum, ex certa ſcientia, non per errorem, ſed deliberato animo, ſanoque Principum ac procerum fidelium noſtrorum accedente conſilio, Venerabiles Moguntinum, Trevirenſem & Coloniensem Archiepiſcopos, & Sacri Imperii per Germaniam, Galliam & Regnum Arelatenſe, ac Italiam Archi-Cancellarios, Principes, Electores, conſanguineos noſtros clariſſimos, nec non Leodienſem, Argentinenſem & Monaſterienſem Epiſcopos, ac omnes & ſingulos Archi-Epiſcopos, ſacrique Romani Imperii Principes Eccleſiaſticos & Sæculares, Duces, Comites, Barones, Milites, Capitaneos, præfectos, Pro-Conſules, Conſules, Comunitates, Civitatum & oppidorum Rectores, præſertim in præinſertis divæ memoriæ Friderici Imperatoris, prædeceſſoris noſtri litteris nominatos, nec non Judices & Aſſeſſores Judicii Cameræ noſtræ Imperialis cœterosque omnes & ſingulos noſtros & ſacri Imperii fideles, cujuscunque gradus, ſtatus & conditionis fuerint, & quibuscunque nominibus cenſeantur, præſentium notitiam habituros, eorundemque vigore requirendos, illorumque ſucceſſores, conjunctim vel diviſim, & quemlibet eorum inſolidum, privilegiorum, libertatum, exemtionum, prærogativarum, gratiarum, conceſſionum, donationum & jurium quorumcunque, tam perſonalium, quam realium ac mixtorum ipſius Cleri ac perſonarum præfatarum in Civitate & Diœceſi Colonienſi perpetuos conſervatores inſolidum, nomine & vice noſtri duximus eligendos & deputandos, & tenore præſentium eligimus & deputamus, iisdem & cuilibet illorum in ſolidum omni ſerio & ſub noſtræ etiam & ſacri Imperii gratiæ obtentu ac infra ſcripta pœna mandantes, quatenus ipſi, aut alter eorum, qui ſuper tuitione & defenſione Jurium, libertatum, gratiarum & immunitatum Cleri & perſonarum dictarum requiſitus, ſeu requiſiti fuerint, per eosdem præpoſitos, Decanos, Abbates, Abbatiſſas, Capitula, Clerum, perſonas Eccleſiarum & Monaſteriorum priorumque locorum Civitatis & Diœceſis Colonienſis communiter vel diviſim, vel per ſuos eorundemque ſucceſſores, toties, quoties ſe locus obtulerit, eisdem efficaci defenſione, noſtra imperiali authoritate, aſſiſtant, non permittentes illos in perſonis, bonis, Privilegiis, libertatibus, immunitatibus, ac aliis quibuscunque ſuis juribus tam conceſſis, obtentis & poſſeſſis, quam ritè impoſterum concedendis, obtinendis & poſſidendis per quemlibet indebitè moleſtari, inquietari ſeu perturbari, illisve indebitè ſpoliari, ſeu deſtitui, vel eis gravamina, damna, vel injurias irrogari, ſed ipſos ex noſtræ Romanæ Cæſareæ Celſitudinis poteſtate defendere, fovere, manutenere ſtudeant, & tueri, Occupatores, detentores, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores prædictorum, ſi qui ſuerint, nec non contradictores

ctores quosliber rebelles & inobedientes coërcendo & contra præmiſſa, ſeu ipſorum aliqua temerè in noſtræ Majeſtatis & dictorum Cleri & perſonarum ac jurium ſuorum, ut ſupra, læſionem facientes, cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis extiterint, quandocunque & quotiescunque opus fuerit, etiam ad pœnas in prædictis privilegiis & conceſſionibus ac confirmationibus prædeceſſorum noſtrorum & noſtris expreſſas & contentas procedant, ipſosque vice & authoritate noſtra Cæſarea compeſcant & compellant, ut à turbationibus & moleſtationibus hujusmodi univerſis penitus deſiſtant, dictasque Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas conjunctim & diviſim in priſtinam poſſeſſionem ſeu quaſi & libertatem, in qua ante turbationem & ſpolium forſan illatum eſſe conſveverint & ad indebite ab eisdem exacta reſtitui faciant, & reſtitutos in ipſis privilegiis, antiquis conſuetudinibus conſervare & manutenere non poſtponant, ac omnia ac ſingula præmiſſa debite exequantur, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, eorum auxilio, quorum videbitur invocandum, hoc noſtro Cæſareo perpetuis futuris temporibus valituro edicto. Statuentes ut omnes & ſinguli Principes, tam Eccleſiaſtici, quam ſæculares, Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Nobiles, aut plebeji, in quacunque dignitate, officio, aut ſtatu conſtituti, qui à prædictis, vel altero Conſervatorum requiſiti fuerint, eisdem & ſucceſſoribus eorum, noſtro nomine & vice aſſiſtant, faveant, opitulentur, atque obtemperent, nec in contrarium quidquam directè, vel indirectè attentare præſumant. Volentes & decernentes, ut prædictis Conſervatoribus & executoribus, & cuilibet eorum in ſolidum præſentibus & futuris, vigore præſentium perpetua poteſtas remaneat attributa, ac quod præſentes litteræ per concedentis obitum non expirent, conſtitutionibus & legibus Imperialibus ac privilegiis & indultis quorumcunque, nec non conſvetudinibus, & aliis in contrarium forſan facientibus non obſtantibus quibuscunque, noſtris tamen ac Imperii Sacri & cujuslibet alterius juribus in præmiſſis omnibus ſemper ſalvis. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc noſtræ ratificationis, approbationis, confirmationis, conſtitutionis, conſervatorii Decreti, mandati & voluntatis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contravenire, ſi quis autem hoc attentare præſumſerit, noſtram & Sacri Romani Imperii indignationem graviſſimam & quinquaginta marcarum auri puri pœnam pro mediato fiſco noſtro Cæſareo, pro reliqua parte injuriam paſſorum uſibus applicandam ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, harum teſtimonio litterarum, ſigilli noſtri appenſione munitarum. Bruxellis die vigeſimo quinto menſis Auguſti, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, triceſimo primo, Imperii noſtri undecimo, regnorum verò noſtrorum decimo ſexto.

Carolus.

Ad Mandatum Sac. Cæſar. Cathol. Majeſtatis proprium,
Alexander Schweiß, mpp.

CCXX.

Urtheil, ſo die Cleriſey im Ertz-Stifft Cölln, wider den Hertzog zu Jülich, wegen vorenthaltener Zehenden, Zinß und Renthen am Kayſerl. und des Heil. Röm. Reichs Cammer-Gerichte im Jahr 1533. erhalten.

IN Sachen gemeiner Cleriſey der Stadt Cöllen, Klägern eines und Herrn Joannſen, Hertzogen zu Gülich Beklagten anderen Theils iſt nach allem Vorbringen zu Recht erkant, daß demſelbigen Hertzogen wieder gedachte Cleriſey dermaßen, wie in Actis angezogen ohn gebührliche Bewilligung zu handelen, ihre Güter, Rehnten und Gülten in ſeinem Fürſtenthumb und Herrſchafften gelegen zu ſtewren und zu belegen nicht gebührt habe, und daß er derhalben obgemelter Cleriſey die eingenommene und empfangene Zinß und Gülten wiederum zu reſtituiren und zu erſtatten ſchuldig, und ſeynd aus bewegenden Urſachen beyder Theil dieſerhalb auffgelauffene Köſten gegen einander verglichen, Urkundt dieſes Brieffs beſiegelt, mit unſerem Kayſerlichen anhangendem Inſigel, gegeben in unſer und des Reichs Stadt Speyer, am erſten Tag des Monats Octobris, nach Chriſti unſers HErrn Geburt fünffzehen hundert und im drey und dreyſigſten, unſerer Reiche, des Römiſchen im fünffzehenden, uud der anderer allen im achtzehendten Jahren.

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium,
Udalricus Warnbuler, Verwalter, mppr.
Caſpar Hammerſtetter, Judic. Cameræ Imp. Prothonotarius.

CCXXI.

Des Chur-Cöllniſchen Officials Statutum wider diejenigen, ſo unbekannte Perſonen trauen, und anderer Orten ungebührlich getrauete bey ſich auffhalten, de Anno 1535.

OFficialis Curiæ Colonienſis, univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, Parochialium Eccleſiarum Paſtoribus, Capellarum, Altarium, Divinorumque Rectoribus, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis, ſalutem in Domino.

Pro parte honorabilium dominorum Gobelini van Horich, & Arnoldi de Oſnaburgis, Reverendiſſimi Domini noſtri, Domini Hermanni, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ, Archiepiſcopi, Principis Electoris &c. Procuratorum fiſcalium, nobis gravi cum querela expoſitum erat. Quod licet nos alias de anno Domini 1527. die quidem 27. menſis Septembris, vel circiter, in vim & prætextu cujusdam mandati, tunc ad inſtantiam Fiſcalis per Nos decreti, & in ſancta Synodo Colonienſi legitime publicati, ita & taliter, quòd illius ignorantiam niſi craſſam & ſupinam, nemo prætendere poterit, univerſis ac ſingulis Chriſtianitatum Decanis, Paſtoribus, Parochialium Eccleſiarum & Capellarum Rectoribus, Plebanis, Vice-Plebanis, Curatis & non Curatis, ac ſingulis Presbyteris per Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis ſerioſius mandaverimus, quatenus quascunque perſonas ſub eorundem Parochiis commorantes, quæ inter ſe matrimonium clandeſtinum contraxerunt, & quæ ſe tribus proclamationibus, diebus tribus feſtivis à ſe invicem diſtantibus, in earum Parochialibus Eccleſiis non prævis, ac ſine licentia ſui proprii Paſtoris extra Parochiam ſuam ſive Diœceſin Colonienſem matrimonialiter copulari fecerunt, in ſuis Eccleſiis & Capellis, ac aliis locis publice excommunicatos nunciarent, & ut tales evitarent, donec & quousque Deo Eccleſiæ condigne ſatisfacerent, atque beneficium abſolutionis ab Excommunicationis ſententia, quam propterea à authoritate noſtra ſtatutorum Eccleſiæ Colonienſis incurrerunt, obtinerent, prout & quemadmodum in ſupradicto noſtro mandato latius habetur & continetur: Nihilominus tamen quidam Paſtores ac divinorum Rectores, tam ſeculares quam regulares, & (quod dolenter referimus) quidam prætenſi ſacerdotes Acephali, præmiſſa ac ſanctæ matris Eccleſiæ mandata, nec non ſacramentum matrimonii (proh dolor) vilipendentes, in Parochiis ſuis quoscunque utriusque ſexus homines advolantes, absque literis commendaticiis ſuorum Paſtorum, & qui aliunde clandeſtine contraxerunt, interdum recipiunt & ſimul habitare ſinunt, plerique eos matrimonialiter absque legitimis proclamationibus de facto, plerique in contemptum Statutorum & ſanctæ matris Eccleſiæ diverſos utriusque ſexus homines in gradibus in Jure prohibitis, atque intra tempora prohibita matrimonialiter copulare præſumunt: unde fit, ut hoc deploratiſſimo tempore varia ſcandala, fornicationes, adulteria, aliaque nefanda ſcelera perpetrentur, ac indies fiant, & vileſcat venerabile à Deo inſtitutum & longo ævo comprobatum matrimonii ſacramentum, in plurimorum Chriſti fidelium perniciosum ſcandalum, & ſanctæ matris Eccleſiæ, noſtrorumque mandatorum contemptum & Vilipendium. Hinc eſt quod nos Officialis præfatus, pro parte dictorum conquerentium debita cum inſtantia requiſiti, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo committimus & mandamus, quatenus ad eorundem conquerentium inſtantiam, inhibeatis, prout nos ſub excommunicationis & CC. florenorum aureorum, præfatis Reverendiſſimo Domino noſtro, Domino Archiepiſcopo &c. ac conquerentibus, ſi commiſſa fuerit, irremiſſibiliter applicandorum, ac toties, quoties hujusmodi mandato paritum non fuerit, incurrenda pœna, eadem authoritate præſentium tenore inhibemus omnibus & ſingulis Paſtoribus, ſeu divinorum Rectoribus, Sacerdotibus, & aliis quibuscunque utriusque ſexus hominibus in præmiſſis culpabilibus, de quibus opus fuerit, tempore præſentium executionis in ſpecie nominandis, ne quoscunque alienos, vel etiam proprios Parochianos, ſine literis dimiſſorialibus recipere, & absque legitimis proclamationibus, & alios quoscunque, clandeſtine contrahentes, admittere, vel contrahere audeant, ſeu in Parochiis ſuis habitare ſinant, & reſpective pro conjugibus legitimis habeant, teneant & reputent; ſed eosdem & eorum quemlibet tanquam publice excommunicatos, & reſpective profugos evident & evitari faciant. Alioqui contra omnes & ſingulos contrarium facientes, & hujusmodi noſtro mandato non parentes, addictæ excommunicationis ſententiæ declarationem pœnæque pecuniariæ exactionem arctius, quo de jure poterimus, procedemus, & procedi faciemus: Niſi ſaltem intra 8. dies poſt præſentium inſinuationem & executionem, ipſis factam proxime ſequentes, cauſas coram Nobis rationabiles, quare præmiſſa fieri non debeant, & ad ea non teneantur, allegaverint, altera parte ad hoc legitime vocata. Reddite literas ſigillatas & debite executas. Datum anno Domini 1535. die 12. menſis Februarii.

CCXXII.

Ejusdem Statutum wider die Executores derer Teſtamente, ſo ihrem Amt und Pflicht kein Genügen thun, de Anno 1535.

OFficialis Curiæ Colonienſis, univerſis & ſingulis Chriſtianitatum Decanis, Parochialium Eccleſiarum, Capellarum, Altarium, divinorumque Rectoribus, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem & Diœceſin Colonienſem ubilibet conſtitutis, ſalutem in Domino.

Querelam gravem pro parte honorabilium Dominorum Gobelini van Horich, nec non Arnoldi, ſartoris de Oſnabrugis, aliorumque reſpectivè Procuratorum fiſcalium Reverendiſſimi Domini Noſtri, Domini Hermanni, Archiepiſcopi Colonienſis, Principis Electoris, Weſtphaliæ & Angariæ Ducis, legatique nati, & Adminiſtratoris Eccleſiæ Paderbornenſis &c. conquerentium in effectu inter alia continentem recepimus, quod licet dudum anno Domini 1533. die quidem 26. menſis Septembris fuerit & ſit noſtra ordinaria authoritate in vim ſtatutorum Synodalium in eodem comprehenſorum, aliisque ex juſtis & rationabilibus cauſis emanatum & publicatum quoddam pœnale mandatum de teſtamentis & defunctorum ultimis voluntatibus rite, debitè & diligenter, & realiter & cum effectu intra certum & præfinitum tempus exequendis, prout in hujusmodi mandato meritò fuiſſet obedienter parendum: nihilominus tamen præmiſſis non attentis, quidam utriusque ſexus & ſtatus homines civitatis & Diœceſis Colonienſis, ſub nomine & prætextu Executorum, ſeu manu fidelium ſive fidei Commiſſariorum hujusmodi mandato minime parendo, diverſimode de bonis & rebus defunctorum, tam Clericorum quam laicorum, etiam in pios uſus teſtantium, intromiſerunt atque intromittunt, ea occupant, diſtrahunt pro ſuæ voluntatis libitu, ſibique uſurpant: Absque eo & præter id, quod rationem & computum nobis, aut ſigilliſero Curiæ noſtræ, veluti ordinario loci, de eorum legali executione, ſeu adminiſtratione fecerint, ſeu faciant, aliasque docuerint, ſeu fidem fecerint, quod hujusmodi teſtamentorum ſive ultimarum voluntatum executores res & bona atque eorundem adminiſtrationem in uſus, in quos per defunctos deputata ſunt, converterint, ſive ordinaverint, quin imo id ad ea facere ceſſarunt atque ceſſant: quo fit, ut hoc deploratiſſimo tempore Chriſti fidelium piæ voluntates defraudentur, bona & Res eorundem in alios prophanos & damnabiles uſus diſſipentur, ſtatuta Synodalia olim provide condita & publicata, nec non canonicæ ſanctiones eludantur, & ordinaria authoritas vilipendatur, atque noſtra mandata contemnantur in multorum Chriſti fidelium ſcandalum atque animarum grave periculum. Quare ſuimus pro parte ſupradictorum Dominorum Fiſcalium conquerentium debita cum inſtantia requiſiti, quatenus inde, & ſuper præmiſſis & illorum occaſione, de opportuno juris remedio providere, ac ſibi mandatum generale contra quoscunque teſtamentorum ſeu ultimarum voluntatum Executores, manu fideles, & fidei commiſſarios, nec non alios quoscunque, de quibus opus fuerit, in forma infra ſcripta, ac alias ſolita & conſveta decernere, ac illud in ſancta Synodo publicari facere, nec non omnibus & ſingulis Chriſtianitatum Decanis & aliis ſupradictis ſerioſius demandare dignaremur, ut quisque in ſuo Decanatu per ſingulas Parochias Dominicis & aliis feſtivis diebus illud publice de Ambone ſolenniter alta & intelligibili voce publicari faciat realiter & cum effectu. Nos igitur Officialis antedictus, attendentes quod nihil plus debeatur hominibus, quam ut ſupremæ voluntatis (poſtquam jam aliud velle non poſſunt) liber ſit ſtylus, & licitum, quod non redit, arbitrium, noſtraque interſit, ut vota defunctorum debite adimpleantur, teſtamentaque & ultimæ voluntates conſerventur & manuteneantur, hinc eſt quod vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & præſertim decanis Chriſtianitatum, & veſtrum cuilibet in ſolidum, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub Excommunicationis pœna, authoritate noſtra præſentium tenore diſtricte præcipiendo committimus & mandamus, quatenus ad præfatorum dominorum Procuratorum Fiſcalium conquerentium inſtantiam præſentes noſtras literas per ſingulas Parochias civitatis &

Diœceſis Colonienſis Dominicis & aliis feſtivis diebus de Ambone, ac alias, ubi, dum quoties & quando opportunum fuerit, ſolenniter alta & intelligibili voce publicandum & exequendum, moneatis & requiratis vice & authoritate noſtris, prout nos ſub excommunicationis & aliis pœnis, etiam pecuniariis, in ſtatutis prædictis comprehenſis, eadem Authoritate noſtra præſentium tenore monemus & requirimus omnes & ſingulos Teſtamentorum, ſeu ultimarum voluntatum executores, manu fideles, & fidei commiſſarios ſupra dictos: nec non quoscunque alios, de quibus opus & neceſſe fuerit, ut intra menſis ſpatium proxime futurum coram nobis aut præfato Domino Sigillifero curiæ noſtræ compareant, ac fidem legitimam, & legalem computum de executione & debita adminiſtratione hujusmodi teſtamentorum & ultimarum voluntatum, atque rebus per eos inventis adminiſtratis (etiam in pium uſum deputatis) faciant, ſeu præſtent realiter & cum effectu. Alioqui contra ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes, & hujusmodi mandato noſtro non parentes, ad dictæ Executionis ſententiæ declarationem, ac pecuniariæ pœnæ exactionem arctius, quo de jure poterimus, procedemus & procedi faciemus: niſi ſaltem medio tempore cauſam coram nobis rationabilem, quare præmiſſa fieri non debeant, & ad ea non teneantur, allegaverint, altera parte ad hoc legitime vocata. Citantes inſuper ad præfatorum conquerentium inſtantiam, peremptorie coram nobis aulam Archiepiſcopalem Colonienſem, præfatos, ſic (ut præmittitur) monitos & eorum quemlibet, ad primam diem juridicam, curſum ſive terminum dictæ noſtræ monitionis proxime & immediate ſequentem, & ad horam primarum de mane ad docendum & fidem legitimam nobis faciendum, ſed hujusmodi noſtræ monitioni realiter & cum effectu paruiſſe. Alioqui ſe & eorum quemlibet pœnas prædictas incidiſſe declarari, literasque declaratorum deſuper neceſſarias decerni per nos videndum & audiendum, vel dicendum cauſas rationabiles, quare ea fieri non debeant, cum intimationibus debitis & conſvetis, ac certificatione tali, quod ſive in hujusmodi citationis termino dicti moniti comparuerint, ut præmiſſum eſt, ſive non, Nos nihilominus ad præmiſſa omnia & ſingula, etiam usque ad dictæ Excommunicationis & aliarum declarationum, pecuniariæque pœnæ exactionem, ac alias pœnas graviores contra ipſos procedemus, & procedi faciemus, juſtitia mediante: Eisdem monitis & citatis non aliter præterquam in valvis majoris Eccleſiæ & Aulæ Archiepiſcopalis Colonienſis, de cæterò ad hoc vocatis, ſeu citatis, eorum abſentia, ſive contumacia in præmiſſis minime obſtantibus. Reddite literas ſigillatas & debite executas. Datum anno Domini milleſimo, quingenteſimo trigeſimo quinto, die duodecima menſis Februarii.

CCXXIII.

Churfürſts Hermanni V. zu Cölln Publication und Anordnung der von Pabſt Paulo vor Kayſer Carolum V. wegen des Türcken-Kriegs, angeordneten Buß-Beth- und Ablaß-Woche, de Anno 1535.

HErmannus Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Italiam Archi Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus ac Eccleſiæ Paderbornenſis Adminiſtrator &c. Univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Canonicis, Plebanis Collegiatarum, Parochialiumque & aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum utriusque ſexus Eccleſiaſtici ſtatus, Capellarum & Altarium Rectoribus, nec non Vicariis, Presbyteris & Clericis noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis ſalutem in Domino. Quum teſtante divina ſcriptura, Exodi 17. inclytus Doctor exercitus Dei Joſue, filius Nave, vincebat. Amalech ſeu hoſtes populi Dei, orante magno Dei famulo Moſe, de quo etiam ita ad verbum refert ſcriptura, cumque levaret Moſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet ſuperabat Amalech: Nos quidem noſtra ſponte pro Paſtoralis officii cura inclinati fuimus, ut pugnante armis contra populi Chriſtiani hoſtes clementiſſimo Imperatore noſtro, Carolo, votis & precibus Dei & Domini exercituum miſericordiam imploremus, ſicque eundem Carolum, Eccleſiæ Catholicæ fortiſſimum protectorem adjuvaremus. Sed tamen, ſic diſponente Deo ad eandem Rem ante dies paucos literas ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli, divina providentia Papæ tertii de conceſſione indulgentiæ plenariæ cum remiſſione omnium peccatorum etiam in caſibus ſuæ ſanctitati reſervatis, recepimus cum ea qua decet reverentia, infra ſcripto ſuo tenore:

Paulus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Salvator Dominus noſter Jeſus Chriſtus unigenitus Dei Filius, qui ſui

ſui precioſiſſimi ſanguinis aſperſione, de manibus adverſarii noſtri quærentis quem devoret, nos eripere dignatus eſt, ad hoc Nobis licet immeritis, vices ſuas in terris committere, ac ligandi & ſolvendi poteſtatem tradere voluit, ut pro gregis Dominici ſalute Apoſtolicos cogitatus jugiter effundentes, gregem ipſum à fidei orthodoxæ hoſtium perfidorum conatibus præſervemus, & à Laporum rabie defendamus. Attente itaque conſpicientes, quod immaniſſimus Turcarum Tyrannus, fidei Catholicæ perpetuus hoſtis, ad Chriſtianæ Reipublicæ everſionem adſpirans, anno proxime elapſo, duce cognomento Barbaroſſa in Affricam tendens, Regnum Tunez vulgariter nuncupatum in poteſtatem ſuam redegit, ut ſede ibi poſita facilius Italiam & alias Chriſtianorum regiones ſuæ Tyrannidi ſubjicere valeret: Nos licet acceperimus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Carolum, Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, tanquam verum Chriſti athletam, potentiſſimam Claſſem ad dictum Ducem ex dicto regno expellendum, Italiamque & alios Chriſtianorum regiones, à periculo eis inde imminenti liberandas præparaſſe, conſiderantes tamen nullum congruentius & certius remedium huic morbo adhiberi poſſe, quam divinam iram in nos ob delicta noſtra concitatam, ſupplicationibus, jejuniis, & aliis piis operibus placare conando, de Domino noſtro Jeſu Chriſto confidentes, qui pœnitentes non deſeret in tempore neceſſitatis, Authoritate Apoſtolica nobis deſuper commiſſa, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri ac ex parte omnipotentis Dei, omnes & ſingulos utriusque ſexus Chriſti fideles, tam religioſos quam ſeculares, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis dignitatis & præeminentiæ exiſtant, tam in alma urbe noſtra, quam quibuscunque aliis civitatibus, Diœceſibus, & locis per univerſum orbem conſtitutos in virtute ſanctæ Obedientiæ monemus, requirimus, & hortamur in Domino ut intra tres dies, poſtquam hæ noſtræ literæ ad eorum aures pervenerint, unusquisque conſcientiam ſuam diligenti ſtudeat examinatione diſcutere, & ad puriſſimam omnium peccatorum ſuorum confeſſionem ſe parare, & tres dies ex tunc immediate ſequentes jejunent omnes in ætate legitima conſtituti niſi juſto impedimento teneantur, aſſiduis interim & devotis precibus, omnes pariter incumbentes, ut divinæ miſericordiæ remedia, ad ipſorum infidelium conatus reprimendum, ac quietem Chriſtianitati conſequendum percipere valeamus: Deique omnipotentiam humiliter rogantes, ut præfato Carolo Imperatori in tam pia expeditione aſſiſtens, ita dexteram ejus muniat, ut ipſos infideles ad nihilum redigat, omnesque eorum conatus irritos reddat: & efficaciora ſint noſtra jejunia & oratio acceptior, ſi cœleſte illud viaticum, & vere panis vitæ, qui de cœlo deſcendit, noſtris languoribus medeatur, die dominica tres ultimo dies immediate ſequenti ſacratiſſimum Evchariſtiæ Sacramentum omnes reverenter & devote percipiant, & inſuper de bonis unicuique à Deo collatis qui ea poſſident, non ex triſtitia, aut neceſſitate, ſed voluntarie, prout cujusque facultas, aut animus tulerit, ſtudeant in Chriſto pauperes aliquid erogare, memores illius viduæ, cujus non muneris quantitas, ſed animus laudatur à Domino. Et ſcientes juxta ejusdem Domini ſententiam, quod quicunque potum dederit uni ex minimis ejus tantum calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam; & ut nemo excuſationes habeat in peccatis, ſed magis unusquisque ad quærendum miſericordiam Domini, Apoſtolicæ Sedis largitione & ſpiritualibus beneficiis provocetur, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus ſupradictis, pro hac vice tantum, ut confeſſores ſibi eligere valeant. Presbyteros ſeculares, vel cujusvis ordinis regulares, qui confeſſionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet à quibuscunque eorum peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumcunque gravibus & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, etiam in Bulla cœnæ Domini contentis, injuncta ſibi pœnitentia ſalutari abſolvere, ac vota quæcunque per eos emiſſa Hieroſolymitan. ac caſtitatis, & religionis votis duntaxat exceptis, commutare poſſint & valeant, dicta authoritate Apoſtolica concedimus & indulgemus, omnibus nihilominus ſupradictis Chriſti fidelibus pro particulis pœnitentiæ ſatisfactione in remiſſionem peccatorum ſuorum ſpecialiter indulgentes, ut tam in ipſa die Dominica percipiendæ communionis, quam in triduo jejunii ſupradicti, ſingulis diebus orationem Dominicam & ſalutationem Dominicam & ſalutationem angelicam quinquies dicere teneantur, divinam clementiam lacrymoſis vocibus implorantes, ut non in delicta noſtra, ſed unigeniti ſui, redemptoris noſtri vulnera, quæ pro nobis ille pertulit, dignetur aſpicere, qui vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, ut omnes languores noſtros, ſi tamen in ejus dilectione manſerimus, ſui precioſiſſimi corporis livore ſanaret: ut qui quondam Ninivitarum preces in triduana illa pœnitentia exaudivit, qui latroni in ipſo mortis articulo vitam regnumque donavit, noſtros quoque non ſpernant gemitus, & quamvis

multa

multa peccaverimus, omnia tamen nostra crimina, præfati sui sacratissimi sanguinis adspersione detergat. Nos enim omnibus & singulis Christi fidelibus prædictis, qui præmissa impleverint, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, authoritate confisi, plenissimam pectorum suorum remissionem, & eam, quæ Christi fidelibus Ecclesias dictæ urbis & extra eam ad id deputatas anno Jubilei visitantibus concessa est, in Domino elargimur. Et ut hæc omnia ad multorum utilitatem provenire valeant, simul ut misericors Dominus à pluribus exoretur, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ut has præsentes literas sive earum transumptum, manu alicujus Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subscriptum, ubique per eorum provincias, Diœceses, vel Ecclesias gratis publicari faciant, absque ulla fraude, vel quæstu cum gratiis, concessionibus, facultatibus & indulgentiis suis concedimus & indulgemus, & cum ad eos ista pervenerint, etiam in virtute ejusdem sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus. Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis & aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Præsentibus post primos & secundos, & tres Dominicæ sequentis dies, seu præsen. in urbe ac civitatibus & Diœcesibus, hujusmodi publicationem, aut quam primum ad aures eorum pervenerint, minime valituris. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno incarcerationis dominicæ Millesimo, quingentesimo, trigesimo quinto, quarto Idus Junii, Pontificatus nostri anno primo.

Motta.

Fabius Vigil.

Joannes Archiepiscopus panormitanus.

Quarum quidem literarum vigore, vos omnes & singulos hortamur vobisque in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut diligenter & bene attendentes, non solum mala quæ foris incumbunt à perpetuo & immanissimo Christiani nominis inimico Turca, sed ea etiam mala, quæ intus in visceribus nostris Nos premunt, nempe horrendas, execrabiles & inauditas non solum sectas & hæreses, sed apertas à fide & Sacramentis fidei Apostasias, seu discessiones, plus quam Ethnicas, prædicta mala tempore infrascripto, populo ad audiendum Dei verbum congregato, alta & intelligibili voce, literasque Apostolicas præinsertas, insinuetis: & si qui fortasse fuerint (ut adhuc multos esse vehementer timemus) qui hæresi seu Apostasia una seu altera in tanta hæresium varietate fuerint clam manifesteque infecti, illos, insundentes eisdem cum pio Samaritano vinum compunctionis & oleum miserationis, adhortemini, ardenter admoneatis, ad Cor ut redeant, Dei vindictam timeant, & proposita tanta à sanctissimo Domino nostro summo Pontifice gratia, ea non contemnant, neve negligant. Quod ut commodius, sanctius & facilius fieri possit, hebdomadam ad eam rem statuimus ante diem solennem Sanctorum omnium proximam, sic, ut juxta Bullæ præinsertæ intentionem, Dominica proxima ante sanctorum Apostolicorum, Simonis & Judæ, futuram ab ea Dominica hebdomadam sacram, id est, hebdomadam gratiæ & indulgentiæ populo annuncietis: ut priori quidem triduo, id est, feria secunda, tertia & quarta, sese juxta Bullæ tenorem diligenter præparent ad purissimam omnium peccatorum confessionem: Altero verò triduo id est, feria quinta, sexta & Sabbatho, sacris jejuniis, orationibus & Eleemosynis de malè commissis Deo satisfaciant, sicque divinam iram placent. Die autem dominica proxima, quæ vigilia est omnium Sanctorum, sacrosanctum illud cæleste viaticum & vitæ panem, sanctissimum Evcharistiæ sacramentum omnes reverenter & devotè percipiant, sicque gratiam & indulgentiam plenariam consequentur ac omnium sanctorum solennia cum gaudio & lætitia una cum animarum vita defunctorum commemoratione servare & celebrare digne valeant, præstante gratia & misericordia Domini & Reservatoris nostri Jesu Christi, qui cum Deo patre & Spiritu sancto vivit & regnat in æternum benedictus.

Volumus tamen & mandamus, ut præsentes literæ die Dominica proxima ante festum sanctorum Simonis & Judæ Apostolorum in quibuscunque Ecclesiis, monasteriis, & aliis nostrarum civitatis Diœcesis Colonienſis, primum publicentur, & ad universorum notitiam deducantur. In cujus rei testimonium has literas fieri, sigillique nostri sub impressione communiri fecimus. Datum in arce nostra Arnsberch, Mensis Septembris, die vicesima septima, anno Domini millesimo, quingentesimo, trigesimo quinto.

CCXXIV.

CCXXIV.

Ejusdem Statuta Synodalia die Reformation der Clerisey und Kirchen-Gebräuche in seinem Ertz-Stifft betreffend, de Anno 1536.

PARS PRIMA.

De munere Episcopali.

EPiscopi munus in duobus potissimum consistit.

Primum in impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum; deinde in visitatione diœceseos. Utrumque beatissimus Apostolus, ad Titum, dilectum filium, Cretæ Episcopum, scribens, complectitur: Hujus, inquit, rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per civitates, presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Alterum vero idem Apostolus, cum a Mileto discessum maturaret, prosecturus Hierosolymam, ac certus, quod amplius haud visurus esset faciem eorum omnium, per quos transivit, prædicans regnum Dei, vocatis illuc ad se ab Epheso ecclesiæ presbyteris: apostolica vehementia inculcat, cum ait: Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Et quoniam scio, inquit, quod intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi; & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se, propterea vigilate. Cui muneri, ut ambo illa Apostolici ordinis eximia luminaria, nimirum Petrus, ac illius collega Paulus, satisfacerent, alter transivit & invisit universos, alter perambulavit Syriam & Ciciliam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum: nimirum non tantum verbo, sed & exemplo Episcopos commonentes, ut qui speculatores in Dei ecclesia constituti sunt ac appellantur, provinciæ sibi mandatæ vigilantissime intendant, fidem, conversationem, mores & vitam singulorum explorent examinentque, ac provideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quam a Deo vocatus est, torpescat.

CAPITULA.

I. Impositio manuum est ostium per quod intrant, qui ecclesiarum gubernaculis admoventur. Proinde quia ejuscemodi ostium diligenter custoditum non est, factum est, ut tanta mala, quæ sentimus, agminatim in ecclesiam Dei irruperint. Hujus Januæ vigilantissimi custodes fuerunt Apostoli Christi, & quotquot ipsis successerunt Apostolici Episcopi. In primis vero divinissimus Paulus, qui dilectissimis discipulis Timotheo ac Tito ejusmodi custodiæ formulam ex professo præscribit. Porro Apostoli, cum esset in locum Judæ proditoris diligendus duodecimus collega, statuerunt duos ex his viris, qui cum ipsis congregati fuerunt in omni tempore, quo intravit & exivit inter eos dominus Jesus, probatissimos, electionem alterutrius domino committentes. Ad hæc, cum essent deligendi primi illi ecclesiæ diaconi, Apostoli, convocata discipulorum multitudine, dixerunt: Considerate fratres ex vobis Viros boni testimonii, plenos Spiritu sancto ac sapientia, quos constituamus super hoc opus. Atque illi (cum placuisset hic sermo) coram omni multitudine elegerunt Stephanum, Virum plenum fide & Spiritu sancto, ac reliquos sex, quos statuerunt ante conspectum Apostolorum, qui dein non temere, sed orantes, illis imposuerunt manus. Denique de Barnaba, per Apostolos ad Antiochiam destinato, refert scriptura: Quoniam Apostoli miserunt Barnabam, quod esset Vir bonus & plenus Spiritu sancto ac fide. Quibus exemplis edocemur, quanta cura ac delectu manus impositionem fieri oporteat. Beatus Apostolus inter alia Timotheum sic alloquitur: Commenda, inquit, quæ audisti a me per multos testes, fidelibus, qui & idonei erunt alios docere. Et iterum: Manus nemini cito imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. A qua regula cum longe lateque discessum sit, affectibus privatis sibi omnia vendicantibus, morbus obortus est plurimus, atque ita radicatus, ut vix spes medendi relicta sit. Neque tamen in mediis & exulceratissimis morbis de remedio desperandum erit, sed tanto magis de pharmaco idoneo cogitandum providendumque.

II. Quoniam vero primitivæ ecclesiæ facies, quod ad institutionem Ministrorum attinet, paulatim immutata fuit: nimirum dotatis templis, sacerdotiisque ac certis stipendiis ministrantibus constitutis: visum subinde sanctis patribus non absque multa ratione fuit, ne quisquam sine certo titulo, qui illi victum necessarium suppeditaret, ad majores, quos & sacros ordines vocamus, ordinaretur: adhibita etiam non levi severitate in Episcopos, qui secus facere præsumpsissent: Quæ cum sic se habeant, reformationem ordiri hinc fuerit necesse. Videndum itaque in primis est, ut collationes ecclesiasticorum Sacerdotiorum, seu beneficiorum, ut electiones, præsentationes, & institutiones clericorum ac ministrorum, maxime eorum, qui curæ præficiuntur animarum, quæ scientia scientiarum merito appellanda est, rite ac canonice fiant: utque maximi illi & teterrimi abusus & vitia, quæ in deligendis personis ecclesiasticis, non vulgari cum detrimento ecclesiæ sæ-

pe numero committuntur, quoad fieri poteſt, tollantur. Quod tunc demum futurum eſt, cum repulſis ac ſubmotis indignis, digni tantum ac idonei admittentur, qui & velint & poſſint officium (propter quod beneficium datur) gerere & explere. Scriptum eſt enim: Qui non laborat, non manducet.

III. Quamobrem omnibus, qui præficiendi eccleſiaſticis muniis miniſtros poteſtatem habent, illa (quam paulo ante retulimus) paulina admonitio ſemper ob oculos verſabitur: Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Si enim ad honores mundi, ſine ſuffragio temporis, ſine merito laboris, indignum eſt pervenire, & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta non adjuvant: quam diligens, & quam prudens habenda eſt diſpenſatio divinorum munerum & cæleſtium dignitatum? certe olim excommunicatione percellebantur, qui eccleſiaſtica beneficia contuliſſent indignis.

IV. Nulla itaque conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio, facere debet hoc, ut populi gubernatio alii, quam meliori tradatur. Ceſſent omnes affectus humani, qui ſua, non quæ Jeſu Chriſti ſunt, quærunt. Maxime vero ſacerdotiorum ac beneficiorum venalitas execranda eſt, quod qui ſic præficiunt, ac præficiuntur, inter ementes & vendentes, columbas, quos dominus flagello de funiculis facto e templo ejecit, ac menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit, computentur. Si enim is dignus ſacerdotio creditur, cui non actionis merita, ſed præmiorum copia ſuffragatur, reſtat, ut nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus gravitas, nihil ſibi deſendat induſtria, ſed totum auri profanus amor obtineat. Et cum fides ſimul & vita in Sacerdotibus & miniſtris eligenda ſit, quæ tandem vita & quæ opera ſacerdotis illius erunt, qui honores tanti Sacramenti per præmium convincitur obtinere.

V. Cum olim conciliari inſtitutione vetitum ſit, ne ulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu beneficia promittantur alicui, priusquam vacent, tum ne quis mortem proximi, in cujus locum & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum, deſiderare videatur: tum quod turpe ſit, divinique plenum animadverſione judicii, ſi locum in eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſæ etiam ſeculares leges condemnare curarunt: idque vero cum nunc paſſim, præter omnem perſonarum delectum ſignatis etiam ex nomine beneficiis, in quæ ſtipulatores ſucceſſuri ſunt, peſſimo exemplo fiat, tollendus abuſus eſt: idque non aliter, quam ſecundum canonicam ordinationem, ne quis ſolicitus ſit, non tam de officio, quam de beneficio viventis.

VI. Qui Sacerdotia eccleſiaſtica pleno, ut ajunt, jure poteſtatem conferendi habent, alium factæ a ſe manuum impoſitionis decuſſorem non expectant. Præcipua ergo illis habenda cura eſt, idq; maxime in præficiendis parochis, ne apoſtolici præcepti prævaricatores ac rei fiant. Quis enim non intelligit, quam gravi culpa ſe obſtringat is, qui in cauſa eſt, ut cæcus cæco ducatum præſtet, nimirum ambobus in foveam delabentibus? Deſpiciunt (inquit Malachias propheta) nomen domini, qui cæcum, qui claudum, qui languidum animal ad immolandum offerunt; & propterea graviter a domino increpantur. Quis vero cæcum animal offert, niſi qui indoctum indocti locum ordinat? Magiſtrum facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat? Claudum vero, qui lucra terrena quærentem locat in dignitate, veluti pedem in diverſa ponentem? Cui poteſt inferri illud: usq; quo claudicatis in duas partes? Languidum denique, qui vitioſum pro religioſo habet, quique tardum & pigrum probat patientem.

VII. Sacris canonibus ſaluberrime conſtitutum eſt, ut omnes cathedrales eccleſiæ collegia, & conventus ad dignitates vacantes ex ſua congregatione idoneos eligant prælatos. Atque eos demum S. adminiſtrationibus dignos eſſe exiſtiment, quorum omnis ætas per diſciplinas eccleſiaſticas cucurriſſet. Jam ut primitivæ eccleſiæ cenſura mitigationem recipiat diſcretionis, is ſaltem aliorum curæ præficiatur, cujus comparatione grex ceteri merito dicantur. Quomodo enim fieri poteſt, ut non viliſſimus reputetur, qui eſt honore præſtantior, niſi quoque ſcientia & ſanctitate præcellat? Atque utinam hic peniſitetur, & nautis & navigio deferendis eandem imminere periclitandi neceſſitatem.

IIX. Quapropter Electores ſoliciti ſint, ut talem præficiant, qui officio credendo ſatisfacere poſſit; Virum ætatis legitimæ, moribus gravem, literarum ſcientia præditum, atque in ſacris ordinibus conſtitutum: ſcientes, ipſis in re tam gravi, vel dolo, vel negligenter agentibus, non minorem, quam malis illis paſtoribus ac prælatis, quos ipſi præfecerunt in diſtricto Dei judicio imminere pœnam. Neq; enim impune peccatur in Spiritum S., qui in omni electione, ut auctor invocatur. Neq; inultum permittet Deus, ſi quis jurejurando, quod ſub electionem præſtatur, fruſtra nomen Dni uſurpaverit; ut omittamq; pœnas canonicas, quæ perperam eligentes manent.

IX. Abſit ergo omnis Simoniæ pravitas, omnis perſonarum reſpectus. Ceſſent potentiorum preces, quæ nimis æquiparantur, omnisque impreſſio: ceſſet ambitio, ac dominandi libido. Ad hæc, procul abſint omnes illicitæ obligationes, quæ ſub electionem, aut paulo poſt ab eligendo, vel electo, haud præter Simoniæ labem, extorquentur. Et procedat de vultu Dei opus ipſius, ut ſcilicet, qui præſtantior eſt omnibus, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, hic eligatur.

X. Electione facta, nos & ceteri qui confirmationis munus impendemus, officio noſtro, Deo volente, non deerimus, diſcuſſuri ſcilicet diligenter & formam electionis, & electi merita, priusquam noſtras imponamus manus.

XI. Patroni tum eccleſiaſtici, tum laici, quos hac de re diligenter admoneri curabimus, videbunt, ut idoneos (quemadmodum ante diximus) archi-diaconis præſentent. Compertum ſiquidem habemus, quam hic ſupra modum peccetur. Sunt enim qui tantum filios & conſanguineos, ſeu aliter ipſis addictos, citra ullum delectum, aut diſcrimen ſcientiæ, morum, ac ætatis, beneficiis eccleſiaſticis admovent. Sunt qui admotis nomen tantum relinquunt, cenſum autem atque eccleſiaſticos reditus ſibi auſu quodam ſacrilego (nihil minus quam de eccleſiaſtico miniſterio cogitantes) uſurpant. Quæ omnia cum ſanctorum patrum ſanctionibus damnentur, multorumque malorum in eccleſia Dei cauſa ſint, poſthac non committi, ſed ſublata penitus eſſe, ſuamque vim canonicis regulis conſtare, ex animo cupimus.

XII. Archi-diaconi noſtri, ad quorum curam inter alia pertinet, ut noſtro nomine parochias ordinent, ac Miniſtros eccleſiæ ipſis præſentatos ac oblatos inquirant, ſcient ſui muneris eſſe, negligentiam patronorum ſupplere. Cum enim oculi noſtri ſint, diſpicient, ne quis alioqui indignus, ſub alicujus præſentationis prætextu, irrepat ac admittatur. Nec contenti, quod poſt edicta ter publicata nusquam compareat, qui præſentationem oppugnet, eorum etiam, qui ipſis præſentantur, & ad inſtituendum offeruntur, vitam, mores & eruditionem accurate perveſtigabunt: ac niſi comperti illi fuerint, muneri, cui præfici poſtulantur, pares; fore nefas putabunt, ſtulte petentibus aſſentiri. Neque exiſtimabunt id temporis, quod huic examini impendent, perdi: cum nequaquam poſſit collocari melius, maxime quod officium eorum, hoc ipſum, ut fiat, magnopere requirat.

XIII. Et quoniam ad nos quorundam querela perlatum eſt, nonnullos officiales archi-diaconorum noſtrorum, inveſtituræ nomine plus æquo interdum petere, quosdam etiam inſtitutionem ipſam petentibus, vel temere negare, vel ſaltem in longum differre tempus, quamlibet legitima ſit præſentatio, & idoneus is, qui præſentatus eſt: Curæ itaque nobis erit, inter viſitandum de his diligenter inquirere, & quæ vitioſa comperientur, archiepiſcopali auctoritate, communicato tamen cum archidiaconis noſtris (ut par eſt) conſilio, quoad ejus fieri poterit, corrigere.

XIV. Referre etiam non parum exiſtimamus, omnes, qui de Sacerdotiis, ſeu beneficiis eccleſiaſticis quamcumq; diſponendi poteſtatem habent, ſpeciatim ac diligenter admoneri, ut hiſce Synodalicis canonibus per omnia obtemperent, niſi in eo ipſo, in quo deliquerint, puniri velint.

XV. Attamen, quod ad patronos laicos attinet, hanc cenſuram eatenus moderamus, ut archidiaconi noſtri præſentatos ab eis, quod in idonei ſint, inſtituere recuſent, liceat ipſis inutilium loco alios iterum intra tempus legitimum præſentare, modo tamen dolus abſit.

XVI. Poſteaquam de illorum officio diximus, qui Sacerdotiis, ſeu beneficiis Rectores admovent eccleſiaſticis ordinibus initiandos; reſtat ut de Vicariis noſtris in pontificialibus, qui huic muneri (in partem ſolicitudinis noſtræ vocati) potiſſimum delegati ſunt, paucis dicamus. Nobis quidem uti ceteris omnibus pontificibus, in Aaronis perſona locutus eſt Deus: Homo paterfamilias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium ejus. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibboſas, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem in corpore, vel hernioſus. Omnis enim, qui habuerit maculam, non accedat offerre hoſtias domino, nec panes Deo ſuo. Quid per allegoriam ſermo divinus ſignificare voluerit, maximus ille cœleſtium rerum perveſtigator Paulus in epiſtolis, quas Timotheo ac Tito, ambobus naſcentis eccleſiæ Epiſcopis, inſcripſit, graviſſime explicavit. Quum enim mandaſſet, ut per civitates presbyteri conſtituerentur; ſtatim ſubjecit quales ſubſtitui vellet & oporteret. Oportet, inquit, conſtituendum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem, benignum, prudentem, ſobrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et ut iterum nos officii noſtri commoneſaceret, ſubjecit: Et hi probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.

XVII. Incumbit itaque nobis, ut probemus primum eos qui ordinibus, maxime ſacris, initiari deſiderant. Curæ ergo erit Vicariis noſtris

ſtris in pontificalibus, manus impoſitionem auſpicaturis,ne hic quid deſit, neve ordines ſacros aliter,quam ſecundum regulam evangelicam impartiantur. Ut adjutores in hoc examinationis munere habeant, non repugnamus, modo primæ ſolicitudinis partes apud eos ſint, ne quæ ipſis ante omnia agenda erant, in alios penitus relegent,interim ipſi de omnibus incerti: per hæc tamen ſuffraganeis noſtris nihil præjudicantes, quo minus ipſi, quemadmodum videbitur opportunum, de hujuscemodi examine faciendo diſpiciant. Ut vero ſummatim multa complectamur,diſpicient de ordinandorum ætate, vita, ſcientia & affectu.

XIIX. Olim diaconus ante viginti quinque, presbyter vero ante triginta ætatis annos non ordinabantur. In Viennenſi vero concilio ſub Clemente V. ordines ſacri minori etiam ætati conceſſi ſunt:nempe ſubdiaconatus octodecim, diaconatus viginti, presbyteratus deniq; viginti quinque ætatis annos nato. Num ad antiquos canones regredi referat, futurum concilium diſpiciet. Nos interim admonemus, Viennenſe concilium,tum ex aliis canonibus,tum ex ſeipſo interpretandum: nimirum ut ætas quidem illa ſufficiat, modo tamen cetera quoque, quæ canones plus quam ætatem reſpiciunt, haud deſint: nempe literarum ſcientia, & morum gravitas.

XIX. De doctrina,vita ac moribus,ſuffraganeus noſter teſtimonium præceptorum, qui ipſos in literis inſtituerunt docueruntq;, eorum quoque, apud quos ſacris initiandus potiorem vitæ partem tranſegit ac diverſatus eſt, exigere non omittet, ne manifeſte criminoſi irrepant: idque ad certam formulam,quam delineari curabimus. Dum enim priſcam eccleſiam reſpicimus, ſummo deſiderio tangimur, priſcos illos ſanctiſſimos mores,non tantum verbis,ſed & re ipſa in eccleſiam, quod in nobis eſt, reducendi. Illa certe vetuit, ne Epiſcopus ſine teſtimonio clericorum & plebis, clericos ullos inſtituat. Hinc illæ interrogationes ſolennes præambulæ: Sunt juſti? ſunt caſti? atque aliæ ſimiles. Neque fruſtra ſcriptum leginus, quod quanquam dominus de conſtituendo Joſue Principe præcepiſſet,eundemque elegiſſet, nihilo ſecius tamen convocari Synagogam voluiſſe.

XX. De eruditione quoque & ſcientia disquiret, ne ſtatim a ſtiva ad eccleſiaſtica munia confugiatur. Per prophetam dominus dixit: Quoniam tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te,ne ſacerdotio fungaris mihi. Subſtantia ſiquidem ſacerdotii, ſunt eloquentia divinitus tradita,uti Dionyſius ille magnus appoſite dixit. Quæ vero in Parochis, quæ in ceteris eruditio requirenda ſit,poſt dicemus.

XXI. Quo denique affectu ac propoſito accedant ordinandi, videndum, accurateque inveſtigandum eſt,num videlicet Dei cauſa tantum, an potius ſuæ commoditatis gratia ad ordines capeſſendos aſpirent, quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti. Quid enim eſt ſua quærere,& non quæ Chriſti ſunt,niſi cum tales non gratis Deum diligunt, non Deum propter Deum quærunt,temporalia commoda ſequentes,lucris inhiantes, & honores ab hominibus expetentes? Quisquis ergo talis eſt, non Dei filius,nec ovili Chriſti idoneus paſtor futurus,ſed mercenarius eſt. Ubique Deus hominis intentionem & mentem ſpectat,quam Chriſtus in evangelio lucernam corporis atque oculum vocat. Qui ſi ſimplex fuerit,totum corpo lucidum erit; Sin autem fuerit nequam, totum corpus tenebroſum erit. Quare ſi lumen,quod in initiando eſt,tenebræ ſunt,ipſæ tenebræ quantæ erunt.

XXII. Ut autem hic animus Vicariis noſtris in pontificalibus eo exploratior ſit (neque enim qualicunque aſſertioni ſtatim tuto creditur) operæ pretium exiſtimamus, ut qui ad ſacros (quos vocamus majores) ordines capeſſendos adſpirant,quatuor temporibus,ut vocant, quæ tempus impertitionis ejusmodi ordinum proxime præcedunt, Vicariis noſtris in pontificalibus ſeſe repræſentent, qui eos (quemadmodum diximus) rogabunt, quid eos huc permoveat; an expenderint, quid in hac vocatione præſtare oporteat, an huic vocationi ſe ſentiant poſſe reſpondere: & an ſperent ſe adjutore Deo, continere poſſe,ac velle. Item an affectu carnis huc ducantur,ut videlicet in otio & ſuaviter vivant, opesve & honores parent. Admoneantur quoque, ut bene ſeipſos explorent, excutiantque,ne cum ad capiendos ordines reverſi fuerint, Spiritum ſanctum fraudent.

Eo ipſo etiam tempore ordinandi teſtimonium vitæ ac converſationis ſecum afferent, ut Vicarii noſtri in pontificalibus, cum ex reſponſione, tum vita præcedente colligere poſſint,an admittendi videantur; & num referat diligentius de vitæ teſtimonio,ante appetentis tempus ordinationis,inquirere.

XXIII. Qui civitatem,aut oppidum, Senatus: qui vero pagum aut vicum incolit, judicis ejus loci literas ſigillatas,quæ gratis dabuntur,ſecum feret. Quæ ne cuipiam,vel per invidentiam,vel alium minus ſincerum affectum denegentur, prohibemus. Alioqui afferens documentum factæ requiſitionis & denegati teſtimonii, nec tamen incuſatus criminis, vel defectus, ac idoneus per vicarios noſtros in pontificalibus repertus,nihilo ſecius admittetur. Qui vero non in oppidis,aut pagis, in quibus titulum nacti ac miniſtraturi ſunt,ſed in longinqua regione moram

ram traxerunt, hi canonicis ſatisfaciant inſtitutis.

XXIV. Et ut hæc omnia eo accuratius obſerventur,viſum nobis eſt,ut ordinandi maxime ad ſacerdotii gradum,quod die Sabbatino ex more eccleſiaſtico fieri ſolet, die Mercurii proxime præcedente,ad noſtras civitates, ubi vicarii noſtri in pontificalibus ordines ipſos ſacros impartient, ſeſe conferant, quo duobus dehinc ſequentibus diebus, videlicet Jovis & Veneris, quos ejusmodi disquiſitioni peragendæ deputamus,vicariis noſtris, ipſique noſtra auctoritate in eo munere adjungendis Theologis,ſe repræſentent, examinationique eorum ſubmittant.

XXV. A qua quidem neminem excipimus,etſi magiſterii titulum prætexat, niſi quem publicum ſit, & vitam integram egiſſe,& ea, quæ ordo impertiendus requirit,facile callere. Quamobrem non ſolum Clerici, qui ſeculares appellantur,ſed & religioſi, cujuslibet etiam profeſſionis fuerint,hanc cenſuram experientur.

XXVI. Pridie ordinationis admonebit Vicarius noſter in pontificalibus iterum omnes, quo ſeſe quisque diſcutiat,ne officio ſe alliget, cui non poſſit ſatisfacere. Neve mentiatur Spiritui ſancto, aut impœnitenti corde accurrat, ſed ore confeſſus,ac Spiritu contritus humiliatusque, poſt perceptam ſacroſanctam euchariſtiam, Deo totus deditus accedat.

XXVII. Quanquam, qui minores vocantur ordines,tam exactam curam non requirant, ſuo tamen modo pro gradu & excellentia ordinis, omnium eorum quæ diximus,ratio habenda eſt. Quid enim indecorum magis, quam admoveri infantes,qui non intelligant,quid agatur,imo ne capiant quidem,quid clerici nomen, & reliqua minorum ordinum vocabula ſignificent? Quid turpius,quam quod penitus analphabeti, ac interdum flagitioſi (qui ut legum civilium cenſuras ac pœnas eludant,ſeſe impudentiſſime ingerunt) in maximam eccleſiaſtici ordinis ignominiam, ſacris initiantur? Qua de re nemo poſthac ordinibus hiſce inſigniendus eſt, niſi quem & vita commendet, & literaturæ ætatisque ſit, pro ratione ſuſpiciendi ordinis, ſufficientis, ac recte ſinceræque voluntatis. Qui enim in clerum alleguntur, rem profitentur minime ridiculam,nempe ſi peculiariter in ſortem domini adſcitos, quibus poſthac omnia terrena ſordeant, ac ſolus dominus ſors ac pars hereditatis futurus ſit. Cujus quoque, priusquam ordinetur,diligenter admoneri debent.

XXIIX. Ut autem eccleſiaſtici ordines ſumma ſinceritate omni quæſtus ſuſpicione, omnisque mali ſpecie quam longiſſime ſubmota, conferantur; nolumus,ut ab initiatis quidquam, vel ſigilli nomine, a vicariis noſtris in pontificalibus exigatur, ſed tantum ſcribis earum literarum (quæ formatæ appellantur) unus albus ſolvatur.Nam eos ſumptus quos antehac Vicarius noſter in diœceſi Colonienſi choraulium cauſa facere conſuevit,nos deinceps pendemus. Non dubitamus interim ſuffraganeos noſtros ſuis Vicariis in pontificalibus ita proviſuros, ne quis juſtam querendi cauſam inveniat.

XXIX.Prohibemus quoq; ne officiales noſtri literas dimiſſorias,quæ vulgo licentiatoria ordinandi vocantur, alicui temere concedant. Illorum enim prætextu,qui ſuæ ruditatis & inſcitiæ ſibi conſcii ſunt,noſtrorum Vicariorum in pontificalibus diſquiſitionem ſubterfugiunt, ac alio demigrant,ubi nullus canonicæ traditionis reſpectus habetur.

XXX. Tituli quoque ordinandorum diſcutiantur. Plerique enim inventi ſunt,qui fictis & emendicatis titulis,ad ſacerdotii dignitatem evecti,eandem turpiter proſtituere poſtea coacti ſunt,vendibiles,quandocumque doloſi ſpes refulſerit nummi. Quorum numerum,quod nihil fere aliud quam numerus ſint,imminui plurimum referret. Inter hos ſiquidem eſt, qui in plateis mendicat infelix clericus,& ſervili operi mancipatus,publicam depoſcit eleemoſynam. qui eo magis a cunctis deſpicitur,quod miſer ac deſolatus, juſte putatur ad hanc ignominiam deveniſſe. Inter hos eſt,qui in divitum ac nobilium domibus ſcurram,aut mimum, aut morionem agit,quem ab officio retrahendum,Carthaginenſe concilium decernit.

XXXI. Peregini clerici, Romæ,aut alibi ordinati, priusquam de ordinatione ſua rite adepta, deque vita, moribus, eruditione ac titulo fidem fecerint,ac commendatitias ſuorum Epiſcoporum,ſuæque ordinationis literas exhibuerint, repellantur. Quanta enim per hos, qui evagandi licentia abuntuntur, ſcandala,animarumque pericula, & in clero & in populo frequenter eveniant nemo eſt qui non videat.

XXXII. Odioſa ſemper apud veteres fuit plurium Sacerdotiorum ambitioſa cupiditas, neq; ſemel generalibus conciliis damnata. In Calchedonenſi enim inter alia cautum eſt, clericum in duabus eccleſiis conſcribi non oportere, quod difficile videatur, ut unus vicem duorum ſuſtineat: & abſurdum,ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. Id vero in primis noxium eſt, ubi pluries parochiæ,ſeu dignitates uni presbytero committuntur, quod ſolus per omnes eccleſias, nec officium perſolvere, nec rebus earum neceſſariam curam impendere valeat. Quare tam eos,qui de Sacerdotiis ejuscemodi diſponendi poteſtatem habent,quam qui ea cæca cupiditate ducti ambiunt,commonitos volumus, ut ſuos affectus canonicis inſtitutis ſubmittant.

Qui vero dispensatione apostolica adversus hæc se tueri velint, hi viderint, ut causam dispensationis obtentæ Deo comprobent. Neq; enim sublimes atque admodum literatas personas suo privilegio nudamus, modo illo recte & secundum Deum utantur.

XXXIII. Quam impudenter pleriq; diplomatibus ac dispensationibus apud sedem Apostolicam extortis, præter summi pontificis mentem (qui & vult & debet potestate sibi concessa, non ad destructionem, sed ad ædificationem uti) abutantur, nullus enim qui ignoret. Non prohibeo, inquit, quidam vir pius, dispensare, sed dissipare. Dispensatio quidem credita est, sed hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Quamquam apud illos maxima culpæ pars resideat, qui vel nulla, vel minus legitima, vel etiam ficta causa supplicatoriis precibus inserta, dispensationis tectorium tandem eliciunt, quos apud Deum, qui renes & corda nostra scrutatur, omnemq; hypocrisin ac fraudem execratur, securos quis dixerit? Nemo tibi, ait idem ille quem jam citavimus, de dispensatione Apostolica blandiatur, cujus conscientiam divina sententia tenet alligatam. Sed quia pauci sunt, in quorum conspectu est Deus, pleriq; vero, qui sacra auctoritate pro sua libidine passim abutuntur, fit, ut Lugdunensis concilii, sub Gregorio decimo celebrati, non insalubre decretum adversus insolentiam ejuscemodi hominum in usum revocare cogamur: quo subnixi, cunctis qui talibus diplomatibus sibi blandiuntur, necessitatem imponemus, literas suas nobis exhibendi, visuris num rite impetraverint, ac recte impetratis utantur. Et ut quam maxime robustæ sint dispensationes istæ, curabimus tamen, ut menti canonis ac summi pontificis satisfiat, videlicet, ne animarum cura in his ecclesiis, personatib9, seu dignitatib9, quas sub hoc prætextu occupant, negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur.

XXXIV. Postremo, cum nobis haud clam sit, in resignationibus, permutationibusq; beneficiorum multa ancipitia perjuria committi ab his, qui frequenter, subito, ac non præmeditate, aut ipsi, aut per suos procuratores (id quod ejusdem reatus ac culpæ est) jurejurando ante manus impositionem testantur, in hujusmodi resignationibus, seu permutationibus nullam Simoniæ labem, aut aliam illicitam interveniisse corruptelam, cum res crebro longe secus habeat, per quod illi gravem in se Dei iram procul dubio provocant. Majori ergo cura diligentiorique, quam antehac fieri consuevit, perveſtigatione prævia, hæc juramenta recipi convenit.

XXXV. Et ut cum D. Clemente hoc caput concludamus, melius est Episcopo paucos habere Sacerdotes ac Ecclesiæ ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant.

XXXVI. De visitatione (quæ est altera muneris nostri Episcopalis pars) hic dicendi locus non fuerit opportunus. Expedientius tamen erit, hanc partem in ultimam harum Synodalium institutionum classem rejicere, quod illic tractetur commodius, majorique cum fructu, nimirum traditis jam atque expositis regulis, ad quas oporteat, veluti ad amussim quandam, visitationem redigere, ordiri, atque peragere.

PARS SECUNDA. Capitula.

I. Qui exacte volet cognoscere clericorum officium & vitam, is divum Hieronymum ad Nepotianum, ac ceteros patres non minus eruditione quam vitæ sanctimonia claros (qui de hac re ex professo justis voluminibus scripserunt) perlegat. Sat nobis impræsentiarum erit, captim quædam delibare, ex quibus Clerici nostri summatim deprehendant, quam longe lateque a recta semita declinaverint, subindeque errones ipsi, tam periculosæ digressionis commoniti, pedem in viam mandatorum, domini referant. Quod ab illis pientissimus simul ac justissimus Deus, cum verbo hactenus adhortans parum profecerit, innumeris plagis justissime immissis commonens, manifesto requirit.

II. Neminem fugit, unde clerici appellatio derivata sit, nempe ἀπὸ κλήρου, quod sortem sonat. Propterea enim (si divo Hieronymo credimus) clerici dicuntur, quia de sorte domini sunt, vel quia ipse dominus sors, id est, pars, eorum est. Quia ergo, vel ipsi pars domini sunt, vel dominum partem habent, tales se exhibere debent, ut & ipsi possideant dominum, & possideantur a domino, quo, cum prophera confidenter dicant: Dominus pars hereditatis meæ. Non quidem quod a sorte domini laicos secludamus, (omnes enim qui Christo per baptismum & fidem concorporati sumus, populus acquisitionis ejus sumus, de quo Propheta dixit: pars autem domini populus ejus, Jacob funiculus hereditatis ejus) sed quod clerici peculiari quadam ratione ministerio Dei & ecclesiæ dedicati sint. Omnis quidem multitudo sanctorum erat, attamen dominus tribum leviticam suo ministerio peculiariter delegit, quam in terra Israel præter primitias, decimas, partesque immolatorum, ac reliqua quæ ipsis peculiariter, lex dedicavit, nihil proprium possidere, nec habere partem inter fratres voluit. Dominus enim ipse est hereditas ejus, quam in hoc elegit ex omnib9 tribubus, ut stet & ministret nomini ejus. Habet evangelium suam Magdalenam, habet & Martham: & secrevit quosdam Christus, quos dedit Apostolos, quosdam aut prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem

nem sanctorum, in opus Ministerii, in ædificationem corporis Christi. Breviter a condito orbe, & ab ecclesiæ, quæ in Adam cœpit, crepundiis, semper videntur ex hominibus assumpti quidam constituti pro hominibus in his, quæ sunt ad Deum. Semperque visum est genus humanum a duobus Ministris Dei optime Regi, quæ sunt Sacerdotalis auctoritas, & regia potestas. Quibus quamdiu inter se convenit, bene actum est de republica Dei, cum secus, omnia in diversum repente mutata sunt. Ponit ob oculos sermo divinus pleraque exempla huc spectantia, perpetuo memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, cum nostri temporis exempla non minus insignia, non in aures tantum, sed in oculos ipsos influant? quæ nimis abunde docent, quantum malorum in ecclesiam Dei invexerit, sacra profanis miscuisse.

III. Omnis mali seminarium cupiditas semper fuit. Nam dum nemo suum peragit officium, alienis semper intentus: Nempe clericus quæ laici, laicus quæ clerici sunt (ut deteriora sileamus) usurpat; fit ut ecclesiæ harmonia diutius constare non possit. Obtestatur Paulus Apostolus Timotheum, quin potius contestatur simul omnes, quotquot erant Timotheo successuri: Tu inquiens, vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple.

IV. Clericis, & imprimis ecclesiæ presbyteris, duplex Ministerium divinis & humanis legibus est injunctum. Alterum, ut in commissum sibi populum Deum propitium habere cunctis rationibus enitantur: quod non tantum sacrificiis solennibus efficitur, sed etiam precibus, quæ a pio corde proficiscuntur, teste Jacobo, qui nos ad precandum cohortans: Orate, inquit, pro invicem, ut salvemini: Multum enim valet deprecatio justi assidua. Omnibus quidem dictum est: petite, & accipietis; his vero, ut semper petant, nec pro semetipsis tantum, sed & pro tota ecclesia Dei, ut vincat populus, qui sub ipsis est, hostes illos inviisibiles, impugnantes eos qui volunt pie vivere in Christo, ut stent sicut Moses, levatis semper interioribus animi manibus in cœlum, in confractione, in conspectu domini, ad avertendum iram ejus, ne disperdat populum suum assidue precantem. Deinde ut offerant dona ac sacrificia pro peccatis, quemadmodum scriptum est: Quoniam sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus. Incensum enim domini & panes Dei offerent, & ideo sancti erunt. Alterum, ut sint religionis Magistri, proindeque ut in lege domini meditentur die ac nocte, ut judicia domini vera, justificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum, multum, dulciora super mel & favum, totis præcordiis amplectantur, exquirant, scrutenturque. Idque non propria præsumptione aut humano sensu, sed Spiritu sancto dictante, qui abscondit hæc a sapientibus & prudentibus in oculis suis, & revelat ea parvulis. Unde scriptum est: Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem exquirent ex ore ejus, quia angelus domini exercituum est. Qui in hoc secundo munere præstant, gregi Christi pascendo admovendi sunt: de quibus suo loco dicemus.

V. Hic satis est admonuisse omnes pariter ecclesiasticis muniis consecratos, ipsos precibus supplicationibusque publicis Deo persolvendis mancipari. Quas ut non tantum ore murmurent, sed & corde persolvant, nunquam a manibus eorum liber legis, hoc est biblia, deponatur. Nam ut, quæ legunt & canunt, discant intelligere, tota vita vix sufficerit: Si tamen quid est in literis sacris, quod totum humanus intellectus assequi possit, aliis subinde divitiarum fonticulis ex eodem fonte semper scaturientibus.

VI. Veteris ergo instituti, quo sancitum est, ut clerici sacris initiati, vel Sacerdotiis præsidentes, singulis diebus perlegant horarias preces, quas canonicas appellamus, causæ multæ, & potissimum eæ, quas jam commemoravimus, videri solent. Hic multo jam ex tempore, pio (ut spes est) animo desideravimus repurgari breviaria. Nam cum olim a sanctissimis patribus institutum sit, ut solæ scripturæ sacræ in ecclesia recitarentur, nescimus qua incuria acciderit, ut in earum locum successerint alia cum his neutiquam comparanda, atque interea historiæ sanctorum tam inculte ac tam negligenti judicio conscriptæ, ut nec auctoritatem habere videantur, nec gravitatem. Deo itaq; auctore, deq; consilio capituli nostri, ac Theologorum, aliorumq; piorum virorum reformationem breviariorum meditabimur.

VII. Sunt in clero Zelum quidem Dei habentes, sed non secundum scientiam, qui privatis quibusdam affectibus ducti, vel testamento, vel (ut vocant) fundationibus efficiunt, ut nova festa præter ecclesiæ auctoritatem solenniter subinde celebrentur. Quo interim fit, ut preces horariæ ac reliqua publice recepta, pro affectu cujuslibet facile noventur, id quod nobis non satis probatur. Neq; enim errarunt patres, a quorum institutis in dicendis precibus utinam tam longe discessum non fuisset. Quod si hic singulorum affectibus indulgebitur, tandem antiquus ritus penitus evanescet.

IIX. Non suffecerit autem, preces istas horarias utcumque præmurmuraſſe: Sed ut conciliari constitutione cautum est, presbyter ex intimo affectu, elevataque mente in solum Deum nocturnum hoc diuturnumque suæ servitutis pensum exolvat. Maledictus enim, qui facit opus domini negligenter. Alioqui in

pre-

precantes competet: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Quam maxime vero orantem cavere oportebit, ne alio reſpiciat, quam ad Deum. Quod ſi externæ gloriæ aucupandæ, aut lucri gratia, denique potius ex morte, quam mente orare inſtituat, pars ejus inter hypocritas reputabitur, de quibus dominus in evangelio pronunciavit, quod ament in Synagogis & in angulis plateaarum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus, proindeque mercedem ſuam receperint. Et alibi ipſis interminans: Væ inquit, Vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, oratione longa orantes: propter hoc amplius accipietis judicium. Alibi quidem dominus ait: Oportere ſemper orare, ac nunquam deficere: Sed alia prorſus ratione, quam precabantur Phariſæi: nempe ſecundum divi Pauli ſententiam, qui divini numinis clementiam ſibi conciliare volet orando, oculis interioribus in cœlum ſemper intentis orabit Spiritu, orabit pariter & mente: pſallet Spiritu, pſallet & mente, quemadmodum de Anna Samuelis matre legimus, quod multiplicans preces, coram domino loquebatur in corde ſuo, tantumque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. Effudit enim animam ſuam in conſpectu domini. Denique curandum eſt, ut pœnitenti animo ac corde contrito humiliatoque, gratiæ Deo dicantur, ac pſallatur. Ut enim divinus Pſaltes ait, peccatori dixit Deus, quare tu enarras juſtitias meas? & ea quæ ſequuntur; utque oculi inter orandum ab omni vanitate avertantur.

IX. Jam ſi tanto mentis ardore quælibet preces dicendæ ſunt, quanta putamus devotione ſacroſanctum miſſæ miniſterium, in quo corporis & ſanguinis dominici ſacramenta tractantur, conficiunturq; peragendum eſt? Certe graviter dolemus atque animo inhorreſcimus, ubi videmus paſſim tantis myſteriis indignos ac conductitios illos ac indignos Sacerdotes, publicis etiam ac manifeſtis criminibus contaminatos, ſeſe (idq; irreverenter, & interdum magis lucelli ac ſtipis, quam Dei cauſa) ſacris ingerere, quorum inſtar interitus, & perditio non dormitat. Probet, inquit Paulus, ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Atq; ideo, ut ſubdit, inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Nam ſi nos ipſos dijudicaremus, non utique dijudicaremur.

X. Terret, nec immerito, nos ſermo dominicus, qui vetat nos ſanctum dare canibus, & margaritas noſtras projicere ante porcos, cum quosdam leviculos Sacerdotes illotis manibus pedibusq; ut in proverbio eſt, audacius in hæc ſacratiſſima myſteria, quam in profana, irrumpere comperimus. Quales ſunt, qui humano affectu tantum, & potius ex more, quam devotionis ardore ad altare accedunt, quorum polluta eſt & mens & conſcientia, quos merito horrendum evangelii exemplum (quod Joannis decimo tertio legimus in hæc verba: Et poſtquam accepiſſet bucellam, introivit in eum Satanas, & cetera, quæ ſequuntur) ad meliorem vitæ frugem, altioremque tanti myſterii contemplationem revocaret.

XI. Peculiaria miſſarum argumenta, recens præter veterum inſtitutionem inventa, etiam patribus diſpliguerunt, quod tantum myſterium pro affectu cujuslibet tractari non deceat. Proſas indoctas nuperius miſſalibus cæco quodam judicio invectas prætermittere per nos liceret. Videbimur ergo operæ precium facturi, ſi miſſalia perinde atque breviaria pervideri curemus, ut amputatis tantum ſuperfluis, & quæ ſuperſtitioſius invecta videri poſſint, ea tantum, quæ dignitati eccleſiæ & priſcis inſtitutis conſentanea fuerint relinquantur.

XII. Jam & illud non recte fit in quibusdam eccleſiis, ut ob cantorum & organorum concentum omittantur, aut decurtentur ea quæ ſunt præcipua. Cujus generis ſunt, recitatio verborum propheticorum, aut apoſtolicorum, quam epiſtolam vocamus, Symbolum fidei, præfatio, quæ & gratiarum actio, atque precatio dominica. Quamobrem hæc tota diſtinctiſſime ac intelligibiliter, uti cetera omnia (ſi tamen non levis decurtandi cauſa ſubſit) decantentur. Sit quoque cantus quo presbytero reſpondetur, æqualis, nec præcipitatus.

XIII. Qui legit miſſam, cum reverenda modeſtia, clare, diſtincte, & exerte legat omnia usq; ad canonem, ut qui ſacra audiendi cauſa adſtat, quod legitur, intelligat, atque ad pietatem excitetur.

XIV. Poſt elevationem conſecrati corporis ac ſanguinis dominici, in nonnullis templis canunt antiphonas pro pace, aut contra peſtilentiam & mortalitatem, cum potius tum videretur ſilendum, ab omni populo mortis dominicæ commemoratio habenda, proſtratisque humi corporibus, animis in cælum erectis, gratiæ agendæ Chriſto redemptori, qui nos ſanguine ſuo lavit, morteque redemit. Cantiones vero illæ contra mortalitatem ſeu cladem, aut pro pace, ſatius poſt finitam miſſam canuntur. Quæ ut ad Deum dirigantur, excerptæ ex canonica ſcriptura plus placuerint, quales ſunt antiphonæ, media vita; ac, da pacem domine, & ſimiles. Sic tamen, ut illis etiam quæ glorioſæ virgini matri dicatæ ſunt, ſuus honos ac locus ſervetur.

XV. Organorum melodia in templis ſic adhibebitur, ne laſciviam magis quam devotionem excitet: neve præter hymnos divinos ac cantica ſpiritualia, quidquam reſonet, ac repræſentet.

XVI.

XVI. Mos inolevit non admodum improbandus, ut diebus dominicis toto fere anno officium miſſæ, vel de ſacro ſancta Trinitate, vel de Spiritu ſancto dicatur. Nobis ſatius videtur, ut, quæ priſca eccleſia ſingulis dominicis peculiaria fecit, obſerventur. Quod ſi illorum loco alia uſurpanda erunt, videbitur, quod de reſurrectione Domini eſt, diei dominico magis convenire, quod dies illa potiſſimum reſurrectioni dedicata ſit. Neque ignoramus, non absque cauſa in concilio Triburienſi conſtitutum, ne propter miſſas peculiares, miſſa, quam de feria vocamus, prætermittatur.

XVII. Confeſſio illa, miſſæ præambulum, devote cum miniſtris uno aut pluribus viciſſim confitentibus, ac Sacerdotis abſolutionem in verbo Chriſti, plena pœnitentis cordis erga Dei pietatem fiducia, recipientibus recitanda. Ad omnes enim ſacro adſtantes ea abſolutio refertur, ut digne tantis myſteriis valeant intereſſe. Quamobrem dum hæc fiunt, non ſit miniſter accendendis luminaribus, aut aliis mentem a vocantibus (quæ prius facta oportuit) intentus.

XVIII. Nec ſine magna ratione in concilio Toletano conſtitutum fuit, ut habeat quisque canen: Deo atque ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adjutorem, ubi remporis, loci, ſive cleri copia ſuffragatur: idque propter morbos & caſus diverſos, qui occurrere poſſunt, quo is, qui impleturus officia accedit, ſi aliquo caſu turbatus, vel in terram eliſus fuerit, à tergo ſemper habeat, qui ejus vicem & officium intrepidus exequatur. Aliis inſuper canonibus cavetur, ne presbyter niſi duobus teſtibus præſentibus celebret. Quæ decreta in quam deſuetudinem abierint; in aperto eſt, nimirum presbyteris frequenter celebrantibus talibus tantum adhibitis, qui vix ipſis reſpondere, nec quid agatur, ſciant.

XIX. In ſumma, cultus divinus, quem Sacerdos in domo Dei exhibet, debita cum veneratione peragendus eſt, ut & Deo gratus ſit, & inſpicientibus placitus; qui conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed & reficiat. Monet ſiquidem diviniſſimus Paulus, ut omnia noſtra ordinate ac honeſte fiant: ac acerrime increpat Corinthios, quod irreverenter convenirent in unum ad cœnam domini manducandam.

XX. Nunc de vita & moribus paucis videamus. De vita inſtituenda ſic præcepit Paulus, nedum clericis, ſed omnibus Chriſtianis: Mortificate, inquiens, membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam & avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam de ore veſtro, exſpoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, ſecundum imaginem ejus, qui creavit illum, qui eſt omnia & in omnibus Chriſtus. Induite verò vos, ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam. Super omnia autem hæc caritatem habete, quod eſt vinculum perfectionis, & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia, docentes & commonentes vosmetipſos in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunq; facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Dn. noſtri Jeſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum; non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Deum. Quodcunq; facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus. Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, ut ſciatis quomodo oporteat vos unicuiq; reſpondere. Omnis autem ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum S. Dei. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. De cætero, quæcunque ſunt vera, quæcunq; pudica, quæcunque juſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ: hæc cogitate, & Deus pacis erit vobiscum.

XXI. Olim Clericis hæc apoſtolica præcepta tenentibus, pax ſuper illos erat: quomodo ergo non tantum vinea, ſed & vineæ cultores facti ſunt in direptionem? Ecce, (inquit Ezechiel, ad Hieruſalem verba faciens) hæc fuit iniquitas, Sodomæ Sororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarum ejus, & manum egeno, & pauperi non porrigebant, & elevatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eas, ſicut vidiſti.

XXII. Præcipuæ ergo cauſæ omnis mali ſunt faſtus, luxus & avaritia, à quibus clerici potiſſimum male audiunt.

XXIII. Ut omnem ambitionis radicem Chriſtus diſcipulorum cordibus eximeret, parvulum in medio illorum ſtatuit, deque primatu certare prohibuit: Qui major (inquit) eſt in vobis, fiat ſicut junior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis major eſt qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Quis vero ignorat clericum in medio eccleſiæ eſſe tanquam eum qui miniſtrat? Quare meminerimus potius officii noſtri, quam dignitatis. Neque enim ad dominationem vocati ſumus, ſed ad opus. Non im-

merito Hieronymus,ut peſtem quandam, fugiendos clericos ait, qui à ſpeluncis domorum paternarum abſtracti, & poſt in eccleſia ſublimati,ac Sacerdotiis ditati, vanæ gloriæ & ſuperbiæ ſtimulis efferuntur.

XXIV. Beatus Hieronymus eccleſiæ præfectos,qui luxu ac deliciis affluunt, Michæam deſcribere aſſerit, quod ejiciendi ſint de ſpatioſis domibus, lautisque conviviis, & multo labore conquiſitis epulis, in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Vivere quidem de altari Sacerdoti licet,luxuriari non permittitur. A crapula itaq; & ebrietate, à compotationibus illis adhauſtus æquales,à luxu,ab alea, ab immoderatis ſumptibus & comeſſationibus, concilium generale clericos revocat univerſos, ſecutũ veteris teſtamenti inſtitutum, quo miniſtris templi vinum & ſicera prohibebatur, ne ebrietate gravarentur corda eorum, & ut ſenſus eorum ſemper vigeret & eſſet tenuis. Et apoſtolus ait:Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu S. Et iterum:Non in comeſſationibus & ebrietatibus, & quæ ſequuntur. Atque alibi Salomon: Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit ſapiens.

XXV. Olim tanta honeſtas deſiderabatur in clero,ut ne nuptialibus quidem conviviis ipſis intereſſe liceret, nec immiſceri ſpectaculis ac cœtibus, ubi amatoria cantantur, aut obſcæni motus corporis choreis & ſaltationibus efferuntur:ne auditus & intuitus S. myſteriis deputatus, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione pollueretur. Quid ſi videret eccleſia illa priſca clericos noſtri temporis tabernarios,tabernisq; (quaſi domos non haberent) noctu diuq; allegatos? quam execraretur facinus? poſthac ergo,non ſolum, nullus ex clero ſordidiſſimum cauponem,aut tabernarium agat, ſed ne ad tabernas quidem, niſi neceſſitatis cauſa, divertat: alioqui pœnæ canonicæ imminent ei, qui ordini ſuo hanc ignominioſam notam inurere tentaverit.

XXVI. Beatiſſimus Paulus habitus modeſtiam & in mulieribus deſiderat, quam vult verecundam eſſe,non in totis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veſte preciosa, ſed quod decet mulieres,promittentes pietatem per opera bona. Itidem Apoſtolus Petrus eas commendat, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, ſed qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſti Spiritus,qui eſt in conſpectu Dei locuples. Quam turpis ergo putanda eſt in clericis tanto gradu ſublimioribus, deformiſſima illa ac frequentiſſima noſtræ tempeſtatis habituum variatio,quam ne inferiori quidem vaſculo Apoſtolorum Principes permittendam duxerunt? Ex veſte apud homines ſanctimoniæ opinionem aucupari prohibuit Chriſtus,qui in omnibus operibus noſtris, id quod intus eſt, primum reſpicit, mundariq; jubet: deinde, quod deforis eſt, væ illud horrendum Phariſæis hypocritis interminans,qui ut viderentur ab hominibus juſti, dilatabant phylacteria ſua,& magnificabant fimbrias,cum eſſent intus pleni rapina & immunditia:Interim tamen evangelium non temere veſtimentum Joannis Baptiſtæ, quod illius profeſſioni ac menti reſpondebat, de pilis camelorum contextum celebrat,ac ipſe Chriſtus veſtium mollitiem ac levitatem averſatur: Ecce,inquiens,qui mollibus veſtiuntur,in domibus Regum ſunt. Quæ omnia huc ſpectant, ut velimus clericos præter indictam tonſuram, veſtes quoque ſuo ordini congruentes deferre,quemadmodum olim generali concilio cautum eſt. Pudet ſiquidem nos, cum videmus prodire clericos perinde atque ſeculi milites amictos, vel qui ſint, ut fœmina, compti. Itidem pannoſi clerici ac veſtitibus laceri diſplicent. Neque enim affectatæ ſordes, aut exquiſitæ deliciæ laudem pariunt.

XXVII. Magna eorum levitas eſt,in magnam cleri ignominiam redundans, qui ſe laïcis atque adeo delicatis fœminis,ventris cauſa in Capellanos, ut appellant,atque ante ambulones venditant. Qui enim debebant eſſe gregis duces, rediguntur in caudam, & ſordiſſimis quibusque negotiis alligantur,proh nefas!

XXVIII. Nicæno concilio neque Epiſcopo, neque presbytero, neque Diacono, neque ulli clericorum omnium habere ſecum mulierem extraneam permittitur,niſi forte mater, aut ſoror, aut avia,vel amita,vel matertera ſit. Nos (ſi tamen hæc tempora tantam ſeveritatem pati non videntur) ſaltem ſuſpectam cohabitationem prohibemus.

XXIX. Ex quo in eccleſia Dei avaritia crevit, periit lex de Sacerdote, & viſio de propheta, quemadmodum divus Hieronymus ad Ruſticum Narbonenſem ait.Nec mirum,quod nemo poſſit ſervire Deo & Mammonæ:aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: Unum autem ſuſtinebit,& alterum contemnet. Ubi eſt enim theſaurus tuus,ibi eſt cor tuum. Habentes autem alimenta & quibus tegamur quisque, ſecundum ſuæ vocationis rationem, his contenti ſumus.

XXX. Quibus non ſuppetit ex ſacerdotio, honeſto artificiolo victum quærant, ſecuti divi Pauli exemplum: Sic tamen, ne ſordidam aliquam artẽ ſacerdotio ignominioſam, exerceãt.

XXXI. Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat, cui ſe probavit. Quare

Quare multa providentia olim vetitum eſt, ne clerici vel monachi, mercatores (tacemus feneratores) ſint lucri cauſa.

XXXII. Reperiuntur qui ſuperſtitioni, divinationibusque ac ſortibus dediti ſunt, quos damnamus.Sunt qui ſcurras in conviviis divitum ac potentum agunt,qui cum male fecerint, gloriantur & exultant in rebus peſſimis: qui digni non ſunt,ut clerici appellentur. Sunt curioſi & leviculi,qui in foris, in compitis,in plateis, in vicis obambulant,vagis oculis, effreni lingua, petulante ſtudio; inceſſu, & levitatem animi, impudentiamque mentis oſtendunt: quos averſamur. Eos verò tantum & re & nomine clericos reputamus, qui legem Dei die noctuque meditantur, munus ſuſceptum debite exequuntur, ac vitam agunt ſacerdotio dignam.

Pars tertia. Capitula

I. Cum metropolitana, ſeu cathedralis eccleſia ſedes ſit Epiſcopi, principemque locum in clero obtineat, nequaquam poſtremum in reformatione locum obtinere debet.Niſi enim ea eccleſia præluceat omnibus,quæ in tota provincia,aut diœceſi conſtitutæ ſunt, fruſtra intendimus redigere in ordinem eccleſiaſticæ diſciplinæ ceteras.

II. Porrò cum collegiatæ eccleſiæ ſecundariæ ſint poſt cathedrales, & inſtar illarum (quod ad ordines miniſtrantium, divinumq; cultum attinet) conſtitutæ, utrobiq; Decanis curæ erit, ut clericos ſuos ad obſervationem piorum rituum provocent ac reducant, ut ad agendam vitam clericis dignam perpetuo cohortentur, ac impellant,ut à negotiis,à tumultibus mundanis revocent,ne magis ſeculi,quam Chriſti milites videantur,ut comeſſationibus,ebrietatibus, ac omni luxui interdicant; denique ut ſuo officio ſatisfacere compellant.

III. Sunt in hisce eccleſiis diverſi miniſtrantium gradus:nempè præpoſiti,Decani,archidiaconi,ſcholaſtici,cantores,qui & chori Epiſcopi, theſaurarii,qui & ſacriſtæ,ſeu cuſtodes,canonici,vicarii atque id genus alii.Interpretetur quisque vocabulum ſuum, ut curet eſſe, quod dicitur, ſecundum veterem patrum inſtitutionem ac regulam. Atque eo ſolo fecerint,ut cum noſtræ,tum omnium piorum expectationi magna ex parte reſpondiſſe videantur.

IV. Ut de canonicis dicamus paucis,reſpondeat eorum vita titulo,reſpondeat nomini: ſint reipſa,ut ſunt nomine,canonici,id eſt,regulares. Neq; enim clam eſt, primam eorum originem monaſticæ diſciplinæ fuiſſe.Imitentur Apoſtolos & naſcentis eccleſiæ miniſtros,quorum erat cor unum & anima una, qui quotidie,ut in actis Apoſtolicis legimus, perdurantes unanimiter in templo&frangentes circa domos panem,ſumebant cibum cum exultatione&ſimplicitate cordis, perſeverantes in orationibus, collaudantes Deum,& habẽtes gratiam ad omnem plebem. De tali conventu pſaltes dixit,ecce quã bonum, & quã jucundum,habitare fratres in unum.Qui & compellens ac provocans ejuscemodi conventum,ait: Ecce nunc benedicite domino, omnes ſervi Domini:qui ſtatis in domo domini,in atriis domus Dei noſtri. Porrò eccleſiæ iſtæ collegiatæ quandam vetuſtatem ſpirant,& eccleſiæ primitivæ inſtitutum præ ſe ferunt, quod vel forma ædificiorũ oſtendit, quæ canonicos prope templum, in unum penè habitaculum collocavit, ut procul à promiſcua multitudine ſeparati,divinis pariter laudibus jugiter inſiſterent.

V. Statis ergo & debitis horis laudes divinæ, non curſim ac feſtinanter, ſed tractim, non truncate,ſed integre,diſtinctè,devote, reverenterq; ab omnibus decantentur, perſolvanturq;. Et cum pſallendi gratia conveniatur ibidẽ,mutæ aut clauſa labia nemo tenuerit: Sed omnes pariter,ſenes cum junioribus, laudent nomen domini in pſalmis,hymnis & canticis,Deo alacriter modulantes:Sic tamen,ne boatus confundat recitationem. Nemo tum, cum publice vel preces horariæ, vel miſſæ ſacrum cantando peraguntur,legat vel dicat privatum officium: nam is id, cui obnoxius eſt, choro ſubtrahit, atq; alios vel pſallentes perturbat,vel à pſallendo retrahit. Quem tamen aliud officium eccleſiaſticum,aut publicum alio ſtatim rapiet,ut niſi legens preces horarias,tempeſtivè abſolvere haud poſſit, hac lege teneri noluimus.Quam autem à verò aberrant, qui exiſtimant ſeſe non alicujus officii in eccleſia exercendi,ſed quietis & inertiæ tantum cauſa canonicatus eſſe adeptos:perinde atq; ſatis ſit, paucis quibusdam clericis admodum ignaris,tenui precio conductis, curam divini officii committi,quod deinde ejuscemodi mercenarii, non ſervatis temporum interſtitiis, ſyncophando transcurrunt, interim ipſis canonicis tota vita torpentibus.

VI. Longe vero abominabile eſt, quod quidam tum, cum divina aguntur, inter ſeſe de rebus profanis tractant, muſſitationes, colloquia, riſus & cachinnos intermiſcent. Quidam aut in aliquem chori angulum ſe recipientes, de nugis, ne quid gravius dicamus, commentantur: aut foris per templum magno cum populi offendiculo deambulantes, oculos pariter & aures ad vanitatem convertunt, atque ſacra loca fœdant, poſiti in lapidem offenſionis & petram ſcandali.Hac lege nullum excipimus, ſivè claris ſit natalibus prognatus, ſive plebejus. Quin potius, qui genere præſtant, meminerint ſe illic canonicos agere,& converſari non in aulis, ſed in ſcholis virtutum ac eccleſiaſticæ diſciplinæ.

VII. Facimus quoq; decano eccleſiæ noſtræ poteſtatem perſonas eccleſiaſtic. ex aliis collegiatis eccleſiis interdū magis curioſitatē rerū novar., quam devotionis cauſa ad templum ſummum ſe recipientes, ac inibi, præter omne decorū, ſæpe etiam eccleſiaſtico habitu non amictas inter laicos ſurſum ac deorſum inambulantes, pœna canonica, nimirum ſuſpenſionis temporariæ, aut majori etiam, pro ratione culpæ, coërcendi.

IIX. De veſtitu clericorum ante dixim9, qui in his tanto debet eſſe decentior, quo ſunt altiori loco, perindeq; atque in ſpecula quadam conſtituti. Sit ergo chorum ingredientibus veſtis talaris, ſint pilei, (qui bireta vocantur) ſint camiſiæ, ſint deniq; calcei pariter & caligæ tales, in quib9 non faſtus, jactantia, elationis vitium, vel mentis levitas, ſed clericalis ordinis honeſtas & modeſtia deprehendantur. Siquidem ita ſemper viſum eſt majorib9 noſtris, externum habitū, quid int9 crepet, deſignare: adeo ut & leges civiles injuriam matronæ, habitu meretricio utenti, illatam non vindicent: ac canones clericum non alligatum conjugio, habitum ac tonſuram clericales deferentem, poſt tertiam monitionem: clericum vero conjugatum ſtatim privilegio exuant clericali: adeò, ut ſic in maleficiis deprehenſi, animadverſionem civilium magiſtratuum non evadant. Ne autem poſthac quiſpiam excuſationem non factæ aut præviæ monitionis prætexat, hac noſtra Synodali conſtitutione omnes (quotquot ſunt in noſtris diœceſibus conſtituti) clericos, qui habitu minus decenti utuntur, monemus, ut intra tres menſes, quorum ſingulos pro ſingulis dilationibus, tertium vero uti peremptorium terminum præfigimus, habitū, qui clericos deceat, reaſſumant; alioqui ipſo facto, nulla poſthac alia monitione expectanda, in cenſuras ac pœnas conſtitutionū canonicarum incurſuri.

IX. Quo ergo hæc, quæ dixim9, repurgentur, ac debite ſimul cum omnibus aliis ad divini officii proſecutionē ac chori diſciplinam ſpectantibus obſerventur, decanus diligenter invigilabit, hinc & hinc circumſpiciens, ne quid inordinate fiat.

X. Cui ante omnia curæ erit, ne quis canonicorum ſacris abſit, ſed ut qui emolumentum ferre volent, officium queq; ſuum, propter quod beneficium datur, in eccleſia gerant. Aurelianenſi concilio cavetur, clericos, qui officio adeſſe contemnunt, eccleſiaſticam diſciplinam arbitrio Epiſcopi recepturos. Sed facile caſtigabitur hic laplus, ſi negligentes, ſubtractione proventuum, ſeu diſtributionum mulctentur: Quare qui ab epiſtolæ lectione, exinde toti miſſæ, & à primo pſalmo, ſingulis horis canonicis integris ac minime interpellatim, niſi forſan neceſſitate avocante, petitaq; ac obtenta licentia, non interfuerit, juſtum eſt, ut hic illius horæ, aut officii ſtipendio in totum careat.

XI. Qui vicarii dicuntur, in quibusdam collegiis ſe in libertatem quandam potius carnis quam Spiritus vendicare contendunt, nolentes choro, decantandisq; ſimul cum canonicis divinis laudibus ac ſacris eſſe addicti: Sed hi reſipiſcant, ac incipiant intelligere, cur vicarii dicantur; ſuperpelliceis quoq; utantur. Cuj9 enim vices gerent, niſi canonicis adjutores accedant? Horum nimirum vice, qui vel adverſa valetudine detenti, vel negotiis neceſſariis avocati, intereſſe non poſſunt. Cum tandem ſuperpelliceis utuntur, qui chori ſacris ſe mancipatos non agnoſcunt? In ordinem ergo diſciplinæ redigantur, ſuſpenſionisq; pœna, etiam à fructib9, nedū quotidianis illis quæ diſtribuuntur, ſed à groſſis etiam, pro culpæ modo, animadvertendum in non parentes.

XII. Quorum fundationes perſonalem reſidentiam requirunt, illi aut ipſi reſideant, aut à proventuum perceptione ſuſpendantur, & fructus illi in alios pios uſus convertantur, niſi qui reipublicæ cauſa ex auctoritate noſtra abſuerint.

XIII. Utinam optando à Deo optimo maximo conſequi poſſimus, ne quisquam lucri cauſa divinis intereſſet, alioqui non acceſſurus ſacra, veluti quem nummi magis, quam Dei amor in templum trahit, quæſtum pietatem eſſe putantem: qui non dubium, ex numero eorū eſt, de quibus Iſaias dixit: Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Nec multum is abeſt (uti plerisq; doctiſſimis Viris placuit) ab horrendo crimine Giezi, qui exiſtimavit divinum munus pecunia redimendū. Quare viderint clerici noſtri, ut eorum mens & intentio tota in Deum referatur, ut cum David confiteantur Deo in directione cordis, ac in labiis ſuis pronuncient omnia judicia oris ejus. In via etiam teſtimoniorū domini delectentur ſicut in omnib9 divitiis. Optandum ut pſalmus ille 118 qui toties non ſine cauſa in eccleſiis replicatur, ore ſimul & correſpondente ſingulis verbis mente decantetur, & cū eodem pſalte ex animo dicatur: Voluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt. Non adimit Chriſtus, ſed decernit operanti ſuam mercedem: Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et: Qui altario deſervit, de altario & vivet. Sed interim cogitare debet cleric9, ſe vivere non ut edat, ſed edere, ut Chriſto vivat, habereq; ſemper menti reconditum Chriſti verbum: Primum quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

XIV. Capitula vero diſciplinæ, quæ vocant, multo majori diligentia obſerventur atq; hactenus. Id ita fiet, ſi non tam profanæ quam res ſacræ in his tractentur. Si de moribus inquiratur, ſi vita expendatur ſingulorum: & quod olim ſancti patres feciſſe dignoſcuntur, ex temporali oratione interdum commoneantur fratres, & in-

pri-

primis ad ſacras literas capeſſendas inſtigentur, atq; ut in his optimas horas collocent, incitentur, quod hic reperiatur fons vitæ ſcaturiens, ex quo qui haurit, non ſitit in æternum; hic theſaurus evangelicus, propter quem oportet vendere univerſa, reconditus ſit, ex quo prudens ille paterfamilias profert nova & vetera.

XV. Si quos decanus rebelles cernat, ſi divini cultus atq; ſui officii negligentiores, ſi rixoſos, ſi litigioſos, ſi percuſſores, ſi aleatores, ſi ſcorta foventes, aut aliis publicis criminibus irretitos, atque hi fraternam correptionem audire recuſaverint, agat in his capitulis quod jubet Paulus: Peccantes coram omnibus argue. Tum ſi reſipiſcere nolint, arceat à ſacris, prohibeat participare fructus, donec ad meliorem vitæ frugem revertantur, ſic tamen, ut ſic ſervetur regula apoſtolica: corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, patientes eſtote ad omnes; & neq; ira, neq; odium, neq; rancor ullas ſibi partes vendicent. Nam illa præpoſitorum ſolicitudo eſt utilis, illa cautela eſt laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil ſibi vendicat. Ita enim ſæpè etiam innocentes ad crimen inducit. Dum enim juſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coërcere peccata, graviora committimus. Per hæc tamen noſtris, ac eccleſiarum provinciæ noſtræ privilegiis ac legitimis conſuetudinibus, & præſertim mori ac conſuetudini, quæ in aliquibus eccleſiis eſt, nempè ut cauſæ diſciplinæ per diaconos dijudicentur, nihil præjudicamus: modo tamen diaconi, ad requiſitionem decani, ſuo officio gnaviter ac ſtrenue incumbant, ac ſatisfaciant. Quod ſi decanus & capitulum negligentes, aut eisdem criminibus irretiti fuerint, ad juris communis diſpoſitionem redire neceſſe erit.

XVI. Invidiæ detractionisq; vitium longe omnium peſtilentiſſimum, in collegiis non eſt novum, quod humani generis hoſtis inter fratres ſerere ſemper conatus eſt, quemadmodum de Abel & Cain, de Joſeph & de fratribus ejus legimus. Quin parum aberat ab omnium ſanctiſſimo illo collegio, nempè apoſtolico, niſi pacificator Chriſtus Jeſus interceſſiſſet, ac Satanam repente ejeciſſet. Hinc ſæpenumero in clero rixæ, jurgia, & injuriæ naſcuntur. Hinc multæ falſæ criminationes, æmulationes, obtrectationes & delationes oriuntur. Et ſit lingva, ordinata in laudem Dei, inquietum malum, plena veneno mortifero. Fit deniq;, ut in ea, qua benedicimus Deum & Patrem, in ipſa maledicantur homines, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt; atq; ex eodem ore procedat benedictio & maledictio: non oportet, inquit divus Jacobus, fratres mei, hæc ita fieri: Sed qui ſapientes & diſciplinati inter vos, oſtendant ex bona converſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Nam ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem. Non enim eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens à patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Ubī enim zelus & contentio eſt, ibi inconſtantia, & omne opus pravum. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primū quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non judicans, ſine ſimulatione. Fructus enim juſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. Proindè ſi quis putat, ſe religioſum eſſe, non refrenans lingvam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. Hæc ille.

XVII. Agathenſi concilio conſtitutū eſt, ut quicunq; odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacē revocari nequiverint, primi9 arguantur. Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de eccleſiæ cœtu juſtiſſima excommunicatione pellantur. Decanus ergo, ubi viderit intercedere inter fratres diſſenſionis materiam, quæ fraternā dirimat caritatem, huj9 canonis auctoritate utatur: ac pro pace ſarcienda conſervandaq; capituli ſui conſiliū atq; auxiliū imploret, quod invicē libēter præſtabūt, cujuscunque odio, vel amore longe poſtpoſito.

XIIX. Quotidiani capitulorum conventus, aut maturius ſub ſummam miſſam, aut ſtatim poſt illam ſervandi ſunt, ne ob illos divinum officium vel ſuſpendatur, vel præcipitetur, vel denique ab ipſis canonicis negligatur. Debet enim Dei cauſa omnibus aliis anteponi.

XIX. Habent fere quotquot ſunt cathedrales ac collegiatæ Eccleſiæ, ſuum volumen peculiarium ſtatutorum, quæ interdum pro affectu privato cujuslibet augentur, ac creſcunt. Inter hæc reperias quamplura, quæ quæſtum magis quam pietatem reſipiant, & ad inæqualitatem potius, quam æqualitatem faciant: Undè diſcordia inter fratres, (uti fieri ſolet) frequenter alitur, concordia vero ſcinditur, laceraturque. Et quantumvis pleraq; inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamen omnes qui recens admittuntur, ut ad ejuscemodi ſtatutorum obſervationem (etiam penitus ignari quid contineant illa) circa ullum delectum jurejurando ſeſe alligent, cum tamen juramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extendi. Operæ precium itaq; nobis videtur, hujuscemodi ſtatutorum volumina inter viſitandum excutere, & quæ evangelicæ puritati, atq; fraternæ caritati, deniq; diſciplinæ eccleſiaſticæ minus conſentanea reperta fuerint, reſecare, cavereque ne poſthac ulla nova ſtatuta in ejusmodi eccleſiis (niſi tamen noſter acceſſerit calculus) edantur.

XX. Et, cum Chriſtus tam ſerio jurandi facilita-

tem prohibuerit, ut nisi necessitate veritatis, alioqui periclitandæ,cogamur,omnino non jurare debeamus: coërcenda est illa immoderata in capitulis juramentorum exactio, per quam necesse est, ut multi in ancipitia perjuria corruant, quorum non tantum illi,qui pejerant, sed & qui causam perjurii temere exigendo præstant, rei sunt.NamChristi verbum est:Sit verbũ vestrum, est,est:Non,non:quod amplius est,à malo est. Et in ecclesiastico legim9:Vir multum jurans replebitur iniquitate,& nõ discedet à domo ej9 plaga. Si nos ipsos dijudicarem9,nõ utiq;judicaremur.

XXI.Num annos,qui expectantiæ appellantur, moderari possim9,videbim9 inter visitandum, quando nobis vel id maximè curæ erit, ut qui recens accesserunt canonici, aliquot annis de consensu capitulorum suorum,bonarum ac potissimum sacrarum literarum studiis, in Academia aliqua publica & beneChristiana incumbãt, utq; tum sequantur illos interim redit9 præbendarum suarum,quotidianis distributionib9 tantum exceptis,aut portio ejuscemodi personis, juxta ecclesiarum statuta & consuetudines assignata.Multum enim refert, viros doctos esse in ecclesia Dei,qui,velut splendor firmamenti, fulgeant, & tanquã stellæ in perpetuas æternitates mansuri, ad justitiam plurimos valeant erudire. Indignum ergo, studio tã frugifero intentos,ac in vinea domini operantes,diurno denario fraudari,modo tamen testimonium exhibeant magistrorum,quod totos illos annos rectis operam dederint disciplinis. Per hæc tamen canonis inducias,quæ se lati9 porrigũt,nolum9 coarctare.

XXII. Nec ferendus nobis diutius videtur mos ille irrationabilis, quo ad unam præbendam receptus,ob suos in eadem præbenda antecessores non receptos,(à quib9 jus non habet,sed potius à conferente, vel instituente)pecuniam statutariam sæpi9 exolvere compellitur.Nec ignoram9 quosdam decanos & capitula in ea esse, ut hæc pecuniaria onera (quibus recens recepti,contra sacrorum canonum dispositionem gravantur) in dies novis quibusdam adinventionibus graviora,ac tandem importabilia efficiant: quod penitus improbamus.

XXIII Quod si fabricæ aut alia necessitas ecclesiæ immineat, satius est, ut quod in communem vertetur utilitatem, ex communibus reditibus desumatur, quam ut quis privatim gravetur.Evangelicum præceptum est,in quo universa lex consistit & prophetæ: Quod tibi non vis fieri,alteri ne feceris.Et quæcunq; vultis,ut faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad lydium quendam lapidem,omnes actiones suas,cum omnes Christianos,tum viros ecclesiasticos redigere, æquum est pariter ac necessarium.

XXIV.Cum in quibusdã nostris templis jurisdictionis ecclesiasticæ officiales pro tibunali sedeant, ad quod interdum multo cum tumultu concurritur,delitigaturque: visum nobis est,ut hæc tribunalia foris, intra tamen ecclesiarum pomæria,collocentur. Cordi siquidem nobis est,ut quæcunque divinum officium perturbare possunt,& divinæ Majestatis oculos offendere,è templis eliminentur:ne,ubi peccatorum est venia postulanda,ibi peccandi detur occasio,aut deprehendantur peccata comitti.

XXV.Atq; utinam commodè deambulationes etiam illas laicorum(qui ad cathedrales ac collegiatas ecclesias sola rerum novarum curiositate ducti confluunt, ibidemq; nihil minus quam de rebus sacris,quæ inspectantibus illis aguntur,cogitant)submovere possem9. Grande equidẽ putam9 piaculum,tam veneranda mysteria, quib9 adstat Deus, & inter quæ Christi corpus & sanguis conficitur,tam irreverenter haberi: Tacem9 quod domus Dei contemnitur,de quaChristus ejecit ementes & vendentes,& non sinebat, ut quis transferret vas per templum, & dicebat docens:Nonne scriptum est,domus mea,domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illã speluncam latronum?Duplici cura hic videbitur opus: tum ut prædicatores verbi Dei ex suggestis populum ab istis deambulationib9 ex scripturis deterreant, tum ut magistratus civiles huic rei corrigendæ officium accommodent, cum quibus hac de re agemus.

XXVI.Olim theatrales quoq; ludi & larvarum ludibria inferebantur templis, pessimo quidem exemplo,adeo ut provisione canonica, quia hic deterrimus abus9 aboleretur,op9 fuerit, quẽ ex nostris diœcesi.jam,ut speram9,ejectũgaudem9.

XXVII. In quibusdam collegiatis Ecclesiis ad summum altare, non ordinarii, sed mercenarii clerici, presbytero S. peragenti suo satisfaciunt minus,cum ab altari ad subsellia,ex quib9 succinitur, à subselliis rurs9 ad altare multum incompositè subindè discurrunt, quod fieri non oportuit,maxime in ecclesiis illis,quæ ordinariis personis abundant,& quorum ministri copiosis reditibus sunt ditati. Nam omnis occasio contemptus & scandali promiscuo vulgo adimenda est.

XXIIX. Processiones ecclesiarum collegiatar. ad summum templum, quæ in diebus maxime celebribus ac festis fiunt,procul dubio institutæ sunt causa conveniendi illuc ad missas episcopales,desiderioq; recipiendi communionẽ,vel benedictionem episcopal.Jam cum isti conventus speciem quidem antiquitatis, & nihil præterea repræsentent,imo pernicioſæ evagationis materiam ac crapulæ occasionem diebus illis sacratissimis præstẽt, illas nobis eatenꝰ abrogare visum est,ut collegia in civitate nostra Colonien si, in quatuor illis summis anni festis, ac diebus celebribus sequentibus, quæq; in suis ecclesiis divinum

num officiũ statis horis reverenter solenniterq; concelebrent ac peragant:neque his diebus,nisi cum nos in summo templo nostro præsentes erimus,collegialiter accedant.Nam quantula sit devotis collegiorum, quæ tum accedunt, quis Dei cultus ac veneratio,satis in aperto est. Tacem9, quod interim apud ipsas collegiatas ecclesias hisce diebus, maxime insignibus, solenne officium prætermittitur, aut si quod dicitur, verius præcipitatur ac truncatur, quam celebratur.

XXIX. Reliquas autẽm processiones more antiquo observari volum9: jubemus tamen,ut clerus civitatis nostræ abusus qui hactenus irrepserunt,matura cõsultatione prævia,tollere pergat.

XXX.Dum vigiliæ in anniversariis Episcoporũ in summo nostro templo, convenientibus illuc collegiis, persolvuntur:in concinnus, atq; adeo specie ipsa non satis pius ac devotus, cantus editur.Quare nobis visum est expedientius, ut collegia singula in suis templis vigilias hasce devote absolvant,dein Ecclesiam nostram majorem ad sacrum tantum accedant illic tantisper facturi moram, donec id compleatur, singulis interim animum ad Deum ac pias precationes conversuris,quemadmodum superiori articulo diximus.

XXXI.Antiquissimis canonibus,in plerisq; etiam conciliis, sancitum est, ne laici secus altare inter clericos ministrent,nevè ut sacrati ministri licentiam habeant ingrediendi in sacrarium, quod Græci diaconium appellant,nevè vasa dominica contingant.Præterea,ne reliquiæ sanctorum & vestimenta ecclesiastica, quæ esse decet, nisi tantum à sacratis ministris attrectentur: adeout ne sacratis quidem Deo fœminis,ac monachabus,aut lectoribus,etiam sacra vasa vel sacratas pallas contingere, vel incensum circa altare præferre licuerit, verum id solis diaconis permissum sit, expressim autem laicis vetitum, ne pallas, ecclesiæ vela, ac altaris ornamenta abluant. Neque patres hic scripturis destituuntur. Jam vero eo ventum est,utquatuor illi minores ordines,nempè ostiarii,exorcistæ, psalmistæ, ac lectores,non temere ab ecclesia, instituti ac recepti, præter nomen nihil in ecclesia retinuerint, illorumq; loco tenues aliquot homines laici,qui per Ecclesiæ prælatos minoris compendii gratia subrogantur,illorum officiis sese ingerant,idquè indecore:quippè nullo penitus clericali habitu amicti, inter quos sunt quos appellamus campanarios,quos ad minimum cereis accendendis, aliisque in choro ministrationibus intentos deceret superpelliceis indui. Ne interim prætereamus ablutionem pallarum vestimentorumq;, altarium, breviter, sacrorum custodiam talibus per custodes seu thesaurarios nostri temporis committi,quos hæc contingentes antiquitas nefarii criminis simul cum furrogantibus damnasset: quare cautius posthac agendum, ne ob talem præsumptionem dominus iratus,plagam populo, qua simul innocens cum nocente involvatur,immittat.

Pars quarta, Capitula

I.Titulus hic cum generalis sit, in plerosq; alios scinditur. Primum enim videndum est, qui ad verbi ministerium, & regimen Ecclesiarum admittendi sint:deinde, de vita ac moribus eorum: post, de officio, quod in duobus potissimum situm est,dissemination verbi,& administratione sacramentorum. Postremo, de ipsorum victu;de quibus speciatim dispiciemus.Ante omnia tamen lectorem admonitum esse volumus, hos esse locos, quos ecclesiarum jubat divus Paulus in Epistolis ad Timotheum ac Titum accuratissime tractat. Nam huc illi potissimum spectant, ut sciant Timotheus ac Titus, quomodo oporteat eos in domo Dei conversari,quæ est ecclesia Dei viventis,nisi quod articulus administrationis sacramentorum, & qui de victu est,alibi fusius explicatur. Porro cum hæ Paulinæ epistolicæ mere aureæ sint, & nulli non parocho cognitu inprimis necessariæ: ideirco ad verbum ediscendæ,memoriæ mandandæ, ac opera complendæ erunt. Ex quibus & aliis evangelicis apostolicisque scripturis ac patrum sanctionibus,nos quædam decerpemus,quo dilucidius fiat, in quibus hactenus magno cum reipublicæ detrimento peccatum, & quid de cetero parochis facto opus sit.

II.Cum Christus Jesus,Pastor ille bonus,ac pastorum Princeps, qui posuit animam suam pro ovibus suis,circuiret omnes civitates & castella, docens in Synagogis eorum,& prædicans Evangelium Regni, & curans omnem langvorem & omnem infirmitatem,cum,inquam,is qui venit requirere & servare quod perierat, vidisset turbas,misertus est eis,quia erant vexati & jacentes sicut oves non habentes pastorem, dicebatque discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

III. Num, quæso, putamus nec dum tempestivum esse interpellare dominum messis, ut mittat operarios in messem, ac pastores, non quoslibet,sed secundum cor suum, nimirum ovibus misere dissipatis ac balantibus requirendis? Quis, nisi in media luce cæcus non præsentiscat nos in ea periculosissima tempora incidisse, in quibus prædictiones Christi, & Apostolorum scripturæ, omninò atque omni ex parte complentur? Quis enim non videt venisse,irrepsisseque numerosa admodum caterva ad nos, falsos illos prophetas in vestimentis ovium, qui sint intrinsecus lupi rapaces, qui non introierint per ostium, in ovile ovium,sed ascenderint aliunde

furcs

fures ac latrones? Non enim venerunt, niſi ut furentur & mactent & perdant, quos videntes mercenarii,& qui non ſunt paſtores,venientes, fugiunt & dimittunt oves, & lupi rapiunt & diſpergunt eas. Fugit enim mercenarius,quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus. Poterant direptores iſti ſub exuvio ovino, aliquamdiu deliteſcere, niſi Chriſtus eos prodidiſſet; Ex fructibus, inquiens, eorum cognoſcetis eos; quod non poſſit arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos. Ex fructu enim ſuo unaquæque arbor cognoſcitur.

IV. Quos qui velit penitus agnoſcere, is ſecundæ Petri epiſtolæ legat caput ſecundum, & quæ ejusdem argumenti eſt, Judæ Apoſtoli unicam,& eas potiſſimum divi Pauli epiſtolas,quas ad Timotheum ac Titum coëpiſcopos ſuos perſcripſit,in quibus illos eodem quo dominus, nomine appellat lupos rapaces, non parcentes gregi; Ex nobis quidem ſuborituros, ſed perverſa loquentes, ut abducant diſcipulos poſt ſe, homines ſeipſos amantes, cupidos, elatos, ſuperbos, blaſphemos, ſine affectione, ſine pace, criminatores,incontinentes, protervos, reprobos circa fidem. A fine præcepti, quæ caritas eſt,de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta,toto cœlo aberrantes, in vaniloquium converſos, ſeductores, proficientes in pejus, errantes, & in errorem mittentes, Magiſtros prurientes auribus in fide (quod bonam conſcientiam repulerint) naufragos, verbis contendentes, ſanis vero ſermonibus, & ei quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, neutiquam acquieſcentes, ſuperbos, languentes circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones, malæque conflictationes hominum mente corruptorum,ac proinde ad nihil utiles,niſi ad ſubverſionem audientium, quorum ſermo, ut cancer, ſerpit. Numquid poterat Apoſtolus futurorum conſcius,hosce pſeudoEccleſiaſtos apertius aut dilucidius deſignare? quos nullus profecto Apelles tam expreſſim ſuis coloribus depingere potuiſſet.

V. Adverſus hos pſeudochriſtos & pſeudoprophetas nos præmunivit Chriſtus: Videte,inquit,ne ſeducamini. Multi enim venient in nomine meo,dicentes: Ego ſum Chriſtus,& multos ſeducent, ut in errorem (ſi tamen fieri poteſt)inducantur etiam electi.Nolite ergo ire poſt eos. Vos ergo (ut ſubjecit commonens) videte,ecce prædixi vobis omnia. Chriſti ergo præceptum,quantum nobis ipſe concedit, ſequentes, quo lupos tam peſtilentes ab ovilibus, ac diœceſibus noſtris abigamus,viſum nobis eſt operæ precium fore, antiquos innovare canones, quibus præcipitur, ne ulli ad verbi miniſterium ſeu prædicationis officium,niſi miſſi, auctoritateque ordinaria approbati ſint, admittantur. Quomodo enim (ſecundum Apoſtolum) prædicabunt,niſi mittantur?

VI. Ordinarii ergo verbi Miniſtri, eccleſiarum parochialium legitimi Rectores ac parochi ſunto,quos etiam perſonaliter apud easdem Eccleſias, ſecundum canonicas ſanctiones perpetuo reſidere volumus: niſi tamen eos magna ratio, veluti quod vel majoris ac publicæ utilitatis cauſa abſint, quæ & noſtro calculo approbari debet,vel quod ſoli ob parochiæ amplitudinem gubernationi tantæ non ſufficiant, excuſaverit. Tum enim qui per illos delegabuntur Vicarii, ſeu vicecurati,(modo tamen hi etiam examinati,& tam, quod ad vitæ integritatem,quam chriſtianæ eruditionis puritatem & zelum attinet, idonei reperti fuerint) noſtro permiſſu eodem officio perfungentur. Qui vero deinceps in vicecuratos aſſumentur, Vicarii noſtri in pontificalibus ac Theologorum ei per nos adjungendorum: in diœceſibus verò ſuffraganeorum noſtrorum, illorum, quibus hoc muneris committendum duxerint,cenſuram(num videlicet obeundo muneri apti, ſeu idonei ſint, vel minus) expectabunt.

VII. Aliquot retro ſeculis in eccleſiam recepti ſunt quatuor mendicantium fratrum ordines, quo parochorum in verbi miniſterio cooperarii forent. Quos abſit ut repellamus, ſi tamen intra concilii Viennenſis ſub Clemente V. celebrati,aliarumque canonicarum conſtitutionum cancellos ſe continuerint;nec ante acceſſerint,quam per ipſorum prælatos, ut viri inculpatæ vitæ,diſcreti pariter ac modeſti,ac verbi divini probe gnari judicentur, atque ad hoc munus deſignantur: deinde etiam Vicariis noſtris in pontificalibus præſentati, tales inventi fuerint ac permiſſi.

IIX. Qui tamen cum in ſubſidium tantum vocati ſint,ordinariis eccleſiarum Rectoribus moleſti eſſe deſinēt,ita videlicet,ne eosdē(cum ſuo munere fungi ipſimet velint) præoccupēt,nevè quos in excolenda vinea domini juvare debent in concionibus, virulenta ac detractoria lingua carpant,uti nonnulli hujꝰ generis ſolent, qui inflati ac incompoſiti, populi auribus demulcendis ſtudent,ſuam,non Chriſti, gloriam ambientes; tam ignari omnis eccleſiaſticæ diſciplinæ, ut ignorent parochos, ſi forte ceciderit, ſuos habere judices, non ipſos fratres cenſores: multo minus promiſcuam plebem, quam exploratum eſt, mutuis eccleſiaſticorum Virorum amarulentis detractionibus adeo non emendari, ut ſcandalizetur multo magis. Nec audiendi ſunt iſti, ſi ſervos Dei acculare ſe dicant, ut meliores fiant, cum potius invidiæ ſtimulis adulationisque, quam caritatis ſtudio agi-

agitari convincantur; id ipſum vel propria eorum conſcientia atteſtante, quod ſciant nullum vel in ſeculo, ne dicamus in eorum monaſteriis, inveniri, qui velit ſuum ſervum ab alio, quam a ſe, judicari: adeo ut ſi qui ſecus facere præſumſerit,hunc & multa ſequatur indignatio, & ulciſcendi cupiditas. Quin Paulum audiant dicentem: Nolite judicare invicem, ſed hoc judicate magis, ne offendiculum detis fratri.

IX. Multominus ferendi ſunt, qui, ut auram venentur popularem,in jurisdictiones epiſcopales ac ordines eccleſiaſticorum pariter & civilium Magiſtratuum invehentes, temere vociferantur ad populum: non intelligentes interdum neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. Quo nihil aliud efficiunt, quam ut plebem, alioqui ſatis in clerum irritatam, irritatiorem reddant, ac gliſcenti ſeditionum igni oleum ſubminiſtrent. Jurisdictiones ac Magiſtratus eſſe oportet. Quod interdum perſonarum, non ordinis ſeu Magiſtratus vitio peccatur, alia providentia purgandum eſt, non cœco plebis judicio expendendum; fraterna correptione opus erat, non accuſatione, aut laceratione ex ſuggeſtis. Et ut omnia non ſtatim ad vivum usque repurgentur, quod fieri vix poteſt, non gravabuntur iſti oculati in ſe quoque deſcendere, ac ſuos erratus inſpicere, quo tandem æquiores fiant, divinisque judiciis etiam quædam relinquant. Si enim omnia (ut ſcite Anacletus ait) in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum divina judicia non haberent. Sed de his ſatis.

X. Ex his quæ diximus, conſequitur, eum morem,qui alicubi irrepit, penitus irrationabilem, ne dicamus execrabilem, abuſum eſſe,quo legitimi eccleſiarum parochi adiguntur jurejurando affirmare ſeſe in ſuis eccleſiis fratres mendicantes ad verbi miniſterium (etiam ſi ipſimet pro ratione ſuſcepti ac concrediti muneris eo fungi velint) perpetuo admiſſuros. Quid enim hoc more aliud agitur, quam ut parocho officium, quo ſe Chriſto & eccleſiæ obſtringit, adimatur, ac in alium relegetur id vitii, ut ſpes eſt, curabimus.

XI. Æquum quoque cenſemus,ut qui ex fratribus huic muneri accingi velint, noſtris vicariis in pontificalibus ſerio promittant, ſeſe hiſce ſynodalibus inſtitutis omnino obtemperaturos, quo ſermo Dei pure, ſincere, ac ſine offenſione decurrat.

XII. Qui ut ordinariæ noſtræ poteſtati, quod ad ejuscemodi functionem attinet,ſubjiciantur, & eatenus monaſticæ profeſſionis regulis, obligationibusque eximantur, non decens tantum, ſed & juſtum putamus.

XIII. Quo vero ſemel præſentati & admiſſi fuerint,ut certo loco hoc miniſterio fungantur, non debebunt temere, ſeu præter noſtrum aſſenſum a ſuſcepto munere retrahi. Nam frequentem perſonarum mutationem, periculoſam putamus: ut interim ſileamus, ſæpe minus idoneum in idonei locum ſubrogari.

XIV. Extra ordinarios parochos illorumque legitimos cooperarios, nemo deinceps neque ſuggeſtum occupet, neque conventicula vel in privatis domibus, vel vicis faciat, aut quovis tandem modo uſurpet. Quod ſi quis ſecus agere præſumpſerit, & inobediens perturbare eccleſiam Dei, quæ foris eſt, perſeveraverit, hunc tanquam ſeditioſum corripi oportet.

XV. Quamobrem prohibemus omnes apoſtatas,monachos ignotos, item iſtos ac peregrinos ſpermologos, quorum neq; doctrina,neque vita ulli perſpecta eſt: eritque proinde curæ civilibus magiſtratibus ac præſidibus, ut de his inquirant diligenter: & quos nos proſcripſimus, eos illi cum receptatoribus ipſorum doli mali conſciis, excedere provincia compellant: niſi quid ſeverius culpa horum prævaricatorum in ipſos ſtatuere poſtulaverit. Jam ut inveniatur quispiam (quod abſit) qui aliter quam legitime parochiam occupaverit, hunc abjici ſtatim oportet quantumvis plebs, quam corrupit,eum retinere contendat.

XVI. Ex ordine mendicantium, qui oppidatim ſoli commorantur, quos terminarios appellamus, vitam interdum agere monachismo plurimum diſſimilem cognovimus. Proindeque multis eſſe inviſos: hoc potius,cum officio prædicationis ſtatis illis diebus perfuncti eſſent, eleemoſynasque collegiſſent, ſtatim ad monaſteria ſua regredi, ibidemque quieti operam dare, atque obſervare jejunia & orationes juxta ordinis ſui inſtitutum malumus, quam vitam communem, ne dicamus licentioſam, inter civium turmas ducere, Ubi tamen monaſteria ab oppidis, aut vicis tam longe diſſita fuerint,ut unius diei itinere repeti non poſſint,nolumus terminarios iſtos hac lege teneri, modo tamen Viri graves & annoſi, vitæ quoque ex omni parte integræ, ac ſanæ doctrinæ comperti fuerint,ac id etiam viſitatione potius quam conſtitutionibus cavebitur.

XVII. Nolumus autem per prædicta, privilegiis, ordinibus fratrum mendicantium rite & legitime conceſſis, præjudicare.

XIIX. Eadem ratione decens eſt, ut monachi, qui parochiales eccleſias, cura animarum apud ipſum monaſterium, non perſonæ relicta, incorporatas (ut vocant) monaſteriis ſuis habent, non per religioſos, quos in monaſteriis

perpetuam vitam agere convenit, ſed per vicarios presbyteros ſeculares, modo haberi poſſint, ad eundem modum, quem ſupra diximus, examinandos, admittendosque, gubernari procurent. Quibus etiam de eccleſiæ proventibus tantum aſſignare obligati erunt, unde & jura epiſcopalia perſolvere, & congruam ſuſtentationem habere poſſint: quod ut fiat, nobis curæ erit. Non tamen tam duri hic erimus, quo minus interdum viros monaſticos, quos ſingulari vitæ exemplo & doctrinæ ſalutaris diſſeminatione inſignes comperiemus, apud Eccleſias parochiales relicturi & confirmaturi ſimus.

Pars quinta.

Capitula

I. Quamquam de vita ac moribus clericorum ſupra dixerimus, videtur tamen hic locus poſtulare, ut ſpeciatim aliquid de converſatione ac moribus parochorum dicamus, quod horum vita & officium divo Paulo præcipue curæ fuerint, adeo ut his recte ſe habentibus, de reliquis non admodum magnam ſolicitudinem habuiſſe videatur. Nec immerito, res enim ipſa declarat, ac priſca ſecula meminerunt, quam tranquilla, quam florens, quam fructificans, quam denique felix eccleſia fuerit, dum talibus eſſet parochis inſignis, qui evangelicis apoſtolicisque inſtitutis, ſanctorumque patrum regulis adducti, non tantum vocabulo, ſed & facto præſtabant, quod dicebantur. Contra vero, in quantos æſtus, tempeſtates, procellas, ac pericula, ob eosdem ſenſim in diverſum mutatos ac varicantes, eccleſiæ navicula miſere conjecta ſit, nos ſentimus. Ex quibus rurſus emergere cum certo certius non poſſimus, niſi nos (quibus gregem ſuum Chriſtus paſcendum commiſit) vias domini rectas, a quibus varicando excidimus, inambulare pergamus: quid tandem aliud conſilii capiendum nobis, quam ut ſinguli, quales eſſe debemus, tales & ſimus? atque hoc inſigne Chriſti verbum, quod hinc diſcedens, Petroque oviculas ſuas committens, poſt tertiam demum dilectionis ſtipulationem, promiſſionemque, uti ultimum elogium, ac memoriale, fideliſſime diligentiſſimeque inculcavit, & mente & opere teneamus, quod eſt, paſce agnos meos? id fecerimus, ſi gregem Chriſti poſt Chriſtum unice diligamus, atque eundem tam verbi doctrina, quam operis exemplo paſcamus, divinorumque Sacramentorum diſpenſationem tueamur defendamusque.

II. Ubique ferme, cum de parochis ſermo incidit, ſcriptura vitam doctrinæ copulat: nimirum quod qui vitam agit doctrinæ contrariam, plus exemplo deſtruat, quam ædificet verbo. Oportet enim & fieri ſermonem, non tantum dici: alioqui competet in parochum, quod Seneca Platoni objectum fuiſſe refert: Aliter loqueris, aliter vivis; & quod Chriſtus Phariſæis imputat: Dicunt enim, & non faciunt: Alligant autem onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros veſtros, digito autem ſuo nolunt ea movere. Apponatur ergo manus ori neceſſe eſt, ne ſit vox quidem vox Jacob, manus autem manus Eſau. Porro vox operum fortius ſonat, quam verborum. Intuendus nobis paſtorum princeps eſt, cujus tota vita ſua doctrina eſt, qui cœpit primum facere, poſt docere. Siquidem potens opere & Sermone, qui diſcipulos Joannis, de adventu Meſſiæ rogantes, ad opera remiſit, dicens: ite, dicite Joanni quæ vidiſtis & audiſtis. Qui denique non ſolum vocat oves ſuas nominatim, ſed & vadit ante eas; Et eum tantum qui ſic docuerit & fecerit, magnum in regno cœlorum fore pollicetur.

III. Quare beatiſſimus Paulus Eccleſiæ miniſtrum inſtituturus: Exemplum, inquit, eſto fidelium, in verbo, in converſatione, in caritate, in fide, in caſtitate. Itidem ad Titum 2. In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum ſanum, irreprehenſibile, ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Sal enim terræ & lux mundi, prædicator Evangelii dicitur, & lucerna ſuper candelabrum poſita, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt, ſic ut videant homines opera illius bona & glorificent Patrem qui in cœlis eſt. Quod ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? ad nihilum enim valet ultra, niſi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Apoſtolus itaque hoc præceptum commendat Timotheo, ut militet bonam militiam, habens non tantum fidem, ſed & bonam conſcientiam: quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt: ex quibus tum erant Hymenæus & Alexander, quos tradidit Satanæ, ut diſcant non blasphemare. Interea vero ex eodem numero omnes hæretici fuere.

IV. Jam quæ clericis vitanda erunt, ſupra diximus. Ea ipſa potiſſimum Paulus quam longiſſime a parochis eſſe vult, & quæ illis oppoſita ſunt, in ipſis quam maxime elucere. Primum ſcilicet, ut abſtineant ab omni avaritia. Hoſpitales enim erunt, non turpis lucri cupidi, non opes, ſed animas venantes, non auri, ſed hominum piſcatores: alioqui ex paſtoribus fient mercenarii, & vertentur in lupos, audientque dominum per Ezechielem exprobrantem: Lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis: quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum erat, non ſanaſtis; quod confractum eſt, non alligaſtis, & quod objectum eſt, non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiviſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia; & cetera quæ ſequuntur. Qui enim volunt divites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix quippe omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu vero, ô homo Dei, hæc fuge: Sectare vero juſtitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam & manſvetudinem.

V. Interim erit domui ſuæ bene præpoſitus, ut non tantum ipſe, ſed & ſua familia irreprehenſibilem vitam agat. Qui enim domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Oportet autem illum & teſtimonium habere ab his qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Tim 3.

VI. Deinde procul abſint parochi ab omni luxu. Sobrium enim vult parochum eſſe Paulus, nec multo vino deditum, ac vino potius ad neceſſitatem, quam ad voluptatem utentem, quemadmodum ipſe Timotheo præcipit, ne aquam adhuc bibat, ſed modico vino utatur, propter ſtomachum ſuum & frequentes ſuas infirmitates. Neſciat ergo parochi domus comeſſationes crapuloſas, execretur compotationes illas ad æquales hauſtus obligatorias. Sit procul a Symbolorum (ut vocant) dationibus. Turpiſſimum putet, niſi cauſa neceſſitatis, intrare tabernam, quaſi domum non habeat ad edendum & bibendum. Breviter, vitet omnia quæ paſtoralem auctoritatem aut dedecorant, aut imminuunt.

VII. Deteſtetur quoque omnem libidinem. Nam oportet parochum eſſe pudicum; 1. Timothei 3. & ſe præbere exemplum in caſtitate; 1. Timothei 4. ne in eum vere dicatur: Qui alium doces, teipſum non doces: Qui prædicas non furandum, furaris: Qui dicis, non mœchandum, mœcharis: Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras: per quod blasphematur nomen Dei inter gentes. Quo enim vultu fornicarios cœlo excludet cum Paulo, qui huic volutabro cœni ipſe immerſus eſt? An exiſtimas (inquit ipſe Paulus) ô homo omnis qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei? In quo enim judicas alterum, te ipſum condemnas: eadem enim agis, quæ judicas. Scimus quippe, quia judicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt.

VIII. Denique Paulus ad Timotheum: Juvenilia, inquit, deſideria fuge, ſectare vero juſtitiam, fidem, ſpem & caritatem, & pacem cum his qui invocant dominum de corde puro. Labora, ſicut bonus miles Chriſti. Nemo enim militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus; & quæ ſequuntur. In ſumma, ſolicite cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis. 2. Tim. 2.

Pars Sexta.

Capitula.

I. Hoc miniſterium ſanctiſſimus apoſtolus ceteris omnibus præfert. Unde & Corinthiis ſcribens, ait: Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare: cui & ceteri Apoſtoli adſtipulantur, cum inquiunt: Non eſt æquum nos relinquere verbum, & miniſtrare menſis. Quinimo & Chriſtus aliis anteponit: Euntes, inquiens, in mundum univerſum, prædicate evangelium omni creaturæ, ac docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & Filii & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia quæcunque mandavi vobis. Quamobrem Paulus Timotheum ſuum excitans, ait: Attende lectioni, attende exhortationi & doctrinæ, noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis, hoc enim faciens, & te ipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt. Et iterum: Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, prædica verbum, inſta opportune, importune, miniſterium tuum imple.

II. Meditabitur parochus quid ipſi Dominus per Ezechielem Cap. 33. ac 34. præceperit, paraboláque ſpeculatoris menti infigenda eſt: Speculatorem, inquit, dedi te domui Iſrael. Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſeu captus eſt, ſangvinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram. Parochi ſiquidem ſunt, quibus potiſſimum dictum eſt: Fratres, ſi quis ex vobis erraverit a veritate, & converterit quis eum, ſcire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte. Dura eſt nimis illa prophetæ lamentatio: parvuli petierunt panem, & nemo dabat eis. Paſce ergo fame morientem: Si non paveris, occidiſti. At homo ex duabus partibus conſtat, ex carne ſcilicet, & Spiritu. Duplici ergo cibo

opus est. Nam ut scriptura ait: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cibus exterior carnem tantum mortalem reficit, & intrans per os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Panis autem Spiritus, tam per verbum prædicationis, quam Sacramentaliter in veritate corporis & sangvinis dominici, in viva fide comestus, vivificat, reficit, ac vegetat animam; qui non perit, sed permanet in vitam æternam: & hunc qui ederit, non morietur in æternum; id quod omnes pii sciunt ac sentiunt. Vivus enim sermo Dei est, & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipiti, ac pertingens usque ad divisionem animæ & Spiritus, compagumque & medullarum.

III. Hic jam inter hujus cœlestis panis dispensatores quæritur, ut fidelis quis inveniatur: Fidelis, inquam, servus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem. Sin secus, veniet dominus servi illius in die quo non sperat, & hora quam ignorat, & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis, ubi erit fletus & stridor dentium.

IV. Is autem fidelis est dispensator, attestante divinissimo Joanne, cujus scopus unicus ille Christus est, & cujus Spiritus confitetur Christum in carne venisse, id est, ut divus Paulus interpretatur: Qui docet apparuisse gratiam Dei & Salvatoris nostri omnibus hominibus ad erudiendum nos, ut abnegantes, omnem impietatem & secularia desideria, sobrie, juste, & pie vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Qui, inquam, docet eundem Christum Jesum, dominum nostrum, hominem factum, ut daret semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quibus verbis sanctus Paulus duas in Christo naturas verbi scilicet & carnis, indissolubili vinculo cohærentes, & utriusque naturæ rationem complectitur; verbi, quatenus erudit nos, docens quæ sit voluntas patris, quam facientibus denunciat præmium, prævaricantibus vero pœnam æternam; carnis vero, quatenus datus & immolatus est pro nobis in ara crucis agnus immaculatus, & victima tollens peccata mundi, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus, & eadem cogitatione armemur: quia qui passus est in carne, desiit a peccatis, ut jam non desideriis hominum, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne temporis, vivamus. Omnis autem Spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est: & hic est antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & jam in mundo est.

V. Is item fidus est minister verbi, qui omnem scripturam ad christianam exigit caritatem; Caritas enim christianismum consumat, quemadmodum apud divum Paulum legimus: Finis præcepti est caritas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Et est potissimum illud indicium; quo Christiani esse comprobamur. In hoc (ait Christus) cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectiones habueritis ad invicem. Unde beatus Augustinus in libris de doctrina christiana, brevissimam methodum ad pervestigandas, intelligendasque scripturas commonstrare volens: Quisquis, inquit, scripturas divinas, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita ut in illo intellectu non ædificet geminam caritatem Dei & proximi is nondum intellexit, quod legis ac scripturarum summa, finis ac plenitudo, sit dilectio, quæ duobus mandatis comprehenditur, nempe diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, ex tota virtute tua, &, diliges proximum tuum sicut teipsum; &, quemadmodum vultis ut faciant vobis homines, ita vos facite illis. In his duobus mandatis universa lex pendet & Prophetæ. Quicunque ergo ad hanc amussim doctrinam suam attemperat, is nunquam potest perniciose errare.

VI. Ezechiel vero propheta summam suæ prædicationis dominum enarrantem facit, hisce pene verbis: Vivo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur impius, & vivat. Justitia justi non liberabit eum, in quacunque die peccaverit: & impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua. Quare qui egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritque judicium & justitiam, & in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injustum, vita vivet & non morietur; Quod Christus brevius complexus: Pœnitentiam, inquit, agite: appropinquavit enim regnum cœlorum. Sed de his alias locupletius, suffecerit hic utcunque indicasse scopum.

Quo autem solicitius parochus provinciam, cui admotus est, gubernare satagat, haud existimabit se alicui levi muneri, sed omnium gravissimo ac difficillimo præfectum; tantæ nimirum difficultatis, ut verbi prædicatorem undiquaque absolutum, vix unum e millibus reperias. Non idem est ovium palatus, magna in pascendis varietas: quod unam oviculam nutrit, alteram macerat aut mactat. Culpaverit aliquis

aliquis avaros, prodigus hinc argumentum prodigalitatis suæ colliget. Culpaverit prodigos, avarus inde tenacitatis suæ executionem arripiet. Ea est hominum malitia, ut nedum alia, sed & sanctissimum Dei verbum, pro suis quisque affectibus, ac ad sua desideria confovenda potius quam eradicanda, trahat. Videmus proh dolor! quemadmodum hac tempestate plerique sacras literas in parabolam ac proverbium vertant, atque ad excusandas excusationes in peccatis, summa vi atque impudentia torqueant, adulterantes verbum Dei. Quare parochus cautissima solicitudine agere debet, per gladium Dei secantem a dextris & sinistris, ut medium interpateat ad incedendum per viam regiam mandatorum Dei.

VIII. At temperandus sermo, quoad ejus fieri potest, pro auditorum captu. Alii siquidem acri ingenio ac judicio sunt, alii hebetes animo, ac rudi Minerva præditi: quidam attenti, quidam vero desides: hi recte ac sincere instituti, illi seducti ac decepti. Discretione ergo maxima opus est. Breviter, nemo erit concionator absolutus, cui præter vitam exemplarem, non adsint omnia quæ sequuntur, nempe cognitio scripturarum utriusque testamenti, ingenium velox, atque versatile, eloquentia vehemens, suadibilis atque svavis neque interim minus temperata, quam copiosa prudentia rerum ac personarum docendarum, experientia multiplex, immobilis constantia. Denique Spiritus, qui si deerit, reliquis donis parum profecerit. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Quomodo enim ad æternarum rerum desideria alios accendet, qui ipse totus languet ac friget, nondum Spiritu concepto, qui ex Deo est, quem & ipse Deus dat bonum petentibus se? En quam arduum est concionandi mundus. Nec tamen propter ea diffidentia (quæ plerumque multos avertit) deserendum. Ad evangelizandum missi sunt parochi; væ ergo illis, si non evangelizaverint. Si quis autem eorum sapientia indiget, scrutetur scripturas, & postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

IX. Cavebit autem modis omnibus, ne lubricus in docendo sit, huc illucque effluens. Et in primis, ne vento doctrinarum ab ecclesia catholica non receptarum, veluti nubes sine aqua circumferatur, sed & formam habebit sanorum verborum ab Ecclesiæ (quæ columna veritatis est) instituto nihil discrepantium. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere, quæ decent sanam doctrinam, verbum sanum & irreprehensibile.

X. Ineptas autem & aniles fabulas devitabit, qualia nuper erant, quæ ex nullis probatis auctoribus, sed potius suspectissimis obscurorum hominum commentis, afferebantur exempla: Olim vero genealogiæ interminatæ, quod ad pietatem illa nihil fecerint. Exercebit autem seipsum ad pietatem, quod corporalis exercitatio ad modicum utilis sit. Pietas autem ad omnia utilis, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.

XI. Neque minus vitabit profana & vaniloquia, hoc est, futilem & inanem loquacitatem, qua nonnulli ratiocinationibus humanis falsam scientiæ opinionem sibi venantur: Sic enim suum compellat Timotheum Paulus: ô Timothee, depositum serva, devitans profanas vocum novitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.

XII. Paratos nos esse vult Apostolus Petrus ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea, quæ in nobis est, spe & fide, sed cum modestia & timore. Neque ergo doceat, neque intendat his parochus, quæ quæstiones magis præstant, quam ædificationem, quæ est ex caritate; 1. Timoth. I. & iterum 2. Timothei 2. & 3. Paulus ait: Stultas & sine disciplina quæstiones & pugnas legis respue, sciens quia generant lites. Servum autem domini non oportet litigare. Proindeque ubi cum hæreticis res est, corripiet quidem eos cum modestia, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem & resipiscant a diaboli laqueis, a quo tenentur captivi ad ipsius voluntatem. Quod si non profecerit, hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deviter, sciens quia subversus est qui ejuscemodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus. Nequaquam autem ad populum verbis contendat: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium, memor apostolici sermonis, quo rejiciuntur omnes qui scissuram quærunt: Si quis enim vult contentiosus esse, nos talem consvetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

XIII. Inter concionandum ergo a scommatis, maledictis, ac convitiis omnino abstinendum est. Prædicetur pure ac sincere Dei verbum, juxta ecclesiasticam traditionem, & patrum ab Ecclesia catholica approbatorum interpretationem. Quæ vero in contentionem, vel disceptationem revocari possunt, penitus sileantur, quemadmodum quoque pragmatica Augustensi sanctione cautum est.

XIV. In controversis autem & contentiosis obscurisque dogmatibus, quæ sacris voluminibus vel universali Ecclesiæ consensu expressum

deciſa non ſunt, populus privatim (maxime cum exomologeſi ſe purgat, modo gravatam conſcientiam in hoc habeat)ita docendus eſt ſapere, atque hac cautione profiteri de his ſe credere, ſicut credit Eccleſia. Hoc enim tutius, quam aſſeverare de quo dubites, aut quod non intelligas.

XV. Erit quoque parochus in reprehendendis criminibus vehemens atque acer. Conſtitutus eſt enim, ut annunciet populo ſcelera eorum ſic tamen ut in ſuggeſto vitia tantum reprehendat,non perſonas nominatim perſtringat. Argue, inquit Apoſtolus, increpa, obſecra in omni patientia & doctrina. Ubi perſona arguenda, denunciatione evangelica utendum: Si peccaverit in te frater tuus, inquit Chriſtus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Quod ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Quod ſi te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi eos non audierit, die Eccleſiæ: Quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Sic Paulus Corinthium reſipiſcere nolentem excommunicavit. Et hic iterum Chriſti doctrina & exemplum ſequendum, ut benevolentia ſeveritatem vincat, ut paratus ſit parochus dimittere peccanti non modo ſepties, ſed & ſeptuagies ſepties. Et cum Chriſto patior ſit ad abſolvendum adulteram,ad frugem melioris vitæ revertentem, quam ad condemnandum; quemadmodum Paulus quoque in gratiam recepit Corinthium illum pœnitentem.

XV. Vitanda quoque manifeſta reprehenſio utriusque poteſtatis, tam eccleſiaſticæ, quam civilis; neque invehendum in ordinem aliquem, aut aliquod ab eccleſia receptum vivendi genus. Omnis enim poteſtas a Deo eſt, & propterea eatenus honoranda, non inceſſenda. Sequenda præcurſoris dominici doctrina & exemplum, qui ne milites quidem a ſe repulit, aut ulla contumelia affecit, ſed magis viam recte vivendi oſtendit. Per ejuscemodi enim incautam reprehenſionem plebs ad ſeditionem magis ac rebellionem incitatur. Hanc murmur, odium, impatientia, contumacia, protervia, & detractiones, libido comitantur: quin potius docendus populus eſt obedire Magiſtratibus, parere præpoſitis ſuis, & dyſcolis: ac interim admonendus eſt, ut ſi ſint Magiſtratus interdum vitioſi, id evenire, quod dominus regnare facit malos & hypocritas propter peccata populi. Omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe: quodque omnis poteſtas a Deo ſit: quod denique, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtat, niſi tamen poteſtas expreſſim præcipiat,quod eſt contra mandatum Dei; tum enim oportet plus obedire Deo, quam hominibus.

XVII. In corripiendis vero Magiſtratibus, correctioni quoque fraternæ locus eſt, quemadmodum Joannes reprehendit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Joannes Herodi, non populo: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quaſi nihil promoveas, poſtulanda & exſpectanda proviſio prælatorum ac majorum Magiſtratuum eſt: qui ſi diſſimulent,etiam conſuetum magis ut ultio remittatur adDeum,quam ut tantum ſcandalum inde deterius ſubſequatur.

XVIII. Eſt autem populus frequenter in concionibus, poſt conciones vero ſemper diligentiſſime commonendus, ut Deum optimum maximum pro poteſtatibus deprecetur. Volo (inquit gentium Magiſter Paulus)ut fiant omnium primum obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram Salvatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

XIX. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed langvens circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones,blasphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.

XX. Porro cum ſecundum evangelicam atque apoſtolicam doctrinam, quibus decreta patrum ac Conciliorum,denique pragmatica ſanctio Auguſtana merito accedunt,in eccleſia Dei ſola canonica ſcriptura ac divina eloquia, ſecundum eccleſiaſticam interpretationem ſanctorum patrum ac doctorum, & recitari & prædicari debeant: non abs re videbitur, parochis ſummam bibliorum pauciſſimis præſcribere, ne alicubi dum ſcripturæ metas neſciunt,impingant.

XXI. Et cum præcipue ipſis incumbat, ut plebem erudiant in præceptis decalogi, articulis fidei, qui Symbolo apoſtolico recenſentur, ac Eccleſiæ ſacramentis ſimul cum explicatione orationis dominicæ: (Hic eſt enim inchoationis Chriſti ſermo, quo jacitur fundamentum ab operibus mortuis & fidei in Deum) idcirco ut imperitioribus conſulatur, quoddam enchiridion dabimus, in quo breviſſime hæc omnia ſecundum ſanam & eccleſiaſticam doctrinam exponentur: ſimul & loci quidam communes, ad omnes omnium hominum ætates ac ordines,commonitorio inſerentur. Veneratio quoque ſanctorum ac reliquiarum. Denique quatenus imaginibus ac picturis utendum,docebitur. Nec interim quid ſibi eccleſiaſticæ ceremoniæ, præſertim illæ piæ ac antiquiſſimæ velint,& quo conducant, in eodem libello declarare omittemus, idque ſuccinctiſſime.

XXII. Simpliciores ac minus eruditi concionatores, feſtis quibusque diebus concione in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis cum imprecatione gratiæ Dei (nempe ut dominus ſuum Spiritum verbo addere dignetur)cœpta, initio ambas lectiones, quæ epiſtola ac Evangelium miſſæ ejus dici appellantur, ad verbum enarrabunt. Deinde poſt imploratam divini numinis clementiam, regrediantur ad utriusque lectionis brevem delucidationem, locos aliquot communes ex utraque deligentes, quibus populus ad vitæ pietatem, caritatemque Dei ac proximi inflammetur. Denunciabunt quoque, quid eccleſia Dei eo die potiſſimum Deum oret, ac precetur,quod in precationibus,ſeu collectis,quæ poſt canticum Kyrie eleiſon, aut Gloria, in excelſis, dicuntur,continetur: ac hortabuntur populum, ut idem pariter interea dum ſacra aguntur, Deum oret, ſi non verbotenus, mente tamen.

XXIII. Sanctorum hiſtoriis ne nimis diu immorentur: quin potior pars (uti jam diximus) Evangelio detur & epiſtolæ explicandis. Quod ſi fabuloſa videbitur hiſtoria,ne attingat quidem: ſi veriſimilis, leviter, eaque decerpat, quæ imitanda videantur. Miracula quoque ne impudentius jactentur, niſi quæ ſcripturis prodita, aut a non levibus ſcriptoribus ſumma cum hiſtoriæ fide tradita fuerint.

XXIV. Si quas allegorias, aut ſenſus ſcripturæ reconditiores, ſpiritualia ſpiritualibus conferentes, adferre velint; has ex receptis Eccleſiæ doctoribus, veluti Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino,Chryſoſtomo,ac ſimilibus comprobatis auctoribus deſument.

XXV. Ubi ad calcem concionis deventum erit, brevi epilogo, quo argumentum ac capita totius concionis renarret, utatur. Id enim ad captum ac fulciendam memoriam auditorum, plurimorum fecerit.

XXVI. Debet quoque, finita concione, decalogus ac Symbolum fidei & ſuccincte & exerte recitari. Illa quoque exomologeſis ac publica peccatorum confeſſio, cum imploratione miſericordiæ Dei, pure & diſtincte pronunciari, ac moneri populus, ut eisdem verbis Sacerdotem pronunciantem ſubſequatur: ac deinde recenſeri conſolatoria imprecatio remiſſionis peccatorum, ut populus dejecto, contrito, humiliato animo ac toto corde, cum presbytero accingatur ad myſterium redemptionis ſuæ(quod in altari tractatur) contemplandum, fructumque dominicæ paſſionis, quæ in altaris myſterio commemoratur repræſentaturque participandum.

XXVII. Cum multum plerumque temporis parvo cum fructu teratur in recenſendis ſingulatim defunctorum nominibus, ubi viritim pro quolibet exigitur una oratio dominica,idque interdum non citra ſuſpicionem, vel quæſtus, vel ambitionis fiat: nobis potius videbitur, ut populus ad communem pro defunctis orationem pie ac devote dicendam accendatur, & hæ genealogiæ intermittantur. Super qua re tamen, quod ad morem civitatis noſtræ Colonienſis attinet, & cum parochis, & cum Senatu latius agere non omittemus.

Pars ſeptima.

Capitula.

I. Eccleſiæ catholicæ uſus ſeptem myſteria (quæ Sacramenta appellantur) obſervat, veluti ſeptem quædam parata remedia,per quæ Deo viſum eſt peccatis noſtris mederi, ac nobis gratiæ ſuæ ſalutaris medicinâ (diverſa tamen ratione) infundere,quæ ſunt,baptiſmus,confirmatio,eucharistia, pœnitentia, extrema unctio, ordo & matrimonium. Quæ cur a Chriſto & Eccleſia inſtituta ſint, & a veteribus Sacramenta peculiariter appellata, deinde, quæ illorum ſit per gratiam Dei efficacia & virtus nunc non eſt dicendi locus. Tantum admonebimus in præſentia parochum, quæ illum circa diſpenſationem ſingulorum obſervare conveniat.

II. Quia igitur in Sacramentis aliud videtur, atque aliud agitur, inſtituendus eſt populus in cujuslibet exhibitione, quid in hujusmodi religioſo arcano (id enim Sacramentum ſonat) agatur. Cum enim in Sacramentis iſtis per ſigna quædam ſenſibilia infundatur inſenſibilis gratia congruens externis ſignis, excitanda eſt fidelium fides & devotio in Deum, ut credentes, ac divinum myſterium intelligentes, ad Dei ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti participandam gratiam accedant. Quod fiet, cum parochus ſub adminiſtrationem cujuslibet Sacramenti, ſacra concione populum breviter admonuerit, quid in ea re agatur.

III. Et ut de ſacro baptiſmo exordium capiamus, docendus eſt populus, quod illic aboleatur vetus homo, remiſſo omni peccato: atque novus exoriatur, ab omni labe purgatus per fidem in Chriſtum: quod illic, qui baptizatur, lavetur lavacro regenerationis & renovationis

Spiritus

Spiritus ſancti in ſangvine Chriſti pro nobis effuſo: quod illic veterem Adam exuimus, conſepulti cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus: quemadmodum hæc enchiridion latius edocebit.

IV. Suſceptores infantis (patrini qui dicuntur) merito admonentur, quod ipſi ſint, qui Eccleſiæ nomine, & in Eccleſiæ fide Chriſto parvulos offerant per baptismum, ac ſe propemodum pro parvulis fidejuſſores conſtituant, nomine parvuli reſpondentes: quem etiam poſtquam adoleverit, Symbolum ſimul & orationem dominicam edocere, atque vitam Chriſto ac profeſſione in baptiſmo facta dignam perpetuo agere, ſaltem ubi id neceſſitas poſcere videbitur, cohortari non omittent, proindeque malumus illos deligi provectæ ætatis, quam impuberis, ne videatur infans infantem offerre, ac ſponſorem ſe Deo pro alio conſtituere, qui quod promittit non intelligat: ideoque multo minus, quod non intelligit, docere queat.

V. Præterea docebunt populum quid ſit, quod catechizetur baptizandus: quid reliqua ſolennia, quæ eccleſia adhiberi voluit, ſignent. Videlicet, cur inſuffletur in faciem baptizandi, cur ſignum crucis & in pectore & in fronte fiat, cur ſal in os detur, cur aures & nares ſputo attingantur, linianturque, cur inunctio in pectore & ſcapulis fiat, & cur poſt baptiſmi tinctionem in vertice. Denique, quid ſignificet amictus albus, quo infans ſeu alius baptizatus ſuperinduitur: quæ omnia ſunt myſteriorum plena, quemadmodum enchiridion declarabit.

VI. Cum beatiſſimus Apoſtolus in Eccleſia omnia honeſte atque ſecundum ordinem fieri jubeat, debebit baptiſmus ſumma mentis in Deum, & in ſacratiſſima, quæ aguntur myſteria, intentione & dari & accipi. Quare quidquid hinc ſuſceptores ſeu alios adſtantes avocat, procul tollendum eſt. Accedatur itaque depoſito omni faſtu, humili Spiritu, ac recta in Deum fiducia, quemadmodum acceſſerunt, qui Jeſu parvulos obtulerunt, ut manus eis imponeret. Nam hic renunciatur Satanæ, & omnibus operibus atque omnibus pompis ejus. Conveniaturque ante inter patrinos de nomine infantis, ut potius in baptismo ipſo cogitetur de lucranda anima Chriſto, quam de retinendo nomine.

VII. Magna certe ratione eccleſiaſticis patribus viſum eſt, ut baptiſmus in conſpectu eccleſiæ in loco ſacro recipiatur, niſi tamen immineus neceſſitas fieri aliud ſvaſerit. Quamobrem diſplicet nobis quod quidam faſtuoſi templum domini deſpicientes, ambiunt magis ſuos infantes in domibus privatim baptizari. Quod deinceps, niſi neceſſitas id ipſum exegerit, & cauſæ cognitio præceſſerit, indulgere nolumus.

IIX. Itidem dum Sacramentum confirmationis confertur, docebunt Vicarii noſtri in pontificalibus, quid agatur, nempe quod illic ambiatur gratia Spiritus ſancti, qua confirmatur tiro adverſus Satanæ tentationes, roboraturque, ut quod corde credit ad juſtitiam, ore quoque palam confiteatur ad ſalutem. Quamobrem eo communiri ſolet ætas tenera, quæ ad nequitiam proclivior eſt, quam ad pietatem, ut ea proclivitas minuatur, docilitasque ad pietatem augeatur. Omnes fideles (inquit Urbanus pontifex Romanus) per manus impoſitionem Epiſcoparum, Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, ut pleni Chriſtiani inveniantur: quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam roboratur. De Spiritu ſancto accepimus, ut efficiamur ſpirituales, quia animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. De Spiritu ſancto accepimus, ut ſapiamus inter bonum malumque diſcernere, juſta diligere, injuſta reſpuere, ut malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, ut luxuriæ & diverſis illecebris ac fœdis indignisque cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accepimus, ut amore vitæ & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere a terrenis mentem ad ſuperna & divina valeamus. Sed de hoc alibi latius.

IX. An expediat imitari conſvetudinem, qua obſervatur, ut nedum adultis, ſed & infantibus detur confirmatio, idque pranſis, hic non definimus: quamquam quod Aurelianenſi concilio ſancitum eſt, nobis magis placuerit, videlicet ut jejuni ad confirmationem veniant, perfectæ ætatis, ut moneantur confeſſionem ſacramentalem facere priusquam acceſſerint, quo mundi donum Spiritus ſancti mereantur accipere. Cum enim hoc ſacramentum non ſit neceſſitatis abſolutæ, convenientius & utilius dabitur, ſi addatur admonitiuncula. At antequam infans ſupra ſeptimum ætatis annum progreſſus fuerit, parum aut nihil horum quæ aguntur, intelligit, ne dicamus, meminerit.

X. Quemadmodum in baptismo ſuſceptores ſunt, ita hic qui confirmandum præſentant, ac coram Epiſcopo ſiſtunt: idque non admodum diverſa ratione, niſi quod quidam etiam dicunt, decens eſſe, ut qui nondum adverſus carnis,

carnis, mundi ac Satanæ tentationes roborati ſunt, per confirmatos jamdudum atque exercitatos ſenſus habentes, quibus fides confirmandi cognita atque explorata ſit, Epiſcopo præſententur. Quamobrem quoque admonendi ſunt iſti officii ſui, curandumque, ut tanti ſacramenti perceptio dignè ac reverenter peragatur, quemadmodum in primitiva Eccleſia obſervatum legimus.

XI. Quibusdam in locis, ambitionis magis quam pietatis cauſa, dum utrumque tam baptiſmi quam confirmationis Sacramentum peragitur, hi, qui patrini dicuntur, certant, ut alter alterum donariorum precio (quo ſuſcepti ac præſentati pueri donantur) vincant. Præterea itur ſtatim, maximè poſt baptiſmum, ad comeſſationes, cum tum maximè comeſſationibus eſſet abſtinendum. Qua de re monendus eſt populus, ut quæ digna ſunt his ſacramentis, tantum curent; cætera aut moderentur, aut penitus tollant. Nam non offendimus Deum gravius, quam eum illius ſanctiſſima myſteria indigne tractamus.

XII. Docebit præterea parochus populum, quid ſignet Chriſma, & cur ex oleo olivæ ac balſamo conficiatur, quemadmodum docebit enchiridion.

XIII. Euchariſtia, unicum illud piarum mentium ſolatium ac delicium, hac deploratiſſima tempeſtate, execranda inſania ac abominabili profanatione hæreticorum, de re tanta quodlibet comminiſcentium, plerisque quodammodo in nauſeam vertitur: adeo, ut (quod dolentes referimus) multi nunc ſint, qui non tantum hunc panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, accipere non deſiderent, ſed & averſentur, homines ſolo nomine Chriſtiani, re ipſa vero Capernaitis ipſis deteriores, etiam quos poſt acceptam notitiam veritatis, voluntarie in Filium Dei peccantes, ac corpori dominico & ſanguini contumeliam inferentes, terribilis quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio (quæ conſumptura eſt adverſarios) manet.

XIV. Docendus eſt itaque populus Chriſtianus certiſſima fide credere, quod in hoc ſacramento ſit verum corpus & verus ſanguis Chriſti Jeſu. Neque enim veritas mentitur, quæ apud Matthæum, Marcum & Lucam, hoc ſacramentum inſtituens ac porrigens, ſimpliciſſimè dixit: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Sic docet Paulus Apoſtolus: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſangvinis Chriſti eſt? Et; panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? Unde conſequitur, in euchariſtia totum eſſe Chriſtum, quamquam ibi ſit ſub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit verum corpus & ſanguinem, haud dubie vivit. Quare ſi credimus in ſepulcro divinam naturam non fuiſſe ſeparatam ab exanimi corpore, quanto magis credemus eam à vivo corpore non eſſe ſeparatam in ſacramento?

XV. Ubi ſunt, quibus contra Eccleſiæ conſuetudinem perſuaſum eſt, oportere laicos participare corpus & ſanguinem Domini ſub utraque ſpecie: ibi docebit parochus hos, qui gravatam habeat conſcientiam, corpus & ſanguinem Domini in altera tantum ſpecie perfecte conſiſtere, adeo ut laicus, qui ſub ſpecie panis communicat, non tantum corpus, ſed & ſangvinem Domini non minus recipiat, quam qui capit ſub utraque ſpecie & panis & vini. Eccleſiam quoquè laicis unam tantum ſpeciem dare, quod pro reverentia ipſius Sacramenti & ſalute fidelium, Eccleſia (cui diſpenſatio Sacramentorum Dei commiſſa eſt) ſic viderit expedire. Nam cum nullatenus ambigendum ſit, ſub ſpecie panis non tantum carnem, nec ſub ſpecie vini ſangvinem tantum, ſed ſub qualibet ſpecie totum Chriſtum contineri: Cur ſe laicus judicio Eccleſiæ, quam dominus audiri voluit, non ſubmittet? quæ non temere, ſed multis rationibus permota, decrevit ſalubrius eſſe, ut non tantum populus, ſed & Sacerdotes non ſacrificantes, Chriſtum ſub una tantum ſpecie, quam ſub duabus perciperent. Quid enim panis vinique ſpecies aliud ſunt poſt conſecrationem, quam ſpecies ſacramentales, & accidentia ſine ſubjecto? ut non habeat laicus cur queratur ſibi alteram ſubtrahi ſpeciem, ubi totum quod ſub utraquè ſpecie continetur, integre accipiat. De qua re alibi fuſius dicetur.

XVI. Et quoniam in hoc Sacramento Chriſtus continetur, cohortandus eſt populus, ut ad hæc myſteria contremiſcens, cum in celebratione miſſarum elevatur hoſtia ſalutaris, ſe reverenter inclinet, corporeque humi fuſo, mente adoret crucifixum, facturus idem, cum presbyter defert ad infirmum euchariſtiam, quam ob id paratam ſemper habere debet, ut quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione decedat. Quod faciens decenti habitu indutus, hanc ſalutarem hoſtiam palam ac honorifice ante pectus cum omni reverentia & timore ferat & referat lumine ſemper præcedente, ut ſigno populus intelligat, illic, eum eſſe præſentem, qui eſt Candor

lucis æternæ. Hæc deniquè ſacroſancta hoſtia reponatur ſemper in loco ſingulari, mundo & ſignato, honorificequè collocata, devote ac fideliter conſervetur.

XVII. Docendus item eſt populus, quod tantum miraculum in hoc ſacramento virtute Chriſti fiat, non ex merito Sacerdotis, quod & in cæteris ſacramentis obtinet. Nam intra ſanctam Eccleſiam catholicam in myſterio corporis Chriſti, nihil à bono majus, nihil à malo minus, perficitur Sacerdote: quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo efficitur Creatoris, & in virtute Spiritus ſancti. Si enim in merito eſſet Sacerdotis, nequaquam ad Chriſtum pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt qui baptizat, ita ipſe eſt, qui per Spiritum ſanctum hanc ſuam efficit carnem, & tranſit vinum in ſanguinem. Sed hoc tantum nocet, indigne tanta Myſteria tractanti. Nam quod ad veritatem corporis dominici attinet, ita percipit hic, cui dicit Apoſtolus: Qui manducat indigne, judicium ſibi manducat, ſicut is, cui dicitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.

XVIII. Præterea inſtituenda plebs eſt, quomodò euchariſtia ſumenda ſit. Et in primis admonenda, quam grave crimen ſit, ad tanti ſacramenti participationem indigne accedere. Nam Apoſtolus ait: Quicunquè manducaverit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Et iterum hanc horrendam ſententiam congeminans: Qui, inquit, manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideoquè, uti ſubjicit, multi inter vos infirmi & imbecilles ſunt, & dormiunt multi. Quod ſi nos ipſos dijudicaremus, non utiquè judicaremur.

XIX. Proindè nemo admittendus eſt, niſi ejus conſcientia parocho ſit, aut cui poteſtas ſuper hac re legitime facta eſt, per exomologeſin explorata, & qui pœnitenti ac contrito corde corpus Domini dijudicans acceſſerit, quod jubet Apoſtolus, cum ait: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: ne cum Juda, qui Cœnæ Dominicæ ad judicium interfuit, locum diabolo præbeat, mens ergo ab omni affectu peccandi longe abſit. Nam ſi adhuc habet voluntatem peccandi, gravatur magis euchariſtiæ perceptione, quam purificatur. At contra, quamvis quis peccato mordeatur, ſi tamen pœniteat, & de cetero peccandi voluntatem nullam habeat, confidens de Domini miſeratione, accedat ad euchariſtiam intrepidus & ſecurus.

XX. Qui alteri quam ſuo parocho confeſſus eſt, is ſi non factæ confeſſionis ſuſpectus habeatur, teſtimonium afferet ſe confeſſum eſſe, cujus etiam conſcientiam verus ipſe parochus in principalibus Chriſtianiſmi articulis excutere non omittet. Ac generatim ſinguli parochiani rudiores, anno ſaltem ſemel, cum adibunt menſam dominicam examinandi prius in præceptis Domini, articulis fidei, oratione dominica, ac Eccleſiæ Sacramentis, maxime baptiſmi & euchariſtiæ.

XXI. Et ut cohortandus eſt populus, quo ſæpe numero communicet, quemadmodum olim ſingulis diebus dominicis fieri conſvevit: (quod quidem nunc, quo minus fiat, per laicos ſtat, quibus non debet cœleſtis ille cibus invitis aut nauſeantibus obtrudi) ita ad minimum populus ipſe in diſciplina eccleſiaſtica retinendus eſt, ut ſaltem toto anno ſemel ab omnibus, qui ad diſcretionis annos perveniſſent, confeſſis & contritis, euchariſtia ſumma cum reverentia ſuſcipiatur. Olim qui non communicaſſent in anno ſaltem ter, in Paſcha videlicet, Pentecoſte, & Natali Domini, inter fideles catholicos non connumerabantur; ſed cum ſenſim omnis pene refrixerit caritas, in hoc quoque eccleſiaſtica diſciplina cœpit eſſe remiſſior.

XXII. Omnium autem maximè inſtruendus eſt populus, ut recta fide acceedat, ſermoni Domini firmiter credens, quod nos edocet Chriſtus, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis & veritatem ſui corporis adſtruit, & credentibus, dignequè ſuſcipientibus, remiſſionem peccatorum promittit, jubens ut hoc faciamus in ſuam commemorationem. Porrò anima, quæ fidem habet, & ejusmodi Chriſti verbis credit, in memoriam Chriſti ſacramentum edit, cum ſecum recogitat, quemadmodum Unigenitus Filius Dei, ob perditum hominem Deo Patri reconciliandum, & delendum quod contra nos ſcriptum erat chirographum, de Cœlo deſcenderit, ſemetipſum exinaniverit ac humiliaverit, factus obediens Patri usquè ad mortem, mortem autem crucis. In quo maxima erga nos Dei caritas commendatur, qui unico filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis à peccati & Satanæ vinculis redimendis tradidit illum. Talem ergo fidem & effectum, Deo ſuggerente, præparare debet in animo ſuo is, qui euchariſtiam percipit.

XXIII. Nequè interim negligendum, ſed perpetuo inculcandum erit, hoc Sacramentum Corporis & Sanguinis Dominici ſub ſpecie panis & vini inſtitutum eſſe, ut præter veritatem Corporis & Sanguinis, quæ in eo continetur & recipitur, quoddam etiam eximium ſignum mutuæ dilectionis & caritatis excitandæ in nobis foret, quemadmodum divus Paulus inquit: Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus, qui de uno pane & de uno calice participamus. Quamobrem ab hujus convivii ſpirituali participatione longe abſunt, qui invidiæ, vel odii veneno infecti, aut iracundiæ furore repleti fuerint. Monendi itaquè ſunt, qui communicare deſiderant, ut depoſita omni ſimultato, diligant alterutrum uti unius corporis membra, ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro invicem ſolicita ſint membra.

XXIV. Docendus quoquè populus, ut qui juxta antiquum Eccleſiæ ritum, ſingulis dominicis diebus ad communicandum corpori & ſanguini dominico non ſe præparat, miſſæ ſaltem parochiali hisce, aliisque feſtis diebus interſit, ut tametſi inter ſacrificantem & aſſiſtentes non ſit, more illo antiquo, tam frequens ſacramentalis communio, ſi ſaltem ſacræ doctrinæ, piæ exhortationis, laudis & gratiarum actionis communio, ut ſi quodammodo omnes ſpiritualiter communicent, cum deſiderio etiam ſacramentaliter communicandi. Ne verò populus ab hac miſſa parochiali & ab auditione verbi Dei diſtrahatur, placuerit nobis, ut ſi quæ ſint aliæ miſſæ legendæ die dominico, hæ inchoentur primum poſt verbi prædicationem finitam, quemadmodum latius in viſitatione ſecundum diverſorum locorum mores ordinare ſtudebimus.

XXV. Docendus populus generatim, quid agatur in miſſa, & quibus partibus conſtet. Conſtat ſiquidem pſalmodia, quem vocamus introitum, invocatione & glorioſa celebratione ſanctiſſimæ Trinitatis, quæ in Canticis Kyrie eleiſon, & gloria in excelſis Deo, peraguntur: precatione, ſeu collecta, recitatione verborum propheticorum, aut apoſtolicorum, quam vocamus gradualia, & Alleluja, & quæ ſequuntur: lectione evangelica, Symboli recitatione, ſeu profeſſione fidei catholicæ: cantico, quod non ſine myſterio offertorium appellatum eſt, gratiarum actione, quæ dicta eſt præfatio, religioſa commemoratione mortis, conſecratione corporis & ſanguinis dominici, quæ fit in canone. Rurſus precationibus, inter quas eſt precatio dominica: ſequitur oſculum pacis Symbolum Chriſtianæ caritatis, mox communio. Rurſus ſacrum canticum, quod commune appellatur, & precatio. Poſtremo loco Sacerdos totum populum velut in ſuam tutelam receptum, Deo benedictione tradit atquè commendat, ut perſeveret in affectu pietatis, mutuaquè charitate: quorum cum admonebitur populus, incipiet nedum credere, ſed & ſentire, quod in miſſa nihil non ſit pium ac venerandum.

XXVI. Corripiendus vero abuſus eſt, quod quidam poſt aſperſam aquam, & ante miſſæ introitum, exitum faciunt: quidam, poſt auditum & non intellectum Evangelium, abeunt: aliiquè, poſteaquam Sacerdos dixit, ſurſum corda, &, gratias agamus. Atqui tunc præcipuæ populi partes erant, quando ſubmiſſius legente aut tacente Sacerdote, quisquè cum Deo loquitur. Deniquè alii ſtatim poſt elevationem corporis & ſanguinis dominici, non expectantes præcipuam miſſæ partem, quæ eſt communio. Antiquiſſimus ergo canon populo rememorandus eſt, qui ſic habet: Omnes fideles qui in ſolennitatibus ſacris ad Eccleſiam conveniunt, & ſcripturas Apoſtolorum & Evangelium audiant. Qui autem non perſeverant in oratione usquè dum miſſa peragatur, nec ſanctam communionem percipiunt, (quam nos, ut non exigimus quotidie ſacramentalem, ſaltem ſpiritualem à populo requirimus) velut inquietudines Eccleſiæ commoventes convenit communione privari.

XXVII. Docendus item eſt populus, quale ſit miſſæ ſacrificium, nempè repræſentativum. Semel quidem Chriſtus mortuus eſt, juſtus pro injuſtis: ſemel in manifeſtatione ſui corporis, in diſtenſione ſuorum membrorum omnium. Verus Deus & verus homo ſemel tantum in cruce pependit, offerens Patri ſemetipſum hoſtiam vivam & paſſibilem, immortalem, vivorum & mortuorum redemptionis efficacem. Et ſcimus quia Chriſtus reſurgens à mortuis jam non moritur: Mors illi ultra non dominabitur; & tamen quotidiè immolatur in ſacramento: non quod toties Chriſtus occidatur, ſed quod illud unicum ſacrificium myſticis ritibus quotidie renovetur, quotidianaquè recordatione mortis domini, qua liberati ſumus, in edendo & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt, hoc ipſum repræſentetur, quod olim factum eſt; facitquè oblatio iſta ſacramentalis moneri nos, tanquam videamus præſentem Dominum in cruce; elicientes ſubindè nobis ex illo fonte in exhauſto gratiam ſalutarem, immolamusque hoſtiam pro vivis & defunctis, dum pro illis patrem per filii mortem deprecamur.

XXIIX. Exequias ac miſſas, quæ pro defunctis peculiariter dicuntur, malumus in alium diem transferri, quam die dominico celebrari, niſi

tamen plebs diei translatione gravaretur. In quibus etiam ad populum fiat admonitio, declareturquè quibus potiſſimum modis Dei miſericordia pro animabus ambienda ſit: Sic, ut interim admoneantur hi, qui funebres pompas ac miſſas gloriæ tantum aucupandæ cauſa inſtituunt, perdere mercedem ſuam. Debet quoquè plebs doceri, pium eſſe, quemadmodum ab Apoſtolorum temporibus Eccleſia (quæ columna & firmamentum veritatis eſt) & docuit & obſervavit, pro defunctis dominum exorare, & eleemoſynas in ſinus pauperum elargiri, atquè hæc eis prodeſſe, qui in communione Eccleſiæ & ſigno pacis deceſſerunt, & qui cum viverent, hæc ſibi, ut poſteà poſſent prodeſſe, cooperando meruerunt.

XXIX. Ad exequias, quæ extra civitatem noſtram Coloniam celebrantur, non evocandi Monachi, nec iſta cohors levium ac indignorum Sacerdotum. Aut ſi evocentur, videndum ipſis ne laſciviant. Quamquam nobis magis probetur, ut qui volet, pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces, is Monachos in ſuis Monaſteriis, ac clericos ſingulos in ſuis templis permanere ſinat, ibidemquè preces ac miſſas peragere. Quoniam enim ſpectat concurſus iſte, interdum quam par eſt immodeſtior, quam ad captandam auram popularem? Cavenda verò ſummopere poſt exequias delicata convivia, crapulæ ac comeſſationes, ne Deus placandus magis irritetur.

XXX. In Sacramento pœnitentiæ explicando, ac rectè miniſtrando, maturitate multa ac diligentia opus eſt. Veteres orthodoxi pœnitentiæ partes tres nobis tradiderunt, contritionem, confeſſionem, ac ſatisfactionem, ſeu fructum pœnitentia dignum. Quamquam pœnitentia, quatenus Sacramentum dicitur, potiſſimum in abſolutione presbyteri conſiſtat, qua ille ex virtute verbi & clavium ſibi à Chriſto traditarum, peccatorem pœnitentem, & in miſericordia Dei ſperantem, à peccatis ſuis abſolvit, de quibus paulo latius in enchiridio dicemus.

XXXI. Prima pœnitentiæ pars, cum omnis evangelicæ prædicationis exordium ſit, nunquam non eſt in ſuggeſto pertractanda. Hac enim confugitur ab ira Dei ad miſericordiam, hac convertimur ab operibus mortuis ad Deum viventem, hac ſubducimus à peccati ac diaboli laqueis, ac concorporamur Chriſto. Unde à pœnitentia præcurſor Joannes, deindè Chriſtus ipſe, ac Princeps Apoſtolus Petrus, prædicationis evangelicæ doctrinam ſunt exorſi. Pœnitentia autem tum rectè prædicatur, cum arguuntur ſcelera ac flagitia per verbum Dei, & incutitur populo timor iræ, indignationisquè ac juſti judicii Dei, certo certius manentis eos, qui male agunt, ac male agendo perſeverant. Subinde vero vino oleum miſcendum eſt, ut exanimo vereque territis ac converſis promittatur gratia & miſericordia. Ad eum modum Paulus ad Epheſios ſcribens: Hoc, inquit, ſcitote, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Et iterum ad Galatas: Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, rixæ, iræ, diſſenſiones, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædicatio vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

XXXII. Jam quoquè nemo convertatur ad Dominum, niſi tractus per patrem, attamen nemo hic excuſationem prætexat, quod non trahatur: quod ille ſemper ſtet ante oſtium pulſans, nimirum per internum & externum verbum commonens, ut convertamur à via noſtra peſſima, & inclamans quoniam ira, indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis, operantis malum, gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum. Hic concuſſis conſcientiis commonſtrandus eſt Samaritanus ille, qui infundit vinum & oleum, qui ſanat omnes contritos, & alligat omnes contritiones eorum. Filioli mei, inquit divinissimus Joannes, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. Sed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed & pro totius mundi. Hæc eſt doctrina, quæ docet mori mundo, & vivere Chriſto.

XXXIII. De confeſſione, & quotuplex ſit, alibi dicemus. Tantum, quod ad eam, quæ Sacerdoti privatim fit, attinet, paucis admonebimus. Primum magnopere neceſſarium judicamus, ut Sacerdos, qui à confeſſionibus eſt, ſit integer, eruditus, ac ſilentii tenax: alioqui ſi ad quæſtum intentus ſit, ſi ad malum ſolicitet, ſi curioſior explorator ſit, ſi pertinacibus blandiatur, ſi intricatam conſcientiam extricare neſciat, ſi deniquè vel ebrioſus, vel iracundus, vel levis, vel ſecreti minime tenax, diſſipandis magis, quam paſcendis ovibus videbitur idoneus.

XXXIV. Inprimis autem qui huic muneri intentus eſt, docebit confitentem, ne ambiguis ac perplexis ſermonibus ſe remoretur, & percontando cogatur vel expriſcari crimina (quod ſæpenumero periculoſum eſt) ſed ſimpliciter, tanquam coram Deo aperiat lethalia crimina, & quæ conſcientiam onerant ac lædunt, quod ea, quæ contra conſcientiam aguntur, ædificent ad gehennam. Atque ibi maxime opus eſt Sacerdote judice, diſcernente inter lepram & non lepram.

XXXV. Quod omnibus Chriſtianis præcepit Paulus, dicens: Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes: Hoc eum, qui à confeſſionibus eſt, maxime convenit obſervare, nimirum ut conſolando erigat puſillanimis per immenſam Dei miſericordiam: præfractos autem objurget, tremendumque Dei judicium ante oculos ponat. Denique uti prudentiſſimus Medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam, obfuturus magis, quam profuturus, ſi putaverit uno collyrio, omnium mederi morbis. Monendi ergo qui confitentur, ſinguli ſecundum ordinem, ſtatum, ac ætatem, atque id per locos quosdam communes ex ſcriptura depromptos, quos in numerato habere debet parochus.

XXXVI. Qui nimis anxii in repetenda confeſſione vel iteranda apud alium Sacerdotem, vel etiam in enumerandis circumſtantiis, quales ſunt quidam, qui quantumvis confitendo, conſcientiam tamen vix tranquillare poſſunt, docendi erunt, Deum (cui omnia patent) ſinceritatem tantum cordis à nobis requirere, nec tam ſeverum eſſe exactorem, qui conſcientiam ob unam vel ob aliam delicti circumſtantiam, inter confitendum non dedita opera neglectam, perpetuo turbatam eſſe velit. Nam quis omnes erratus ſuos enumeraverit? quemadmodum David ait: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine.

XXXVII. In occultis delictis ex reſervatione caſuum compertum habemus, nonnihil mali interdum accidere: vel quod peccator non habens in promptu Sacerdotem, qui illum abſolvat, confiteri vel differt vel contemnit, vel quod qui minores ætate ſunt, vel mulieres, difficile adducantur, ut ex ſuis parochiis non ſine levi ſuſpicione ad nos ſeu commiſſarios noſtros proficiſcantur. Quare, ut conſulamus & verecundiæ & famæ, viſum nobis eſt, hanc poteſtatem noſtram abſolvendi à peccatis & caſibus noſtræ abſolutioni reſervatis, (occultis tamen) omnibus parochis per diœceſin noſtram conſtitutis, rite vocatis delegare, modo tamen vicariorum noſtrorum in Pontificalibus conſilium requirant ac adhibeant: noſtris tamen ſuffraganeis poteſtatem facientes, aliter in diœceſibus ſuis, uti conſultius videbitur, ſuper hac re ordinandi.

XXXIIX. In publicis verò criminibus, quemadmodum neceſſe eſt, ita jubemus ad Canones antiquos publicæ pœnitentiæ regredi, atque adeo ad Chriſti & ſui diſcipuli Pauli inſtitutum reverti, qui ad Corinthios exemplo oſtendit, quomodo oporteat Eccleſiam, in publice peccantem animadvertere, donec ipſi publicè peracta pœnitentia ſatisfecerit, de quo fuſius dicemus ſub titulo de jurisdictione eccleſiaſtica contentioſa.

XXXIX. Peracta confeſſione, ſub abſolutionem Sacerdos monebit confitentem, ut quod admiſſum eſt, deteſtetur, ut ſic deinceps vitam inſtituat, ne in ullum lethale crimen poſthac incidat, quemadmodum Chriſtus ad mulierem dixit: Vade, & noli amplius peccare. Utque eum affectum habens, credat, per Dei miſericordiam virtute Sanguinis Chriſti per abſolutionem impartiendam in verbo ejus, ſibi remiſſum iri peccata. Injungat etiam illi fructum dignum pœnitentiæ facere, ac tum denique imponat manum, ac abſolvat confitentem.

XL. Dum Matrimonio jungunt parochi Virum ac Mulierem, docebunt matrimonium inſtitutum eſſe à Deo, confirmatum per Chriſtum, ut Geneſeos 2. & Matthæi 19. legimus. Quod Sacramentum, ſi quis, ſicut decet, acceperit accedente Sacerdotali precatione, confert donum Spiritus, quo Vir diligat uxorem amore caſto, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam: Mulier viciſſim propter Chriſtum amet revereaturque virum ſuum, uti Dominum. Uterque liberos, ſi dentur, ſumma cura inſtituant ad Chriſtianam pietatem. Copioſam monendi materiam Paulus ad Epheſios 5. ſubminiſtrat.

XLI. Cum matrimonium ante lapſum Adæ propter procreandos liberos inſtitutum, ac benedictione Dei firmatum ſit, qua dixit ille: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: peculiariter autem homini: Erunt duo in carne una: Propterea relinquet homo Patrem & Matrem ſuam, & adhærebit Uxori ſuæ; nec ratio conjunctionis, ſeu benedictio poſt lapſum defecerit, ſed tantum quod ſanis potuit eſſe officium, id ægrotis factum etiam ſit remedium, dum utriusque ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honeſtate nuptiarum, quemadmodum divus Paulus ait: Unusquisque Uxorem ſuam habeat, propter

fornicationem, nimirum vitandam: Monendi ſunt qui matrimonium contrahere affectant, ne alius affectus ipſos huc rapiat, ut ſit honorabile conjugium ac cubile impollutum. Nam ſi neque ob prolem ſuſcitandam, neque ob fornicationem vitandam, ſed potius divitiarum, aut opum nanciſcendarum, aut alterius rei gratia matrimonium contrahatur: perperam agitur, ac graviter in Sacramentum peccatur. Hic, quæ Tobiæ 6. 7. & 8. ſcribuntur, enarrari, proponi, ac doceri conveniet. Ubi locus pulcherrimus eſt, exemplo commonſtrans, quemadmodum bona uxor donum Dei ſit, debitum timenti Dominum, quomodo in timore Dei apparentibus, non luxuriæ cauſa, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen Dei in ſecula, petenda. Quo pacto conjugii conſcriptione facta, tradenda, quemadmodum etiam convivium nuptiale cum laude & benedictione Dei agendum. Denique quomodo precandus ſit Deus per conjuges, ut benedictionem ſuam in ipſis, quos conjunxit, impleat. Hæc enim decent ſanctorum filios, qui non debent ita conjungi ſicut gentes, quæ ignorant Deum. Eritque horrendum illud exemplum de ſeptem Saræ viris à dæmonio occiſis, replicandum. His namque (ut Raphael Angelus apud Tobiam ait) qui conjugium ita ſuſcipiunt, ut Deum à ſe & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrem vehementer comprobamus illum morem, quo matrimonio jungendi, ante eccleſiaſticam conjunctionem, jejunio ſe præparant, & ſacram eucharistiam ſumunt.

XLII. Docendi itaque breviter, matrimonium tria complecti, fidem, prolem & ſacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum conjugale cum altera, vel altero concumbatur: in prole, ut amanter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religioſe educetur: in Sacramento autem, ne conjugium ſeparetur, neve dimiſſus aut dimiſſa etiam prolis cauſa alteri conjugetur.

XLIII. Optandum ut canon Euariſti Pontificis concilio generali renovetur, tollanturque illa clandeſtina matrimonia, quæ invitis parentibus ac propinquis, Veneris potius quam Dei cauſa, contrahuntur: nam quanta ex his clandeſtinis matrimoniis mala ſuboriantur in aperto eſt. Interea vero donec Eccleſia de hoc proſpiciat, ſi non irrita, prohibita ſaltem ſint, & pœnæ canonicæ, hoc eſt excommunicationi, contrahentes, & qui his ope aut Conſilio adfuerint, ſubjaceant: quam nec tam facile, niſi Eccleſiæ ſatisfiat tolli admodum expedire nobis videtur. Quantum fieri poteſt, cavebit parochus, ne liberos citra parentum auctor. tatem conjungat. Quod ſi parentes negligentes fuerint, aut in admittendo matrimonio jam contracto rigidiores negatores, admonebit eos, ut liberos maturæ ætatis elocent, neve vinculo jam per Eccleſiam indiſſolubili pertinacius obluctentur.

XLIV. Conjunctionem per Sacerdotem cum benedictione ſacerdotali ac precibus, in miſſarum ſolennia, in templo ſecundum antiquos Canones & eccleſiaſticum ritum fieri decernimus. Superbia ac faſtu tumidis, qui in privatis domiciliis malunt, quam in templo, ubi Eccleſia convenit, ac conjungendis bene precatur, copulari, quis non ineptè oppoſuerit illud Paulinum: Num Eccleſiam Dei contemnitis? Nec Sacerdos ante quoslibet conjugio jungat, niſi edictis aut proclamationibus tribus publice è ſuggeſtu ad populum factis præcedentibus, ob multas ac varias fraudes evitandas. Contra hæc haud facile, ſed tantum ubi ratio admodum neceſſaria hoc ipſum fieri poſtulaverit, idque non niſi cauſa cognita, diſpenſabitur.

XLV. Peregrini & ignoti non conjungantur, niſi legitimis teſtimoniis doceant, ſe ubi ante verſati fuerint nullis matrimonii vinculis adſtringi, ipſisque per ſuum parochum licere per alium parochum copulari.

XLVI. Quod ad gradus conſanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium contrahendum ac contractum dirimunt, decretum concilii generalis obſervabitur. Hic ſi parochi in dinumeratione graduum addubitaverint, peritiores conſulent. Ubi Romanus Pontifex diſpenſatorio diplomate matrimonium ſecus contractum, approbandum juſſerit, examinentur cauſæ diligentius, quæ diſpenſationem extorſerunt. Quæ ſi comperiantur aliter, quam narratum eſt, ſe habere, non dubium eſt, diſpenſationem nullius roboris eſſe.

XLVII. Ludicra illa, quæ in templis poſt conjunctionem ſacerdotalem fieri conſueverunt, veluti in pulſando ſponſo, atque alia ejusdem generis, penitus tollantur. Nam res ſeria, quam Deus ipſe inſtituit, benedixit, inviolabilemque decrevit, agitur.

XLIIX. De ſacro ordine, & quæ ſalutaris gratia hoc ſacramento conferatur, quæ denique in eodem ſacramento conferendo obſervari oporteat; titulo primo, qui de munere epiſcopali eſt, abundè diximus.

XLIX. Reſtat extrema unctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta eſt) adhibetur, ut vel

vel convaleſcat ægrotus, ſi Deo ita viſum, vel fide bonaque ſpe obdormiat in domino.

L. Eſt autem unctio impendenda cum expoſitione unctionis & mandati apoſtolici, quod ſic habet: Infirmatur aliquis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Poſtremo loco adhibebit parochus admonitionem præparationis ad mortem, quemadmodum enchiridion docebit.

LI. Quod ad ſepulturam attinet, quis poterit negare, rem longe piiſſimam eſſe, & in veteri & in nova lege accuratè obſervatam, ut Chriſtianorum (qui ſpem reſurrectionis habent) corpora non pecudum more disjiciantur, ſed in cæmeterii ſinum recondantur, quod etiam alto myſterio non caret? Ab hac ergo ſepultura nemo Chriſtianus, qui in communione deceſſit Eccleſiæ, arceatur, etſi caſu mortuus fuerit. Cum enim communicabatur viventi, & mortuo communicandum eſt. Soli vero hæretici, excommunicati, publici latrones, & hi, qui ſibi mortem, criminis conſcientia adacti, conſciverunt, & quos in peccato lethali, nullis pœnitentiæ ſignis præcedentibus, deceſſiſſe conſtiterit, prohibeantur.

LII. In ſepulturis autem & exequiis, mortalitatis atque hujus calamitoſæ vitæ admonitio diligens fiat, atque excitandi inter alia præſentes, ut recogitent ſibi eodem modo hinc excedendum eſſe, ſeſe in hac terra peregrinos agere, aliam autem inquirere, ad quam ſemper oporteat ſuſpirare. Nam quo pacto ad exorandam pro defunctis Dei miſericordiam commonendi ſint, ſupra diximus.

Pars octava.
Capitula

I. Superest ut de victu Parochorum diſpiciamus. Hic inprimis, quod Chriſtus docuit, & ſacri Canones maxime ſerio præceperunt, præmittendum duximus: nempè ut Sacramenta eccleſiaſtica gratis miniſtrentur, dicente Domino: Gratis accepiſtis, gratis date. Quamobrem neque pro baptizandis, conſignandisque fidelibus, neque pro collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum, neque aliis ſacramentis diſtribuendis precia quælibet, vel præmia, niſi quid voluntarie offeratur, recipienda ſunt. Neminem quoque ad quæſtuoſas exequias cogi, aut pro ſepultura munus, aut pretium exigi volumus, ſecundum canonicas ſanctiones cuſtodi interim ac veſpilloni de ſua mercede nihil detrahentes.

II. At cum lex divina præcipiat, non alligandum os bovi trituranti, quod utique non boum cauſa, ſed propter nos dictum Chriſtus in Evangelio explicat. Dignus, inquiens, eſt operarius mercede ſua; ac Paulus toto capite nono, 1. ad Corinthios confirmat: Quis enim militat ſuis ſtipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Neque enim magnum eſt, ſi qui ſpiritualia ſeminant, carnalia etiam metant. Quamobrem diſpiciendum eſt, ut parochis Evangelii prædicatoribus, certa ac competens ſubminiſtratio victus & veſtitus fiat, idque ad eum modum, ne in adminiſtrandis Sacramentis quidpiam exigendo, oneri ſint parochianis, aut cibum vicatim diſcurrendo emendicare cogantur, quo nihil turpius, aut ſordidius.

III. Inprimis igitur, qui per Vicarios, ſeu vicecuratos Eccleſias parochiales regendi poteſtatem à nobis acceperunt, iisdem Vicariis tantam ex proventibus Eccleſiæ partem aſſignabunt, qua vitam congrue ſuſtentare poſſint. Quod nos inter viſitandum pro ratione locorum ac parochiarum, ut fiat, ordinabimus.

IV. Eccleſiæ cathedrales ac collegiatæ, itidem Monachi ſeu religioſi, qui Eccleſias Parochiales, aut ſuis Eccleſiis, vel Monaſteriis unitas habent, aut regendas aliis committunt, aut præſentando committi procurant; adeo interdum omnem proventum emungunt, ut reſidui reditus, qui Rectoribus Eccleſiarum permittuntur, nimis tenues ſint & exiles: quamobrem noſtræ curæ erit, ut tanta portio Rectoribus iſtis aſſignetur, unde jura epiſcopalia ſolvere, & congruam ſuſtentationem habere poſſint.

V. Ubi verò reditus Eccleſiarum non ſufficerint, juris conſilium ſequendum putamus, nempè ut duæ uniantur: aut ſi id grave videbitur, ſaltem una, aut plures etiam Vicariæ, quæ ad altaria in ejusmodi Eccleſiis fundatæ ſunt, ipſi Eccleſiæ parochiali, ut vocant, incorporentur: Sic tamen ut, quoad fieri poteſt, per Parochum officium, ob quod Vicariæ illæ fundatæ ſunt, minimè negligatur. Porro decimas potiſſimum Parochis, ac Eccleſiæ Miniſtris deberi, non dubium eſt. Nunc cum illæ paſſim à laicis magna ex parte uſurpentur, neque facile ex eorum manibus divelli poſſint, videndum, num diligenti cohortatione, aut alia via juri conſentanea, Parocho, cui Eccleſiæ reditus ad victum non ſufficiunt, hinc aliquid emendicari poſſit.

VI. Po-

VI. Poſtremo loco juſtum ac decens putamus, ut ſinguli Parochiani denarium illum conſuetum, ſed duplicatum, ſaltem in anno quater, videlicet in feſtis illis majoribus, veluti in natali dominico, Paſchate, Pentecoſte, aſſumptioneque Virginis glorioſæ, id eſt, ſingulis feſtis duos denarios pendant. Neque enim tantillum offerre, ulli onerosum eſſe aut videri poteſt. Quis enim tam ſordidus eſt, qui non æquum putet, modicum quid caduci ac temporalis ſubminiſtrare, à quo ſpiritualia ac æterna viciſſim repetit? Certe omnes ſcire debent, eos qui ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edere: & qui altario deſerviunt, cum altario participare. Nam Dominus ordinavit, his qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere. Qui ſe unica ſolutione (quæ uno albo rotato fiet) liberare volet, id ipſi liberum eſto. Ne verò Parochus, aut in contentionem aut ſuſpicionem trahatur, potius hæc pecunia per Eccleſiæ œconomos, aut alios probatæ fidei viros colligetur, ac ipſi parocho numerabitur.

VII. Laudabilem tamen conſvetudinem in civitate noſtra Colonienſi erga ſanctam Eccleſiam, pia devotione fidelium introductam, per has noſtras Synodales conſtitutiones nolumus immutare, donec ipſis Parochis intra eandem civitatem de ſufficientiori victu fuerit proviſum.

Pars nona
Capitula

I. De Conſtitutionibus humanis ac eccleſiaſticis conſuetudinibus magna impræſentiarum in Eccleſia Dei conceertatio eſt, quam Eccleſiæ turbatores, ut Eccleſiæ auctoritatem everterent, ad nihilumque redigerent, invexerunt. At populus hic docendus eſt, ſanctorum Patrum regulam ſequi, qui diligenter admonent, traditiones eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſervandas, ut à majoribus traditæ ſunt. Sunt autem illa, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, non unius generis, quemadmodum divus Auguſtinus tradit. Alia enim toto terrarum orbe obſervantur, à patribus nobis quaſi per manus tradita. Quæ quidem putanda ſunt vel ab ipſis Apoſtolicis, vel ex plenariis conciliis (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas) commendataque atque ſtatuta retineri vel quod paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in cœlum, adventus Spiritus ſancti, & quadrageſima annua ſolennitate celebrantur, quod die veneris à carnibus abſtinetur; atque alia multa, quæ ab univerſis merito obſervantur. Alia verò quæ per loca terrarum, religionesque variantur, ſicut eſt, quod alii jejunant diem Mercurii, alii non: alii quotidie communicant corpori & ſanguini Domini, alii certis diebus accipiunt; & ſi quid aliud hujuscemodi animadverti poteſt, totum hoc genus rerum liberas habet obſervationes. Quod enim neque contra fidem catholicam, neque contra bonos mores eſſe convincitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, ſocietate ſervandum. Si divus Ambroſius Auguſtinum docuit, de hoc altero genere interrogantem. Tu, inquit, ad quamcunque forte Eccleſiam (nimirum in unitate catholicæ Eccleſiæ permanentem) Veneris, ejus morem ſerva, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalum, nec quemquam tibi. Sed de his, ac quatenus eccleſiaſticæ iſtæ conſtitutiones obligent, alibi latius dicemus.

II. Jejunia ergo ab Eccleſia indicta reverenter obſervari volumus, admonendusque populus cur ſint inſtituta, nempe ut corpus per intemperantiam cibi aut potus luxurians, caſtigetur, in ſervitutemque redigatur, quo animus vegetior ac liberior laudibus divinis inſiſtat, divinæque voluntati ſeſe attemperet. Magnum certe & generale jejunium eſt, abſtinere ab omnibus iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus ſeculi. Ad hoc pertectionis qui nondum pervenit, is Eccleſiæ indictum huc vocans, haud contemnat.

III. Qui Eccleſiæ ordinationem irrident, illique divum Paulum opponunt, quaſi is jejuniis eccleſiaſticis contradicat, graviſſimam utrique contumeliam (Apoſtoli doctrinam dedita opera adulterantes) inferunt. Non enim Eccleſia aliquod cibi genus perpetuo interdixit, & Judaicum ciborum delectum contra Apoſtolicam doctrinam invexit: quinimo cum Paulo ſemper docuit doctrinam eſſe dæmoniorum, cibum aliquem immundū judicare & prohibere, quem Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, his qui cognoverunt veritatem, quod ſcilicet omnis creatura Dei bona ſit, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sed potius Eccleſia veteris legis, ac apoſtolicorum virorum exempla ſecuta jejunia quædam publica certis diebus indixit, jubens tum à carnibus abſtinere, & cibis aridioribus uti: non quod carnes immundæ ſint, ſed ut luxui temperetur. Qua de re in Gangrenſi concilio, quod non multo poſt Apoſtolorum tempora obſervatum eſt, pari cenſura damnati ſunt, tum hi, qui nonnullos cibos carnium illicitos reputarunt, tum illi, qui præter neceſſitatem corporalem ſuperbientes, jejunia

jejunia communia totius Eccleſiæ putaverint contemnenda, perfectam in ſua ſcientia rationem vindicantes, quos anathema eſſe concilium illud decrevit; atque alia multa, quæ nunc in contentionem rurſus vocantur, ut ſuccincte admodum, ita Chriſtianiſſime Apoſtolico Spiritu definit.

IV. Cur vero criminentur hoſtes Eccleſiæ ejus inſtitutum, non videmus, cum ipſa nulli injiciat laqueum, quod hanc conſtitutionem adeo ligare non velit, ut vel caritati, vel neceſſitati minime cedere debeat. Qvinimo liberum facit quolibet tempore quibuslibet veſci, modo id vel caritas, vel neceſſitas ſvadeat, adhibito tamen utriusque Medici, ſi præſto ſint, aut ſaltem alterius, nimirum animæ, conſilio.

V. Jam cum in jejuniis ratio potius indictionis, quam abſtinentia iſta a carnibus ſpectetur; admonendus eſt populus, cum jejunandum erit, non minus ſumptuoſa & prolixa illa piſcium fercula, quam carnium, vitanda, bellaria item illa, magis quam carnes inflammantia.

VI. Qvadrageſimæ inſtitutio antiquiſſima eſt, a temporibus Apoſtolorum ad nos usque deducta, cujus violatores plerisque generalibus conciliis, præſertim Toletano octavo, acerrime redarguuntur, religionique contraire monſtrantur. Atque adeo omnes quotquot ſine evitabili neceſſitate, ſeu fragilitate, evidentique langvore, ſeu etiam impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium attentare præſumpſerint, alienos a ſancta communione decernit, quod ſacris diebus abſtinentiæ oblati ſint diſciplinam, ac quadrageſimæ dies (quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione jejunii Domino conſecrantur) temerarie profanaverint. Quos vero aut ætas incurvat, aut langvor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quam a Sacerdote permiſſum eſſe percipiant.

VII. Litanias, id eſt, ſupplicationes, ſeu rogationes, indicto triduano jejunio ante Domini aſcenſionem, patribus placuit celebrari: quibus omnes intereſſe jubentur, ut quemadmodum omnes peccaverunt, ſic & omnes pro venia ſupplicent, omnesque ad Deum corda cum manibus elevent. Quamquam potiſſimum litaniæ iſtæ principio inſtitutæ ſunt, ut tum populus divina inſtitutione admonitus, clementiam Dei exoret, quo peſtes, clades, calamitates, fames, bella, & id generis adverſa, quæ nobis juſtiſſimo Dei judicio ob peccata noſtra inſliguntur, ac ſub id anni tempus, nempe veris (cum bella emergere atque terræ fructus, qui tum in flore, atque teneri adhuc ſunt, facile corrumpi ſolent) potiſſimum imminent, avertat & tollat. Ut autem Eccleſia fiduciam erga Deum (quam orantes ac petentes habere neceſſe eſt) tum nobis adaugeat, Eliam proponit hominem nobis ſimilem & paſſibilem, qui oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex: & rurſus oravit, & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum. Quod ſi ſolus Elias petens exauditus eſt, num Chriſtus Eccleſiæ ſuæ preces averſabitur? Hic interim populus docendus eſt, quod non ſolum quæ animi, ſed & quæ corporis & externa bona ſunt, a Deo omnium auctore poſtulare oporteat: & redarguendi illi, (haud ita multo quam gentes, meliores) qui vel fortunæ, vel ſuæ induſtriæ, bona temporalia accepta ferunt.

VIII. Quod proceſſiones per agros & campos peraguntur, rationem quidem habet, nempe quod populus oret, ut ſegetes ac fruges terræ a Domino conſerventur: Verum ut alia plurima, ita & hic mos hominum malitia depravatus eſt, quod per occaſionem talis deambulationis, quæ Deo placando erat inſtituta, pleraque ſcelera committantur. Quamobrem nobis ſatius videtur, ut hæ, aliæque ſupplicationes ac proceſſiones, de cetero intra ſepta Eccleſiarum religioſe fiant, ac ut in templo, loco precationibus peculiariter dedicato, oretur Deus, habeaturque tum pius rei ac tempori conveniens ad populum commonitorius ſermo. Noſtris tamen ſuffraganeis liberum relinquimus, ut ipſi in ſuis diœceſibus de hac re, uti mores regionis patientur, diſpiciant.

IX. Diligenter quoque populus admonendus eſt, cur feriæ, & potiſſimum dies dominicus, qui a temporibus Apoſtolorum in Eccleſia Dei ſemper celebris fuit, inſtitutæ ſint. Nempe, ut tum in unum omnes pariter convenirent ad audiendum verbum Domini, ad audiendum quoque ſacrum, & communicandum: Breviter ad vacandum Deo ſoli, ut dies illa tantum orationibus, hymnis, pſalmis & canticis ſpiritualibus tranſigatur. Hoc enim eſt ſanctificare Sabbatum.

X. Qvamobrem cupimus hiſce diebus prohiberi nundinas, claudi cauponas, vitari comeſſationes, ebrietates, ſumptus, lites, luſus, improbos, choreas plenas inſaniis, colloquia prava, cantilenas turpes: Breviter, omnem luxum. Nam hiſce & (quæ fere ſemper conſequuntur) blaſphemiis ac perjuriis nomen Domini profanatur, ac Sabbatum (quod nos admonet, ut quieſcamus perverſe agere,

re, & benefacere diſcamus) contaminatur.

XI. Et cum in diebus feſtis, qui dedicationi Eccleſiarum peculiariter dedicati ſunt, plerumque indigna committantur adeo, ut videatur populus tum potiſſimum comeſſationis cauſa convenire: Viſum nobis eſt, ut per diœceſes noſtras, uno certo die anni quo ejusmodi feſtum dedicationis in metropolitana noſtra colitur, in reliquis quoque Eccleſiis omnibus, extra civitatem noſtram Coloniam Agrippinam conſtitutis, obſervetur. Nam intra Coloniam ſummo noſtro templo ſuus honos conſtare debet, quod & in aliis oppidis inſignioribus, ubi una ceteris Eccleſiis præeminet, obtinere placuerit, videlicet ut ibi minores Eccleſiæ pridie ejus dici, qui dedicationi Eccleſiæ ſummæ ejus loci conſecratus eſt, aut die dominico proximo præcedente ſuas ſingulæ dedicationes celebrent, obſervetur. Docendus autem eſt populus dedicatione templi ſignificari dedicationem Eccleſiæ catholicæ ac cujuslibet hominis Chriſtiani, qua copulatur Deo. Nam ut divus Auguſtinus ait: Quotiescunque templi feſtivitatem colimus, ſi fideliter ac diligenter attendimus, & ſancte & juſte vivimus, quidquid in templis manufactis agitur, totum in nobis ſpirituali ædificatione completur. Non enim eſt mentitus ille, qui dixit: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et iterum: Neſcitis quia corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti.

XII. Ex vetuſtiſſima inſtitutione & more receptum eſt, templa & altaria, & pleraque alia, quibus in templis ad excitandum fidelium animos, & divinum cultum explendum utimur, conſecrari, ſolennibusque precibus, ac benedictionibus dedicari Deo, quod in veteri quidem teſtamento præceptum etiam divinum habuit, quemadmodum Exodi 31. & 2. Paralipomenon 22. legimus. Ungitur præterea ſecundum eccleſiaſticam conſvetudinem, cum benedicitur calix, idque non ſolum ex mandato veteris legis, verum etiam exemplo beati Silveſtri, qui cum conſecrabat altare, illud Chiſmate perungebat. Verum unctionis ſacramentum, aliud quidem efficit & figurat, tam in novo, quam in veteri teſtamento. Unde non judaizat Eccleſia, cum unctionis celebrat ſacramentum, ſicut aliqui mentiuntur, qui neque ſcripturas, neque Dei novere virtutem.

XIII. Quamobrem populus docendus eſt, hic aliud agi, atque aliud ſignificari, cum conſecratur templum. Funduntur preces domino, ut hunc locum ſibi peculiariter dedicatum eſſe velit, ut diabolum & ejus poteſtatem in- de penitus expellat, ut omnes, qui huc deprecaturi conveniunt, ex quacumque tribulatione conſolationis divinæ beneficia conſequantur, ut ab omnibus pariter convenientibus, Deo laudes ſolvantur, divinum verbum audiatur, ac eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrentur. Peculiariter altare conſecratur, ut illic oblatio munda Deo offeratur, hoc eſt, Sacramentum corporis & ſangvinis Chriſti, quod in memoriam paſſionis dominicæ immolamus. Quod vero præter preces, aſperſionis etiam atque unctionis aliarumque rerum ſolennia adhibentur, myſterii ſecretioris plenum eſt: non quod inanimata iſta gratiæ divinæ ſuſceptiva ſint; Sed cum hæc viſibiliter fiunt, admonetur Chriſtianus, Deum omnia hæc per inviſibilem virtutem in anima operari, quæ eſt domus Deo dedicanda, ubi fides fundamentum facit, ſpes erigit, & caritas conſummat. Signat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ, quam Eccleſiæ cum Chriſto deſponſationem. Ipſa enim Eccleſia catholica ex multis vivis lapidibus adunata, verum Dei templum ſumus, altare intus habemus. Altare quidem noſtrum, cor noſtrum eſt. In hoc altari fit ſacrificium laudis. Sacrificium enim Deo, Spiritus contribulationis & cor contritum. In hoc altari fit commemoratio corporis & ſangvinis Chriſti. Hinc preces ad cœlum aſcendunt: ad cor enim reſpicit Deus. Quamobrem niſi omnia quæ in hujuscemodi conſecratione exterius aguntur, in nobis ſpiritualiter impleantur, parum hinc fructus nobis acceſſerit. Quid enim exterior ablutio vel inunctio ſine interiori prodeſt?

XIV. Benedicuntur quoque campanæ, ut ſint tubæ Eccleſiæ militantis, quibus vocetur populus ad conveniendum in templum, & audiendum verbum Dei: Clerus vero ad annunciandum mane miſericordiam Dei, & veritatem ejus per noctem; ut per illarum ſonitum fideles invitentur ad preces, & ut creſcat in his devotio fidei: quamvis etiam patres alio reſpexerint, videlicet, ut dœmones tinnitu campanarum Chriſtianos ad preces concitantium, terreantur, quin potius precibus ipſis territi, abſcedant, illisque ſubmotis, fruges, mentes & corpora credentium ſerventur, ut procul pellantur hoſtiles exercitus & omnes inſidiæ inimici, fragar grandinum, procellæ turbinum, impetus tempeſtatum & fulgurum temperentur, infeſta tonitrua & ventorum flamina ſuſpendantur, Spiritus procellarum & aëreæ poteſtates proſternantur; Breviter, ut audientes confugiant ad ſanctæ matris Eccleſiæ gremium, ac ante ſanctæ crucis vexillum, cui flectitur omne genu quem- admodum hæc in ſolenni benedictione campanæ reperies.

XV. Docendus eſt ergo populus ab exterioribus iſtis, ut ſignatis potius quam ſignis inhæreat ac intendat. Quod & in omnibus aliis obtinet Ceremoniis, alioqui parum ad pietatem profuturis. Nam qui in exterioribus iſtis conſiſtit, ac non potius illis admonetur, ut ad Deum reſpiciat, confugiat, ac totam ſuam fiduciam in illum collocet: huic citius externa iſta in ſubverſionem, quam ædificationem erunt.

XVI. Quamobrem quidquid in ejuscemodi rebus ad abuſum & ſuperſtitionem ſpectat, & quo populus a Deo ad collocandum in externis iſtis aliquam fiduciam abduci poſſit prohibemus. Quale inter alia eſt, quod ſanctorum imagines cum indulgentiis & impoſitione incertarum reliquiarum dedicantur: quod quidam aqua, ſale, cereis, ac herbis benedictis, in medicandis pecoribus ſuperſtitioſius abutuntur. Omnis quidem creatura per verbum Dei & orationem ſanctificatur, quemadmodum divus Paulus teſtatur: ergo quanto res ſacratior, tanto abuſus ejus damnabilior.

XVII. Reconciliatur Eccleſia aut cœmeterium ob ſeminis emiſſionem, peccandi libidine factam. Itidem ob enormem ſangvinis effuſionem, dedita opera violenter & injurioſe commiſſam, ac aliis quibusdam de cauſis; qui mos ex Levitici 14. & 15. ſuam originem trahit. Fit autem reconciliatio, non quod templum revera polluatur; (Eccleſia enim, cum ſancta ſit, coinquinari non poteſt: imo ipſius loci ſanctitas infamiam loci abolet) ſed cum templum locus ſit, ubi delictorum venia poſtulatur, ubi ſalutaris hoſtia pro peccatis immolatur, ubi Deo laudes exolvuntur, ubi tutela refugii eſſe debet: fit, ut ſcandalum, horror, atque abominatio: turpitudinis & peccati ibi commiſſi, propoſitum quoque & voluntas lethaliter delinquentis, in cauſa ſint, ut ſacer locus reconcilietur, idque ad exemplum & terrorem, ut videntes locum ſacrum, ſeu inanimatum templum, nullo peccato obnoxium, lavari & purificari, delicti horrore excutiantur, & recogitent quantum pro expiatione delictorum, & vivo Dei templo ſit elaborandum. Sic Chriſtus ementes & vendentes e templo ejecit, flagello facto de funiculis, ipſos acerrime corripiens ac dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum; aliud quidem agens, aliud vero innuens.

XIIX. Non tamen omnis pollutio hanc reconciliationem requirit, ſed tantum publica, vel per rei evidentiam, vel ſaltem per famam. Quod ſi occulta ſit contaminatio, quæ etiam baptiſmi ac pœnitentiæ ſacramenta non remoratur, ſolennitas non exigitur, quod ratio reconciliationis in occultis non habeat locum.

XIX. Reconciliationem autem ejuscemodi gratis fieri, ac tantum itineris ſumptus Vicariis noſtris in pontificalibus ſuppeditari volumus. Qui quidem ſumptus ex bonis delinquentis deſumentur, modo tamen tantæ illius facultates ſint: Sin ſecus, parochiani non gravabuntur, vel tantillos ſumptus itineris ſuppeditare, ne populus, præter culpam ſuam, gravetur. Ne vero diutius ob talem pollutionem divinum ſuſpendatur officium, aut eccleſiaſtica intermittatur ſepultura, vicarius noſter in pontificalibus ſtatim, ut vocatus fuerit a populo (modo gravioribus rebus id temporis non fuerit implicitus) ultro ibit, officium ſuum expleturus.

XX. Immunitas eccleſiaſtica, vetuſtiſſima res eſt, jure pariter divino ac humano introducta, quæ in duobus potiſſimum ſita eſt. Primum, ut Clerici, illorumque poſſeſſiones & bona a vectigalibus & tributis, aliisque muneribus laicis libera ſint. Nam (ut de libertate Levitarum ſileamus) non temere refert ſcriptura, Pharaonem totam terram Ægypti ſibi tributariam feciſſe, præter terram Sacerdotum & poſſeſſiones quæ a Rege traditæ fuerant eis, quas vendere non ſunt compulſi: quin potius ipſis etiam ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, ut legimus Geneſeos 47. Deinde, ne rei criminis ad Eccleſias confugientes, inde violenter extrahantur, exceptis publicis latronibus, qui per induſtriam proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorum, qui itinera obſident aggreſſionum inſidiis. Denique his, qui ſub immunitatis ſpe in Eccleſiis & cæmeteriis delinquunt. Quod ſi a confugientibus ad Eccleſias paria his commiſſa ſint crimina, quæ reipublicæ referat puniri, tantisper ſaltem debet ſecularis poteſtas a manuum injectione abſtinere, donec noſtros conſulat officiales, ne devenire neceſſe ſit ad ceſſiones a divinis, & interdicta, quæ viſum eſt anteceſſoribus noſtris, ob violationem ejuscemodi immunitatis, editis conſtitutionibus promulgare.

XXI. Fraternitates, quæ vocantur, & in honorem aliquorum ſanctorum in Eccleſiis fiunt, ſpeciem quidem pietatis habent, ſed quales hac tempeſtate ſervantur, nempe in quibus tam Cle-

rici quam laici potiſſimum comeſſationibus & ebrietatibus vacant, interdum etiam variis conſpirationibus adverſus poteſtates intenti ſunt, ſi non omnino ſublatas, ſaltem correctas ac reformatas volumus: Omnino ſublatas malimus, ac reditus ſeu cenſus earundem, vel in uſus pauperum, vel parochi, expendi nobis magis placuerit. At cum hæ ſodalitates forſan præter publicum offendiculum, ac pauperum (qui ab eis eleemoſynas ex conſtitutione accipiunt) præjudicium commode tolli non poſſint, videbimus inter viſitandum, ut ſaltem tollantur abuſus, ut prima ſervetur inſtitutio, & examinentur formulæ earum & ſtatuta, ut ratio & calculis ſingulis annis per proviſores, ut vocant, earundem fraternitatum coram parochis Eccleſiarum reddatur, ut ſuperextantes fructus ac reditus, in pauperum ſeu Eccleſiæ uſum ac utilitatem convertantur, aut etiam inde aliquid parocho ad victum decidatur.

Pars decima.

Capitula.

I. Vita monaſtica non multo poſt Apoſtolorum tempora cœpit, quamquam multis perſvaſum ſit, aliam tum fuiſſe, quam nunc eſt, monachismi rationem. Nemo tamen negaverit, hoc vitæ genus ad perfectionem evangelicam maxime accommodum, modo ſecundum ſanctiſſimam inſtitutionem pure immaculateque obſervetur. Quia vero res eſt quam maxime ardua, in carne vivere, & carnis ſtimulis nullum locum dare, diabolique mille fraudibus, (quibus præſertim ſolitarios aggreditur) feliciter ſemper reſiſtere, idcirco in hoc vitæ genus nemo vel invitus intrudendus, vel pelliciendus, vel temere ſuſcipiendus, ſed ſumma cura adhibita, poſt diligentiſſimam demum examinationem, monachi ac monachæ recipiantur. Quibus ſæpe inculcandum eſt prius Chriſti verbum de evnuchis, qui ſe caſtrarunt propter regnum cœlorum, cum inquit: Qui poteſt capere, capiat. Proponenda Sapientis ſententia, quæ habet in hæc verba: Altiora te ne quæſiveris, &c. Rememorandum quoque diligentiſſime, quod Deo ſtulta & infidelis promiſſio admodum diſpliceat. Breviter, admonendus eſt omnis ad hanc vitam aſpirans, ut primum ſe totum excutiat, ne provinciam ſuſcipiat, cui non ſuffecerit, alioqui parabolæ evangelicæ dicterio notandus, quod cœperit ædificare, & non potuerit conſumare. Maxima autem cautio adhibenda eſt in puellis, propter ſexus fragilitatem, ne vel ob ætatem deſit voluntas, vel metus adſit, aut alius affectus minime Chriſtianus.

II. Certe ſancti patres admodum fuerunt ſoliciti, ut non niſi voluntario ac ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum atque habitus ſuſciperentur, quod coacta ſervitia domino ingrata eſſe dignoſcuntur: Siquidem voluntarie domino ſacrificandum eſt, & voluntaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu Domini pſalmographus obſecrat. Quod enim quis eligit, nec optat, quod non optat, nec diligit: quod non diligit, facile contemnit. Unde conſequitur nullum eſſe bonum, niſi voluntarium: adeo ut qui alio affectu quam bonæ voluntatis monachiſmo ſe alligant, magis peccent, quam mereantur. Ambigi enim non poteſt crimen magnum admitti, ubi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur. Nam ſi humana facta non poſſunt impune calcari, quis de eis manebit, qui corruperint fœdera divini Sacramenti? De adoleſcentioribus viduis Paulus pronunciavit, quod cum fuerint luxuriatæ, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

III. Admonendi quoque erunt parentes, ne liberos in monaſterium invitos detrudant, quod illos væ longe gravius maneat, quam Phariſæos, qui circumibant mare & aridam, ut facerent unum proſelytum, & cum eſſet factus, fiebat filius gehennæ duplo magis, quam ipſi.

IV. Qui monaſterium ingreditur, alio affectu quam ſimplici amore Dei ductus, veluti vel ſpem, vel promiſſionem abbatiam conſequendi habens, vel in otio vivere affectans, vel lucris temporalibus inhians, vel honores ab hominibus appetens; quisquis talis eſt, non Dei filius, aut monachus ſed plane mercenarius eſt, quemadmodum ſuperius nos de Clericis etiam dixiſſe meminimus: cui verendum eſt, ut cum volet ingredi nuptias evangelicas, objiciatur illud: Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? quodque ipſo obtumeſcente, Rex ſit præcepturus miniſtris, ut ligatis manibus & pedibus ipſum in tenebras exteriores mittant, ubi erit fletus & ſtridor dentium.

V. Habendus eſt in virorum monaſteriis vir pius ac doctus, qui doceat monachos ab adoleſcentia meditari in lege domini die ac nocte, ad quod munus in monaſteriis monialium, ſanctimonialis ceteris vita & doctrina præſtantior deligatur. Debet autem qui monaſterio præeſt, ſumma diſcretione uti, maxime erga eos, quos compererit divinis literis intentos, aut contemplationi deditos, ut ſcilicet tales a ſordidioribus officiis ſinat eſſe immunes.

VI. In monaſteriis quoque verbi prædicator erit pius quidem ac eruditus: Nam nulla armatura fortior ad reſiſtendum diabolicis inſidiis ac jaculis, quam gladius ille Spiritus, quod eſt verbum Dei, quo Chriſtus in deſerto ſolitarius, jejuniis & orationibus vacans, & nihilo ſecius tentationibus expoſitus, retudit omnem diaboli fraudem ac nequitiam. Nihil quoque potentius illo ad dejiciendos, ac viciſſim conſoiandos animos noſtros, nihil efficacius ad concitandam mentem in amorem Dei, contemptum mundi, ac omnium quæ in mundo pulcra, ac ſpecioſa apparent.

VII. Neque nobis diſplicuerit, ut aliquot ex monachis bonæ indolis, ac univerſitates publicas & bene Chriſtianas, aliquot annos theologicis ſtudiis operam navaturi mitterentur: illic tamen non alibi, quam in monaſteriis ſeu Gymnaſiis ſub cura & oculis præceptorum commoraturi, ne bonis ac rectis ſtudiis deſtinati, mores minime monaſticos imbibant ac contrahant.

VIII. Sint præterea in monaſteriis virginum, præſertim præter Abbates, aut præpoſitos, alii conſcientiarum examinatores ac a confeſſionibus; aut ſaltem Virginibus liberum ſit, bis aut ter in anno aliis, quos elegerint, probis ac doctis Viris, de ſuorum ſuperiorum, ut vocant, conſenſu (quem hi interpellati, rationabili cauſa intellecta, nequaquam negabunt) conſcientias ſuas exomologeſi exponere, exonerareque, ne ſcilicet adigatur monialis renitens, ſemper uni homini delicta confiteri. Debent autem hi, qui ejuscemodi munere in monaſteriis monialium funguntur, eſſe homines vitæ probatiſſimæ, ac morum quam maxime inculpatorum, eruditi ac ſingularis judicii, obſervaturi ea, quæ ſupra, ubi de pœnitentiæ Sacramento tractatum eſt, delibavimus. Cavebit autem inprimis, criminum non confeſſorum rememorationem, ne virgines diſcant, quæ prius neſcierunt. Cavebit præterea, niſi res omnino exegerit, duritiem increpationis, magis intentus admodeſtiſſime arguendum, & pientiſſime viciſſim conſolandum. Confeſſiones autem monialium non privatim audiet, ſed in ceterarum conſpectu, non tantum ut omne malum, ſed & omnis malis ſuſpicio omnino ceſſet.

IX. Monaſteria olim virtutum ſcholæ ac pauperum hoſpitalia erant: nunc proh dolor! videmus ea, quæ virorum ſunt e ſcholis virtutum, in diverſoria militum ac raptorum, quæ vero mulierum ſunt, in plerisque locis in ſuſpectas de incontinentia domos, ne quid gravius dicamus, eſſe commutata. Qvamobrem diſpiciendum nobis eſt, ne tam paſſim a quibusvis militibus hoſpitii jus a monaſteriis vi exigatur, & eleemoſynæ pauperibus deputatæ, improborum luxu devorentur, neve ad monaſteria virginum acceſſus, toties a ſacris canonibus prohibitus, pateat: Et ut qui deprehenſi præter hæc fuerint offendiculum aut occaſionem illis labendi, ſive intra ſive extra monaſteria, dediſſe, dignas pœnas ferant.

X. Viſitatione ergo monaſteriorum quam maxime opus eſſe intelligimus, quam & canones nobis imponunt. In hac vero oportebit omnia ad regulam ordinis monaſtici exigere, nihil non ad pietatem & vitæ ſanctimoniam dirigere, & quidquid mali exempli, aut improbæ conſvetudinis irrepſit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic examinari regulas, ſtatuta & conſvetudines, tolli ſuperſtitioſa.

XI. Habent quædam monialium monaſteria ſumptuoſos præpoſitos, ſub quorum poteſtate cum omnis bonorum adminiſtratio ſit, ipſi de reditibus monaſticis luxuriantur; & quæ monaſticæ converſationis exemplum eſſe debuerant, ad mundi delicias reſolvuntur, faſtidientes interdum ſimilam & mella, interim monialibus ipſis vix milio & cibario pane rugientem ventrem ſaturantibus. Sunt quoque Virginum monaſteria, ubi non eſt victus & menſa communis, ſed mos ille (quem ad Corinthios ſcribens Paulus, quamvis in longe ſacratiori convivio, damnavit) quotidianus, nempe quod unaquæque ſuum cibum præſumit ad manducandum: & alia quidem eſurit, alia vero ebria eſt. Quos abuſus tollere neceſſarium putamus, videlicet, ut in illorum delicatulorum præpoſitorum locum, probi œconomi a nobis comprobandi (quorum victus ſit monaſtico ſimilis (ſurrogentur, qui etiam obligati erunt ſingulis annis rationem de receptis ac erogatis integram reddere.

XII. Itidem ut moniales victum ac menſam communem ubique habeant, & quæ pari ſunt officio deſtinatæ, pari etiam cibo alantur. Quod ut quamminime oneroſum ſit, non debebunt plures in monaſterium moniales recipi, quam congrue poterunt in ſingulis monaſteriis ſuſtentari, de quo nobis prius legitimam fidem fieri conveniet.

XII. Diſplicet etiam nobis quod quædam monaſteria quosdam Præpoſitos habent, qui in capellis ſolitariis commorantur, quod Lateranenſi concilio vetitum eſt, ac cautum ut Epiſcopus Abbates, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam compellat, ut ejuscemodi præpoſitos aut priores ad clauſtrum revocent, faciantque Eccleſiis ipſis ſeu Capellis per

ſeculares Clericos deſerviri, aut ſaltem alios monachos ipſis adjungant.

XIV. Viſitandæ quoque inprimis & reformandæ erunt domus hoſpitalium militum Teutonicorum, præterea ordinis divi Joannis Baptiſtæ, ac Antonitarum: atque initio providendum, ut in eisdem domibus cultus divinus rite ac debite peragatur, ut hoſpitalitas pro pauperibus ſervetur, ut vita ac converſatio regularis ſecundum inſtitutionem primam ac regulam, quam illi profeſſi ſunt, illic geratur, ut ab ipſis veſtes ordini ac profeſſioni dignæ ac convenientes, publice deferantur: ut comeſſationes, crapulæ, ac omnis luxus prohibeatur: ut prædæ illæ bonorum mobilium, quæ poſt mortem prælatorum per primores ordinis fieri, ac in exteras regiones deferri, peſſimo omnium exemplo conſveverunt, amodo nequaquam fiant. Sed quidquid parſimonia defuncti prælati coacervatum ac relictum fuit, vel neceſſariis uſibus Eccleſiæ, aut ſucceſſorum, aut pauperiis ejus regionis, ubi religioſa iſta domus ſita eſt, applicetur.

XV. Et ut revertamur ad monachorum vitam, haud ignorare debent, concilio Calchedonenſi cautum monachos oportere quieti operam dare, jejunia & orationes obſervare: in his locis, in quibus ſe ſemel Deo devoverunt, remanere: nullas eccleſiaſticas ſeu ſeculares actiones tractare, nunquam ſua monaſteria relinquere, niſi forſan ob ingentes neceſſitates id facere a ſuo Epiſcopo jubeantur, ne nomen Domini blaſphemetur. Quare libertas illa peregrinandi ſeu exeundi, prætextu inviſendi parentes, moderanda, ſeu penitus tollenda erit.

XVI. Monachus & Monacha amare debent ſcripturarum ſcientiam, & carnis vitia non amare. Pſalterii librum de manu, aut oculis nunquam deponere, ſemper orare, ſenſu vigilare, vanis cogitationibus aditum præcludere, corpore pariter & animo in Deum tendere, iram patientia vincere; Breviter nullis animi perturbationibus (quæ ſi inſederint, ad delictum maximum inducunt) locum dare: ſemper aliquid operis facere, ut eos diabolus ſemper inveniat occupatos. Et ut nulla ſint quæ manibus operari liceat, libros tamen ſacros deſcribere ipſis maxime convenire, ut & manus operetur cibos, & lectione anima ſaturetur. Porro Ægyptiorum monaſteria hunc morem ſervaſſe leguntur, ut nullum monachum absque opere & labore ſuſciperent, non tam propter victus neceſſaria, quam propter animæ ſalutem, ne perniciosis cogitationibus vagarentur, neve inſtar fornicantis Iſraël, omni tranſeunti, divaricarent pedes ſuos.

XVII. Monachi qui pervagati fuerint, ubicunque invenientur, tanquam fugaces noſtro auxilio ſub cuſtodiam revocentur. Et ſi qui habitum abjecerint, ut eundem reaſſumant, cogendi.

XVIII. Ut Monachi, ſeu Monachæ literas nullas, vel deſtinare, vel recipere audeant, abſque Abbatis ſeu Abbatiſſæ, aut ejus, ipſorum loco monaſterio præeſt, ſcientia ſumma ratione olim conſtitutum eſt, ſed per incuriam abolitum: id præſenti conſtitutione innovandum cenſuimus.

XIX. Poſtremo, vitam, conſervationem ac mores canoniſſarum, quæ ſeculares ob id appellantur, quod perpetuæ caſtitatis ac reliqua vota monaſtica non emittant, reformari omnino ducimus neceſſarium: Nam vitam agunt plus nimio licentioſam, ac plerisque ſcandoloſam. Quæ ut in ordinem & eccleſiaſticam quandam diſciplinam quoad fieri poteſt revocentur, nobis cum viſitationem aggrediemur, curandum eſt.

Pars undecima.

Capitula.

I. Non ſolum canonicis conſtitutionibus, ſed & imperialibus ac regalibus inſtitutis antiquitus pientiſſime ſancitum eſt, ut habeantur quam fieri poteſt frequentia in republica Xenodochia ptochotrophia, orphanotrophia, gerontocomia, & brephotrophia, & id genus alia loca pietati conſecrata, in quæ recipiantur peregrini, pauperes, invalidi ſenes, parentibus orbati atque inopes liberi, infantes expoſiti, furioſi, leproſi, contagioſisque ac perpetuis morbis obſiti, atque aliæ miſerabiles perſonæ: idcirco curæ noſtræ imminebit, ut ejuscemodi loca, ubi conſtituta ſunt, ſartatecta teneantur; ubi vero diſſipata ſunt, inſtaurentur, reformenturque. Denique ubi nec dum conſtituta ſunt, epiſcopali noſtra providentia ædificentur, conſtruanturque. Pauperum enim curam nobis Chriſtus præcipuam eſſe voluit, & horum toties meminit diviniſſimus Paulus Apoſtolus.

II. Hic ante omnia curandum nobis eſt, ut in domibus iſtis, quæ ad ſalutem animarum pertinent minime negligantur, ſed ante omnia de Sacramentorum adminiſtratione, pauperibus, debilibus & ægrotis provideatur. Ac ubi corporis infirmitas medicum poſtulat, ibi prius animæ, deinde corporis medicus accerſatur.

III. In ejuscemodi autem hoſpitalia nullæ aliæ quam eæ, quas diximus, miſerabiles perſonæ, quæ aut morbo, aut debilitate, aut ætate impeditæ, ſuis manibus laborare, victumque ac veſtitum ſibi comparare non poſſunt, recipiantur: quas ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinere, ac noſtris aliorumque piorum hominum largitionibus victitare canones voluerunt.

IV. In

IV. In his autem recipiantur in hæc hoſpitalia perſonæ miſerabiles ejus loci, ubi hoſpitalia conſtituta ſunt. Quod ſi recte curatum, ſuffecerint pene, niſi tamen fallamur, jam conſtituta hoſpitalia omnibus vere pauperibus per ſingula opida ac vicos repertis, ut amodo illis non fuerit neceſſe, oſtiatim panem emendicare, aut eos qui lepra, ſeu alio contagioſo morbo impliciti ſunt, inter homines diverſari quod lege divina, ne fiat, prohibitum legimus. Nec immerito, quod ex tali commixtione ac converſatione cum ſanis infinita pericula ſubſequantur, etiam ex ſolo aſpectu, qui intuentibus horrorem ſolet incutere. Quod ſi leproſis, aliisque qui ſimilibus morbis impliciti ſunt, hoſpitalium, quibus addicuntur, reditus non ſuffecerint, ſatius eſt ut ipſorum nomine in conventu Eccleſiæ eleemoſyna per aliquot viros probos ad hoc munus deputandos, colligatur ac præſtetur, atque ut trunci in templis eleemoſynis iſtis colligendis aſſervandisque erigantur, quam ut ipſi morboſi alimoniæ petendæ obtentu, aut quocumque alio prætextu, conſortiis hominum miſceantur.

V. Sint autem mendicantibus validis non ſolum hoſpitalia clauſa, ſed & publice ac oſtiatim mendicare penitus interdictum. Et qui ſecus agere comperti fuerint, arceantur, ac legalibus noſtrisque conſtitutionibus comprehenſis pœnis ſubdantur. Utilius enim eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligat, quam eidem frangitur, ut ſeductus injuſtitiæ acquieſcat.

VI. Damnamus autem abuſum, quo in quibusdam locis fit, ut, neglectis miſeris ac inopibus quibus hoſpitalia dedicata ſunt, ex privato affectu Magiſtrorum, aut Magiſtratuum, qui hoſpitalibus hiſce præſunt, non modo validi, ſed & quibus victus & veſtitus ſuppetit, recipiantur, tantum quod illic commodius & in otio vivatur: qui certe aliter cenſeri non poſſunt, quam pauperum deprædatores, raptoresque de alieno viventes, ac velut ex ſangvine pauperum ſaginati; quos divus Hieronymus graviſſime increpat: Qui, inquit, ex bonis parentum & ſuis opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium profecto committunt, & per abuſionem talium, judicium ſibi manducant & bibunt.

VII. Viderint quoque hi Magiſtri, ac hoſpitalium præſides, ne Judam imitentur, qui loculos (ex quibus pauperibus diſtribuebatur) ferebant, ac fur erat, ne ſicut ille, ita & ipſi pereant. Noverint ergo ſe tali muneri addictos, non ut ſui, ſed ut pauperum curam gerant, quos neglexiſſe, occidiſſe eſt: quibus quid ſubtraxiſſe, ſacrilegii inſtar eſt. Et quo vigilantiores in officio ſint, ſingulis annis, aut ſæpius, Magiſtratui ejus loci, præſente, parocho, rationem de omnibus reddant. Non meum eſt, inquit proſper, dicere quantum peccatum eſt eorum, qui cibos pauperum ſibi uſurpant, & unde pauper victurus erat, præſumendo ſuſcipiunt.

Pars duodecima.

Capitula.

I. Eccleſiæ reformatio a ſummis pariter & infimis a capitibus ſimul & parvulis ordienda eſt. Parvuli enim ſunt, qui ſuccreſcentes, in majorum locum ſubinde decedentium, in reipublicæ tam eccleſiaſticæ, quam ſecularis adminiſtratione ſuccedunt, ut conſequens ſit, ab ipſis prave ac nequiter inſtitutis, reipublicæ perniciem imminere. Quamobrem ſummopere refert, ut pueritia, quæ ſeges eſt omnium rerum publicarum, in timore Domini ac bonis diſciplinis edoceatur. Id quod dominus præcepit Exodi 13. & Proverb. 6. Siquidem ea ætas nullis aliis uſibus accommoda, per id tempus colligere poterit, & ſibi & reipublicæ luculentum fructum. In primis autem operæ precium nobis videtur, ut clancularii illi Magiſtelli, qui in conventiculis vicatim docent, prohibeantur, utque Gymnaſia illa ac Scholæ minores, in quibus pueri primis rudimentis imbuuntur, diligenter repurgentur, præfectis illis didaſcalis, ſeu præceptoribus, non tam eruditis, quam ſanæ doctrinæ, integræque ac inculpatæ vitæ viris, idque hac potiſſimum tempeſtate, qua innumeræ peſtilentes hæreſes totam fere Germaniam ſummo cum Chriſtianiſmi ac reipublicæ detrimento juſto Dei judicio pervadunt, ac velut cancer ſerpunt: quas cum pueri ſemel imbiberint, difficile, imo impoſſibile erit, ut easdem penitus iterum eluant. Nam

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem Teſta diu.

II. Qvemadmodum vero didaſcali pueros in claſſes digerent, quæ dein ipſis prælegent, tam ad eruditionem, quam ad vitam Chriſtianam recte inſtituendam pertinentia, nos inter viſitandum, pro ratione cujuscumque Scholæ, trademus.

III. Olim conciliari conſtitutione cautum eſt, ut non ſolum apud quamlibet cathedralem Eccleſiam, ſed & apud alias nimirum collegiatas, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur Magiſter idoneus, qui Clericos earundem Eccleſiarum doceat & inſtituat. Apud metropolim autem Theologum haberi præceptum eſt, qui Sacerdotes ac quoscumque alios in ſacris literis doceat, & in his præſertim inſtituat, quæ ad curam animarum pertinere dignoſcuntur. Viſum etiam concilio fuit, ut ſingulis

Magiſtris

Magiſtris unius præbendæ proventus tantisper, quoad in docendo perſtiterint, aſſignentur. Cujus quidem ſaluberrimæ conſtitutionis vix veſtigia quædam apud ejuscemodi Eccleſias reliqua videmus. Nam ut Scholas ipſas reperias, didaſcalum tamen vix ullum eruditum ac pium repereris, quod nihil pene ſtipendii (ne dicamus unius præbendæ proventus) ille ſuppeditetur; quod emendatione magna indiget. Neque enim hæc res levis momenti eſt, a qua totius propemodum reipublicæ tum ſalus, tum pernicies dependet.

IV. Curandum itaque, ut ſingula collegia ludos literarios diligenter inſtituant, eisque de idoneis ludimagiſtris ac ſumptibus proſpiciant: ubi collegia non ſunt, Senatus & reipublicæ idem curet.

V. Academias, & Univerſitates publicatas per hanc hæreſeon colluviem perire miſere cernimus, quas inſtaurari maxime in votis eſt. Id fieri poſſe nobis videtur, ſi modus aliquis inveniatur, quo pauperibus ſcholaſticis ex eccleſiaſticis ſtipendiis aliquid poſſit decidi. Clericos enim illos convenit eccleſiaſticis ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona ſuffragantur. Quo inſuper profeſſoribus atque his, qui in bonis literis, optimis quibusque diſciplinis, ac in primis Theologiæ ſtudiis multum profeciſſent, ſpes præmii fieret: nam ſpes alit artes.

VI. Et quamquam hic articulus a ſummo pontifice potiſſimum pendere videatur, tamen quod in nobis eſt, cuperemus omnes ordinarios Collatores, præſertim parochialium Eccleſiarum, huc induci poſſe, ut Academiæ poteſtatem facerent, ſignificandi ſubinde ipſis viros literatos ad regendum Eccleſias ejuscemodi idoneos, quos ipſi collatores quibuscunque aliis non idoneis præferrent, ac parochis, cum vacarent, præficere non differrent, modo tamen perſonaliter reſidere non detrectarent. Quod ſi idem apud collegiatas Eccleſias (qui menſe ordinario canonicatus & præbendas conferunt) obtineri poſſit, non dubium id plerisque ad ſtudia capeſſenda calcar fore non exiguum.

VII. Præterea non parum huc fecerit, ſi Honorii tertii decretalis ſervetur, nempe ut Canonici Eccleſiarum diœceſis noſtræ Colonienſis dociles ad ſtudia, potiſſimum Thelogiæ, per capitula transmittantur, percepturi toto quinquennio beneficiorum ſuorum fructus, non obſtante aliqua contraria conſvetudine vel ſtatuto, cum denario fraudari non debeant in vinea domini operantes, de quo dictum eſt partim ſuperius. Ex his enim tandem ſpes non vana concipi poſſit, aliquando futurum, ut doctorum copia habeatur, quo veluti ſtellæ valerent plurimos ad juſtitiam erudire, & temporis ſucceſſu Eccleſiam Dei univerſalem in vita ac doctrina reformare.

VIII. Neque ignoramus multa ac diligenti proviſione opus eſſe in Academiis, qua in primis curare neceſſe erit, ut optimi quique libri in ſingulis profeſſionibus ac diſciplinis, per doctiſſimos profeſſores ſtatis diebus ac horis, vigilantiſſime prælegantur, enarrenturque. Deinde, ut ſcholaſticis vivendi regulæ præſcribantur, nempe ubi bonis diſciplinis vacent, a pompis, comeſſationibus, ebrietatibus, aleæ ludis, diſſenſionibus ac rixis abſtineant, ut prodigi eſſe deſinant, ac quisque ſe ſuo modulo metiatur, ut faſtum omnem ac doctrinæ ſupercilium deponat. Ne incipiant eſſe Magiſtri, priusquam fiant diſcipuli. Quod enim ſunt, qui Magiſtrorum ac Doctorum inſignia ambiunt, ac per ambitum extorquent, etiam qui nunquam eam artem quam poſt Magiſterium profitentur, vel a limine ſalutarunt? quod quam turpe indecorum ſit, nemo ignorat.

IX. Præterea cum per abuſum artis impreſſoriæ, librorum plurimum malorum emerſerit, prohibemus ne ulli typographi, aut bibliopolæ, quempiam recens editum librum, aut chartam & imprimant, vel unum exponant, vel vendant publice vel occulte, niſi hic liber reviſus, & charta vel ſcripturam vel picturam continens, per noſtros ad hoc deputatos Commiſſarios diligenter perſpecta ſit prius. Quæ & typographi nomen & cognomen complectantur, atque eam civitatem, ſeu opidum, in quibus excuſa ſunt, nominatim deſignent. Quæ vero his caruerint, nullo pacto venum exponantur. Porro typographi, bibliopolæ, ac reliqui librorum inſtitores ac geruli, qui huic ordinationi contravenerint, præter confiſcationem librorum, pœnis etiam legalibus ac pragmaticæ conſtitutioni Auguſtanæ ſubjacebunt. Contra quos in territoriis noſtris fiſcalis noſter acerrime inquirere, ac ad juſtarum pœnarum declarationem procedere non omittet.

Pars decima tertia.

Capitula.

I. Ante annos non admodum multos reformationem jurisdictionis noſtræ eccleſiaſticæ curavimus, per quam ita temperata ac moderata omnia ſperamus, ut nemo de ea jure queri poſſit.

II. Ne autem quispiam excommunicationis eccleſiaſticæ originem ignoret, primus excommunicationis in Eccleſia uſus qualis fuerit, Paulus I. ad Corinthios quinto manifeſte oſtendit, ubi Corinthium publice cum noverca fornicantem tradit Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus ejus ſalvus fieret in die Domini noſtri Jeſu

Jeſu Chriſti; non tantum exemplo indicans, ſed & expreſſim jubens, ut qui ejuscemodi ſunt, e medio Eccleſiæ ejiciantur. Si is, inquit, qui frater nominatim inter vos, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum ejuscemodi nec cibum ſumere permitto. Quin ante diſcipulum ille, qui ſolus vere Magiſter eſt Chriſtus, ejuscemodi excommunicationis uſum Matthæi 18. docuit; quem optamus in Eccleſiam revocari ac frequentiſſimum eſſe, nempe ut tales publice ac enormiter peccantes, ne aliis offendiculo ſint, & notati tandem reſipiſcant, extra communionem Sacramentorum & vitæ communis ponantur, donec ad cor & Eccleſiæ gremium reverſi, ſuum reatum deplorent. Divus ſane Paulus graviſſime Corinthios increpat, quod inceſtum illum tantiſper paterentur. Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris ſui quis habeat. Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio Veſtrum, qui hoc opus fecit. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate ergo vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi, & cetera quæ ſequuntur. Quod ſi denunciationem evangelicam (qua nulla res ſalubrior eſſe poteſt, & quæ nobis non tantum facienda ſuadetur, ſed præcipitur) frequentaremus, & apoſtolica præcepta mordicus teneremus, rariores profecto in cœtu noſtro haberemus adulteros, raptores, homicidas, & id genus alios publice criminoſos, propter quos blaſphematur nomen noſtrum inter gentes, & ſcandalizantur multi inter nos infirmiores.

III. Jamdudum vero cœpit excommunicatio in omnes obedientes diſtringi, quod quaſi peccatum hariolandi ſit repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.

IV. Uſum ergo excommunicationis, præſertim adverſus publice criminoſos, in lucem revocari convenerit: deinde poſthac in aliis cauſis excommunicatio tantum in manifeſte contumaces feratur.

V. Cavebit autem in primis judex, ne hanc aliasve cenſuras eccleſiaſticas, vel ex injuſtis, vel ex levibus cauſis, vel juris ordine non ſervato, vel ex odii fomite proferat unquam. Cum enim excommunicatio pœna ſit, qua nulla major eſt in Eccleſia, nec ſit excommunicandus quis, niſi pro peccato lethali, quod anathema ſit æternæ mortis damnatio: nec infligenda veniat, niſi his qui aliter corrigi non poſſunt: debebit Judex non ante excommunicare quempiam, quam cognoverit, id vel cauſæ gravitatem, vel ejus qui extra communionem ponendus eſt, apertam contumaciam, præcepto juſto acquieſcere nolentis, exigere.

VI. Volumus autem, ut hæc cenſura ab omnibus, (jure non tantum humano, ſed & divino idipſum poſtulante) timeatur: utque excommunicati in familiari converſatione vitentur, ut a nemine recipiantur, quemadmodum antiquiſſima concilia, ſub gravis reatus incurſu idipſum fieri præceperunt.

VII. Procuratores noſtri fiſcales adverſus neminem inquirant, niſi quem legitima ac frequens gravat infamia, non quidem a malevolis & maledicis, ſed a providis & honeſtis, juſtitiæ zelo commotis, ſuborta: quam ſi non probaverint, condemnentur ipſi, non autem inquiſiti, in expenſis. Neque enim ſpeciem aliquam æquitatis habet, quod ab innocentibus abſolutis quidpiam expenſarum nomine extorqueatur: alioqui calumnia & injuſta diffamatio mercedem, quod abſit, haberent. Valeant ergo alii malevoli delatores, depeculatores famæ, ac reipublicæ peſtes. Neque enim ad petitionem eorum qui libellum infamationis porrigunt, in occulto inquirendum eſt ſuper criminibus in eodem deſcriptis: Cum inquiſitio fieri tantum debeat ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerint.

VIII. Nolumus autem, ut concubinarii, aut alii manifeſte criminoſi, ullo modo pro quæſtu, aut pecuniæ emungendæ cauſa ferantur, tolerenturque: aut ut pœnæ pecuniariæ pro criminibus paſſim imponantur, quod res mali exempli ſit, crimen pecunia redimere; ſed reformationis noſtræ conſtitutio, quæ de officio ſigilliferi poſtrema eſt, ſervetur. Quod ſi interdum vel perſonæ delinquentis, vel delicti qualitas pœnam pecuniariam imponi poſtulaverit, hæc in pios tantum uſus convertatur, ne magis avaritiæ, quam correctionis cauſa exacta videatur.

IX. Clerici in graviſſimis criminibus deprehenſi, juxta Canonicas ſanctiones puniantur. Expedit enim ut publice delinquentes, & Eccleſiam Dei ſcandalizantes, publice quoque arguantur & puniantur. Quamobrem tales vel a nobis deprehenſi, vel extra territoria noſtra per magiſtratus capti, ac nobis juxta ſanctiones canonicas traditi, dignam ſui ſceleris pœnam recipiant. Quod ſi tam grave fuerit, ut degradatione dignum ſit, faciemus ipſos curiæ tradi ſeculari, ne clericali privilegio gaudeant, quo ſe per flagitia reddiderunt indignos.

X. In concilio Moguntino ſancitum eſt, ut heredibus qui juſſa teſtatorum non adimpleverint, ab Epiſcopo loci illius omnis res, quæ eis

relicta eſt, interdicatur, cum fructibus & emolumentis, ut vota defunctorum adimpleantur. Quamobrem procuratores noſtri fiſcales in diœceſi noſtra Colonienſi advigilabunt, ut teſtamenta, maxime eccleſiaſticarum perſonarum, privilegiis Eccleſiæ noſtræ majoris ſalvis, intra anni ſpatium executioni mandentur: utque intra idem tempus executores teſtamentorum legitimum calculum reddant. Quorum etiam teſtamentorum inſinuationem approbationemque intra triginta dies a morte Sacerdotis peti volumus atque obtineri, niſi rationabilis cauſa longiorem dilationem expoſcat in præmiſſis. Diſpiciet autem ſigillifer noſter, ut ſi quid in quempiam ſtultum, aut jure prohibitum uſum, temere relictum ſit, in pium convertatur.

XI. Ubi Sacerdos noſtræ diœceſis Colonienſis mortuus eſt inteſtatus, bona ipſius, præter patrimonialia, quæ heredibus cedunt, deducto ære alieno & funeralibus, in piam cauſam pro defuncti animæ ſalute convertantur.

XII. Ea portio quæ nobis uti Archi-Epiſcopo ſecundum rationem bonorum, extra quæ tamen patrimonialia immobilia ſunt, deducto ære alieno, ex more & ſpeciali conventione cum Clero noſtro inita, debetur, nemini gravis eſſe poteſt, quod major Epiſcopo, ſecundum Canonicas ſanctiones portio, quam ea, quæ ex remiſſione noſtra nobis ſolvitur, debeatur.

XIII. Multiplex illa & facilis juramentorum exactio, quæ in judiciis eccleſiaſticis fit, nobis probari non poteſt. Chriſtus inter perfectionis hortamenta ponit & illud, ut in totum abſtineamus ab omni jurejurando. Quo colore ergo conſuetudo nunc paſſim jurantium in omni negotio excuſari poſſit, non videmus, niſi aut gravitate negotii, aut neceſſitate. Crebris juramentis raro deeſt perjurium, quod graviſſime punit Deus. Quamobrem monemus cauſidicos, ne tam faciles ſint in exigendis malitiæ ac aliis juramentis. Compertum enim habemus, quosdam eſſe tam male Chriſtianos, qui in re tam ſeria ludant, ac juramenta interdum exigant, quibus præſtitis credere nolint; ne dicamus quosdam eo veſaniæ prolabi, ut jusjurandum exigant, quod malint ſuſpicari, præſtando violatum iri, quam vere reverenterq; adhiberi.

Quo laqueo quis pernicioſior eſſe poteſt? Admonebit igitur officialis noſter cauſidicos, atque alios juramenta exigentes, ut ea quæ judiciarii proceſſus ſolennitas neceſſario non requirit, remittant: utque memores ſint, eandem manere pœnam temere exigentem, quæ manet fruſtra præſtantem juramentum.

XIV. Cum hæreſeon ac ſchiſmatum impræſentiarum plena ſint omnia, videbimur operæ precium facturi, ſi communicato cum inquiſitoribus apoſtolicis conſilio, formulam quandam inquirendi juri conſentaneam, ac tantum negotium decentem minimeque captioſam præſcribamus: Quamobrem ea de re noſtris jurisperitis mandabimus.

Pars decima quarta.

Capitula.

I. Cum fruſtra ſint in civitate leges, niſi & ſint qui eas exequantur: itidem inſtitutiones canonicas inefficaces & languidas eſſe oporteat, niſi ab Epiſcopo & reliquis (quibus ea cura demandata eſt, & quodammodo viva lex ſunt, qui & in Evangelio nuncupantur ſal terræ) mancipentur effectui: idcirco viſitatione per noſtram diœceſin Colonienſem opus eſt, quam Deo Auctore per noſtrum in pontificalibus Vicarium, ac ipſi adjunctos Viros juxta pios ac doctos, quibus plenam dabimus in his Spiritualibus ac eccleſiaſticis rebus ordinandis poteſtatem, aggrediemur, eodemque adjuvante Deo peragamus.

II. Ex ſuperioribus vero liquet plus ſatis, quo ordine viſitatio inſtituenda ſit. Siquidem in primis ab Eccleſiis noſtris Metropolitana ac Cathedrali inchoandum, dehinc ſingulæ collegiatæ ſimul cum Monaſteriis & Virorum & Mulierum inviſendæ: poſt hæc ad parochiales Eccleſias omnes, in noſtris Civitatibus ac diœceſibus conſtitutas, ubi maxima cura opus erit, tranſeundum: ibi non ſolum Parochi, ſed alii etiam (quotquot ibidem commorantur) Sacerdotes ac Clerici advocandi. Atque interim non prætermittendæ Scholæ & bibliothecæ, ubi illæ reperientur: ac poſtremo hoſpitalia pauperum diligenter perluſtranda erunt.

III. Quæ vero oporteat ubique ſciſcitari ac inveſtigare, quæ corrigere, ac repurgare, quæ ſtatuere ac ordinare, ſuperiores conſtitutiones abunde docent.

IV. Quod ad cathedrales & collegiatas Eccleſias attinet, prima cura erit in reformandis Eccleſiarum prælatis, maxime decanis. Qui ſi cæci fuerint, conſequitur neceſſario, ut hi, quibus ducatum præſtant, ſimul in foveam trahantur ac cadant. Quod enim ab illis committitur, facile ab aliis trahitur in exemplum.

V. Et quoniam alicubi tanta eſt Cleri diſſolutio, ut prælatis, quantumvis bonis ac eruditis, neque ſuus honor, neque auctoritas ſervetur, intendent Viſitatores noſtri animum, ut inquieti corripiantur. Qui corripi & obedire nolunt, cenſura eccleſiaſtica ſecundum culpæ modum percellantur, donec reſipuerint.

VI. In Monaſteriis facile percipientur abuſus, modo regulæ ordinis relegantur, interrogenturque, qui illis præſunt, num illis ſcilicet ſimul cum noſtris conſtitutionibus per omnia ſatisfiat.

VII. Ubi ad parochias ibitur, debebit parocho ac populo paucis ante diebus adventus viſitatorum ſignificari, quo tum omnes expediti adſint, ac publicæ ſaluti intendant. Denique ea ſacramenta ac munera, quæ per ſolum Epiſcopum adminiſtrantur, expurgati & præparati recipiant.

VIII. Nec videbitur inutile, ut Vicarius noſter in pontificalibus, ſeu alius ex viſitatoribus noſtris Theologus, concionem ad populum habeat, eumdemque de omnibus, de quibus utile videbitur, ex divinis ſcripturis per Dei verbum admoneat.

IX. Interrogandus deinde Parochus, num ipſe principalis Rector ſit, aut Vicarius mercenarius, an ordinaria auctoritate admiſſus, nec ne: Ubi Vicarius præeſt parochiæ, videndum quo privilegio abſit parochus principalis.

X. Deinde inveſtigandum de vita, moribus, ac de doctrina, quo pacto verbum divinum diſſeminet, ac Sacramenta eccleſiaſtica adminiſtret, & num omnia calleat, quæ ad officium ſuum ſpectant. Ubi vero minus fuerit inſtructus, erudiatur maxime in his, quæ ad diſpenſationem eccleſiaſticorum Sacramentorum attinent, præſertim pœnitentiæ. Subinde inquiratur, num in his deſes, aut negligens interdum ſit, & num illi neceſſarius & honeſtus victus ſuppetat, ſeu digna ſtipendia exſolvantur: Nam ſi competens Victus defecerit, ad eum modum, uti ſupra diximus, procurandus erit, aut ad nos referendum.

XI. Videndum deinde de eruditione, habitu, tonſura ac familiari converſatione: honeſtas familiæ exploranda; libri quoque omnes inſpiciendi, qui ſi nothi aut ſuſpecti erunt, auferendi ac tollendi ſunt.

XII. Inſuper inveſtigandum erit diligentiſſime, num in tota parochia ullus hæreticus, aut ſchiſmaticus deliteſcat, num hæreſis aliqua ſerpat, atque hic apponenda ſecuris ad radicem, ut ſeducti per verbum Dei in viam veritatis, & Eccleſiæ unitatem reducantur. Qui contumaces fuerint, e cœtu ceterorum tollantur.

XIII. Præterea num in parochia ſuperſtitiones, ſortilegia, divinationes, atque alia id generis, quibus mentes a Deo vivo per diaboli fraudes ſeducuntur, exerceantur: num perjuria, blaſphemiæ, adulteria & ſimilia crimina, ob quæ iratus Deus in nos gladium iræ ſuæ vibrat, publice committantur: num eccleſiaſticæ cenſuræ contemnantur: num ſint, qui parocho obedire flocci faciant, qui Sacramenta Eccleſiæ non participent: item, num feſti dies & jejunia eccleſiaſtica rite obſervantur.

XIV. Deia videndum quo pacto pueri inſtituantur, qui præterea ſint Scholis præfecti. Hoſpitalium quoque cura haud prætermittenda.

XV. De vitiis, quibus Parochiani & maxime aſſueverint, inquiſitio facienda, ut per Viſitatores Verbo divino ab his populus avocetur.

XVI. Denique expiſcandum, num Parochus divinum officium in Eccleſia canendo, legendoque rite gerat: Num ſacrum baptiſmum, itidem ſacroſanctam euchariſtiam, cum chriſmate ſecure ac decenter cuſtodiat: Num veſtes & reliqua ornamenta quibus in divinis officiis utimur, munde aſſervet: Num ipſe aut qui Eccleſiæ proviſores appellantur, templum ſartum tectum curent: num ſacris altaribus ſuus honos impendatur: num ruinis domus parochialis occurrat: num de rebus Eccleſiæ alienationes faciat. Atque his ſimilia, quæ Viſitatoribus noſtris pro eorum circumſpectione & prudentia facile occurrent, & ex conſtitutionibus noſtris, quæ ubique pro loci ac perſonarum ratione rememorari debebunt, ſuppeditabuntur.

XVII. Et quoniam Viſitationes iſtæ generales per ſingulas Parochias abſque magno ſumptu ſingulis quibusque annis frequentari haud poſſunt, ſaluberrime ſancitum eſt in antiquiſſimis canonibus, bis per ſingulos annos in ſingulis provinciis concilium fieri: ut primum ante dies quadrageſimæ habeatur, videlicet quo omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum ſolenneque Deo munus poſſit offerri: Secundum vero agatur ante tempus autumni, in quo ſi communi omnium conſenſu rationabiliter comprobatio, ſecundum eccleſiaſticam regulam, duo vel tres animoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia Sacerdotum.

XIIX. In his ergo conciliis, anno bis, de his omnibus apud metropolitanæ, cathedralium, collegiatarum, monaſteriorumque prælatos, & præſertim Archi-diaconos, ac quos vocamus decanos rurales, qui vocati ſunt in partem ſolicitudinis epiſcopalis, per Vicarium noſtrum in pontificalibus, ac officialem diſquiſitio diligens fiat: Et quæ ex illorum judicio reformatione opus habere comperientur, communi conſilio emendentur.

XIX. Denique Archi-diaconi, qui Epiſcoporum oculi dicuntur, ac decani iſti rurales in

suis deinceps Synodis, quæ sancita fuerint in provinciali, seu episcopali concilio, publicabunt. Et ad eundum modum, qui in visitatione præscriptus est, vitiis extirpandis ac virtutibus inserendis studeant, criminibus publicis, magis per pœnitentias canonicas, quam pecuniæ exactionem, puniendis intenti.

XX. Quod ut docte ac prudenter fiat, Archidiaconis nostris incumbit, ne ullos inidoneos officiales aut decanos rurales deligant, aut admittant, sed ad has functiones viros tantum assumant, cum doctrina præstantes, tum vitæ innocentis inculpatæque, qui nullius Criminis labe notabiles, officium suum irreprehensibiliter exequantur.

XXI. Ex vetustissima quadam inquirendorum criminum formula relictum est, ut archidiaconi anno bisextili circumeant, & peccata enormia emendent, quæ sequitur in hæc verba: In concilio publico ab Episcopo habito primitus jurare debent de Villis singulis fidelissimi quique, liberi & servi, tres vel quatuor, seu etiam plures, ut rei veritas omnino inquiratur. Juramentum autem illud hujusmodi esse debet: Quidquid in villa in qua habitat, veraciter sciat, vel serio audierit actum contra fidem rectam & christianitatem, Episcopum aut ejus nuncium, quantum recordari possit & scientia subministrat, non lateat. Post juramentum vero Episcopus per singula numerare debet, quæ prius juramento comprehendit, hoc est: Si Vir, super uxorem suam, aliquam clanculo corrupit. Si cum duabus cognatis, sive mulier cum duobus propinquis fornicata: Si commatrem spiritualem aut filiolam suam stupro violavit: Si qua mulier partum suum necavit, vel conceptum quocunque modo excussit: Si quis cognatum suum voluntate, aut casu occidit, seu morbidum fecit, & nec dum ad publicam pœnitentiam venit: Si mulier maritum suum, aut maritus uxorem suam iniquo Consilio interemit: Si quis Virum, aut fœminam veneno, aut aliqua alia potione occidit, & qui hoc scilicet veneno machinatur: Si sciat divinatrices, vel augures, etiam illos, qui per incredulitatem illas inquirant: Si sciant meretrices, quia meretrix appellatur, si uno contempto, cum aliis fornicatur, licet nupta non sit: Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis communionem habent: Si illos sciant, qui convicti sunt perjurium perpetrasse: Si & illos noverint, qui loca Deo non dicata, contra fidem ecclesiasticam colunt, & ad Christi Ecclesias venire contemnunt: illos etiam si sciant, qui indictum jejunium negligunt. Hæc omnia dum Episcopus habet recitata, juratores per juramentum commoneat, ceteros vero omnes nobiles & ignobiles, per bannum Christianitatis constringat, ut supradictas res minime celent, ac si in die judicii ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, rei occultatione præfatarum rerum nefandarum inveniantur. Hoc enim indicet & per bannum contestetur, ut nemo per illius timorem aut favorem, vel etiam amicitiam, præfata reticeat veraciter scita. Neque per odium, neque per inimicitiam ullam quidquam alicui irroget, quod veraciter non possit probare. Horum aliqua si antea in præsentia Episcopi allata essent, ejusque judicio terminata, postea iterata comperta fuerint, veluti in initio referantur, & episcopali decreto constituantur.

XXII. Præscripta quidem formula, quam antiquitatis causa retulimus, successu temporis in abusum, quod negare non possumus, deducta est, quod non fidelissime quippe, sed leves delatores, non qui veraciter sciant, ut serio audiverint, idque a probatis, neque uno tantum, sed pluribus, hisce fide dignis, minimeque malevolis, sed frequentius absque omni delectu vel leves, ac futiles, vel invidi ac rapaces calumniatores, delationi comperiantur adsciti. Quodque pro manifestis criminibus non canonicæ pœnitentiæ, sed pecuniariæ potissimum mulctæ a delinquentibus fuerint exactæ, permissis interim delinquentibus, haud præter grave populi offendiculum, in publica scelerum infamia perseverare.

XXIII. Quæ omnia magna correctione indigent, quam, volente ac adjuvante Deo, inter visitandum adhibebimus, nimirum curaturi, ut Viris exploratæ Virtutis tantum hoc officii delegetur.

XXIV. His autem qui Synodo præficiendi sunt, sumptus necessarios (quam procurationem Canones vocant) per parochianos suppeditari, justum atque æquum est.

Cetera, quæ præsentis concilii decretis comprehensa non sunt, (sunt autem pleraque, non minorem quam ea quæ correximus, castigationem postulantia) ea secundum sacrorum Canonum censuram, partim in visitatione, partim in futuris Synodis episcopalibus, Deo dante, emendare diligenter adnitemur.

CCXXV.

CCXXV.

Ejusdem Abschied wegen der Krumstädter Affter-Lehen in seinem Ertz-Stifft, de Anno 1542.

WIr Hermann von GOttes Gnaden Ertz-Bischoff zu Cölln, des heiligen Römischen Reichs durch Italien Ertz-Cantzlar und Churfürst, thun kund und bekennen gegen allermäniglichen, als hiebevor zwischen unßerer Lieber Besonderinnen Irmgardten nachgelassenen Witwen, etwan Reinhardes von der Baelen genant Fleck, eines Theils und Heinrichen dergleichen nachgelassenen Witwen, Diederichen Flecken, gemeltes Diederichen nachgelassenen Erb- und Güter halb; andern Theils, Irrungen und Gebrechen entstanden, und gemelte Irmgardt sich auf Gebrauch genanntes Ertz-Stiffts Cölln, als solten ihren Kindern an statt und von wegen ihres Vatters obgem. Reinhardten aus dem ersten Ehebett gebohren, ihres Herrgens Diederichen Vors- und Formanns Elterlichen Stamm und Erbgütteren allein gebühren, dagegen gemelter Heinrich vermeynte ihr Kind aus dem andern Ehebett mit Diederichen Vurß. gezielt, solte vermöge der beschriebenen Rechten mit Irmgardten Kindern zu gleicher Theilung schreiten; Daraus gefolget, daß die Wohlgebohrne, unsere Erb-Hoffmeister, Erb-Marschall, Schwager, Neve, Rath, und Liebe Getreuen, Wilhelm, Graff zu Newenar, Moers, Herr zu Betbur, und Johann, Graff zu Salm, Herr zu Reifferscheidt und Dieck, obgedachte beyden Wittwen, und ihren Kindern, zu Gnaden und Guten, in Meynung Sie ihrer Vorß. Gebrechen zu vergleichen, sich in gütlicher Unterhandlung mit Ihnen eingelassen.

Weil dann beyde Graffen nichts Fruchtbares in der Güte haben treffen mögen, und die beyden Wittwen die eine auff des Vurß. unsers Frey-Stiffts Cölln Gebrauch, und die andere auff die gemein beschriebene Rechten verharret haben; So ist des Gebrauchs und Rechten mit beyder Witwen Bewilligung, zu Erkäntnuß unser gemeiner Ritterschafft und Stände, zu einem gemeinen Landtage der Stände und Landschafft gewiesen.

Als Wir nun in andern verstandenen Ehehafften und Geschäfften, unser würdig Thum-Capitel, Graffen, Ritterschafft und Stände zu einem gemeinen Landtag beschrieben, haben wir beyder Witwen unterthänig und demüthig ansuchen, ihnen zu Gnaden gehört, unßer Ritterschafft vortragen lassen, und gnädiglich begehrt, unß, zu Hinlegung dieser Gebrechen des gemeinen Landes-Gebrauches, wie er in diesen oder in dergleichen Erbfällen gehalten werde, zu berichten; Darauff die gemeine Ritterschafft, dergleichen auch die Gesandten von denen Städten abgetretten, sich bedacht, und umgefraget, und nach gehabten Bedacht einhellig und öffentlich unß zur Antwort geben, daß Sie von ihren Eltern und denen Alten alleweg gehört und gesehen, etliche von ihnen vor sich selbst diß gebrauchet, und sey mit Ihnen auch also gehalten worden, daß wo zweyerley Ehe-Kinder aus dem ersten und andern Ehebette gebohren seynd (sonderlich unter dem Adel und etlichen Städten) den ersten Kindern alle Vätterl. und Mütterliche Stamm- und Erb-Güttere und den letzten Kindern alle gereidte Güttere, und was in der 2ten Ehe gewonnen und geworben, gebühren solten. Dieweil nun in unsern Ertz-Stifft Cölln solcher Gebrauch von Alters also hergebracht, haben wir obgedachte Wittib Irmgardten, so gegenwärtig und gerührter Henrichen, anzeigen und ernstlichen befehlen lassen, deme sich gemees zu halten, und nachzukommen, Uhrkund hieran gehangenen Siegels. Geben in unserer Stadt Bonn, auff unserm gemeinen Landtag, am Samstag nach Reminiscere im 1542ten Jahr.

CCXXVI.

Kayſers Caroli V. Renovation und Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln, ſo er Churfürſt Adolpho III. zu Cölln ertheilet, de An. 1547.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Carolus V. divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniæ, Castelliæ, Arragoniæ &c. Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præsentium universis & singulis, quod accedens ad nostræ Majestatis præsentiam, Venerabilis Adolphus, Administrator Ecclesiæ Colonienſis, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, & Nepos noster dilectus, nobis exhibuit, omnes & singulas libertates, literas, concessiones, Privilegia & Donationes quascunque a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris Prædecesto-

ribus,ac nobis ipſi Adolpho ſuisque prædeceſſoribus,& eorum cuilibet, Eccleſiæque Colonienſi conceſſas, & nobis ſupplicavit, ut illas tranſumi & tranſcribi, & in omnibus Articulis, punctis,clauſulis, Sententiis & continentiis innovare,confirmare, ratificare, approbare, corroborare, & de novo concedere dignaremur. Nos vero,qui ex veteri noſtro inſtituto, & innata clementia illos ferventiori animo amplectendos duximus,quos fidei, conſtantiæ,& benemeritorum multitudo reddunt commendatos, inter quos Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopi præcæteris noſtri & Sacri Romani Imperii obſervantiſſimos ſe exhibuerunt.

Cum igitur prædictas libertates, literas,Conceſſiones, privilegia & donationes,coram nobis, ut præfertur,productas,in originali forma,& earum aliquas ſub ſigillis Majeſtatis Imperialis, & quasdam regalis impendentis ceræ albæ, quasdam etiam ſub Bulla Typario aureo impreſſas, ut in ipſis clare apparuit,vidimus ſigillatas, ſanas,integras & illæſas,non abolitas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, vel ſuſpectas in præſenti volumine tranſumi mandavimus, quarum tenores de verbo ad verbum ſequuntur.

Inſerantur privilegia a præcedentibus Imperatoribus & Regibus Romanorum Archiepiſcopatui Colonienſi conceſſa.

Et quia Nos Carolus Quintus, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. præfatus, præſcriptas tam regales quam Imperiales literas, libertates privilegia, conceſſiones & donationes, confirmationes & innovationes, ſic, ut præmittitur, integras & ſigillatas & illas juſtas & rationabiles comperimus,ac in noſtra præſentia, & plurimorum noſtrorum Principum & Magnatum Imperii & Sacri fidelium nobis aſſiſtentium legi & auſcultari fecimus diligenter, & ad ejusdem Adolphi Adminiſtratoris Colonienſis prænominati ſupplicationem prædictam ipſas omnes & ſingulas & earum quamlibet inſolidum in præſenti volumine conſcribi & tranſumi juſſimus, eas tranſumpſimus & tranſumimus per præſentes,prout de noſtro mandato in præſenti volumine conſcriptæ ſunt, & tranſumptæ cum omni earum effectu, easque in ſingulis ſuis articulis atque punctis, gratas & ratas habentes, ipſas approbamus, ratificamus, corroboramus, & ex certa noſtra ſcientia confirmamus, easque ſub earum tenoribus de novo concedimus, & in præfato volumine noſtræ Imperialis Majeſtatis ſigilli pendentis fecimus ſigillari, volentes ut de Imperialis plenitudine poteſtatis præſenti decreto perpetuo valituro ſtatuentes, quatenus hujusmodi tranſumptarum literarum volumini plena & omnimoda fides adhibeatur, & adhiberi debeat, in Imperiali, ſeu regali & aliis quibuscunque curiis & judiciis, & extra in omnibus locis, ubi exhibitum fuerit, ſicut literis originalibus ſupradictis, & eandem vim, effectum & vigorem juris ſortiatur & ſortiri debeat, ac ſi literæ originales prædictæ productæ fuerint in effectu; Inhibentes inſuper univerſis & ſingulis Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Civibus & univerſitatibus terrarum & diſtrictuum, Civitatum & locorum Sacri Imperii, qui pro tempore fuerint, cujuscunque etiam dignitatis, præeminentiæ, ſeu ſtatus exiſtant, fidelibus noſtris & præſertim magiſtris Civium, Conſulibus ac civibus & incolis, univerſis & ſingulis Civitatis Colonienſis, ne præfatum Adolphum, Adminiſtratorem, ſucceſſores ſuos, & Eccleſiam Colonienſem in perpetuum adverſus præſentis noſtræ approbationis, ratificationis & confirmationis, nec non innovationis indultum impediant, aut etiam ſinant quomodolibet impediri, aut impedientibus præſtent auxilium, conſilium, vel favorem, non obſtantibus quibuscunque privilegiis, libertatibus, gratiis & indultis, etiam Imperiali, vel regali, vel alia quavis auctoritate ipſis communiter vel diviſim ſub quacunque etiam verborum forma conceſſis vel impoſterum concedendis, cujuscunque tenoris exiſtant, etiamſi de eis de verbo ad verbum facienda foret mentio ſpecialis, & clauſulas quascunque in ſe derogatorias continerent, conſuetudinibus & ſtatutis quibuscunque contrariis, quæ præfatis Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Civibus, Magiſtris Civium, Scabinis, Conſulibus, Majoribus,communi & univerſitati Colonienſi, prædictis poſſent in præmiſſis, vel contra ea quomodolibet ſuffragari, quas & quæ, tanquam Eccleſiæ Colonienſi totique Reipublicæ præjudiciales, damnoſas & contrarias decernimus caſſas, irritas atque nullas,ipſasque & ipſa de certa noſtra ſcientia perpetuo caſſamus, irritamus & annullamus, & eis etiam volumus, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerta eſſent, præſentibus derogari; Et ſi qui in præfatis tranſumptis, ſeu tranſcriptis, privilegiis, gratiis, literis, conceſſionibus, innovationibus & indultis de jure vel conſuetudine omiſſi defectus reperirentur, per quos ipſi Adminiſtratori, Succeſſoribus & Eccleſiæ ſuæ poſſet præjudicium generari, hujusmodi

jusmodi defectus de noſtræ Imperialis plenitudine poteſtatis tollimus, & id, quod defuerit, vel omiſſum fuerit, ſupplemus & præſentibus haberi volumus pro adjecto. Nulli ergo omnino penitus hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis, approbationis, ratificationis, innovationis, conſenſus, decreti, declarationis, inhibitionis, confirmationis, caſſationis, irritationis & de novo conceſſionis, & pœnarum inflictionis paginam infringere, vel ei quovis auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, pœnam indignationis noſtræ graviſſimam, & pœnas in ſupradictis privilegiorum literis contentis, prout in eisdem & qualibet earum contentæ ſunt, ſingulas pœnas ſingulis exceſſibus referendo, ſe noverit incurſurum. Quarum quidem pœnarum petitionem, receptionem & executionem plenariam in contrarium facientes, ſicut præmittitur, eidem Adolpho, Adminiſtratori Colonienſi, ſuisque Succeſſoribus Archiepiſcopis, eadem autoritate noſtra Imperiali & de certa noſtra ſcientia committimus faciendam; Et ad hoc ipſis ſtudebimus, & debebimus favorem & auxilium adhibere præſentium ſub Imperialis Majeſtatis noſtræ Sigillo, teſtimonio literarum.

Datum in Civitate noſtra Imperiali Auguſta Vindelica, die quinta menſis Decembris, Anno Domini Milleſimo,quingenteſimo, quadrageſimo Septimo, Imperii noſtri viceſimo octavo, & regnorum noſtrorum trigeſimo ſecundo.

Carolus.

Sebaſtianus, Archiepiſcopus Moguntinenſis,per Germaniam Archi-Cancellarius.

Vt. E. A. Berzenot.

Johann Obernburger.

CCXXVII.

Churfürſts Adolphi III. zu Cölln Acta und Decreta Synodalia, de Anno 1548.

Vocatio ordinum Eccleſiaſticorum ad Synodum, ſecunda Octobris celebrandum.

ADolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Rom. Imperii per Italiam Archi Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. Univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, tam Collegialibus, quam Ruralibus, Eccleſiarumque Parochialiumque Rectoribus, Monaſteriis & Conventibus, & aliis, qui Synodo noſtræ Epiſcopali de Jure vel conſuetudine intereſſe conſueverunt & debent, ſalutem in Domino ſempiternam.

Benedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Is ſuperioribus diebus Eccleſiam ſuam, jam multos annos ab inſanis & ſceleratis hæreticis noſtri temporis,graviter & miſerabiliter divexatam & afflictam, ex infinita ſua miſericordia reſpiciens, per religioſam Chriſtianiſſimi & clementiſſimi Imperatoris noſtri, Caroli quinti ſolicitudinem, mirifice conſolatus eſt. Unde nos plurimum gaudere & exaltare in domino debemus, ipſi gratias agentes, quod navicu-

lam ſuam ſpiritualium ventorum & procellarum turbine dire conquaſſatam, ac in mediis fluctibus periculoſiſſime & pene ad deſperationem usque laborantem, ſecundum veraciſſimam promiſſionem ſuam non deſeruerit, reddita ei ſpe ſecuritatis, maxima & certa fiducia ex hac ſæva & horriſona tempeſtate ſemel tandem emergendi, & ad portum Catholicæ tranquillitatis & pacis cœleſti favore feliciter pertingendi. Audiſtis haud dubium omnes, & quamplurimi ex vobis ſcripto etiam cognoverunt, quemadmodum Invictiſſimi & Excellentiſſimi Principis pietas ſpiritu Dei incitata in proximis Auguſtenſibus comitiis Religionis reparandæ reſtituendæque cauſa a ſe clementiſſime indictis, omnem animi ac Conſilii ſui vim eo intenderit, ut ſua providentia omnem diſſenſionem contra integritatem fidei & Religionis Catholicæ, a ſchiſmaticis & peſtilentiſſimis apoſtatis in hac inclyta Natione noſtra pernicioſiſſime excitatam, reſtingueret ac ſopiret, nihilque in Catholica Eccleſia impacatum relinqueret, quod ad ſuam gloriam quam maxime pertinere exiſtimaret, ut cujus tutelam a Deo ſuſcepit,eam a Captivitate vere Babylonica in priſtinam vindicet libertatem. Qua in re bonum profecto initium fecit, quando inter cætera

in

in sua Imperiali declaratione, quomodo in negotio Religionis per Imperium, usque ad definitionem Concilii generalis vivendum sit, a communibus Imperii statibus, qui Ecclesiæ Catholicæ institutiones & decreta hactenus observaverunt, clementer requisivit, ut eadem deinceps in suis Ditionibus religiose observent, constanterque teneant, & a suis subditis observari & teneri faciant, nec se avelli ab eis ullo modo patiantur aut omnino quidquam immutent, adempta eis facultate novos ritus ubilibet sectandi, vel retinendi. Quod & status isti Catholici (e quorum numero Dei benignitate & Nos sumus, & eodem bene favente perpetuo erimus) se facturos & perseveranter observaturos esse, jam ante obtulerunt, & requisitione facta, libenter recepe-runt. Porro cum sua Majestas sapientissime secum considerasset, omnium harum calamitatum & malarum, quibus Ecclesia Catholica jam diu jacuit oppressa, unicam causam esse, iniquitates, scelera & peccata nostra præterita, ob quæ (ut Propheta ait) stillavit super nos maledictio & detestatio, quæ scripta est in libro Moysis servi Dei, ea de re ad Reformationem morum & disciplinæ Cleri, animum imprimis appulit veluti ad unicum remedium, quo mediante, excisa omnis mali causa, finem denique malorum omnium inde promanantium, Deo propitio, certissime sperare possimus. Formulam igitur quandam Reformationis, a viris Catholicis & Theologis sacrarum literarum peritia & singulari fide & veræ Religionis zelo præditis, conscriptam, statibus Ecclesiasticis, hoc est, Nobis Archiepiscopis, aliisque Ecclesiarum Prælatis, in memoratis suis Augustensibus Comitiis, ad deliberandum proposuit. Qui nobiscum perpendentes, quantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in ejus clementia præparavit formulam istam diligenter visam & perspectam, quo paci publicæ consuleremus, & per eam Ecclesiarum & Clerorum nostrorum utilitati commodius provideremus, uti divinis literis, & sacris Canonibus consentaneam, probavimus, eamque singuli in nostris Ecclesiis & Diœcesibus debitæ Executioni per Synodos cum Episcopales tum provinciales, ut ea res postulat, intra præstitutum tempus demandare velle promisimus. De his igitur tam pie & religiose gestis, Vos omnes & singulos certiores reddentes, in virtute sanctæ obedientiæ Authoritate nostra Archiepiscopali in Domino requirimus & monemus, inprimis, ut secundum Cæsareæ Majestatis seriam declarationem & mandatum, Ecclesiæ Catholicæ Institutiones & Decreta, tam in doctrina, quam Sacramentorum administratione & disciplina in Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis & Oratoriis vestris, ac alias ubilibet, posthac religiose observetis constanterque teneatis, observarique, & constanter teneri faciatis, neque ab eis ullo modo vos avelli, vel immutari quicquam patiamini. Deinde simili modo requirimus vos & monemus, ut ad alteram diem post Remigii Confessoris, quæ est secunda Mensis Octobris, quam celebrationi Synodi nostræ Episcopalis pro executione memoratæ Reformationis, ut hactenus quoque semper fuit, destinatam præfixamque esse volumus in Civitate nostra Colonienſi, omni Excusatione remota, obedienter compareatis Audituri a Nobis, & facturi Nobiscum omnia, quæ ad extirpationem errorum & consentientem Divinorum Sacramentorum, & Ecclesiasticorum officiorum administrationem, morum correctionem, salutarisque disciplinæ observationem, secundum ejusmodi Ecclesiasticæ Reformationis tenorem, ac scripturas sacras, & scita sacrorum canonum, necessaria videbuntur & opportuna. Ne vero quisquam, tum per obtensam ignorantiam Reformationis hujus, quoquo modo sese valeat excusare, mittimus vobis, & vestrum cuivis, secundum suum munus & officium, unum, vel plura ejusdem reformationis exemplaria, inter suos suæque curæ commissos publicanda, & distribuenda, præsertim per Vos Decanos rurales in Ecclesiarum Parochialium Rectores sub vestris Decaniis commorantes. Vos nihilominus omnes & singulos prædictos in Domino fideliter exhortantes, ut statim exemplaribus istis acceptis ad illorum præscriptum, vitam, mores & officium Vestrum exigatis, & quæ secus habent, quæque adversus eæ & Ecclesiæ Catholicæ Sacrorumque Conciliorum instituta, in Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis & Oratoriis vestris, recens post ortam in Religione disessionem, qualitercunque invecta seu introducta fuerint, quantum in vobis est, e medio tollatis: quod si minus poteritis, saltem eos, qui in hac re Vobis obsistent, aut secundum hanc formam se reformare detrectabunt, nobis in futura Synodo, ut vel Nostra authoritate coerceantur, vel Cæsarei Majestati, secundum jussionem ejus Nobis desuper factam, indicentur, denuncietis: Omnino caventes, ne quisquam Vestrum, gratia, aut formidine potestatem secularium se depravari sinat, ut à veritate abscedat: Certificantes etiam Vos omnes & singulos prædictos præsentium per tenorem, ut sive ad præfixam Synodo diem compareatis, sive minus. Nos nihilominus ad executionem Reformationis prædictæ, ex Officio Nobis injuncto, per Remedia opportuna processuros esse, præfractoriorum contumacia non obstante. In fidem & Testimonium præmissorum, præsentes nostras literas sigillo nostro sub impresso fecimus communiri. Datum in Arce nostra Bralensi, prima mensis Septembris, Anno Domini 1548.

Mandatum de abjiciendis Concubinis.

Adolphus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector Westphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. Omnibus & singulis Præpositis, Decanis, Canonicis, Plebanis, aliisque Collegiatarum & Parochialium Ecclesiarum ac Capellarum Rectoribus, Vicariis, Presbyteris & Clericis universis nostrarum civitatis & Diœcesis Colonienſis, & vestrum cuilibet, salutem in Domino.

Etsi ex Reformatione Cleri per Cæs. Majestatem, Dominum nostrum Clementiss. in proximis Augustens. Comitiis, Ecclesiasticis statibus proposita, & ab eisdem expensa, probata & recepta, quam vobis suæ Majestatis Jussu duximus intimandam, cognoscere abunde possitis, qualem Vos post hac vitam instituere, quibus moribus ornatos & præditos esse, & quæ vitia, ne cuiquam offendiculo sitis, cavere oporteat: Nihilominus tamen cum inter omnia crimina nullum fere sit, quod Clerum fœdius apud populum traducat & majus in plebe scandalum pariat, quam scortatio manifesta, visum est nobis operæ pretium, ut quod præbet Ecclesiastici Ordinis contemnendi materiam, speciali & accuratiore animadversione coërceamus. Quamobrem modo concilio generali & sacris canonibus, nostrorum prædecessorum constitutionibus super hac re editis insistentes, sed & Reformationem memoratam in hoc Articulo, sub titulo, de disciplina Cleri, cujus initium est, porro quis ferendum putet, ut scortationi indulgeant, & adhæreant concubinis &c. (quem diligenter perlegere, & animis vestris infigere debetis) exequi ut tenemur, volentes: harum literarum nostrarum tenore statuimus, volumus & mandamus, ut omnes & singuli sacris ordinibus initiati Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi cujuscunque dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerint, quibus concubinæ, vel fœminæ de continentia suspectæ, seu quarum nomine ipsi antehac de fornicatione diffamati fuerunt, manifeste cohabitant, ejusmodi mulieres à se è domibus & Parochiis suis intra novem dierum spacium, post receptionem & publicationem præsentium, quorum tres pro prima, tres pro secunda & tres pro tertia peremptoria & canonica monitione ipsi præfigimus, omnino amoveant & expellant. Alioqui juxta dictæ Reformationis tenorem, sententiam suspensionis ab officio & beneficio, quam propter hoc in eos ferimus in his scriptis, se noverint incurrisse. Mulieres autem ejusmodi, si post novem istos dies in domibus seu Parochiis horum Clericorum repertæ fuerint permansisse & permanere, per Collegiales & Christianitatum ipsorum locorum Decanos, authoritate Nostra excommunicentur, & excommunicatæ publice nuncientur. Volumus quoque, ut Ecclesiarum Prælati memoratas pœnas diligenter exequantur: Alioqui Nos eorum negligentiam suppleturi, inobedientes secundum Canonicas sanctiones puniemus, ut pœna docente, bene agere, & à malo desistere, & à peccatis abstinere discant. Injungimus etiam Prælatis ipsis & Christianitatum Decanis, ut ad proximam per nos indictam Synodum Nobis indicent, quinam Clericorum prædictorum huic nostro mandato intra tempus præscriptum parere & obtemperare neglexerint, ut contra tales ulterius ad beneficiorum privationem, aliasque duriores pœnas, secundum dictæ Reformationis præscriptum, procedamus in hoc facturi nostram, imò sacræ Cæs. Majestatis mentem & expressam voluntatem. In fidem præmissorum, præsentes nostras litteras sigilli nostri impressione fecimus communiri. Datum in Arce nostra Bralensi, prima mensis Septembris, Anno Domini M. D. XLVIII.

Secunda Octobris die præsentibus & ordine compositis in Choro Cathedralis Ecclesiæ Patribus & Dominis, quos Reverendissimus Archiepiscopus ad celebrandam Synodum acciverat, cum reliqua Cleri & populi omnium, qui interesse volebant, multitudine, mane sub horam sextam, Missa de S. Spiritu solenni ritu peracta est, quem Benedictio Archiepiscopalis subsequebatur.

Deinde expositis nomine Reverendissimi Archiepiscopi causis hujus Conventus, & habita pro more oratione ad Synodum, Reverendus Dominus Joannes Noepel à Lippia, Episcopus

Cyrenenſis, ipſiusque Reverendiſſimi Vicarius in Pontificalibus, juſſu ejus ad Synodum loquens, ita ſubjecit: Quod Concilium œcumenicum Tridenti per ſedem Apoſtolicam indictum, feliciter cœptum, & Seſſionibus aliquot habitis celebre factum è quo omnium animi pendere viderentur, ignotum qua diaboli invidia ſuſpenſum jam hæreat, nec ſortiatur progreſſum,& Cæſ.Majeſtatem Dominum noſtrum clementiſſimum, ne graviores per hanc tam longam atque periculoſam neceſſarii Concilii ſuſpenſionem, Perturbationes in Imperio, variis hæreſibus ac diſſidiis plus ſatis jactato, ſubnaſcerentur, ſtatibus Imperii Eccleſiaſticis propoſuiſſe Reformationem quandam expendendam, ſecundum quam, ſi ſacris Canonibus conſentanea videretur, ſuas quisque Eccleſias in Religione & officio continerent ac regerent, donec Concilium generale finiretur, & diſſidia hæc tolleret. Quam (cum Eccleſiaſticorum ordinum omnium judicio viſa fuiſſet è ſcripturis divinis, patrum Traditionibus & ſacris Canonibus congeſta, atque ad diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtitutionem & emendationem vitiorum non parum allatura) Ipſe Reverendiſſimus Dominus noſter, una cum aliis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, omnibusque aliis Eccleſiaſtici Ordinis Prælatis & ſtatibus receperit atque acceptarit, ad definitionem usque œcumenici Concilii, in tota Diœceſi & Provincia ſua obſervandam,eaque de cauſa ipſam omnibus ſibi ſubjectis Diœceſanis, quos ad præſentem Synodum convocaſſet transmiſerit. Verum ne cui videatur hoc pacto non ſatis legitime publicata, & ne quis ejus ignorantiam cauſari poſſit, vel ipſam ſubterfugere, juberet modo Reverendiſſimus Dominus eam & in præſenti Synodo legi palam & publicari.

Quibus dictis, ſtatim conſcendit ſuggeſtum M. Petrus à Coffeld, Capituli Metropolitani Secretarius & alta inde voce totam Reformationem illam ad finem usque legit & publicavit.

Facta publicatione, Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus juſſit, ut ad Synodum vocati & quibus Synodi Actionibus intereſſe liceret, ingrederentur domum Capitularem, ubi de negociis Synodalibus tractaretur, & de cauſis ad Synodi cognitionem, & vitiorum emendationem pertinentibus inquireretur & conſilio communi decerneretur. Proceſſerunt itaque Abbates, Præpoſiti,Decani, & Patres ad Synodum convocati, è Choro ad domum Capitularem. Primoribusque cum Reverendiſſimo Archiepiſcopo ſedentibus, cæteris verò,ob loci angustiam ſtantibus, invitabat Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus per ſuum in Pontificalibus Vicarium omnes ad conferendum de pertinentibus ad Cleri & populi Reformationem, vitiorumque emendationem. Ibi primum interrogati propius aſſidentes, profeſſi ſunt, ſe velle ſeipſos ſuosque ſubditos ad modum præſcriptæ ac publicatæ Reformationis, quantum in ipſis eſſet, per gratiam Dei componere, ac omnem dare operam, ne quid in eis deſideraretur. Cœptum quoque eſt inquiri de Vitiis.

Poſtridie tertia Octobris, omnibus ad eundem locum reverſis, Reverendus Dominus Cyrenenſis Vicarius &c. juſſus, quæ in mandatis habebat, exponere, retulit Reverendiſſimum Dominum Archiepiſcopum ita ſecum firmiter conſtituiſſe, ut quoniam à capite ad membra inferiora dignum eſſet Reformationem ordiri, ſe diligenter curaturum, ut quæ Archiepiſcopalis ſui officii ſint, minime negligantur, nec temporalia ſpiritualibus præpoſiturum. Pertinere autem ad ſuum officium celebrare Synodos, cui negocio intentus ipſe jam eſſet: viſitare Diœceſin, quod exigi propoſuiſſet primum in ipſa Metropoli: & ubi commodè intra urbem, vel extra viſitare ipſe non poſſet propter negociorum multitudinem & magnitudinem, quæ indies inciderent, decreviſſet, per idoneos Viſitatores, quæ ad ipſum pertinerent, implere omnia & exequi.

Et quia in hac Reformatione Epiſcopis daretur inter alia negocium, ut ſi quæ in ſacræ Miſſæ officium vel horas Canonicas inutilia,aut quæ parum ad pietatem & ædificationem conferrent, poſtrema hac ætate irrepſiſſent, ea repurgarent, atque ad veterum & probatiſſimorum codicum fidem reſtituerent: quo non niſi pura, emendata, & ſacra exiſterent, quæ in officiis divinis recitantur, quod licet multum temporis & laboris requireret, decreviſſet tamen Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus, adhibitis ad id negocii viris piis ac doctis, ſedulo curare, atque ad proximam Synodum provincialem, ſi expediri interea temporis negocia tanta queant, publicare; Quod propterea Cæſarea Majeſtas Epiſcopis in Reformatione impoſuiſſet, ut Eccleſiis neglectis, & debitis obſequiis fraudatis, per occupatores plurium Beneficiorum, aut Eccleſias incorporatas tenentes, juxta conſtitutionem Gregorii decimi in Concilio Lugdunenſi, providerent de idoneis Vicariis, quibus competentiam & congruæ portionis fructus aſſignent: & ubi tenuia ſunt beneficia, quæ victum non ſuppeditent, ut per unionem talium curent, ſecundum modum, quem præſcribit Reformatio, quo habeant, qui Altari

Altari deſerviunt, unde vivant, nec cauſa relinquatur, cur non debeat uno quisque beneficio merito eſſe contentus, decrevit (quantum ejusmodi fieri poterit) in ſua viſitatione exequi: & ſicubi obſtabit difficultas, per quam impediatur, eam ad ſuturam Synodum Provincialem referre: Hortaretur proinde, ut ſinguli ad hunc modum & ejus exemplum, perlecta diligenter Reformatione, quæ ſui muneris eſſe cognoſcerent, ad ſe raperent, eisque ſatisfaciendis atque implendis ſedulo incumberent: Decani,quod eſt Decanorum: Canonici, quod eſt Canonicorum: Paſtores, quod ad paſtoris & concionatoris officium pertinet, qui ea etiam, quæ de diſciplina populi præſcripta ſunt, diligenter populo inculcarent: Ita futurum,ut pietas vera aliquando reſtituatur.

Quo præſatus cenſuit progrediendum ad inquiſitionem de rebellibus, criminoſis, & Eccleſiarum gravaminibus faciendam: juſſitque Reverendiſſimus D. Archiepiſcopus,quo ſciret unusquisque, quæ ſibi cognita deferre ac proponere ſanctæ ſynodo deberet, prælegi Articulum, qui ſub titulo, de Synodis in reformatione habetur, in hæc verba: Jubeat Epiſcopus ſingulos per juramentum, Notariis qui omnia excipiant aſſidentibus, proferre in medium, Eccleſiarum ſuarum, Prælatorum quoque & Populi, ſive præſentium, ſive abſentium, vitia gravia, quæ à ſynodo corrigantur, absque ullo perſonæ reſpectu: Si ſit Paſtor aliquis non legitimus, aut per vim intruſus: ſi negligens officii, & corrigibilis: Si negligens officii & incorrigibilis: Si in Clero quis Simoniacus, ſi hæreſes ſuppullulent, ſi in officia divina irrepant abuſus: Si prælatis, aut Parocho bene præſidenti rebelles ſint inferiores: Si ulli male præſideant: Si per tyrannidem potentiorum, aut juſtitia injuſta opprimatur Eccleſia, populus, viduæ, vel Orphani: Si ſacrilegia committantur: Si violentur Eccleſiæ jura: Si uſurarii ſint in Clero vel populo: Si inceſtuoſi, ſi enormia crimina admittantur, à quibus nolint deſiſtere, aut agere pœnitentiam.

Ita admonitis præſentibus & informatis, fecit Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus omnibus poteſtatem ſive ſcriptis ſive verbis ſua proponendi, & ſi qui forte haberent negocia, quæ metu potentiorum ad Synodum deferre non auderent, ut ea clam apud Commiſſarios deponerent, quos ſua reverendiſſima gratia ad hoc dare & ordinare vellet.

Ordine itaque ſinguli vocati, ad Reverendiſſimi Archiepiſcopi conſpectum proceſſerunt, ubi ſua depoſuerunt ut habeant parata:ſuntque omnes à Reverendiſſimo ita auditi, ut tamen à Remotioribus exaudiri non potuerint, & quæ attulerunt, à Notariis excepta. Nec ceſſatum ab iſta inquiſitione fuit, donec ullus ſupereſſet non auditus.

Omnium deinde conſenſu & ſententia placuit è ſingulis ordinibus deligere quosdam,qui, denunciata ac propoſita expenderent, ac deliberarent, conciperentque de eis ſuum judicium, quod ad totam Synodum vel probandum, vel emendandum, priusquam evulgaretur, referrent. Tempore per hæc negocia ultra meridiem fere lapſo, dimiſſis ad ſequentem diem cæteris, ſoli delecti à Prandio reverſi ſunt,& negocia quæ plurima erant, ut à multis delata & pleraque ejusdem generis retulerunt in ordinem & compendium: deliberationeque & collatione invicem habita, ſententiam ſuam juſſerunt ad Reverendiſſ. Dominum Archiepiſcopum referri.

Quarta Octobris, cum Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus cum delectis ſententiam ſuam fuiſſent ſcripto complexi, accitis ordinibus omnibus ad domum capitularem, Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo præſidente,ac ſuffragia ſingulorum, quæ libere quisque dare poterat, requirente, ſententia illa diſtinctis ac diſertis verbis univerſis Synodi Patribus prælegebatur: quorum ſuffragiis acceptis, omniumque ſententia atque judicio ad illam accedentibus, ſtatim proceſſum eſt ad ſacrum ſolenne: quo peracto,publicatio facta eſt,è papyro,in verba,quæ ſequuntur:

Reverendiſſimus Dominus noſter, Archiepiſcopus Colonienſis, Princeps Elector &c. cupiens pro Paſtorali ſuo officio Clerum & Plebem ſecundum Reformationem à Cæſarea Majeſtate præſcriptam,& ab univerſis Eccleſiaſticis Imperii ſtatibus receptam, dirigere atque inſtituere, primum omnium ipſam in Synodo præſente publicavit. Deinde à Præſentis Synodi Ordinibus omnibus inquirendum duxit de eis qui parerent, ac vitam ſuam, ſecundum ipſum componere ſtatuerent, & qui ſecus facerent.

In qua inquiſitione & examine ſuorum Prælatorum, Abbatum, Decanorum, ſtatuumque Eccleſiaſticorum hic præſentium,explorata ipſi facta eſt & comperta præſentium omnium obedientia,qui ſe polliciti ſunt huc omnes vires & ſtudia ſua convertere velle, quo & ipſi eam obſervent, & ſubditis ſuis obſervatam tradant atq; committant: quod clementer & cum gratia ab eis ſua Reverendiſſima gratia accepit.

Percepit quoque abſentium eorum, qui repugnant & Reformationi parere detrectant, obedientiam atque rebellionem.Cui occurrere & mederi ſtatuit, partim Canonicarum pœna-

rum severitate, partim in visitatione, aut aliis opportunis remediis, pro hujus Synodi Judicio, atque sententia.

Et inprimis, quod ordines quidam indicarunt, quosdam esse Pastores, Sacerdotes, & Laicos, qui ordinate viverent contra prædictæ Reformationis præscriptum, à quibus tamen admonitis de emendatione, nondum retulissent responsum: percepit & mandat Reverendissimus Dominus noster, cum præsenti Synodo, ut hi diligenter de eorum proposito in proximis eorum Capitulis inquirant, eorumque responsionem Reverendissimæ suæ gratiæ denuncient, quo possit de ipsis, secundum sacros Canones & Reformationem præsentem, judicare atque statuere.

Quod verò simùl accepit, quosdam esse Pastores & Sacerdotes inobedientes, qui Reformationi prædictæ & ordinariæ suæ potestati subjacere ac parere plane recusarent, decrevit sua Reverendissima Gratia una cum præsenti Synodo, ut contra ejuscemodi rebelles & inobedientes primum procederet Reverendissimæ suæ Gratiæ Fiscalis, eosque ad parendum via Juris compelleret: quod si non obtineret, statuit idem Dominus Reverendissimus se agere velle cum Principibus & Magistratibus, quorum præsidio niterentur, secundum clausulam Reformationis quæ ita habet, sub Titulo de disciplina populi; Principes seculares & Magistratus civiles non patrocinentur eis, qui in Clero & populo reformari detrectant, sed Episcopis & Prælatis Ecclesiæ sint auxilio, eorumque Decreta fideliter exequantur, & ordinem præscriptum cogant observare.

Jurisdictionem quoque & libertatem ac immunitatem Ecclesiasticam, imperatorum legibus & sacris Canonibus, Episcopis & Clero tributam ac firmatam, tueantur, ipsisq; conservet.

Decrevitque omnino sua Reverendissima Gratia, non desistere, etiamsi ad Cæsaream Majestatem res sit deferenda, donec ejuscemodi rebelles ad obedientiam & emendationem perducantur.

De Apostatis verò, profugis, Monachis & Monialibus, quos votorum & Religionis suæ immemores accepit Reverendissima sua Gratia cum Synodo, extra Prælatorum & Superiorum suorum obedientiam passim in Diœcesi & Provincia sua vagari & se continere, alicubi etiam sub Magistratuum secularium defensione: sancivit & ordinavit Reverendissima sua Gratia cum præsenti Synodo, secundum formã sequentem: De Monachis & Monachabus suam professionem sub quocunque prætextu desserentibus.

Adolphus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Westphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. Universis & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Canonicis, Plebanis, aliarumque Ecclesiarum, Collegiatarum & Parochialium Monasteriorum, Conventuum utriusque Sexus, Ecclesiastici status, Capellanis, Altarium Rectoribus, Vicariis, Presbyteris, & Clericis Civitatis & Diœcesis nostræ Colonienſis salutem in Domino Sempiternam.

Cum nihil æque deceat hanc sacram Synodum procurare, quam ut suæ quisque vocationi ac professioni satisfaciat, id quod & Cæs. Majestatis Reformatio exigit, & Religionis jam propemodum per insolentes ac professionis suæ desertores confusæ ac perturbatæ restitutio postulat: Hinc decernimus, mandamus, ac præcipimus, ne quis hac Monachos, vel Monachas fugitivos & extra superiorum obedientiam vagantes, recipere, fovere, aut ad sacramenta, vel Ecclesiastica ministeria admittere ausit, sub excommunicationis pœna, qua & sacri Canones feriunt omnes eos qui hujusmodi fugitivis, Apostatis atque excommunicatis communicant. Eos verò, qui sub dispensationum Apostolicarum prætextu extra monasteria sua degunt, volumus ut dispensationes suas, quas plerumque subreptitiè vel allegatione causarum falsarum impetrant, nobis exhibeant examinandas & vocatis eorum superioribus, ac quorum intererit, discutiendas. Datum in Civitate nostra Colonienſi, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, die secunda mensis Octobris. Insuper decrevit eos omnes nominatim persequendos committere suo fiscali, donec resipiscant & ad obedientiam reducantur.

De Monachis verò & Sanctimonialibus & Sacerdotibus, qui jam Conjugia inierunt, & in connubio incestuoso perseverant, statuit & decrevit Reverendissima sua Gratia, una cum præsenti Synodo, secundum formam quæ hic sequitur.

Adolphus, Dei Gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, S. Rom. Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Westphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. Universis & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis Decanis, Canonicis, Plebanis, aliarumq; Ecclesiarum Collegiatar. & Parochialium, Monasteriorum, Conventuum utriusq; sexus Ecclesiastici status, Capellanis, Altarium Rectoribus, Vicariis, Presbyteris & Clericis Civitatis & Diœcesis nostræ Colonienſis, salutẽ in Domino sempiternam. Volentes tranquillitati S. Ecclesiæ consulere, & errorem, unde gravissimæ perturbationes, non in Ecclesiasticis modo rebus, verum etiam in Civilibus oriri possent, penitus tollere, juxta sanctorum Patrum Decreta, sacros Canones & Leges, una cum hac sancta Synodo matura deliberatione præhabita, decernimus, & declaramus, prophanas, illicitas, & nusquam tolerandas esse nuptias, quas vel Monachi, vel Moniales, Religionem aliquam solenni voto professi, vel Sacerdotes post hunc gradum, contraxerunt prolesque inde susceptas, illegitimas esse, nec aliter quam spurios & nothos habendas: ac proinde hæreditario nomine parentibus suis neque in mobilibus, neque in immobilibus succedere posse, aut debere. Quæ non nova aut recens est sanctio, sed pervetusta, semper in Ecclesiam recepta, Imperatorumque legibus & sacrorum Canonum authoritate firmata ac usu longævo probata. Datum in civitate nostra Colonienſi, Anno Domini millesimo, quingentesimo quadragesimo octavo, die secunda mensis Octobris.

Quo verò tales ad resipiscentiam & dignam satisfactionem reducantur, statuit Reverendissima sua gratia committere suo Fiscali, ut eos, ubicunque locorum agant intra Diœcesis suæ fines coram inquisitoribus, vel Judicibus ordinariis persequatur.

Cum eis verò, qui resipiscentia ducti, sponte redeunt ad Ecclesiam, Reverendissima sua gratia pollicetur misericorditer & clementer se acturam.

Ad eundem omnino modum statuit Reverendissimus Dominus noster una cum præsenti synodo agere & procedere velle per suum fiscalem & inquisitores, contra Sacerdotes, Clericos & Laicos de hæresi & schismate suspectos, aut sortilegia, vel divinationes & similia, divina lege graviter prohibita, exercentes: præcipitq; ac mandat Decanis & Pastoribus, in quorum territorio vel Pastoratu se continent, ut eos præcipiant populo vitandos, ne plebs inde contagionem accipiat.

Sunt & alia pleraque vitia Reverendiss. Domino nostro & præsenti Synodo exposita, de quibusdam non bene præsidentibus Pastoribus, aut intrusis, concubinariis, ac Tyrannis, qui per vim & judicia injusta opprimunt, Clerum, immunitatesque Ecclesiasticas, populum, viduas & orphanos. De sacrilegiis item, homicidiis, adulteriis, & vitiis similibus, quæ quoniam non ad omnes pertinent, statuit Reverendissimus Dominus noster una cum Synodo, in Visitatione, per se vel suos Visitatores exactius ac diligenter investigare, & juxta Canones & Reformationem præsentem, corrigere & emendare.

Porro quod Decani & Pastores quidam petiverunt declarationem & moderationem mandati, per Reverendissimum Dominum nostrum contra concubinarios Sacerdotes & concubinas editi, quas sua Reverendissima Gratia, cupiens Reformationem Cæsareæ Majestatis exequi, mandaverat ejicere extra ipsam Parochiam: deliberatione cum Synodo habita, consideratoque Parochiarum quarundam amplitudine, aliarum vero angustia, declarat Reverendissimus Dominus noster cum Synodo, ejiciendas è vicinia concubinas, ita ut commerciis non detur occasio, & suspiciones omnes vitentur.

Quod item petiverunt Decani & Pastores quidam, quomodo se habere debeant in administratione Sacramenti Evchariſtiæ, quod quidam peterent, tanquam in Reformatione à Cæsarea Majestate proposita permissum, quibuslibet sub utraque specie sibi exhiberi, declarat & exponit idem Reverendissimus Dominus noster cum præsenti Synodo, ejusmodi Reformationem duplicis speciei Laicis Catholicis minime permisisse, sed expresse & disertis verbis à Catholicis Statibus & eorum subditis exigere, ne quid in Sacramentorum administratione, præter Ecclesiæ consuetudinem immutent, aut immutari in suis ditionibus ullo pacto permittant. Cui ordinationi vult Reverendissimus Dominus noster, tanquam Archiepiscopus & Princeps per Dei gratiam Catholicus, fideliter & obedienter per omnia obtemperare: Omnibusque sibi subjectis præcipit & mandat cum tota Synodo, ut usque ad Generalis Concilii definitionem, eidem obtemperent.

Cæterum propter quosdam, qui metu potentiorum forte deterriti, non ausi fuerunt negocia & gravamina ipsis cognita ad Synodum palam referre, ordinat & statuit Reverendissimus Dominus noster suum Comissarium in hac parte, memoratum D. Joannem, Episcopum Cyrenensem, suum Vicarium in Pontificalibus, quem possint secreto ac liberè adire, & ea omnia tuto exponere, quo Reverendissimus D. noster, informatus, possit ejusmodi negociis & gravaminibus remedium ac medelam adhibere.

Præterea ubi Reverendissimæ suæ gratiæ non erit commodum personaliter visitare, designat & ordinat præcipuum Visitatorem eundem Dominum Episcopum Cyrenensem, cui pro temporum, locorum & causarum ratione ac dispositione, plures idoneos Visitatores ac Cooperarios adjunget: eosdemque in patentibus suis literis, quas eisdem dabit, significabit.

Cæterum si quæ occurrant Visitatoribus de-

putandis, aut etiam Reverendiſſimi Domini Fiſcali & Commiſſariis, quæ in præſens emendationem facilem non admittant, ejuscemodi omnia decretum eſt reſervare, ac rejicere in futuram Synodum ſuam Provincialem, quæ feria ſecunda poſt dominicam Invocavit, favente & propitio Deo celebrabitur.

Pœnitentiarios vero ſeu confeſſores vult Reverendiſſimus Dominus noſter ſuo opportuno tempore ordinare. Actum concluſum & pronunciatum in publico Synodi conventu, Coloniæ, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo quadrageſimo octavo, die 4. Octobris.

Sententia per Secretarium è ſuggeſtu recitata, ſtatim cantarunt: Te Deum laudamus, & Antiphonam: Da pacem Domine. Quibus Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus ſubmiſit collectam & Synodum omnem cum Archiepiſcopali Benedictione dimiſit.

Mandatum de Supplicationibus pro reformatione Eccleſiæ faciendis.

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. Univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Canonicis, Plebanis aliarumque Eccleſiarum Collegiatarum & Parochialium, Monaſteriorum, Conventuum utriusque Sexus Eccleſiaſtici Status, Capellanis, Altarium Rectoribus, Vicariis, Presbyteris & Clericis Civitatis & Diœceſis noſtræ Colonienſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quando vertimus oculos noſtros ad ſuperiores annos, omni diſſenſione plenos, qua Regna cum Regnis, Principes cum principibus, oppida cum oppidis, cives cum civibus inteſtino bello concertabant, atque varia hæreticorum verſutia obnoxios, qua firmi in fide fatigabantur, infirmi capiebantur, latenti ſane & attroci proſecutione non martyres Chriſto, ſed apoſtatas multiplicante, non poſſumus ſatis vobis exponere, atque verbis explicare, quantas arbitremur & velimus Domino Deo optimo maximo agendas eſſe gratiarum Actiones, quantasque eidem debeamus pro ingenti ſuo inſperatoque beneficio: qui infinita ſua Miſericordia, & inenarrabili clementia, ita noxias diſſenſiones è medio ſuſtulit, ita impoſturas hæreticorum & ſectariorum ſuæ Eccleſiæ Catholicæ manifeſtavit, ut modo ad eam venerimus pacem & concordiam, ſine qua neque in hac Diœceſi noſtra vobiscum & cum ſuffraganeis noſtris, atque in aliis Paræciis Epiſcopalibus, de fidei negociis, de corrigendis emendandisque moribus, in commune conſulere licuiſſet. Quod nunc per totam Germaniam feliciter fieri, haud obſcure intelligitis, atque animadvertetis. Accepta quidem hæc merito ferimus Dei omnipotentis bonitati, & Miſericordiæ, gratoque animo commemoramus. Veruntamen iſtud non minus meditari, perpendique, niſi prorſus Domino Deo ingrati eſſe velimus, operæ precium eſt, quod ad removenda flagella iſta, noſtris peccatis & criminibus injuſte inflicta, pientiſſimum Principem & invictiſſimum Imperatorem, Carolum quintum Dominum noſtrum Clementiſſimum, ſingulari victoria decoravit, admirabilique exaltavit triumpho: quando ejus Catholica Majeſtas Imperio Romano rebelles in ordinem coëgit, quando præfractos ſubjugavit, cunctatione querens communem pacem, non ullo modo ſanguinem ſitiens confligendo. Quæ profecto Heroica divinaque virtus eſt, rebus mortalium, ubi afflictæ turbatæque ſunt, conciliandis pacandisque celitus conceſſa.

Porro ſi toti corpori Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod eſt Eccleſia, recte erit conſultum, ut ſit in unitate Spiritus & vinculo pacis, ad quod ſervandum Divus Paulus nos vult eſſe ſolicitos, ne qua membra ſuo deſint officio, opus erit & œcumenico Concilio, multis annis expectato, jam dudum apud Tridentum aperto, attamen ſine fine hærente, & nondum abſoluto, licet multo aliter pii Viri & Eccleſiæ amatores habuerint in votis. Quare precibus & obſecrationibus jugiter eſt interpellandus Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ſpiritu ſuo ſancto impartito, eum habeat Synodus noſtra cum aliis Epiſcopalibus & Provincialibus ſucceſſum, eum Reformatio, ſecundum quam vos vivere, moresque componere decebit, adferat fructum, quo ex Synodo Epiſcopali ad Provincialem à Provinciali ad œcumenicam in Spiritu ſancto concorditer finiendam, inſtructiores paratioresque veniamus.

Hisce de cauſis, omnibus & ſingulis vobis mandamus, ut in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis & Conventibus, tribus diebus Dominicis & Feſtis interim occurrentibus, harum literarum publicationem immediate ſequentibus populum vobis ſubjectum in Concionibus admoneatis & hortemini, ad dicendas Gratiarum Actiones pro accepta pace, pro Cæſareæ Majeſtatis victoria, & ad precandum pro vera totius Eccleſiæ imprimis autem miniſtrorum ejus, fructuoſa emendatione, & œcumenici Concilii ſalubris conſumatio: qua cum aliæ Nationes, tum præcipuè Germanica opus habebit, ad

ad diſſenſionum & hæreſum reliquias plane exterminandas.

Cæterum, quo preces populi in miniſterio veſtro, Deo omnipotenti cumulatius offerre poſſitis: præcipimus, iisdem diebus Dominicis & Feſtis, in ſacræ Miſſæ Officio decantari Collectas modo ſequenti: Primam Diei, quæ alioqui ſervata fuiſſet: Secundam pro concordia: Deus largitor pacis: tertiam, pro omni gradu Eccleſiæ: Exaudi quæſumus Domine: quartam, pro Imperatoria Majeſtate: Deus Regnator omnium: Ultimam, de ſanctis: à cunctis nos Domine quæſumus. Fiduciam etenim hanc habemus erga Deum, qui nos à diſſidiis liberavit, quod impoſterum ab omnibus hoſtibus & periculis ſit erepturus, adjuvantibus Deiparæ virginis Mariæ, aliorumque ſanctorum, & piorum hominum precibus. Quæ diligenter exequendo, noſtram perficietis voluntatem, & rem toti Chriſtianæ communitati neceſſariam. In fidem & teſtimonium præmiſſorum, ſigillum noſtrum hisce literis eſt impreſſum.

Datum in Civitate noſtra Colonienſi, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo, die prima menſis Octobris.

CCXXIIX.

Ejusdem Statuta und Decreta Synodalia, wie ſolche auff den Fuß des Interims im Jahr 1549. verfertiget und publiciret worden.

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, S. Rom. Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. Univerſis ad quos legationes pro Domino ſungimur, gratia & pax à Deo, qui dives eſt in miſericordia, & prope adeſt omnibus invocantibus eum in veritate.

Qui poſtquam nos, licet indignos, S. Colonienſis Eccleſiæ ac provinciæ, procelloſa tempeſtate graviter jactatæ atquè afflictæ gubernaculis admovit, huc continuo animum omneque ſtudium noſtrum ſua inſpiratione convertit, quo diœceſin illam ab hæreſeon inundatione, quæ pravorum hominum ſtudiis jam plus nimio invaluerant, repurgare, ſchiſmataque, quibus miſere, atquè adeo, ut in ea jam actum de fide catholica potuerit videri, diſcerpebatur, tollere, & oves nobis creditas in unum ovile Chriſto colligere, pro virili adniteremur. Eaque de cauſa inprimis lupos, pro boni paſtoris officio, ab ovili dominico abigere, & omnis mali originem, concionatores ſectarios, pernicioſos illos hominum ſeductores, ditione noſtra protinus, quanquam non ſine difficultate, ejicere ſategimus, ſubſtituris catholicis & incorruptis verbi Dei concionatoribus in eorum locum. Qua ratione plurimum quidem profecimus. Etenim progreſſum hujus cancri hoc impetu ſumus remorati, & catholicis aperuimus feneſtram rurſus reſpirandi. Non tamen hæ ſcopæ purgamentis iſtis ſufficiebant penitus evertendis: jam enim hæreſeos malum altius, quæ eſt ejus natura, fixerat radices, quam ut potuerit una falce ſemel demeti: ac hærebat in mentibus ac penetralibus hominum, undè nequè vi extrahi, nequè perſuaſione ſuffodi, aut ſenſim ratione tanquam cauterio pungi atquè curari ſe pateretur.

Durabant quoquè abuſus & mores corrupti, quibus eccleſiaſtici ordinis pars maxima dedita, infirmis erat offendiculo, & ut male de religione laici ſentirent, cauſa: ut vere quadraret in eos quod in Evangelio Dominus adicit: Væ vobis legisperitis, qui tuliſtis clavem ſcientiæ, & ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.

Plurimum autem nobis erat fiduciæ in Concilio Tridentino, quod feliciter inchoatum, ac ſeſſionibus aliquot habitis, celebre jam factum, acceſſu omnium imperii ordinum, qui ſe reverenter ei ſummiſerant, potentiſſimum ac ſaluberrimum fore credebatur, cujus progreſſu ſperabamus nanciſci opem & vires juſtas, quæ erroribus iſtis & vitiis radicitus extirpandis ſufficerent, ejusquè auctoritate, quæ apud omnes maxima eſt, ſublatum iri, non in noſtra modo diœceſi & provincia, verum etiam toto orbe Chriſtiano, quidquid uſpiam irrepſit malorum, & Eccleſiam Chriſti priſtinum ſuum nitorem, concordia atquè unitate redintegrata, recuperaturam.

Quæ ſpes cum in expectata contentione inter patres de transferenda concilii ſede ſuſcitata, nobis pene eriperetur, atque in longum tempus extraheretur, non ſine metu graviorum perturbationum in republica Chriſtiana, & omnibus nobis, hoc eſt, eccleſiaſtici ordinis ſtatibus, conſternatis, atquè in meru conſtitutis, adfuit ejus, qui conatibus religioſis & piis nunquam deeſt, Dei, à quo eſt omne bonum, conſolatio. Enim vero miſericordiarum Pater Deus, qui nuper dedit fortiſſimo, invictiſſimo, feliciſſimoquè religionis orthodoxæ propugnatori Carolo Imperatori noſtro de Cœlo victoriam, ut hoſtium validiſſimorum vires & conſilia, non tam viribus, quam conſiliis melio-

melioribus frangeret, & Imperio ſuo, non multo fuſo ſangvine, cogeret parere: cuiquè quod mirandum magis eſt, dedit victoria parta modeſte ac clementer uti, ut rebelles filios caſtigaſſe potius, more boni patris, quam bello petiviſſe videatur: ejus nunc animum impulit, ut ad catholicæ fidei paternarumquè traditionum reſtitutionem omnia conſilia, omniaque ſtudia ſua converteret. Hinc, quod vix quisquam mortalium ſperaſſet futurum, egit cum eis, ut proteſtatione, fœderibusquè & contentionibus poſitis, duobus tantum articulis ad concilii definitionem rejectis, doctrinam catholicam, traditiones & ceremonias, concionatorum bona parte, unde pendere ſolebant, reclamante, receperint. Quos cum Deo & Eccleſiæ, quantum in ſe erit Imperator piiſſimus lucrifeciſſet, atquè in plenioris unionis ac concordiæ ſpem adduxiſſet: neceſſe erat, ut firmioris illius ac ſolidæ ſpei offendicula quoquè tollerentur.

Quamobrem animum appulit & ad Cleri corruptos mores reformandos, quo beneſactis ſuis obmuteſcere faceret, ut Apoſtolus Petrus ait, imprudentium hominum ignorantiam, & qui carpere Clerum tanquam maleſactores ſolebant, conſpectis bonis eorum operibus glorificent Deum in die viſitationis. Deditquè negotium quibusdam Theologis piis, eruditis, & Deum timentibus, qui formulam quampiam, ad quam reformatio cleri videretur inſtituenda, juxta ſacræ ſcripturæ normam, antiquos Patrum Canones, & rectæ rationis judicium, conciperent. Hanc Cæſar acceptam tradidit univerſis eccleſiaſtici ordinis ſtatibus diligenter expendendam, qui annotarent, dicerentquè, quid qua ratione repudiandum ſibi putarunt, quidquè recipiendum. Multis igitur conſultationibus ac deliberationibus privatim & communiter habitis, quibusdam in formula expunctis, aliis mutatis vel additis, tandem communi conſenſu eam probarunt, Cæſareæquè Majeſtati, ut ſe reformarent, inſtanti, polliciti ſunt, ſeſe ipſos, ſuosquè ſubditos, ad illam velle componere ac reformare, ſalva ſummi Pontificis auctoritate, quæ ut eis in articulis quibusdam accederet, neceſſarium arbitrabantur: id quod in præfatione, quam Cæſarea Majeſtas formulæ huic præfixit, clarius eſt videre. Nos itaque conſiderantes noſtri muneris etiam alias eſſe, ut vig lemus ſuper gregem noſtrum, ut infirmum conſolidemus, agrotum ſanemus, confractum alligemus, abjectum reducamus, & perd tas oves quæramus, niſi velimus æternæ maledictionis illud væ, quod apud Ezechielem Dominus Paſtoribus malis & negligentibus comminatur certiſſimo judicio incurrere, tam præclaram rerum bene & ſancte gerendarum occaſionem, nequaquam duximus negligendam.

Proindè ad diœceſin & provinciam noſtram reverſi, primo omnium indiximus Clero noſtro Synodum Diœceſanam, quam & ad eum modum, quem reformationis formula præſcribit, propitio Deo celebravimus, in qua publicatam & ab univerſis Imperii ſtatibus eccleſiaſticis comprobatam, receptamquè reformationem, clero noſtro injunximus ſervandam. Transmiſimus quoquè eam ad reverendos comprovinciales Epiſcopos, noſtros ſuffraganeos & fratres, ſimiliter in eorum diœceſibus publicandam, & Clero injungendam: quod ipſos ſedulo curaſſe, ex geſtis & ſtatutis Synodorum, quas ipſi quoquè celebrarunt, nobis oblatis, & legatorum eorum fida relatione cognovimus.

Verum negotium iſtud majus erat, quam ut puteretur ſe unico impulſu moveri, & morbus inveteratus levi medicamini non cedit: unde hac ratione vix quidquam aliud promotum eſt, quam ut ſciret quisque, quod alioqui nemo ignorabat, quomodo ſibi vivendum eſſet pie & canonice. Contingit enim fere mortalibus, quod poëta quidam ait: video meliora, proboquè, deteriora ſequor. Undè & illa Apoſtoli Pauli confeſſio de lege mentis & membrorum: Etenim cum legi Dei condelectemur, ſecundum interiorem hominem, & eam bonam ac ſanctam eſſe confiteamur, eſt tamen in nobis torpor quidam membrorum, Spiritui ac menti repugnans, ut non perficiamus, quæ volumus.

Proinde non erat nobis hic quieſcendũ, quaſi jam ſatisfecerimus: ſed ulterius de modo erat cogitandum, quoad efficacem reformationis executionem poſſemus pertingere. Siquidem inutilis eſt, quantumvis bona, eccleſiaſtici ordinis inſtituta reformatio, quam nemo exequatur: quemadmodum & lex bona, contra quam liceat cuilibet impune peccare, jacet inutilis. Multi ſunt antiquorum patrum canones ſaluberrimi; at quæ eſt illorum utilitas, quos pauci norunt, pauciores ſervant? Quamobrem veſtigiis majorum noſtrorum inſiſtentes, qui in rebus magnis cogere ſolebant comprovincialium Epiſcopor. convent9, reverendis comprovincialibus Epiſcopis, Confratrib9 noſtris, totiq; Clero noſtro, indixim9 concilium provinciale, in quo de rebus ad efficacem & durabilem reformationis executionem conſtituendam pertinentibus ac neceſſariis, communibus conſiliis tractaretur ac ſtatueretur. Qui cum ipſi ad conſtitutum unde-

undecimum Martii diem, concilii locum, ob adverſam valetudinem, adire non potuiſſent, miſere ſummæ auctoritatis in Clero ſuo & præſtantis eruditionis legatos, qui eorum loco & nomine concilio intereſſent, & de rebus tractandis, nobiscum agerent, tractarent, ac conſulerent in commune.

Multis itaque deliberationibus ac conſultationibus cum capitulo noſtro, & legatis illis ac Clero noſtro, a jam dicta undecima Martii die, ad ſextam usque Aprilis, quotidie habitis, tandem apparuit, propterea quod rigor antiquorum Canonum ſtatim revocari in uſum absque motu graviori hac tempeſtate non poſſit, ad media quædam, ſacris tamen Canonibus conſentanea, quibus Clerus & populus ad pleniorem reformationem ſenſim perduceretur, eſſe confugiendum: viſaque nobis ſunt plurimi momenti ad durabilem & efficacem reformationis executionem comparandam allatura media ſex, nempe:

1. Inſtaurationem ſtudiorum, potiſſimum ſacrorum.
2. Examen ordinandorum, ad miniſteria vel prælaturas inſtituendorum.
3. Officiorum ſeu munerum ſuſceptorum ſedulam perfunctionem.
4. Viſitationem Archi-epiſcopalem, epiſcopalem, Archi-diaconalem, & eorum quibus hoc incumbit.
5. Synodorum frequentem celebrationem.
6. Jurisdictionis eccleſiaſticæ jam propemodum collapſæ, & abuſu depravatæ, reſtitutionem.

De medio primo.

Primum quidem inſtaurationem ſtudiorum, quoad ea, quæ reformatio & Eccleſiæ neceſſitas exigit, nemo præſtiterit melius quam ſcripturarum ſacrarum, canonum & munerum eccleſiaſticorum peritus. Sive enim regere Eccleſias, & docere populum, ſive hæreticos convincere, & ſcripturarum aperire myſteria ſive Sacramenta conficere, eaque adminiſtrare, ſive examinare ex ordine Eccleſiæ miniſtros, ſive viſitare diœceſes, aut Synodos celebrare, vel judicia eccleſiaſtica exercere oporteat, ſcientia opus eſt: alioqui, ut inquit in Evangelio Chriſtus: Si cœcus cœco ducatum præſtet, ambo in foveam cadant. Quo etiam modo Iſaias indoctos Eccleſiæ prælatos, cæcos & mutos appellat: Speculatores ejus, inquit, cœci, neſcierunt univerſi, canes multi, non valentes latrare. Non valentes, inquit, etiamſi cupiant, latrare, hoc eſt, officia ſua exequi; & ſubdit: videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia ſua: Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem, ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam: propter ea omnes in viam ſuam, declinaverunt, unusquisque ad avaritiam ſuam usque ad noviſſimum, dicentes: venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius. Quibus verbis propheta ſignificat, non poſtremam vitiorum in populo Dei cauſam eſſe ignorantiam paſtorum. Etiam magna religionis orthodoxæ jactura Chriſtianæque reipublicæ irrecuperabili fraude, experti per hanc tot hæreſeon & ſeditionum tempeſtatem ſumus, quantum Eccleſiæ Chriſti perniciem afferat prælatorum & Cleri ignorantia, quibus ſcripturas divinas negligentibus, ſutores, textores, calcearii, & id genus opifices, nemine prohibente, quidlibet impune pro Evangelio docentes, irrepſere, & mira audacia etiam munera eccleſiaſtica invaſere: unde teterrima hæreſeon monſtra ſuppullularunt, & ſacra profanis, ſuperis infera miſcuerunt & confuderunt.

Nec hoc modo, quin etiam ſtudiorum ſacrorum neglectus in cauſa eſt, cur tam innumeræ, eædemque locupletes Eccleſiæ per Germaniam miniſtris idoneis ac poſſeſſoribus careant, etiam nunc cum reſtituuntur: neque enim deſunt bene mereri de Eccleſiis cupientes, ſed potentes deſunt & idonei, nempe literarum periti, qui eccleſiaſticis muneribus perfungi queant, earumque hoc nomine poſſidere bona. Neque enim ad Eccleſiarum munera & bona proſiliunt catholici, ſicut hæretici, aut bonorum eccleſiaſticorum occupatores ſacrilegi.

Percipitur autem ſcientia, ad Eccleſiæ ædificationem neceſſaria, in Scholis potiſſimum Theologorum, quas conſtat eſſe propria quædam ſeminaria miniſtrorum & prælatorum Eccleſiæ. Quibus florentibus, floret Eccleſia doctoribus & miniſtris: neglectis & contemptis, Eccleſia quoque miniſtris idoneis deſtituitur. Neque enim ut olim in die pentecoſtes repentino Spiritus Sancti afflatu, aut velut fungi calore ſolis exciti, prodeunt nobis paſſim Theologi ſubito, ſed exercitiis longis, ejusdem tamen Spiritus unctione, formantur in Scholis.

Qvibus rationibus (cum ſtabilem reformationis executionem meditaremur) permoti, noſtrarum eſſe partium putavimus, ut Scholas theologicas apud univerſitates, collegia & monaſteria magna cura, cum primis concilii hujus auctoritate inſtauraremus: Nec has modo, verum etiam ludos triviales & pædagogia, unde non parum malorum per hanc tempeſtatem in Eccleſiam defluxit, repurgaremus. Quapropter habita cum capitulo noſtro, & reverendorum comprovincialium Epiſcoporum legatis, ac Synodalibus hujus concilii patribus, matura

deliberatione, conſentientibus & adſtipulantibus eis omnibus, de ſtudiorum inſtauratione ſtatuimus & ordinavimus in modem ſequentem.

Quod ad inſtituendam juventutem non ſint admittendi, niſi de fide, moribus, & inſtitutione ſua prius examinati.

I. Percepimus ſectarios quosdam concionatores a nuperrimis comitiis, cathedris, quas invaſerant, deturbatos, incertisque ſedibus vagantes nunc magiſteriis inhiare Scholarum, & operam ſuam inſtituendæ juventuti paſſim venditare, ut quibus non datur amplius graſſari publice, & venena ſua e cathedra ſpargere, teneræ ea juventuti inſtillent, quo cuniculis talibus Eccleſiam Chriſti ſuffodiant, quippe quod e juventute, qui olim regant Eccleſias, & gubernationi admoveantur rerum publicarum, videntur fore potiſſimum ii, qui nunc dant operam literis. Quibus corruptis durabit hoc malum multo tempore, atque in multos transfundetur, ut verendum ſit, ne ſi admittantur qualescunque in ludis literariis Præceptores, gravem inde atque indelebilem accipiat Respublica Chriſtiana corruptionem. Idcirco nos, quibus non minor adhibenda eſt cura, ne inſtituant illi male juventutem in triviis, quam ne populum e ſuggeſtis corrumpant, communi omnium conſenſu ſtatuimus & ordinavimus, neminem præceptioni trivialium ſtudiorum admittendum eſſe, niſi qui ſit de fide & religione ſua, de vita item & moribus, probe examinatus, & conſtiterit, ubinam gentium & apud quos ſit ipſe inſtitutus. Neque enim parvi retulerit, a catholico an a ſchiſmatico ſit inſtitutus, qui juventutem docturus eſt. Pertinebit autem examen præcipue ad ordinarium, qui ordinet per diœceſin Viros idoneos, quibus hoc negotii committat. Nec abs re fuerit, ſi examinentur quoque in civitatibus a prælatis & Rectoribus Eccleſiarum, qui Scholæ præſunt: ruri autem a paſtoribus & decanis ruralibus idoneis & eruditis. Viſitatores vero de facto examine inquirant: & ſi contra hanc formam ſint aliqui admiſſi, rejiciantur, præcipimusque, & mandamus Magiſtratibus, ædilibus & proviſoribus, qui ſcholas ſuis impenſis erexerunt ne propterea examen hujusmodi quovis modo impediant, alioqui cenſura eccleſiaſtica & aliis remediis opportunis coërcendis.

Quæ artes in triviis, & quid in Gymnaſiis ſtudiorum ſeu univerſitatibus doceri debeat.

II. Paſſim ludimagiſtri ingenia juventutis, quæ primis literarum rudimentis & artibus minoribus expolienda ſuſceperant, depravant, præpoſtera docendi ratione quidlibet, ad eruditionis ſuæ oſtentationem, quibuslibet promittentes: & cum encyclopædiam quandam omnium diſciplinarum, velut in ſumma comprehenſam juvenibus polliceantur, non absque aliorum profeſſorum elevatione, nihil tradunt abſolutum atque perfectum. Qua re ingeniis eorum imponunt, qui tali accepto præguſtu, continuo ſe abunde omnia tenere confidunt, ſtudiaque graviora faſtidiunt, & nunquam perveniunt ad frugem maturam: ex quibus officinis prodeunt nobis imperiti medici, hominum temerarii interemptores, & jurisperiti omnia perturbantes, novarumq; religionum auctores glorioſi theologaſtri, qui magna ſtoliditate non verentur velut e tripode Apollinis, de dogmatibus eccleſiaſticis & religionis veritate pronunciare atque ſtatuere, cum ſolidi nihil fere de eis ſint aſſecuti. Intereſt autem Eccleſiæ, quomodo Sacerdos, quem populus velut Ducem ſequitur, & a cujus ore, ut in Malachia dicitur, legem Dei requirit, ſit inſtitutus. Siquidem quantum ex Eccleſiarum Rectoribus, bene ac gradatim divinis literis imbutis, boni, tantum a non recte inſtitutis mali ſolet Eccleſiæ plerumque evenire. Quemadmodum & in republica de Medicis & jurisperitis res habet. Ea de cauſa triviis modum eſſe dandum cenſuimus, intra quem ſe contineant: ſtatuimusque, ut in trivialibus non niſi grammatica, poetica, Rhetorica, dialectica, Arithmetica, & quæ hujus generis ſunt triviales & liberales artes: Dominicis vero & feſtis diebus, literalis Evangeliorum & Epiſtolarum, hymnorum, pſalmorum, parabolarum Salomonis, & ejuscemodi ſacrorum librorum expoſitio, pro ætatis illius & ingenii captu tradatur. Quanquam dialectica etiam requirit uſum diſputandi, quali exercentur ſtudioſi in Gymnaſiis, ſine quo ars ipſa otioſa eſt. Poterunt & lingvarum rudimenta in trivialibus doceri. Ceterum exacta atque abſoluta artium & lingvarum cognitio ratioque & reliqua philoſophia, phyſica item & ars medica, jurisprudentia, & Theologia ſeu ſcriptura ſacra, non niſi in probatis Academiis, & catholicis univerſalium ſtudiorum ſcholis expectentur, doceantur, ac tradantur: niſi quod Theologia etiam in monaſteriis opulentioribus & Collegiis Canonicorum juxta reformationis formulam debeat doceri.

Quos auctores juventuti prælegere, & quos vitare oporteat.

III. Intereſt quoque reipublicæ Chriſtianæ, quales auctores juventuti impietatis juxta ac pietatis capaci, prælegantur, ut rectiſſime reformationis formula monuerit, ne libri obſcœni, ſuſpecti, aut contagioſi, eorum, qui perfidiæ ſuæ virus, religionisque & pietatis odium teneræ juventuti

ventuti ſuis ſcriptis inſtillant, ſed tantum caſti, pii, & religioni orthodoxæ conſentientes auctores prælegantur, quod judicium cum non ſit penes omnes, ſtatuimus nullum auctorem in trivialibus ludis prælegendum, qui non ſit a decano artium vicinæ & catholicæ univerſitatis examinatus, & ad prælegendum juventuti admiſſus. Aut ſi procul diſtent ludi ab Univerſitatibus catholicis, examen & admiſſio pertinebit ad vicinæ civitatis præſtantis eruditionis prælatum, aut alium aliquem doctum Virum, cui Epiſcopus illius diœceſeos hoc muneris delegaverit. Quod vero bonis & receptis Auctoribus repudiatis, quidam gloriæ aucupandæ ſtudio, nova quotidie Grammatica comminiſcuntur, & adoleſcentium ingenia ſuis figmentis confundunt; omnino prohibendum & vetandum cenſemus. Maxime vero omnium ſub anathemate interdicimus & prohibemus lectionem eorum librorum in triviis, qui ad ſeducendam in pravas opiniones juventutem, aliud agentem & quærentem ſcripti videntur. Quales ſunt quorumdam Grammaticæ, Dialecticæ & Rhetoricæ inſtitutiones, in quibus exempla fere e pravis adverſariorum dogmatis petuntur, quo juventus incauta hæreſum & ſectarum dogmata ſimul cum artibus imbiberet. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ, in odium monaſtici inſtituti, & Ceremoniarum eccleſiaſticarum contemptum, compoſitæ atque effictæ, quarum præcipua vis eſt, animos juvenum corrumpere, & jam a teneris eos ab hujusmodi pietatis exercitiis, ac vitæ monaſticæ inſtitutis abenare. Dabimus idcirco Viros aliquot pios & doctos, qui ferant judicium ſuum de auctoribus, quos juventuti potiſſimum prælegere conveniat, eosque comprovincialibus Epiſcopis ſignificabimus, quo in inſtituenda recte juventute eadem per univerſam provinciam ſervetur.

Qui libri parochis & Concionatoribus ſint vitandi & fugiendi.

IV. Compertum nobis eſt, ſimplices & indoctos parochos, quibus non eſt datum pura ab impuris diſcernere, obvios quosque de negotiis religionis tractantes libros emere, & eos potiſſimum, qui ſpecioſis titulis venditantur, quales ſunt conciones adverſariorum, & Commentarii eorum in ſacras ſcripturas. Quamvis autem quidam eorum ſpeciem pietatis alicubi præ ſe ferre videantur, habent tamen, quotquot ſunt, latens ſub melle venenum, unde incauti & ſe contaminant ipſos, & auditores quoque. Idcirco paterna ſollicitudine pro grege noſtro ſoliciti, ne pabulum mortis pro vitæ pabulo ei porrigatur, præcipimus omnibus fidelibus, quorum animæ curæ noſtræ a Deo commiſſæ ſunt, potiſſimum verbi Dei tractatoribus, ſub anathemate, quod alias incurrant, ut ſibi caveant, non modo ab his, quæ ex officina venerunt Lutheri, Buceri, Calvini, Oecolampadii, Bullingeri, Franciſci Lamperti, & Philippi Melanchtonis, quos conſtat omnia ſua ſcripta ad decipiendum & ſeducendum homines a vera fide edidiſſe: fugiant etiam Corvinum, Capitonem, Brentium, Pomeranum, Pellicanum, Muſculum, Sarcerium, & Chriſtophorum Hegendorphinum, Oſiandrum, Spangenbergium, Oldendorpium, Hermannum, Bonnum, Hedionem, & ejus in eccleſiaſticam hiſtoriam peſtilentiſſima ſupplementa, Chronicon Sebaſtiani Franck, & quidquid ejus eſt farinæ, donec pleniori catalogo libros contagioſos per hanc tempeſtatem editos eis indicaverimus.

De Studioſis Canonicis mittendis ad ſtudia Univerſitatum Sumptibus Collegiorum.

V. Ne quod in formula reformationis, juxta ſanctorum patrum decreta, ſalubriter inſtitutum eſt, vitio vel Collegiorum, vel adoleſcentum Canonicorum evaneſcat, decernimus & ſtatuimus, ut dent collegia uni, duobus, vel tribus, ut multus vel exiguus fuerit perſonarum numerus in Collegio, bonæ ſpei ac Studioſis adoleſcentibus, non minus quam triennii tempus, quo poſſint in ſtudio potiſſimum Theologico verſari: in quo ſi laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur, atque interim percipiant integros præbendæ ſuæ fructus, quotidianis diſtributionibus exceptis, aut ſaltem quantum ad victum & libros neceſſarios ſufficiat: niſi de competenti ſubſidio ſit olim per capitula ſtudioſis proviſum: dum tamen certis teſtimoniis ſingulis annis ad collegia mittendis conſtet, nec perverſis moribus eos deditos, nec ſtudia vana, quæ ad Eccleſiæ ædificationem non conferant, ſectari: committendum enim non eſt, ut cultui divino dedicata ſtipendia, in hujuscemodi canonicos dyſcolos erogentur. Debent tamen curare, ut ipſis abſentibus alii eorum in divinis ſuppleant vices.

De cautione, quam dare debeant mittendi ad Univerſitates.

VI. Cum formula reformationis exigat, ut juniores in Gymnaſiis alantur impenſis Collegiorum, ad hoc, quo collegia claris & doctis Viris ornentur; ut huic menti ſatisfiat, & collegia non fraudentur expectatione ſua, ſtatuimus, & communi conſenſu decernimus, ut Canonici, nondum in majoribus ordinibus conſtituti, poſcentes hoc nomine, aut fructus integros, aut decreta ſubſidia, a Collegiis, quæ pro more habent, ut de fructibus participent etiam

in minoribus conſtituti ordinibus, prius dent cautionem ſufficientem, ſe non velle ordinem & inſtitutum eccleſiaſticum deſerere, aut ſi mutato propoſito forſan reſiliant, tum ſe velle & debere fructus perceptaque ſubſidia Collegio illi integraliter ſolvere ac reſtituere.

Collegia in Univerſitate aliqua ſita, quo ſuos ſtudioſos mittere debeant.

VII. Ceterum in locis ubi Univerſitas catholica, juxta primariam inſtitutionem reformata & probata, non videtur cauſa digna eſſe, collegia magnis ſumptibus gravandi, & mittendi Studioſos foras ad Univerſitatem exteram. Proinde ſtatuimus, ut tales dent operam literis bonis in ipſa univerſitate, ubi ad mores & ſtudia ipſorum poteſt haberi reſpectus; niſi decanus & Collegium cauſam habeant, cur cenſeant eos ad exteras Univerſitates mittendos. Quod ſi fugientes diſciplinam, velint omnino non ad eam, quæ eis a ſuo decano & capitulo deſignatur, ſed ad aliam, quæ ipſimet videbitur, univerſitatem proficiſci, non tenebitur Collegium illis dare ſubſidium decretum. Ne vero canonici, Vicarii & Choriſocii Cleri noſtri Colonienſis vigiliis defunctorum, quas mane hora ſeptima perſolvere conſveverunt, a frequentatione lectionum præcipuarum impediantur, volumus, ut poſthac vigiliæ tempore pomeridiano ad horam circiter ſecundam incipiantur, ut ante preces veſpertinas compleantur.

Qui gaudere poſſint Univerſitatum privilegiis.

VIII. Ad prohibendum gravem abuſum, quo ſe quidam ad Univerſitates, non ſtudii, ſed privilegiorum gratia, conferunt, ſtatuimus & mandamus, ut nulli niſi ad ſtudia literarum idonei, & illarum præcipue gratia, ſe ad Univerſitatem conferentes, in membra ſeu ſuppoſita, atque ad uſum privilegiorum hujusmodi Univerſitatis recipiantur, aut ſuorum beneficiorum fructibus eo prætextu gaudeant: nec recepti ipſis privilegiis & beneficiorum fructibus uti ſinantur, niſi quamdiu cauſa ſtudii permanſerint, & ſpes ſit, quod ex ſtudio ſuo fructum uberiorem in Eccleſia Dei ſint parituri. Qui vero deſides & otioſi comperti fuerint, ab eorundem privilegiorum uſu & fructuum perceptione repellantur.

De Theologo, qui doceat, in collegiis alendo.

IX. Quo vero & reliqui ſive canonici, ſive Vicarii, Capellani, ſive Choriſocii, Cantores quoque, ſeu Chorales Collegiorum, quæ extra univerſitates, aut in univerſitatibus, procul a ſcholis ſita ſunt, habeant etiam occaſionem in ſacris diſcendi & proficiendi, decernimus & ſtatuimus, ut ejuscemodi collegia ſingula, aut ſi vicina ſint, invicem duo aut plura, ſimul alant Theologum aliquem docentem, vel binos, qui hanc operam inter ſe partiantur, conceſſione fructuum unius præbendæ, auctoritate apoſtolica in hunc uſum ſupprimendæ: aut ſi illa non ſufficiat, unione beneficiorum, vel Vicariarum, quæ nullam, vel non adeo neceſſariam functionem requirunt, judicio Viſitatorum epiſcopalium decernenda & conficienda: Sic tamen, ut fructus præbendæ, vel ſtipendii dividantur, ſecundum numerum lectionum: ut quando non legit, detrahatur illi etiam de fructibus portio deſtinata. Quod ſi inter ipſosmet fratres inveniatur, qui hoc docendi munus velit & poſſit obire, huic par eſt, ut diſtributiones quotidianæ, præter juſtum ſtipendium, a Choro abſenti pridie quam legat, & eo die quo legit, concedantur.

De inſtaurandis lectionibus theologicis in univerſitate Colonienſi.

X. Ut Cæſareæ Majeſtatis voluntati ſanctiſſimæ de reformandis Univerſitatis, juxta modum in formula præſcriptum, ſatisfiat, & ratio ſit, quare Collegia in Colonia non teneantur ſuos Canonicos mittere ad exteras Univerſitates, & eis abſentibus, aut integros præbendæ ſuæ fructus, aut quantum in victum & libros ſufficiat, ſuppeditare: danda eſt collegiis illis opera, ut lectiones, potiſſimum ſacræ Theologiæ, in ipſa Univerſitate vigeant, & canonici illi, qui habent præbendas, ſibi ex indulto apoſtolico cum onere legendi collatas, ſuo muneri, juxta tenorem bullæ ſummi Pontificis, unde præbendas illas conferendi auctoritas manavit, ſatisfaciant. Quamobrem monemus & hortamur eos, qui de præbendis gratiæ primæ gaudent, ut aut legant ipſi in ſua facultate, aut ſi legitimo impedimento teneantur, conducant alios idoneos Magiſtros, qui vices eorum in docendo ſuppleant. Qui ſi monitionibus noſtris paternis auſcultare noluerint, cum noſtra (ad quos pertinet bonum publicum promovere) interſit, lectiones apoſtolicæ ſedis beneficio Univerſitati debitas perſolvi, cenſuimus totius concilii nomine requirendos Univerſitatis Rectorem & proviſores, ut munere ſuo perfungantur, & eos quibus de præbendis ſeu beneficiis providerunt, requirant ad legendum & ſatisfaciendum oneri præbendæ annexo, & juxta apoſtolici privilegii tenorem, contra non parentes procedant: alioqui negligentiam eorum deferendam ad ſummum pontificem, & petendam proviſionem, qua huic caſui provideatur.

De

De altero Medio, ad conſequendam reformationis executionem neceſſario, quod eſt examen ordinandorum.

I. Deinde viſum nobis fuit, ad ſtabilem & duraturam eccleſiaſtici ordinis reformationem comparandam, neceſſarium eſſe, ut initiandi ſacris ordinibus rite examinentur. Hi vero, qui ad prælaturas & regimen animarum aſſumuntur, novo eidemque rigidiori examini ſubmittantur, propterea quod mortales omnes ſequi ſuum genium quotidie experiamur, & aſinum manere aſinum, etiamſi exuviis leonis induatur: atque ita evenire, ut cum vitiis dediti homines aſſumuntur ad dignitates & prælaturas vertant dignitates & curas, quo non oportet, vel ad avaritiam implendam, vel in ventrem ſaginandum, aut ad faſtum & pompam: quidam etiam ut in luxu & deliciis vivant. Quibus profecto rebus fit, ut plane in diverſum abeant officia & munera divinæ juſſionis, nec fere ulla ſit animarum & rerum eccleſiaſticarum cura vera, ſed imagines tantum & apparatus: nec ſeria bene inſtitutæ reformationis executio, ſed major indies morum & doctrinæ corruptela. Quamobrem in primis ſtatuimus & ordinamus, ne quis ad ſacrorum ordinum perceptionem admittatur, niſi diligenter examinatus de fide quam teneat, de affectu, quo ducatur ad petendos ordines, de ſcientia quæ ſufficiat ad ordinis, quem petit, miniſteria explenda, de moribus ordinem decentibus, & ætate legitima.

Ad quos pertineat examen.

II. Quoniam vero difficile erat, ubi ſunt magnæ Eccleſiæ & multi ordinandi, Epiſcopos, ad quos examinatio proprie pertinet, hoc negotii per ſe obire, olim ea cura in quibusdam diœceſibus in Scholaſticos Cathedralium Eccleſiarum, in aliis vero in prælatos alios relegata eſt, quibus jam examinandi jus eſt quæſitum, & majora quam ceteris Canonicis ſtipendia ab Eccleſia decreta: Verum quales nunc ſunt plerique Scholaſtici, & illi, penes quos eſt examinandi poteſtas, jura quidem ſua tuentur, nec tamen docent juventutem, nec examinant: officiumque & curas alias aliis, non multo melioribus examinatoribus interdum delegant: quo fit, ut alio in alium hanc curam transferente, aut nullæ, aut perfunctoriæ & admodum frigidæ fiant ordinandorum examinationes. Quem defectum ſupplere cupientes, & examen ad ſua principia, hoc eſt, ad Epiſcopos revocare, quibus ex lege divina incumbit, nemini cito manus imponere, matura deliberatione præhabita, declaramus, Epiſcopos non debere hujuscemodi examinationibus (quando non ignorant eas perfunctorie factas) ſtatim acquieſcere, & inquiſitionis ſpecie, quam ex reliquiis antiqui moris retinent, in altari cum rogant utrum ſint digni, juſti & ſancti, putare ſe ſatisfeciſſe, atque ita inutiles & indignos homines, nonnunquam etiam ſceleratos, ab aliis forte (quos ea cura non admodum tangit) dignos judicatos, ſacris illis ordinibus contra conſcientiam propriam inſignire. Eaque de cauſa requirimus provinciæ noſtræ Epiſcopos in Domino, ut vel ipſimet huic ſuo muneri ſatisfaciant, vel curam illam imponant Viris piis, doctis, & de Eccleſiæ profectu ſolicitis, quorum diligentia ſit eis explorata, niſi certiſſimo experimento cognoverint ſcholaſticum, vel eum, ad quem hoc pertinet, diligentiam talem, cui merito fidant, adhibuiſſe.

De Licentiatoriis ad ſuſcipiendos ordines extra diœceſin.

III. Statuimus, ut nemini poſthac (ubi digna & juſta cauſa non eſt) dentur licentiatoria ordines extra ſuam diœceſin recipiendi, niſi prius ſit, juxta modum præſcriptum, in ſua diœceſi examinatus. Ad hoc enim comperimus quosdam licentiatoria petere, ut examen ſubterfugiant.

De proclamatione ante majores ordines facienda.

IV. Quoniam non oportet ſacros ordines quaſi furtim ſurripere, ſtatuimus & ordinamus, ut quemadmodum jungendi matrimonio trina proclamatione populo denunciantur, ita majoribus ordinibus initiandi trina proclamatione denuncientur in Eccleſia parochiæ, quam inhabitant, ad percipienda impedimenta, ſi quæ ſunt, quæ debeat parochus Epiſcopo aut officialibus ejus ſignificare; ubi tamen proclamatio talis commode fieri poteſt, nec veriſimilis ſit metus, ne malevoli homines Clericos innoxios a majorum ordinum ſuſceptione deterreant.

De tempore, quando debeant ordinandi dare nomina ſua, & examinari.

V. Mandamus, ut volentes ad Subdiaconatus ordinem promoveri, præſententur, & dent intitulatoribus nomina ſua ſer a quarta diem ordinationis præcedente, ac eodem & ſequenti die examinentur hora, quam eis conſtituent examinatores. Promovendi vero ad Sacerdotii gradum, dent nomina ſua feria quinta ante diem ordinationis: quibus ſimiliter ſtatuetur hora, cum ſimul, ob multitudinem, examinari, non poſſint. Afferant vero promovendi omnes ſecum teſtimonia non modo ſuorum parochorum, verum etiam præceptorum, aut proborum Virorũ, apud quos majorem vitæ partem transegerunt, per examinatores diſcutienda, unde

poſſit Epiſcopo, utrum irreprehenſibiles ſint, conſtare.

De examine inſtituendorum ad dignitates, curas animarum, aut alia officia.

VI. Porro quo plus negotiorum incumbit eis, qui ad prælaturas, dignitates & curas animarum vocantur, hoc magis intereſt Eccleſiæ & Chriſti fidelium, ut tales ſingulari examine, majorique diligentia, quam reliqui explorentur, utrum ſufficiant ad præſtanda munera illa, ad quæ vocantur. Præcipue vero Epiſcoporum intereſt, quales habeant in excolendo agro dominico cooperarios. Hinc ſtatuimus & ordinamus, ut nemo electus confirmetur, nemoque præſentatus ad dignitatem, vel animarum curam inſtituatur, priusquam ſit a ſuo Epiſcopo, aut Archidiacono Epiſcopi, aut hac in parte Vicario, aliisve ſacrarum literarum, Canonum, & traditionum eccleſiaſticarum peritis Viris, quos Epiſcopus, aut Archi-Diaconus ad hoc deſignabit, examinatus & comprobatus idoneus, poſſitque & velit muneri ad quod vocatus eſt, pro virili ſatisfacere, & formulam reformationis, qua parte eum concernit exequi. Quod ſi quis Archidiaconorum, vel jus inſtituendi habentium, contra hanc conſtitutionem præſumpſerit aliquem non ita examinatum inveſtire, ipſe quidem pro judicio Epiſcopi, per certum tempus ab officii ſui executione, & fructuum perceptione, ſuſpendetur: inſtitutus vero eo usq; donec Epiſcopo comprobabitur qualificatus & idoneus. Neque tamen per examen epiſcopale derogatum volumus juri examinandi, ſi quod alii prælati habent.

De examine eorum qui per reſignationes, aut permutationes ad beneficia contendunt.

VII. Ad hæc ſtatuimus & ordinamus, ut in permutationibus & reſignationibus beneficiorum, eadem cura adhibeatur examinandi eum, in cujus favorem permutatio, vel reſignatio concepta eſt. Et præſertim diligens fiat inquiſitio, etiam per diſerta juramenta, num permutatio ſit ad contegendum Simoniæ vitium fraudulenter excogitata ac ſimulata: quod ſi vel examinis tempore, vel inpoſterum compertum fiat: pactionem illicitam & jure non probatam interceſſiſſe, uterque permutantium pro Simoniaca fraude puniatur.

De formulis ad examinationem aptis.

VIII. Quoniam diverſi ordines, officiorumque & dignitatum gradus, alias, atque alias requirunt in hominibus conditiones, & ratio præterea habenda eſt eorum religioſorum, qui perpetuo delitescere quærunt in ſuis monaſteriis & ad nullas animarum curas evocari, ſed tantum cupiunt Chori officiis in ſuis monaſteris adhiberi, ſacrificiumque pro Eccleſia in miſſis offerre, & monaſticæ vitæ indulgere, viſum fuit præſenti concilio expedire, ut extarent formulæ, ad quas examinarentur ordinandi, ſecundum diverſos ſuſcipiendorum ordinum gradus, & inſtituendi & confirmandi ſecundum conditiones munerum & officiorum, quibus adſciſcuntur. Petentibus ſuffraganeorum noſtrorum comprovincialium Epiſcoporum legatis, negotium tales formulas congerendi dabimus eruditis aliquot viris, qui non modo in literis ſint exercitati, verum etiam cognitionem eccleſiaſticorum officiorum teneant & conſcribant in genere, quod communicetur eis omnibus pro locorum & Eccleſiarum diverſitate, in ſpecies aptas deducendum.

De inſtitutis pleno jure a prælatis & aliis eccleſiaſticis.

IX. Cum bonorum omnium teſtimonio magnus & pernicioſus ſit abuſus, quod Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Præpoſiti, Abbates, Prælati & quibus in clero eſt poteſtas conferendi beneficia eccleſiaſtica pleno jure, conferunt Eccleſias parochiales abſolute & ſimpliciter quibuslibet, interdum indignis & ineptis, hominibus inexploratis, nullo præcedente examine: &, quod intolerabilius eſt, nonnunquam ſpuriis, nothis, pueris, aut ſervis indignis, cenſuimus hanc rem totius concilii nomine ad ſummum pontificem deferendam petendamque ſedis illius proviſonem & declarationem, irritantem tales collationes, quas vocant pleno jure, niſi præcedat examen epiſcopale, ſeu eorum, quos Epiſcopi ad hoc dabunt, & ut poteſtatem faciat Epiſcopis, ut quos non conſtaret a ſua ſanctitate, vel alias rite examinatos, non teneantur, quavis licet auctoritate nitentes, ad poſſeſſiones prælaturarum, vel Sacerdotiorum, curam animarum habentium admittere, niſi examine diligenter excuſſos atque probatos. Similiter, ne quemquam in ordine, ab alio quam ſuo proprio antiſtite, ſurreptitie & nullo prævio examine, ſuſcepto, teneantur ad eccleſiaſticas functiones admittere, ſed ab ordinis ſuſcepti excutione ſuſpendere, donec exhibitis ſuæ promotionis literis per examen debitum, & juxta reformationis formulam factum, fuerit repertus idoneus.

De ſecularibus uſurpantibus ſibi poteſtatem pleno jure conferendi beneficia.

X. De Secularibus vero, habentibus jus præſentandi aliquem ad beneficium, ſive curatum, ſive a cura liberum, qui contra regulas canonicas annituntur, pleno jure conferre, absque inſtitutione canonica aut præſentatum via facti intrudere, decernimus cum toto concilio tales conatus irritos ac nullos eſſe: & ſi qui tale quiddam facere tentaverint, hos ipſos facto jure præſentandi pro illa vice privatos eſſe, illum vero, qui beneficium tali titulo recipit, aut ſe ei intromittit, nihil per hoc juris acquirere, & procul ab illius occupatione removeri debere, & per ordinarium in ejus locum ſubrogari alium: quin & jura decernunt utrumque, & intrudentem, & recipientem, anathemate feriendum eſſe.

De officiorum perfunctione, medio tertio, ad comparandam executionem reformationis neceſſario.

I. Non prodeſt ad Eccleſiæ ædificationem, prælatos & paſtores, curam animarum habentes, fuiſſe diligenter examinatos, probatos, & legitima manuum impoſitione inſtitutos, atque admiſſos, niſi præſtent etiam officium, ad quod ſunt vocati, & cujus gratia ſtipendia, ab Eccleſia percipiunt; idcirco pro conſequenda reformationis executi one, curandum eſſe cenſuimus, ut Eccleſiarum prælati & paſtores ſuo munere ſtrenue perfungantur. Quod niſi fiat, jacent omnia, quæ reformatio exigit.

Quibus poſſunt archidiaconi munus ſuum committere.

II. Jam quod paſſim tam indoctos & inutiles Sacerdotes videmus Eccleſiarum regimini præfectos, unde & mores boni corrumpuntur, & omnis diſciplina populi labaſcit, quodque tam turpiter in concubinatu, perpetua ebrietate, & aliis infamibus vitiis, unde & populus ſcandalizatur, quidam vivunt: Epiſcoporum negligentiæ, & Archidiaconis illis, qui quæſtum avarum ex officiorum ſeu munerum ſuorum locatione faciunt, & malunt homines de Salute æterna periclitari, quam ſe lucro turpi ac temporali non ditari, acceptum ferendum fatentur eſſe, quibus dolet animas hominum, quos ſangvine ſuo Chriſtus mercatus eſt, non pluris æſtimari, & cleri infamia populum ſcandalizari. Cui accuſationi & juſtæ querelæ mederi cupientes, ſancimus & ſtatuimus, ut Epiſcopi, archidiaconi, & omnes, qui functionem munerum ſuorum non per ſe, ſed per miniſtros, aut Commiſſarios, ſeu Collectores ſolent obire, vices ſuas non committant hominibus levibus, vitioſis, aut conjugatis, ſed tantum eccleſiaſticis, gravibus, & probatæ opinionis Viris.

Non licere prælatis officia ſua pro pecunia pacta alicui committere.

III. Similiter ad tollendum gravem & ſcandaloſum abuſum, quo quidam pecuniis oblatis comparant ſibi a prælatis commiſſiones & officia, non ſalutem animarum, ſed pecuniam uberiorem ex officiis quærentes, ſtatuimus & mandamus, ne quis prælatus, cujuscumque ſit dignitatis, ſuam jurisdictionem & munera ulli Commiſſario, ſeu Collectori, licet eccleſiaſtico, plus offerenti, pro pecunia, aut pro certo annuo cenſu, committat vel vendat, ſub pœna excommunicationis, quam emens, ſeu pecuniam paciſcens ipſo facto incurrat; vendens vero, præter pœnas canonicas, amittat etiam actionem, pecuniam pactam exigendi: decernentes contractum hujusmodi illicitum, a jure damnatum, ac nullum eſſe, & haberi debere.

Quod non liceat relinquere peccata pro pecuniis impunita.

IV. Magno populi Chriſtiani ſcandalo quidam, ad quos pertinet vitiorum correctio, relinquunt peccata ob pecunias & munera impunita, non perpendentes pudendum eſſe crimen, crimina non coercere, nec quidquam eſſe, quod atrocius Epiſcopos & Prælatos coram Deo accuſet, quam hujus rei neglectus. Idcirco deliberatione cum concilio habita, mandamus & ſancimus, ne Epiſcopi, Archidiaconi, vel alii jurisdictionem habentes, aut eorum officiales, ſeu Commiſſarii, vitiorum correctiones diſſimulent, permittentes cuiquam pecuniæ, munerum vel neceſſitudinis cujuscumque gratia, in eis hærere: Sed delicta præterita caſtigent, pœnitentia ſalutari pro delicti gravitate impoſita: nec pœnitentiæ loco pecuniam emungant, niſi ubi permittunt jura aut canones: Seu ubi pro transgreſſione mandati, vel inhibitionis, certa mulcta (cujus habuerit transgreſſor cognitionem, & tamen contempſerit) decreta ſit. Verum mulcta ex permiſſione jurium, aut canonum proveniens, ſecundum illorum præſcriptum convertatur. Ceterum ubi ejuscemodi caſtigationibus non proficitur, & tanta ſit delicti gravitas, poterit etiam cenſuris & pœnis canonicis caſtigari; nimirum ſuſpenſionis ab officio excommunicationis, & privationis beneficiorum eccleſiaſticorum.

Ut muneri ſuo collegiorum præpoſiti ſatisfaciant.

V. Querela eſt collegiorum, præpoſitos quosdam, ad quos præſtito juramento pertineat jura & ſtatuta Eccleſiarum tueri, atque defendere, nihil agere minus, ſed percipere tantum amplos fructus; Ceterum Eccleſias, quarum cauſa illos percipiunt, relinquere indefenſas: immemores jurisjurandi, & ejus, quod beneficium propter officium datur. Hinc decernimus & ſtatuimus, ut ſi iſtiusmodi Præpoſiti a ſuis Collegiis, ad bonorum, privilegiorum, jurium & ſtatutorum defenſio-

defenſionem, expenſis capitulorum, neceſſitatis tempore, vel imminente diſcrimine, requiſiti, muneri ſuo ſatisfacere neglexerint, & inde collegium ſeu Eccleſia illa damnum accipiat, pœnam incidant, pro damni accepti magnitudine & propoſiti negligentia, ab Epiſcopo, ſeu ſuperibus taxandam & moderandam.

Quod non liceat decanis a ſuis Collegiis abeſſe.

VI. Videmus decanis abſentibus, vel officio ſuo ſegniter perfungentibus, leviſſimorum quorumque Canonicorum & Vicariorum inſolentiam prævalere fere adverſus meliores, pietatem & Zelum bonorum haberi ludibrio, officia negligi divina, neque rite, neque ab omnibus perſolvi; cantum præcipitari, vitæ & morum honeſtatem periclitari, diſciplinam prorſus nullam eſſe; breviter, licere pravis quibusque quidquid libeat. Præcipimus idcirco & mandamus, ut decani apud ſuas Eccleſias perſonaliter reſideant, & officio ſuo per ſeipſos ſtrenue perfungantur, exceſſusque ſubditorum, quoties opus erit, caſtigent, ſub pœna privationis fructum decanalium, pro rata temporis, quo abſque cauſa rationabili moniti non reſederint, fabricæ, aut pauperibus applicandorum, ubi alias non eſt pœna digna contra non reſidentes decreta, niſi forte neceſſitatis cauſa contigerit eos abeſſe: quo caſu, capitulari, alicui, qui ſuſcepti officii rationem reddere, poſſit, quemque inferiores revereantur, vices ſuas committant, niſi talem, abſentis Vicarium peculiaria Collegiorum ſtatuta deſignent.

Quod Abbatiſſæ nobilium Virginum, quas Canoniſſas appellant, debeant apud ſua collegia reſidere.

VII. Idem ſtatuimus de Abbatiſſis Collegiorum nobilium Virginum Canoniſſarum, quas tanto magis oportet collegiis ſuis adeſſe, & perpetuo reſidere, quanto virgines illæ majori cuſtodia ſunt dignæ. Quibus præterea mandamus, ut diligenter obſervent, num omnes in dormitorio communi nocte decumbant, & in habitu ipſas decente incedant, ac horas Canonicas rite perſolvant, ceteraque, quæ reformationis Cæſareanæ formula, & probatæ earum conſtitutiones exigunt, diligenter obſervent, ſub pœna ſuſpenſionis a perceptione fructuum, in fabricam Eccleſiæ applicandorum, donec pareant.

Illas vero Abbatiſſas, quæ duobus collegiis contra decreta ſanctorum Patrum præpoſitæ ſunt, & duorum in ſe recipiunt curam, cum vix Viri regendo ſufficiant, cenſendas decernimus, juxta decretum de reſtringenda pluralitate beneficiorum, inferius paulo ſubjectum. Atque ut Canoniſſæ ſecundum formulam aliquam, ipſorum ſtatui convenientem, poſſint in vitæ & morum honeſtate reformari, conſcribi quædam in eam rem juſſimus, quæ viſitatoribus noſtris trademus exequenda. Communicabimus quoque ea reverendis Confratribus noſtris comprovincialibus Epiſcopis, quo & ipſi in ſuis diœceſibus, ſecundum locorum & perſonarum rationem, (quantum fieri poteſt) reformationis unitatem ac conformitatem introducant.

Ut Abbates a Monaſteriis ſuis non diſcedant.

VIII. Mandamus quoque & præcipimus, ut Abbates quorumlibet monaſteriorum, non niſi intra monaſteriorum ſepta, cum fratribus habitent, nec moram longam extra ea trahant.

De reſtringenda plurimorum beneficiorum curam animarum habentium coacervatione.

IX. Cupientes ex animo, quantum in nobis eſt, prohibere ac tollere odioſum illud & inſatiabile (quod & patrum Canones deteſtantur) ſtudium coacervandi multa beneficia, curam animarum habentia, unde populus fidelis graviter ſcandalizetur, & optimorum quorumque animi a Clero alienantur, ſpoliantur Eccleſiæ debitis miniſteriis, ceſſatio inducitur cultus divini: fundatores, quorum ſacroſancta & inviolabilis debebat haberi ſuprema voluntas, ſpe & expectatione ſua fraudantur: meliores, quibus beneficium aliquod Eccleſiæ certæ debetur, quique miniſtrare in eo cupiant & poſſint, non abſque injuria & offenſione Dei excluduntur, & ad ſtudia profana impelluntur, ubi Eccleſiæ poterant eſſe ornamento: donec Cæſareæ Majeſtas proviſionem meliorem adverſus licentiam hanc a ſummo Pontifice impetret: id quod ab Eccleſiaſticis imperii ſtatibus rogatus, ſe recepit a ſanctitate ejus eniti atque efflagitare velle, ſtatuimus, & communi maturaque deliberatione cum Concilio prælabita, quod juſtiſſimum eſt, & ad Eccleſiæ ædificationem pertinet, ſancimus ut beneficiatus quisque, ſi beneficia habet a curis libera, aut unum curatum, aliud ſimplex, ſatisfaciat officio cujus gratia beneficium accipit, ſecundum fundatorum intentionem, ſacros Canones, & patrum decreta, & ab Eccleſia ubi beneficium negligit non percipiet. Etenim divini juris eſt, ut qui ſervit altari, de altari vivat: nec bono jure is, qui non ſervit vivit de altari; Sicut ſtipendium non debetur niſi militanti. Si vero curatum habet beneficium, apud Eccleſiam, ubi beneficium habet, reſideat, & officio ſatisfaciat, alioqui nihil percepturus: pertinebitque ad Epiſcopum, ſeu eos, quibus hoc juris competit, ut de præbendæ, ſeu beneficii fructibus

bus ad Eccleſiæ illius utilitatem diſponant: niſi beneficiatus ille Eccleſiæ Dei utilius aliquod ſervitium interim impendat. Quod ſi quis juxta caput, de multa, de præbend. qualificatus, jam impetravit a ſede apoſtolica facultatem plura quam unum beneficium retinendi, mandamus, ut hanc Epiſcopo ſuo, aut ejus viſitatoribus ſecundum diſpoſitionem cap. ordinarii, de offic. ordin. in 6. præſentet atque exhibeat. Quæ ſi appareat ſufficiens, curet Epiſcopus, ut beneficia debitis obſequiis non fraudentur. Alioqui beneficiatus uno, quod maluerit, retento, reliqua libere reſignet, aut dimittat Viris idoneis, perſonaliter reſidere volentibus, absque præjudicio tamen præſentantium, eligentium, & collatorum conferenda. Si vero diſpenſatum ſit cum indigno, ſummo illud Pontifici curet Epiſcopus ſignificare, ut digniori de beneficio illo provideatur per eos, quibus alias competit jus eligendi, conferendi, vel præſentandi.

De Competentia juſta Rectoribus Eccleſiarum ſive perpetuis ſive temporalibus aſſignanda.

X. Ubi collegia, vel monaſteria, vel habentes dignitates, habent Eccleſias parochiales incorporatas, cum decimis, juribus & cenſibus, quas committere ſoleant paſtoribus, vel perpetuis Vicariis, cum aſſignatione portionis fructuum regendas, ſi portio talis ſit acciſa, nec ſufficiat, ut honeſte & decenter ex ea vivatur, ne cauſa ſit cur animæ negligantur, aut deſeratur officium, vel ad curas ſordidas Paſtor ille pro victu comparando, adigatur, mandamus & decernimus, ut juſta portio, ſecundum reformationem, ei de decimis collegii, vel Monaſterii bonis aſſignetur, ſive per Epiſcopum loci, ſive per ejus Viſitatores. Similiter, ubi temporales Rectores ad regendas Eccleſias conducuntur, decernimus, ut iis honeſtum & dignum ſtipendium detur, pro locorum & perſonarum conditione ab Epiſcopo moderandum, quod decentem eis & honeſtum victum atque veſtitum ſuppeditet.

Ne cogantur Eccleſiarum Rectores opera ſervilia ſubire.

XI. Omnino autem vetamus, ne ulla Collegia, monaſteria, vel habentes dignitates, locent Eccleſiarum ſuarum regimen cum agris, vineis, ſilvis, pratis, & juribus, Rectori plus offerenti ſub annua penſione: tales enim Coloni verius quam paſtores ſervilibus & ſordidis negotiis ſe debere, & majorem temporalium, quam Spiritualium bonorum ſolicitudinem habere, dignamque animarum curam negligere ſolent. Poſſunt tamen Colonis ſecularibus Eccleſiarum prædia ſub annuo cenſu locari, emolumentaque pro utilitate Eccleſiarum commutari vel vendi: quin etiam non vetamus, quin collegia & monaſteria poſſint Eccleſiæ Rectori bonorum ad ipſam Eccleſiam pertinentium adminiſtrationem plenam committere, pro moderato cenſu, quem de prædiis pendat; Sic tamen, ut ei ſuperſit honeſtus & ſufficiens victus ac veſtitus; nec ad ſupremum cenſum adigatur, ut ſolent licitantes a plus offerentibus, pro quo corradendo cogatur ſe ſordidis & ſervilibus operibus mancipare, ac ruſticus fieri, ut vix aut ægre ei ſuperſit, unde nuditatem ſuam veſtiat, & vitam miſeram ſuſtentet: quales multos magno eccleſiaſtici ordinis dedecore in pagis videmus Sacerdotes.

De Vicariorum, ſeu Capellanorum, in Eccleſiis Collegiatis officiis.

XII. Ad poſtremum ſtatuimus & ordinamus, ut Eccleſiarum collegiatarum Vicarii, quos aliqui vocant Capellanos, aut Choriſocios, nomini ſuo reſpondeant: nec tempore divinorum, aliis pſallentibus, ipſi extra Chorum ſpatientur, deſideant, confabulenter, aut aliud quid agant in Eccleſia, in populi ſcandalum; ſed Canonicis in perſolvendis horis Canonicis & divinis ſint adjumento; & onera ſpecialia, ad quæ vel ex fundatione, vel antiqua conſuetudine, aut Eccleſiarum ſtatutis obligantur, devote & diligenter perſolvant, ſub pœna ſuſpenſionis, non a diſtributionibus tantummodo quotidianis, verum etiam a Vicariarum ſuarum fructibus, donec negligentiam, juxta decani & capituli judicium emendent.

De quarto medio reformandi Eccleſiam per viſitationem.

I. Non alias ſane melius, quam in viſitatione deprehenduntur, corriguntur & eradicantur errores & vitia, quæ Viſitatoribus dormientibus ſeminantur, creſcunt, & ſecurum robur acquirunt. Sic in Evangelio dicitur: Cum dormiebant homines, venit inimicus homo, & ſuper ſeminavit Zizania, morum nimirum & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prælati, qui non viſitant: ſoli vigilant & ſervant cuſtodias noctis ſuper gregem ſuum, qui mala, quæ metuuntur, viſitatione præcidunt. Et quoniam ſemper oportet eos in ſibi commiſſos oves habere oculos intentos, ſpeculatores appellantur: Speculatorem, inquit Propheta, dedi te domui Iſrael. Nec aliud eſt Epiſcopus etiam ex nomine, quam Speculator. Hinc etiam Apoſtolus: Attendite vobis & univerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos. Et univerſo, inquit, gregi, quod Viſitationem requirit, ut Epiſcopus nemini deſit. Quale exemplum

dedit ipse de se Apostolus, non semper prædicans, sed visitans etiam suos, quos ad Christum converterat, ut exploraret utrum servarent doctrinas & traditiones Apostolorum, & Seniorum. Sic habito Concilio Hierosolymitano, in quo Apostoli & Seniores statuerant, quonam pacto lex vetus sepeliri deberet, ait ad Barnabam Paulus: Revertentes visitemus fratres per universas civitates, quomodo se habeant. Qualium visitationum frequens mentio est in Actis Apostolorum. Capite vigesimo commemorat Episcopis Asiaticis labores suos, ac tandem contestatur eos in hæc verba: Quapropter contestor vos hodierna die, quod mundus sum á sanguine omnium: non enim subterfugi, quo minus annunciarem vobis omne consilium Dei. Qua sane contestatione pronunciat reos sanguinis omnium pereuntium animarum Episcopos illos, qui oves suas non requirunt. Visitatione igitur opus est, cum Archidiaconali, tum episcopali, atque archiepiscopali, & eorum, quibus hoc muneris incumbit, ad extirpandos errores ac vitia & mores bonos plantandos, eosque in usu & vigore suo retinendos. Hactenus autem (quod negare non possumus) alto somno dormierunt Episcopi, de Archidiaconorum visitatione securi, qui speciem quandam visitationis retinuerunt, sed deformem, & pravorum officialium seu visitatorum quæstu vitiosam, ac reprehensibilem. Nunquam profecto, quod nunc sero querimur, tot hæreses, & sectæ, moresque corrupti, eousque invaluissent, nec jaceret adeo disciplina ecclesiastica neglecta, si recte visitatum ab Episcopis & Archidiaconis, & iis, quibus hoc muneris incumbit, fuisset. Quapropter Archidiaconis quidem totius concilii auctoritate mandamus & præcipimus, ut, abusu correcto, visitationem instituant ad formulam reformationis, nec quenquam sinant in vitiis, pecuniæ, vel munerum causa, hærere, juxta superiores nostras constitutiones, sub pœna, quam Episcopi, vel superiores dignam judicaverint. Episcopos autem requirimus, ut frequentius per hoc triennium visitent suas diœceses, cum ad extinguendas hæresum & schismatum reliquias, tum vero, ut archidiaconales & inferiores visitatores observent, atque in ordinem redigant. Nam nisi hoc fiat, verendum est, inferiores visitatores suum morem retenturos.

De Notario in Visitatione adhibendo.

II. Statuimus ad hæc, ut Visitatoribus adhibeatur Notarius, qui sit Sacerdos, aut saltem Clericus non conjugatus.

De visitatione exemptorum, & non exemptorum.

III. Cautum est in reformationis formula, ut a visitatione Episcopali nulla Ecclesia esset libera seu exempta; propterea, ut opinamur, quod exempti multi ab institutis suis late deflexerunt, & populum graviter irreligiosa vitæ conversatione & moribo corruptis scandalizent: induceretur autem Ecclesiæ turpis facies, plurimaque in populo scandala nascerentur, si visitatis ac reformatis non exemptis, exempti, quos oportebat esse potius reformatos, hæreant perpetuo in eodem luto. Verum cum in hoc negotio deesset Episcopis summi Pontificis auctoritas, Cæsarea Majestas recepit se velle cum summo Pontifice agere, ut operi huic tam sancto sanctitas ejus se accommodaret. Quod ipsum utrum jam factum sit, nec ne, nondum ad nos pervenit. Idcirco statuimus interea, donec de hoc reddamur certiores, ut Episcopus quisque visitet omnes sibi subjectos exemptos, licet sint per archidiaconos, aut alios prælatos visitati. Exemptis vero, ne quid in se patiantur Episcopi desiderari eorum, quæ Cæsarea Majestas serio requirit, suum visitandi studium atque operam offerant, hoc periculoso præsertim tempore. Et nihilominus præsenti concilio statuente, requirimus, & a reverendis Coepiscopis nostris suffraganeis in eorum diœcesibus requirendos censemus, omnes exemptorum prælatos & visitatores, ut munus suum strenue exequantur, reformentque Subditos suos, juxta reformationis Cæsareanæ (quam sibi comparare quisque teneatur) formulam, & Cæsareæ Majestatis mentem. Qua in re, si fuerint negligentes, & non cum effectu reformationem exequantur, tum Episcoporum erit, ut negligentiam hanc, aut summo Pontifici, aut Cæsareæ Majestati, significent, quo prospiciatur eis de remedio opportuno.

De visitatione hospitalium etiam exemptorum.

IV. Cum Reipublicæ, sed præcipue Episcoporum intersit, ut visitentur ac restituantur hospitalia, quippe quod Episcopi sint & esse debeant patres pauperum & infirmorum, nec ferendum eis sit, ut eleemosynæ debitæ eis subtrahantur, statuimus hospitalia omnia esse diligenter & magna cura visitanda, impetrandumque ordinariis a summo Pontifice, Cæsareæ Majestatis intercessione, privilegium visitandi & reformandi etiam exemptorum hospitalia, salvo tamen in aliis exemptionis jure.

De Auctoritate, qua oportet Visitatores Episcopales præditos esse.

V. Erit

V. Erit quoque visitatoribus Episcopalibus opus flagello evangelico, & ecclesiastica coërcendi potestate, ut vendentes & ementes, scorta, nequitias, imposturas, omnemque turpitudinem ex Ecclesia ejicere valeant. Proinde decernimus, ut Episcopi & Prælati, mittentes aliquo, ubi ipsi fuerint negotiis aliis occupati, suos visitatores, instruant eos, etiam auctoritate ac potestate sufficienti, rebelles ac criminosos per censuras ecclesiasticas coercendi, & vitia, ut magna, vel parva fuerint, castigandi.

De formulis requirendi in visitationibus.

VI. Quamquam nulla certa inquirendi regula ob rerum omnium instabilitatem & diversos casus, qui subinde accidunt, Visitatoribus potest præscribi, expedit tamen extare formulas, ad quas pro diversa locorum, ordinum & Ecclesiarum conditione, aliter atque inquisitionem suam illi instituant, & quibus submonitorii loco uti possint. Quæ si non inveniantur editæ, quo visitatores hoc onere levemus, dabimus pios & eruditis aliquot Viris negotium, tales formulas, etiam suffraganeis nostris Episcopis communicandas, colligendi ac scribendi.

De Sumptuum & Procurationum in visitatione exigendarum moderatione.

VII. Semper mansit extra controversiam, eos qui visitantur debere suis visitatoribus sumptus omnes, dicente Apostolo: Quis plantat vineam, & de fructibus ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte ejus non manducat? Si nos spiritualia vobis seminavimus, magnum est, si carnalia vestra metamus? Sed quoniam frigescente caritate, populus non ut olim benigne & liberaliter succurrit Ecclesiarum necessitatibus, & gravibus insuper exactionibus Ecclesiæ per hanc tempestatem atteruntur: ne visitatio superveniens fiat onus importabile, & offensionem demus, ut Apostolus loquitur, Evangelio; requirimus reverendos comprovinciales Episcopos, nostros suffraganeos, ut quando non per se, sed per Commissarios visitabunt, non sinant visitandos supremis evectionum ac procurationum juribus gravari, neque enim debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis: præcipimusque & mandamus universis & singulis, nobis inferioribus Visitatoribus, ne superfluum famulitium in comitatum assumant, & victualium sumptu mediocri pro sua decentia sint contenti. De parochis vero, ubi tenues sunt reditus, & paucus est populus, ordinamus, ut vilitandi vocentur ad vicinum aliquem illius decanatus, seu regiunculæ locum, & moderatum tantummodo subsidium conferant in sumptus communes. Ceterum si pauperis cujuspiam Parochiæ necessitas requirat visitationem personalem, cum hac Visitatores agant benigne, & ad exemplum Apostoli Pauli, qui malebat manuum labore Victum sibi & suis quærere, quam aliquem gravare, Ecclesiæ pauperi de suo, quod a locupletiori Ecclesia habent, serviant.

De Synodorum Celebratione medio quinto ad reformationem exequendam necessario.

I. Magno status Ecclesiastici, imo reipublicæ Christianæ, detrimento, sero querimus Synodos vel intermissas, vel non recte hactenus fuisse celebratas. Quarum necessitas hinc intelligitur, quod ubi deficit Visitatio, ubi officiorum non est cura, ubi examen & studia bona jacuere neglecta, solæ restant Synodi seu concilia in nomine Christi congregata, idonea non tantum ad bonorum morum plantationem, & extirpationem malorum, verum etiam ad mediorum seu viarum, quibus ad istas pertingimus, restitutionem, cum primis valentia. Siquidem in Synodis redintegrare conservando, ubi ea, quæ in visitatione non dabatur exequi, executionem studiis communibus assequuntur; ubi de capite & membris, de fide & pietate, de religione & cultu divino, de moribus, de disciplina, de obedientia, de judiciis & rebus omnibus, ad bene Christianeque vivendum commodis vel necessariis, tractatur atque statuitur: ut verissime in reformationis formula dicatur: Salus Ecclesiæ, terror hostium ejus, & fidei catholicæ stabilimentum sunt Synodi: quas etiam rectissime corporis Ecclesiæ nervos dixerimus. Neglectis enim Synodis, non aliter ecclesiasticus ordo defluit, quam si corpus humanum nervis solvatur. Idcirco statuimus, ut Synodus diœcesana quotannis bis, pro veteri quidem more, sed juxta reformationis formulam religiosius & meliori cum fructu celebretur. Suffecerit tamen in diœcesi Leodiensi, propter ejus latitudinem & multitudinem prælatorum, semel quotannis recte & studio ferventi celebrare. Synodum vero provincialem volumus, juxta Basileensis concilii decretum singulo quoque triennio cogi debere.

De Sumptibus quos in Synodis faciunt Decani Collegiorum & pastorum.

II. Decani Collegiorum accedentes Syno-

dum, pro suis Collegiis in religionis officio & dignitate sua conservandis, & decani rurales, pro suæ regiunculæ Parochis, Deo utique militant: Nemo vero, ut Apostolus ait, militat unquam stipendiis suis: propterea decernimus & statuimus, ut pro numero dierum, quibus concilium durat, conferant Decanis suis Collegia & Parochi subsidia, in sumptus, quos necessario facere debent, absque omni tergiversatione. Qua in re tam justa, si qui rationis & æquitatis obliti, reddiderint se difficiles, Visitatorum nostrorum erit hos tales non modo compellere ad id quod jure divino debent persolvendum, verum etiam pœnas ab eis pro iniquitatis modo exigere.

De novis Constitutionibus in Synodis edendis.

III. Statuimus quoque, ut in Synodis communibus consiliis decernatur, de tollendis abusibus & moribus corruptis, quos contigerit ad Synodi judicium referri, disciplina ecclesiastica castigandis. Et si opus sit, Canones veteres renoventur, aut novi in novis casibus juxta sacram Scripturam, patrum Sanctiones, & rectæ rationis judicium condantur: id quod modo nos quoque ex his, quæ ad Synodum relata sunt facere decrevimus.

De medio sexto ad reformationis executionem necessario.

I. Sextum medium, ad exequendam reformationem efficax, est jurisdictio ecclesiastica, qua tanquam supremo refugio compelluntur, qui sponte non ducuntur ad emendationem. Hanc Christus Ecclesiæ in Petro, pro Ecclesia confitenti ipsum esse Filium Dei, promisit, quando dixit: Dabo tibi claves regni cœlorum: quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Quam promissionem non ad unum Petrum pertinere, sed in omnes Apostolos transmissam, alio loco insinuat, ubi dicit: Amen dico vobis: Quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum & in Cœlo: & quodcunque solveritis super terram, erit solutum & in cœlo. Ecclesiæ igitur sunt claves istæ ligandi atque solvendi datæ, quas non ab hominibus, sed a Christo accepit, ut absque divinæ auctoritatis contemptu contemni non possint. Quapropter Christus præcipit, ut eum, qui Ecclesiam jus dicentem non audierit, pro Ethnico habeamus & publicano. Tanta est ecclesiasticæ jurisdictionis vis & potestas. Hac coercentur obstinati in sceleribus, pervicaces, rebelles, flagitiosi, & contumaces. Hac usus est beatus Apostolus Paulus, quando Corinthium novercæ suæ stupratorem tradidit Satanæ: Ego, inquit, absens corpore, præsens autem Spiritu, jam judicavi, ut præsens, eum, qui sit operatus est in nomine domini nostri Jesu Christi congregatis vobis & meo Spiritu, cum virtute domini Jesu, tradere hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus salvus sit in die domini nostri Jesu Christi. Hac item usus est adversus Hymenæum & Alexandrum, qui operum conscientiam, quæ fidei rectæ congruit, repellentes, circa fidem naufragaverunt, quos tradidit Satanæ, ut discerent non blasphemare. Et inerepat beatus Apostolus Corinthios apud Judices infideles & ethnicos judicio contendentes: An nescitis, inquit, quoniam sancti de hoc mundo judicabunt? & si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam Angelos judicabimus? quanto magis secularia? Et per ironiam subdit. Secularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles, scilicet, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles? Quibus permoti rationibus decrevimus cum præsenti Synodo judicia ecclesiastica in primis reformanda esse. Et quidem in hanc rem antecessores nostri sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archi-Episcopi, Theodoricus & Robertus quædam statuere, post quos antecessor noster Hermannus anno vigesimo nono copiosiorem nostræ curiæ reformationem edidit, quæ in provinciali concilio, anno trigesimo sexto communi omnium consensu publicata atque recepta est. Verum cum prohibente hominum malitia, non sit reformatio ista per hanc tempestatem sortita per omnia executionem, decrevimus hanc primum in diœcesi nostra diligenter exequi, & omnes curiæ nostræ officiarios jurejurando adstringere ad ejus observantiam. Requirimus quoque & monemus reverendos Confratres nostros, suffraganeos Episcopos, ut & ipsi, secundum hoc exemplar, prout melius videbitur congruere saluti & tranquillitati subditorum, suas quoque curias reforment, & executionem reformatæ jurisdictionis, Episcopali sua auctoritate inferioribus omnibus ad eundem modum, hoc est per jusjurandum, imponant.

De impedientibus executionem mandatorum & sententiarum judicum ecclesiasticorum.

II. Ecclesiasticus Judex officio suo nequit perfungi, ubi Magistratus & seculares homines contumacibus, flagitiosis & rebellibus patrocinium ferunt adversus ecclesiastica judicia, vel ea impediunt. Idcirco mandamus omnibus Magistratibus, Præfectis, Judicibus secularibus, & quibuscunque Ecclesiæ filiis, ne quis ad judicium ecclesiasticum vocatis, adversus Dei ordinationem, unde est ista potestas, & sacros Canones, patrocinetur, aut quovis modo impediat mandatorum & sententiarum ecclesiasticorum judicum executionem, sub pœna excommunicationis, qua, nisi admoniti resipiscant, sint plectendi. Piissimum quoque Imperatorem nostrum, & Principes seculares, quorum ditiones in provinciam nostram excurrunt, vel intra ejus ambitum continentur, duximus totius concilii nomine, tanquam justitiæ patrocinatores invocandos, ut ditionum illarum satrapis, præfectis, judicibus, Magistratibus, suisque Vicariis mandare ac præcipere velint, ne ecclesiastico Judici brachium seculare petenti, illud denegent, aut cujuscunque exceptionis per reos propositæ occasione differant, etiamsi nullitatem exceptio concernat, quemadmodum jure communi cautum est.

Ne judices seculares de matrimonialibus & aliis spiritualibus causis judicent.

III. Cum matrimonii Sacramentum, ut sacramenta reliqua, in thesauris Ecclesiæ numeretur, nec sit civilis quidam Contractus, ut olim putarunt Ethnici, sed ad solius Ecclesiæ judicium, præsertim ubi quæstio juris versatur, ejus discussio pertineat. Idcirco statuimus cum præsenti Concilio, & sub excommunicationis pœna prohibemus, ne Magistratus aut Judices seculares, in Matrimonialibus aut aliis Spiritualibus quibuscunque causis, ad cognitionem solius ecclesiastici Judicis spectantibus, inter suos subditos, aut alienos judicent, nec dispensandi, aut transigendi potestatem in matrimonio ac gradibus prohibitis sibi usurpent, sed ejusmodi causas omnes ad judicis ecclesiastici cognitionem & definitionem remittant.

CENSURÆ ET DECRETA LATA PRO ABUSUUM ET VITIORUM AD SYNODI JUDICIUM PRÆLATORUM EMENDATIONE.

Ne quis recipiat, aut foveat Monachos & sanctimoniales, sui instituti desertores, ac fugitivos apostatas, sub excommunicationis pœna.

I. Nulla re magis per hanc tempestatem fœdata est Ecclesiæ Christi facies, quam profugorum Monachorum & sanctimonialium perfidia atque flagitiis: quorum ut erat vitæ institutum arctum prius & sanctum, ita, eo abjecto, absque omni freno ad quævis flagitiorum genera provoluti sunt: his enim auctoribus natæ sunt hæreses, sacrilegia, incestuosa connubia, & Sacrorum omnium profanatio. Nec ab aliis magis, quam iis, quos isti seduxerunt, sunt hæc mala defensa atque promota. Ideo magna severitate opus est, ut flagitiosissimum hoc genus hominum reprimatur, atque ab Ecclesia fidelium, videlicet ne eorum contagione inficiantur & pereant, submoveatur. Proinde quod nuper in diœcesana Synodo nostra decreveramus nunc renovamus, & ejus innixi auctoritati, qui dixit: Quidquid ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: Sancimus unanimi totius Concilii consensu, judicio ac sententia, ac præcipimus, ne quis cujuscumque status, vel conditionis fuerit, posthac monachos vel monachas fugitivos, & extra superiorum suorum obedientiam vagantes, quos noverit veridica aliorum relatione, aut superiorum testimonio, vel alio quovis modo esse tales, recipere, fovere, aut ad Sacramenta vel ecclesiastica ministeria admittere ausit, sub excommunicationis, quam ipso facto incurrant, pœna; qua & sacri Canones feriunt, qui hujuscemodi fugitivis apostatis atque excommunicatis communicant.

De Monachis, Sanctimonialibus, & Sacerdotibus conjugatis.

II. Perlatum ad concilium est, apostatas illos varia vitæ genera sectari: quosdam enim seculare institutum in omnibus assumpsisse, & pudicitia, quam Deo consecraverant, prostituta, monachos sanctimonialibus, duplicato incestu, sub conjugii prætextu adhærere: quo vitio & Sacerdotes, ac majorum ordinum quidam Clerici, contra sacros Canones se contaminarunt: quosdam vero viduis & fœminis secularibus se copulasse. In quo gradu & sanctimoniales quædam Deo sub velamine dicatæ se Viris Conjugii nomine prostituerunt: quas nuptias omnes, quia priorem fidem irritam fecerunt, Deo abominabiles

atque execrabiles, uti nuper in Synodo noſtra diœceſana declaravimus, ita nunc quoque totius concilii approbatione ac judicio declaramus & pronunciamus illicitas, profanas, ſacrilegas, atque inceſtuoſas eſſe, & nusquam tolerandas, & anathemati eos omnes, qui ita contraxerunt, eſſe innexos: prolesque inde ſuſceptas, illegitimas eſſe, nec aliter, quam ſpurios & nothos habendas: ac proinde hereditario nomine parentibus ſuis neque in mobilibus, neque in immobilibus ſuccedere poſſe aut debere.

De Concubinariis Monachis, vel Sacerdotibus.

III. In tertio genere verſantur Monachi apoſtatæ, qui miniſteriis eccleſiaſticis perfunguntur, & ſcortis ſeu concubinis adhærent. Quorum quidam religionis ſuæ habitum penitus abjecerunt, quidam non integrum, ſed partem ejus ob merum retinuerunt. De quibus ſtatuimus, ut ſeveriori ordinis diſciplinæ pro tanti ſcandali expurgatione ſubmittantur, & carnis ſuæ petulantiam potentiæ afflictione mortificent. De Sacerdotibus vero & Clericis beneficiatis, quibus concubinæ, vel fœminæ de incontinentia ſuſpectæ, ſeu cum quibus ipſi antehac de fornicatione diffamati fuerunt, manifeſte cohabitant, ut nuper in Synodo diœceſana, ita nunc quoque totius concilii conſenſu & approbatione decernimus & pronunciamus, eos, qui tales fœminas apud ſe detinent, ſententiam ſuſpenſionis ab officio & beneficio incurriſſe: mandamusque & præcipimus, ut juxta noviſſimam declarationem eas tam procul e vicinia ſubmoveant, ut commerciis non detur facilis occaſio, & ſuſpiciones omnes vitentur: ipſas vero fœminas, ſi poſthac in domibus, vel vicinia permanſerint, cenſemus excommunicationis cenſura plectendas. Volumus quoque & jubemus, ut eccleſiarum Prælati ſententiam memoratam contra Concubinarios Notorios, & de Concubinatu ſuſpectos, diligenter exequantur: alioqui noſtrarum partium erit eorum negligentiam ſupplere, & pœnas dignas pro ea exigere. Quod ſi libidinis furiis correpti inſtar equi & muli, quibus non eſt intellectus, ſuſpenſionis pœna non emendentur, aut his noſtris mandatis facto contrario docuerint, ſe non velle parere, contra hos tales ad ulteriorem beneficiorum privationem, aliasque duriores pœnas decrevimus & cenſuimus eſſe procedendum.

De Monachis qui extra obedientiam degentes divina tractant, & populo Sacramenta adminiſtrant.

IV. In genere quarto verſantur Monachi profugi, qui extra obedientiæ jugum & ordinis ſui obſervantiam, alii in habitu, alii habitu cum religione rejecto degentes, regimini ſe intromittunt Eccleſiarum; Sacramenta conficiunt, & populo adminiſtrant, cum ſint ipſi excommunicati, & Sacramentorum omnium expertes; confeſſiones audiunt, cum abſolvendi non habeant poteſtatem, multis modis & populo imponentes, & ſeipſos cenſuris gravioribus illaqueantes, nonnunquam etiam dogmata falſa diſſeminantes: quos cum animadvertimus eſſe propria quædam inſtrumenta, quibus eccleſiaſtica diſciplina ſubvertatur, & pietatis obtenta ſpecie, tam ſibi, quam populo, perniciem afferre; mandamus & præcipimus ſub anathematis vinculo, ne quis tales Eccleſiarum regimini, aut Sacramentorum adminiſtrationi admoveat.

De Sanctimonialibus religionis ſuæ habitum ſubinde mutantibus.

V. His finitimæ ſunt ſanctimoniales quædam, religionem bene & ſancte inſtitutam profeſſæ, quas accepimus religionis ſuæ habitum ſubinde deponere, & veſtes ſeculares religionis tædio ſibi aptare, non absque gravi fidelium ſcandalo, & ſtatus ſui ignominia: quippe quod ſicut mulier impudica cum veſte pudorem, ita ſanctimonialis religionem cum veſte deponit. Quam indignitatem prohibere volentes, præcipimus, ne qua religioſa virgo, ſub excommunicationis pœna habitum alium, quam ſuæ religioni convenientem, ſibi induat, aut alia videri velit ſponſa Deo conſecrata, quam ea, quam ſe eſſe profiteatur.

De requirendis omnis generis Apoſtatis, ut reſipiſcant, & ut ad inſtituta ſua reverantur.

VI. Jam licet apoſtatarum, & eorum, qui miſſa ad aratrum manu retroſpexerunt ad ſeculum, & ſe ineptos reddiderunt regno Dei, alius alio gravius impegerit; & quidam humanitate propter errorem communem, & eorum, qui cum prohibere hunc curſum potuiſſent, officium neglexerunt, conniventiam, alii ſevera ultione ob malevolentiam & impietatem digni videantur; in hoc tamen ſunt omnes pares, quod religionis ſuæ vota illa ſolennia, quibus ſe Deo præ ceteris mortalibus manciparunt, timore Dei & æternæ animæ ſalute poſtpoſitis, perfide ſolverunt. Quæ profecto magna eſt impietas. Etenim Propheta Baruch deos gentium falſos a Deo vero hoc veluti ſigno proprio diſcernit, quod falſi illi votum, quo ſe quis obligaverit, nec tamen reddiderit, non requirant: Deus autem verus requirit. Unde perſpicuum eſt, ſecuros illos votifragos Apoſtatas, qui ſibi perſuadent Deum vota non requirere, habere ſibi perſuaſum Deum eſſe falſum, quales ſunt dii gentium: quod vel cogitaſſe horrendum idololatriæ ſcelus eſt. Petrus quoque in Actis Apoſtolorum teſtatur eos, qui communem vitæ ſocietatem, qualis olim inter Apoſtolos erat, & nunc apud religioſos conſervari debet, ſemel receptam deſerunt, tentare Spiritum ſanctum, & mentiri non hominibus, ſed Deo: idcirco duximus eos omnes ſalutis, de qua periclitantur graviter admonendos, & uno nomine requirendos, quibus & præſentis Synodi auctoritate, invocato Chriſti nomine, quam ſceleratis ſuis factis abnegarunt, mandamus & præcipimus, ut relictis falſis Conjugibus & Concubinis, ſi quibus adhærent, poſtpoſitisque negotiis, quibus ſe implicuerunt, habitum religionis ſuæ reſumant, & ad ſuum quique monaſterium revertantur, ubi pœnitentiam ſalutarem ad divinam ultionem avertendam, veniamque errorum impetrandam, humiliter agant.

De abjuranda hæreſi, & communione ſchiſmatica vitanda.

VII. Similiter requirimus, & paterno affectu monemus Monachos & ſanctimoniales Apoſtatas, Sacerdotes, ſui ordinis & diſciplinæ deſertores, Clericos & Laicos, eosque omnes, qui communione ſchiſmatica, aut pravorum dogmatum contagione, per hanc tempeſtatem ſe ab unitate Eccleſiæ Catholicæ, extra quam non eſt Salus, ſeparârunt, ut hæreſi ſchiſmateque omni abjurato, abſolutionem & reconciliationem a ſede apoſtolica, vel eis, quibus hoc muneris delegatum eſt, petant, ſtudeantque deinceps in unitate communionis & fidei eum Eccleſia ſancta catholica permanere. Propter eos vero provinciæ noſtræ incolas, qui ſibi arbitrantur utriusque ſpeciei communionem a Cæſarea Majeſtate permiſſam, operæ precium duximus de hoc iterum ferre noſtrum judicium. Proinde Cæſareæ Majeſtatis declaratione maturo judicio lecta atque expenſa, quod in nupera Synodo noſtra fecimus, nunc totius concilii ſententia declaramus, omnibus provinciæ noſtræ fidelibus, nihil tale in religioſiſſimi catholiciſſimique Imperatoris declaratione, qua ſuam mentem expoſuit, inveniri, quin potius contrarium: Siquidem expreſſis & diſertis verbis a catholicis Imperii ſtatibus, & eorum Subditis, ſerio valde exigit, ne quid in Sacramentorum adminiſtratione, præter Eccleſiæ catholicæ conſuetudinem, immutent, aut immutari in ſuis ditionibus ullo pacto permittant. Cui Cæſareæ Majeſtatis plane Catholicæ & Chriſtianæ ordinationi decrevimus nos, tamquam Archi-Epiſcopus & Princeps Elector per Dei gratiam Catholicus, cum reverendis Confratribus noſtris Comprovincialibus Epiſcopis & Principibus, eadem gratia divina concedente, ſimiliter catholicis, fideliter & obedienter per omnia obtemperare: id quod & alioqui pro noſtra erga ſanctam Eccleſiam devotione, ſtudio pacis & unitatis, quæ divino illo Sacramento ſignificatur, conſervandæ, eramus facturi. Præcipimus idcirco, & auctoritate præſentis Synodi, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti convocatæ, mandamus omnibus provinciæ noſtræ incolis, qui Chriſtiano nomine cenſentur, ut corporis & ſanguinis Chriſti veritatem, ſub una Sacramenti ſpecie percepiſſe contenti, vinculum pacis cum gratiarum actione ſervent.

Ut Sacerdotes ab hæreticis revertentes non ſtatim involent Miniſteriis Eccleſiarum.

VIII. Caveant autem Sacerdotes, ſive religioſi, ſive ſeculares, ab hæreticis, vel ſchiſmaticis ad Eccleſiarum revertentes, ſe miniſteriis divinis ſtatim ingerere & ſacrificare, aut Sacramenta populo adminiſtrare, etiamſi maxime id non more hæreticorum, aut ſchiſmaticorum, ſed ſecundum Eccleſiæ catholicæ ritum facere velint, priusquam ſint abſoluti, Eccleſiæ reconciliati, & officiis ac miniſteriis ſuis, irregularitate ſublata, reſtituti: ne damnationem graviorem incurrant, propter irregularitatis impedimentum, quo tenentur per ſacros Canones illaqueati.

Veniæ ſpe propoſita, errantes omnes ad Eccleſiam Catholicam revocandos.

IX. Ne vero pœnarum ſeveritate propoſita reverti ad Eccleſiam ab hæreſi cupientes avertamus, & retro pellamus, & non potius etiam duros & obſtinatos veniæ blandimentis emolliamus, atque ad pudorem & reſipiſcentiam invi-

invitemus, en omnibus, cujuscunque sint status, gradus, aut conditionis, ad mentem cum filio prodigo redeuntibus, resipiscentibus, atque ad Ecclesiam, patris sui domum, unde aufugerant, ab hæresum & schismatum lenociniis cupientibus reverti, Ecclesiæ valvas, quantum in nobis est, aperimus, & facilem ignoscentiam pollicemur: requirimusque reverendos Confratres nostros, suffraganeos Episcopos, ut animo volventes, boni pastoris officium esse, non imperare cum austeritate & potentia, sed infirmas oves consolidare, ægrotas sanare, confractas alligare, perditas per deserta quærere, atque in humeris reportare: patris item boni officium esse, prodigo filio a longe revertenti veniæ propositione occurrere. Studeant etiam ipsi errantes ad resipiscentiam & Ecclesiam revocare. Omnibus vero Prælatis, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, & Monasteriorum utriusque sexus superioribus mandamus, ut pœnitentia ductos suos subditos & ultro revertentes, veniamque petentes, & emendationem pollicentes, paterne recipiant ad pœnitentiam tolerabilem: quam, emendatione eorum perspecta, sensim minuant, ut sanent, non interimant suas oves. Quod si forte casus sit, ut in Monasterium, & locum proprium absque scandalo recipi pœnitentes nequeant, curent eos in alio ejusdem ordinis Monasterio, secundum juris canonici dispositionem, recipi. Nec eos tantum, qui intra diœceseos nostræ pomœria continentur, cogi volumus, ut huic muneri suo satisfaciant, sed omnes ubique locorum per totam provinciam. Proinde requirimus & monemus reverendos Confratres, nostros suffraganeos Comprovinciales Episcopos, ut ad eundem modum ipsi suarum diœcesi. prælatos requirant, & cogant resipiscentes, ac ultro redeuntes, benigne ad modum prædictum recipere.

De refractariis & in errore persistentibus vi cogendis.

X. Quod si qui apostatæ, & ordinis sui desertores, fascino diabolico & vitiorum amore excæcati atque illaqueati, non patiantur se invitari ad vitæ emendationem, aut ad Ecclesiæ sinum benigne adduci, eos decernimus, post spretam benevolentiam nostram paternam, vi cogendos, per Dei ministros illos, qui laudem bonorum acquisiverunt, ut intrare vel inviti compellantur, qui sponte reverti nolebant. Idcirco concilii totius nomine, per auctoritatem Domini nostri Jesu Christi, qui nos vocavit, & cujus causam agimus, requirimus Christianos Principes, Magistratus seculares, & quotquot potestatem coërcendi malos habent omnes, ut suo ministerio, ad laudem Dei, & Ecclesiæ, cujus sunt filii, salutem, perfungentes, obstinatos Apostatas, Monachos & sanctimoniales, ut suis sordibus & rebellione hærentes, seductores quoque fidelis populi, eis indicatos, potenti manu capiant, tradantque suis Superioribus, aut Monasteriis, pœnitentiæ severiori, salutari tamen, submittendos.

De Apostatis, qui sub prætextu dispensationum Apostolicarum vota religionisque suæ instituta deseruerunt.

XI. Apostatæ quidam extra Monasteria sua degunt, superioribus rebelles, & ad rebellionem alios solicitantes; tanto nocentiores in Ecclesia, quanto hostis domesticus externo perniciosior est: qui nequitiam suam velant dispensationum Apostolicarum prætextu, quas plerumque, vel in curia, vel a pœnitentiariis, aut legatis & nunciis Apostolicis, surreptitie, vel allegatione causarum falsarum, impetrant. Et si causæ juri innixæ bullis obtentis interserantur, tales tamen petunt sibi dari, atque impetrant earum examinatores & judices, summo Pontifici, legatis, nunciis & dispensatoribus ignotos, qui neque causas allegatas examinent, nec partibus legitime vocatis de earum veritate inquirant: Sed simpliciter eorum libidini patrocinentur, aut si dantur judices incorrupti & probitatis amantes, iis bullas suas non exhibent cognoscendas, & nihilominus secum dispensatum esse jactant, utunturque dispensationibus obtentis, haud aliter, quam si causas illas legitime verificassent, unde non infrequenter plus malorum & scandalorum quam a notoriis apostatis accipitur: Nostrum vero non est, sustinere in Ecclesia tantam impostaram, tamque licentiosam Votorum violationem. Proinde statuimus & ordinamus, ut qui dispensationes tales obtinuerunt, in habitu & obedientia suæ religionis, quam professi sunt, coram nobis aut reverendis comprovincialibus nostris Coëpiscopis comparent, atque ita dispensationes suas exhibeant examinandas, & vocatis eorum Superioribus, ac quorum interierit discutiendas: aut si jam habitum temere, & absque prævia bullarum examinatione, deposuerunt, cum reassumant, & eousquè in Monasterio ac sub obedientia se contineant, donec dispensationibus nobis ad examinandum oblatis inveniantur non etiam summum Pontificem & ejus legatos, vel alios dispensatores fefelliss̃e, aut siniſtre aliquid impetrasse. Quod si dispensationibus obtentis, aliter atquè jam statutum est, voluerint uti, eos pro notariis apostatis habendos, vitandos, à Magistratu capiendos, & superioribus cum rebus omnibus, quas habent, expensis tamen Monasteriorum, tradendos, ad eundem omnino modum, quo de apostatis jam decretum & statutum est, totius concilii sententia decernimus & approbamus.

Ut, qui habent administrationem bonorum ecclesiasticorum, vel officia, reddant rationem.

XII. Accepimus in quibusdam Collegiis thesaurarios, fabricæ præfectos, & alios rerum administratores, vel officia spiritualia habentes; raro, aut nunquam dare administrationum suarum rationem, non sine suspicione fidelitatis, cui permagna datur occasio, undè res Ecclesiarum diffluunt, & quæ à majoribus ad ornatum Ecclesiarum magnis studiis congesta sunt, negligentia & fraude posteritatis turpiter dilabuntur: idcirco statuimus & ordinamus, ut Collegiorum & Monasteriorum Officiarii, quibus cura administrandorum & dispensandorum bonorum ecclesiasticorum committitur, jurejurando promittant, se velle ea fideliter conservare, tractare & administrare, ac quotiescunquè petuntur, dare rationem & ea, quæ rationes consectari debent. Diem autem certum computandi Decanus & Capitulum eis præfigant, sub pœna suspensionis ab officio & emolumentorum perceptione. Ad hæc ordinamus, ne facile, ubi sunt idoneæ personæ, uni plura quam unum officia committantur, nisi sint natura connexa, aut personæ paucæ, & valeat unius industria tanta, ut pluribus sufficere possit. Statuimus quoque, ut juxta constitutionem felicis memoriæ Wigboldi Archi-Episcopi, antecessoris nostri, laici provisores parochialium Ecclesiarum, qui pro conservatione ædificiorum, luminarium, & comparatione ornamentorum, instituuntur, nihil ordinent, vel disponant absquè consilio sui plebani: cui bis in anno teneantur reddere rationem, ut si quid inordinate egerint pro utilitate Ecclesiarum, prout, secundum Deum & conscientias suas, videbitur expedire, corrigatur atquè reformetur.

Ut Campanarii seu custodes religiose officia sua exequantur.

XIII. Delatum quoquè ad Synodum est, Campanarios, seu custodes quosdam, quos alii matricularios vocant, tam parochialium, quam collegiatarum Ecclesiarum esse, qui pallas, mappas, vestes sacras, sordide & irreverenter servant, peraguntquè ministeria sua prolixis barbis horridi, ac nulla religionis veste à plebejis discreti: statuimus igitur, ne liceat Campanariis, seu matricularis nutrire barbam, aut in veste laica in Ecclesiis circumcursitare, sed ministeria sua in superpelliceis exhibeant, linteaquè Ecclesiæ & sacrarii, ut munda sint, diligenter asservent. De eorum vero lotione, quæ pertinent ad usum sacrorum, illos admoneant sedulo, quibus hæc cura incumbit; qui talium ablutionem fieri procurent per eos, quibus hoc per Canones licet, sub pœna suspensionis ab officio & emolumentis, donec pareant.

De benedictione fontis, & parvulis, tempore Paschali baptizandis.

XIV. Inolevit gravis abusus in collegiis quibusdam, qui tempore Paschalis Officii aquam omnibus baptismi Ceremoniis benedicunt, quam postea effundunt: statuimus propterea, ut nullum fontem seu aquam Collegia posthac consecrent, cujus nullus est usus, sed ceremoniis & benedictionibus utantur apud illum fontem Parochiæ suæ, quem intra collegii septa, aut in proxima vicinia habent. Et ut Orationes & Ceremoniæ solennes, quæ tempore Paschali & Pentecostes baptismo adhibentur, habeant res eis respondentes. Statuimus ut Pastores & Concionatores adhortentur populum, ut parvulos natos, instante festo Paschæ, servent baptizandos in vigiliam Paschæ, & natos festo Pentecostes instante, ad festum Pentecostes usquè servent; si tamen nullum immineat vitæ periculum.

Ubi & quibus horis debeant parvuli baptizari.

XV. Detestanda est non minus laicorum superbia, quam Pastorum eis obsequentium adulatio, qui, contempta Ecclesia, proles suas volunt in suis domibus baptizari, & eo baptismi aquam deferri. Quem usum prorsus rescindere volentes, statuimus neminem alibi quam in Ecclesia, quocunquè loco natus sit, debere baptizari, exceptis Regum filiis &c. quibus valeat secundum Concilium Viennense deferri. Pastores verò, qui secus fecerint, ab officio suspendimus, donec absolutionem à nobis obtineant. Similiter multos abusus & levitates, quæ passim apud dignissimum illud sacramentum admittuntur,

tuntur, amputare cupientes, prohibemus parvulos tempore pomeridiano baptizari, ſed quando jejuni & ſobrii ſunt homines, & ad res tantas attenti. Si vero pauca ſint in civitate aliqua baptiſteria, & multi baptizandi, poterunt reſidui, qui apud ſacrum matutinale baptizari commodè non poterant, tempore pomeridiano baptizari. Et ſi adſit digna populi frequentia, Paſtor eos de baptiſmi myſteriis doceat; præſertim, ut cogitent, quanta ſit Dei miſericordia peccata abluentis, & nos in ſuos filios adoptantis. Præterea vetamus, Ethnicorum more, ab hoc Sacramento magna convivia inſtruere, epulari, & ebrietate, ut paſſim homines parum Chriſtiani faciunt, omnia miſcere.

Quod non liceat religioſis ſuſcipere in fonte baptizatos, aut nuptiis intereſſe.

XVI. Quamvis religioſis omnibus interdictum ſacris canonibus ſit, ne parvulos in baptiſmo ſuſcipiant, aut nuptiarum conviviis interſint, paſſim tamen hi canones negliguntur, & religioſi ad parvulorum ſuſceptionem, & nuptias invitantur, undè ſuſpecta plerumquè naſcitur & alitur familiaritas, & aculei nonnunquam in pectoribus relinquuntur, qui ut forte ubi arcta eſt cognatio, vel ſenectus emortua, deſint, tamen nocet exemplum junioribus propoſitum. Idcirco Abbatibus, Prioribus, & religioſis quibuscunquè, ſuſceptionem parvulorum in baptiſmo, & nuptiarum convivia plane interdicimus, quantavis neceſſitudine vel parvulis, vel deſponſatis jungantur. Contrarium facientes, pro tranſgreſſione & ſcandalo dato, ſevera pœnitentia decernimus caſtigandos.

Comœdias quatenus liceat in Monaſteriis ludere.

XVII. Percepimus Comœdiarum Actores quosdam, ſcena & theatris non contentos, transire etiam ad Monaſteria monialium, ubi geſtibus profanis, amatoriis & ſecularibus commoveant Virginibus voluptatem. Quæ ſpectacula, etiamſi de rebus ſacris & piis exhiberentur, parum tamen boni, mali vero plurimum relinquere in ſanctimonialium mentibus poſſunt, geſtus externos ſpectantibus & mirantibus, ceterum verba non intelligentibus. Ideo vetamus, & prohibemus poſthac vel comœdos admitti in virginum Monaſteria, vel Virgines Comœdias ſpectare.

Abuſus populi in audiendis miſſis quomodo coërcendus.

XVIII. Animadvertentes populum rudem & ſimplicem, religionis antiquæ & veræ ignarum, actiones propè nullas in miſſæ Sacrificio, præter hoſtiæ ſacroſanctæ oblationem, obſervare; & hinc abuſum natum in Civitatibus, ubi multæ celebrantur miſſæ, ut ab altari de altare diſcurrant, nulli ſacrificio plene intenti: in opidis verò & pagis cœmeteria circumambulent, & de rebus nonnunquam profanis tractent, donec detur ad hoſtiæ elevationem ſignum; qua vel è longinquo conſpecta ac ſalutata, putant ſe hominis Chriſtiani officio abundè perfunctos: è ſalute fore populi fidelis exiſtimavimus, ſi hoc vitium gladio Spiritus exſcinderetur. Idcirco Paſtoribus & verbi divini Concionatoribus omnibus injungimus ac mandamus, ut ubi irreligioſus hic abuſus irrepſit, frequenter doceant populum de tremendis atquè adorandis miſſæ myſteriis, juxta ſanctorum Patrum doctrinam, & ea, quæ in declaratione Cæſareæ Majeſtatis de miſſa traduntur: & quod Chriſtianorum ſit integro ſacro auſcultare, quo participes fiant confeſſionis, quam Sacerdos pro tota plebe facit, & omnium orationum & benedictionis qua eos dimittit.

Et ſi quidem peccat ea in re tota, ut alicubi fit, ruſtica communitas, cenſemus præfectum loci requirendum, ut abuſum talem coërceat ac prohibeat. Qui ſi forte hoc facere recuſet, prohibemus omnibus Paſtoribus, Vicecuratis, & animarum Curatoribus quibuscunque, ne quis cum abſolvat, aut ad Sacramentorum perceptionem admittat, niſi certa fide polliceatur, ſe velle regulis iſtis eccleſiaſticis obtemperare. Si vero paucorum iſtud vitium eſt, & moniti non emendent, cera, vel rebus aliis ad Eccleſiæ ornatum, vel pauperum ſubventionem pertinentibus, pro arbitrio Paſtoris & ædilium, mulctentur.

Et ne cui deſint pietatis ſubmiſſa exercitia, dabimus piis quibusdam & eruditis Viris negotium conſcribendi divino huic officio congruentes meditationes & orationes, pro populi ſimplicis captu, quas & ipſimet legentes intra ſe revolvant, vel è Parochi frequenti inſtitutione addiſcant.

Quando & ubi conveniat ſimul plures miſſas dicere.

XIX. Miſſam ſequentis formulæ, ad quam reformatio inſtituenda erit, ordinamus, ut in Eccleſiis Parochialibus, ad quas potiſſimum confluere ſolet populus in unum collectus, & in minoribus Collegiis ac Monaſteriis, Sacerdotes, quibus dicendæ ſunt miſſæ ſpeciales, eas finiant ante ſolennis miſſæ Evangelium, aut ad ſummum ante actionem, aut ab ejus communione facta incipiant, ne populus in diverſa diſtrahatur. Ubi verò amplæ ſunt Monaſteriorum vel Collegiorum Eccleſiæ, ſic in oratoria diſtinctæ, ut in locis diverſis diverſus accipiatur populus, nec poſſunt uni miſſæ commode omnes eſſe intenti, poterunt ſingulis populorum turmis ſingulæ miſſæ celebrari, quibus unusquisque populus ſit intentus: ſub concione autem nulli Sacerdotum liceat in Eccleſia illa miſſam celebrare.

De Oblationibus in miſſa faciendis.

XX. Varia fuerunt olim in lege veteri ſacrificia & oblationes, Chriſti perfectum ſacrificium præfigurantes, quas unica Chriſtus hoſtia in crucis ara conſumavit, ſemetipſum pro nobis offerens. Hæc eſt hoſtia ſempiterna, quam eandem in miſſa Sacerdos, eorum omnium nomine, qui Chriſtum pro ſe oblatum cupiunt, offert ac ſiſtit ante Patrem. Fuerunt & aliæ primitiarum, decimarum, & liberalium votorum oblationes, quibus in Eccleſia, præter ſacrificia ſpiritualia, mactationis vitiorum, gratiarum actionis, laudis & ſervitutis, quæ divinæ Majeſtati debetur; Succeſſerunt etiam rerum temporalium ad uſum Miniſterii neceſſarium oblationes, quas olim in primitiva Eccleſia magnis ſtudiis offerebant in miſſa, quo ſuffragiis ejuscemodi Sacerdotes & Eccleſiæ Miniſtros ſuſtentarent. Undè adeo locupletatæ ſunt initio Eccleſiarum res, etiam perſecutionis tempore, tanta copia, ut, poſt Sacerdotum & Miniſtrorum alimenta, partiti ſint eas etiam in alimenta Viduarum, Orphanorum & Pauperum; in veſtes item & vaſa miniſterii, ornatum & fabricam Eccleſiarum: de quibus extant adhuc antiqui Patrum canones; extant quoquè orationes, quas Secretas appellamus, ſub offertorio miſſæ, quibus oblationes populi Deo commendantur. Qui mos offerendi ſemper fuit in populo fideli retentus ad noviſſima usquè iſta ſecula. Verum res tam altæ originis, & ratione tam ſancta ſubnixa, jam tota prope abire cœpit in deſuetudinem, hominibus piis cauſam & originem offerendi ad altare ignorantibus, & impiis cupiditate Sacerdotum uſum illum introductum calumnioſe aſſerentibus. Quamobrem divini verbi concionatoribus, illis præſertim, qui de oblationibus populi non participant, ad cupiditatis ſpeciem tollendam, præcipimus, ut populo veritatem rei iſtius & utilitatem exponant; hortenturque omnes ſequi majorum ſtudia, ut vel exigui munuſculi oblatione ſuam pro rebus à Deo acceptis oſtendant gratitudinem, quo etiam preces illæ in eos conquadrent: inculcentquè eis, quod Deus non tam ad dona, quam ad voluntatem & mentem piorum reſpiciat: quamquam locupletes & divites convenit eſſe liberaliores, quo gratitudinis ſignum de ſe amplioris præbeant, & teſtentur ſe à Deo à Dei honorem & cultum habere quidquid habent.

De Oblationibus pro defunctis & exequiis pompoſis prohibendis.

XXI. Cum mortuus ſit Chriſtus pro vivis & defunctis, offertur etiam in miſſa non tantum pro vivis, verum etiam pro defunctis. Quod rudes & Sadducæis craſſiores homines ignorantes, nequè orant, nequè ſacrificium expetunt, aut exequias, aut juſta pro parentibus, liberis, cognatis & amicis perſolvunt: non aliter ſane, quam ſi cum corporibus ſimul & animæ extinguerentur. Mandamus idcirco, ut verbi divini Concionatores, populum hac de re diligenter ac pie informent & doceant, ne animæ amicorum in Chriſto defunctorum ſuffragiis orationum & oblationis Chriſti fraudentur. Qui modis ſemper fuit retentus in Eccleſia, atquè etiam ante Chriſtum apud Judæos celebris. Nequè enim ex unico Machabæi facto concluditur, ſanctum eſſe pro defunctis orare & ſacrificium offerre, ut à peccatis ſolvantur, ſed quoniam ita pii & de vera fide inſtructi Judæi, absquè hæſitatione credebant: Verum non probamus, propterea pompoſos & ſumptuoſos apparatus ſupra hominis conditionem, qui valent ad oſtentationem potius opum, quam ut defuncto ſuffragentur. Improbamus vero comeſſationes & ebrietates, quibus poſt exequias quidam indulgent, quaſi mortuorum amicorum memoriam vino abluere velint, ubi potius eadem via ſibi ſequendum eſſe cogitare debebant.

De proceſſionibus, in quibus ſacra hoſtia cum imaginibus ſanctorum circumfertur.

XXII. Nihil prope tam ſanctum eſt, quod ſecularium hominum vanitas non trahat in abuſum: Eccleſia de theſauro corporis Chriſti exultans, circumfert longis proceſſionibus extra ſacras ædes hoſtiam illam ſalutarem, videlicet ſimul repræſentans itineris Chriſti hiſtoriam, qui dum quæreret ſalutem noſtram, in medio populi verſatus eſt, & univerſam Judæam circumambulavit, docens, & ægrotos ſanans, diſcipulis comitantibus: quamobrem & ſanctorum reliquias, & imagines eorum qui veſti-

gia ejus ſecuti ſunt, ſimul circumferimus, ſignificantes illos nunc cum ipſo regnare & triumphare in Cœlis. Quæ memoria debet piis eſſe jucunda & læta. Verum huc ſecularis ſtultorum hominum vanitas irrepſit, & adhibentur etiam ludi profani & ſcurriles magno ſtrepitu, ac quaſi ad bellum procedendum eſſet tympana pulſantur, & otioſa ſpectacula eduntur, rebus iſtis non congruentia, quibus populus delectatus, à rebus, quæ proceſſione aguntur, avocatur. Mandamus idcirco, ut juxta Cæſareæ Majeſtatis reformationem, quidquid non valet ad devotionem excitandam à proceſſionibus removeatur. Sed ſint proceſſiones compoſitæ, graves & modeſtæ, abſint riſus, joci & confabulationes, & orent homines, aut ſuaviter corde & voce modulentur: nec beatæ Virginis, aut alterius cujuslibet ſancti, plures, quam imago una uniuscujusque circumferatur, ne videamur magnas & parvas, cultas & incultas ſtatuas inſpicere, & non ſurſum mente in Cœlum ſubducta rem ſignificatam potius cogitare. At ubi populus vanus noluerit abuſum hunc corrigere, & inſolentiam prohibere, mandamus & præcipimus Sacerdotibus & Clero, ne talibus proceſſionibus interſint, ubi iram Dei, non vero miſericordiam in nos provocamus.

De ſtationibus & ſupplicationibus.

XXIII. Quantum in Proceſſionibus feſtivis peccat turba populi, tantum in ſtationibus & ſupplicationibus ſolet Clerus peccare, & populum devotum nudis interdum plantis & capitibus incedentem ſua inſolentia, confabulationibus, cachinnis, incompoſitis moribus, & diſcurſibus, ſcandalizare. Præcipimus idcirco, ut in omnibus cujuscunque generis proceſſionibus Clerus exemplis bonis populum ædificet, & aut oret, aut cantet cum gravitate per plateas incedens: nec dilabantur ad jentacula, nec in Eccleſiis, dum ſacrum in ſtationibus peragitur, deambulent, aut confabulentur, ſed choro omnes interſint, habeantquè ſinguli Decani & Seniores ad juniores reſpectum, puniantturquè transgreſſores pœnis quas Decanus injunget.

Ut diſtributionum non ſint participes, qui officiis integris non interfuerint.

XXIV. Non minori populi ſcandalo Clerici quidam, quando ſunt pingues diſtributiones, Chorum ad breve tantummodo tempus, quo ſui præſentiam teſtentur, ingrediuntur, nec officium totum perſolvunt: ſed continuo egreſſi chorum, aut obambulant in Eccleſia, vel ejus immunitate, aut ad aliam, in qua ſimul beneficium habent, celeri tranſitu ſe proripiunt, ut ſimiliter teſtentur ſe fuiſſe præſentes, quo duarum Eccleſiarum diſtributiones pro eodem officio integras percipiant, cum in nulla Eccleſia officium integrum perſolverint, manifeſto indicio, ſe pecunia, non Chriſto, aut Eccleſiæ ſervire, ut ter peccent; primum cupiditate, deinde cultus divini negligentia, tertio exemplo pravo, quo populum ſcandalizant, ut transgreſſionem Canonum prætereamus. Etenim in concilio Calchedonenſi ſtatuerunt Patres, ne quis Clericus in duabus Eccleſiis inſcriberetur, aut miniſtraret, nec communicaret prioris Eccleſiæ rebus, qui ad ſecurdam tranſiret. Quamobrem ſtatuimus, ut illi ſoli, qui horis divinis, aut defunctorum exequiis, ſeu memoriis à principio ad finem usque interſunt, idque in habitu, qualem temporis & perſonæ conditio requirit, diſtributiones percipiant, niſi juſta cauſa ſit, quare ante officium finitum diſcedant, aut tardius ipſum accedant. Nolumus tamen hac conſtitutione privilegio Prælatorum derogatum.

De proceſſionibus ruralibus.

XXV. Decanis ruralibus committimus, ut ruri, ubi major eſt abuſus, per ſuas regiunculas Paſtores adhortentur, ut ad prædictum modum ſuas proceſſiones inſtituant, nec vagi & incompoſiti per agros diſcurrant, & præſertim Rogationum tempore, quando Deum pro miſericordia & frugum conſervatione imploramus, transgredientes Paſtores aut ipſi in Synodis ſuis corrigant, aut Viſitatoribus noſtris indicent.

Ut Paſtores rurales Decanis ſuis obediant.

XXVI. Quod præcipit Apoſtolus, ut fideles omnes Præpoſitis ſuis, quorum eſt vigilare pro animabus eorum ad reddendam Deo rationem, obediant atque ſubjaceant, intelligant Paſtores rurales, non ad laicam modo turbam, ſed etiam ad ſe pertinere, qui debent Decanis ſuis in licitis & honeſtis omnibus reverenter auſcultare & parere: & æquum eſt, ut obedientiam, quam ab inferioribus ſuis, tanquam Chriſti Vicarii exigunt, ſuperioribus exhibeant. Præcipimus ob id, ut viſitatores de obedientia, quam mavult Deus quam ſacrificium, potiſſimum inquirant, nec ſinant inobedientiam impunitam.

Ne Magiſtratus ſeculares Decanis & Paſtoribus in Officiorum ſuorum executione ſint impedimento.

XXVII. Accepimus Magiſtratus ſeculares quosdam, & Principum Præfectos, munera eccleſiaſtica invadere, ac tyrannidem in Chriſti Sacerdotes & Clerum exercere, cogere Paſtores,

ſtores, ut præter Eccleſiæ catholicæ conſuetudinem ſubditos ſub duplici ſpecie communicent, & Ceremonias pie inſtitutas abrogent: quos Schiſmaticos, atquè cum Core, Dathan & Abiron, quos terra deglutivit, æternæ maledictionis obnoxios eſſe, è ſacra ſcriptura diſcimus. Alios quosdam accepimus impedire, Decanos rurales, quo minus poſſint officia & jurisdictionem ſuam exercere, Synodos libere celebrare, & exceſſus corrigere, ſed judicium hoc vendicare ſibi, qui & ipſi intelligant ſe excommunicationem à jure & Canonibus latam incurrere. Quos & excommunicatos totius concilii auctoritate, ubi præmoniti non abſtinuerint, pronunciamus & declaramus. Volumus quoquè, ut Viſitatores tales eccleſiaſticæ diſciplinæ ad libertatis violatores atquè oppreſſores, ad nos pro ulteriori eorum perſecutione perferant: quos, ſi noſtræ ditionis fuerint, pro malis meritis plectimus: Sin alterius, eorum Principibus aut Cæſareæ Majeſtati plectendos denunciabimus.

Ne Magiſtratus ſeculares onerent domos religioſorum & eorum perſonas ſervitiis ſecularibus.

XXVIII. Pervenit ad ſacrum concilium, Præfectos quosdam in religioſarum ſororum domos irruiſſe, & fractis per vim foribus occupaſſe, atquè in granaria ſua convertiſſe earum officinas: quin etiam religioſas ipſas ſorores magna ſervitute opprimere, compellere frequentes Monaſteriis ſuis egredi in arcem, ubi eas domeſticis ſuis ſervitiis gravent. Quam indignitatem ſacri Canones graviſſimis cenſuris damnant, nec diſſimulare absq; magno reatu nos poſſumus. Proinde hoc tales, ubi res ita aguntur, cum toto concilio pronunciamus anathema violatæ immunitatis eccleſiaſticæ incurriſſe, committimusquè Viſitatoribus noſtris, ut de facti enormitate inquirant, quo de remedio ulteriori poſſimus cogitare.

Ne Coloni Eccleſiarum ſervitiis indebitis graventur.

XXIX. Ad hæc præcipimus & mandamus univerſis Magiſtratibus, & Præfectis fidelibus, ne contra juris diſpoſitionem, Eccleſiarum Colonos ſervitiis & impoſitionibus gravent, ſed juxta Cæſareæ Majeſtatis reformationem, ſacros Canones, & Imperatorum leges, libertatem, privilegia & immunitates eccleſiaſticas conſervent eis illibatas: ſi anathema & animæ damnationem velint evitare.

Ne Judices ſeculares Clerum judicialibus impenſis ultra æquitatem gravent.

XXX. Perlatum eſt in concilium, ſeculares quosdam judices pravo & nusquam gentium audito exemplo, ab annis paucis introducto, exigere à Clero, ſi quando Clericus, vel religioſus, ratione bonorum eccleſiaſticorum, vel aliis de cauſis, laicum in ſuo foro convenit, impenſas duplicatas, ut ubi laici actores, vel rei dant ſimplum, Clerici & religioſi (ſi velint juſtitiam ſibi adminiſtrari) duplum ſolvere cogantur. Quod profecto iniquum eſt gravamen, & tam rationi rectæ, quam legibus Imperatorum, & ſacris Canonibus, gravamina à Clero depellentibus adverſum. Proinde ſtatuimus & ordinamus, ne liceat ullis Judicibus, vel Scabinis, quicunque illi ſint, Clericos & religioſos impenſis majoribus, quam laicos, gravare, aut ad dupli ſolutionem eos quocunquè prætextu cogere, ubi in cauſa ſimili dat laicus ſimplum, ſub cenſuris contra eos, qui exactionibus & oneribus Clerum gravant, decretis.

Ne clandeſtina conjugia contrahantur & tolerentur.

XXXI. Sæpius experti, quanta mala ex clandeſtinis conjugiis oriantur, qualia ſunt perjuria, ſtupra Virginum, adulteria, homicidia, parentum & amicorum offenſiones, exheredationes; ut prætereamus ea, quæ Cæſareæ Majeſtatis reformatio pie & Chriſtiane commemorat, decrevimus & ſtatuimus, ut clandeſtine contrahentibus tantisper Sacramenta negentur, donec ab excommunicatione à Judice competente abſolvantur, atquè ita in facie Eccleſiæ Sacramenti ſolennia celebrent. Idem ſtatuimus de incolis & advenis illis, de quibus ſuſpicio eſt, eos in facie Eccleſiæ non eſſe conjunctos: qui aut matrimonii ſolennes ritus in Eccleſia celebrent, aut alibi id ſe feciſſe idoneis teſtimoniis probent. Dum vero hujus gratia ad Eccleſiam convenitur, & qui junguntur, benedictioni Sacerdotali ſe ſubmittunt, abſit omnis levitas & jocus ſecularis, ſed cum Dei timore cogitent quale ſit vinculum quo colligantur, & quod Deus ſit, qui eos conjungat, ut diſcant in Chriſto nubere, cujus gratia & dono totus immaculatus datur & conſervatur.

Quod matrimonium debeat præcedere trina proclamatio, & nemo niſi à Paſtore, ad quem hoc pertinet, conjungi.

XXXII. Fit ſæpè, ut dum Paſtor alter alterius ovile invadens copulat virum & fœminam ſibi non ſubditos, absque Epiſcopi licentia, ut unus fiat duarum maritus, & contra una multorum Uxor. Ideò ſub pœnis & cenſuris Ca-

nonicis statuimus & ordinamus, ut nemo Parochus, vel Presbyter, ausit sibi non subditos copulare, nisi sit alter alterutrius Parochus proprius, & Pastoris alterius dimissorias literas acceperit, nec nisi in utriusquè Parochia trinæ proclamationes tribus diebus festis à se invicem distantibus ad populi frequentiam præcesserint.

Quod non debeant sponsus & sponsa conjungi, nisi in Ecclesia & tempore ab Ecclesia non interdicto.

XXXIII Superbiam eorum, qui Ecclesiam Dei contemnunt, reprimere volentes, mandamus & præcipimus universis Parochis & Presbyteris, ne quis alibi, quam in Ecclesia publice post missam auditam jungendos matrimonio copulet: nec alio tempore, quam jura permittant, sub pœna suspensionis ab officio, quam Sacerdotes mandatum hoc prætergredientes incurrant: nec volumus per officiales nostros cum quovis, nisi ex causis gravissimis, & urgente magna necessitate, dispensari.

De Communione & Confessione Sacramentali.

XXXIV. Perlatum est in concilium, multos reperiri atheos homines, qui sacram communionem ab annis aliquot à suo Parocho non perceperint, quos verisimile est, vel non communicasse, vel alibi clanculum apud schismaticos communicare. Quosdam etiam adire sacram Synaxin, de quibus non constet, utrum sint confessi peccata sua, absoluti, an secus. Statuimus ideirco, ut quicunquè Christiano nomine volunt censeri, semel ut nimirum in anno accipiant à suo Parocho sacram communionem, secundum Catholicæ Ecclesiæ ritum, sub una tantum specie. Et vel eidem prius confiteantur, vel si de eorum confessione probabilis est dubitatio, testimonium afferant, quod alibi sint confessi & absoluti. Alioqui viventes ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & mortui, ecclesiastica careant sepultura.

Ne fratres quatuor ordinum mendicantium audiendis Confessionibus se intromittant, nisi sint præsentati.

XXXV. Exploratum habemus quosdam è fratribus quatuor ordinum Mendicantium juvenes, imperitos & inexpertos Sacerdotes, fiducia privilegiorum sibi ab illis audire passim confessiones, & quoslibet passim absquè judicio & discretione casuum, quorum nullum noverunt, absolvere. Cui periculo obviare volentes præcipimus, ne quis fratrum ordinum Mendicantium confessiones audire præsumat, nisi legitime & secundum formam juris, nobis, vel Comprovincialibus Episcopis præsentatus, & de his quæ ad officium illud pertinent probe informatus sit, & judicatus idoneus. Quod si Priores & Guardiani non compulerint suos fratres ad Ordinationis hujus observantiam, & dissimulaverint, tales norint se ab omni Ministerio Ecclesiarum nostrarum cum suis fratribus submovendos. Ne vero habeant quod de præsentatione querantur, has gratias, salva scribarum moderata mercede, eis impartimur.

De Pœnitentiariis Episcopalibus.

XXXVI. Insuper, ut conscientiis scrupulosis consulatur, ac facilior pateat omnibus ad veniam & absolutionem peccatorum aditus, ordinamus nostros in hac diœcesi pœnitentiarios, qui facultatem habeant, sibi confessos ab omnibus casibus nobis de jure, vel per statuta synodalia reservatis, in foro conscientiæ absolvendi.

Inprimis Reverendum Cyrenensem Episcopum nostrum in Pontificialibus Vicarium, deinde Metropolitanæ Ecclesiæ nostræ Presbyteros Canonicos Theologos, omnes quoquè intraneos & extraneos Collegiorum, & ruralium Pastorum Decanos, & quatuor primarum Parochialium Ecclesiarum in Colonia Pastores: scilicet Martini, Columbæ, Laurentii & Albani: Priores quoquè quatuor ordinum Mendicantium, & præterea ex ordine Prædicatorum fratrum Georgium de Tremonia, ex Ordine Minoritarum fratrem Winandum ab Effrem, Licentiatum Theologiæ, ex Ordine Carmelitarum, fratrem Wilielmum à Blathzem, ex Ordine Augustinensium, fratrem Henricum à Vvyerd: Præterea addimus in majori nostra Ecclesia Venerabilem Licentiatum Theologiæ, Joannem Lunen, Joannem Lamb, decretorum Doctorem, Joannem ab Heinsberg, Theologiæ Licentiatum, & Gotfridum Ditmarum ab Hagen.

De Confessoribus sanctimonialium.

XXXVII. Volentes consulere infirmitati sanctimonialium, quas nonnunquam pudor, vel metus retinent à Confessione libera, quando ad unum tantum Patrem & Confessorem eis familiariter notum allegantur, unde fit, ut sæpè non integre, sed vix unquam libere conscientiam suam exponerent, & tamen ad sacrosanctam Communionem statutis temporibus cum aliis accedant, clementer indulgemus, & concedimus, ut sanctimonialibus bis aut ter in anno fiat potestas, alii, quam suo Presbytero, confitendi, ab ordinario loci deputando, nisi proprius eorum visitator, aut Commissarius, huic rei prius providerit.

De Contemnentibus sacram unctionem.

XXXVIII. Relatum nobis in Concilio est, impios quosdam homines infirmitatis suæ tempore unctionem sacram respuisse ac contempsisse: quamobrem statuimus, ut, si quis Sacramentum illud nobis ab Apostolo Jacobo tantopere commendatum contempserit, ecclesiastica careat sepultura.

Est quoque in observatione dierum festorum multa varietas, de qua in proxima Synodo nostra diœcesana statuemus. Ea vero, quæ hic constituta sunt, judicio sanctæ sedis Apostolicæ, & Oecumenici Concilii, ut omnia nostra, reverenter submittimus: nec per ea sacris Canonibus, traditionibus ecclesiasticis, aut reliquis majorum nostrorum Provincialibus & Diœcesanis Synodalibus constitutionibus, volumus derogatum. Potestatemque præmissa omnia, & singula interpretandi & declarandi, quoties opus fuerit, & visum erit expedire nobis reservamus. In cujus rei fidem & testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in Metropolitana Ecclesia nostra Colonienſi, sexto Aprilis, anno Domini MDXLIX.

CCXXIX.

Kayſers Caroli V. Edictum, daß die jüngſt auff dem Provincial-Synodo zu Cölln verfertigte Statuta und Canones gehalten, auch niemand in der Ertz-Stifft-Cöllniſchen Diœces an deren Ausübung gehindert werden ſolle, de Anno 1549.

CArolus Quintus, divina favente Clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Rex Germaniæ, Hiſpaniarum utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Archidux Auſtriæ: Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comes Habsburgiæ, Flandriæ, Tyrolis &c. Univerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Militaribus Præfectis, Poteſtatibus, Vicedominis, Caſtellanis, Magiſtratibus, Conſulibus, Judicibus, Officialibus, Advocatis, Procuratoribus, Civibus, Communitatibus & omnibus aliis noſtris & Imperii Sacri & ditionum noſtrarum hæreditariorum in provincia Archiepiſcopatus Colonienſis comprehenſarum ſubditis & in Eccleſiaſticis rebus ejusdem provinciæ Epiſcoporum & Prælatorum jurisdictioni ſubjectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtant, gratiam noſtram & omne bonum.

Venerabiles & illuſtres Electores, Principes & Conſanguinei chariſſimi, Generoſi, Nobiles, Honorabiles, devoti & fideles dilecti: Quum venerabilis Adolphus, Archiepiſcopus Colonienſis, ſacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector & Conſanguineus noſter chariſſimus, & ejus Comprovinciales Epiſcopi in Executionem formulæ reformationis in nuperrimis Comitiis apud Civitatem noſtram Imperialem Auguſtam Vindelicam habitis, eidem Archiepiſcopo, & aliis Epiſcopis & Statibus Eccleſiaſticis per nos propoſitæ & ab ipſis probatæ, & quantum in ipſis eſſet, receptæ, ut monitis noſtris ea de cauſa factis parerent, & eidem reformationi commodæ viæ præſternerentur, per quas ad meliorem vivendi rationem transitus fieret, in Concilio Provinciali apud Coloniam Agrippinam habito, Canones quosdam Synodales, tum ad efficacem & indies ſurgentem ac permanſurum reformationis executionem, tum ad mores pravos extirpandos: potiſſimum vero manifeſtos abuſus in Clero & populo coërcendos & ſeductores, qui corrumpendis ſimplicibus hominibus ſtudent, e grege propulſandos ediderint, & nobis obtulerint, autoritate noſtra, quatenus expedire videretur, muniendos, & in executionem mittendos: Nos vero eosdem Canones primariis noſtris Conſiliariis & aliis rerum Theologicarum peritis, ad id ſpecialiter per nos deputatis, propoſitos, & per eos diligenter reviſos & examinatos, eorumque relatione nobis facta, cum illos prædictæ formulæ reformationis conformes invenerimus, proinde ipſos Canones Synodales, ratos & gratos habentes, & quoad opus eſt & per nos fieri poteſt ac debet, approbantes, & decreto noſtro corroborantes, Imperiali autoritate noſtra & qua alias fungimur, vobis omnibus & ſingulis ſerio & ſub pœna gravis indignationis noſtræ & aliis pœnis noſtro arbitrio imponendis, hujus edicti noſtri vigore præcipimus & mandamus, ut ea omnia

Pro-

Provincialis hujus Concilii Colonienſis decreta, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis, ſententiis & verborum expreſſionibus, eo modo, quo illa quemlibet veſtrum concernunt, rite, ſancte, inviolabiliter, citra ullam fraudem & tergiverſationem obſervetis, impleatis & exequamini.

Vosque Principes & Magiſtratus Civiles, in refrenandis & coercendis juxta eadem decreta rebellibus, perverſis & refractariis, ſive illi Eccleſiaſtici, ſive Laici ſint, Eccleſiarum Epiſcopis & Prælatis, ubi ab illis requiſiti fueritis, omnem legitimum favorem, auxilium, opem præbeatis & per miniſtros & officiales veſtros atque alios, in quos vobis imperium competit, præberi jubeatis & curetis. At nullus omnino veſtrum, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, gradus, ordinis & conditionis ſit, aut quocunque munere, aut jurisdictione fungatur, memoratos Epiſcopos & Prælatos in eorum munere, jurisdictione, officio, ſecundum Canones & leges ad ipſorum functionem pertinentes, quovis modo impediat aut turbet, neque id ab aliis fieri jubeat nec permittat.

Præterea quicunque veſtrum, Eccleſiarum, Monaſteriorum & aliorum piorum locorum Advocati, Præfecti & Protectores fuerint, ac Prælatos, Eccleſias & loca pia eorumque bona in fidem, tutelam & protectionem ſuam, ſive ex commiſſione Divorum Principum, Prædeceſſorum noſtrorum in ſacro Imperio ſive noſtra aut alio quovis jure receperint, eadem Præfectura, tutela ſeu protectione neutiquam abutantur, neque ipſos Prælatos, Eccleſias, Monaſteria & loca pia, contra formam & naturam protectionis uſurpent, opprimant, gravent. Quin potius illos & illa in ſuis privilegiis, jurisdictionibus & rebus conſervent & tueantur, & tam ii, quam vos alii omnes ſupradicti contra præmiſſa facere, ſeu attentare, neque præſumatis, neque ab aliis fieri aut attentari ſinatis, quovis quæſito colore ſeu prætextu: quatenus pœnas ſupradictas, & alias in Formula memoratæ Reformationis a nobis propoſitæ, & decretis Provincialibus Synodi Colonienſis contentas, præter eas, quas alioqui Canones & leges inviolatores perſonarum & rerum Eccleſiaſticarum decernunt, malueritis evitare. Hæc eſt enim noſtra ſententia & ſeria voluntas. Datum in oppido Bruxellenſi, Ducatus noſtri Brabantiæ, ſub impreſſione ſigilli noſtri, quarto Nonas Julii, Anno a Nativitate Domini ſupra ſesquimilleſimum quadrageſimo nono, Regnorum noſtrorum, Imperii vigeſimo nono, & aliorum omnium trigeſimo quarto.

Carolus.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium,
Vt. Anton Perenot.
Obernburger ſubſcr.

CCXXX.

Derer Commiſſarien Churfürſts Adolphi III. zu Cölln Vortrag an die auff dem Synodo verſammlete Cleriſey des Ertz-Stiffts Cölln, auch Verordnung, was in einem und andern Stücke reformiret werden ſolle, de Anno 1549.

REverendiſſimus in Chriſto Pater & illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus Adolphus, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Princeps Elector Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. Nobis ſuæ Reverendiſſimæ Celſitudinis hac in parte Commiſſariis, cum plena & libera poteſtate infra ſcripta peragenda conſtitutis, miſſa ad Nos ſufficienti inſtructione, ſuo Sigillo communita, in mandatis dedit ut ſacræ huic Synodo Diœceſanæ ad hunc diem & horam ex moræ indictæ & congregatæ ſuæ Reverendiſſimæ Celſitudinis nomine intereſſemus, & hæc, quæ ſequuntur, à Celſitudine ſua Reverendiſſima, maturo conſilio deliberata, diffinita & decreta, proponamus, eaque propoſita, & (ut par eſt) recepta ſimul cum ipſa Synodo executioni debitæ mandemus.

Initio, ut ſacra Synodus intelligat, quibus ex cauſis Reverendiſſima ſua celſitudo fuerit impedita, quo minus ſui provincialis Concilii, nuper ſe præſidente in hac ſua Metropolitana Eccleſia, ſuo Capitulo & Legatis ſuorum Comprovincialium Epiſcoporum, nec non Prælatis & univerſo Clero ſuæ Diœceſis ſibi confidentibus & aſſiſtentibus ſolenniter celebrati, Decreta & conſtitutiones ſalubriter & efficaciter hactenus exequi potuerit: exiſtimat ſane Celſitudo ſua Sacram Synodum bene meminiſſe, quomodo in ipſo provinciali Concilio (cum jam fere ad calcem illud perductum eſſet) prudenter in medium id illatum, expenſum atque ab omnibus probatum fuerit, nempe quam plurimum referre, ſi ſua Celſitudo memorata decreta, licet jam communi aſſenſu univerſi Concilii ſui provincialis pie & mature conſtituta, invictiſſimo tamen acre-

ac religioſiſſimo Imperatori Carolo V. Domino noſtro Clementiſſimo veluti ex cujus Reformationis formula ſtatibus Eccleſiaſticis in Comitiis Auguſtanis proximis propoſita, & ab cisdem recepta, fluxerunt: ac ſimul etiam ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ſanctæque ſedis Apoſtolicæ (a qua omnis ipſorum Decretorum vis dependet) Reverendiſſimus D. Nunciis pervidenda, & ſicubi videretur, emendanda & approbanda offerret, quo illarum ambarum ſummarum poteſtatum approbatione & authoritate interveniente, tanto felicius prodirent in publicum.

Hoc igitur ſalutare conſilium Reverendiſſimus Dominus noſter inſecutus, quam maxime ad ſe, ut curaret, pertinere putavit, ne hæc Authoritas ſuis Decretis provincialibus, ſine qua forſan leviora reputarentur, deeſſet. Sed cum ejus adhibitio, tum apud Reverendiſſimos Dominos Nuncios, tum apud Cæſaream Majeſtatem, ob innumera, eaque, quam maxime ardua ſacri Imperii & ſuorum Regnorum & Provincialium negotia, ſuæ Majeſtati incumbentia, & frequentem loci immunitatem, in quartum usque menſem extraheretur, factum eſt, ut in memorata executione (quamvis jamdudum valde deſiderata) nullus poterit citius fieri progreſſus.

Cæterum, cum jam proximis diebus Reverendiſſimus D. noſter, ex literis ad ſe, tum a Cæſare, tum a Reverendiſſimis D. Nunciis Apoſtolicæ Sedis prælatis, non ſine magna animi voluptate & exhilaratione acceperit, ſæpememorata ſui provincialis concilii Decreta, poſt eorundem diligentem & maturam expenſionem, veluti divinis ſcripturis & ſacris canonibus, memoratæque Reformationi Auguſtanæ per omnia conſentanea, in totum eſſe recepta & approbata, ac propterea Cæſarem etiam motu proprio ſerium mandatum decreviſſe, quo in univerſum omnibus in univerſa Provincia ſuæ Reverendiſſimæ Celſitudinis degentibus, cujuscumque etiam dignitatis ſtatus, gradus, & Conditionis fuerint, non ſine commination incurſionis graviſſimæ indignationis ſuæ, ſi contrarium a quoquam factum fuerit, demandatur, ut his decretis reverenter pareant, & exequendis etiam eis ſe præbeant promptos, alacres, & paratos, quemadmodum idem Cæſareum mandatum poſtea ad Celſitudinem ſuam Reverendiſſ. transmiſſum, fuſius continet, quod & huic ſacræ Synodo jamjam prælegetur: profecto ſua Celſitudo non diutius morandum rata, ſtatim ejusmodi Decreta cum Cæſareæ Majeſt. mandati, præfixione, æneis typis excudi, & in hac ſua Synodo rurſus publicari & diſtribui mandavit, ut ea publicatione via futuræ Viſitationi, ad quam ſua Celſitudo toto animo & conatu properat & feſtinat, per totam Diœceſim ſuam, quam primum omnino fieri poterit, peragendæ præſterneretur.

Et quidem rebus, Dei ſingulari favore eo adductis Celſitudo ſua Reverendiſſima quam maxime ſane cupivit, poſtpoſitis etiam & a ſe rejectis (quatenus omnino fieri potuiſſet) aliis quibuscunque, & quamlibet gravibus negociis, præſenti huic ſacræ Synodo perſonaliter intereſſe, ut ſuper omnibus rebus, ad executionem decretorum ejusmodi facientibus, vel ad Viſitationem præparatoriis, tanto majori cum authoritate ſtatueretur, & his quæ adhuc deſiderantur, quoad ejus fieri potuiſſet, ſuus quoque legitimus finis imponeretur. Verum hæc meditantem Reverendiſſimam Celſitudinem ſuam, jam in trans Rhenana ſua Diœceſi conſtitutam, quædam inevitabilis, neceſſitas, de improviſo incidens, ſic obſtrinxit & circumſepſit, ut impoſſibile ei fuerit (niſi tamen eam Diœceſis ſuæ partem graviſſimæ & irreparabili jacturæ implicare voluiſſet) ſe ad hanc ſuam Synodum repræſentare. Quamobrem ſua Celſitudo hoc nobis ante omnia impoſuit, quo abſentiam ejus, apud vos omnes, ex cauſa ejusmodi neceſſitatis inſuperabilis, excuſatam faceremus. Idcirco a vobis omnibus diligenter ac impenſe petimus, quo excuſationem ejusmodi, ut per ſe juſtiſſima eſt haud gravate recipiatis. Nam & ne ob hanc ſuæ Celſitudinis abſentiam, quid impræſentiarum a quoquam deſideretur, Mandati nobis facti amplitudine abunde ſancitum eſt: ut præterreamus, quod Celſitudo ejus etiam pollicetur, ſe hanc abſentiam ſuam, in Synodo hanc proxime ſequutura, ſua perſonali præſentia abunde repenſaturam.

Mandato igitur ejus ad nos perlato ſatisfacturi, principio in medium exhibemus memoratæ Cæſareæ Majeſtatis Mandatum in ipſo Avthographo ſeu (ut vulgo vocant) in ſua originali & avthentita forma, ut a Cæſare ipſo propriis digitis ſubſcriptum & ſigillatum eſt, quod & publice per adſtantem Reverendiſſimi Domini noſtri Secretarium (quo in negociis ſuis ſecretioribus quam maxime utitur) prælegi, & vobis ſimul cum Decretis concilii provincialis, nuper licet in Provinciali Concilio prælectis, per eorundem jam impreſſorum exhibitionem & prælectionem, rurſus publicari mandamus:

Requirentes omnes & ſingulos in ejusmodi mandato generaliter, vel ſpecialiter nominatos, tam Eccleſiaſticas, quam ſeculares perſonas cujuscunque etiam dignitatis, gradus, ſtatus & conditionis fuerint, ſive præſentes ſive abſen-

tes, quatenus eidem mandato Cæsareæ Majestatis, uti Ecclesiæ Catholicæ summi Advocati, & Religionis unici Vindicis ac decretis Provincialibus eo ipso mandato, roboratis & communitis, humiliter & prompte pareatis facturi & adimpleturi omnia, quæ inibi facere jussi estis, modo pœnas in eodem Mandato, nec non in memorata Reformatione, & in ipsis Decretis provincialis Concilii, & sacris Canonibus comprehensas, evitare velitis.

Et exhibitum, ostensum, altaque voce prælectum & publica tum est mandatum istud avtographum & rursus publicata Decreta solenniter, ut moris est, per secretarium memoratum, in hæc verba: Carolus &c. uti idem Mandatum ad verbum Decretis Concilii præfixum est.

Nunc ulterius progressuri ad Mandati nobis facti ad impletionem, jubemus per hujus sacræ Synodi Notarium recitari Catalogum eorum omnium, qui ad Synodum hanc Diœcesanam de Jure vel consvetudine comparere sunt obligati, ut lectus quisque respondeat se adesse.

Et factum est, & signati præsentes & notati absentes.

Constituentes igitur nos vobiscum, qui præsentes pro vestra debita & commendabili obedientia adestis, hanc sacram Synodum ex speciali item mandato Reverendiss. Domini nostri, vos omnes & singulos, vobisque subjectos, Priores, Canonicos Ecclesiarum Parochialium Rectores, Vicarios, & alias Ecclesiasticas personas, quas hæc res concernit in Domino monemus & requirimus, ut quicunque memoratæ Reformationis Augustanæ, veluti ad cujus executionem ipsa Decreta Synodi provincialis potissimum spectant, nondum exemplar assequutus est, illud, ut sibi intra 14. dies procuret habere, sub pœna suspensionis ab officio, & beneficio ipso facto incurrenda. Cæterum Prælati & Decani Christianitatum, pro se & sibi subjectis, ipsa Decreta Concilii provincialis recens impressa ex singulari Reverendiss. Domini nostri munificentia, jam aut intra pauciss imos dies gratis accipient.

Secundo, eodem nomine vos omnes & singulos Abbates & Prælatos Ecclesiarum, & in eorum absentia locum tenentes ipsorum, in Domino hortamur, atque etiam monemus & requirimus, ut in Capitulis vestris, quæ intra hinc & dies decem proximos, quisque in vestris Ecclesiis & Monasteriis hanc ob rem indicere obstricti eritis & obligati: Vos vero Decanos Christianitatum, ut in Capitulis seu Synodis vestris etiam proximis, de more indictis, præsentibus omnibus, qui adesse tenentur personis vobis subjectis, tam Reformationem Cæsaris memoratam, quam decreta ista Provincialia; ab Articulo in Articulum indistincte relegatis, seu relegi & intelligibiliter prælegi curetis, & circa singulos articulos, quatenus illis in vestris & vobis subjectis Ecclesiis ab omnibus satisfiat, diligenter exploretis & indagetis: & facta exploratione, quatenus adhuc illis a quoquam satisfactum minus cómperiatis, in hoc authoritate vobis hac in parte impartita, toti sitis, ut illis fiat satis, utque ad illorum præscriptum in vestris Ecclesiis exigantur, & componantur omnia sub pœnis memoratis, alioqui ipso facto incurrendis. Cæterum, si quisquam ex vestro sodalitio, seu ex subjectis vobis horum Decretorum, vel alicujus eorum (competenti monitione præmissa) pervicax magis contemptor, quam obsequiosus adimpletor esse, (quod absit) velit, ac pergat, seu si a secularibus potestatibus, ac aliis quibuscunque Religionis Catholicæ, seu Cæsareæ Majestatis parum observantibus, aliquod vobis circa executionem ejusmodi impedimentum vel obstaculum offeratur, quod vestra authoritate & opera amoliri nequeatis: Volumus, ac Reverendissimi Domini nostri jussu, vobis mandamus, ac quicquid ejus erit, ordine & distincte, cum relatione ad articulos decretorum quibus temere contravenitur, diligenter annoteris, ac intra hinc & festum Natalis Domini proxime futurum, inprimis singuli vestrum Reverendissimo Domino nostro: Deinde vos Decani Christianitatum, vestris etiam Archidiaconis scripto significetis & declaretis: ut Reverendissima sua Celsitudo cum Archidiaconis, vestram impotentiam ea in parte compertam, adjuvent, aut si necessitas postulet ad Cæsarem, veluti summum Executorem a se mandatorum referant. Qua vestra significatione & hoc efficietis, ut Reverendissimus Dominus noster, cognitis morbis tanto certius & præsentius remedium in visitatione, ad quam se parat, adhibere opportune possit.

Quapropter & hoc nobis mandatum est, ut consilium vobiscum capiamus, quonam potissimum tempore post decursa Festa Natalitia Christi proxime futura, quam maturrime visitatio generalis per totam Diœcesin institui & inchoari, & quo progressu a loco in locum continuari & peragi, quam commodissime possit.

Itidem, ut exploremus a vobis Decanis Christianitatum, quando impossibile est, Visitatores per Reverendissimum Dominum nostrum deputandos, ad singulas Ecclesias & loca sacra in hac amplissima Diœcesi sita, proficisci, neque id ut fiat, res ipsa postulat: quæ proinde loca in singulis Decanatibus Christianitatum esse magis

insignia, populosa, & visitationis indigentia existimetis, quoad ea Rectores singularum Ecclesiarum Parochialium, cum vicariis & testibus Synodalibus, ex singulis Parochiis vocari queant, ad visitationem illic peragendam.

Volumus quoque, ut hujus tum faciendæ convocationis, omnes & singuli Parochi suos Parochianos e suggesto in tempore faciant certiores, quo de eligendis idoneis synodalibus testibus dispicere, ipsique testes Synodales, crimina excessus & defectus diligenter exquirere, notare, & animo concipere possint; ne, si imparati veniant, tam visitatores, quam se ipsos, inutili mora per extractionem dilationis fatigent. Denique in mandatis habemus, ut vobiscum super moderato numero evectionum, qui nulli Ecclesiæ (si tamen onera æqualiter distribuantur) gravis esse queat & procurationis Canonicæ debita exactione conferamus, & quoad fieri potest, conveniamus & concordemus & ut vos Decani omnia nomina Rectorum Ecclesiarum Parochialium in vestris Decanatibus sitarum, nobis inscriptis detis, & qui Canonice instituti sint, & qui minus, & quæ sit eorum vita, mores & doctrina, & de vestris quoque institutionibus nos certiores faciatis.

Qua de re hinc, Synodo peracta, digressi in domum capitularem vos recipere vobiscum velitis, super his & aliis quibusdam vobis proponendis, & ad executionem Decretorum provincialium plurimum facientibus, mentem Reverendissimi Domini N. a nobis audituri, & vestram nobis vicissim exposituri, ad Celsitudinem ejus referendam.

Quod ad reliqua attinet, quæ nobis injuncta sunt, probe meminit Reverendissimus D. noster, multa inesse hisce decretis, quæ uberiorem provisionem requirant, multa, quæ Celsitudo ejus capitulo & Comprovincialibus Episcopis ac Clero suo in provinciali concilio se daturam pollicita est. Sed quoniam perlustratio illa Decretorum a Cæsare & nunciis Apostolicis facta, in multum tempus ut præmittitur, protracta est, non poterit Celsitudo ejus, ejusmodi rebus pollicitis & uberiorem provisionem requirentibus, admovere citius manum, quam calculum Decretis istis adhibitum esse, (quod primum intra pauciss imos dies factum est) intellexisset.

Ergo quod Celsitudo ejus in hac Synodo præstare non potuit, id totum ad Synodum, quæ hanc sequentem, feria secunda post dominicam Invocavit Anni sequentis millesimi quingentesimi quinquages. celebranda, (cui quoque se personaliter inter futuram Dei Beneficio sperat ac confidit) præstituram & impleturam remittit nisi quod in hac præsenti Synodo prætereundum non putavit diffinire, quæ festa per totum anni Circulum singulis quibusque mensibus, tam a Clero, quam a populo, ad Dei omnipotentis laudem post hac solenniter sint celebranda: ut diversitas celebrationis festorum, quæ hactenus in hac inclyta Diœcesi multis offendiculo fuit, tollatur.

Igitur vestigiis suorum Prædecessorum & præsertim quondam bonæ memoriæ Domini Henrici, Archiepiscopi Colonienssis inhærendo, habita etiam diligenti consideratione, quid super his in generalibus Conciliis, & Jure communi constitutum olim sit & quid universali ritu in Ecclesia Catholica a piis omnibus ubivis observetur, Authoritate sua Archiepiscopali vult, mandat & ordinat, ut posthac per Civitatem & Diœcesim Colonienssem, festa & infra memorata solenniter observentur & celebrentur.

In Mense Januario.

Circumcisionis Domini.
Epiphaniæ.
B. Agnetis Virginis & Martyris.
Conversionis Pauli.

In Februario.

Festum purificationis Mariæ beatæ Virginis.
Cathedra S. Petri Apostoli.
S. Matthiæ Apostoli.

In Martio.

Annunciationis beatæ Mariæ Virginis.

In Aprili.

S. Georgii Martyris.

In Majo.

Sanctorum Philippi & Jacobi Apostolorum.
Inventionis S. Crucis.

In Junio.

Nativitatis S. Joannis Baptistæ.
S. S. Petri & Pauli Apostolorum.

In Julio.

Visitationis Beatæ Mariæ Virginis.
B. Mariæ Magdalenæ.
Translationis trium Regum, in civitate Colonienssi tantum.
S. Jacobi Apostoli.
S. Pantaleonis in civitate Colonienssi.

In Augusto.

S. Petri ad Vincula.
S. Laurentii Martyris
Assumptionis B. Mariæ Virginis.
S. Bartholomæi Apostoli.
Decollationis S. Joannis Baptistæ.

In Septembri.

Nativitatis S Mariæ Virginis.
Exaltationis S. Crucis.

S. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ.

Dedicationis Majoris Eccleſiæ Colonienſis, in die SS. Coſmæ & Damiani, in civitate Colonienſi celebrandæ.

S. Michaelis Archangeli.

In Octobri.

S. Geræonis.

SS. undecim millium virginum.

S. Severini, in Civitate Colonienſi.

SS. Simonis & Judæ Apoſtolorum.

In Novembri.

Omnium Sanctorum.

Commemorationis Animarum, ante meridiem.

S. Martini Epiſcopi.

S. Cuniberti, in civitate Colonienſi.

Præſentationis B. Mariæ Virginis.

B. Cæciliæ Virginis in civitate Colonienſi.

B. Catharinæ Virginis.

S. Andreæ Apoſtoli.

In Decembri.

S. Nicolai Epiſcopi.

Conceptionis B. Mariæ Virginis.

S. Thomæ Apoſtoli.

Nativitatis Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

S. Stephanis Protomartyris.

S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ.

S. S. Innocentum.

Nunc ſequuntur mobilia.

Feſtum Paſchæ cum duobus diebus ſequentibus.

Feſtum Aſſcenſionis Domini.

Feſtum Pentecoſtes, cum duobus diebus ſequentibus.

Feſtum Corporis Chriſti.

Feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis, Dominica poſt octavas Pentecoſtes. Denique vult ut in ſingulis Eccleſiis feſtum Patroni, ut par eſt, ſolenniter celebretur.

Dato igitur ſuper hac re nobis ſpeciali mandato, ejusmodi dies per civitatem & Diœceſim Colonienſem, ut memoratum eſt, ſolenniter & concorditer celebrandos eſſe, vobis ſignificamus.

Qui & hoc Authoritate præfati Reverendiſſimi Domini noſtri a vobis poſcimus, ut cum e ſuggeſtu Feſta iſta populo denunciantur celebranda, ſimul & hoc addatur, ut populus ad ſacram concionem, quæ in ejusmodi Feſtis haberi debet; conveniat, ſacræ Miſſæ interſit, & totum diem in Dei laudibus expendat, memor illius: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus, qui eſt glorioſus in operibus & mirabilis in ſanctis ſuis.

Eſt quoque quiddam in Decretis Provincialibus conſtitutum, de Vicariis Eccleſiarum in Civitate & Diœceſi Colonienſi, ut ad ſua revocentur officia; & Deo præbeant eum, quem debent, in Eccleſiis, ad quas (hoc vicariorum nomine) aſſcripti ſunt, famulatum. Quod quo majori authoritate roboretur, mandavit Reverendiſſ. Dominus noſter, præter Conſtitutiones Prædeceſſorum Celſitudinis ſuæ Reverendiſſ. ſuper hac re expreſſe diſponentes, quas & authoritate hujus Synodi innovatas eſſe vult, publicari Bullam Apoſtolicam, impetratam olim per quondam Felicis Recordationis D. Hermannum ab Haſſia, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, ſuum Prædeceſſorem, omni laude digniſſimum, ad coërcendam ſuorum Clericorum irreligioſitatem & in excuſabilem negligentiam, quam in præſtandis officiis ſuis Eccleſiis committunt: quare & hanc Bullam recitari & publicari jubemus.

Et recitata & publicata eſt tenoris ſubſequentis.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex Apoſtolicæ ſervitutis officio &c.

Poſt hæc antiquos Canones, & Reverendiſſimi Domini noſtri Prædeceſſorum conſtitutiones, de Clericis peregrinis non admittendis ad ſacra miniſteria, niſi literis formatis & dimiſſoriis authenticis exhibitis & productis in hac Synodo, vigore Mandati nobis facti, innovamus, ac deinceps firmiter; obſervari ipſius Reverendiſſimi authoritate præcipimus.

Vult quoque Reverendiſſimus Dominus noſter baptizatos ab hæreticis & Schiſmaticis, per manuum Epiſcopalium impoſitionem, & Chriſma, ſecundum antiquos Canones, Eccleſiæ Catholicæ reconciliari debere: quod reſpuentes, jubet a communione Catholicorum penitus ſecludi.

Vetat quoque ne Monachi laicos ſine ſuorum Curatorum, neve quis alienum Parochianum, ſine ſui Parochi conſenſu ſcienter communicet, ſub pœnis Canonum ipſo facto incurrendis, demandans, ut Canon omnis utriusque ſexus de pœnitentia & remiſſione ad minimum obſervetur: cum alioqui olim non haberetur vere Chriſtianus, qui ad minimam non communicaſſet ter in Anno: in Paſchate, in Pentecoſte, & in Natali Domini.

Vult ſæpe ac frequenter admoneri populum de ſuggeſtis, ut ſe a deambulationibus in templo Domini, præſertim dum ſacra fiunt, & divina officia celebrantur, penitus abſtineant, atque pueros ſuos & canes, quos a clamoribus, ſtrepitu & latratu continere non valent, in domibus ſuis relinquant memores quod ſcriptum eſt loquente Deo: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.

Vult ut populus ſuæ Diœceſis Rectoribus Eccleſiarum Parochialium qui ipſis miniſtrant ſpiritualia, temporalia reddere (ne fame laborent) non graventur: & ob id oblationes, quæ olim a fidelibus & piis hominibus ad quotidiana ſacrificia religioſe & liberaliter offerebantur, ad minimum in quatuor principalibus feſtis, valore ad minimum trium obulorum, libenter & ultro ad altare Domini deferentes, perſolvant, aliaque Jura Parochialia, ſecundum morem ab Eccleſia Catholica olim receptum, dependant, memores ejus, quod ſcriptum eſt: qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non allegabis os bovi triturranti, & dignus eſt operarii mercede ſua.

Adverſus Sacerdotes publicos fornicarios, & aliorum criminum manifeſte reos, per fiſcales ſuos diſtricte procedi vult, præſertim adverſus relapſos poſt mandati in ſua Synodo Diœceſana anno præterito 48. 2. Octobris celebrata, contra concubinarios ipſos publicati tenorem.

Quibus etiam fiſcalibus ſuis hoc vult ſerio injunctum, ut quæcunque in memorata Diœceſana, deinde quæ in Provinciali, denique quæ in hac Synodo, ſecundum Deum & ſalubriter conſtituta ſunt, & imprimis Reformationem Auguſtanam ad ungvem teneant, & adverſos eorundem Prævaricatores (quos etiam non delatos ex officio inquirere tenentur) ſine mora & præter omnem conniventiam ſerio procedant ſub Celſitudinis ſuæ Reverendiſſ. gravis indignationis, & a ſuorum officiorum amotionis pœnis, ſi ſegnes inveniantur incurrendis.

Quæ omnia nos præfati Reverendiſſ. Domini noſtri Commiſſarii ad præſidendum in hac ſacra Synodo Diœceſana, Celſitudinis ſuæ Reverendiſſimæ nomine cum plenaria poteſtate ordinati, vobis omnibus & ſingulis ex ſpeciali mandato ejus ſignificamus, indubitata ſpe freti, quod hæc omnia, quæ pia & ſancta, religioſa, bonis omnibus amabilia, & amplectenda, videtis, nobiscum debitæ executioni ſecundum Reverendiſſ. Domini noſtri voluntatem & mandatum, exequi diligenter ſtudebitis. In quorum fidem præſens ſcriptum ſigilli Curiæ Colonienſis, quo in præſentibus utimur, impreſſione communiri fecimus. Datum in Synodo Diœceſana Coloniæ Aggrippinæ, die ſecunda Octobris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono.

CCXXXI.

Churfürſts Adolphi III. zu Cölln Mandatum wider diejenigen, ſo ſich ungebührlicher Weiſe in die Parochial Kirchen-Aemter eindringen, ingleichen wider die Laſter derjenigen Perſonen, welche ihren auf ſolche verbotene Weiſe erlangten Aemtern, mit groſſem Aergerniß der Gemeine, vorſtehen, de Anno 1550.

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, legatusque natus &c. univerſis & ſingulis noſtrarum Metropolis & Diœceſios incolis & ſubjectis, tam Eccleſiaſtici, quam ſecularis ſtatus cujuscunque ordinis, vel conditionis fuerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum non modo ſacrorum Canonum ſed & Evangelica pariter & Apoſtolica authoritate conſtitutum ac decretum ſit, nemini prorſus licere ſine Canonica manuum impoſitione, ſeu ordinaria miſſione adminiſtrationem Eccleſiarum, præſertim Parochialium, ſuſcipere, aut officium ſibi non creditum in Eccleſia Dei propria temeritate uſurpare, adeo, ut qui ſecus facere tentaverit, non pro legitimo gregis Domini curatore, ſed magis pro fure & latrone aliunde in ovile dominicum aſcendente habendus, & ab omnibus Catholicis & fidelibus hominibus tanquam peſtifer homo & diſciplinæ Evangelicæ adverſarius vitandus ſit: atque ea de re olim per felic. Record. Dominum Henricum Archiepiſcopum Colonienſem Prædeceſſorem noſtrum in Concilio ſuo provinciali provide conſtitutum ſit, neminem debere Eccleſiam, cui cura animarum incumbit, vel tenere vel regendam ſuſcipere aut ſuſceptam occupare, niſi a nobis & pro tempore exiſtente Archiepiſcopo, vel Archidiaconis noſtris, ſeu eorum officialibus, quibus id de Jure, vel conſvetudine competere d. noſcitur, ad eandem fuerit legitime inſtitutus: cum alioqui talis manifeſte careat clavibus ligandi & ſolvendi: hoc etiam adjecto, ut contrarium facere præſumens, niſi ejusmodi Eccleſiam viginti dierum monitione præmiſſa, dimittat ex nunc excommunicationis ſententiam incidat ipſo facto, nec plebs ei obediat, vel morem gerat: cumque non diſſimili, cenſuræ omnes Apoſtatæ monachi, & qui extra obedientiæ Jugum ordinis ſui obſervantiam, Eccleſiarum regimini ſe intromittere non verentur, ſeu qui in hæreſi, vel ſchiſmate, ſeu in publico inceſtu, aut aliis enormibus criminibus, ad ſuam ipſorum damnationem & Eccleſiæ Dei ſcandalum computreſcunt, juſtiſſimo jure percellantur: Uti

quoque nos tales prævaricatores in proximo noſtro Concilio Provinciali, accedente aſſenſu & ſententia totius Synodi, excommunicationis vinculo innodaſſe meminimus. Fuerit autem in nupera noſtra Synodo Diœceſana ad nos multorum veridicorum atteſtatione perlatum permultos eſſe qui memoratis Evangelicis, Apoſtolicis & Canonicis cenſuris contemptim ſpretis, ſe in Eccleſias Parochiales, intra noſtræ Diœceſeos pomeria & fines conſtitutas, vel propria authoritate, ſine ullo Canonico titulo ingeſſerint, vel eas per manum ſecularem intruſi, ſine Canonica inſtitutione detineant occupatas: non paucos quoque Monachos, partim Apoſtatas, partim extra obedientiam degentes, divina tractare & populo Sacramenta adminiſtrare non ſine graviſſimo innumerarum animarum diſcrimine & periculo: Nos igitur, qui in Eccleſia Dei pro parte ſolicitudinis nobis concreditæ ſpeculatoris officio fungimur, quibus ex impoſiti muneris neceſſitate hoc imprimis incumbit, ut a Chriſti ovilibus lupos quam longiſſime repellamus, & Eccleſiarum illicitas invaſiones, quantum in nobis eſt, prohibeamus: provideque animo repetentes, nobis nequaquam licere, tam fœdam Eccleſiaſticæ Diſciplinæ Corruptionem, horrendaque facinora & gravia ſcandala diutius diſſimulare & ſuſtinere, quin potius hoc a nobis divinum pariter & humanum Jus poſtulare, ut diſciplinæ Eccleſiaſticæ nervum in memoratos præſumptores, ad eorum damnabilem audaciam coërcendam, diſtringamus. Quamobrem, præſentis noſtri mandati, de aſſenſu ſacræ Synodi noſtræ, cui in præſentiarum præſidemus, Decreti, vigore monemus omnes & ſingulos, qui ſe propria authoritate, ſine titulo Eccleſiis Parochialibus ingeſſerunt, vel illas per intruſionem manu ſecularis, ſine canonica inſtitutione, occuparunt: Ad hæc, omnes Apoſtatas, Monachos, vel qui extra obedientiam degentes ſe Eccleſiarum regimini ingerunt, quique hæreſi vel ſchismate, aut publico inceſtu, ſeu aliis enormibus criminibus manifeſte irretiti ſunt, ut intra viginti dierum ſpatium, quod illis pro Canonica monitione præfixum volumus, Eccleſias memoratas, quas occupatas detinent, realiter & cum effectu dimittant, præbituri locum canonice & legitime ſufficiendis. Alioqui ipſos & eorum quemlibet contrarium facientes, & hujusmodi noſtro mandato non parentes, deſimili dictæ noſtræ Synodi aſſenſu, ſententiam Excommunicationis majoris, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, ipſo facto damnabiliter incidiſſe, præſentium per tenorem declaramus: quas etiam, ut excommunicatos publice nunciari, & a plebibus, quarum curam ſibi uſurparunt, aliisque fidelibus vitari, ſerio ac diſtricte mandamus, donec Deo & Eccleſiæ digna pœnitentia ſatisfecerint, ac beneficium abſolutionis a nobis meruerint impetrare. In quorum fidem & teſtimonium, præſens noſtrum Mandatum ſigilli noſtri impreſſione fecimus communiri. Datum in Synodo noſtra Diœceſana Colonienſi, Anno 1550. die Mercurii, 26. Januarii.

CCXXXII.

Acta des Synodi Diœceſanæ zu Cölln, de Anno 1550.

CUm in Dei nomine, authoritate Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Illuſtriſſ. Principis & Domini noſtri Dn. Adolphi, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarii, Principis Electoris, Weſtphaliæ & Angariæ Ducis, legatique nati &c. in ſuam Metropolim, Coloniam Agrippinam, ſacra Synodus Diœceſana, ad feriam tertiam poſt dominicam Invocavit, propter feſtum S. Matthiæ Apoſtoli, quoad in feriam ſecundam præcedentem, celebrationi Vernalis Synodi deſtinatam, incidebat, conveniſſet: idem Reverendiſſimus D. Archiepiſcopus celebratione ſacrorum Myſteriorum, & invocatione Gratiæ Spiritus ſancti præmiſſa, poſtquam Synodus de utilitate & neceſſitate Viſitationis, oratione per docta pro more commonita fuiſſet, quam & ejusdem Reverendiſſimi officialis, ſua ſubſecuta admonitione confirmavit, digreſſus in domum ſuam Capitularem, ipſam ſacram Synodum in ſequentem ſententiam alloquutus eſt:

Propoſitio reverendiſſimi.

Memoria tenere ſacram Synodum quomodo ipſe pro debito officii ſui Paſtoralis, a Comitiis Auguſtanis proximis unâ Provincialem, & duas Diœceſanas Synodos indixerit, & celebraverit, in quibus hoc potiſſimum illi curæ fuerit, ut reformationem Eccleſiarum, quam invectiſſimus Cæſar, Carolus, in memoratis Comitiis, ſtatibus Eccleſiaſticis propoſuit, quam & ipſi ſtatus receperunt, exequeretur. Præterea Synodum ipſam probe meminiſſe, quomodo, præter multa pie & religioſe in prædictis Synodis conſtituta, ſe adhuc pleraque alia præſiturum pollicitus ſit: Imprimis, quod omni ſtudio ad viſitationem ordinariam & canonicam parare & accingere ſeſe & per eandem quæcunquæcunque Cæſarea Reformatio & ſuæ Synodi conſtituiſſent, debitæ executioni demandare vellet. Quapropter in nupera Synodo ſua Diœceſana præparationem ad ejusmodi Viſitationem facere cupiens, omnibus & ſingulis, quibus hoc ex officio incumbit, impoſuit, ut reformationem Cæſaris in ſuis Synodis, in dicto ſuo conventu, diligenter relegerent, ac omnia ad illius præſcriptum in ſuis Eccleſiis & Monaſteriis componerent: & ſi qua in re impedirentur, id ad Reverendiſſimam ſuam Celſitudinem referrent: In quo tametſi quidam morem geſſerint, nonnulli tamen ſuo officio ſatisfacere neglexerint. Id quod hinc eveniſſe non immerito credat, quod a paucis, quo res iſta maxima tendat, fuerit ſatis intellectum. Ne igitur hæc res in domino bene cœpta, diutius protrahatur, aut alicujus incuria vel negligentia in longum differatur, fecerit formulas quasdam inquirendi inviſitatione, ſecundum Eccleſiarum, Monaſteriorum, aliorumque piorum locorum ſuæ Diœceſeos rationem conſcribi, prælo mandari & evulgari: juxta quas ſi in viſitatione progreſſus fiat, ſperet, Reformationem Eccleſiarum a Cæſare propoſitam & receptam, felicem ſucceſſum habituram. Quas formulas velit ſacræ Synodo nunc facere communes, a qua etiam petat & inquirat, ut ipſum hac in re longe maxima, ſuis conſiliis adjuvent, & Viſitationis, quam molitur, curſum, quantum in ipſis eſt promoveant. Habito igitur diligenti & maturo ſuper hac propoſitione Synodali Tractatu, tandem Reverendiſſimus de ſacræ Synodi unanimi concilio, decrevit, conſtituit, & mandavit ea, quæ ſequuntur:

DECRETA.

Primum, ut omnes quotquot huic ſacræ Synodo interfuerint, ſimiliter omnes Rectores & Curatores Eccleſiarum Parochialium, aliique in univerſum, quos Viſitatio concernit, hanc inquirendi formulam ſibi comparent intra dies XV. ſub pœna ſuſpenſionis. Secundo, ut emptas formulas diligenter perlegant, utque Abbates, Prælati, & Decani Chriſtianitatum, quam primum domum redierint, capitula & conventus indicant, & quique pro ſuo officio ſecundum formulas ejusmodi quam diligentiſſime, a ſingulis eorum curæ ſubjectis, perſonarum rerumque omnium præſentem ſtatum ordine inquirant.

Tertio, ut quæ facta inquiſitione compererint invecta eſſe, vel contra fidem catholicam, vel bonos mores, ſeu Reformationem Cæſaris, vel decreta ipſa provincialia, ex quibus formulæ iſtæ concinnatæ ſunt, ea omnia corrigant, eradicent, & evellant & eorum loco, quæ pia, catholica, & bonorum morum ſunt, inſerant, & cuncta ad præſcriptam Reformationem, & provincialis Concilii Decreta, exigant & reforment.

Quarto, ut quæ egerint, conſcribant, maxime ut Viſitatores adventuros, de ſtatu præſenti ſuarum Eccleſiarum & Monaſteriorum certiores reddere, & de corruptelis & abuſionibus, quas ipſi ſua authoritate e medio tollere non potuerunt, admoneant, & hac in parte Viſitatores præcurrant, & eis viam parent ac proſternant.

Quinto monet Reverendiſſimus, omnes Abbates, Prælatos, & quibus cura ſuperintendendi commiſſa eſt, ut diligentiſſime ad hæc tria ſequentia intendant, ac curent: Primo, ne quisquam ſuſpectæ, vel impurioris doctrinæ, in Regimine Parochialium Eccleſiarum ſuſtineatur: Sed ſi quis talis reperiatur, is ut confeſtim amoveatur, alio Catholico in ejus locum ſubſtituto.

Deinde, ut nullus quoque admittatur ad Pedagogia gubernanda, niſi exploratus: & ſi quis inveniatur ſuſpectus de hæreſi, ſeu aliqua prava doctrina, is depellatur, & alius itidem idoneus & Catholicus, in locum ipſius ſubſtituatur.

Denique, ut facta donatim inquiſitione librorum, quibus ſub ſe tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares utuntur, omnes libros hæreticos ſuſpectæ fidei, ſeu per hæreticos depravatos, aboleant.

Et ſi qui ſint, qui ejusmodi libros eis tradere recuſent, eos, vel Reverendiſſimo, vel ſuis viſitatoribus deferant.

Sexto, ut deſignent Reverendiſſimo Eccleſias Parochiales, quæ carent Rectoribus, ſimiliter, quæ occupantur ab his qui ſe propria authoritate ingeſſerint ſine titulo, & quæ occupantur ab intruſis, per manum ſecularem, ſine canonica inſtitutione. Item ab Apoſtatis Monachis, quorum quoque quidam (ut ad Reverendiſſimum perlatum eſt) in publico inceſtu computreſcunt. Item quæ occupantur a Monachis, non obtenta licentia ſuorum ſuperiorum.

Item quæ occupantur a Curatoribus, publicis & non ferendis flagitiis obrutis & contaminatis: Nimirum, ut Reverendiſſimus de his accurate edoctus, poſſit monere Collatores, ſeu Patronos, ut Eccleſiis vacantibus proſpiciant intra certum tempus, ſub pœna devolutionum Juris conferendi, juxta ſanctorum Canonum ſanctiones. Utque Reverendiſſimus poſſit monere principales Rectores Parochialium Eccleſiarum, ut intra certum terminum perſonaliter

liter reſideant, aut idoneos Vice-curatos ſuis Archidiaconis, vel Gratiæ ſuæ Reverendisſimæ præſentent, qui hujusmodi Eccleſias gubernent, ſubmotis illis, quos ſacri Canones Eccleſias Parochiales regere non permittunt, quos etiam ſua reverendiſſima celſitudo una cum ſynodo ſententiam excommunicationis canonica monitione præmiſſa, incurriſſe declaravit, juxta mandatum in hac Synodo publicatum, quod infra ſequitur.

Septimo, Reverendiſſimus monet & requirit Abbates & Prælatos Monaſteriorum, præſertim eorum, quæ habent incorporatas Eccleſias Parochiales, ut ſcholas inſtituant in ſuis Monaſteriis, ut idoneos alant ludimagiſtros, ſeu profeſſores, ſi tales in ſuo grege non reperiant, qui juniores monachos doceant rudimenta bonarum literarum, & inſtituant ad pietatem, & ætate magis provectos & bene gerendum curam Eccleſiarum Parochialium, ſuis monaſteriis incorporatarum, quod ſeculares Presbyteri idonei, hac tempeſtate vix ſufficiant, pro Eccleſiis non incorporatis monaſteriis.

Octavo, reverendiſſimus monet & hortatur Decanos Collegiorum, ut reſtituant Diſciplinam Capitularem, quæ abiit in ludibrium. Nam hodie Carceres Capitulares magis ad ebrietates, luxus & contumacias augendas per abuſionem converti, quam ad canonicam coërcitionem multum conducere videntur.

Nono, quia reverendiſſimus comperit ex relatione ſuorum Prælatorum & Decanorum Ruralium, multa publica ſcelera & flagitia, per ſuam Diœceſin impudenter & impune admitti, ſine ulla ſpe vel indicio reſipiſcentiæ veluti ſunt, Apoſtaſiæ, hæreſes, ſchiſmata, maleficia, homicidia, infanticidia, inceſtus cum proximis conſangvineis & affinibus, divortia & direptiones, matrimoniorum etiam in facie Eccleſiæ contractorum adulteria, & ſacrilegia, & horum ſimilia, in quibus publice inſordeſcentes, nihiloſecius admittantur ad communionem Sacramentorum in eodem ſtatu permanentes. Idcirco Reverendiſſimus monet omnes Prælatos, & alios curam animarum habentes, ut tales publice flagitioſos moneant ad cor redire, pœnitentiam petere, datam accipere, peccata ac crimina ſua relinquere, & ſe hoc feciſſe, facto contrario oſtendere. Alioqui niſi hoc fecerint Reverendiſſimus inhibet Prælatis & Curatoribus, ne hujusmodi hominibus manifeſte ſceleroſis (qui nec digni quidem ſunt adſtare ſacris) adminiſtrare diviniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum: Ne ira Dei, ob tam ſacrilegam communionem, in Diœceſin gratiæ ſuæ provocetur.

Decimo, ut habetur in formula inquirendi, Reverendiſſimus monet quosque Prælatos, ut denuncient ſuis, inſtare viſitationem, ut hortentur eos, cum eis denunciabitur adeſſe viſitatores, humiliter adeſſe & audire verbum Domini, & animarum ſuarum ſaluti conſulere. Item, ut perplexam habentes conſcientiam, accedant, remedia animarum ſuarum accepturi. Item, ut quotquot egent Sacramento confirmationis, accurrant: & qui reſpuerint, arceantur a communione.

Præterea, quando multa adhuc deſiderantur, quæ reverendiſſimus Dominus noſter ſe præſtaturum pollicitus eſt imprimis ſignificavit ſacræ Synodo neceſſariam eſſe formulam examinandi ordinandos, quenque ſecundum munus ordinis ſui.

Deinde neceſſariam eſſe formulam examinandi inſtituendis ad curam animarum, eo quod ordinatio & inſtitutio ſit janua, per quam fit ingreſſus ad Eccleſiarum adminiſtrationem: qui, ſi ſit corruptus, corrumpit totam œconomiam Eccleſiarum. Quare reverendiſſimus in præſenti Synodo negocium conſcribendi hujusmodi formulas, dedit viris idoneis, quas conſcriptas evulgabit.

Tertio, quia neceſſaria eſt repurgatio quædam agendarum Eccleſiaſticarum, reverendiſſimus quoque de aſſenſu ſacræ Synodi dedit quosdam, qui ea repurgent, emendent, & reducant ad Majeſtatem & integritatem antiquam, cui libello officiali (ut eum vocant Canones) reverendiſſimus faciet annecti formulam informandi populum ad ſingulorum Sacramentorum adminiſtrationem, ut intelligat populus, quid in uno quoque agatur & tribuatur, & ad Sacramentum Matrimonii adjicietur arbor conſangvinitatis & affinitatis. Item doctrina prohibitionis cognationis ſpiritualis, & aliorum impedimentorum, quæ impediunt contrahendum, & dirimunt: jam contractum matrimonium, ne poſt hac temere inceſtuoſa coeant conjugia.

Quarto, reverendiſſimus dedit quosdam in hac Synodo, qui corrigant, ac repurgent Miſſalia & breviaria redigant, & ea ad antiquam puritatem & Majeſtatem: quæ ſic digeſta, reverendiſſ. faciet imprimi & evulgari.

Quinto, quia Cæſarea Majeſtas requirit ab Epiſcopis, ut edatur in eorum Diœceſibus neceſſaria inſtitutio ad pietatem, quæ ſerviat tam juventuti in Scholis, quam rudioribus in Eccleſiis, quæ doceat Parochos ſuum officium, & quæ ſuppeditet ea, quæ plebem ſcire eſt neceſſe: Propterea reverendiſſimus quoque diſpiciet, ne quid hic deſideretur.

Sexto, quoniam Cæſarea Majeſtas requirit, ut edantur Meditationes ad ſingulas Miſſæ partes, cum brevi expoſitione Canonis Miſſæ, Reverendiſſimus etiam hac in parte adjutus, per hos, quibus id muneris imponet, curabit, ut ejus aliquid ad proximam Synodum evulgetur.

Septimo, dabit qui antiquum illud Jus diſciplinæ capitularis, quod nuper in quibusdam vetuſtiſſimis codicibus repertum eſt, diligenter inſpiciant, & ad Sacros Canones collatum & exactum, Reverendiſſimo edendum & publicandum exhibeant. Similiter qui cogitent de pœnitentiis publicis, pro publicis peccatis imponendis, ſine cujus diſciplinæ reſtitutione, Eccleſia perpetua ſcabie laborabit, nec ſcandalorum erit modus, & pii involvent ſe peccatis alienis.

Reverendiſſimus inſuper requirit, ut Prælati, Decani Collegiales & Rurales, deſignent oppida & pagos in ſuis Regiunculis, in quibus ſunt inſtitutæ Scholæ, & indicent viros idoneos in locis vicinioribus commorantes, Catholicos & eruditos, quibus Reverendiſſimus injungat munus examinandi Ludimagiſtros, & inſpiciendi libros prælegendos in Pædagogiis pro pueritia & aliis ſcholaſticis, intra hinc & menſis ſpatium proxime futurum. Ad hæc, quia in Provinciali Concilio cautum eſt, ut detur a Reverendiſſimo, qui examinent eos, quibus de Beneficiis Eccleſiaſticis proviſum eſt, pleno jure, antequam ad Adminiſtrationem admittantur: ea de re Reverendiſſimus hoc muneris delegavit quibusdam viris idoneis, per Diœceſin Colonienſem conſtitutis, ne propter amplitudinem ejus, proviſi graventur, ſi cogantur omnes Coloniam examinationis cauſa venire. Providebitque Celſitud. ſua Reverendiſſima, ut examinatio tranſigatur ſine quæſtu.

Item Reverendiſſimus in hac Synodo commiſit Vicario ſuo in ſpiritualibus, & adjuncto Theologo, qui examinent compermutantes, qui etiam debent eſſe præſentes tempore permutationis in propriis perſonis, ut examinari poſſint. Poſtremo, Reverendiſſimus pro examinandis his, qui petunt licentiam ordinandi extra Diœceſin, deputavit in ſua Metropoli ſuum illic Sigilliferum, ad uncto Theologo, & Puerulis officialem ſuum ibidem, adjuncto etiam Theologo idoneo.

Item Reverendiſſimus requirit, ut Collegia & Monaſteria ad tempus Viſitationis, habeant ſuarum Eccleſiarum & Monaſteriorum ſtatutum & Regulas in Promptu, quo poſſint ea exhibere Viſitatoribus: utque Abbates & Viſitatores Monaſteriorum ſanctimonialium, apud eadem Monaſteria efficiant, quo Viſitatores adventantes, illic quoque reverenter excipiantur, ipſis abbatibus Viſitationi ejusmodi Monaſteriorum interſuturis.

Porro ſacra Synodus ſeparatam & obſequioſam obtulit, Viſitatores, quos Reverendiſſimus per ſuam Diœceſin ſuo nomine mittet & deſtinabit, velle reverenter excipere, ac ſuis ſumptibus honeſte procurare, & ſufficienti commeatu deducere, dum ad alias Eccleſias viſitandas pervenerint. Et quia Reverendiſſimus accepit, magnam partem Sacerdotum ſuæ Diœceſeos eo levitatis veniſſe, ut eos veſtibus ſacerdotalibus uti pudeat, indignitatis ſacerdotalis gravem ignominiam: quando tamen olim in concilio Triburienſi provide conſtitutum ſit, ut Presbyteri, quo a Laicis diſcernantur non prodeant in publicum, nec vadant, niſi ſtola, aut orario induti: Hac interminatione adjecta, ut ſi aliter inceſſerint, & in habitu ſe non decenti reperti fuerint, gravem ejus delicti pœnam ſint ſubituri: Idcirco Reverendiſſimus dignitati Sacerdotali conſulere volens, mandat omnibus Presbyteris, ſub ſua paſtorali cura degentibus, ut poſt hac orariis (quæ collaria vocantur) in publico utantur, quo, qui jugo Domini & ſuæ Eccleſiæ miniſterio ſuo colla ſubmiſeruut, hoc velut interſignio a Laicis diſcernantur.

Ad hæc, cum ſua Reverendiſſima Celſitudo acceperit plerumque fieri, ut Rectores & Presbyteri, qui miniſtrant in Eccleſiis Parochialibus ruralibus in Anniverſariis & exequiis, commeſſationibus, compotationibus & ebrietatibus indulgeant, quod non ſolum ipſis in damnationem ſed & Laicis in ſcandalum cedit: Quam ob rem Reverendiſſimus ad tollendum tam turpem abuſum, Canonem illum Saluberrimum Maticenſis Concilii, innovandum duxit, quo conſtitutum eſt, ut nullus Presbyterorum, quando ad Anniverſarii diem, Triceſimum, vel ſeptimum, vel tertium alicujus defuncti, aut quacunque vocatione ad Collectam Presbyteri convenerint, ſe inebriari, nec ad æquales hauſtus potare, vel alios ad bibendum cogere, ſeu plauſus & riſus inconditos & fabulas inanes ibi referre, aut cantare ullatenus præſumant, cum hæc omnia ſub graviſſimis pœnis a ſacris Canonibus conſtet eſſe prohibita prævaricatoribus hujus decreti graviter puniendis.

Poſtremo, cum metus non injuſtus ſit, cervicibus noſtris ob graviſſima ſcelera & flagitia, quæ paſſim impudenter & impune committuntur, impendere graviſſimas plagas, quas Deus ob peccata noſtra ſe immiſſurum, in ſcripturis paſſim comminatur; deinde cum præſens Eccleſiæ & Reipublicæ ſtatus ad ſecuram tranquillitatem nondum perductus ſit, ſed bellorum & diſſidiorum tumultus imminere videantur, velitque Deus & pro depellendis

malis, & concedendis bonis, piis & assiduis precibus pulsari; Ea de re Reverendissimus Dominus noster missas precarias per Civitatem & Diœcesin suam celebrandas instituit, ad supplicandum Deo optimo Maximo, ut per suam infinitam misericordiam, condonatis peccatis, a nobis iram suam avertat, & quæque bona ad se conversis, & præsertim instanti visitationi prosperos successus concedat. Servabitur autem prima Missa pro peccatis, altera pro omni gradu Ecclesiæ & tertia pro pace & tranquillitate Reipublicæ Christianæ juxta mandatum in hac Synodo decretum & publicandum. Acta conclusa, decreta & definita sunt hæc in Synodo Diœcesana Colonienſi, anno Domini millesimo, quingentesimo, Die Mercurii, vigesimo sexto Februarii.

CCXXXIII.

Churfürsts Adolphi III. zu Cölln Visitations-Instruction, oder ausführliche Verordnung, wie es in allen Stücken bey Visitirung derer Kirchen, Clöster auch Geistlichen Personen und Oerter in seinem Ertz-Stifft solle gehalten werden, de Anno 1549.

Forma mandati delegatorii, seu Commissionis dandæ Visitatoribus.

ADolphus, Dei gratia sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Legatusque natus &c. Reverendo in Christo amico nostro Charissimo, Joanni, Episcopo Cyrenensi, nostro in Pontificalibus Vicario, ac N. & N. salutem in Domino sempiternam. Christus Jesus, Dominus & Redemptor noster, qui per viscera misericordiæ suæ visitavit nos, (Luc. 1.) oriens ex alto, ut illucesceret his, qui in tenebris sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, multifariam cum verbo, tum Exemplo suo divino nos docuit, debere Episcopos, qui Apostolorum suorum loco succedunt, & legatione pro Deo fungun-tur, Ecclesias suas, quas curandas susceperunt, pro explorando & reformando earum statu, sæpe & frequenter visitare & inspicere. Narrat enim sanctum Evangelium quomodo Pastor ille bonus, qui venit quærere & salvare, quod perierat non modo per semetipsum, dum adhuc in terris nobiscum ageret, civitates omnes & castella circumierit, docens in Synag. eorum, & prædicans Evangelii regni, & curans omnem languorem & infirmitatem (Matth. 4.) sed & quam hominum se sequentium turbas videret, & eorum intime misereretur, eo quod essent vexati & jacentes sicut oves non habentes pastorem, discipulos suos gravi cum affectu admonuerit, ut se Dominum suum & Magistrum in hoc visitandi munere, & ejus quod perierat requirendi studio, sequerentur: utque patrem suum cœlestem ardentibus & sedulis precibus, pro extradendis idoneis messoribus spiritualibus in messem suam sollicitarent, dicens: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. (Matth. 9.) Tales nimirum, qui potentes docere, & eos, qui contradicunt, redarguere, dum hoc visitationis munere perfungentur, & permundent aream ejus, & bonos a malis separantes, congregent triticum in ejus horreum, paleas vero spiritu oris sui exufflent, & de regno ejus, quæ est ecclesia, tollant omnia scandala, ut ab universis erroribus & vitiis, ejusmodi Visitationis ventilabro eventilata, excussa & repurgata, secura ei serviat libertate. Quo profecto gloriosum illud omnium Ecclesiarum lumen, & Vas Electionis Sanctissimus Apostolus Paulus, in quo Christus ipse loquitur & auditur, respiciens, Presbyteros Ecclesiæ Ephesiensis ad se Miletum vocatos, sic alloquitur & compellat. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo quemadmodum Act. 20. legimus. Quo etiam in libro apertissime indicatur, quantæ curæ hoc visitandi munus tanto Apostolo fuerit. Legimus enim illic ad Barnabam Coapostolum suum illum sic loquentem: Revertentes visitemus fratres per omnes civitates, in quibus prædicavimus verbum Domini, quomodo se habeant. Quod & crebro & diligenter feciſſe eos, idem liber non uno in loco manifestissime declarat & ostendit: maxime ubi narrantur circumambulasse regiones in quibus prædicaverunt verbum Dei ut viderent quomodo se haberent fratres, & ut confirmarent eos in fide: & constitutis ubique idoneis Presbyteris, Apostolorum & Seniorum traditiones & præcepta eis custodienda mandarent, quæ certe præcipua sunt ad canonicam Visitationem pertinentia, quin & D. Petrus Apostolorum vertex ac princeps, in eodem libro non frustra narratur transiisse & invisisse universos. (Act. 9.) Quanta item cura in eodem munere dilectissimus Christo discipulus & inter divinos Evangelistas

listas sublimis Aquila Joannes, in Asia versatus sit, abunde Ecclesiastica testatur historia. Cæterum quam plenum exitialis periculi & plane horrendum sit, eos, qui speculatorum in Ecclesia locum tenent, in hoc officio cessare, dominus ipse apud prophetam suam, Hieremiam, gravissime contestatur, ubi durissimas de ignavis pastoribus hanc functionem negligentibus, se sumpturum pœnas terribiliter comminatur, (Cap. 23.) dicens: Vos dispersistis gregem meum, & ejecistis eos, & non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. Quibus etiam apud alium prophetam (Ezech. 34.) severe admodum improperat & exprobrat, quod visitationem gregis negligentes, infirmum non consolidarint, quod ægrotum non sanarint, quod confractum non alligarint & quod abjectum non reduxerint, & quod perierat, non quesierint. Et dispersæ, inquit, sunt oves meæ, eo quod non esset pastor & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Erraverunt, ait, greges mei in cunctis montibus, & in universo colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt & non erat qui requireret. Non erat, inquam, qui requireret. Unde & vocem hanc valde sane metuendam, subjicit: Propterea, inquit, Pastores audite verbum domini: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum, nec pascent amplius pastores semetipsos, & quæ illic sequuntur. Quin etiam iram esse graviter offensi Dei, quoties datur Pastor aliquis negligens & desidiosus, ipse dominus in Zacharia propheta attestatur, ubi (C. 11.) inquit: Quia ecce ego suscitabo Pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat, non enutriet & carnes pinguium comedet & ungulas eorum dissolvet. Post quæ continuo hac terribili voce exclamat: O Pastor & idolum derelinquens gregem. Hæc divina exempla & tremenda oracula cum superiori tempore nobiscum animo volutaremus, & de illorum imitatione & executione crebre (ut par erat) cogitaremus, & soliciti essemus; En commodum invictissimus & religiosissimus Imperator, Carolus quintus, Augustus, Dominus noster clementissimus, in proximis Augustanis comitiis, ejus, quod factum oportuit, auspicandi semel & agendi viam apperuit. Nam Reformationis salutaris formula statibus Ecclesiasticis proposita, non satis esse putavit, indicasse, normam aliquam canonicis institutis consentaneam, secundum quam & viveretur & doceretur in Ecclesiis Germaniæ usque ad Concilii generalis determinationem, sed & idoneos tramites & modos ejusdem Reformationis exequendæ, secundum Evangelicas, Apostolicas & Ecclesiasticas leges ostendit, quos & prælatos intra certa præstituta tempora amplecti omnino voluit ac jussit. Quæ nimirum sunt accurata Provincialium & Diœcesanarum Synodorum celebratio, ac deinde diligens Ecclesiarum visitatio. Nos igitur cernentes tam religiosis Cæsareæ Majest. jussis officium nostrum non parum adjuvari, quod confidamus authoritatem ejus omnia impedimenta, quæ haud dubium Reformationis impatientes, Episcopis alioqui objeciſſent e medio sublaturam, celebratis jam per Nos pro memoratæ Reformationis executione, una Provinciali & duabus Diœcesanis Synodis, & in his communi consilio & assensu permultis pie & religiose constitutis, quibus priori Cæsareæ jussionis parti satisfactum esse speramus: superesse videmus & alteram quoque partem, quæ est de visitando & inspiciendo gregem dominicum Nobis concreditum, cooperante Deo, ut cœpimus, prosequamur. Idque non modo ob id, ne præcedens ille noster, non exiguus certe labor, quem in celebratione Synodorum nostrarum adhibuimus & insumpsimus, hujus alterius partis vel intermissione, vel longiori extractione sine ullo fructu dispereat & irritus fiat, cum sciamus frustra esse in civitate jura, nisi sint qui & ea exequantur: sed &, & quidem imprimis, ne hac in parte commissa, quod absit, negligentia, Dominus sanguinem ovium nobis commissarum, de manibus nostris, ut propheta (Ezech. 33.) ait, severe judicio exigat. Verum enim vero, cum hoc tam magnum & necessarium Visitationis opus, quod per se late patet, tale sit, ut viros quam maxime idoneos postulet, qui se illi totos addicant, multumque temporis, ut per Diœcesin nostram totam facto initio ab Ecclesia nostra Metropolitana, & ei adhærentibus producatur & peragatur; ad hæc moram interdum longiusculam, nunc hic, nunc illic, pro locorum ratione & necesitate manendi requirat. Nos vero aliis innumeris & gravissimis, tum Ecclesiæ nostræ, tum Sacri Romani Imperii negociis ac rebus sic simus occupati & implicati, ut continuum illum a loco in locum progressum & prolixiorem in nostræ Diœceseos oppidis & vicis singulis moram, sine ejusmodi negociorum delectu (quem committere nefas putamus) facere non possimus: uti tamen (nisi, ut jam commemoratum est, prohiberemur) libenter facere vellemus: & præterea ut quam maxime possimus & velimus

hoc muneris per nos ipſos gerere & ſubire, id ipſum tamen gravi ſubditorum noſtrorum onere ob numeroſiorem noſtrum comitatum, ad quem recipiendum alicubi forſan non ſat tecti fuerit, facere nequeamus: Vobis de quorum ſingulari doctrina, pietate, zelo, prudentia & circumſpectione plurimum in Domino confidimus, quam & multa experientia compertam habentes, vices noſtras præſentium per tenorem committimus: dantes & concedentes vobis harum literarum vigore, plenam & liberam poteſtatem, univerſas & ſingulas Eccleſias, tam in ipſa noſtra Metropoli Colonienſi (Majori tamen noſtra, cujus Viſitationem per Nos jam cœptam, Nobis ipſis reſervamus, excepta) quam per totam noſtram Diœceſin Colonienſem conſtitutas, ſecundum ſacrorum Canonum decreta & Cæſareæ Reformationis Formulam, viſitandi eaque de re Clerum & populum noſtrum, ubivis locorum, ad comparendum coram vobis, & ſubmittendum ſeſe viſitationi veſtræ, canonice evocandi & monendi: & ulterius de ſtatu memoratarum Collegiatarum, nec non Parochialium Eccleſiarum & Decaniarum Chriſtianitatum ſeu ruralium & Monaſteriorum, tam Monachorum, quam Sanctimonialium & Canoniſſarum (ut vocant) ſecularium: domorum quoque fratrum Teutonicorum, ſanctorumque Joannis & Antonii, (quatenus ſe viſitationi ſubmiſerint) aliarumque ſacrarum ædium, Oratoriorum, Capellarum, & quorumcunque piorum locorum, Scholarum & Bibliothecarum & perſonarum in eisdem Eccleſiis, Monaſteriis, domibus & piis locis degentium & Deo militantium, eorumque ſtatutis, ordinationibus, moribus & conſuetudinibus: denique de ſtatu & conditione plebium cujusque loci, diligenter inquirendi; & facta inquiſitione, imprimis ſtatum Eccleſiaſticum (cujus confuſione tota Eccleſiæ facies confunditur) repurgandi: ſtatuta, ordinationes, mores & conſuetudines Eccleſiarum quarumcunque inſpiciendi, &, ſi quid in eisdem irrationabile & indecens fuerit, corrigendi: Eccleſias, Monaſteria, Oratoria, Sacella, & alia pia loca, ubi vel exciſa ſunt, vel exhauſta, vel deſerta, reintegrandi: Et pro reformatione plebium ex ſingulis Parochiis aliquot probos, boni nominis & fide dignos viros ad numerum quatuor, quinque, aut plurium, ſecundum Cleri & Plebis cujusque loci frequentiam, quibus fides, mores, converſatio, fama & opinio omnium illic commorantium ſit plus cognita, deligendi: eosque ad dicendum ſuper interrogandis veritatem, remoto procul omni carnali affectu, amoris, odii, ſpei & metus, adjurandi: Et generaliter ubivis hæreſes & ſchiſmata extirpandi, errores, abuſus & ſcandala tollendi: Fidem Catholicam, virtutes & bonos mores inſerendi, Seductos ab hæreticis & ſectariis, & nunc errores ſuos recognoſcentes, & de illis ex animo dolentes, & ad orthodoxæ & Catholicæ fidei unitatem redire cupientes, & recipi humiliter petentes: Similiter criminibus & flagitiis obnoxios, cognito tamen in eis omnibus vero, & non ficto, aut ſimulato de perperam admiſſis dolore, ad pœnitentiam recipiendi, pieque & benigne (ſalva tamen Eccleſiaſtica diſciplina (rurſus amplectendi: eis, pro ut eorum error aut lapſus, vel publicus, vel occultus fuerit, publice, ſeu occultam pœnitentiam canonicam imponendi: nec non pœnitentias juris communis, pro veſtra prudentia & diſcretione, ac pœnitentium qualitate & conditione moderandi: Et pœnitentes ejusmodi, poſt Exomologeſios ſatisfactionem peractam, a Cenſuris & pœnis errorum, ſeu criminum ſuorum ratione incurſis, etiam in caſibus nobis ſpecialiter reſervatis, authoritate noſtra Archiepiſcopali, ſeu alia quacunque nobis competenti, in domino abſolvendi, & Chriſti fidelium, conſortio aggregandi: Congregationes, communitates, univerſitates ac ſingulares perſonas ab illicitis & damnatis obligationibus exſolvendi, & liberatas declarandi.

Præterea tenuiorum beneficiorum redditus, ita, ut de ſingulis Beneficiis ſinguli beneficiati commode vivere, & juſta emolumenta percipere poſſint, authoritate noſtra, prout de jure, citra revocationem commiſſionis Vicario noſtro in ſpiritualibus factæ, augendi, ac beneficia, quæ nullam neceſſariam ſunctionem habent, Eccleſiis Parochialibus, quibus ſtipendia non ſuppetunt miniſtrorum, uniendi, vel diſmembrandi: omnesque, qui Eccleſias incorporatas habent, ad proſpiciendum Curatoribus talium Eccleſiarum Parochialium de ipſarum fructibus & obventionibus ſufficienti portione & ſuſtentatione, monendi & compellendi: Similiter viros doctos, boni nominis, graves, pios & Catholicos ad examinandum Ludimagiſtros & excutiendum libros, aliaque quæ vobis committenda aliis videntur delegandi: Et generaliter quæcunque ad reformationem, & inſtaurationem & conſervationem quarumcunque Eccleſiarum & piorum locorum in noſtra Diœceſi ſitorum pertinent, curandi: Repugnantes vero & contradicentes Vobis in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum, veluti hæreticos, ſchiſmaticos, induratos, votiſragos inceſtuoſos, & quoscunque criminoſos & inobedientes, pœnitentiam canonicam accipere, & Mandatis Eccleſiæ parere recuſantes, cenſuris Eccleſiaſticis, ut ad cor redeant, inodandi & percellendi, eos pro exceſſuum & criminum qualitate, ab officio vel beneficio, vel utroque, ſuſpendendi, vel etiam pro gravitate exceſſus perpetuo privandi, excommunicandi, interdicendi, ac alias juxta canonum ſanctiones puniendi & coërcendi. Omniaque & ſingula alia, quæ præſens viſitatio exigere videbitur, pro ratione locorum & perſonarum, faciendi, gerendi & exercendi, & quæ nos ipſi, ſi perſonaliter adeſſemus, gerere & exercere poſſemus, & merito deberemus: Decernentes omnia & ſingula per Vos, ſeu a Vobis, pro tempore facta & geſta, valida & efficacia fore, ſuosque debitos effectus ſortiri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes literas per Notarium noſtrum infraſcriptum, ſubſcribi, ſigillique noſtri appenſione fecimus communiri. Datum ex arce noſtra Brulenſi, vigeſima Decembris, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti, Milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo nono.

Præparatoria quædam ad Viſitationem.

Viſum olim eſt ſanctis patribus, ut ſacri Canones indicant, cum Epiſcopus ſuam Diœceſin viſitandi gratia circuire vult, debere Archidiaconum, vel Archipresbyterum, eum præire aliquot diebus per Parochias, quas viſitaturus eſt, & ex authoritate Sanctorum Canonum præcipere & ſerio denunciare, ut omnes, exceptis infirmis, ad viſitationem Synodalem occurrant, & interminari his, qui absque gravi neceſſitate defuerint, a Chriſtiana communione depulſionem. Deinde debere hunc, accitis ad ſe Presbyteris, qui in illo loco ſervitium exhibere debent Epiſcopo, ſatagere, ut minores & leviores Cauſæ corrigantur & emendentur, ne Epiſcopus veniens levioribus negociis fatigetur, neve immorandum illic ei ſit amplius, quam neceſſe fuerit. Quo etiam Canones illud citant, quod dominus ad Moſen de hujuscemodi cooperatoribus ait, ut tecum (inquit) ſuſtentet onus populi, & non tu ſolus graveris. (Num. 13.) Quod beatus Joannes Baptiſta adventum Domini præcurrit, prædicando, dicens: Penitentiam agite. (Matth. 3.) Item, parate viam Domino.

Siquidem Epiſcopus vicem Chriſti agere videatur, & ideo cum gaudio, timore & ſumma cum Reverentia a Plebibus ſibi ſubjectis ſuſcipiendus ſit, ut illis cum laude dicatur, quod Apoſtolus de Galatis teſtatur: Teſtimonium inquit (ad Gal. 4.), vobis perhibeo, quod ita ſuſcepiſtis me, ſicut angelum Dei, ſicut Dominum Jeſum.

Verum cum latiſſima ſit Colonienſis Diœceſis, in quatuor Archidiaconatus, & quamplurimos Archipresbyteratus, ſeu Decanias rurales diſtincta, & intermiſſa jam nimium diu ſit Canonica viſitatio, non ſine gravi (quod negari non poteſt) jactura Religionis & diſciplinæ, convenire nobis videtur, ut hoc muneris, quod Canones unum quempiam Archidiaconum, vel Archipresbyterum obire volunt, omnes Archipresbyteri, hoc eſt, Decani, tam Collegiales, quam rurales, qui Chriſtianitatum vocantur, ſinguli in ſuis regiunculis obeant, ut advenientes Viſitatores, jam ſtratam & præparatam viam inveniant, ſic ut viſitationem ubique locorum expedite peragere & abſolvere poſſint.

Multum quoque ad præparationem hanc facere videtur, ſi Archipresbyteri iſti diligenter admoneant Plebes, ut mane ejus Diei, quo ipſæ viſitandæ & inquirendæ ſunt, ab omni opere ſervili ferientur, quo expediti ad Eccleſiam, ad Cibum capiendum, qui non perit, animarum ſuarum ſaluti conſulturi, pergant. Et ut omnes, qui remedium gravatæ conſcientiæ (ob nefanda commiſſa flagitia, quorum relaxatio ab Epiſcopis petenda fuerit) velint adhiberi, aut conſilio opus habeant in re quacunque perplexa, die deſignata cum bona fiducia adveniant, ſeque audacter viſitatoribus præſentent, paternam benignitatem & manſuetudinem experturi. Denique, ut quotquot ſacramento confirmationis, ſecundum ritum Catholicum nondum fuerint communiti, in quavis etiam ætate, ad illud reverenter accipiendum ſeſe præparent hoc eſt, ut jejuni ad confirmationem veniant, & moneantur confeſſionem facere prius, ut mundi donum ſpiritus ſancti, mereantur accipere, ut habet Aurelianenſe Concilium. Quod maxime in his locis fieri eſt neceſſe, ubi ſunt baptizati ab hæreticis & ſchiſmaticis. Nam tales cum extra Eccleſiam tincti, ſacramentum quidem, ſed non rem, vel virtutem

Sacramenti,nec donum ſpiritus ſancti acceperint, neceſſario prius integre edoceri & inſtitui debent de fidei Myſteriis: & ſi omnibus aſſenſerint & acquieſcant,purgati fidei integritate, manuum Epiſcopalium impoſitione Eccleſiæ Catholicæ inſeri, & reconciliari,& Chriſmate confirmari. Quod ſi inveniantur ex horum numero quidam, qui ſic confirmari reſpuant, & hi a communione fidelium penitus excludantur.

Eccleſias quoque & Cœmiteria, & quæcunque Deo ſacrata, quæ in hac rerum turbatione violata ſunt, Epiſcopali benedictione, ſecundum veteres Canones expiari oportet: hujus quoque memoratos Decanos pro facienda præparatione, admonitos eſſe oportet.

Poſtremo etſi ob hujus Diœceſeos latitudinem, viſitatores, omnia in univerſum loca,inviſere & oculis ſubjicere non poſſint, & proinde viſum ſit deſignari per omnes Decanias rurales, loca populoſiora & magis inſignia, ad quæ ſingularum Decaniarum Parochi cum Presbyteris & Clericis & Laicis aliquot potioribus quarumque Eccleſiarum per Decanos evocentur: nihiloſecius tamen hoc non oportet eſſe perpetuum, ſed erit ea res viſitatorum diſcretioni commiſſa, ſic ut etiam ad loca non deſignata, vel ob populi multitudinem, vel ob aliam neceſſariam cauſam, quæ eorum præſentiam & ocularem inſpectionem requirat, pergatur, & neceſſitati ac ſaluti omnium conſulatur.

Quo ordine Viſitatores in ſingulis Eccleſiis & locis hoc munus adminiſtrare & peragere debeant.

Principio convocatis Clero & populo, imploranda erit (ſine qua nihil poſſumus) Dei gratia & devote celebrandum Miſſæ ſacrum de ſpiritu ſancto, in quo ſuppliciter oretur Deus, ut qui per ſuum ſpiritum, totum mundum ad agnitionem ſui nominis convertit, & in unitatem fidei congregavit, per eundem etiam nos faciat eadem ſapere, & ſuis mandatis corda noſtra dedere & ſubmittere, ut ſuæ divinæ viſitationis fructum,per miniſterium Eccleſiaſticum experiri & accipere valeamus.

Inter Miſſæ ſacrum, ubi populus requirendus erit, fiat a decantato Symbolo ſermo commonitorius ad adſtantem clerum & populum, qui attemperandus erit, pro diverſitate locorum, ad hominum captum, & rerum illic reformatione quam maxime egentium conditionem, quam viſitatores ſtatim ab adventu ſuo in oppidum aliquod vel vicum, vel a Decano, vel a Parocho, vel ab aliquibus aliis ejus loci Catholiciſſimis & veraciſſimis viris, percipere retulerit.

Concio in eo verſabitur, & ſicubi plebs in hæreſim aliquam prolapſa fuerit, falſitas ejus per evidentiſſimas ſcripturas & Catholicæ Eccleſiæ determinationes, quibus nullus, vel communi ſenſu prædictus refragari queat, quam fieri poteſt breviter oſtendatur. Nec ſubticenda hac in parte erit Cæſaris declaratio. Erunt coarguenda ſcelera, crimina & peccata, quibus plebs ejus loci quam maxime ſervit. Addendæ ardentes exhortationes, ut qui aberarint & ſeducti fuerint in viam redeant: ut qui reciderint reſurgant: ut ſuſcepta & digne peracta pœnitentia correcti, in ſinceritate fidei, & doctrina Eccleſiæ Chriſti, & obſervatione præceptorum Dei permaneant, & perſeverent: ut ſinguli ſuæ vocationi ſerviant, ſuis quique officiis & muneribus fideliter perfungantur, ut poteſtatibus ſuperioribus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus obedientiam, honorem, & cœtera quæ debent, ultro præſtent: ut unanimitati & concordiæ ſtudeant: Denique,ut uno ſpiritu atque ore Deum patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, Syncera fide & puris affectibus concelebrent ac colant,quo regni ejus cœleſtis participes efficiantur.

A peracta Concione, publica oratione ſuppliciter invocandus & rogandus eſt Deus: quam, qui concionatus eſt, verbis Germanicis, ut plebs eum ſuis verbis ſubſequi, & idem cum eo diſerte petere a Deo poſſit, recenſeat in hanc ſententiam:

Omnipotens ſempiterne Deus, qui etſi noſti corda omnium, ad exemplum tamen, quod nos ſequamur, deſcendere ac videre voluiſti, an populus ſceleratus, clamorem qui ad te pervenerat,opere compleviſſet: qui tuum filium unigenitum in terras ad requirendum & ſervandum quod perierat, miſiſti: & per eundem omnes, qui gregis paſcendi curam ſuſceperunt, ut idem ſedulo agerent,cum verbo, tum opere admoneri feciſti. Te ſuppliciter exoramus, ut nobis indignis famulis tuis, gratiam divini luminis tui, pro tua ineffabili pietate clementer infundas, labia aperias, linguam dirigas, omnesque actus & cunctas operationes noſtras, tua virtute inſtruas & confirmes, ut hoc viſitationis opus omni ex parte ſpiritu tuo cooperante, & Beata Maria, genitrice filii tui, ac omnibus ſanctis

ſanctis tuis intercedentibus, ad hæreſum & vitiorum eradicationem, ad Catholicæ fidei & ſanæ doctrinæ robur & exaltationem, virtutum & bonorum inſitionem & charitatis augmentum: denique ad Eccleſiæ tuæ repurgationem, Inſtaurationem, conſervationem, & tranquillitatem, & ad tui ſolius nominis laudem & gloriam ſempiternam, peragere poſſimus: Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem ſpiritus ſancti Deus,per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Deinde facta (ut moris eſt) ſupplicatione pro omnibus, qui in ſublimitate Eccleſiaſtica & ſeculari conſtituti ſunt & pro omnibus hominibus, tam vivis quam defunctis, & recitata confeſſione publica, ſecundum formam in Eccleſia Catholica uſitatam & pronunciata prece miſereatur veſtri omniporens Deus &c. Abſolutionem & remiſſionem &c. peragatur ulterius Miſſæ ſacrificium.

In Collegiatis Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis piis domibus ubi Eccleſiaſtici tantum ſunt inquirendi,Miſſa poterit celebrari non interrupta concione, & a Miſſa in domo capitulari ſermo ad congregationem haberi.

His præmiſſis ad inquiſitionem generalem, juxta formulas,quæ pro diverſa ratione & conditione Eccleſiarum, Monaſteriorum & aliorum piorum locorum & perſonarum conſcriptæ ſunt, deſcendatur. Non quod oporteat in ſingulis locis,a ſingulis perſonis inquirendis,omnia & ſingula eo ordine & ſerie, ut conſcripta ſunt perſcrutari: Sed examinatio ſingulorum fiet, ſecundum Viſitatorum prudentiam & diſcretionem, & perſonarum & locorum qualitatem, & ut plus vel minus ab inſtitutis ſuis degenerarunt.

Poſt inquiſitionem generalem viſitatores manifeſtos hæreticos, vel ſchiſmaticos,& publice peccantes publice: occulte vero peccantes, occulte arguent, ac reſipiſcentibus & ad pœnitentiæ remedia confugientibus, pro qualitate delicti, vel publicam, vel privatam pœnitentiam injungent, aliaque facient, quæ diploma eorum, ſeu commiſſio eis data complectitur.

Quod ſi de quorundam, qui criminoſi deferuntur, vitio, ſeu crimine dubitetur, videndum, an tales de crimine, cujus inſimulantur, publice diffamati ſint, & num ab uno, vel pluribus, num ab malevolis & maledicis,an potius providis & honeſtis, non ſemel tantum, ſed ſæpe, ſic ut jam clamore aſcendat,qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari: non debebunt ad ſpecialem inquiſitionem contra ejuscemodi diffamatas perſonas deſcendere, formare inquiſitionis articulos, vocare, coram ſe inquiſitioni ſubdendum proponere ei, de quibus delatus eſt, criminum capita, & præbere ei facultatem ſe defendendi.

Poteruntque Viſitatores ad inquiſitum (ut tangatur cor ejus verbo Dei) pro dicenda veritate in hanc ſententiam præfari: Deus omniſcius, qui eſt ſcrutator cordium & renum, ac ante cujus oculos omnia aperta ac nuda ſunt,ut nos a præcipitandæ ſententiæ prolatione compeſceret, non ante voluit contra Gomorrhæos ſententiam damnationis proferre, quam cognoſceret de his, quæ publicitus per illos conſcelerate committebantur. Unde (Gen. 19) ait: deſcendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, compleverint opere. Quod & Chriſtus in parabola de villico confirmat. Is enim licet eſſet diffamatus apud Dominum, quaſi diſſipaſſet bona illius, tamen non eſt inauditus, ſed, accerſito eo,dominus dixit: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Hæc Dei & Chriſti monita inſequentes, licet pleraque a pluribus fidedignis & idoneis perſonis de te mala referantur, quametſi urgente conſcientia, & officii commiſſi neceſſitate, non poterimus nec debeb mus diſſimulare: ea tamen vera eſſe, cum nobis hactenus liquide comprobatum non ſit, & proinde ad te condemnandum nos nondum promoverint, adverſus te canonice duximus inquirendum.

Jam ſi quis, facta inquiſitione in negando perſiſtens, poſtea teſtibus idoneis de admiſſo convictus fuerit, & reſipiſcere velit, accipiat pœnitentiam pro ſui delicti modo. Sin tantum publica mala fama laboret, ad purgationem adigendus eſt, ſecundum Canonicas ſanctiones.

In refractarios & inobedientes, cenſura Eccleſiaſtica diſtringenda eſt, ſecundum commiſſionis & Juris communis formam. Et diſtricte injungendum omnibus, ne cum ejecto ex Eccleſia, donec reſipuerit, ullo modo communicent, memores ejus quod ſanctus Paulus de inceſtuoſo illo virando ſuis Corinthiis (1 Cor. 5.) & beatiſſimus Apoſtolus Joannes in ſua canonica ſecunda, de ſeductoribus cavendis ſcribunt & præcipiunt.

Poſt expletam viſitationem, Scheda Viſitationis,quæ decreta & inſtituta complectatur, ſecundum quæ poſthæc eo in loco doctrina, vita & mores exigenda erunt, ſingulis ordinibus

bus relinquatur: & poſtremo, confectis omnibus, Clerus ſimul & populus Epiſcopali benedictione dimittatur, viſitatoribus ad proxima loca porro profecturis.

Viſitatores ſibi dictum putent illud primæ Theſſalonicenſ. 5. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Viſitandi vero illud ibidem: Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum: & pacem habete cum eis.

Sequuntur nunc inquiſitiones pro Eccleſiarum & locorum diverſitate adhibendæ.

Quæ in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis inquiri debeant.

Initio an Capitulo competat Jus eligendi ſuos Prælatos?

Si ſic, quo ordine, forma, modo, & quibus affectibus ad electionem procedatur?

Ad hoc ſolum ſpectetur, ut digni atque idonei eligantur; tales videlicet, qui exemplo procedant, & functioni ſuæ gnaviter incumbant, & ad quorum comparationem cæteri grex merito dicantur.

An Præpoſitus, Decanus & Capitulum, & ſingulares perſonæ habeant Eccleſias Parochiales, quæ ad præſentationem, inſtitutionem, proviſionem, ſeu collationem eorum, ſeu cujusvis ex eis, ſpectent & pertineant?

Quales provehant & provehere poſthac velint, ad tales Eccleſias: an ſolos eos, qui ſciant & velint populum docere verbum Dei pro captu eorum, & Sacramenta Eccleſiaſtica ritu Catholico adminiſtrare, & facere omnia, quæcunque Reformatio Cæſaris, & decreta provincialis Concilii a Parochis & Rectoribus Provincialium Eccleſiarum requirunt?

Quales ſint qui in præſentiarum talibus Eccleſiis præſunt? an ſint legitime inſtituti, cum beneficium Eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutione obtineri non poſſit?

Nec is Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare queat, cui manus rite impoſita non eſt.

An ejusmodi Eccleſiarum curatoribus, ſit de ſufficienti portione proviſum, qua ſe honeſte ſuſtentare poſſint, ut non ſit opus eis ſeſe ſervilibus officiis mancipare?

Ut Viſitatores ſibi faciant exhiberi titulos iſtorum Parochorum, ſeu Curatorum, ſi de alicujus canonica inſtitutione merito dubitetur.

An Canonici, qui habent præbendas ſibi ex Indulto Apoſtolico cum onere legendi collatas, ſuo muneri, juxta Bullarum Apoſtolicarum tenorem, ſatisfaciant?

An Capitula velint ad iſtos Canonicatus & præbendas quæ univerſitatis vocantur, cum vacuerint in futurum, eos ſolos provehere & admittere, qui velint & poſſint earundem Præbendarum onera, ipſis vigore Bullarum Apoſtolicarum impoſita, ſubire.

Inquirendum, an omnes, & ſinguli in Eccleſia beneficiati, & quicunque officia gerunt, qualiacunque ea ſint, functioni ſuæ gnaviter incumbant. Et an quisque, quo deſignatus eſt loco, miniſtret in divinis & aliis Collegii rebus.

An præpoſiti, ad quos præſtito juramento, pertinet, res, bona, privilegia, ſtatus & jura Eccleſiarum potenter & patenter defendere, (cujus cauſa præ cæteris ampliores redditus Eccleſiarum percipiunt) hoc munere probe, fideliter & diligenter fungantur, & num ex negligentia eorum (nihil aliud quam ſua lucra quærentium) Eccleſia ſeu Collegium damnum accipiat.

An Præpoſiti ſeu alii Prælati, qui habent Archidiaconatus, ſeu Archipresbyteratus ſuis dignitatibus annexos, regiunculæ ſui Archidiaconatus, ſeu Archipresbyteratus (in qua in partem ſollicitudinis Epiſcopalis vocati ſunt,) Parochis ſeu curatoribus Eccleſiarum, ne in officio negligentes ſint, ſuperintendant.

An Synodis Epiſcopalibus interſint, illicque referant & exponant ſuæ portiunculæ ſtatum, ac una cum Patribus conſulant ac decernant Synodalia Decreta & Sententias.

An placita Epiſcopi, Parochis curæ ſuæ commiſſis publicent & exequantur eaque omnia præſtent in ſuo territorio, quæ in Diœceſi Epiſcopus, cujus ſunt oculi, (exceptis tantum his, quæ Epiſcopalis proprie muneris ſunt. Et an ſolicite invigilent, ut ſi quid adverſus fidem pietatemque Chriſtianam emergat, Epiſcopo id ipſum (ad quem cura prima pertinet) ſignificent.

An territorii ſeu regiunculæ ſuæ Eccleſias ſingulis quibusque annis viſitent & inquirant, vitia corrigant, & pro publicis criminibus pœnitentias publicas injungant: & ſi quæ graviora ſunt, quæ per ipſos emendari nequeant, ad Epiſcopum & Synodum Epiſcopalem referant, publico judicio ſubmittenda: eo quod eorum viſitationes parvæ quædam & particulares Synodi habeantur, majori ſubjectæ, & ſecundum ejus judicium dirigendæ. Num

Num deſignatos ad beneficia, maxime curam animarum habentia, ſive per præſentationem, ſive per electionem, vel ſimpliciter provectos per collationem factam pleno jure, prius inveſtiant, vel ad Eccleſiæ munera ſubeunda admittant, quam exploratum illis ſit diligenti examinatione, eos eſſe idoneos, & vocationi ſuæ pro viribus ſe ſatisfacturos polliceantur. Num conjugatis, indoctis, levibus, vitioſis & inutilibus vices ſuas committant, nihil niſi quæſtum avarum ex officiorum, ſeu munerum ſuorum locatione facientes, malentes homines de æterna ſalute periclitari, quam ſe lucro turpi ac temporali non ditari.

Num Jurisdictionem ſuam & muneri, ulli Commiſſario, ſeu Collectori licet Eccleſiaſtico, plus offerenti, pro pecunia, aut pro certo annuo cenſu, committant, vel vendant?

Num Epiſcopi & eorum Officiales, ad quos pertinet vitiorum correctio, relinquant peccata ob pecunias & munera impunita: non perpendentes pudendum eſſe crimen, crimina non coërcere, nec quicquam eſſe, quod Prælatos coram Deo magis accuſet, quam hujus rei neglectus.

An præterita delicta, impoſitione ſalutaris pœnitentiæ, pro delicti gravitate juncta, caſtigent? An, ubi ejuscemodi caſtigatione non proficitur, & ubi hoc delicti gravitas requirit, cenſuris & pœnis canonicis, nempe ſuſpenſionis, excommunicationis & ſimilibus, criminoſos coërceant.

Num pœnitentiæ loco pecuniam emungant, niſi ubi permittunt Jura & Canones: & num tum hanc mulctam in uſum aliquem pium, ſecundum canonem præſcriptum, convertant?

An Decanus pro virili ſatisfaciat officio ſuo, videlicet exemplo præcedendo, & verbo ſæpe monendo omnes & ſingulos Canonicos & Clericos, & familiam eorum, ut quisque ſuæ vocationi gnaviter incumbat, & vitam ducat appellatione ſua dignam, ut in vitæ honeſtate, in religioſo habitu, tonſura, & diſciplina in lectione & ſtudio ſacræ ſcripturæ ſe contineat, pſalmodias, preces, officia divina & cæremonias, ſtatis horis digna majeſtate perſolvat?

An inobedientes, ebrioſos, luxui indulgentes, aleatores, percuſſores, rixoſos, ſcortatores ignavos, mercaturam & uſuram exercentes, & officium negligentes, ſecundum cenſuram ſanctorum Canonum & Cæſaream Reformationem, animadvertat.

An Decanus apud ſuam Eccleſiam perſonaliter reſideat, & officio ſuo ſtrenuè perfungatur & exceſſus leviſſimorum quorumcunque Canonicorum & Vicariorum inſolentiam, aliorumque Subditorum vitia, quoties opus eſt, caſtiget. Num absque rationabili, vel neceſſaria cauſa abſit?

An cum ex rationabili vel neceſſaria cauſa abſit, alicui Capitulari, qui ſuſcepti officii rationem reddere poſſet, quemque inferiores revereantur, vices ſuas committat?

Deinde, an qui Subdecani & Choriepiſcopi ſeu Cantores vocantur, ſuis officiis rite fungantur; Et an Subdecanus in vitia & negligentias vicariorum, diligenter animadvertat?

An Scholaſtici advigilent, ut juniores Canonici per idoneos, probos & Catholicos Pædagogos, in his quæ ad pietatem pertinent erudiantur.

An caveant Scholaſtici, ubi ad eos Jus emancipandi ſpectat, ne aliquem emancipent, niſi qui ut emancipetur, hoc eſt, ut è manu Pædagogorum ſuorum liberatus, Eccleſiæ ſervitiis adjudicatur, idoneus ſit?

Item an ſcholam trivialem Eccleſiæ adhærentem, per eruditum, probum & Catholicum Ludimagiſtrum procurent & adminiſtrent, qui pueros cum bonis literis & moribus, tum pietate catholica imbuat?

Cætera quæ ad examinationem Ludimagiſtrorum pertinent, in articulo generali infra ſubduntur.

An cuſtodes, quinam Theſaurarii item an Camerarii Magiſtri fabricæ; Cellarii Præſentiarii & alii Adminiſtratores, ſuis quique officiis, ſecundum Eccleſiarum ſtatuta, Reformationem Cæſaris, & Decreta, Concilii Provincialis ſatisfaciant. Et præſertim, an cuſtodes, qui munus oſtiariorum in Eccleſia gerunt, diligentem curam adhibeant, ne ad ſacra admittantur excommunicati interdicti, publicè criminoſi, aliique indigni.

Et an mercimonia & prophanas deambulationes in Eccleſiis ſub divinis & quicquid in Eccleſiis committere turpe & ſceleratum eſt, & quod divini officii celebrationem dehoneſtat, fieri pro virili prohibeant?

An qui rationem & calculum reddere tenentur, intra tempus debitum & ſtatutum, illum reddant? An uni perſonæ plura quam unum officium committatur?

An ſint in Collegio pluribus beneficiis & præſertim curatis, onuſti.

An habentes curata beneficia, fructus accipiant abſentes: tametſi aliquod utilius ſervitium Eccleſiæ Dei interim non impendant?

Quod ſi ſe per diſpenſationem excuſent, jubeantur Viſitatoribus eam exhibere: quæ ſi ap-

pareat sufficiens, curent Visitatores, ut beneficia debitis obsequiis non fraudentur: Sin autem, provideat Episcopus juxta C. Ordinarii, de officio ordinarii in 6to.

An divinus cultus in Ecclesia statis horis, devote, decenter, ordinate, ultrò, promptè, reverenter, & cum gravitate, non stipis causa tantum, sed ad Dei laudem & populi ædificationem persolvatur?

An publicorum, divinorum officiorum, quæ ad omnes Ecclesiæ personas pertinet, persolutio, ullæ confabulatione interrumpatur?

An etiam juniores Canonici, atque adeo omnes alii, qui in Ecclesiis collegiatis de beneficiis quæ possident, gaudere volunt, divinum officium, ad quod præstandum tenentur, viciſſim Psalmorum verius attente modulando, ut se decet, impleant, & an horas canonicas rite persolvant? suntque omnes & singuli ad exhibendum suæ breviaria Visitatoribus monendi.

An fiant distributionum quotidianarum participes, qui divinis officiis integris non interfunt: Exceptis his, quos infirmitas, seu justa & rationabilis corporalis necessitas, aut Ecclesiæ rerum procuratio, vel evidens utilitas excusat?

An omnes personæ Ecclesiæ ad divina officia, præsertim ad Matutinas, summam Missam & Vesperas, concurrant, & ab initio usque in finem in eisdem perseverent, uti Canones exposcunt.

An in Missa præsentes ad omnia, quæ aguntur, diligenter attendant, & attendendo vota sua Ministerium publicum agenti & sacrificanti, per omnia accommodent & conjungant: quo eorum omnium participes per Dei gratiam efficiantur, quæ ipsorum omnium nomine, sacrificans agit ac precatur?

An ad communes orationes Ecclesiæ, quæ Collectæ vocantur, stent omnes, ut Apostolus jubet, (1. Cor. 11.) aperto capite: idem, quod sacerdotali fungens orationes, si non oris spiritu, saltem mente precantes. Et præsertim à præfatione usque ad completam communionem stent omnes supplices & inclinati, ut se verbis canonis accommodent: In quo Sacerdos, ad Deum loquens, ait omnes adstare supplices, & supplices rogare & petere &c.

An usque in finem, donec Benedictio sacerdotalis data fuerit, in officio Missæ perseverent: cum alioqui dici non possint vere interfuisse Missæ, si abeant antequam completis omnibus, missio, seu abeundi copia fiat, his verbis: ITE MISSA EST?

An summæ Missæ debita ratio habeatur: sic ut Missæ speciales, ante summæ seu solennis Missæ Evangelium, aut ad summum, seu Actionem finiantur, seu à facta communione inchoentur. Ut omnes publico sacro sint attenti, nec sub eo in diversa sacra distrahantur?

An Epistola tota, & Symbolum & præfatio, & Oratio Dominica, sine decurtatione tota, clare, distincte & intelligibiliter cantentur: nisi quem vox deficiat?

An in Missis specialibus lectiones & orationes sacræ, clarè & distertè (excepto sacro Canone, qui submissa voce, ut semper in Ecclesia factum est, recitari debet) pronuncientur, ut possint à circumstantibus exaudiri & intelligi.

An celebraturi satagant, ne, nisi aliquibus saltem præsentibus, sacrificium offerant?

An imaguncula crucifixi Domini, Pacificatoris omnium, quæ sunt in cœlo & in terra, ab ore sacerdotis ad omnes adstantes deferatur, ordine ab omnibus in Christianæ concordiæ & pacis Symbolum, & spiritualis communionis signum, inosculanda?

Num organa quid seculare resonent, seu aliud quam cantum Ecclesiasticum: Et, sileant ne ab elevatione Evchariſtiæ, usque ad agnus Dei, quo interea ab omnibus sub alto silentio devota Dominicæ passionis & Redemptionis nostræ memoria recolatur.

An in deportatione Venerabilis Sacramenti, quicquid ad veram devotionem excitandam parum valet, removeatur?

An unius sancti plures, quam una, imagines ad excitandam Sancti beatam & utilem memoriam, in ejusmodi processionibus circumferantur: præsertim indignæ Sanctis, veluti ad seculum magis, quam ad Sanctorum repræsentionem effigiatæ ac comptæ?

An in processionibus, stationibus, & supplicationibus publicis, omnes, qui intersunt Clerici devote orent, & cum gravitate religiose & suppliciter cantando incedant, & finita supplicatione, eo unde processerunt, revertantur: non curiose interim circumspectantes; nec vocantes prophanis colloquiis, nec ad jentacula, seu potationes dilabentes, vel alio deambulantes?

An omnes de Collegio, ad memorata publica officia omnia simul peragenda & persolvenda conveniant. An quilibet constitutus inter psallentes & precantes, in Choro pro suo arbitratu oret, vel quod sibi placet privatim agat, non attentus ad hæc, quæ interea publice agi debent?

An pronunciantes lectiones in matutinis, simplici, clara & ad omne pronunciationis genus accommodata voce utantur: non omnino humili, nec nimis sublimi; non fracta, non tenera, non agresti, non frendenti, seu stridenti sed mediocri & gravi, & ab omnibus intelligibili?

An inter legendum ab omnibus altum silentium teneatur, sic, ut quoad fieri potest, interea nulla obstrepat excretio, non vox alia erumpat, vel sonus aliquis gravior, incessu, progressu, vel ullo alio modo creatur, quo impediantur adstantes ab intentione percipiendi verbi Dei, quod legitur?

An Psalmi & reliqua divina cantica, pronuncientur seu canantur tractim, ut mens sensum verborum, priusquam verba ipsa transmittantur, assequatur?

An Decani omnes tam Canonicos, quam Vicarios, aliasque personas sedulò ac diligenter admoneant ad sacrarum scripturarum studium: ut quod recitant vel canunt in Ecclesiis, intelligant: & non solis labiis, sed in cordibus suis Deo psallant, gratias agentes, & orantes semper pro omnibus Deum Patrem, per Christum Dominum nostrum?

An vigiliæ defunctorum, à prandio dicantur, sic, ut ad horam circiter secundam inchoentur; & ante preces vespertinas compleantur: quo personis Ecclesiarum magis vacet, vel audire mane aliquem sacras literas profitentem, vel sacris studiis, sermoni audiendo incumbere?

An Decani invigilent, ut secundum Canonem, omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss. omnes personæ Ecclesiæ, ad minimum semel in anno, ipsis, seu de ipsorum permissione, Ecclesiæ Parocho, seu alii Catholico, & idoneo sacerdoti, peccata sua confiteantur, & secundum Ecclesiæ ritum communicent: Et an in negligentes, vel detrectantes (ut Canon ille jubet animadvertant?

An extrema unctio infirmo Ecclesiæ membro id petenti, præsente tota congregatione secundum Apostoli mandatum impendatur, sic, ut omnes cum sacerdote inungente infirmum, Psalmos, Litanios, & Orationes, nobis ab Ecclesia Catholica traditas, uti hæc in agenda continentur devotè & fixis in terram genibus, super infirmum dicantur. Ut satisfiat Apostoli verbis: (Jacob. 5.) si quis infirmatur in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ & oret super eum. &c.

Num Capitulares conventus & tractatus, honeste & maturè fiant: Et num sint inter tractandum dissidia & contentiones inter fratres. Num Prælati omnium suffragia seu vota, ut vocant non gravatè audiant. Num favore, aut odio, aut alio depravato affectu, privatorum res magis, quam publicæ gerantur. Et an expectent ante conclusionem omnium sententiam. Et num ullus condemnatur, quantumvis causa Ecclesiæ utilitatem respiciat?

An capitulares conventus & tractatus ab omnibus habeantur tempore quo solenne Missæ sacrum peragitur?

An suis quibusque temporibus Capitula quæ disciplinæ vocantur, rite & canonicè, & quo decet serio & maturitate celebrentur?

An in ejusmodi Capitulis Decani suo, & Diaconi quoque (quorum est, Decano accusante, accusationemque prosequente, disciplinales sententias proferre) suo officio rite fungantur?

An Vicarii nomini suo respondeant, videlicet, an sint Canonicis in persolvendis Horis & aliis divinis officiis adjumento?

An onera specialia, ad quæ vel ex fundatione suarum Vicariarum, vel ex laudabili antiqua consuetudine vel Ecclesiarum statutis obligantur, devotè religiose, & diligenter persolvant?

Et hi monendi sunt, ut fundationes suarum Vicariarum Visitatoribus exhibeant, aut sese in forma Juris, quod eas exhibere non possint, expurgent.

An unus idemque Vicarius, pluribus Ecclesiis Collegiatis simul serviat, & in unaq; aque nihilominus Ecclesia non modo fructus, grossos, sed & distributiones quotidianas percipiat; quamvis impossibile sit, quod simul omnibus officium suum præstare possit: Nisi tamen talis singulari prærogativa, eo quod singulariter Ecclesiæ Dei commodet, gaudeat?

An, Vicariis absentibus, aliquid præstetur, præsertim absentibus sine justa causa, non proviso prius diligenter, quod officia eorum rite in Ecclesia per alios idoneos, qui interim sua officia non negligant, præstentur?

Num Canonici, Vicarii, Capellani & Chorisocii, tempore divinorum, aliis psallentibus, ipsi extra Chorum spatientur, vel intra Chorum desideant confabulentur, aut aliud quid agant in Ecclesia in populi scandalum?

An vasa sacra, & quæ vocantur Corporalia, vel pallæ Altaris, per alios, quam per Sacerdotes, vel Diaconos, adjuvantibus Subdiaconis, abluantur & attrectentur?

An qui Campanarii vocantur, sua officia in lineis (ut vocant) seu superpelliceis exhibeant, non nutrientes comam vel barbam?

An saltem sint Clerici, eo, quod pleraque obeant in Ecclesia, quæ vetus Ecclesia nullis, nisi in minoribus Ordinibus constitutis, agere permisit?

An ſacra vaſa, ſacras veſtes, Reliquias Sanctorum, & reliqua ornamenta Eccleſiarum, ipſorum fidei commiſſa, diligenter cuſtodiant, &, ut munda ſint, procurent: Et reliqua, quæ ad ipſorum officium pertinent, diligenter exequantur?

An ſint Deum timentes, religioſi pii, honeſtæ vitæ, & omnis infamiæ expertes?

Denique, quod ad vitam & converſationem in Eccleſiis ejusmodi miniſtrantium attinet, inquirendum.

An omnes vitam ſuo ſtatu ac ordine dignam ducant. Num comam nutriant, vel barbam.

An potius tonſuram & habitum deferant Clericalem: habitum inquam honeſtum, non limbis, nec ſciſſuris comptum, ſed talarem. Num incedant gladiis accincti terribiles?

Num gaudeant longo accubitu, & ſtudeant epotandis poculis ad æquales hauſtus?

Num adhuc inter eos ſint, qui concubinas ita publice apud ſe detinent, quam nulla terguiverſatione crimen eorum celari poſſit?

Qui ſi reperiantur, declarentur per viſitatores, Canonica monitione in ſtatutis Provincialibus præmiſſa pœnam ſuſpenſionis ab officio & beneficio incurriſſe, & abarceantur à miniſterio.

Poſtremò omnium, an templa habeantur & præſtentur ſarta tecta, & cum Altaribus munda ſerventur?

An ſemel ſaltem in Anno viſitentur, & inſpiciantur domus clauſtrales & cortes (ut vocant) Eccleſiæ: curaque adhibeatur, ne in habitatorum & cultorum negligentia, ruinæ ſuccumbant & intereant?

An Jura Eccleſiarum diligenter in Archivo Eccleſiæ ſub clauſura conſerventur?

An qui Executores Teſtamentorum deputantur, eadem, ſi ab Eccleſiaſticis condita ſint, curent per Commiſſarium Reverend ſſimi Domini noſtri inſpici & approbari. Et an intra tempus conſtitutum calculum & rationem geſti officii reddant?

An ſint, qui teſtamenta quæcunque dolo malo ſupprimant, & quæ Eccleſiis, vel pauperibus ſeu in alias pias cauſas legata ſunt, ſibi retineant, vel alio quam teſtinaverit Teſtator, converrant.

Quæ à Decanis tam Collegialibus quam Ruralibus, de Rectoribus Eccleſiarum Parochialium ſub ſuis Decaniis, ſive in Oppidis, ſive Vicis, aut Pagis commorantibus, ſimiliter ab ipſis Rectoribus de vita, converſatione, doctrina & Miniſterio ſuorum confratrum & Eccleſiarum præſenti ſtatu, inquiri debeant?

An Decani Chriſtianitum, ſuis Chriſtianitatibus diligenter ſuperintendant: An Synodis Epiſcopalibus interſint, illicque referant & exponant ſuæ Decaniæ ſtatum & Decreta Synodalia publicent & exequantur. Et an ſolicite invigilent, ut ſi quid adverſus fidem pietatemque emergat, reverendiſſimo Domino noſtro Archiepiſcopo, & Archidiacono ſuo ſignificent.

An Decani, & qui ſub eis ſunt Curati omnium Eccleſiarum, hoc ſynceriter credant profiteantur & ſemper retinere velint, quod Romana catholica tenet Eccleſia, præſertim in articulis hac tempeſtate controverſis?

An ſciant omnes & velint populum non coactè, ſed ſpontanee docere: & an verbum Dei ſinguli pro populi captu prædicent, & an orthodoxam doctrinam tradant: & an ædificent vel corrumpant gregem?

An ſint inter eos lupi, qui gregem invadant, & per novas & peregrinas doctrinas, ſeu per dulces ſermones corrumpant, atque à veritate abducant oves, pro quibus mortuus eſt Chriſtus: & num deliteat in aliqua Parochia hæreticus, aut ſchiſmaticus ullus. Num hæreſis aliqua vel nova dogmata occultis conventiculis diſſeminentur. Et an ſint qui curioſius de fide diſputent, & ſimplicibus injiciant ſcrupulos?

An ſint aliqui in Parochias manu ſeculari, ſine Canonica inſtitutione, ſeu ordinatione, intruſi. Et an aliqui quibus eſt pleno jure proviſum, ſe intromittant de Eccleſiis, ſine prævio examine Epiſcopali, vel Archidiaconali? An ignotos aut vagos Sacerdotes & exitiios, ſeu fugitivos, aut effrenes & extra obedientiam conſtitutos Monachos absque Prælatorum ſuorum teſtimoniis, ſeu formatis, admittant, ſeu, quod pejus eſt, an ſuſpectos de fide, aut flagitioſos Sacerdotes, aut Monachos, per quos populus eis creditus, ſeduci, aut corrumpi facilius, quam doceri poteſt, miniſteriis adhibeant?

An ipſi Curati inſtruant & doceant populum de his, quæ ad fidem & religionem noſtram pertinent, ut norint, quid credere, & quomodo converſari ac vivere in ſua quisque vocatione debeat.

An ſint inter eos ſegnes aut cœci ſpeculatores, & velut canes muti, non valentes latrare, qui non audeant populo annunciare peccata eorum, & incorrigibiles deferre ad eorum ſuperiores?

An

An rudes & parvulos ſuæ Parochiæ certis temporibus inſtruant & doceant Symbolum, Precationem Dominicam, Salutationem Angelicam, ſeu Decalogi præcepta, aut ſaltem habeant aliquem idoneum Catholicum virum, per quem hoc præſtent?

An Evangelium & ſacras ſcripturas ſinceriter tractent & doceant, juxta Homilias, ſenſum & interpretationem ſanctorum & orthodoxorum Patrum?

An aliquid prophanum, incertum, fabuloſum, ſuſpectum, vel conſtans, vel quicquam quod non tota probat, Eccleſia, & à Majoribus acceptum non eſt, adferant. An quæſtiones difficiles & perplexas moveant, contendant, vel rixentur in ſuggeſtis & num ea adducant, quæ ad populi ædificationem nihil faciunt.

An in ſuggeſtis calumnientur, ſeu ſcommata & dicteria in quosvis jaciant, & incompoſitis moribus geſticulentur, plebem concitantes in Clerum vel Magiſtrum?

An ſimul doceant miſericordiam & juſtitiam Dei: ut pœnitentes ad bene ſperandum inflamment, & malos à peccatis deterreant; non blandientes & decipientes populum perverſum, dicentes: Pax, pax, & non eſt pax. (Hier. 8. Ezech. 13.) Et proinde, an Decalogi præcepta populo frequenter inculcent atque explicent?

An confirment populum in Catholicæ fidei doctrina, & an ſic edoceant plebem, ut ſuppullulantes zizanias ſciant evitare?

Item, an populum admoneant, ut diebus Dominicis & Feſtivis ad divina, quæ in Eccleſiis celebrantur, conveniant, concionem ſub ſilentio & attente audiant, & memoriæ commendent, nec ſtrepitu, vel deambulatione perturbent, &, ut audita ſecum domum perferant, & liberos & familiam inſtruant ad pietatem nempe Deum timere & ſalutem ſuam ei commendare, memoria retinere & frequenter recitare Symbolum Apoſtolicum, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, præcepta Decalogi, & quicquid ad Virtutem bonosque mores pertinet, obedire ſuis ſuperioribus, ſolvere decimas, & alia debita tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus?

An Sacramenta ſecundum ritum Eccleſiæ Catholicæ, & ſecundum agendam Eccleſiaſticam, adhibitis omnibus Eccleſiaſticis ceremoniis & piis ritibus, in Eccleſia Catholica hactenus obſervari conſvetis, adminiſtrent.

An inſtruant populum de Sacramentis & eorum gratia & myſteriis, ut eis ſecundum Eccleſiæ traditionem, ad ſalutem ſuam religioſe utatur: præſertim, ut Miſſæ officio libenter interſit, & votis Eccleſiæ vota ſua conjungat: quodque una cum Sacerdote mortem Chriſti Deo patri pro peccatis ſuis offerat, & frequenti confeſſione ſe expurget, ut ſe ſæpius corde mundo & avido ad excipiendum ſalutarem corporis Chriſti cibum paret, ut diebus feſtis, ſanctis tantum incumbat operibus?

An doceant populum in Sacramentorum adminiſtratione, frequenter etiam in concionibus, quando locus incidit, quid in Sacramenti cujusque collatione agatur, quis ſit ejus fructus, quid velint ſigna externa, & quomodo Dei virtus præſens inviſibiliter, eis adſit, quomodo etiam digne, vel indigne percipiantur?

An circa Adminiſtrationem Baptiſmi, & alias in concionibus de ſuggeſto doceant populum, cur aqua Baptiſmalis benedicatur & conſecretur: cur baptizandus ab renunciet diabolo per ſuſceptores: cur exorcizetur & exuffletur contraria poteſtas; cur ſignum crucis baptizando toties imprimatur: cur ſal benedictum detur, & aures ei aperiantur: cur in pectore & in ſcapulis & in vertice capitis inungatur: cur induatur veſte candida: cur præferatur ei cereus ardens ad altare, & cur illic accipiat de abluitione, ſeu vino benedicto?

An animadvertant, quod ſuſceptores, ſive patrini, ſint provectæ ætatis, in fide Catholica bene inſtructi, ad interrogata cum intellectu & ſerio reſpondentes & tales, qui parvulos, ubi adoleverint in fide orthodoxa, ſi neceſſe fuerit, inſtruere poſſint?

An etiam baptizent parvulos ante prandium & Miſſam diei, cui ſuſceptores cum patre & amicis intereſſe deberent, & pro parvulo offerre, ſecundum veteris Eccleſiæ ritum?

An ſit aliquis inter curatores Eccleſiarum, qui auſus fuerit Canonem Miſſæ omittere, vel mutare: & an ab omnibus religioſe pronuncietur?

An etiam ſingulis diebus Dominicis & Feſtis, Evangelium diei ſub vel intra Miſſam lingua vernacula populo de ſuggeſtu exponant?

An etiam caveant, ne Concionis tempore ulla Miſſa celebretur, qua populus ab auſcultatione verbi diſtrahatur.

An curent Symbolum totum cani, præfationem itidem, & orationem dominicam. Similiter an curent, ut imaguncula crucifixi Domini Pacificatoris omnium, ab ore Sacerdotis, pacem populo imprecantis, ad adſtantes deferatur, in oſculanda ab omnibus, in concordiæ & pacis Symbolum.

An doceant populum de Miſſæ myſteriis, atque etiam moneant ut ad finem usque, donec

benedictionem Sacerdotalem acceperint, perseveret, spiritualiter saltem cum sacerdote communicando, cum desiderio fructus Sacramenti & unionis cum Christo?

An doceant criminibus ligatos, priusquam absolvantur, & veræ emendationis propositum sumant, ab horum mysteriorum perceptione abstinere?

An palam criminosos, & qui peccati certissimam occasionem dimittere nolunt, à communione abarceant?

An lectiones sacras & orationes excepto Canone in Missa, clarè pronuncient, ut possint à circumstantibus, qui Latine intelligunt, audiri & intelligi?

An Evchariſtiam in loco honorato servent cum perpetuo lumine?

An, quando ad infirmos Evchariſtiam deferunt, faciant præferri lumen & campanellam, ad dandum fidelibus signum?

An doceant plebem orare pro defunctis, ut à peccatis solvantur?

An curent etiam, quando in solennibus festivitatibus circumferenda est, hostia illa salutaris, quod tum omnes ludi prophani, & quidquid non valet ad veram devotionem excitandam removeatur: imprimis, quod non pulsentur tympana, absint risus, joci, confabulationes: Populus autem oret. Et quod unius tantum Sancti, non plures quam una imago circumferatur: Nec vagando per agros discurratur, præsertim Rogationum tempore?

An sint aliqui ex Curatis, qui sustineant in suis Parochiis aliquem qui non in anno saltem semel peccata sua confiteatur, & venerabile Sacramentum Evchariſtiæ, secundum C. omnis utriusque sexus, de pœnitentiis & remissionibus sumat. Et si quis talis fuerit repertus an etiam talem ab ingressu Ecclesiæ abarceant, & Ecclesiastica sepultura privent?

An etiam sint circumspecti in audiendis confessionibus, ut qui norint distinguere lepram à non lepra, & ita de peccatis inquirere, ne scandalicent pusillos, & an satisfactiones injungant medicinales, an arguant publica peccata publice, & occultè delinquentes in privata confessione?

An excommunicatos, secundum Canones sacros vitent, & ab omnibus vitari faciant, & eos à nemine recipi in consortium vel familiaritatem procurent.

An sciant quomodo instantibus quatuor temporibus, trina Proclamatione denunciare debeant populo clericos ejusdem Parochiæ, qui velint ad sacros ordines promoveri, ad percipienda impedimenta, si quæ sint?

An Sacramentum Unctionis extremæ cum orationibus & litaniis juxta agendam Ecclesiæ, ægrotis impartiant, & an sint ex eorum Parochianis, qui illud Sacramentum contemnat & an sciant infirmos ex scripturis consolari & à curis secularibus ad spem salutis æternæ erigere?

An habeant, redeuntes ab ægroto, ad hortatiunculam ad communitatem, multitudinem, qua infirmitatis humanæ, & ut pro laborante in extremis, studeant ferventius orare, admoneantur?

An doceant matrimonio conjungi affectantes, qua religione & fide in Christo conjungi debeant. Et an tolerent clandestina Matrimonia. Et an doceant copulandos, quod non jungantur, nisi de parentum & amicorum consilio?

An promittant proclamationes ad minimum tres, tribus diebus festis per intervallum sibi succedentibus?

An norint quæ sint impedimenta quæ prohibent contrahendum & quæ dirimunt jam contractum Matrimonium?

Et an sciant numerare quatuor gradus consanguinitatis, quatuor itidem gradus affinitatis, intra quos prohibitio conjunctionis conjugalis concluditur. Et an sciant, quo se porrigat impedimentum cognationis spiritualis?

An etiam clandestine contrahentibus tantisper Sacramenta negentur, donec ab executione absolvantur, atque ita in facie Ecclesiæ Sacramenti solennia celebrent.

An etiam diligenter attendant ad incolas & advenas, de quibus est suspicio, quod in facie Ecclesiæ non sint conjuncti, ut tales solennes ritus in Ecclesia celebrent aut alibi id fecisse se, idoneis testibus probent.

An etiam, quantum in eis est, admonendo curent, ut quando ad Ecclesiam matrimonialis conjunctionis gratia convenitur & quando qui junguntur, benedictioni Sacerdotali se submittunt, ut tum absit omnis levitas & jocus secularis, utque tum magis cogitent jungendi, quale sit vinculum quo colligantur, & quod Deus eos conjungat?

An sint inter eos, qui alibi quam in Ecclesia publice post Missam auditam, seu alio tempore, quam à jure permisso, & non interdicto, conjungendos matrimonio copulent?

An sint in eorum Parochiis, qui exequias, aut justa pro parentibus, liberis, cognatis, & amicis persolvere recusent, non aliter, quam si cum

si cum corporibus simul & animæ extinguerentur?

An doceant viros in Ecclesia orare nudato, fœminas velato capite?

An doceant populum in omnibus terroribus & periculis inclamare nomen Christi & signare se signo sanctæ Crucis, qua diabolus devictus est?

An doceant populum, cur aqua & sal, palmæ & herbæ & fructus novi benedicantur, & cur populus adspergatur aqua benedicta, & sumat sal exorcizatum?

Item cur accendantur in Ecclesia cerei, Thus adoleatur, Processiones agantur, Ecclesiæ, Altaria, calices, vestes sacerdotales, campanæ, aliaq; Ecclesiæ vasa consecrentur?

An doceant populum, nec ceremonias in superstitionem vertant, sed illis religiose utantur?

An vitam ducant sua Appellatione dignam, videlicet talem ut eorum comparatione cæteri merito grex dicantur. An verbo moneant & præcedant exemplo, castigando corpus suum, & in servitutem redigendo, secundum Apostoli doctrinam, ne ubi aliis prædicaverint salubriter, eosque ad pietatem adduxerint, ipsi servi sint ventris & peccati, & reprobi efficiantur. (1. Cor. 9.)

An horas suas canonicas, ad quas Majoribus Ordinum gradibus initiati obligantur, rite persolvant, & an in lectione & studio sacræ scripturæ se contineant. Et quibus libris & Authoribus, præter Biblia, utantur, & qualia Biblia habeant?

An in habitu & tonsura clericali incedant. An servent Decorum in habitu & incessu. An habitus eorum sit honestus, non scissuris, vel limbis comptus. An superior vestis sit talaris. An gladiis vadant accincti?

An omnes irreprehensibiles sint, & bonum testimonium habeant ab his quibus ministrant. An sit inter eos impudicus, incontinens, immodestus, contentiosus, iracundus, percussor, & & Vinolentus, ebriosus, aut turpis lucri cupidus.

An vacent comessationibus & ebrietatibus & studio, compotandi, præsertim in exequiis, Calendis, & anniversariis?

An sit adhuc aliquis inter eos, qui concubinæ adhæreat, aut personæ de incontinentia suspectæ, & qualis sit reliqua illorum familia?

An sint aliqui Rectores Ecclesiarum, qui in propriis personis non resideant, & quales illæ habeant Vicecuratos, & an tales Vicecurati sint per Archidiaconum examinati & admissi. Et an tales Vicecurati habeant comperiantur & taliter constitutam, ut non cogantur servilibus, & sordidis negociis se dedere?

An sint aliqui ex Curatis, vel Vicecuratis, usurarii, & negociatores, vel caupones, aut sortilegiis, divinationibus, aut venationibus indulgentes?

An sint in Parochiis oratoria constituta?

Et qui sint, qui Jus Patronatus seu præsentandi personas idoneas ad hujusmodi oratoria, seu alia Ecclesiastica beneficia habent?

An eo Jure, secundum fundationes ejusmodi Beneficiorum legitime utantur. Et num sint, qui hujusmodi beneficia, quod in eis est supprimant vel extinguant. An eorum redditus ac res & bona illorum occupent, vel distrahant?

An in eorum Parochiis aliqua sint hospitalia pauperum constituta, Et an Magistri hospitalium bene præsint & rationem singulis annis reddant. Ut infra latius in forma de Hospitalibus?

An in eorum Parochiis jejunia, abstinentia à carnibus, dies festi, præsertim in proxima Synodo publicati & declarati, Processiones Dominicales & ritus Ecclesiastici rite observentur.

An sub eorum Parochiis vigeant superstitiones, Maleficia, blasphemiæ, sacrilegia, publica perjuria, adulteria, stupra, incestus, odia invidiæ, rebelliones, usura, & contemptus Ecclesiasticæ jurisdictionis?

An prædia, census & jura Ecclesiarum conserventur. An campanarii, seu Custodes Ecclesiarum, sibi concredita rite administrent ac custodiant?

An eosdem etiam admoneant, ut depositis barbis, in Ecclesia in superpelliceis ministrent?

An populus oblationes Altaris saltem in quatuor festis principalibus ad Altare Domini deferant, aliaque jura Parochialia, secundum morem ab Ecclesia Catholica olim receptum, præstent?

An provisores Parochialium Ecclesiarum præsumant pro suo arbitratu de rebus Ecclesiarum ordinare, vel disponere absque consensu suæ plebis. Et num illi rationem bis in anno reddere recusent?

An sint apud illos Monachi, seu Moniales Apostatæ qui saltis contagibus adhæreant, vel qui habitum Religionis abjecerint?

An sint qui contemnendo authoritatem Ecclesiæ, rumpendo vinculum pacis contra mentem Cæsareæ Majestatis (quæ sub Catholicis Principibus nullam novationem veteris Religionis

nis permittendam eſſe mandavit) ſub utraque ſpecie more ſchiſmatico petentes communicent?

An caveant, ut Sacerdotes ab Hæreticis revertentes, non ſtatim ſe miniſteriis ingerant, priusquam ſint abſoluti, Eccleſiæ reconciliati & contra irregularitatem incurſam reſtituti?

An ſint apud illos Apoſtatæ Monachi, qui ſub prætextu diſpenſationum Apoſtolicarum, Vota Religionisque ſuæ inſtituta deſeruerunt, contendentes ſe intrudere miniſteriis antequam diſpenſationes eorum ſint rite examinatæ & admiſſæ, juxta decreta Provincialia?

An populus in eorum Parochiis præſtet ſe morigerum eis.

An ſint in populo, qui habeant libros contagioſos, aut qui cum Deo, ſanctis, & ſacris jocentur?

An è ſuggeſtis publicent, libros à Lutheranis, hæreticis, in Decretis Provincialibus (ſub Rubrica, qui Parochis & Concionatoribus ſint vitandi & fugiendi) nominatis, eorumque ſimilibus, editos, tam ſecularibus, quam Eccleſiaſticis, tanquam peſtem eſſe vitandos?

An admoneant ſuas communitates ruſticas, ut à circumambulatione cœmeteriorum, ſub concione &, divinis abſtineant, ſub pœna denegandæ Abſolutionis & communionis.

An pateant cenopoliæ & tabernæ diebus feſtis poſt ſacrum in Eccleſia peractum: Et an tales transgreſſores deferant ad Magiſtratum?

An ſecularis Magiſtratus, jurisdictionem & libertatem immunitatemque Eccleſiaſticam impediant ſeu perturbent. Et an judices ſeculares de beneficialibus, Matrimonialibus Decimarum, & aliis cauſis ſpiritualibus, ſeu de correctione Eccleſiaſticarum perſonarum ſe intromittant?

An in eorum Parochiis admittantur Ludimagiſtri ad inſtituendam juventutem, quorum fides, mores & inſtitutio, non ſint explorata?

An doceantur in ſcholis trivialibus Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ inſtitutiones, ſeu quæcunque alii libri, ex officina Lutheri, Melanchthonis, Hegendorphini, Spangenbergii & ſimilium Lutheranorum profecti. Ut infra latius de Scholis.

An Vicarii, Officiantes, Altariſtæ, & alii miniſtri faciant & exequantur officia & onera ſuarum Vicariarum, Altarium, officiorum, & fraternitatum in ſuis Eccleſiis?

An omnes & ſinguli Pauperum ſuæ Parochiæ curã habeant, quibus etiam libenter de eo quod ipſis ſupereſt, ſuppeditent victum neceſſarium?

Quæ ſupra in calce inquirendorum in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, de Teſtamentis & eorum Executoribus poſita ſunt, hic quoque inquiri debent.

Inquirenda de Scholis.

Quum ſecundum Reformationem Cæſareæ Majeſtatis, non modo ubi Collegia ſunt, ſed & in ſingulis Oppidis, debeant eſſe Scholæ, quæ ſunt ſeminaria non tantum Prælatorum & Miniſtrorum Eccleſiæ, ſed & eorum, qui reipublicæ gubernaculis admoventur, imprimis apud Collegia inquiri debet, an præter pædagogium habeatur in Collegio Theologus, qui certis horis doceat juniores Canonicos, Vicarios & alia Collegii membra?

An quisque Collegio aſſcriptus, ad lectionem ſuæ profeſſioni, & inſtituto congruentem, compareat.

An huic Theologo docenti, ſint aſſignati proventus unius prænendæ?

Deinde apud ſingula non Collegia modo, ſed & oppida, inquirendum eſt de Pædagogio ſeu ſchola triviali, in qua juventuti, tam rudimenta bonarum literarum, quam inſtitutio ad pietatem Catholica tradatur?

Et quot ſint huic ſcholæ didaſcali præpoſiti, & in quot claſſes ſit diſtributa?

Et quomodo ſit principali Ludimagiſtro de ſuo victu, vel ſalario proviſum?

An Ludimagiſtri & Pædagogi qui docent juventutem, honeſti, probi & incorruptæ vitæ ſint, & de Religione Chriſtiana & Catholica bene ſentientes, ac docti, à quibus tam pietatis Chriſtianæ prima principia, quam rudimenta literarum incontaminata adhuc, & quorumlibet ſtudiorum capax pueritia, ſine metu corruptionis, ſecure hauriat?

Num aliquis horum didaſcalorum à communibus Eccleſiæ Catholicæ doctrinis, decretis, traditionibus, ceremoniis, ritibus, ſeu moribus quocunque modo diſſentiat?

Unde ſint oriundi: & ſi aliunde venerint, vel aſſciti fuerint, inquirendum: ubinam gentium & apud quos ſint inſtituti, & quibus uſi ſint Præceptoribus: Et ex quibus authoribus cum literarum, tum Religionis rudimenta didicerint & perceperint?

Num ſint inter eos, qui deturbati à cathedris, quaſi furore ſchiſmatico invaſerunt, num irrepſerint in Pædagogia, ut venena ſua, ſi non ante à Cathedra toti populo, ſaltem teneræ juventuti inſtillent?

Num libri obſcœni, ſuſpecti, aut contagioſi, ſeu qui juxta decreta provincialia, per Decanum facultatis Artium Academiæ Colo-

Colonienſis admiſſi non ſint, quibus teneræ juventuti virus impuræ doctrinæ, religionisque & pietatis odium inſtilletur, & in Scholis ejusmodi trivialibus tradantur?

Et quia forſan grave erit Ludimagiſtris, qui in oppidis procul a civitate Colonienſi ſitis commorantur, eo ſe ſubinde recipere, pro libris quos prælegent a Decano facultatis artium examinandis & admittendis: idcirco viſitatores delegabunt hoc muneris paſſim pro conditione Regiuncularum & Scholarum noſtræ Diœceſeos, alicui præſtantis eruditionis Prælato, aut alii ſpectatæ probitatis docto & orthodoxo viro, ſive Monaſticæ ſive Eccleſiaſticæ profeſſionis?

Num ejusmodi libri legantur in triviis, qui ad ſeducendam in pravas opiniones juventutem, aliud agentem & quærentem, ſcripti videntur, quales ſunt quorundam Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ inſtitutiones, Melanchthonis, Spangenbergii, & ſimilium Lutheranorũ, in quibus Exempla fere e pravis Adverſariorum dogmatibus petuntur; quorum traditione juventus incauta hæreſum & ſectarum dogmata ſimul cum artibus imbibit?

Quales item ſunt quædam familiarium Colloquiorum formulæ, in odium Eccleſiaſtici inſtituti, & ceremoniarum Eccleſiaſticarum contemptum compoſitæ, atque effictæ, a quo vitio quædam etiam ex Colloquiis Eraſmi prorſus aliena non ſunt, ob id a Pariſienſibus notata.

Quærendum, qua ratione docendi Didaſcali utantur. Num il'a præpoſtera, qua quidlibet ad eruditionis ſuæ oſtentationem quibuslibet promittunt, & tamen nihil tradunt ſolidum, abſolutum atque perfectum.

An potius tradantur non niſi Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, & quæ hujus generis ſunt triviales artes, caſti poetæ, Rhetores, & Hiſtorici. Dominicis vero & feſtis ac pridianis diebus, puriorum hymnorum & Proſarum, quæ & ſequentiæ appellantur. Item Evangeliorum & Epiſtolarum, Pſalmorum, Parabolarum Salamonis & ejuscemodi ſacrorum librorum, Catholica & literalis expoſitio, ſecundum intellectum ſanctorum Patrum ab Eccleſia, Catholica receptorum, non Lutheranorum, ſeu aliorum ſectariorum?

Viſitatores non erunt contenti aliorum de Ludimagiſtris teſtimonio, ſed & illos coram ſe vocabunt, & diligenter examinabunt?

Præterea omnes ipſorum libros inſpicient, & Catholicos ab hæreticis, nothos a Germanis ſecernent.

Libri qui ſequuntur in univerſum omnibus, tam Parochis, Concionatoribus, Clericis, Ludimagiſtris, quam Laicis interdicti.

Quotquot venerunt ex officina Lutheri, Philippi Melanchthonis, Pomerani, Buceri, Calvini, Corvini, Capitonis, Brentii, Zvinglii, Oecolampadii, Pellicani, Bullingeri, Franciſci Lamperti, Muſculi, Hedionis, Sarcerii, Chriſtophori Hegendorphini, Oſiandri, Spangenbergii, Hermanni Bonni Sebaſtiani Franck.

Et ſimilis farinæ hominum Lutheraniſmo, ſeu ſectæ alicui adhærentium, aut a Catholica Eccleſia, quacunque ratione diſſidentium.

Cui cenſuræ & Germanicæ pſalmorum cantiones, quæ plerumque ab interpretibus perfide ac contra genuinum ſanctæ ſcripturæ ſenſum, traductæ ſunt, ſubmittuntur.

Omnes quoque Bibliothecæ & Bibliopolia, & officinæ Typographicæ, inviſenda erunt, & libri omnes diligenter inſpiciendi & examinandi, & qui ab hæreticis editi ſunt, & a Cæſare, vel Concilio Provinciali notati, confiſcandi, comburendi, & penitus abolendi.

Et dandus erit Bibliopolis cathalogus librorum interdictorum, ut ſuæ indemnitati deinceps conſulere poſſint.

Et injungendum eis, ne poſthac ullos libros divendant, niſi prius ſecundum Decreta Provincialis Concilii inſpectos & admiſſos.

Quando vero ſuperius deſignati libri, & præſertim, qui Poſtillæ vocantur, profectæ ex Lutheranorum ſeu aliorum hæreticorum officinis, non ſine interminatione gravium pœnarum Parochis inprimis ſint interdicti: Et proinde, qui inter eos rudiores ſunt & ſimpliciores, addubitare forſan poſſint, quibus ergo eis tuto uti liceat, donec poſtilla aliqua publica authoritate edatur, quæ expoſitionem Lectionum, quæ Epiſtola & Evangelium diei vocantur, ſecundum id, quod ſingulis Dominicis aliisque ſolennibus diebus per anni circulum Catholica Eccleſia ſuis fidelibus tradere intendit, pulchro ordine digeſtum, complectatur, indicatis videlicet & concinna ſerie diſpoſitis locis communibus, in quibus ambæ illæ Lectiones mutuo reſpondent & conveniunt: ea de re haud ſupervacaneum, vel utile fore videtur, ipſis indicare, ut vel ſequentes libros ſibi comparent, quo inde Catholicum & bene ſanum tractandarum ſenſum Lectionum, quem ipſi per ſe, ſine Commentariorum ſubſidio aſſequi non poſſunt, hauriunt ac populo proponant.

Ex veteribus comparandi.

Chryſoſtomus in Matthæum & Joannem.

Idem in Epiſtolas Paulinas omnes.

Theophylactus totus, Chryſoſtomi abbreviator.

Auguſtinus in Joannem.

Sermones Auguſtini de tempore & de ſanctis: modo ſingulatim ex decimo tomo operum ejus excerpti & impreſſi haberi poterunt.

Beda in novum Teſtamentum, hoc eſt in Marcum, Lucam, Joannem, Epiſtolas Paulinas, & Catholicas, & ipſam Apocalipſin: qui propterea tanto libentius legendus eſt, quod ſuos commentarios fere ex optimo, & Catholiciſſimo interprete ſcripturarum Auguſtino, concinnavit.

Homiliarius Doctorum Albini ſive Alcuini.

Catena aurea divi Thomæ Aquinatis, & ejusdem in divum Paulum commentarii.

Ex Recentioribus.

Poſtilla Lansbergii, quæ ſimpliciſſima eſt.

Sermones Chlichtovei, cum Elucidatorio ejus in Hymnos & Proſas Eccleſiaſticas.

Poſtilla Joannis Eccii.

Poſtilla Hoffmeiſteri.

Poſtilla Roy, Minoritæ.

Poſtilla F. Henrici Helmes, Germipolitani.

Commentarium Titelmanni in Pſalterium.

Nec quisquam Parochus carere quoque deberet Damaſceno.

Quæ ſint in his Scholis tradenda.

Qui primis Rudimentis in triviis imbuuntur, primum diſcant Alphabetum, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, benedictionem menſæ & gratiarum actionem cum confeſſione, quæ fieri ad Altare conſvevit: Donatum & Murmelii de declinationibus & Conjugationibus Nucleum, ejusdemque conſtructionum regulas. Deinde poterunt eis tradi grammaticæ Inſtitutiones Aldi Manutii, vel Perotti, vel Murmellii, Hermanni Torrentini, Joannis Deſpauterii, aut Joannis Brechtani, atque etiam Syntaxis Eraſmi, Cato, Fabulæ Æſopi, Sedulius, Prudentius, Juvencus, Baptiſta Mantuanus, e quibus pietatem cum literis hauriant.

Feſtis vero diebus, exponantur Evangelia & Epiſtolæ Dominicæ, & incidentium Feſtorum, Grammatice tantum.

Hymni quoque & Proſæ tempori ſervientes, vel Pſalmi, aut Parabolæ Salomonis, in ejuſcemodi aliquid e ſacris literis, quod juventuti conveniat.

In dialecticis tradi conveniet prodidagmata Jacobi Fontani, Dialectica Trapezuntii, Cæſarii, Titelmanni, aut Joachimi Perionii & Rodolphi Agricolæ Inventiones.

In Rhetoricis vero ſtyli conſequendi gratia: Virgilium, Horatium, Ovidium, præterquam de arte amandi, & Epiſtolas Heroidum, Commentaria quoque Cæſaris, Titum Livium, Svetonium, Valerium Maximum, Inſtitutiones oratorias Quintiliani: Compendium Trapezuntii ſuper Ciceronis Rhetorica, ipſa quoque Rhetorica, officia, de Amicitia, Senectute, Paradoxa, Tuſculanas quæſtiones, Epiſtolas, & quicquid ſcriptorum Ciceronis exſtat.

In Græcis Literis.

Clenardus, Syntaxis Varennii, Theodorus Gaza, Conſtantinus Laſcaris, Fabulæ Æſopi, ſententiæ Menandri, Batrachomyomachia, Lucianus, Iſocrates, Xenophon, Orationes, Demoſthenis, Homerus, Ariſtophanes, Heſiodus, Plutarchus.

Formula inquirendi in Monaſterio Monachorum.

Inprimis fiat inquiſitio de Regula ordinis, an hæc fratribus ſingulis menſibus ad minimum ſemel prælegatur: & an probe ab omnibus intellecta memoriæ commendetur ac teneatur.

An ſancta obedientia vigeat, & an vivatur in Monaſtica paupertate & ſancta continentia?

An quisquam quid proprii ſibi vendicet, qualecunque etiam hoc ſit, aut habeat privatum peculium?

An Deus die noctuque horis ſtatutis Pſalmodiis & laudibus colatur, piisque precibus pro communi ſalute & Eccleſiæ proſperitate pulſetur. Et, an ſacra Miſſarum ſolennia, tam pro vivis quam defunctis, ad Regulæ & antiqui moris præſcriptum, & ſecundum Fundationes ejusmodi divinorum officiorum celebrentur?

An pax inter fratres, inter Laicos identidem, qui converſi vocantur, vel devoti, totamque Monaſterii Familiam effloreat?

Num clanculum mutuo invideant.

Num contentionibus, ritis & diſſidiis conflictentur?

An humilitatem inſinuent, mutuum ament, & patientes ſint, invicem libenter condonantes, ſi quis adverſus alium habet querelam?

An rerum cœleſtium meditationi, & aliis ſtudiis piis, & honeſtis ſedulam dent operam?

An habeant Monachi quotidie lectionem aliquam ſacræ ſcripturæ illuſtratricem, qua devotionem ſuam alant, ſeque ad cognoſcendam & ad implendam Dei voluntatem inflamment?

An habeant juſtam curam inſtruendæ Bibliothecæ: Quæ & inſpicienda eſt?

An ſcripturas expoſitas diligenter tractent & ſecum ruminent, quo ſe (quibus hoc muneris incumbit ad prædicationem verbi divini, ejusmodi exercitatione tam pia, aptos efficiant?

An

An tempore quod eis a celebratione divinorum & lectionibus reliquum eſt, ſemper pii & honeſti aliquid agant, quo diabolus eos nunquam ociosos, ſed ſemper reperiat occupatos?

An interdum in cubiculis aliqui compotent, ludant, aut luxui indulgeant aut etiam ſeculares clam ad ſe invitent?

An rebus prophanis, ſeu mechanicis artibus, ſuam profeſſionem non decentibus, & a pietate avocantibus, incumbant?

An ſtatim a Completorio, ſuum quisque petat cubiculum, & in ſilentio agat?

Ad juſto tempore claudatur & aperiatur Dormitorium?

An meſſium tempore, Ruſticorum & mulierum cœtibus ſe immiſceant?

An Monachis bonæ indolis, qui progreſſum aliquem in bonis literis & ſacrarum ſcripturarum cognitione fecerunt, & ſe ad aliud ſuæ Provinciæ Monaſterium, in quo Schola celebrior & profeſſio frequentior & accuratior habetur, mitti petunt, ut illic in ſacris literis ſimul & Religionis obſervantia magis ac magis inſtituantur ac proficiant, copia fiat illuc concedendi?

Quærendum de vita & converſatione Prælatorum.

An viſitatio proxima rite ſit obſervata?

An Prælatus, quæ ad obſervationem ordinis & Religionis pertinent, diligenter perſequatur, & exigenda Regula & ſtatutis ordinis ſervens conſpiciatur?

An eadem etiam ad Chriſtianam pietatem & æquitatem pro ratione perſonarum & aliarum circumſtantiarum moderetur: ut ſemper primas obtineat, fraterna charitas, & magis ſpectetur in omni opere pietas, quæ ad omnia valet, quam exercitatio corporalis, quæ ad modicum utilis eſt, ut teſtatur Apoſtolus (1. Tim. 4.)

An bonum exemplum fratribus aliisque ſubditis ſuis præbeat in Religionis obſervantia?

Num ſæpe ex Monaſterio diſcedens, alio proficiſcatur, ſeu extra illud habitationem ſuam conſtituat, vel longam moram trahat?

An pacem, tranquillitatem & concordiam inter omnes ſibi ſubjectos nutriat, ac conſervet?

An fratres ad ſtudia ſacrarum literarum ſedulo invitet?

An menſa communis habeatur, & qualis ſit victus quotidianus?

An Prælatus convivetur communiter cum fratribus, menſa communi contentus, ac privata magis oblectetur?

Num otioſos & vanos faciat ſumptus?

An familiam ſuperfluam, vel equos ad ſtatum & pompam potius quam ad neceſſitatem, Principum more, nutriat, magisque ſecularem, quam religioſam ducat vitam?

An magis in humilitate vivat frugaliter & quæ ultra neceſſitatem ſuperſunt in pauperes & educationem ſtudioſorum, quo poſſint Eccleſiæ olim uſui eſſe, expendat.

An honeſte cum Laicis converſetur: Et qualis hoſpitum receptio?

An ſua negligentia fratres luxui & compotationibus ſtudet?

An ad menſam ſacræ ſcripturæ cum homiliis Patrum aptæ temporibus ſemper legantur?

An vitia fideliter & ſtrenue corrigat, citra perſonarum acceptionem, canonicam & regularem exercens diſciplinam. Et an Capitula diſciplinæ crebro & ſecundum præſcriptum Regulæ diligenter obſerventur.

Item diligenter quærendum de clauſura monaſteriorum & ingreſſu Laicorum & mulierum?

An ſilentium juxta regulam teneatur?

An ſint inter eos, qui ſuos habeant privatos congreſſus, qui invicem conſpirent, & diſſidia excitent?

An mutua reverentia inter fratres colatur, & an colloquia, dum colloqui licet, pia ſint & religioſa?

Quærendum quoque, an certus ſit in monaſteriis numerus perſonarum, aut incertus?

An ſuppetat victus, & an res & bona ſuis monaſteriis dicata poſſideant, an injuſtis gravaminibus Laicorum divexentur?

An habeant Eccleſias Parochiales incorporatas?

Qualis ſit talibus Eccleſiis Curator præfectus, cujus ætatis, vitæ, doctrinæ, conditionis.

An ſufficientem portionem ex parochiæ fructibus, unde ſe honeſte alere poſſit, ei aſſignaverint, ut non ſit illi neceſſe, ſe ſordidis miniſteriis addicere, ſeu officium negligere?

An talis Curator ſit ſua ſub obedientia Prælati, & an per viſitationem Prælati, vita & mores ejus interdum explorentur?

Quærendum de officiis, an qui officiis præfecti ſunt, & ſunt priores, Supriores, Præfecti Scholæ Camerarii, Sacriſtæ, Cellarii, Procuratores & id genus alii, ſuis ſinguli officiis graviter & religioſe incumbant, juxta Regulæ decreta?

Qui ſint illorum mores, quæ vita, quæ converſatio?

An officiis impoſitis, ad licentiorem vitam vivendam & ad luxum abutantur.

An ſint in miniſteriis fideles, æqui, non præfracti, ſed modeſti & manſveti, continentes & caſti?

Eſt quoque diligenter quærendum de

habitu

habitu & conditionibus Fratrum Converſorum.

Deinde an ſint ex Monaſterii ſodalitio aliqui facti deſertores ſui Monaſtici inſtituti, & fugitivi Apoſtatæ?

An ſint, qui habitum abjecerunt, qui ſint vel hæreſi polluti, vel de ea ſuſpecti?

An ſint facti cujusdam conſcii, qui ſe inceſtis nuptiis polluerunt, aut qui extra ſepta Monaſteriorum concubinis, vel fœminis de incontinentia ſuſpectis cohabitent.

An ſint, qui extra obedientiam degentes divina tractent, & populo Sacramenta adminiſtrent?

An ſint qui ſub prætextu diſpenſationum Apoſtolicarum, quæ ab ordinariis, cauſa legitime cognita, non fuerint approbatæ, vota religionisque ſuæ inſtituta deſeruerint?

Ubi tales refractarii & Votifragi foveantur & receptentur.

An ſint qui parvulos in Baptiſmo ſuſcipiant, aut nuptiarum conviviis interſint?

An Comœdiæ ludantur in Monaſterio, & quæ?

Apud fratres quatuor ordinum Mendicantium, hoc interrogatorium adjiciendum eſt: An audiendis Confeſſionibus ſe intromittant alii, quam præſentati?

Et illic quoque diligenter examinandi ſunt Lectores & Concionatores de doctrina.

Et inſpiciendi libri quibus utuntur.

Cætera pro diverſa locorum, ordinum & Monaſteriorum conditione & pro rerum & caſuum ſubinde accidentium qualitate, Viſitatorum diſcretio ſuppleat.

Formula inquirendi in Monaſteriis Sanctimonialium.

De eisdem fere, pro viſitatorum tamen circumſpectione & prudentia, inquirendum eſt, de quibus in virorum Monaſteriis inquiri oportet: exceptis Articulis, qui ſolos Monachos proprie reſpiciunt, quorum loco Viſitatores alia interrogatoria congrua perſonis ſubſtituent. Qualia ſunt: Quibus affectibus, & qua forma ad electionem Abbatiſſarum, ac aliarum, quibus Monaſteriorum moderatio commiſſa eſt, procedatur?

An in eligendo ſervetur regula ceſſetque omnis impreſſio & corruptio?

Quomodo ab his, quæ officiis præſunt, ea gerantur.

Et imprimis poſt inquiſitionem factam de Abbatiſſa, Prioriſſa, Supprioriſſa, Cellaria, Procuratrice, & reliquis quæ in officiis ſunt, quærendum erit.

An ſit in Monaſterio Ludimagiſtra, ſeu Scholæ præfecta, quæ latine norit?

Et an hæc diligenter & ſedulo inſtituat in rudimentis Grammatices virgunculas juniores.

Et an formet eas ad pietatem & religionem?

Et quænam rudimenta tradat, & quos libellos ad pietatem pertines rudioribus virgunculis prælegat & exponat?

An etiam in vigiliis dierum Feſtorum, & in ipſis diebus feſtis exponat ſuis ſcholaſticis Virginibus Hymnos, ſequentias, Epiſtolam, & Evangelium Dei?

Et an ad literam ſaltem ſciat exponere Pſalterium?

Quibus libellis, vel ad ſuam inſtructionem, vel ad precandum Deum virgines utantur; qui etiam ſunt inſpiciendi, ſimul cum libris quibus utuntur in officiis divinis?

An habeant Concionatorem aliquem, virum gravem & catholicum, a quo audiant verbum Dei, diebus ſaltem feſtis?

Et an idem vel alius non minori integritate, diſcretione & prudentia, ſit eis a confeſſionibus?

An is ex juſta cauſa petentibus permittat virginibus, etiam alii Catholico, pio & diſcreto Sacerdoti Confeſſario confiteri?

An ſuis temporibus, juxta Regulæ præſcriptum, communicent?

Item de obſervatione cultus divini, ut ſupra de Monachis.

An habeant fidum, frugalem & honeſtum Oeconomum, qui quater in anno, & quoties poſcitur, paratus ſit reddere negociorum ſuorum rationem?

Et an hactenus res Monaſterii meliores fecerit, ſeu ſaltem non deteriores?

Et tales viri, Viſitateribus ſiſtendi ſunt examinandi de vita & doctrina.

Quærendum de Eccleſiis incorporatis, (ſi quas habeant) ut ſupra in formula inquirendorum Monachorum.

Num ſanctimoniales extra ſepta Monaſteriorum, contra regulam ordinis ſui, ſe interdum proripiant, cum potius intra ea latere debeant, ac ſoli Deo pudicitiæ Amatori, cui ſe conſecrarunt, quemque repudiatis hujus ſeculi Amatoribus præoptarunt; illibatas conſervare.

An pateant virorum conſpectibus, ſeu an permittatur viris Monaſterium ingredi, excepta inevitabili neceſſitatis cauſa?

An habeant ullas picturas inhoneſtas & nimis ſeculares in ſuis cubiculis?

An converſationem aliquam habeant ſuſpectam cum extraneis.

An permittatur eis accipere Epiſtolas, vel dare

re extra Monaſterium, quas non prius legat Abbatiſſa, vel illa, cui regimen conventus incumbit.

An permittatur illis cum extraneis privata Colloquia habere, & ſuis uti diverticulis.

Quibus Artificiolis, quod ſupereſt temporis a finitis ſacris lectione, Precibus & contemplationibus divinis, terant?

Num ſtudioſæ ſint artis, quæ citius feratur a ſecularibus, quam ſpiritualibus Deo dicatis virginibus, qualis eſt conſuendi acupicta ſudariola & induſia?

Breviter num exercitationes amplectantur, quæ citius mentem Deo dicatam evertant, atque in mundum retrahant, quam diabolum per ocium inſidiantem propellant?

An ſint inter eas conſpirationes, ſeu ligæ quædam, ut vocant?

An ſint, quæ diſſidia, rixas & contentiones excitent: iracundæ, invidæ, odii tenaces, contumelioſæ ſeu maledicæ, obtrectantes, detrahentes, calumniatrices, mendaces &c. Interrogandum, ut ſupra de Monachis dictum eſt, de obedientia, de paupertate. An quid proprium poſſideant & de cuſtodia continentiæ?

De menſa communi, & quis & qualis victus ſingulis quibusque temporibus præbeatur?

An propter victum, vel ſimiles ob cauſas, ſint inter eas murmurationes, & turbulentæ indignationum ſignificationes.

Indagandum, an alicubi religionis ſuæ bene & ſanctæ inſtitutæ quam & profeſſæ ſunt, habitum depoſuerint, & veſtes ſeculares Religionis tædio ſibi aptaverint, cum fidelium ſcandalo, & ſtatus ſui ignominia: cum videantur Religionem cum veſte poſuiſſe ſicut impudica mulier cum veſte pudorem ponit?

Et tales, ſub excommunicationis pœna monendæ ſunt, ut habitum depoſitum recipiant: ne aliæ videri velint, quam quales ſe profitentur, hoc eſt ſponſas Deo dicatas.

An ſint quæ ulla fatua ſuperſtitione teneantur: quæ illis eximenda eſt, inflammandæque ſunt ad verum Dei cultum & vivam charitatem.

Inquirenda in Monaſteriis Canoniſſarum ſecularium.

Cum hæc monaſteria fere inſtituta ſint, inſtar Collegiatarum Eccleſiarum, proinde eorum pleraque, quæ illic inquiri oportet, hic quoque, ſecundum conditionem perſonarum & locorum ac ſecundum diſcretionem viſitatorum indaganda erunt?

Præterea inquirendum fere de omnibus his, quæ inveſtiganda ſunt in Monaſteriis ſanctimonialium: exceptis his, quæ tria illa ſubſtantialia vota reſpiciunt.

Speciatim tamen interrogentur de forma & modo eligendi Abbatiſſam & reliquas ad officia Eccleſiæ gerenda.

An & ejusmodi electiones pure fiant, ſpectata tantum Eccleſiæ utilitate?

An per corruptionem, impreſſionem, vel alio illicito modo?

Quærendum de Eccleſiis incorporatis?

Num menſam habeant communem vel ſuam quæque peculiarem?

An communi utantur dormitorio, ne pudicitiæ inſidiatori Satanæ detur occaſio ad incontinentiam tentandam?

Num nimis exquiſito & procaci habitu utantur, incedentes veſtibus nimis ſeculariter comptis & excultis?

An in his monaſteriis filiæ nobilium diſcant, non laſcivire, non ſuperbire, ſed Deum timere, & pietati ſtudere?

An piis exercitiis aſſveſcant, & non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mala abſtineant, & non alicui male de ſe ſuſpicioni cauſam præbeant?

An permittatur Viris ſeu procacibus adoleſcentibus, in ipſam etiam noctem, quamdiu eis libet, cum virginibus commeſſari, & confabulari?

Et an illis permittatur, intra Monaſterii ſepta dormire?

An Abbatiſſæ Collegiorum nobilium Virginum, quas tanto magis oportet Collegiis ſuis adeſſe, quanto majori cuſtodia Virgines illæ ſunt dignæ, perpetuo apud ea reſideant?

An ejusmodi Abbatiſſæ diligenter proſpiciant, ne quid in ejusmodi Collegiis committatur, quod aliquam habeat mali ſpeciem?

Et præſertim, an diligenter obſervent, ut omnes in Domitorio communi nocte decumbant & in habitu ipſas decente incedant, ac horas canonicas rite perſolvant.

Cæteraque, quæ probatæ earum conſtitutiones, & Reformationis Cæſaris &c. formula exigit.

An ſit Abbatiſſæ, quæ plurium Collegiorum curam in ſe receperint, & tamen nulli eorum ſuum, quod debent, officium rite præſtent?

Qualis ſit earum familia: quo Capellano, & quibus miniſtris & officialibus utantur?

An Præpoſitiſſæ, Decaniſſæ, & alia officia Eccleſiæ gerentes, officiis ſuis rite fungantur. Et præſertim, an quibus aliqua adminiſtratio Bonorum commiſſa eſt frugales ſint & fideles.

Ante omnia diligenter quærendum, quænam ſit inter Canoniſſas, quæ virgines legere, canere,& quod legunt & canunt,intelligere doceat. Et an illa ſuo munere ſedulo & diligenter fungatur.

Qualis ſit familia Virginum: an verecunda, ſobria, pudica: breviter bonæ famæ & laborioſa?

An vero miniſtrent eis puellæ juvenculæ, laſcivæ ad ſeculum comptæ, procaces, ocioſæ, & famæ non ſatis integræ?

An in his Collegiis cura pauperum habeatur, ut quod reliquum eſt, a levata menſa inter pauperes diſtribuatur?

In his Monaſteriis, ubi vita agitur plus ſatis licentioſa, ut nullus unquam pontifex hunc ſtatum, ſeu vivendi conditionem voluerit approbare multo opus eſt ex verbo Dei inſtructione,admonitione & exhortatione,quam oportet adhibere in ſpiritu lenitatis: Nam hic minis parum promovebitur.

Quod ad inquirendos canonicos, Vicarios, & alios miniſtros harum Eccleſiarum attinet, eadem omnino forma ſervabitur, quæ in Collegiis virorum.

De quibus in Hoſpitalibus, quæ Collegiis Monaſteriis & Parochialibus Eccleſiis adhærent, vel alias in civitatibus, oppidis & vicis in uſum pauperum & peregrinorum conſtituta ſunt,debeat inquiſitio fieri.

Num ejusmodi hoſpitalia alicubi collapſa ſint, & jaceant neglecta, & nondum inſtaurata?

An redditus ad ea deſtinati in ullum alium uſum converſi ſint, ſeu convertantur?

Et ſi quid deſideretur, quomodo rurſus ex ærario Monaſterii Collegii, vel communitatis id ſarciri poſſit.

An alii in iſta Hoſpitalia recipiantur, quam viduæ, orphaani & qui vere ſunt pauperes & ad victum quærendum ſibi non ſufficiunt: & potiſſimum ejus loci, ubi hoſpitalia illa ſunt conſtituta, in quorum fraudem peregrinis patere non debent?

An adminiſtratores horum hoſpitalium ſint legitime inſtituti, & a quibus.

Num eorum incuria, bona Hoſpitalis intereant, aut deteriora reddita ſint aut reddantur?

An luxu & profuſione illorum, aut alias minus recte dilapidentur, diſtrahantur,ſubtrahanturve?

An ægrotis, quod ipſis ex inſtitutione hoſpitalis debetur, fideliter præſtetur?

An Magiſter hoſpitalis erga ægrotos ſe benignum & miſericordem exhibeat?

An pauperes iſti & ægroti, non tantum reficiantur & ſuſtentur, pane corporali, ſed & pane verbi Dei & Sacramentorum.

Quis illis præſit docendo & ſacramenta miniſtrando. Et hic audiendsu.

Apud Eccleſias collegiatas & hoc ſpecialiter inquirendum eſt: Qui ſint ex Canonicis,vel vicariis, qui res hoſpitalium ejuscemodi Eccleſiis adjacentium, procurent.

Et generaliter quærendum,an Proviſores ſeu Magiſtri hoſpitalium, ubivis ſitorum rationem præſtent adminiſtrationis ſuæ, & cui eam præſtent?

An præſtetur in Collegiis Decano & Capitulo, & in Monaſteriis Prælato & Conventui,& in oppidisParocho & aliis a Communitate delectis, ratio & calculis. Nam hic profecto pro debito officii ſui Dno debiti, tenentur ſuperintendere, ne pauperibus quid deſit?

Et quoties in anno hæc ratio præſtetur. Quater enim in anno ſecundum Cæſaris Reformationem præſtari debet.

Inquirenda in Domibus Fratrum S. Mariæ Teutonicorum, Joannitarum & Antonitarum.

Principio in domibus fratrum Teutonicorum inquirendum de tribus, quæ ad votum omnis Religionis exiguntur.

Secundo quomodo permittatur habere bona mobilia & immobilia?

In quibus domibus Hoſpitalia habeantur?

Qualiter in hoſpitalibus infirmi recipiantur?

Qualiter infirmi procurentur.

Qualiter petitores Eleemoſynarum mittantur?

Qualiter divinum officium obſervetur?

Quoties in anno fratres Corpus Chriſti ſumant?

Qualiter pro vivis & mortuis orent?

Inquiratur de veſtitu.

De raſura.

De refectione.

De Eleemoſyna danda.

De jejunio.

De Collatione.

De dormitorio & dormitione.

De Silentio.

De literis recipiendis & mittendis.

De Clauſuris.

De his, quæ ad militiam pertinent.

De venatione.

De infirmis fratribus.

De Senibus.

De Convictu & ſocietate fratrum.

De convocandis fratribus ad Conſilium.

De Itinerantibus.

De probatione ingredientium.

De receptione puerorum.

Quo-

Quomodo militares ad ſervitia recipiantur?

Quomodo familiares recipiantur charitate, vel ſolido?

De ſolicitudine Magiſtri erga fratres.

De mutua commonitione & accuſatione.

De pœnitentiis fratrum.

Quærendum de Eccleſiis incorporatis.

Similia inquiri debent in domibus Joannitarum & Antonitarum: niſi quod domus Antonitarum,non ad malitiam pro defenſioneChriſtianitas,ſed ſpecialiter ad refectionem & ſuſtentationem, morbidorum, ægrotorum, & pauperum ſunt erectæ.

Quamobrem illic diligenter de procuratione pauperum inveſtigandum erit: Et an Præceptores cibum, victum & eſcas morbidorum & pauperum, per luxum abliguriant.

Quærendum de Eccleſiis incorporatis.

In ſumma in his & ſimilibus domibus, uti in Monaſteriis, Regula ordinis, interrogandi & inquirendi materiam ſuppeditabit. Nam dum demum recte ejusmodi congregationes religioſæ reformabuntur, ſi omnis earum actio,officia, mores, & vita, ad Regula approbatæ ſub quæ degunt, filium exigantur.

Quæ de Laicis & plebe fieri debeat inquiſitio.

Viſitatores, vocatis coram ſe quatuor, quinque, aut ſeptem Viris, ex ſingulis Parochiis, maturioribus, honeſtioribus, atque veracioribus unumquemque illorum infra ſcripto juramento debent obſtringere.

Forma Juramenti.

Quicquid noſti, aut audiſti, aut poſthac intelliges, quod contra Dei voluntatem & rectam Chriſtianitatem in iſta Parochia factum ſit, aut fiet, ſi in diebus tuis evenerit, modo tamen ad tuam cognitionem quocunque modo pervenerit, ſeu perveniat, ſi ſcis, aut tibi indicatum fuerit Synodalem cauſam eſſe, & ad miniſterium Epiſcopi pertinere, quod hoc nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter propinquitatem, vel parentelam, quovis modo celabis nos Archi-Epiſcopi hujus Diœceſis Commiſſarios, quibus hæc inquirere ille juſſit. Sic te Deus adjuvet, & ſancta Dei Evangelia.

Ubi ſingula reſpondendo ſe ſic obſtrixerunt, ſubjicient viſitatores admonitionem in hanc ſententiam: Videte, ut Domino reddatis juramenta veſtra. Non enim homini juraſtis ſed Deo Creatori veſtro. Nos autem qui ejus miniſtri ſumus, non terrenam ſubſtantiam veſtram concupiſcimus, ſed ſalutem animarum veſtrarum requirimus. Cavete, ne aliquid abſcondatis, & ex alterius peccato veſtra fiat damnatio. Nam ſicut Apoſtolus ait, (1. Cor. 5.) modicum fermenti totam maſſam corrumpit. Et, Auferte malum ex vobis ipſis.

Sequuntur inquirenda.

An in Parochia aliquis eſt hæreticus, Sciſmaticus, de fide, Religione, Traditionibus, Ceremoniis ritibus & conſvetudinibus Eccleſiæ aliter ſentiens,quam ipſa Catholica Eccleſia ſentire jubet?

Et hæc inquiſitio dilatanda eſt & ſic explicanda, ut intelligant quid quæratur.

An aliquis ſit in Parochia Magus, aut ariolus, aut incantator, ſeu evocator, aut conjurator, ſuperſtitioſus Dæmonum, aut divinus, aut ſortilegus, aut talium impiorum hominum indicia, vel conſilia inquirens, ad inveniendas res deperditas & ſuffuratas, vel ad futura prænoſcendum, quæ Deus poſuit in ſua poteſtate: aut aliud quidquam, vel qui ulla ſuperſtitione irretitus ſit, veluti qui non ponit ſpem & fiduciam ſuam in ſolo Deo, qui pro ſuo nutu & voluntate moderatur omnia, & cui oportet ſubmittere, & commendare omnem noſtrum cogitatum voluntatem, operationem, & quicquid acciderit proſperi vel adverſi?

An ſint viri vel mulieres, qui non intellectis conjurationibus rerum utantur, vel maleficiis ſe aliquid efficere poſſe putent, ſeu cum Dæmone commercium habeant)

An ſint,qui ſcienter & pro cupiditate terrena pejeraverint?

An qui coacti vel pro vita redimenda, vel metu dominorum ſuorum perjurium commiſerint?

An ſint, qui alios ad perjurium induxerunt?

An ſint blaſphemi in Deum in glorioſam Dei genetricem, Virginem Mariam, in ſanctos Dei?

An ſint, qui vota Deo præſtita infregerint?

Qui fidem publicam violaverint?

Qui per nomen Dei & Sanctorum maledixerint?

Qui ad omne verbum,nomen Dei aſſumpſerint, ſeu aſſumant in vanum?

An eſt aliquis, vel aliqua, qui quodcunque opus inchoans, aliquid ſuperſtitioſum dixerit, ubi Apoſtolus docet,omnia in nomine Domini facite? (Col. 3.)

An eſt aliquis qui juravit quod Deo contrarium eſt, veluti quod fratri nunquam reconcilietur, vel ſimile quid, quod eſt peccatum in Spiritum ſanctum & ad mortem.

An ſint,qui indigne ad Sacramenta accedant, præſertim ad ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum?

An

An sint, qui ab eo accepto, statim inebrientur etiam usque ad vomitum?

An sint, qui septem Ecclesiæ Sacramenta, vel illorum aliquot, contemnant. Qui ad confessionem saltem semel in anno non veniant & Corpori Domini, nisi ob publica peccata prohibeantur, non communicent?

An sint, qui Ecclesiæ Ceremonias rident?

An sint, qui in diebus Dominicis, vel in præcipuis festivitatibus quicquam operis mechanici faciant, qui non ad Concionem saltem, & ad Missam (si non ad Matutinas & ad Vesperas, quod tamen facere oportuit) His diebus sine prætermissione occurrant, & in ejusmodi divinis officiis ab initio usque ad finem perseverent?

An sint, qui Ecclesias intrantes, fabulis vacare consveverint, non auscultantes divina eloquia, & antequam missa finiatur, exeunt?

An pecorum pastores, Nautæ, Carrucarii, Caupones, Tabellarii, & similis farinæ homines, sint tam brutales, & obliti penitus Dei sui, ut nullum inter festos, vel profestos dies discrimen faciant, intenti tantum, ut ventrem siliquis impleant, contempto Dei verbo, cibo illo cœlesti, sine quo omnis anima fame perit?

An festa, quæ ex declaratione Synodi Diœcesanæ celebrari debent, celebrentur?

An Parochiani Presbytero suo debitum honorem impendant?

An illi & Ecclesiæ Decimas, oblationes, & jura Parochialia ex more veteris Ecclesiæ debita, exsolvant.

An est aliquis, qui Parochum verbo vel facto injuste inhonoret, aut fatiget, aut ejus salubria monita spernat?

An est aliquis, qui eo contempto in aliam Parochiam eat, & ibi communicet?

An est aliquis, qui excommunicationem sui Episcopi, vel Archidiaconi, & inhynodationem (ut vocant) sui pastoris vilipendat.

An quis publicam pœnitentiam pro manifestis criminibus vel accipere, vel adimplere contemptim detrectet.

An susceptores qui patrini vocantur, filiolis suis Symbolum, orationem dominicam, salutationem angelicam, & X. præcepta insinuent.

An est, qui jejunium Quadragesimale, vel quatuor temporum, sive Litaniæ Majoris, vel Rogationem sive feriam sextam aut Sabbatum, sive alia solennia jejunia, in vigiliis festorum dierum, vel pro quacunque plaga ab Episcopis indicta contemptim non observaverit.

An est aliquis, qui oblationes, Eleemosynas parentum, vel propinquorum defunctorum, injuste retinuerit, seu retineat?

An est aliquis, qui patrem aut matrem inhonoraverit, aut percusserit, aut eis maledixerit non susceptа pœnitentia?

An est aliquis in Ecclesia parricida, vel homicido voluntarius, vel involuntarius, qui hominem quocunque modo occiderit, pœnitentia publica pro tanto crimine non peracta.

An est qui proprium servum occiderit.

Similiter an est aliquis vel aliqua, qui infantes proprios oppresserunt, aut suffocaverunt, aut abjecerunt & occultaverunt: aut mulier quæ conceptum excusserit, & voluntarie abortiverit.

An sint aliqui in quorum conflictu homo perierit?

An sint aliqui, qui conjurationes, conspirationes & seditiones sectantur & excitant?

An est aliquis, qui diabolo impellente se occidere tentaverint?

An est aliquis qui proximum mutilaverit, detruncando, illi membrum aliquod corporis, & cum eo reconciliatus non sit?

An est aliquis, qui in consilio ut homo interficeretur?

An est aliquis conjugatus, qui cum alterius uxore adulterium perpetraverit, vel uxor cum alterius viro?

An est aliquis, qui legitimam uxorem dimiserit, & alteri se conjunxerit, seu aliam in Conjugium acceperit: & e diverso.

An sint conjuges, qui se sine causa separaverint, sine episcopi judicio.

An est aliqua mulier, quæ conscio viro suo fornicata fuerit?

An est aliquis uxore carens, qui cum alterius conjuge fornicatus fuerit: aut si qua mulier non habens virum, cum alterius marito?

An est aliquis non habens uxorem, qui cum fœmina, quæ virum non habet fornicatus fuerit?

An sunt soluti, qui fornicatione se polluerint aut polluant?

An est aliquis, qui alterius sponsam rapuerit, & sibi sociaverit, seu etiam non desponsatam, ubi abstulerit & sociaverit sibi.

An est qui desponsatam puellam non duxerit, & fidem sponsaliorum fregerit?

An est qui Sanctimonialem, vel viduam Deo sacratam rapuerit, & in conjugium sumpserit, vel cum eis fornicatus fuerit.

An est aliquis, qui accusatus vel insimulatus vivente marito de adulterata uxore, hanc statim defuncto marito, duxerit in matrimonium.

An est aliquis, qui fornicatus fuerit cum commatre spirituali vel cum consangvinea.

Vel (quod abhorret animus dicere) contra naturam peccaverit?

An

An sit Vir vel mulier, qui lenocinium exerceant?

An sit, qui cum propriis ancillis adulteria & fornicationes committant?

An est aliquis qui assiduam ebrietatem sectetur, Apostolo vetante, & (1. Cor 6.) dicente: Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.

An sit aliquis mimus in Parochia, vel qui carmina turpia, obscœna, vel hæretica cantillet.

An sit in Parochia fur aliquis, aut sacrilegus, qui Ecclesias Dei infregerit, vel aliquid de Ecclesia abstulerit, vel publice rapuerit, vel latenter surripuerit?

An est aliquis, qui injusta mensura suam annonam, aut vinum, vel cervisiam vendat, quum dominus (Lev. 19) dicat: æquus sit tibi modius & æquus sextarius?

An est aliquis, qui merces, præsertim vina, mala & noxia commixtione corrumpat, cum multo hominum vitæ discrimine?

An est, qui usuram exerceat, qui e fœnore velit ditescere, qui lucrum ex commutata vel concisa pecunia faciat?

An est aliquis, qui scienter contra aliquem falsum testimonium protulerit, & quantum & quale damnum corporis, vel bonorum quis inde habuerit. Inquirendum de Mendicis, qui per Parochias discurrunt: & si quisque pauperem de familia sua pro suis facultatibus pascat?

Inquiratur quoque a Laicis, an sint in Parochia, qui testamenta & ultimas morientium voluntates supprimant: vel qui Ecclesias, seu pauperes legatis defraudent, vel qui ejusmodi novissima hominum arbitria non fideliter exequntur.

Percontandum de Fraternitatum societatibus, quomodo in Parochia agantur.

Interrogandum, si in unaquaque plebe constituti sint per pagos viri veraces, & Dominum timentes, qui cœteras admoneant, ut ad Ecclesiam pergant, præsertim festis diebus, ad Matutinas, Missam & ad Vesperam & nihil servilis operis faciant, multo minus aliquid criminis vel ethnicæ; levitatis committant: qui & transgressores Presbytero annuncient, similemque denunciationem faciant de omni opere manifesto

Postremo, interrogandi de Parocho, & aliis, qui in Ecclesia ministrant ad officium suum, ut debent, præstent.

An vitam ducant irreprehensibilem?

In summa, an verbo & Exemplo præcedant.

Inquirenda ab hæreseos insimulatis.

An credat, jure divino licitum esse, præstare juramentum?

An credat jure divino se obligari per juramentum dicere veritatem super proponendis de fide?

An credat hanc solam veram esse Ecclesiam Catholicam, in qua est unanimis & communis professio doctrinæ Evangelicæ & Apostolicæ, secundum intellectum & expositionem sanctorum Patrum, & dijudicationem & determinationem generalium Conciliorum ab Ecclesia receptorum: & in qua est administratio sacramentorum, secundum Catholicam traditionem in Ecclesia orientali hactenus pie & laudabiliter observata. Quæ & non in angulo aliquo orbis terrarum concluſa, sed in unitate Doctrinæ & sacramentorum communione, in vinculo pacis diffusa est & propagata per totum terrarum orbem?

An credat, in hac Ecclesia Catholica nos, omnesque alios esse, qui in hac concordia, communione & pace, sub obedientia unius summi Pontificis & sanctæ sedis Apostolicæ, vivimus.

Vel num pateat e diverso, Ecclesiam esse Lutheranos, seu Buceranos, vel horum similes sectarios, qui Ecclesiam quam nos, ut Apostolicam & Catholicam agnoscimus execrantur, atque adeo non Christi, sed Anti-Christi Regnum vocare non verentur.

Num sentiat justificationem hominis constare ea sola fide qua quis credit sibi non imputari peccata propter Christum.

An potius nobiscum credat, justificationem esse communicationem justitiæ Christi non solam ejus imputationem sed actualem regenerationem & renovationem mentis per spiritum Charitatis, quo demum per fidem accepto, ex injustis justi efficimur, & quæ justa & sancta sunt operamur, peccatis, Christi merito condonatis?

An credat, quod peccatum originale per justificationem, quæ fit in Baptismo virtute Sacramenti, non tantum tegatur, sed & tegendo auferatur & dissolvatur: ut verum sit dicere, omni peccato caret jam baptizatus, & est mundus totus. Vel e diverso existimet peccatum hoc realiter adhuc super esse, hoc est, concupiscentiam, quæ manet in renatis post Baptismum, non tantum fomitem esse peccati, sed revera peccatum tale tantumque, quod sua natura omnes pariter, tam infantes baptizatos, quam adultos damnaret, etiamsi nullus postea accedat consensus, nisi non imputaretur: pro qua etiam non imputatione a Baptismo continue orandum sit?

An credat liberum arbitrium, peccato primi hominis oppreſſum, per renovationem, quæ in Chriſto Jeſu eſt in baptiſmo, vere liberari: ita ut ſic præventum a Deo, per gratiam quæ eſt in Chriſto Jeſu, exinde tam in ipſa juſtificatione, quam in bonis operibus, tanquam partiale agens concurrat & cooperetur Deo: & ea ratione cum gratia Dei, cauſa meritorum fiat?

An credat, baptizatum ſeu regeneratum, aſſiſtente & adjuvante gratia Dei, poſſe facere ſeu implere mandata Dei, ſecundum eam rationem impletionis, quam exigit a nobis Deus, quamdiu ſumus in hoc mortali corporis tabernaculo?

An credat, hominem renatum & adultum, per obſervationem mandatorum Dei ſeu bonis operibus ex fide & dilectione Dei factis, promereri regnum cœlorum?

An credat, hominem propter opera mala condemnandum eſſe ad ignem æternum, etiamſi habeat tantam fidem, qua & prophetare & dæmones ejicere, & montes transferre poſſit: nedum eam, qua credit ſibi remiſſa peccata propter Chriſtum?

An credat hominem tantiſper manere in morte quamdiu fides ejus non vivificatur, vel accenditur per Charitatem?

An credat ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta: videlicet Sacramentum baptiſmi, Sacramentum Confirmationis, Sacramentum Euchariſtiæ, Sacramentum Pœnitentiæ, Sacramentum ordinis, Sacramentum Matrimonii, Et Sacramentum extremæ unctionis infirmorum: Et quod hæc Sacramenta conferant gratia ſuſcipienti, non ponenti obicem?

Vel, an ediverſo credat, tantum duo eſſe Sacramenta, Baptiſmum & Euchariſtiam?

An credat differre Baptiſmum Chriſti a Baptiſmo Joannis: & quomodo?

An credat, in adminiſtratione Baptiſmi adhibendas eſſe ſolennes & Ceremonias Eccleſiaſticas, quales ſunt, Exorcizatio & exufflatio diaboli, crebra Crucis impreſſio, manus impoſitio, datio conſecrati ſalis, apertio aurium, & narium cum ſaliva unctio tam ante, quam poſt Baptiſmum, conſecratio Baptiſmatis more ſolenni, Abrenunciatio & profeſſio fidei per ſuſceptores, non ſuo, ſed infantis nomine, & impoſitio albæ veſtis. Et quæ has Ceremonias extra tempus neceſſitatis contemptim omittens, ſchiſmaticus cenſendus ſit?

An credat, uſum charismatis eſſe de neceſſitate Sacramenti confirmationis, illudque ſucceſſiſſe in locum ſigni corporalis deſcenſionis ſpiritus ſancti, poſt tempora Apoſtolorum, ex Apoſtolica traditione?

An credat adminiſtrationem hujus ſacramenti, ſolis Epiſcopis eſſe reſervatam?

An credat, virtute hujus Sacramenti infantibus, vel aliis confirmatis conferri virtutem conſtantiæ profeſſionis fidei, patientiæ, in tribulationibus, & robur vincendi aſtus diaboli, & perſeverandi in bonis operibus?

An credat, in Euchariſtiæ Sacramento ſub qualibet ſpecie eſſe verum corpus & verum ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſubſtantia panis & ſubſtantia vini aqua mixti, in corpus & ſanguinem Chriſti, virtute verborum conſecrationis, transſubſtantiatis?

An credat, veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia eſſe permanentem, & non in ſolo uſu, ſicut Baptiſmi Sacramentum conſiſtere?

Et propterea poſſe nos, & debere hoc Sacramentum pro infirmis reſervare, & in eo Chriſtum illic præſentialiter ſe exhibentem adorare.

An credat, hoc Sacramentum ſine gravi ſcelere alibi poſſe confici, quam in locis ſacratis, & ad hoc rite ordinatis, ſeu ab aliis, quam a Sacerdotibus jejunis, idemque Sacramentum poſt factam conſecrationem ſumentibus?

An etiam credat, Laicis ſufficere ad ſalutem communionem ſub una tantum ſpecie, ut ſub qua revera continetur totus Chriſtus?

An credat Miſſam eſſe Sacrificium novæ legis, in quo non ſolum conficiatur, ſed & Deo Patri repræſentatione offeratur, non cruento quidem, ſed incruento & commemorativo ſacrificio, corpus & ſanguis filii ſui, tam pro vivis, quam pro defunctis?

An credat, Lutheranos & Buceranos hoc ſacramentum extra Communionem Eccleſiæ Catholicæ, omiſſo ſacro Miſſæ canone, in quo forma conſecrationis Eccleſiæ tradita continetur, poſſe conficere?

An credat, in canone Miſſæ, pro Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ ſummo Pontifice orandum eſſe?

An credat, in eodem habendam eſſe memoriam Sanctorum, qui cum Chriſto vivunt, & in eorum communione vota noſtra reddenda eſſe Deo?

An

An credat, Sanctos cum Chriſto regnantes, non ſolum imitatione, ſed laudis quoque & honoris exhibitione, & meritorum & interceſſionis pro nobis apud Deum attributione, & ut Deum pro nobis orent, imploratione venerandos eſſe?

An credat, hoc Altaris ſacrificium, ad hæc Orationes & Eleemoſynas fidelium prodeſſe defunctis, qui fideles deceſſerunt, ad purgationem macularum in hac vita contractarum & ante obitum nondum ſatis expiatarum, & pro abſolutione pœnarum temporalium?

An credat, poſt hanc mortem, talem aliquem eſſe ignem, in quo ejusmodi fideles animæ purgentur?

An credat, tres eſſe partes integrales pœnitentiæ relapſorum in crimina poſt baptiſmum, videlicet contritionem, confeſſionem Sacramentalem, & ſatisfactionem, ad remiſſionem culpæ & pœnæ neceſſarias?

An credat, enumerationem criminum ſaltem lœtalium, & eorum, quæ agunt conſcientiam, neceſſariam eſſe in Confeſſione Sacramentali, quæ fit & fieri debet Sacerdoti, modo haberi poſſit ejus copia?

An credat, ſatisfactione Eccleſiaſtica mederi reliquis peccati, mitigari, ſeu tolli pœnas temporales, & Eccleſiæ lege ſatisfieri. Et propterea eam neceſſariam eſſe lapſo poſt Baptiſmum?

An credat, ordinem in Eccleſia eſſe Sacramentum, ita quod ille, qui non eſt ordinatus ſecundum ritum Catholicæ Eccleſiæ, per ſuum proprium vel alium Catholicum Epiſcopum de proprii Epiſcopi conſenſu, non poſſit efficaciter in Eccleſia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, nec alia Eccleſiæ miniſteria ſalubriter obire?

An credat, S. Petrum fuiſſe Principem Apoſtolorum & Chriſti Vicarium, & Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ ſummum Pontificem, & tales quoque cenſendos eſſe, qui ei canonice in Cathedra ſua ſuccedunt qui ſint longe inferiores merito?

An credat, a tali Pontificis obedientia, excepta cauſa hæreſis, ſine Schiſmate non poſſe diſcedi?

An credat, matrimonium eſſe, & ſacramentum Eccleſiæ & indiſſolubile vinculum unius viri & unius uxoris: Et eum, qui priori uxori, antequam ea morte decedat, aliam ſuperinduxerit, adulterum eſſe, etiamſi ex cauſa fornicationis dimiſſa ſit?

An credat, matrimonium clandeſtine contractum, accedente utriusque contrahentis conſenſu, coram Deo, verum matrimonium eſſe, ita quod tali matrimonio fraudem faciens, adulter ſit cenſendus?

An credat, unctionem extremam vere Sacramentum eſſe, & propterea ſine periculo damnationis æternæ contemni non poſſe?

An credat, uſum imaginum tam crucifixi domini, quam Sanctorum non modo licitum, ſed & valde utilem eſſe in Eccleſia, maxime in uſum idiotarum, ne, pro admonitione & rememoratione geſtorum Chriſti & ſanctorum ſuorum, & pro excitatione pietatis & imitationis illorum?

An credat ſanctorum (qui apud Deum vivunt) veras reliquias reverenter eſſe habendas, & venerandas. Nec religioſum earum contractum inanem eſſe, quod Deus ſæpe inſignia & illuſtria miracula apud illorum monumenta ſit operatus?

An credat, Eccleſiam recte & pie ſuper corporibus ſanctorum ſeu reliquiis ſacrificia offerre, & tumulos eorum arbitrari Altaria Chriſti?

An credat, ſtatuta jejunia & ferias indictas ab Eccleſia religioſe eſſe obſervanda, nec poſſe ea violari ſine peccato, niſi ſuadeat & poſcat neceſſitas per paſtorem ſeu ordinarium curatorem animæ, explorata & comprobata & abſit ſcandalum?

An credat, votum perpetuæ caſtitatis, & reliqua vota Monaſtica, paupertatis & obedientiæ, conſentanea eſſe juri divino & Evangelio Chriſti, ita quod obligent præſtantem in foro conſcientiæ ad ſui obſervationem, ſub pœna damnationis æternæ. Et de illorum violatoribus (1. Tim. 5.) ſcriptum eſſe: Damnationem habentes, quia priorem fidem irritam fecerunt?

Anne credat, in omni Eccleſia, tam Græca, quam latina, a temporibus Apoſtolorum, ſacris ſemper Canonibus prohibitum fuiſſe his, qui jam ad Presbyterii ordinem promoti fuiſſent, matrimonium contrahere: & qui ſecus feciſſent, ab omni miniſterio & ſacerdotio depoſitos fuiſſe ſemper?

An credat, ſtatum virginalem longe præſtantiorem & Deo multo gratiorem eſſe ſtatu conjugali: modo tamen Virginitas & corpore & mente ſervetur?

An credat, exititios Monachos, pellicientes virgines Moniales ex Monaſteriis, & contrahentes cum eis damnatas nuptias, inceſtuoſos

esse, & nullibi ferendos sive ab Ecclesiastica sive seculari potestate.

An credat illos esse sacrilegos & pauperum Christi necatores, qui scienter sine justa causa accipiunt, tenent, & sibi vendicant bona Ecclesiarum Deo dicata, seu in testamentis ad pias causas pauperibus Christi relicta: esseque tales occupatores, æternæ damnationis reos, nisi faciant restitutionem?

An credat pertinaces hæreticos, præsertim, qui malitia errant, & contra Principum edicta discipulos aggregant, & tumultus excitant, per potestatem secularem corporalibus pœnis coercendos esse: Idque bona conscientia fieri, immo Zelo conservandæ Religionis fieri debere?

CCXXXIV.

Acta und Decreta des im Herbst gehaltenen Synodi Diœcesanæ zu Cölln, de Anno 1550.

CUm sacra Synodus Diœcesana autumnalis Agrippinæ Coloniæ secunda Mensis Octobris ex more conveniisset, post invocatam suppliciter gratiam spiritus sancti, & orationem juxta piam ac doctam de officio Sacerdotali habitam, ac post hominum recitationem & præsentium annotationem Reverendus in Christo pater, Dominus Joannes, Cyrenens. Episcopus, Reverendiss. in Christo Patris & Illustr. Principis & Domini, Domini Adolphi, Archiepiscopi Colonien sis Principis Electoris &c. in Pontificalibus Vicarius, cœterique ejusdem Domini Archiepiscopi Commissarii ad infra scripta specialiter delegati, secundum mandatum ipsis factum, quod & publice Synodo prælectum est, libellum commonitorium memorati Reverendissimi Domini, Domini nostri Archiepiscopi, decreta & mandata ejusdem in hac sacra Synodo publicanda & firmanda complectentem, ad ipsos sub Archiepiscopali sigillo transmissum, consedentibus Abbatibus & Prælatis, Christianitatumque Decanis; & aliis quam plurimis tam Ecclesiastici, quam secularis status frequenti numero adstantibus, sonora & bene perceptibili voce publice prælegi & recitari fecerunt in modum subsequentem:

Reverendissimus in Christo Pater & Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus Adolphus, sanctæ Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopus, Princeps Elector, Westphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus &c. suæ sacræ Synodo jam instanti, cui inpræsentiarum ob alia quædam ardua negocia, quæ Celsitudinem suam impeditam tenent, personaliter interesse non potest, suam mentem ac sententiam per suos Commissarios in modum subsequentem exponere operæ precium duxit, ne per suam absentiam, eorum, quæ (si adesse potuisset) præsens egisset, quid desideretur.

Initio non ambigit sua Reverendissima Celsitudo, sacram Synodum non parum mirari, quod cum jam dudum ipsa in Concilio suo Provinciali Anno M. D. XLIX. solenniter celebrato, & deinde in duabus subsequentibus Synodis Diœcesanis, tam pie pollicita sit, se visitationem universalem juxta sacrorum Canonum instituta, per totam suam Diœcesin sine mora adornare, atque eadem veluti unica via ad hoc accommoda & opportuna Reformationem Ecclesiarum a Cæsare propositam, & ab Ecclesiasticis statibus receptam, suaque decreta provincialia pro sua virili adjuvante Domino, executioni debitæ demandare velle.

Cumque insuper ea omnia feciss videatur, quæ ad tanti operis inchoandi præparationem necessaria existimantur, edita etiam visitandi & inquirendi formula & dato mandato Prælatis ac Parochis, subditis suis denunciandi Visitationem jamjam instare, hortandique eos ad visitatorum adventum præsto esse, & salutari disciplinæ a Deo mandatæ, se reverenter subjicere: Quinam ergo fiat, ut ejusmodi visitatio tam necessaria, & ab omnibus piis hucusque desiderata & expectata, suum progressum non habuerit.

Ne igitur sacra Synodus aut alii quicunque eam de Reverendissimo opinionem concipiant, quasi fervor ille ac zelus, quo opus Domini jamdudum agere ac urgere cœpit, paulatim deferbuerit, aut refrixerit: neve Cel-

situdini suæ a quovis imputetur quasi minus steterit promissis: Ea de re ad omnem syniſtram suspicionem depellendam & eximendam, sua omnino interesse putavit, hanc sacram Synodum certiorem facere, quidnam hactenus obstiterit, quo minus, quod tam serio cœptum est, hactenus confici & absolvi potuerit, maxime, ne hæc qualiscunque mora in Calumniam rapiatur, aut scandali occasionem præbeat iis, qui in suis officiis exequendis segniores inveniuntur.

Nosse ergo sacra Synodus debet, Reverendissimam Celsitudinem suam a celebratione Provincialis sui concilii, huc potissimum cogitationes suas semper & sedulo contulisse, quo tandem modo visitationem promissam maturare & absolvere possit. Hoc autem cogitanti in mentem venisse, id inprimis curandum esse sibi, ne videlicet operam pariter perderet & impensam, ut seculares potestates per suam Diœcesin constituti, admoniti de hoc sancto instituto consensum suum ad ejus peractionem libere adhiberent, & quæ se decent & Cæsar jussit, pro ejusdem executione non gravate præstarent, nempe, ut mittendis Visitationibus suum (ut vocant) salvum conductum darent, & plenam ac securam suas ditiones perambulandi hujus sacræ functionis explendæ gratia potestate facerent: dein ut visitatoribus omnem legitimum favorem, auxilium & opem impartirent, & per suos ministros & officiarios, impartiri juberent, & id curarent, ne quid illis rerum necessariarum comparandarum deesset; utque demandarent subditis suis ut se morigeros Visitatoribus exhibeant & obtemperent. Denique ut Visitatoribus assisterent, in rebellibus, perversis & refractariis, ut se decet, coercendis. Jam licet Celsitudo ejus Reverendissima id apud omnes illos nec dum impetraverit seu persecerit, ut nihilo secius in re bene cœpta, quoad ejus inpræsentiarum fieri potest, pergat: suis Commissariis in mandatis dedit, ut de his potissimum, quæ in synodo proxime celebrata salubriter constituta & communi assensu recepta sunt, pro ulteriori futuræ visitationis expeditione diligenter inquirant ac interrogent Prælatos & Christianitatum Decanos utpote, an quisque pro suo gradu ac munere ejusmodi statutis & decretis, quatenus ea se concernunt, satisfecerit & suos subditos satisfacere eisdem curaverit, & quantum hac in re apud suos jam promoverit: hoc est, an visitandi formulam sibi Commissis aut suis subditis ordine prælegerit, & de personarum rerumque omnium statu diligenter inquisierit. An quæ comperit contra fidem & bonos mores invecta fideliter correxerit? An Acta in hoc negocio a se conscripserit: quæ si habet, exhibere jubeatur? An quis corruptelas invenerit: quas sua authoritate corrigere non potuerit: & an alicubi (quod ipse sciat) hæreat, seu foveatur pseudologus concionator, vel Pædagogus, seu Ludimagister de fide & religione suspectus: & quibusnam libris Religionem contingentibus tam Ecclesiastici, quam seculares, qui sub ipsius administratione sunt, utantur? Et sint ne, qui ipsi recusarint libros suspectos & hæreticos tradere? An sciat sub sua gubernatione aliquas Ecclesias Parochiales legitimis Rectoribus sive curatoribus carentes, aut sine Canonica Institutione invasas, Aut a Monachis sine superiorum suorum licentia, vel quod gravius est, Apostatis, seu his, qui publicis negociis obruti sunt, occupatas? An principales Rectores apud suas Ecclesias personaliter resideant? Et an hi Vicariis utantur, per Nos vel Archidiaconos nostros, nec exploratis, nec admissis? An in Collegiis disciplina Capitularis sit restituta. & quatenus, & an in Monasteriis Scholæ sint institutæ? An Sacerdotes vestitu se decenti & Orariis seu collariis utantur? An sint Presbyteri, qui in Anniversariis & Exequiis, compotationibus & ebrietatibus adhuc indulgeant? An in Parochiis sustineantur hæretici, vel schismatici, seu publice flagitiosi, qui in his sceleribus contabescentes, absque dignæ pœnitentiæ Actione irrumpere nihilominus velint ad participationem sacrorum. An sint in Christianitatum Decanatibus Ecclesiarum Rectores, seu alii Presbyteri, vel in sacris ordinibus constituti, qui Mandato in prima Synodo Reverendissimæ Celsitudinis suæ de abjiciendis concubinis publicato, nondum paruerint, suæ impuritati adhuc insordescentes. Denique explorabunt, an superioribus diebus per decanatus Christianitatum, per Laicos, authoritate seculari, Visitatio ulla usurpata sit, & qui Laici isti fuerint, quæ mandata produxerint, & quid ipsis Decanis & Ecclesiarum Rectoribus injunxerint, vel imposuerint & vicissim quid facere eos prohibuerint. Et si quæ sunt alia necessaria, ea omnia exploranda erunt, & requirendum, ut quisque indicet oppida & pa-

gos ſibi vicinos, in quibus Scholæ inſtitutæ ſum: utque indicent viros idoneos ejusmodi oppidis & pagis vicinos, quibus Reverendiſſimus munus examinandi hoſce Ludimagiſtros & eorum libros deleget.

Tertio, cum Reverendiſſimus in proxima Synodo edictum quoddam publicaverit, in quo ſententiam Excommunicationis majoris incidſſe declaravit eos, qui Parochiales Eccleſias absque canonica inſtitutione detinent occupatas, vel authoritate ſuperiorum ſuorum non admiſſi, ſeu enormibus flagitiis irretiti; comperiat autem hactenus eo Edicto & Mandato parum effectum eſſe, ſed inobedientiam, & rebellionem continenter ſerpere, atque adeo jura ſua Epiſcopalia (quæ canon Honorii III. qui legitur in Decretalibus Pontificum, ſub titulo De officio Judicis Ordinarii in C. Conquerente Oeconomo, renarrat) paſſim proculcari & omnem Eccleſiaſticam evaneſcere Diſciplinam: idcirco cum creſcente contumacia creſcere debeat & pœna & gravioribus morbis fortiora ſint adhibenda pharmaca, Reverendiſſimus novum Edictum, ſeu mandatum maturo Conſilio editum adverſus iſtos Diſciplinæ Jurisdictionis ſuæ Eccleſiaſticæ temerarios, & pervicaces contemptores & proculcatores in hac S. Synodo promulgari & publicari mandat, quod ſequitur in hæc verba:

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Apoſtolicæque Sedis Legatus natus, univerſis & ſingulis noſtrarum Civitatis & Diœceſeos Colonienſis incolis & ſubjectis tam Eccleſiaſtici quam ſecularis ſtatus, cujuscunque ordinis, vel conditionis fuerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Quanquam divinis legibus, quibus omnis anima ſubjecta eſt, omnisque humana poteſtas abſolutam obedientiam debet ad Epiſcopos & Archidiaconos, quibus clavis jurisdictionis eſt commiſſa, pertineat providere, ne quisquam exploratus ad Eccleſiarum miniſteria & animarum curam gerendam admittatur: neve qui principales Eccleſiarum Rectores dici volunt, paſcendi ſuorum gregum curam in Mercenarios vel vicarios, qui prius examinati & admiſſi non ſint, relegent, juxta illud Apoſtoli ad Timotheum Epheſiorum Epiſcopum ſcribentis: Hi probentur primum, & ſic miniſtrent: Ad hæc, licet eodem divino jure ad ſolos Eccleſiaſticos judices ſpecter, Clericos, cum in cauſam, vel ob negocia civilia vel crimina trahuntur, judicare, quot ſatis indicat Apoſtolus cum eundem ſuum Timotheum moner, ne adverſus Presbyterum accuſationem recipiant, niſi coram duobus aut tribus teſtibus: Ac eorundem etiam proprium munus ſit de cauſis ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis, quales inter alias ſunt, cum de Inſtitutione, vel deſtitutione Clericorum, ſeu Jure præſentandi, inſtituendi, conferendi ſeu providendi agitur: vel ſuper decimis, aliisque Eccleſiaſticis rebus, bonis, facultatibus, proventibus & obventionibus, ſeu Teſtamentis ad pias cauſas conditis; & cum de conjugiorum nexu & vinculis, aut de uſuris aliisve ſimilibus ſpiritualibus negociis diſceptatur, cognoſcere: id quod ſatis caput quintum Actuum Apoſtolicorum, & ambæ Paulinæ ad Corinthios Epiſtola indicant: Denique ipſorum muneris ſit de criminibus & flagitiis, quæ Eccleſiam ſcandalizant, ex officio inquirere, inquiſita & comperta Eccleſiaſticis pœnis coërcere, ac inobedientes, refractarios, ad pœnitentiam recipere recuſantes excommunicare, Excommunicationisque vim ad ipſam usque animam pertingentem, ſtrenue tueri, ſicut Dominus præcepit, dicens: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus: Imprimis autem (ut Apoſtolus Titum ſuum, Cretenſium Epiſcopum docet) hæreticos a fidelium conſortio ſeparare, & ſathanæ tradere, ut diſcant non blaſphemare: Conſtetque ejusmodi divinas leges per Apoſtolorum Canones, non multo poſt a ſancto Clemente conſcriptos, ſuſius explicatas, ac deinde ſubſequentium vetuſtiſſimorum conciliorum Decreta ſanxiſſe, ut hæc in omnibus Eccleſiis irrefragabiliter obſerventur: ſpecialiter vero, in generali Concilio Lugdunenſi conſtitutum ſit, eum, qui ad Regimen Parochialis Eccleſiæ aſſumitur, quo gregis ſibi crediti curam gerere diligentius poſſit, in ea Eccleſia, cujus Rector eſt, reſidere perſonaliter debere, & intra annum a ſibi commiſſi regiminis tempore ſacerdotio initiari: Alioqui interea initiatum, ſua Eccleſia nulla etiam monitione præmiſſa, ipſo Jure privatum fore: Nullum quoque talium Rectorum a continua facienda ſua reſidentia excuſatum eſſe aliter, quam ſi, cauſa rationabili id expoſcente, per ſuum ſuperiorem ad hoc poteſtatem habentem, ſuper ea, ſed tamen ad tempus minime longum, canonice ſit diſpenſatum: quando tamen (ut non multo poſt, Bonifaciana conſtitutione ſancitum eſt,) Eccleſiam ſuam non per quoscunque propria authoritate accerſendos, ſed per bonos & ſufficientes

tes Vicarios, ab eodem ſuo ſuperiore exploratos & admiſſos, a quibus animarum cura diligenter exerceatur & deſerviatur laudabiliter in divinis regere & gubernare debeat: Quibus etiam ſuperioris arbitrio moderanda, ad victum neceſſaria, congrue ſuppeditentur, uti hæc fuſius in memoratis canonicis continentur inſtitutis. Quæ & poſtea recolendæ memoriæ hujus ſanctæ ſedis Antiſtites, noſtri prædeceſſores, per ſuas conſtitutiones Provinciales & Synodales, quam late noſtra patet provincia, firmiter obſervari mandarunt: Inter quos quondam Wichboldus & Walramus Archiepiſcopi non pauca contra eos, qui Eccleſiis Parochialibus præfecti, ad ſacrum Presbyteratus ordinem promoveri non curant, vel reſidentiam non faciunt perſonalem, ſtatuerunt: Idemque Wichboldus expreſſe ſanxerit, quod nullus deinceps Presbyter ad Regimen & curam animarum loco coadjutoris, vel Vicarii, aut ſocii, per Eccleſiarum vel Capellarum vel Altarium Rectores aſſumatur, absque literis teſtimonialibus proprii ſui Epiſcopi, profitentis talem rite, ſecundum claves Eccleſiæ ordinatum eſſe, & executionem ſui officii habere, decernens, omnes, qui contra fecerint. Excommunicationis ſententiæ ſubjacere: Et quod ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam attinet, conſtet, bonæ memoriæ Engilbertum Archiepiſcopum in ſuo provinciali Concilio memoratis Juris divini & humani regulis inſiſtentem, diſtricte prohibuiſſe, nec Cleri, vel Religioſi quamvis ob cauſam ad judicia ſecularia trahantur, neve a Laicis contra eos ſententia dictetur, idque ſub Excommunicationis & Aliarum pœnarum ipſo facto incurrendarum interminatione: Qui & eadem ſua conſtitutione decrevit, Clericum ad talem Velaniam venientem, ut alium Clericum ad forum ſeculare, ſuo vel Eccleſiæ, vel alterius cujuscunque nomine, in cauſam trahere præſumpſerit, cauſam ſuam eo ipſo amittere: Et ſi monitus in continenti non deſtiterit, ac intra ſeptem dies in cauſam tracto, & Eccleſiæ non ſatisfecerit competenter, ſententiam ſuſpenſionis ab officio & beneficio incurrere debere: Et ſi ſuſpenſione hujusmodi durante, ſe vel officio, vel beneficio ingerat, excommunicandum, & excommunicatum publice nunciandum: eundemque, ſi in ejusmodi contumacia & excommunicatione per tres ſeptimanas permanſerit, & tunc beneficio, ſi quod vel curam annexam habens, vel a Cura liberum poſſideat, eo facto ipſo privatum eſſe cenſendum, & ad rehabendum idem beneficium inhabilem fore: Sin autem nullum beneficium habeat inhabilis etiam ſit ad habendum: Ac idem præterea Engilbertus Archiepiſcopus pro nervo Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſervando, in omnes & ſingulos Parochialium Eccleſiarum Rectores & Plebanos, ac hebdomatarios Eccleſiarum conventualium, qui in ſuis Eccleſiis vel capellis mandata Eccleſiaſtica in cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus exequi, & qui Excommunicationis ſententia innodatos, excommunicatos denunciare recuſaverint, ſententiæ Excommunicationis decreverit ſubjacere: Quos & depoſitionis periculum formidare voluit, ſi divinis ſe ingeſſerint ſic ligati, ita ut niſi celeri ſatisfactione ſibi proſpexerint, monitione præmiſſa, a ſuis ordinariis Beneficiis, quæ habent, priventur: aliis perſonis idoneis per eos, ad quorum collationem beneficia pertinent, eorum loco ſurrogandis: quibus omnibus accedit, quod invictiſſimus juxta & Religioſiſſimus Imperator Carolus quintus, Dominus noſter clementiſſimus, in formula Reformationis Anno 1548. propoſita & recepta, hoc a Principibus ſecularibus & Magiſtratibus civilibus requirit, nempe, ut Epiſcoporum & Prælatorum decreta fideliter exequantur Jurisdictionemque ac Immunitatem Eccleſiaſticam, Imperatorum legibus & ſacris Canonibus Epiſcopis & Clero tributam ac firmatam, tueantur & conſervent; Utque excommunicati ſecundum ſacros Canones & divinas ſcripturas, ſub gravis reatus incurſu ab omnibus vitentur, & a nemine niſi obtenta abſolutione in conſortium vel familiaritatem admittantur: Nos denique pro ejusmodi Reformationis debita executione facienda, in memorata Provinciali noſtra Synodo, de totius aſſenſu concilii, Magiſtratibus & Judicibus ſecularibus interdixerimus, ne quovismodo Mandatorum & ſententiarum Eccleſiaſticorum Judicum Executionem, modo executionis cenſuram vitare velint, impediant: Neve in Matrimonialibus aut aliis ſpiritualibus quibuscunque cauſis, ad cognitionem ſolius Eccleſiaſtici judicis ſpectantibus, inter ſuos ſubditos, vel alienos dijudicent, nec diſpenſandi, ſeu tranſigendi poteſtatem in matrimonio, ſeu gradibus prohibitis ſibi uſurpent, ſed ejus generis cauſas omnes ad Judicis Eccleſiaſtici cognitionem & definitionem remittant: Porro ejusmodi cauſarum ſpirituales Judices non alii ſint, quam Nos noſtrique Archidiaconi & quibus Contentioſæ Jurisdictionis exercitium de Jure, vel conſuetudine competit: non Decani Chriſtianita-

niratum, qui ut Canon Synodi Ravennatenſ. habet, ita debet præeſſe Plebibus ſuis, ut hac quidem in parte in nullo titubet Eccleſiaſtica ſolicitudo: ſed cuncta tamen referant ad Epiſcopum, ne aliquid contra ejus decretum ordinare præſumant. Eaque de re quondam Heinricus Archiepiſcopus Prædeceſſor noſter etiam ſtatuerit: Ne Decani Chriſtianitatum de cauſis ad Nos & Conſiſtorium noſtrum de Jure vel conſuetudine ſpectantibus, maxime matrimonialibus, & aliis quibuscunque cauſæ cognitionem exigentibus, præterquam in Synodalibus, quocunque modo, cauſa, vel colore quæſito, ſe intromittant, diſponant, vel cognoſcere audeant; ſed ad nos & officialis noſtri examen ſine difficultate remittant ſine Canonico decidendas: Qui vero contrarium fecerit, in noſtram jurisdictionem falcem mittendo, ipſo facto Excommunicationis ſententiæ voluerit ſubjacere, illorum nihilominus ſententias & proceſſus caſſans & irritans, caſſosque & irritos declarans: quanquam, inquam, hæc omnia ita habeant, quamobrem merito debuiſſent ac deberent univerſi noſtræ Archiepiſcopali curæ commiſſi, & imprimis, qui Clericalis ſeu Eccleſiaſtici ordinis exiſtunt, memoratis juris divini & humani legibus & Provincialibus Synodalibusque conſtitutionibus per omnia reverenter parere & obedire, easque, quantum quemque concernunt, exequi, & effectui debito mancipare: Attamen non præter animi noſtri gravem moleſtiam, certiſſimis teſtimoniis cognovimus, atque ipſa rerum experientia didicimus, has divinas & canonicas præceptiones, complures qui neque Deum metuunt, neque homines reverentur, malitioſe & pervicaciter violare. Sunt enim qui manu prorſus ſeculari ſine Canonica manuum impoſitione, Eccleſiarum regimini ineptos, & ſolo nomine clericos, ſuæ ordinationis & obedientiæ (quam ſuis Epiſcopis & Prælatis jure jurando promiſſam, debent) penitus oblitos, ac alias ætate, ſcientia & moribus minime idoneos, damnabiliter ingerunt. Sunt qui ad Eccleſias Clericos ea conditione ac pacto præſentant, ut ipſi majorem redditum Eccleſiæ partem ſibi, non ſine ſacrilegio, retineant & uſurpent. Sunt qui ad Eccleſias Parochiales inſtituti, ad ſacrum Presbyteratus ordinem, quem eorum vocatio poſtulat, promoveri minime curant. Sunt qui nulla ſubſiſtente legitima cauſa a ſuis ſuperioribus comprobata, apud ſuas Eccleſias reſidentiam non faciunt perſonalem. Sunt qui ſine noſtra, ſeu Archidiaconorum noſtrorum exploratione & permiſſu, vicarios mercenarios, ad curam animarum ipſis commiſſam gerendam, propria Authoritate, ſeu temeritate verius, ſibi ſubſtituunt. Inter quos hac deploratæ tempeſtate paſſim inveniri conſtat, homines ignotos, peregrinos, & ex aliis ſæpe territoriis expulſos & fugatos, de fide & Religione Catholica plurimum ſuſpectos, atque hæreſi vel ſchiſmate contaminatos, excucullatos & votiſragos Monachos, circumambulones & Errones, miſere errantes & alios in errorem mittentes, diſſenſionesque, & Rebelliones in plebibus ſpargentes & excitantes, & eorum quæ Cæſarea Majeſtas prædicari per Imperium & obſervari voluit, contumaces contemptores & prævaricatores. Sunt Laici, qui clericos ab eorum ſeculari Jurisdictione exemptos, judicare tamen, arreſtare, manuum violentarum injectione lædere, capere, incarcerare, & pro ſua libidine mulctare & punire præſumunt.

Sunt item Laici, qui de cauſis Sacerdotia, ſeu beneficia Eccleſiaſtica concernentibus, deque rebus & Bonis ad Eccleſias pertinentibus, ut ſunt decimæ & aliæ Eccleſiaſticæ obventiones & facultates. Similiter qui de teſtamentis & legatis ad pias cauſas, item qui de cauſis Matrimonialibus, & his cohærentibus, ut ſunt Reclamationum matrimonialium impedimentorum, divortiorum, legitimatis, & ſimiles, & generaliter & citra exceptionem de aliis omnibus ſpiritualibus cauſis & criminibus mere Eccleſiaſticis judicandi poteſtatem de facto arripiunt. Sunt qui libertatem & immunitatem Eccleſiaſticam horribiliter violant & infringunt. Immo quod longe deterius eſt, ſunt degeneres quidam Clerici, & inter hos etiam Eccleſiarum Parochialium Rectores, ſeu Plebani, qui obliti ordinis ſui, fidemque ſuam priorem Deo & Eccleſiæ datam, irritam facientes propriam ſuam libertatem toti ordini clericali conceſſam, & Jurisdictionem Eccleſiaſticam (ſi qua diſciplina in Eccleſia non geritur) quod in ipſis eſt, ſpernunt & conculcant: adeo ut non vereantur ſui ordinis Clericos coram ſecularibus judicibus in cauſam trahere, quorum etiam quosdam eo vesaniæ pervenitſe compertum eſt, ut in ſuis malitiis etiam glorientur, audeantque noſtris aliorumque ſuorum ſuperiorum, ſeu Prælatorum Eccleſiaſticorum, quibus non ſolum ex vinculo ordinationis ſuæ & juramentorum præſtitorum, ſed & Chriſtiani nominis debito, nimirum ex divini juris perceptione, ſubjectionem, obedientiam & Reverentiam debent, nefarie illudere, atque etiam non ſine gravi contumelia inſultare, jactantes jam pridem e ſuis terris, quas incolunt, omnem jurisdictionem Eccleſiaſticam, bonis avibus, eliminatam eſſe, & deinceps non Epiſcopos & Archidiaconos, ſed Principes & Magiſtratus ſeculares (qui ſibi non modo rem civilem, ſed & Religionem adminiſtrare ſumpſerint) ipſorum Judices eſſe debere: per hæc ſeſe perfidos Nebulones, & conſceleratos Apoſtatas, & ſui ordinis perſecutores declarantes: ſunt præterea Parochialium Eccleſiarum Rectores & Vicecuratores, cum quibus etiam (ut metus eſt) quidam Decani Rurales colludunt, qui ut impune in ſuis peccatis computreſcant, Eccleſiaſticam cenſuram peſſime oderunt, qui mandata Eccleſiaſtica contra alios Rectores ſeu Vicarios & Clericos vicinarum Eccleſiarum (tametſi ad id ex obedientiæ debito teneantur) exequi recuſant, nimirum ut illi ipſis viciſſim parcant. Et inter hos ſunt, qui pro ſua mentita & conficta excuſatione obtendunt ſibi ejusmodi exequendi facultatem per ſeculares poteſtates, Præfectos, ſeu Magiſtratus eſſe interdictum, & metu corporis quod facere juſſi ſunt, facere non audeant, cum tamen ſeculares iſtæ poteſtates ſuper his rogati, talem prohibitionem feciſſe ſe purgent, ut illi vel hinc mendacii & iniquæ cum ſecularibus officiariis ad extinguendam penitus Eccleſiaſticam Jurisdictionem colluſionis factæ convincantur. Sunt Decani aliquot Chriſtianitatum, qui falcem in meſſem alienam mittendo, quosvis ad ſe perductos Clericos, & quocunque modo manu ſeculari beneficiis Eccleſiaſticis occupandis deſignatos horribili temeritate & execranda manuum impoſitione inſtituunt. Sunt qui de cauſis matrimonialibus & aliis cauſæ cognitionem exigentibus, non levi audacia, ſe temere intromittunt. Sunt denique qui cenſuras Eccleſiaſticas (quas ſacri Canones nervum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ proprie appellant) impie contemnunt & irritant, qui contemptim cum excommunicatis communicant, excommunicatosque Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere non formidant, & quando ipſi excommunicationis ſententiæ ligati ſeu declarati ſunt, communioni tamen fidelium atque adeo adminiſtrationi divinorum Sacramentorum ſe damnabiliter ingerunt, irregularitatis & inhabilitatis notam ſibi inurentes, & ſuper ſe judicium Domini manducantes & bibentes, ac alia multa nefaria & horribilia committentes. Ad quæ profecto diutius connivere nequaquam poſſumus nec debemus, niſi ſpeculatoris munus exalto nobis impoſitum, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ quæ fidei & Religionis retinaculum eſt, & Magiſtra virtutis adminiſtrationem negligere penitus (quod abſit) velimus. Nos igitur ex debito Paſtoralis officii noſtri ex animo cupientes tam enormes exceſſus, quantum in nobis eſt, corrigere & mortis tam perniciosis competentem adhibere medelam Juris pariter divini & humani præceptiones & conſtitutiones inſequendo, & noſtrorum Prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, ac Cæſareæ Majeſtatis mentem & voluntatem (ut par eſt) exequendo: inprimis univerſos & ſingulos Poteſtates, Præſides, Præfectos Judices ſeculares, cujuscunque gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint, in Domino hortamur & requirimus, ipſis & eorum cuilibet ſub pœnis infra ſcriptis inhibentes, ne poſthac ullos Clericos, Miniſteriis Eccleſiaſticis addictos, vel in civilibus, vel in criminalibus cauſis judicare, arreſtare, capere, incarcerare, mulctare ſeu aliter punire præſumant: neve memoratarum aliorumque ſpiritualium, ſeu Eccleſiaſticarum cauſarum cognitionem, ſibi de facto uſurpent. Adhæc, ne Jurisdictionem Eccleſiaſticam in impediendis literarum & Mandatorum impetrationibus, executionibus, cognitionibus, deciſionibus, & modis aliis, quibus ipſa jurisdictio exercetur & geritur, per ſe, vel per alios prohibeant, vel retardent, ſeu prohiberi, ſeu retardari faciunt vel procurent quovis modo, dando ad hoc conſilium, auxilium, vel favorem. Similiter ne de Eccleſiarum, Eccleſiaſticarumque perſonarum rebus & bonis, ultimisque voluntatibus, ſeu Teſtamentis ad pias cauſas, aut bonis ab inteſtato relictis, quovis modo ſe intromittant, aut immunitatem & libertatem Eccleſiaſticam violent, aut infringant. Et quod omnium deterrimum eſt, ne quem Clericum ſeu alium ad Eccleſias ſeu beneficia Eccleſiaſtica occupanda manu ſeculari, ſine Canonica inſtitutione intrudant. Si quis vero eorum, cujuscunque etiam ſtatus, aut conditionis fuerit, contra hæc venire, vel quicquam attentare præſumpſerit, excommunicationis ſententiam, & Canonis & noſtra etiam Authoritate, quam quindecim dierum monitione Canonica præmiſſa ex nunc, prout ex tunc ferimus in his ſcriptis, ſe noverit incurriſſe ipſo facto.

Deinde repetito & innovato Mandato noſtro, in noviſſima noſtra Synodo adverſus eos qui ſe regimini Eccleſiarum Parochialium, ſeu aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum ſine Canonica manuum impoſitione ſeu legitima admiſſione ingerere non formidant, publicato, prout idem Mandatum in hac ſacra Synodo repetitum, & innovatum eſſe volumus, monemus omnes & ſingulos, qui ad gerendum regimen Eccleſiarum Parochialium inſtituti vel provecti ſunt, ut intra tempus à Canonibus præfixum

fixum ſe ad ſacerdotii ordinem promoveri faciant, & intra triginta proximos, quos eis pro Canonica & peremptoria monitione aſſignamus, apud Eccleſias ſuas reſideant, vel coram Nobis ſeu Archidiaconis noſtris cauſam rationabilem in Jure expreſſam, aut Privilegia vel Canonica impedimenta, quare ad hoc minime teneantur, oſtendant, & comprobent: Alioqui noverint ſe ſuis Eccleſiis fore privatos. Inhibentes nihilominus eisdem Parochialium Eccleſiarum Rectoribus ſub Excommunicationis pœna, quam contraventores incurrere volumus ipſo facto, ne deinceps ullum Vice-Curatorem, adjutorem vel ſocium ad regimen & curam animarum, abſque literis teſtimonialibus proprii Epiſcopi, & noſtra ſeu Archidiaconorum noſtrorum præcedente examinatione & permiſſu aſſumant: Ac ſub ejusdem etiam excommunicationis incurſus pœna omnibus & ſingulis Presbyteris, Clericis, Religioſis, ſeu aliis quibuscunque, diſtricte interdicimus, ne de regimine alienarum Eccleſiarum ſub Vicecurati, Adjutoris, vel ſocii nomine, niſi ejusmodi examinatione & admiſſione prævia, ſibique de congrua ſuſtentatione pro arbitrio ſuperioris proviſo, quovis modo ſe intromittant: Inſuper omnes & ſingulos Presbyteros, ſeu Clericos, qui damnabili inſolentia & temeritate alias Eccleſiaſticas perſonas quocunque nomine, coram ſecularibus Judicibus in cauſam trahere præſumpſerint, memoratis pœnis in ſtatuto quondam Engilberti Archiepiſcopi, in tales vesanos homines prolatis volumus ſubjacere. Similiter eos, qui in ſuis Eccleſiis, vel Capellis mandata Eccleſiaſtica in cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, exequi ſeu Excommunicatos publice denunciare recuſaverint: Aut qui cum excommunicatis communicaverint, ſeu eos Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradiderint, ſeu quod longe deterius eſt, ſecum Excommunicationis ſententia ligati ſunt, ſacris immiſcuerint, prædictis pœnis & cenſuris in ejusdem Engilberti & aliorum Prædeceſſorum noſtrorum ſtatutis, ac à Jure communi expreſſis, volumus percelli: Mandantes officiali & Archidiaconis noſtris, ut contra tales iniquitates & inobedientiæ filios, ad declarationem Cenſurarum & pœnarum ejusmodi, etiam usque ad depoſitionem eorundem ab officio & beneficio, omni conniventia ſemota, indilatè procedant: Et quod contra eos decreverint per Cenſuras Eccleſiaſticas, faciant inviolabiliter obſervari. Volumusque ut ſi qui ſe ob juſtum metum ejusmodi Mandatorum Eccleſiaſticorum executionem facere non audere prætendunt, eundem metum intra dies quindecim legitimè probare teneantur, ex tunc nihilominus proceſſu per edictum publicum in locis vicinis continuando. Inhibemus quoque Decanis Chriſtianitatum, ne illicitam manum in alterius ſuperioris præjudicium alicui imponant: neve de cauſis Matrimonialibus, & aliis cauſæ cognitionem exigentibus, eas audiendo, vel diffiniendo, quovis modo ſe intromittant, ſub Excommunicationis pœna ipſo facto, ſi contrarium fecerint, per eos incurrenda.

Committimus quoque ac mandamus omnibus Chriſtianitatum Decanis, quatenus nomina omnium illorum, qui in ſuis Decanatibus Eccleſias Parochiales occupant, nec tamen ad Sacerdotii gradum intra tempus ſtatutum ſe fecerint promoveri: Similiter eos qui apud Eccleſias ſuas non reſederint, aut Vice-Curatores in exploratos ſine admiſſione noſtra ſeu Archidiaconorum noſtrorum aſſumpſerint, itidemque eos, qui ſe ſic aſſumi ſuſtinuerint, quique in executione mandatorum Eccleſiaſticorum, ſe rebelles, ſeu inobedientes exhibuerint, aut cenſuras Eccleſiaſticas contempſerint: ſeu etiam excommunicationi innodati, divinorum celebrationi ſe ingeſſerint, aliisve præmiſſis contravenerint, nobis & Archidiaconis ſuis intra duorum menſium ſpatium tradant, ut ejusmodi negligentia & defectus ſuppleantur, & exceſſus graviſſimi Authoritate Canonica corrigantur. Alioqui in Decanos hæc facere negligentes, ſententiam excommunicationis ferimus in his ſcriptis. In quorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, has noſtras mandati, ſeu edicti literas confici, ſigillique noſtri appenſione fecimus communiri. Datum in Arce noſtra Brulenſi, ipſo die S. Michaëlis Archangeli, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo.

Quarto cum Dei cultus & timor diebus feſtis & potiſſimum quibus dedicationes Eccleſiarum celebrantur, ſeu proceſſiones fiunt: Similiter cum in nuptialibus conviviis, & his quæ à Baptizationibus puerorum inſtruuntur per commeſſationes & ebrietates immodicas ab hominum male feriantium mentibus penitus excludantur, non ſine evidenti Eccleſiæ ſcandalo, nec ſine Reipublicæ & privatorum graviſſimo detrimento: Ea de re Reverendiſſimus pro officio ſuo tantis Abuſionibus finem imponere, & quantum in ſe eſt ſalubri ordinatione divinam vindictam ob ſcelera, quæ hinc ſequuntur, ſuis ſubditis imminentem, avertere cupiens: aliud quoque ſuum Edictum, ſeu Mandatum ſuper hac re publicari jubet, quod ſequitur in hæc verba:

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per

per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Apoſtolicæ ſedis Legatus natus &c. Univerſis & ſingulis Abbatibus, Præpoſitis, Decanis & Capitulis tam collegialibus, quam ruralibus, ac Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, aliisque Presbyteris & Clericis, ac univerſis noſtris ſubjectis, tam Eccleſiaſtici quam ſecularis ſtatus per noſtram civitatem & Diœceſin conſtitutis Colonienſem, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quum inter omnia, quæ divina lege mandata ſunt, nihil fere arctius & ſeverius præceptum legamus, quam ut Sabbatha Domini ſanctificemus, cuſtodiamus, & obſervemus: nihil item damnatum, aut punitum gravius quam Sabbatha polluta, prophanata deriſa & violata eademque Dei Lege dictante, diſcamus, nullos graviori maledictione percelli, quam qui Divinorum Sacramentorum vim, quæ pro animarum noſtrarum remediis & ſalute inſtituta ſunt, contemptui habentes, ſtatim ab ipſorum adminiſtratione peracta contraria prorſus rebus quæ ſacris Myſteriis ſignificantur, agunt: Et gratiam divinam, quæ ipſorum vi non ponentibus obicem confertur indigne à ſe repellunt, & ut Apoſtolus ait, Spiritum Sanctum contriſtant: Nec mirum quod ejusmodi contemptu non in hominem, ſed in Deum ipſum peccetur, ut de eo peccati genere dictum videatur: Si peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Dominus: Si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Conſtet verò nihil aliud eſſe ſanctificare Sabbatha, quam diebus Feſtis ad honorem Dei & Sanctorum ejus inſtitutis ſoli Deo vacare, precibus, laudibus & gratiarum actionibus incumbere, audire & pertractare verbum Dei, benefacere proximo & omnibus bonis operibus eſſe intentum: E diverſo verò, abſtinere ab omni opere malo, & noxiis cupiditatibus, quæ militant adverſus animam, & præſertim à comeſſationibus & ebrietatibus, quæ cum digna Sacramentorum perceptione & Feſtorum celebratione compugnant. Quando enim Sacramentorum impartitione & ſolennium dierum feriatione, hoc quam maxime ſpectare debeamus, ut abjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, urque coërcitis carnalibus deſideriis ſpiritu & mente unianur & copulemur Deo: nihil ſane ab hoc ſcopo nos remotius ſubmovet, quam fœda ventris ingluvies, qua mens gravata, ad Deum ſuſtolli non poteſt, ut proinde Dominus nos admonendos duxerit in hæc verba: Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula & ebrietate & curis hujus vitæ, & ſuperveniat in vos repentina dies illa. Et Apoſtolus ejus Paulus: Non in comeſſationibus & ebrietatibus, ſed induimini Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. Qui & comeſſationes & ebrietates, manifeſta opera carnis eſſe pronunciat: Quæ prædico (inquit) vobis ſicut prædixi, quia qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. Habent enim hæc vitia alia fere omnia conjuncta, quæ ut vectes quidam ab ingreſſu regni cœleſtis, quos detinent occupatos, excludunt. Nam non mentitus eſt, qui dixit, ventris ingluviem non modo ad libidinem provocare, ſed & omne opus bonum diſſolvere. Et illic ubi ebrietas obtinet, ibi libidinem dominari & furorem. Quod & Salomon, dum vinipotoribus omnem ſapientiam adimit, ſatis indicat, dicens: Luxuriosa res eſt vinum & contumelioſa ebrietas: Omnis qui cum his miſcetur non erit ſapiens. Cumque hæc non ſolum in ſcripturis doceantur, ſed rei experientia manifeſta fiant, ut quæ in conſpectum ponit, ex hoc malo graviſſima quæque flagitia agminatim profluere: Qualia ſunt horribiles blaſphemiæ, immanes cædes, homicidia pugnæ, contumeliæ in proximum, rixæ, contentiones, conflictationes & diſſenſiones ac multiplex inobedientia tam liberorum erga parentes, quam ſubditorum, ſervorum & familiæ adverſus ſuos Principes, Dominos, Magiſtratus, & patresfamilias. Qualia item ſunt adulteria fornicationes, impudicitia & omnis immunditia, ſtultiloquium, ſcurrilitas & ſenſus hebetudo. Ut interim varia diſcrimina & pericula, damna quoque & jacturas publicas ſileamus, veluti quæ ex incendiis, ebrietatis incuria occaſionem ſumentibus, & incauta ſecretorum, quæ ebrii effutiunt, manifeſtatione, ex hac à Deo tam graviter damnata & maledicta ingluvie & crapula oriuntur & ſequuntur.

Jam verò ita uſu veniat, quod ejusmodi vitia per noſtram Diœceſin quam maxime diebus feſtis, & præſertim cum dedicationes Eccleſiarum celebrantur, & ſolennes proceſſiones fiunt, in conviviis item Nuptialibus, & quæ à puerorum baptizationibus habentur, publico cum Eccleſiæ ſcandalo committantur, per quæ haud dubium Deus, qui nobis omnia ſuppeditat, ut illis non ad carnis incitamenta, ſed ut ſuis donis cum gratiarum actione fruamur, graviſſime offenditur & ad immittendum in abutentes varias clades, peſtilentias, fames, agrorum ſterilitates, & bellorum motus ſimile que plagas juſtiſſime commovetur, quemadmodum olim populum Iſraeliticum ob ſimilem voracitatem & ingluviem duriſſimis plagis affecit, ſicut ſcriptum eſt: Et manducaverunt, & ſaturati ſunt nimis & deſiderium eorum attulit eis:

non ſunt fraudati à Deſiderio ſuo: Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum & ira Dei aſcendit ſuper eos,& occidit pingves eorum, & Electos Iſrael impedivit. Et iterum: Sedit populus manducare & bibere,& ſurrexerunt ludere, & quidam ex ipſis fornicati ſunt,& ceciderunt una die viginti tria millia. Ut prætereamus, quod præter iram divinam, quæ de cœlo revelatur, nemo non ſentiat, ſe ſibi per cibi & potus intemperantiam cum adverſam corporis valetudinem, tum animi ſtuporem cum ineptitudine ad res quasque rite gerendas, & facultatum inopiam accerſere: ut veriſſimum ſit, hujus tam tetri vitii frequentiam, non privatam modo perſonis ſingulis, ſed & publicam terris, in quibus vigent, inferre jacturam & perniciem. Quod & tanto abominabilius eſt in Eccleſiarum præfectis aliisque Clericis, quod illis de Eccleſiarum opibus ſeu de altari vivere,non luxuriari, permittatur, illo quod ſuper eſt, in pauperes erogando. Cum itaque hæc tam turpis labes, tam ferax malorum ſit, habeatque ſemper divinæ ultionis ſeveram vindictam comitem, eo Nobis annitendum quam maxime eſt, ut ex noſtra Diœceſi,quoad ejus per Dei gratiam proviſione noſtra fieri poteſt, eliminetur. Nos igitur pro officii noſtri Paſtoralis debito, tam pernicioſæ corruptelæ,& tot horrendis flagitiis & ſcandalis, quæ hinc, velut ex ſentina quadam dimanant, occurrere & mederi cupientes: Vos omnes & ſingulos cujuscunque ſtatus, gradus, vel conditionis fueritis, in Domino hortamur, & ſub divinæ interminatione judicii monemus & requirimus,ut poſt hac omnem perditum luxum,omnesque commeſſationes, ebrietates & ciborum & potuum intemperantias,quæ(quod cum dolore referimus) noſtra deplorata ætate diebus feſtis,& potiſſimum annuæ Eccleſiarum dedicationi conſecratis, & cum proceſſiones & circumlationes Venerabilis Sacramenti & ſanctarum reliquiarum & imaginum peraguntur abominando abuſu, inſtigante diabolo, paſſim inoluerunt, ob Dei timorem, cum immoderatis & ſuperfluis ſumptibus (qui fruſtra & inutiliter non ſine pauperum Chriſti fraude prodiguntur) penitus aboleatis, & quisque veſtrum aboleat, prout & Nos eas deinceps per Noſtram Diœceſin abolitas eſſe volumus, & omnibus diſtrictè interdictas, ut videlicet ejusmodi abuſionibus,quibus divina Sabbatha polluuntur,ſublatis,unusquisque hisce diebus Deo vacare,bonis operibus incumbere, & myſterium dedicationis(quo animorum & corporum veſtrorum, quæ viva templa ſunt Spiritus Sancti, conſecratio ſignificatur) recolere dignè poſſitis,& ut illa requirit,mores veſtros componere. Prohibemus quoque ſub divini interminatione Judicii, ut dum Proceſſiones,ſeu venerabilis Sacramenti,vel ſacrarum reliquiarum & imaginum circulationes aguntur,nemo omnium, qui ejusmodi proceſſionibus interſunt, edendo vel bibendo jejunium ſolvat, antequam peracta in timore Dei cum piis precibus proceſſione, ſinguli ad domos ſuas revertantur: quando neque comeſſationibus & ebrietatibus indulgendum erit, ſed cibus parce cum gratiarum actione ſumendus: ne gratia divina, quæ in ſacris proceſſionibus ambitur, fœda iſta temulentia duplicato crimine abjiciatur: Similiter interdicimus, ne diebus feſtis ante ſummi ſacri celebrationem peractam, vinum aduſtum ante templorum fores venum exponatur, vel offæ ex eodem vino confectæ ſumantur: neve Symbola vel ſympoſia in cœnopoliis, ſeu aliis tabernis cereviſiariis habeantur. Cœterum quoniam abuſionibus iſtis teterrimis non modicam anſam præbuiſſe videtur, quod ſingulæ Eccleſiæ per noſtram Diœceſin conſtitutæ, ſingulos per annum dedicationis Eccleſiæ dies Anniverſarios hactenus celebrarunt, ad quos vicinorum oppidorum, Pagorum & Vicorum inhabitatores & incolæ comeſſandi gratia, magna frequentia confluere conſveverunt, non quidem ob Dei cultum, ſed magis ob ſympoſia: Idcircò ad præſcindendam hanc anſam malorum Prædeceſſorum noſtrorum, veſtigiis inhærentes, authoritate noſtra Archiepiſcopali, qua Dei diſpoſitione & favore fungimur, ſtatuimus, volumus & mandamus, ut deinceps omnes omnium Parochialium Eccleſiarum per noſtram Diœceſin univerſam Dedicationes uno anni die nempe proxima dominica poſt diem Cosmæ & Damiani Martyrum, quo feſtum dedicationis Eccleſiæ noſtræ Majoris in civitate noſtra Colonienſi celebratur, niſi tamen in eam Dominicam Feſtum S. Michaëlis incidat, quando in diem dominicam antecedentem transferetur, ubique celebretur. Idque non in comeſſationibus & ebrietatibus ſed cum Dei Timore, decenter & honeſte: Ut tamen per hæc non intendamus his diebus frugalia & hilaria convivia, poſt finitum ſacrum officium, præter crapulam & profuſionem ſumptuum ſupervacaneorum, habere. Similiter, cum hactenus in conviviis Nuptialibus, tam immodici ſumptus inutiliter profuſi, & tot ſuperfluæ expenſæ paſſim factæ, & erogatæ ſint, tanta hominum frequentia ad hæc convivia invitata, ut ſæpe brevis hora conſumpſerit, quo non ad unum modo, ſed ad plures aliquot annos ali familia honeſte potuerit: qua etiam in re ſæpè unus alterum ſupra ejus facul-

facultatum vires gravavit: idcircò volumus & mandamus, ut poſthac ad convivia nuptialia cives in oppidis non ultra tres, nec villani in pagis & vicis non ultra duas menſas inſtruant, ſeu plures invitent quam duabus menſis inſtructis accumbere poſſint: Permittentes interim, ut intra hunc numerum & modum invitati ſimul in Domino (qui Matrimonii inſtitutor eſt, eodemque Chriſti & Eccleſiæ puriſſimam unionem repræſentat) collatentur. Prohibentes, ne alter alterum immoderatis & emendicatis donariis mutuum gravent, aut ſpolient. Denique volumus ac mandamus, ut, qui à Baptizationibus ſuorum liberorum omnino velint convivium facere, hi tantum ſuſceptores, qui & Patrini & Matrinæ appellantur, cum pauculis amicis, quos una menſa ſimul cum illis capere poſſit, accerſant. In quibus quoque conviviis Chriſtianam honeſtatem, quæ tantum Sacramentum (quod mortificationem veteris hominis, & exortum novi in Chriſto repræſentat) quam maximè decet, ante omnia coli optamus ac requirimus vobis omnibus & ſingulis, quibus Eccleſiarum adminiſtratio vel cura commiſſa eſt, in virtute ſanctæ obedientiæ injungentes, ut hanc noſtram piam, religioſam & neceſſariam ordinationem, & ipſi firmiter teneatis, & veſtris ſubditis veſtræque curæ commiſſis in concionibus veſtris Eccleſiaſticis, in quibus ex verbo Dei has deterrimas abuſiones ſeverè coarguere, & plebes ad ſobrietatem Chriſtianam diligenter cohortari, & adducere debetis, tenendam & obſervandam inviolabiliter intimetis: niii præter Dei vindictam, noſtras quoque cenſuras ac pœnas, pro noſtro arbitrio Refractariis infligendas, experiri velitis. Dabimus quoque præfectis & officiariis noſtris ſecularibus ſerium & diſtrictum mandatum, ut cunctos Laicos in noſtra ſeculari Ditione commorantes, & huic pio & ſancto Edicto non parentes, mulctis & aliis pœnis pro exceſſuum magnitudine ſevere caſtigent. Datum in arce noſtra Brulenſ. ipſo die Sancti Michaëlis Archangeli, Anno 1550.

Quinto publicari quoque jubet mandatum de charitativo ſubſidio ſolvendo, in quod recens ad ſublevandas publicas neceſſitates, Venerabile ſuum capitulum una cum Venerabili ſuo univerſali Clero civitatis ſuæ Colonienſis unanimiter conſentit, cujus tenor quoque ſequitur in modum ſubſequentem:

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii Romani per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux Apoſtolicæque ſedis Legatus natus &c. Univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Canonicis, Plebanis, aliisque Eccleſiarum Collegiatarum, Parochialium, Monaſteriorum, conventuum, utriusque Sexus Eccleſiaſtici ſtatus Capellarumque & Altarium Rectoribus nec non vicariis, Presbyteris & Clericis noſtrarum Civitatis & Diœceſis Colonienſis, ſalutem in Domino ſempiternam, & infra ſcriptis fidem indubiam adhibere. Cum recens poſt impoſitionem primi noſtri charitativi ſubſidii Anno M. D. XLVII. factam, ob contributiones, quas ex ſacerrimæ Cæſareæ Majeſtatis ſacrique Imperii ſtatuum ordinatione, ſecundum Receſſum Dictæ Auguſtanæ Anno M. D. XLVIII. promulgata, exolvere teneamur, & ob alias quam plurimas urgentiſſimas & inevitabiles cauſas pro Eccleſiæ noſtræ jurium conſervatione & Reipublicæ utilitate ingentes & maximos ſumptus facere coacti ſimus, & cogamur, vires & facultates Cameræ noſtræ ad neceſſaria ejusmodi onera ſuppetenda, & alia ad quæ pro officio tenemur, exequenda munera nequaquam ſufficiant. Idcirco cauſas & onera præmiſſa omnia & ſingula diſtincte & ſpecifice, prout in facti veritate ſe continent, Venerabilibus, illuſtribus, & honorabilibus Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ Majoris, totique ſecundario Clero Eccleſiarum civitatis noſtræ Colonienſis per conſiliarios noſtros cum verbo tum ſcripto propoſuimus, petentes, ut his attentis, pro memoratis neceſſariis oneribus (ut præmittitur) ſupportandis, ſuper Eccleſiis, Monaſteriis, Menſis & Prioratibus, religioſis locis conventibus & domibus utriusque Sexus Eccleſiaſtici ſtatus, nec non beneficiis & Altaribus, illorumque omnium bonis & Redditibus ipſorum Eccleſiaſticis intra Diœceſim noſtram conſtitutis, imponendum conſentire velint, ut videlicet prædicta onera eo melius ſufferre poſſimus & valeamus. Quibus quidem per eos acceptis & intellectis, & aliquot diebus cum Capitulis & conventibus ſuis pertractatis, conſultatis & deliberatis, tandem comperto, quod cauſæ per Nos allegatæ manifeſtè & rationabiles exiſterent, & de allegatis per Nos ſufficienter informati in domo Capitulari dictæ Eccleſiæ noſtræ inſimul congregati totumque clerum civitatis noſtræ Colonienſis repræſentantes, attendentes, quod diviſa in partes onera, levius perferantur in charitativum ſubſidium viginti Decimarum Nobis in duobus terminis, quorum prior in feſto beati

Remigii confeſſoris anni præſentis M. D. L. alter vero in feſto aſſumptionis beatiſſime Mariæ Virginis anni proxime futuri M. D. LI. cedet de & Eccleſiis, monaſteriis, & aliis religioſis locis, conventibus, & domibus utriusque Sexus Eccleſiaſtici ſtatus, nec non aliis ſuis beneficiis noſtrarum Civitatis & Diœceſis prædictarum, tam exemptis quam non exemptis, unicuique nihilominus ſuis privilegiis alias ſalvis remanſuris, exigendum & in neceſſitates memoratas convertendum conſenſerunt. Quem conſenſum nos gratum & ratum habentes & acceptantes, idem ſubſidium cum Charitate poſtulatum, in prædictis terminis, ut conſenſum eſt nobis exolvendum, authoritate noſtra ordinaria Nobis hac in parte de Jure competenti, impoſuimus & imponimus per præſentes. Quæ omnia & ſingula prædicta vobis omnibus & ſingulis intimare, inſinuare & ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducere decrevimus, prout intimamus, & inſinuamus & deducemus per præſentes: Vos omnes & ſingulos in Domino exhortantes, quatenus conſenſu Venerabilium, illuſtrium honorabilium, devotorum Nobis dilectorum, Decanorum & Capitulorum Majoris & ſecundariarum Eccleſiarum, totiusque Cleri Civitatis noſtræ ſupradictæ vos conformantes, idemque ſubſidium in terminis ſtatutis, quorum tamen priorem extraneo Clero à die ſancti Remigii usque ad feſtum ſancti Martini Epiſcopi proxime futurum prorogamus, honorabilibus devotis Nobis dilectis Petro Kannengieſer, Jurium Doctori, Majoris, Hermanno Stockum, ſubſigillifero noſtro S. Gereonis, Joanni Vualtſem ſanctorum Apoſtolorum, & Melchiori Schenck beatæ Mariæ ad Gradus noſtræ civitatis Colonienſis Eccleſiarum Canonicis, quos hujus ſubſidii collectores deputavimus exſolvatis, tradatis, deliberetis, ac de eo ſatisfaciatis realiter & cum effectu, facturi in hoc quod veſtrum requirit erga Nos officium, & præterea rem Nobis ſummopere ſingulari gratia, favore & benevolentia erga vos recognoſcendam.

Datum in Arce noſtra Brulenſ. ipſo die ſancti Michaelis Archangeli, Anno Domini M. D. L.

Sexto quod ad reliqua attinet, quæ Celſitudo ejus in ſuo Provinciali Concilio & Synodo proxima pollicita eſt, nec tamen adhuc omnia, ob varia quæ inciderunt impedimenta, præſtare potuit, jubet ſacram Synodum hoc de ea ſperare, quod omni diligentia curabit, quo primo quoque tempore reſtanti perficiantur, & ſuæ Eccleſiæ ſubditis juxta factum promiſſum dentur & impartiantur. Poſtremò hortatur Reverendiſſima ſua Celſitudo omnes, qui huic ſacræ Synodo interſunt, & adminiſtrationem aliquam tenent, ut ſuis particularibus viſitationibus intra ſuam Adminiſtrationem ſibi commiſſam, univerſalem Viſitationem, quæ Deo dante non extrahetur in longum, viam præparent, ut dum Viſitatores advenerint, reperiant prava omnia converſa in directa & aſpera in vias planas.

In robur & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, Reverendiſſima ſua Celſitudo hoc ſcriptum à ſe diligenter viſum & relectum, ſuo ſigillo ſub impreſſo communiri fecit. Datum in Arce Brulenſ. Anno Domini M. D. L. ipſo die Michaelis Archangeli.

His igitur Archiepiſcopalibus Juſſionibus & Mandatis ordine perlectis & publicatis ſacra Synodus conſurgens, ſe in domum Capitularem Majoris Eccleſiæ Colonienſis recepit: ubi memorati commiſſarii, ſecundum Mandatum ipſis factum, initio diligentem inquiſitionem ſuper omnibus & ſingulis, quæ à Prælatis & Chriſtianitatum Decanis, Eccleſiarumque Rectoribus interroganda & exploranda erant, fecerunt: omniaque quorum certiores per inquiſitionem ejusmodi reddebantur, diligenter annotari curarunt, ad Reverendiſſimum Dominum noſtrum perferenda. Deinde eosdem Prælatos, totamque ſacram Synodum authoritate Archiepiſcopali ſerio cohortati ſunt & requiſiverunt, ut Edicta & Mandata Archiepiſcopalia ſuperius exarata & paulò ante Synodaliter publicata, pro obedientiæ ſuæ debito reverenter recipiant, illaque quantum ea quemque concernunt, officioſe & accurate exequantur, & ut eis ab omnibus ſuæ curæ commiſſis, obediatur & obtemperetur, efficiant & procurent: & ſi qui ſe Refractarios vel Rebelles aut immorigeros exhibuerint, eos ipſi Reverendiſſimo Domino noſtro intra proximum bimeſtre nominatim deſignent. Quod ſacra Synodus, receptis in primis memoratis Mandatis, ut juſtis & ad retinendam in Eccleſia Diſciplinam neceſſariis, ſe facturam ſedulo promiſit. Poſt quæ poſtremo facta diligenti exhortatione, ut ſinguli ſuis muneribus intenti, in ſua quisque Adminiſtratione apud ſuos, per particulares ſuas viſitationes, prava in directa, & aſpera in vias planas per Dei adjutorium redigendo univerſa in eum ordinem componant, ut ad viſitationem univerſalem, ubique omnia recte & be-

& benè diſpoſita inveniantur, ſacra Synodus facta miſſione ſoluta eſt. Datum in Eccleſia Metropolitana Colonienſi, Anno Domini M. D. L. feria quinta poſt Remigii Epiſcopi.

CCXXXV.

Acta und Decreta des an Invocavit gehaltenen Synodi Diœceſanæ zu Cölln, de Anno 1551.

COngregata ſancta Synodo Diœceſana in Civitate Agrippina, altera poſt Dominicam Invocavit præſentis anni M. D. LI. Invocata prius gratia Spiritus Sancti, & poſt habitam orationem pareneticam, cum eruditam, tum piam, Reverendus in Chriſto Pater, Dominus Joannes, Epiſcopus Cyrenenſis, Reverendiſſimi in Chriſto patris & Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini Adolphi, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarii, Principis Electoris, Weſtphaliæ & Angariæ Ducis, Apoſtolicæque ſedis Legati nati &c. Vicarius in Pontificalibus, & Reliqui ejusdem Domini Archiepiſcopi Commiſſarii, ad ea quæ ſequuntur, peragenda ſpecialiter deputati, libellum continentem Juſſa & Mandata memorati Domini Archiepiſcopi, ſigillo ejus ſubſignatum, & ad ipſos & hanc ſacram Synodum directum & deſtinatum, conſedentibus Dominis Abbatibus & Prælatis Chriſtianitatumque Decanis, aliisque permultis, tam Eccleſiaſtici, quam ſecularis ſtatus hominibus, publice prælegi & recitari fecerunt tenoris ſubſequentis.

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Apoſtolicæque ſedis Legatus natus &c. Reverendo in Chriſto amico noſtro, Joanni, Epiſcopo Cyrenenſi, noſtro in Pontificalibus Vicario, cæterisque noſtris hac in parte Commiſſariis in aliis noſtris literis nominatis, totique Sacræ Synodo in Civitate noſtra Colonienſi proxime celebranda in Domino congregandis ſalutem & omnis boni incrementum. Deſideravimus quidem huic ſancto veſtro conventui perſonaliter intereſſe, ad proſequendam & confirmandam ſemel bene cœptam Eccleſiarum noſtræ curæ commiſſarum Reformationem, per communem ſolicitudinem veſtram ſimul & noſtram. Sed quam arduis aliis Eccleſiæ noſtræ negociis impediti detinemur, quo minus præſentiam noſtram corporalem apud vos nunc exhibere poſſimus: Ideo curandum nobis & omnino providendum putavimus, ut ſaltem mentis & voluntatis noſtræ ſignificatione & ſpiritus conjunctione nobis adeſſemus. Quare præſens ſcriptum, noſtra conſilia & juſſa continens, ad vos mittere decrevimus in hac ſacra Synodo evulgandum: & à vobis, pro obedientiæ veſtræ debito humiliter recipiendum: & per adjuvantem & cooperantem Dei gratiam, in Eccleſiis & locis veſtræ curæ commiſſis, in omnibus & ſingulis articulis ſubſequentibus prompte & fideliter exequendam, tenoris ſubſequentis:

Initio cum, divo Auguſtino atteſtante, Conciliorum generalium in Eccleſia magna ſit & ſalubris authoritas, cui nulli Catholico liceat obluctari: cumque ſacra œcumenica Synodus Tridentina nuper ſingulari Dei beneficio congregata, & brevi eodem Deo optimo Maximo bene favente & adſpirante continuanda & ad finem usque omnibus bonis optabilem perducenda, multa præclare, religioſe ac piè præter Catholicæ doctrinæ (quam tradidit) ſoliditatem, pro Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum Reformatione conſtituerit, pulchre conſentientia, cum his, quæ nuper in provinciali noſtro concilio, Reverendorum ſuffraganeorum noſtrorum & veſtro intercedente aſſenſu, provide ſancita ſunt: idcirco ut eo major noſtris Decretis accedat authoritas, quædam ex his quæ Tridenti authoritate ſacri œcumenici Concilii in ſeptima ſeſſione ſalubriter conſtituta ſunt, in hac noſtra ſacra Synodo (ne quis eorum ignorantiam obtendere poſſit) publicari, ac deinceps firmiter & inviolabiliter obſervari præcipimus & mandamus, nempe caput III. IV. V. VI. VII. VIII. XI. XII. XIII. XIV. & XV. ſub titulo, de Reſidentiæ & Reformandis in Eccleſia moribus, & caput III. ſub titulo, de his qui minoribus Eccleſiis præſunt, quæ ſequuntur in hæc verba:

Decreta ſacri Generalis Concilii Tridentini in ſeptima ſeſſione jam memorata.

Cap. III.

Inferiora beneficia præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſeipſos curam ipſam exercere valeant, juxta conſtitutionem Alexandri 3. in Lateranenſ. quæ ſic incipit:

quia

quia nonnulli & aliam Gregorii X. in generali Lugdunenſi Concilio, quæ incipit: Licet Canon, editam, conferantur: Aliter aut facta collatio ſive proviſio, omnino irriteturr: & Ordinarius collator pœnas conſtitutionis concilii generalis, quæ incipit: grave nimis, ſe noverit incurſurum.

Cap. IV.

Quicunque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſive per viam unionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam ſacrorum Canonum, & præſertim conſtitutionis Innocentii III. quæ incipit: De multa, recipere ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficiis ipſis, juxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo Jure etiam præſentis canonis vigore privatus exiſtat.

Cap. V.

Ordinarii locorum, quoscunque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica obtinentes diſpoſitiones ſuas exhibere diſtricte compellant: & alias procedant juxta conſtitutionem Gregorii X. in Generali Lugdunenſi concilio editam, quæ incipit, Ordinarii, quam eadem ſacro ſancta Synodus innovandam cenſet, & innovat, addens inſuper, quod ipſi ordinarii, per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum aſſignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipſa debitis obſequiis minime defraudentur: appellationibus & exemptionibus quibuscunque, etiam cum judicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus, in præmiſſis nemini, ſuffragant bus.

Cap. VI.

Uniones perpetuæ à 40. annis citra factæ, examinari ab ordinariis, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, poſſint: & quæ per ſurreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſtritæ declarentur. Illæ vero, quæ à dicto tempore citra conceſſæ, nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cujusvis inſtantiam fient, (niſi eas ex legitimis aut rationabilibus cauſis coram loci ordinario, vocatis quorum intereſt verificandis, factas fuiſſe conſtiterit) per ſurreptionem obtentæ præſumantur: ac propterea, niſi aliter à ſede Apoſtolica declaratum ſit, viribus omnino careant.

Cap. VII.

Beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus collegiatis, aut piis locis quibuscunque, perpetuò unita & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur: qui ſolicite, providere procurent, ut per idoneos vicarios perpetuos (niſi ipſis ordinariis pro bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur) ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori vel minori, arbitrio ipſorum ordinariorum, portione etiam ſuper certare aſſignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, privilegiis, exemptionibus, etiam cum Judicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscunque, in præmiſſis minime ſuffragantibus.

Cap. VIII.

Locorum ordinarii, Eccleſias quascunque quomodolibet exemptas, Authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis remediis providere, ut quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, ſi qua illis imminear, aliisque debitis obſequiis minime defraudentur: Appellationibus, Privilegiis, conſvetudinibus etiam ab immemorabili, tempore præſcriptis judicum deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitus excluſis.

Cap. XI.

Facultates de promovendo à quocunque non ſuffragentur, niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à propriis Epiſcopis ordinari non poſſint, in literis exprimendam: & tunc non ordinentur, niſi ab Epiſcopo in ſua Diœceſi reſidente, aut pro eo pontificialia exercente, & diligenti prævio examine.

Cap. XII.

Facultates de non promovendo, præterquam in caſibus à Jure expreſſis, conceſſæ, ad annum tantum ſuffragentur.

Cap. XIII.

Præſentati, ſeu electi vel nominati quibusvis Eccleſiaſticis perſonis, etiam ſedis Apoſtolicæ nunciis, ad quævis Eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujusvis privilegii ſeu conſvetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum ordinariis examinati & idonei reperti; & nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quo minus examen ſubire teneatur, præſentatis tantum electis, ſeu nominatis ab univerſitatibus, ſeu Collegiis generalium ſtudiorum, exceptis.

Cap. XIV.

In exemptorum cauſis conſtitutio Innocentii IV. quæ incipit: Volentes, in generali Concilio Lugdunenſi edita, ſervetur: quam eadem ſacroſancta Synodus innovandam cenſuit & innovat: Addendo inſuper, quod in civilibus cauſis mercedum & miſerabilium perſonarum, Clerici ſeculares, aut regulares extra Monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiamſi certum Judicem a ſede Apoſtolica deputatum in partibus habeant: in aliis vero ſi ipſum judicem non habuerint, coram locorum ordinariis, tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis, conveniri, & jure medio ad ſolvendum debitum cogi & compelli poſſint: Privilegiis, exemptionibus, conſervatum deputationibus, & eorum inhibitionibus adverſus præmiſſa nequaquam valituris.

Iſta conſtitutio Innocentii IV. quæ incipit: Volentes habetur libr. ſexto decretalium, Cap. I. in qua conſtituitur, quod exempti vel privilegiis muniti, non teneantur, niſi ſub certo Judice reſpondere, nihilominus ratione delicti admiſſi contractus initi, aut rei ſitæ in loco non exempto, coram locorum ordinariis conveniri poſſint ac debeant.

Cap. XV.

Curent Ordinarii ut hoſpitalia quæcunque a ſuis adminiſtratoribus, quocunque illi nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter & diligenter gubernentur, Conſtitutionis Concilii Viennenſis, quæ incipit: quia contingit, forma ſervata, quam quidem conſtitutionem eadem ſancta Synodus innovandam duxit & innovat, cum derogationibus in ea contentis.

Cap. II.

Eccleſiarum Prælati, ad corrigendum ſubditorum exceſſus, prudenter ac diligenter intendunt: & nemo Clericus ſecularis, vel cujusvis ordinis perſonalis, vel regularis extra Monaſterium degens, etiam ſui ordinis privilegii prætextu tutus cenſeatur, quo minus, ſi deliquerit, ab ordinario loci, tanquam ſuper hoc a ſede Apoſtolica delegato, ſecundum Canonicas ſanctiones, viſitari, puniri, & corrigi valeat.

Finiunt Decreta ſacri Concilii Tridentini.

Secundo, quia in Concilio Provinciali Colonienſi, ſub titulo de altero medio, ad conſequendam Reformationis executionem neceſſario, quod eſt examen ordinandorum: inter cætera prudenter ac provide conſtitutum eſt, ut ordinandi & inſtituendi ad ſacra miniſteria, prius diligenter examinentur & interrogentur, poſſintne & velint muneri, ad quod ſuſcipiendum adſpirant, pro virili ſatisfacere: ita vero proh dolor hac deplorata tempeſtate eveniat, quod licet omnes ordinandi ad Sacerdotii gradum, ſecundum ſacrorum Canonum inſtituta & morem hactenus in Eccleſia receptum, teneantur corporale juramentum ordinatori ſuo præſtare, quod Epiſcopo, ad cujus Parochiam ordinandi erunt, obedientes & conſentientes eſſe velint, ſecundum juſtitiam & miniſterium ſuum: quod quoque juramentum poſt factam ordinationem, ſanctique corporis & ſangvinis Domini ſumptionem, iterata promiſſione confirmant, promittentes Epiſcopo ſuo, ad cujus Parochiam ordinati ſunt, reverentiam & obedientiam: ſimiliter inſtituendi ad beneficia Eccleſiaſtica, præſertim quibus cura animarum impoſita eſt, jurent ſuo Epiſcopo & aliis ſuperioribus ſuis obedientes eſſe in omnibus licitis & honeſtis: Nihilominus tamen eorum permulti, præſertim ſub ſecularibus poteſtatibus per Diœceſin noſtram Colonienſem commorantes, dum ordinationes vel inſtitutiones ambiunt, hæc omnia ordinatori, ſeu Archidiacono, vel Examinatori ſtipulanti magna facilitate, corporali etiam jurejurando, interveniente, promittunt: Promoti vero & provecti jam ad Sacerdotii ordinem, vel beneficii titulum, ſuorum promiſſorum & præſtitorum juramentorum immemores, omnem protinus obedientiam & reverentiam debitam in exequendis his præſertim, quæ ad diſciplinam pertinent, nobis ſuo Archiepiſcopo exhibere detrectant, parum ſoliciti de graviſſimi perjurii, reatus incurſum. Cum igitur, Propheta monente, ſingulari cura providendum ſit, ut omnes a quibus aliquod juramentum recipitur jurent in veritate & judicio & in juſtitia; cumque Eccleſia per indiſcretæ jurationis exactionem viam perjuriis aperire non debeat, quæ perjuria vetat, idcirco authoritate noſtra Archiepiſcopali, quam a Domino in ædificationem & non in deſtructionem accepimus, volumus, præcipimus & mandamus, & in hac ſacra Synodo omnium quoque veſtrum accedente conſenſu firmari cupimus, ut deinceps quicunque per Diaconos ad beneficia, quæ curam animarum annexam habent, inſtitui, ſeu per vicarium noſtrum in Pontificalibus ad Sacerdotii gradum promoveri deſiderant, ante omnia de Juramento hac in parte, per eos præſtando, diligenter admoneantur. Qui, niſi admoniti, exiſtiment ac ſperent atque adeo ſecum, tanquam coram Deo conſtituant, ſe poſſe ac velle, quam jure jurando promittunt obedientiam, omni mundano timore poſtpoſito, nobis præſtare & exhibere, nempe in his, quæ ad noſtrum & eorum officium ſpectant omnino non ordinentur vel inſtituantur: eo maxime, ne Vicarius noſter in Pontificalibus, aut Archidiaconi noſtri ullam anſam, vel occaſionem perjuriis, quæ metus eſt illos per ſupinam incuriam & incogitantiam incurſurus præſtent. Ut ſileamus, ejusmodi homines, qui nondum eo conſtantiæ pervenerunt, ut velint plus obedire Deo, quam homi-

nibus & potius omnia mala pati, quam malo conſentire, tanta ordinatione & inſtitutione indignos merito cenſeri. Volumus quoque jam inſtitutos & ordinatos hujus edicti noſtri authoritate, ſuorum præſtitorum Juramentorum admonitos eſſe, ut cogitent, quam grave ſit mentiri ſpiritui ſancto, & committere in ſecundum præceptum Decalogi, quod Deus non ſine interminatione inevitabilis vindictæ promulgavit, dicens: Non enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. Qui etiam ſcient, ſi perjurii reatum contempſerint, Nos ad pœnarum perjuris a Jure irrogatarum declarationem, ut juſtitia poſtulaverit, proceſſuros & procedi curaturos.

Tertio, etſi frequens Synodorum celebratio, præcipua ſit agri Dominici cultura: Et proinde ſtatim ab initio naſcentis Eccleſiæ, Apoſtolorum etiam ætate (quod qui Apoſtolorum Canones vocantur, conſcripti a beato Clemente, teſtantur) ſaluberrime conſtitutum ſit, unoquoque anno bis Synodum Epiſcopalem habendam eſſe, ad determinandas Eccleſiæ quæſtiones, & reformandos mores: id quod etiam in Synodo noſtra Provinciali proxime celebrata repetitum meminimus: docet tamen rerum experientia, tantam eſſe etiam eorum qui miniſteria Eccleſiaſtica ſuſceperunt, incogitantiam & ſocordiam, ut niſi formidine pœnæ adigantur, nihil rite, & ut pro debito officii tenentur, faciant vel exequantur: Quapropter quondam bonæ memoriæ, Dominorum Sifridi & Walrami, Archiepiſcoporum Colonienſium, Prædeceſſorum noſtrorum, quorum veſtigiis libenter inhæremus, ſtatuta, hac de re edita, cum cenſurarum & pœnarum, quæ illorum vigore contemptoribus infliguntur, & interminatione in omnibus, & ſingulis articulis ſuis præſentium per tenorem innovamus, & deinceps firmiter & inviolabiliter obſervari & contraventores, vel contemptores eorundem, in memoratas pœnas damnabiliter incidiſſe declarari mandamus. Quæ ſtatuta ſequuntur in hæc verba:

Statutum Sifridi de Synodi obſervatione.

Licet de Clericis, qualiter eos cum modeſtia, ſobrietate &c. ut ſupra.

Statutum Domini Walrami de Synodi obſervatione.

Walramus, Dei gratia &c. multis modis & in pluribus ſacris Synodis hactenus &c. ut ſupra

Quarto, cum fruſtra in ſacris Synodis Epiſcopalibus edantur conſtitutiones & decreta, niſi quibus hoc ex ſuſcepto munere incumbit, ea probe ac diligenter, ut fideles Eccleſiarum miniſtros decet, exequantur: ac non modo in ſacris Canonibus, ſed in memorata Reformatione Eccleſiaſticorum ordinum Auguſtæ recepta expreſſe ſancitum ſit, Archidiaconos & Decanos rurales, velut in partem ſolicitudinis hac in parte vocatos & conſtitutos, ſingulis quibusque annis, poſt Synodorum Epiſcopalium celebrationem, ſuas quoque Synodos Archidiaconates & rurales in ſuis regiunculis obſervare debere: in quibus Synodorum Epiſcopalium Decreta, placita & ſententias, curæ ſuæ Parochis in ejusmodi ſuis Synodalibus conventibus ex more congregatis, intiment, publicent, ac exequantur: ſolicite invigilantes, ut ſi quid adverſus fidem pietatemque emergat, & graviora quæque, Epiſcopo, ad quem cura prima pertinet, ſignificent, ejusque, vel Synodi Judicio ſubmittant: Experientia vero doceat quosdam hac in re tam pia, ſalutari, atque adeo ſumme neceſſaria, rite gerenda, multum ſegnes ac deſides eſſe: quosdam etiam tam ſanctum inſtitutum improbe contemnere, & nihil minus, quam quod ad ſe proprie pertinet, peragere & adimplere, ſuæ profecto vocationi peſſime ſervientes: Idcirco qui hanc ſocordiam & in officio ceſſationem, quantum in nobis eſt, corrigere debemus, omnes & ſingulos Archidiaconos, Prælatos, & Chriſtianitatum Decanos, omnesque alios, qui intra ſuos terminos ſuas Synodos, ſeu Capitula, ut vocant, ſervare tenentur, ſimiliter omnes Parochialium Eccleſiarum Rectores & Vice-Curatores, præſentium vigore requirimus & monemus: Archidiaconos quidem & prælatos, & Chriſtianitatum Decanos, ut memoratas ſuas Synodos ſeu Capitula deinceps ſuis, quibusque temporibus diligenter obſervare curent, & in his noſtra & Synodorum noſtrarum Epiſcopalium Decreta publicent, & quæ corrigenda & reformanda erunt, prout ad cujusque eorum officium pertinuerit) corrigant ac reforment, graviora vero ad nos referant: Rectores vero & vicecuratores Eccleſiarum Parochialium, ut ad ejusmodi Synodos, ſeu Capitula, quæ viſitare quique tenentur, obedienter compareant, Decreta, Statuta & præcepta Synodalia audiant, audita in ſuis Parochiis effectui mancipent & Reformationi injunctæ ſtudeant & invigilent: ne ſervi mali, pigri & inutiles reperiantur, ſub Cenſuris, pœnis & mulctis in ſtatutis ſynodalibus, tam quondam bonæ memoriæ Domini Engilberti, quæ poſtea ſub Domino Henrico

Henrico facta ſunt, Provincialia, quam quondam bonæ memoriæ Domini Hermanni ab Haſſia, Prædeceſſorum noſtrorum, (quæ quoq; inferius deſcripta, præſentium vigore innovamus) in contemptores & ceſſatores ejusmodi latis & promulgatis, quas ipſos incurrere volumus ipſo facto.

Sequitur ſtatutum Concilii provincialibus quondam Domini Engilberti, contra impedientes & turbantes celebrationes ſanctarum Synodorum.

Statuimus etiam, ut Prælati & ordinarii Judices noſtræ Civitatis & Diœceſis &c. ut ſupra.

Sequitur mandatum quondam Domini Hermanni ab Haſſia, per ejus officialem in Synodo promulgatum.

Item mandat idem venerabilis Dominus officialis omnibus & ſingulis Paſtoribus & Vicecuratis, quatenus in Capitulis ſuorum &c. ut ſupra. Et quia nuper Decanos noſtrarum Decaniarum Ruralium per noſtram Diœceſin Colonienſem ſitarum, ubicunque locorum reſidentes, qui ſupra ſcriptis conſtitutionibus quondam Dominorum Engilberti & Hermanni aliisque Provincialibus & Synodalibus Decretis & Reformationi auguſtanæ male obtemperarunt ad comparendum coram hac ſacra Synodo citari & moneri fecimus, ſecundum edicti ſeu Mandati noſtri ſequentis (quod per Tabellarium noſtrum nobis juratum, eorum ſingulis fecimus intimari, cujus etiam relationi hac in parte fidem adhiberi volumus) formam & tenorem: idcirco vobis committimus & mandamus, ut authoritate noſtra Archiepiſcopali, ac etiam Synodali contra Rebelles obaudientes, inobedientes, contumaces, & contemptores, ad comminatarum & incurſarum pœnarum declarationem procedatis, & procedi curetis, ne quos recti & juſti amor ad ſerviendum ſuæ vocationi non promovet, ſaltem pœnæ formido ad ſubeunda ſua munera adigat & compellat: Sic tamen, ut cum vere reſipiſcentibus, & deinceps noſtris & ſanctæ Eccleſiæ mandatis parere volentibus mitius agere poſſitis.

Sequitur mandatum noſtrum jam memoratum.

Adolphus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Apoſtolicæque ſedis Legatus natus &c. Univerſis & ſingulis Decaniarum noſtrarum Ruralium ſive Chriſtianitatum, per Diœceſim noſtram conſtitutarum ubicunque locorum reſidentibus Decanis & eorum ſingulis, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad audientiam noſtram pervenit, quod licet tam ex ſacrorum Canonum & Juris communis diſpoſitione, quam ſtatutorum Provincialium & Synodalium Eccleſiæ noſtræ Colonienſis, atque etiam ſtatutorum Decaniarum veſtrarum, per vos & unum quemque veſtrum juratorum ordinatione, ad vos pertineat, veſtroque officio ac muneri incumbat, bis in Anno, videlicet in craſtino Dominicæ Invocavit, nec non altera Remigii Synodis noſtris Provincialibus, quotiescunque ea obſervari & celebrari contigerit, perſonaliter intereſſe ibidemque ſtatuta & Mandata tam Provincialia, quam Synodalia, quæ in illis communi præhabito conſilio eduntur, publicantur & pronunciantur, audire illorum Exemplaria petere, & recipere, eaque omnia ſecundum modum & formam vobis traditam in proxima congregatione ſeu Capitulo, in veſtris Decaniis obſervando, omnibus & ſingulis Eccleſiarum Parochialium ab unaquaque Decania ſitarum, & veſtris Capitulis ſubjectarum, publicare, ac efficere, ut ea deinceps per Rectores & Vice-Curatores ejusmodi in ſuis Parochiis, cunctis ipſorum ſubditis innoteſcant, & debitæ executioni demandentur. Similiter in eisdem Capitulis, omnia & ſingula Mandata, nos & Archidiaconos noſtros ac veſtros, nec non Majoris Eccleſiæ noſtræ fabricam, ſeu Capitulum veſtrum concernentia, contra omnes & ſingulos Rectores ſeu vice-Curatores memoratos ſive præſentes ſive abſentes, exequi, cum eisdem veſtrarum Decaniarum ſtatutis ita ſtatuentibus, ejusmodi mandata ſic publicata, debite & legitime exequuta cenſeri, ejusdemque roboris, tam in Perſonis abſentium, quam etiam præſentium eſſe, eosdemque pariter coarctare debeant, eo quod omnes in ejusmodi Capitulis veſtris, memoratis de cauſis, vel per ſe, vel legitime impediti, per alios comparere teneantur: Sitque etiam ſpecialiter in ſtatutis bonæ memoriæ Prædeceſſorum noſtrorum Dominorum Sifridi & Walrami omnibus & ſingulis præmiſſa facere negligentibus, ſeu Exemplaria Decretorum Provincialium, ſeu Synodalium habere non curantibus, ſeu ea ſecum minime deferentibus, & in ſuis Decaniis ſeu Parochiis publicare & executioni demandare omittentibus, ſententia Excommunicationis latæ ſententiæ inflicta: jubeantque etiam bonæ memoriæ Prædeceſſoris noſtri, Domini Engilberti ſtatuta, ut vos, aliique ad quos id muneris ſpectat, Eccleſiarum Prælati, in termtnis veſtræ Jurisdictioni ſubjectis, Synodos veſtras Rurales, congruis temporibus celebretis & quæ corrigenda vel reformanda occurrunt, in iisdem Synodis (ad quas omnes in Parochiis in quibus eædem Synodi obſerventur obedienter confluere tenentur) corrigatis

rigatis & reformetis, non obſtante aliqua occaſione, vel conſvetudine contraria, quæ pro corruptela in dictis ſtatutis reputatur, & penitus reprobatur: quibus etiam ſtatutis poſtea felicis memoriæ Hermannus ab Haſſia etiam Prædeceſſor noſter, majus robur addere volens, omnibus & ſingulis Rectoribus & Vice-Curatoribus, qui ſe in dictis Capitulis ſuorum Decanorum ſtatutis temporibus obſervandis, perſonaliter repræſentare non curaverint, ultra pœnas Canonicas, mulctam unius ſcutati Wilhelmi, pro una fiſco noſtro, & pro alia medietatibus vobis Decanis & Capitulis Ruralibus ſub quibus degunt, irremiſſibiliter exigendam, applicandam irrogaverit: niſi tamen eos, ſeu illorum aliquem, rationabilis cauſa, quam & teneantur tunc vobis Decanis & Capitulis, per ſcripta, aut alias legitime, per certum nuncium ad hoc miſſum, allegare, ipſos excuſet: in quo tamen caſu nihilominus expenſas pro qualibet perſona ſolvi conſvetas, vobis Decanis & Capitulis transmittere teneantur: Conſtet quoque, quod Reformatio ſtatus Eccleſiaſtici, nuper anno M. D. XLVIII. in Comitiis Imperialibus Auguſtæ celebratis, per Cæſ. Majeſtatem ordinibus Eccleſiaſticis propoſita, & ab iisdem recepta idem munus præmiſſa peragendi vobis paſſim imponat, & præterea a vobis exigat, ut graviora quæque ad veſtrum Archiepiſcopum & Synodum Epiſcopalem, & Archidiaconos veſtros, publico judicio ſubmittenda, referatis: prout paſſim in ejusmodi Reformatione præſertim ſub titulo: De Eccleſiaſticorum ordinum officiis, paragrapho, Archidiaconi, & ſub titulo: De Viſit. parag. Ad hanc formam, continetur & legitur: Quæ licet omnia ita ſe habeant, vosque omnes & ſinguli, tam tempore inſtitutionis ad Curam quam geritis, quam promotionis ad ſacerdotii ordinem, nec non etiam electionis veſtræ ad officia veſtra Decanalia Juramentis corporalibus intercedentibus, nobis reverentiam & obedientiam, exhibere promiſeritis: Nihilominus tamen certiſſimis teſtimoniis edocti ſumus, quod permulti veſtrum ſuæ propriæ ſalutis immemores, in prædictorum omnium & ſingulorum tam pie & religioſe ſtatutorum ludibrium & contemptum, non ſine gravis perjurii reatus Excommunicationisque & aliarum pœnarum ſupradictarum incurſu, ad Synodum noſtram Diœceſanam proxime poſt Remigii celebratam, perſonaliter comparere. Synodaliaque Decreta & placita in eisdem conſtituta, audire & recipere imo etiam (quod deterius eſt) Capitula veſtra poſt dictæ Synodi noſtræ celebrationem, pro more obſervare, inibique ejusmodi Decreta veſtræ curæ Parochis publicare, & exequenda demandare minime curaveritis: immo quod omnium deterrimum eſt, veſtris Archidiaconis, quibus in dicta Reformatione per Cæſaream Majeſtatem publicata, ſub titulo, de Viſitatione paragrapho, debet itaque, injunctum eſt, ut veſtra Capitula & Regiuncularum veſtrarum Eccleſias, ſingulis quibusque annis viſitare debeant: quibus etiam nos in mandatis dedimus, ut Acta & Decreta in noviſſima Synodo noſtra, vobis in dictis Capitulis veſtris intimarent, & ad eorum executionem requirerent, tanquam notorie rebelles, obaudieritis & dorſa verteritis illos neque audire, neque in Capitulis veſtris præſidere, neque Exemplaria Decretorum noſtrorum recipere, nec eorum Mandata exequi volentes: non recogitantes quod quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & velut ſcelus Idololatriæ, nolle acquieſcere: pœnas & cenſuras prædictas, aliasque in Jure communi contentas, & tales refractarios fulminatas, damnabiliter incurrendo. Quamobrem vos omnes & ſingulos in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum culpabiles, præſentium per tenorem citamus & requirimus, quatenus ad feriam ſecundam poſt Dominicam Invocavit proxime futuram in Civitate noſtra Colonienſi coram nobis, ſeu noſtris Commiſſariis, & ſacra Synodo, perſonaliter compareatis viſuri & audituri, vos ob præmiſſam veſtram inexcuſabilem inobedientiam, Rebellionem, ac ſacrorum canonum, Provinciaiumque & Synodalium & veſtrorum propriorum ſtatutorum, ac etiam Juramentorum veſtrorum, denique Cæſareæ Majeſtatis Reformationis Violationem & Prævaricationem, in pœnas & Cenſuras prædictas, nec non perjurii reatum, damnabiliter incidiſſe, declarari, & declaratos ulterius denunciari & publicari, ac ad alias ad graviores pœnas, etiam depoſitionis ab officio & beneficio, procedi: Niſi coram nobis, ſeu ſacra Synodo allegaveritis cauſam rationabilem, quare præmiſſa fieri non debeant. Certificantes vos omnes & ſingulos, quod ſive in termino Citationis hujusmodi comparueritis, ſive non, Nos nihilominus, ſeu Commiſſarii, una cum ſacra Synodo, ad præmiſſa omnia & ſingula, jure & ratione ſvadentibus, procedemus, & procedi faciemus contumacia veſtra in aliquo non obſtante. Inſuper monemus vos omnes & ſingulos in univerſum, ut deinceps memorata ſtatuta Dominorum Siſridi, Walrami, Engilberti & Hermanni de Viſitatione Synodorum noſtrarum provincialium, & de obſervatione veſtrorum Capitulorum & Synodorum veſtrarum Ruralium edita: nec non Reformationem Cæſaream deſuper ſubſequutam,

tam, obedienter, fideliter, & firmiter obſervetis, nosque & Archidiaconis veſtris debitam obedientiam præſtetis & exhibeatis: nec non ſtatuta & ordinationes ſingularum Decaniarum veſtrarum, coram nobis ſeu commiſſariis noſtris, & ſacra Synodo, in forma avthentica, ſeu meliori qua apud vos detinentur, revidenda & perluſtranda exhibeatis, ſeu exhiberi curetis, ſub excommunicationis, aliisque quas in omnes & ſingulos contravenientes, in his ſcriptis ferimus, pœnis: ſcientes, quod Excommunicationis cenſuram alia ſequetur gravior pœna, hujusmodi mandati noſtri transgreſſoribus irroganda. In quorum fidem & teſtimonium, præſens noſtrum Mandatum in forma publica confici, ſigilliique noſtri ſub impreſſione communiri fecimus. Datæ in arce noſtra Poppelſtorff, die Sabbathi, vigeſima quarta Menſis Januarii, Anno a nativitate Domini M D LI.

Quinto, permultorum Parochorum & Vicecuratorum, qui Eccleſiis adminiſtrandis & oviculis Chriſti paſcendis, ſe addixerunt, gravi certe & dolenda querimonia accepimus, hoc tam excellens & laborioſum miniſterium, præſenti deplorata ætate in tanta paſſim apud Laicos veniſſe vilitatem & conceptum, ut non modo non cogitent ſuarum animarum curatoribus, qui eis ſpiritualia ſeminant, carnalia viciſſim, hoc eſt, vel tenuem victum, quo vitam honeſte traducere poſſint, ſuppeditare, ſed & ea, quæ ſpeciali jure debent, ut ſunt oblationes Altaris, eæ ſaltem, quas quemque fidelem hominem, in quatuor præcipuis anni feſtis exſolvere juſtum eſt, & reliqua, quæ ex laudabili more Eccleſiarum Rectoribus dependi conſveverunt, perinique ſubtrahant. Quo fiat ut eorum plerique, quorum Eccleſiæ nullis, aut admodum tenuibus Redditibus perpetuis ſunt dotatæ, ob facultatulas tam acciſſas, vel ad relinquenda miniſteria, vel ad turpem & ignominioſam mendicitatem propemodum adigantur. Eſſe quoque Laicos quosdam, qui eo veſaniæ venerunt, ut exiſtiment vanum eſſe ſuorum Parentum & neceſſariorum, in Domino defunctorum, ſolennem aliquam in Eccleſiis memoriam agere, aut curare, ut pro eis ad Altare Domini ſacrificium ſalutare offeratur: Non Triceſimos modo & Anniverſarios dies, quorum vetuſtiſſimi quique meminerunt, abrogantes, ſed & honeſtas ſepulturas & religioſas Exequias (quæ & juſta vocantur) ſuis proximis & cognatis exhibere, neglecta prorſus omni Chriſtiana pietate, detrectant & pernegant, non ſatis religioſe de reſurrectione cogitantes: Quæ omnia quam pugnent cum ſacris literis & Eccleſiaſtica Traditione, nemo Catholicus ignorat. Beatiſſimus enim Apoſtolus poſt Dominum pronunciat, (1. Cor. 10.) juſtum eſſe, ut qui Altario deſeruit, cum Altario quoque participet, Domino ordinante (Matth 10.) iis, qui Evangelium annunciant, de Evangelio & vivere, quod dignus ſit operarius mercede ſua. Qui & eodem loco ſuos Corinthios (1. Cor. 10.) alloquens: Si nos inquit, vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? Cui divinæ & Apoſtolicæ doctrinæ Concilium generale innitens, ita quoque conſtituit, quod tametſi Sacramenta libere ſint conferenda, nihilominus tamen ferendos eſſe Laicos, qui laudabilem conſvetudinem erga ſanctam Eccleſiam pia devotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ pravitatis nituntur infringere, ſub prætextu Canonicæ pietatis. Et proinde eodem Concilio ſancitum ſit, ejusmodi pias conſvetudines obſervari debere, & mandatum inſuper Epiſcopis, ut veritate cognita, eos concupiſcant, qui malitioſe nituntur ejusmodi laudabiles conſvetudines immutare. Quamobrem Divinis præceptis & Conciliaribus Decretis obſequi volentes, memoratam Laicorum irreligioſitatem, & iniquam eorum quæ ſuis Parochis debent ſubtractionem & laudabilium Eccleſiæ conſvetudinum præſumptam abolitionem una cum omnibus ordinationibus, ſeu ſtatutis ſecularibus, quibus cuilibet permittitur, ab ordinationibus, traditionibus, & laudabilibus Eccleſiæ conſvetudinibus impune decedere, præſentium per tenorem damnamus, innovantes ſtatutum quondam bonæ memoriæ Domini Wilhelmi Archiepiſcopi, Prædeceſſoris noſtri, ſub titulo: Ne aliqui Domini temporales, vel Judices, vel Conſules aliquid attentent in præjudicium ſanctæ Eccleſiæ, & illius innovatorium & declaratorium, felicis Recordationis Theoderici Archiepiſcopi, incipiens: Item cum præſumptuoſa quorundam dominorum temporalium &c.) quod ſequitur in hæc verba:

Wilhelmus Dei gratia &c.

Præſumptuoſa quorundam dominorum temporalium, &c. ut ſupra.

Innovamus præterea ſtatutum quondam bonæ memoriæ Domini Engilberti contra detentores, ſeu ſubtractores Decimarum, quod ſequitur in hæc verba:

Item cum ſacrilegi cenſeantur, qui injurioſe ſubtrahunt &c. ut ſupra.

Sexto, quia Chriſtus vult (Matth. 18.) eſſe Judicium in Eccleſia & Excommunicatos vitari, tam vivos quam mortuos debere, quod (ſecundum Canones) quibus excommunicamus vivis, nec communicare debeamus defunctis:

quia quoque Chriſtus domui ſuæ, orationi dedicatæ, & quæ huic adhærent fidelium cœmiteriis ſuum vult honorem & immunitatem conſervari: idcirco etiam ſtatutum quondam bonæ memoriæ Domini Friderici Archiepiſcopi, de impedientibus Jurisdictionem Eccleſiaſticam, & de violatoribus immunitatum Eccleſiaſticarum & de excommunicatis in cœmiterio non ſepeliendis, præſentium authoritate innovamus. Cui & hoc adjicimus inique agere Laicos, qui Parochos adigunt ad infantes non baptizatos, vel partus abortivos, in cœmiteriis, ad fidelium tantum corpora confovenda conſecratis, ſepeliendos: quod & hoc ipſo Baptismo injuria fieri videatur, & Anabaptiſtarum furori quiddam tribui, qui omnium hominum, nedum Chriſtianorum infantes, pares, quod ad perpetuam ſalutem conſequendam attinet, faciunt.

Sequitur jam memoratum ſtatutum quondam Domini Friderici.

Fridericus Dei gratia &c. quanquam ſacris Canonibus &c. ut ſupra,

Septimo, quia nunc tempus appetit, quo ſolent dedicationes Eccleſiarum, & Circumlationes venerabilis Sacramenti Euchariſtiæ, Reliquiarum & imaginum & ſimiles Proceſſiones & ſtationes frequentari, in quibus hactenus magis ventri, ſeu commodo, commeſſationibus & ebrietatibus immodicis, & tympanis, ac aliis Muſicis inſtrumentis, laſcive ſatis & procaciter reſonantibus, ſervitum eſt: idcirco ad tam fœdos abuſus penitus abominandos, ſerio volumus & diſtricte præcipimus, Decretum concilii noſtri provincialis, ſub Rubrica de Proceſſionibus, in quibus ſacra Hoſtia cum imaginibus ſanctorum circumfertur: Nec non mandatum noſtrum, in nupera noſtra Synodo ſuper hac re publicatum, firmiter obſervari. Volumusque ut in omnibus Eccleſiis ejusmodi decretum & Mandatum e ſuggeſtis per prædicatores verbi Dei populo diligenter enarrentur, exponantur, & ſcripturarum Divinarum allegationibus inculcentur, quo populus divina voce, cui omnia cedunt, ab Abuſionibus illis peſſimis deterreatur & abducatur.

Octavo, licet Canonicis inſtitutis expreſſum ſit, Clericos de rebus ſuis, quæ conſideratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de jure præter ſui Epiſcopi Conſenſum, facere poſſe teſtamentum: quodque de Clericorum Bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, Epiſcopo loci ad minimum quarta pars relictorum debeatur, ipſumque Epiſcopum Teſtamentorum Executoribus in executione, ſi intra annum eam facere neglexerint, ſuccedere: Noſtri autem Prædeceſſores, & præſertim memoratus quondam D. Hermannus ab Haſſia, debitam nobis portionem ad quantitatem longe minorem, quam a Canonibus tributam, pro ſua in Clericos humanitate redegerint, quam & nos, ne quis ſe gravari, juſte queri poſſit, libenter amplectimur: Idcirco ſtatutum ejusdem Domini Hermanni, de executionibus teſtamentorum a Clericis conditorum quod ſubjecimus, præſentium per tenorem innovamus.

Statutum olim Reverendiſſ. Domini Hermanni ab Haſſia, Archiepiſcopi Colonienſis. De Executionibus Teſtamentorum.

Hermannus Dei gratia &c. Cum nihil plus debeatur &c. ut ſupra.

Ad hæc, quamvis ſecundum Decreta Canonica, Clericorum ab inteſtato decentium bona, ad Eccleſiam devolvantur & ad Epiſcopum ea ſecundum Canonum ipſorum præſcripta, in pios uſus diſtribuere pertineat, reperiuntur tamen qui temerariis & iniquis auſibus eadem bona, ſua authoritate invadere & occupare præſumunt, quod ſub excommunicationis ſententia deinceps fieri prohibemus.

Nono cum Ludimagiſtri hæretica pravitate adſperſi vel infecti, graviſſimam perniciem Eccleſiæ & Reipublicæ afferant, quando ſimplicis & innocentis juventutis animos perverſa & depravata doctrina vitiant ac violant: Eaque de re in Concilio noſtro Provinciali cautum ſit, dandoseſſe per Diœceſim viros cum doctos, tum pios, qui Ludimagiſtros ubique locorum conſtitutos & deinceps conſtituendos, ſimul & libellos, quos prælegunt, diligenter examinent: Hinc eſt quod vobis injungimus, ut excommunicato cum Decanis Ruralibus conſilio, viros tales, quos eruditos ſimul ac pios & Catholicæ Religionis ſtudioſos eſſe, certis teſtimoniis acceperitis, noſtro & Synodi nomine nominatim deſignetis & deputetis, qui ſinguli intra ſua pomeria ipſis decernenda, Ludimagiſtros per totam noſtram Diœceſim, oppidatim, vel vicatim, ad juventutem docendam conductos aut conducendos, diligenter de fide & doctrina examinent, & judicium de autoribus, ex quibus juventus vel etiam plebs tuto doceri poſſit, ferant, idoneos viros approbent, pravos vero & ſuſpectæ fidei, cum malis libellis abjiciunt, & ad hoc inprimis ſint intenti, ne quisquam Ludimagiſter juventuti ſibi concreditæ, alium Catechiſmum prælegat, vel diſcendum proponat, quam qui, ſit citra controverſiam a bene Catholico compoſitus, quique expoſitionem contineat Symboli Apoſtolici, & orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, decem præceptorum, & ſeptem Eccleſiæ

cleſiæ Sacramentorum, ſecundum Catholicæ Eccleſiæ interpretationem & ritus.

Decimo, quia ad Epiſcopos quam maxime Diſciplinæ Eccleſiaſticæ collapſæ inſtauratio, atque ita proh dolor! habeat, quod inexcuſabili incuria & oſcitantia Majorum, tum Capitularis in Collegiis Eccleſiaſticis diſciplina, tum publica pœnitentia, quam Jus divinum & humanum eos, qui publica admiſerunt crimina, antequam ad communionem Sacramentorum recipiantur, peragere poſtulat, pene abolita ſit: Extent autem adhuc, ut accepimus, fragmenta quædam veteris moris apud Eccleſias, quæ ſi docti aliquot & pii diligenter inſpiciant, & cum judicio perlegant facile modum ac viam invenerint utriusque Diſciplinæ tam Cleri, quam populi reſtituendæ: Eam ob rem noſtræ Majoris nec non Collegiatarum, aliarumque Eccleſiarum Prælatis & Perſonis injunximus, ut quæcunque habent ſuper hac re diſciplinæ Eccleſiaſticæ fragmenta, ſeu libellos, intra hinc & Dominicam Lætare, memorato Vicario noſtro in Pontificalibus, exhibere & tradere non detrectent. Ei enim & quibusdam aliis eruditis & piis viris mandatum dedimus, ut indagato quoad fieri poteſt veteri more, nos de modo inſtaurationis utriusque Diſciplinæ admoneant: quo res tam præclara, ad Synodum poſt hanc proximam, noſtræ Diœceſeos Eccleſiis reſtitui per nos poſſit.

Poſtremo, interea dum hæc deſcribi & confici curamus, en literas Reverendiſſimi in Chriſto patris domini Sebaſtiani, Archiepiſcopi Sipontini, Legati Apoſtolici ad Cæſaream Majeſtatem, univerſamque Germaniam deſtinati, accepimus. Quibus duo transſumpta avthentica appoſita erant, quæ ad nos ex ſpecialis S. D. N. mandato transmiſit: unum Bullæ ejusdem S. D. N. Julii Pappæ III. continuationis & proſequutionis Concilii œcumenici, per felicis Recordationis Paulum Papam tertium, Prædeceſſorem ſuum indicti & inchoati, & poſtea certis de cauſis intermiſſi, & in proximis Kalendis Maji reaſſumendi: Alterum brevis Apoſtolici, publicationis ejusdem Bullæ. Et quia S. D. N. in memorata Bulla indictæ continuationis, omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos & Abbates, omnesque alios qui de Jure, vel conſvetudine aut privilegio, conciliis generalibus intereſſe debent, quosque præfatus quondam felicis recordationis Paulus III. in ſuis indictionibus & aliis quibuscunque deſuper confectis & publicatis literis concilio intereſſe voluit, requirit ac monet, ut proximis Kalendis Maji, in ipſa civitate Tridenti, legitimo ceſſante impedimento, convenire & ſe congregare, ac ipſius concilii continuationi & proſecutioni, omni mora poſtpoſita incumbere velint: memoratus quoque Legatus Apoſtolicus nos admonendos putaverit, ut nos in præmiſſis ſic exhibeamus, quemadmodum S. D. N. Papa deſiderat & confidit: Idcirco ex debito filialis obedientiæ, qua Sanctitati ſuæ, ſanctæque Sedi Apoſtolicæ & Eccleſiæ Dei ſumus obſtricti ad noſtrum officium pertinere putavimus, vobis omnibusque aliis & ſingulis, qui de Jure vel conſvetudine, vel privilegio Conciliis generalibus intereſſe debent, quosque præfatus quondam Dominus Paulus tertius in ſuis indictionibus intereſſe voluit, nobis noſtræque Archiepiſcopali Jurisdictioni, quomodolibet ſubjectis, memoratas literas Apoſtolicas, inferius deſcriptas, in hac noſtra ſacra Synodo publicandas, inſinuandas, & notificandas duximus, prout præſentium per tenorem publicamus, inſinuamus & notificamus: confiſi, omnes & ſingulos nobis ſubjectos qui hiſce Apoſtolicis literis requiruntur & monentur, ſe tales præbituros, ut S. D. N. experiatur, neque nos noſtro officio in admonendo, neque illos in eo ad quod ipſi tenentur munere, pro communi Eccleſiæ procuranda utilitate exequendo fuiſſe deſides, aut immorigeros. Literæ vero tam præfati Reverendiſſimi Domini Nuncii ad nos directæ, quam generales S. D. N. ſequuntur in modum ſubſequentem:

Et inprimis exemplar literarum Reverendiſſimi Legati Apoſtolici:

Reverendiſſimo Archiepiſcopo Colonienſi.

Reverendiſſime & Illuſtriſſime Princeps, quum ſuperioribus diebus Sanctiſſimus D. N. Julius Papa tertius, ad tollenda Religionis noſtræ diſſidia, quæ diu in Germania viguerunt, generale Concilium per prædeceſſorem ſuum felicis Recordationis Paulum tertium Tridenti indictum & inchoatum, poſtea certis de cauſis intermiſſum in proximis Kalend. Maji reaſſumendum & proſequendum, expediens & opportunum eſſe judicaverit, ut hanc ſuam deliberationem in ſenatu Apoſtolico approbatam, per orbem Chriſtianum notum faceret, literas ſub Plumbo ad perpetuam rei memoriam confici, & ſucceſſive (ut moris eſt,) publicari mandavit: quæ licet ad dominationis veſtræ Reverendiſſimæ veroſimiliter notitiam devenerint, quia tamen fratres ſuos Patriarchas & Archiepiſcopos ſpeciali Prærogativa dignos eſſe putavit, ſingu-

ſingulariter illos de his omnibus certiores reddere omnino decrevit. Earundem igitur literarum præſens Avthenticum Exemplum, Dominationi veſtræ Reverendiſſimæ transmittendum ad me deſtinavit. Quod ut primum accepi, Venerabili Viro Hieronymo Unicornio, Canonico & Procuratori veſtro ad Dominationem veſtram Reverendiſſimam deferendum conſignavi. Reliquum vero eſt, ut Dominatio veſtra Reverendiſſima in Præmiſſis ſe talem exhibeat, ut S. D. N. Papa & boni omnes eam futuram fore deſiderant & confidunt. Deus optimus maximus perſonam ſuam cuſtodiat. Data Auguſtæ, die XXVIII. Januar. M. D. LI.

Ad omne obſequium Dominationis Illuſtriſſimæ, S. *Pinginus, Archiepiſcopus Sipontinus, Legatus Apoſtolicus.*

Bulla Reductionis generalis Concilii ad Civitatem Tridentinam, cum Monitione & Requiſitione Prælatorum, ad illius proſecutionem, per S. D. N. Julium III. Pontificem Maximum, de Anno 1550. vid. in hujus Spicilegii Eccleſiaſtici Tom. I. p. 480. & p. 481.

Hæc ſunt, quæ in præſentiarum a vobis Commiſſariis noſtris ac tota Synodo poſcimus. Quæ ſi Synodali authoritate firmata gnaviter, ut ſpes eſt, executi fueritis, feceritis rem veſtris officiis dignam, ac expreſſam noſtram voluntatem & mentem. In quorum Robur & teſtimonium, præſentes literas ſigillo noſtro ſub impreſſo fecimus communiri. Datæ in Arce noſtra Poppelſtorff Anno Domini M. D. LI. ipſo die Valentini Martyris.

His itaque literis memorati Reverendiſſimi Domini, D. Archiepiſcopi Colonienſis publice perlectis ſacra Synodus conſurgens, ſe in domum Capitularem Eccleſiæ Majoris recepit. Illicque conſidens, quum (præhabito ſuper præſcriptis Decretis, Edictis Mandatis, & juſſionibus in eisdem literis ordine narratis & contentis, maturo tractatu) comperiſſet, ea omnia & Divinis literis & ſacris Canonibus quam maxime conſentanea eſſe, & plurimum ad reformationem proſequendam profutura: idcirco pro ſuæ obedientiæ debito, eadem ipſa ut mature, ſancte, & pie ab antedicto ſuo Archiepiſcopo conſtituta & mandata ſunt, recipiens, Synodali etiam authoritate firmavit, & ab omnibus, quos concernunt, ſub cenſuris & pœnis comminatis, fideliter exequenda decrevit. Dei inde recitata fuerunt nomina & annotati præſentes Decani rurales, ſeu Chriſtianitatum, videlicet Arcuenſis ſeu Boumenſis, Tulpetenſis, Berchemenſis, Geldrenſis Noviomagenſis, alias Zeifflicenſis, Suchtelenſis, Nuſſienſis, Wattenſchedenſis, Sanctenſis, Tremonienſis, Tuitienſis Ludenſchedenſis, Warmbachenſis, Aſſindienſis

Quo facto, providus Magiſter Tilmannus Rinſche, Procurator Fiſcalis præfati Reverendiſſimi Domini noſtri, reproduxit, Citationis, & reſpective Monitionis & Requiſitionis mandatum, per eundem Dominum noſtrum Reverendiſſimum contra omnes & ſingulos Chriſtianitatū Decanos, per totam Dioœceſin Colonienſem conſtitutos, ſuperioribus diebus, emanatum & legitime executum, petens, per providum Magiſtrum Crathonem a Leyten de Wetter, Notarium Publicum & ſuperioris ac præſentis Synodi ſcribam ad hoc ſpecaliter deputatum, memoratos Decanos præſentes ſingulatim interrogari. Anne dictum mandatum ipſis & unicuique ipſorum, per Nuncium ſeu Tabellarium præfati Reverendiſſimi Domini noſtri ad hoc ſpecialiter deputatum & juratum, rite & legitime inſinuatum fuerit.

Qui omnes ex ordine interrogati reſponderunt quod ſic. Hoc audito, & per procuratorem Fiſcalem recepto & acceptato, idem Procurator fiſcalis petiit memoratum Magiſtrum Crathonem Notarium, per ſacram Synodum moneri ad deſignandum ex ſuo Protocollo Actorum Synodi proxime præcedentis, nomina Decanorum Ruralium, qui tunc (nulla legitima excuſatione facta) non comparuerunt. Qui per Synodum monitus, ex ſuo Protocollo deſignavit & recitavit, Decanos, Juliacenſem, Wattenſchedenſem, Sanctenſem, Tremonienſem, Altendorienſem, Dusburgenſem, Wormbachenſem.

Tum fiſcalis petiit a ſancta Synodo jam nominatos Decanos illic adſtantes, ob ejusmodi ſuam non comparitionem addictam Synodum Epiſcopalem, in pœnas & cenſuras in dicto Mandato expreſſas, incidiſſe declarari: ac potiſſimum eos, qui a dicta Synodo ſua Capitula pro more non ſervaverunt, nec ad ea ſuos Archidiaconos, ad præſidendum admittere, nec decreta Synodalia recipere, nec Mandata Eccleſiaſtica, ſecundum diſpoſitionem ſacrorum Canonum, & ſtatutorum provincialium, & Cæſareæ Reformationis Auguſtæ receptæ, decreta exequi voluerunt.

Deinde quoque accuſavit contumaciam Decanorum, ad præſentem Synodum comparere non curantium, eorumq; contumaciam ſecundum ejusdem Mandati tenorem petiit puniri.

Denique poſtulavit Decanos præſentes omnesque alios obſervationi Synodorum Epiſcopalium intereſſe debentes, requiri & moneri,

moneri, ut dicto Mandato Reverendiſſimi Domini noſtri poſt hac per omnia pareant, ac ut Decani Rurales ſuarum Decaniarum ſtatuta, ſeu ordinationes in medium exhibeant.

Verum ex adverſo prædicti Decani accuſati præſentes, varias & diverſas excuſationes ſuæ culpæ attuliſſent, ac omnes, qui in ditionibus illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini Wilhelmi, Ducis Juliacenſis, Clivenſis & Montenſis, Comitis in Marcka & Ravenſperg, Domini in Ravenſtein &c. commorantur, quosdam literas ab eodem Principe ad ſe directus produxiſſent, & earum vigore ſibi Juſtum metum incuſſum allegaſſent, & inter hos Religioſus pater Albertus Koninck, ſacræ Theologiæ Magiſter, qui Eccleſiam Parochialem in Duren & Decanatum Juliacenſem, ſine tamen authoritate præfati Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi adminiſtrat, & præterea quoddam beneficium Eccleſiaſticum, in dicta Eccleſia Durenſi ſitum, ſine tamen canonica inſtitutione detinet, prout hæc ad interrogationem Procuratoris fiſcalis publice confeſſus eſt, cum inquam, is præ ceteris à dicto ac aliis Procuratoribus Fiſcalibus Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi, & officialiis Reverendi & illuſtriſſimi Domini, Domini Georgii ex Ducibus Brunſvicenſibus, Præpoſiti Eccleſiæ Majoris Colonienſis & Archidiaconi &c. urgeretur: Commiſſarii Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi, una cum ſacra Synodo omnibus & ſingulis Decanis Ruralibus præſentibus, & ſuperius nominatis, infra ſcripta interrogatoria proponi fecerunt, & ad ea per verbum veritatis affirmativè, vel negative, clare ac diſerte reſpondere illos juſſerunt, uti factum eſt in modum ſubſequentem:

Primum itaque interrogati fuerunt: Anne verum ſit, quod ipſi omnes & ſinguli Reverendiſſimo Domino noſtro Archiepiſcopo triplicis Juramenti vinculo ad obedientiam & reverentiam debitam præſtandam obſtricti ſint? Primum quidem, ratione ordinationis ſuæ ad Sacerdotii gradum: Secundo, ratione Inſtitutionis ſuæ ad Eccleſias Parochiales, quas adminiſtrant: Tertio, ratione officii ſui Decanalis? Et reſponderunt omnes, ſe, ut memoratum eſt, obſtrictos eſſe.

Secundo, rogati ſunt: Anne verum, quod ipſi non modo ex diſpoſitione Juris communis & ſtatutorum Provincialium Eccleſiæ Colonienſis, Reformationisque per Cæſaream Majeſtatem Auguſtæ propoſitæ & receptæ, ſed etiam ex antiquiſſimo more ab immemorabili tempore in Eccleſia & Diœceſi Colonienſi ſemper obſervato, atque adeo juxta ſuarum Decaniarum ſtatuta à ſe jurata, teneantur, quotannis bis in civitate Colonienſi ad Synodos Archiepiſcopales perſonaliter (niſi tamen legitimè impediti fuerint, & per ſuos procuratores, ad hoc ſpeciale Mandatum habentes & fidem de impedimentis facientes excuſentur) comparere, & eisdem Synodis, quarum una feria ſecunda poſt invocavit, ſecunda vero altera poſt Remigii Epiſcopi celebrantur, intereſſe, & audire Decreta, quæ in illis Synodice conſtituuntur & ſanciuntur, eorumque exemplaria petere & ſibi comparare, & ea diligenter legere, attendere, & obſervare? Ad quam interrogationem ſimiliter reſponderunt ſe ad hæc teneri.

Tertio interrogati ſunt. Anne itidem ex antiquiſſimo more ſupra omnium hominum memoriam ſemper obſervato, atque etiam ſuarum Decaniarum ſtatutorum vigore (ut Jus commune ſtatuta Eccleſiæ Colonienſis & Cæſaris Reformatio ſileant) obſtricti ſint, quotannis bis, poſt Archiepiſcopales Synodos celebratas, ſua Capitula obſervare, & in eisdem omnibus & ſingulis Eccleſiarum Parochialium Rectoribus & Vicecuratoribus ſub eorum Decaniis commorantibus, eisdemque Capitulis intereſſe debentibus, Decreta in Synodis Archiepiſcopalibus promulgata inſinuare & publicare, & ut ea ulterius quique in ſuis Parochiis publicent, & obſervari faciant, committere? Et reſponderunt, quod ſic.

Quarto, interrogati ſunt. Anne ſimiliter ſecundum ſua propria ſtatuta, ipſorum Juramentis corporalibus firmata, & præterea ex more longe vetuſtiſſimo teneantur in eisdem Capitulis exequi quæcunque Mandata Eccleſiaſtica, ſuum Archiepiſcopum Eccleſiæ Colonienſis fabricam, ſuum item Archidiaconum, & ſuum denique Capitulum concernentia? Et faſſi reſponderunt ſe teneri.

Quinto, interrogati ſunt: Anne itidem ex receptiſſimo more ab immemorabili tempore obſervato, celebratio ſacrarum Synodorum Parochialium ſemper ſpectaverit & pertinuerit primo quoque anno ad Archiepiſcopum, ſecundo verò ad Archidiaconum, tertio, ad Decanum Ruralem, & quarto ad Rectores ipſarum Eccleſiarum Parochialium: quodque in eisdem Synodis, quæ correctione & reformatione digna ſunt, corrigi & reformari debeant? Et reſponderunt, rem ita ſe, ut interrogati ſunt, habere.

Sexto, interrogati ſunt. Anne ipſi Decani Rurales tam de Jure communi, ordinationeque ſtatutorum Eccleſiæ Colonienſis, quam etiam ex antiquiſſima conſvetudine, teneantur, omnes & ſingulas Beneficiales, Matrimoniales & reli-

qua; Eccleſiaſticas cauſas, quæ judicialem requirunt indaginem, ad tribunal, ſeu forum ſui Archiepiſcopi ſeu Archidiaconi remittere, per eos ſua Authoritate Jure terminandas: Et quod ad ipſos attinet Decanos, debeant eſſe contenti ſola correctione Synodali delictorum manifeſtorum, in Synodis Ruralibus delatorum & publicatorum, eo quod ipſi nullam habeant Jurisdictionem contentioſam, ad cognoſcendum ſuper viribus titulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel matrimoniorum, & ſimilium, quorum cognitio proprie ad Epiſcopos & Archidiaconos pertinet: Quod ad ipſos ſolos inſtitutio & Deſtitutio & Matrimonialium ac ſimilium Eccleſiaſticarum cauſarum cognitio, ſpectet? Et, anne conſtet, ipſos Decanos non poſſe mucronem Epiſcopi (quæ Excommunicatio eſt) ſua authoritate diſtringere? Et reſponderunt omnes, rem ita ſe habere, nemine contradicente.

Septimo, interrogati ſunt: Anne teneantur caſus Epiſcopis per ſacros Canones pro indicendis pœnitentiis ſpecialiter reſervatos, ad ſuum Archiepiſcopum remittere? Et reſponderunt quod ſic.

Poſtremo interrogati ſunt: velintne ſuperiorum Synodorum & præſentis Decreta ſecundum veterem conſuetudinem & morem, & prout de Jure tenentur, publicare & obſervare: & in his, ſicut ab antiquo fieri ſolitum eſt conſvetum, decenter ſe gerere, ſuoque Archiepiſcopo reverentiam & obedientiam debitas in omnibus exhibere? Et reſponderunt ſe velle pro ſua virili & quantum poſſent.

Quibus ſic geſtis, Commiſſarii præfati Reverendiſſimi Domini noſtri una cum ſacra Synodo, prædictis Decanis accuſatis, aliisque adſtantibus & ad Synodum non pertinentibus, paululum ſecedere juſſis, habita ſuper præmiſſis matura conſultatione & deliberatione: & deinde dictis accuſatis rurſus coram ſe ad ſuam præſentiam revocatis, tandem inſtante Procuratore fiſcali, in Notarii & Teſtium infra ſcriptorum præſentia, ſuum Decretum Synodale in ſcriptis tulerunt, quod & publice legi, recitari, & pronunciari fecerunt, tenoris ſubſequentis:

Decretum ſacræ Synodi.

Licet Commiſſarii Reverendiſſimi Domini noſtri, D. Adolphi Archiepiſcopi Colonienſis, Principis Electoris &c. ac ſacra Synodus non audiverint cauſas rationabiles & in Jure fundatas, per quas, qui accuſati ſunt, ab inobedientia ſua in totum excuſentur: eo maximè, quod nullius Decani non vementis ad Synodum Epiſcopalem excuſatio recipi debet, niſi facta per procuratorem ad hoc habentem ſufficiens Mandatum, & docentem de legitimo impedimento ſui Mandatoris, & propterea poſſent de rigore eos in pœnas & cenſuras in Mandato reducto comprehenſas, incidiſſe declarari: Nihilominus in præſentiarum humanius agere volentes, pœnarum & cenſurarum hujusmodi declarationem, uſque ad proximam Synodum ſuſpendunt: eo ſalvo, quod Reverendum D. Provincialem & Venerabilem D. Priorem Carmelitarum in Colonia requirunt, ut F. Albertum Koninck, ſui Ordinis profeſſum, & præter authoritatem ordinarii ſui, Archiepiſcopi, Eccleſiam Parochialem Durenſem, unà cum pluribus Vicariis, etiam ſine titulo, occupantem, & Decanatum Ruralem Juliacenſem adminiſtrantem, contra ſacrorum Canonum ſanctiones, quæ talibus anathematis pœnam infligunt, in & ad ſuum Monaſterium & obedientiam, juxta canones Synodi Provincialis noviſſime celebratæ, revocent, donec authoritatem ſui ordinarii & Canonicam inſtitutionem de aliis beneficiis, & abſolutionis & rehabilitationis beneficium mereatur, obtinere: Quam authoritatem, conſenſum, & abſolutionis beneficium poteſt in continenti per ſe, vel alios apud Reverendiſſimum Dominum noſtrum prope exiſtentem, & apud ſuperiores ordinis ſui, niſi velit in inobedientia perſeverare ſibi procurare. Statuentes nihilominus & decernentes, quod Decani Rurales ſub Illuſtriſſimo Principe & Domino, Domino Duce Juliacenſi, Clivenſi & Montenſi, ac Comite Marckenſi & Ravenſpergenſi &c. commorantes, teneantur, ſe cum Decretis & Actis in hac præſenti Synodo ad Celſitudinem ejus Illuſtriſſimam perſonaliter conferre, & eandem de omnibus hic pronunciatis, publicatis & actis, fideliter, obſequioſe, & humiliter informare, & de eo certiorem reddere, quod in Synodis proximè celebratis, ſeu etiam in hac, nihil ſit eis à Reverendiſſimo Domino ſuo Archiepiſcopo Colonienſi injunctum, niſi quod ad Celſitudinem ſuam Reverendiſſimam, tanquam loci Archi Epiſcopum & ordinarium, non ſolum de jure, ſed etiam de more & conſvetudine ultra omnem hominum memoriam ſpectavit & pertinuit & in cujus uſu ſuæ Reverendiſſimæ Celſitudinis prædeceſſores per totam ſuam Diœceſin hactenus fuerunt. Quodque ipſi niſi perjurium incurrere & debitam obedientiam ſuo Archiepiſcopo (quod abſit) ſubtrahere velint, teneantur ejusmodi Decretis & Mandatis parere, vel ſua miniſteria relinquere: ea ſpe, quod præfatus illuſtriſſimus Dux, hujusmodi informatione recepta, clementer patie-

patietur, prout etiam ſua Illuſtriſſima Celſitudo in ſuis literis ad hoc ſe offert, præfatum Reverendiſſimum ſuo jure Archiepiſcopali ſibi ab antiquo competenti, libere uti: eo maximè, quod Sacra Synodus informata eſt, Reverendiſſimum Dominum nihil penitus novi velle attentare, ſed tantum cupere, ut fiat & ſervetur ſpiritualis & temporalis Jurisdictionis diſtinctio, & quod quisque in exercitio ſuæ Jurisdictionis maneat illæſus. Præfigentes nihilominus dictis Decanis terminum infra ſcriptum, videlicet, ut intra hinc & feſtum Lancæ & Clavorum, Reverendiſſimum Dominum noſtrum de Actis & expeditis per eos certiorem reddant, & datum reſponſum ad Celſitudinem ſuam Reverendiſſimam perferant; injungentes eisdem, ut de cæterò, ut promiſerunt, ſua officia debita, ad quæ juxta propriam confeſſionem tenentur & obligantur, fideliter exequantur, ſi declarationem cenſurarum & pœnarum prædictam, in proximam Synodum ſuſpenſam, velint evitare. Mandant quoque eisdem Decanis, ut qui ſtatuta ſuarum Decaniarum, ad manum habent, ea revidenda Dominis Commiſſariis Reverendiſſimi noſtri intra hinc & diem Lanceæ & Clavorum procurent. Nec hinc diſcedant, niſi Decretis & Actis hujus Synodi Sigillatis & ſubſcriptis, quibus parere teneantur, ſibi comparatis.

Cui quidem Decreto ſic lecto & recitato nemo contradixit. Et ſic Synodus, facta dimiſſione in Domino eſt ſoluta. Actum & datum in Schola Theologorum, in qua Synodus communiter celebrari conſvevit: ac poſt digreſſum ex eadem, in domo Capitulari Majoris Eccleſiæ Colonienſis ſub anno Domini M. D. LI. feria ſecunda poſt Dominicam Invocavit, quæ erat ſexta decima menſis Februarii. Præſentibus ibidem Clariſſimo Domino Franciſco Buchardo, Jurium Doctore, & præfati Reverendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Colonienſis Conſiliario aulico: Nec non Venerabilibus egregiis & circumſpectis viris Dominis Joanne à Kempis, & Joanne Beckum, Jurium Licentiatis, Petro à Cosfeldt, Reverendi Capituli Colonienſis Secretario, & Caſparo à Dorler, teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis. In fidem & teſtimonium præmiſſorum, ſigillum Majus venerabilis Curiæ Colonienſis, de mandato præfatorum Dominor. Commiſſariorum & ſacræ Synodi præſentibus Actis, per memoratum Magiſtrum Crathonem, hujus Synodi Notarium de Simili Mandato ſubſcriptis eſt impreſſum.

De ſpeciali mandato & commiſſione Reverendorum, Illuſtrium & Venerabilium Dominorum Commiſſariorum prætati Reverendiſſ. Dni. mei, ac totius ſacræ Synodi, ego Cratho à Leyten de Wetter, Notarius publicus, ejusdemque Synodi ſcriba ſpecialiter deputatus, rogatus & requiſitus, ſubſcripſi.

CCXXXVI.

Vergleich zwiſchen Churfürſt Adolpho III. zu Cölln und Herrn Landgraf Philipps zu Heſſen-Caſſel, einige Irrungen betreffend, de Anno 1553. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unter Chur-Cölln, pag. 98.

CCXXXVII.

Kayſers Ferdinandi I. Confirmation und Renovation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Cölln, ſo er Churfürſt Antonio zu Cölln ertheilet, de Anno 1558.

Univerſis & ſingulis præſens documentum viſuris, lecturis, ſeu legi audituris, pateat evidenter, & ſit notum; Quod poſtquam piiſſimæ memoriæ quondam Sereniſſimus & Reverendiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Maximilianus Henricus, Dei gratia Archi-Epiſcopus Colonienſis, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarius & Princeps Elector, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ Legatus natus, Epiſcopus Hildeſienſis & Leodienſis, Electus Epiſcopus Monaſterienſis, Adminiſtrator Bergdesgadenſis, Superioris & Inferioris Bavariæ, idemque Superioris Palatinatus, Weſtphaliæ, Angariæ & Bullionii Dux, Comes Palatinatus Rheni, Landgravius in Leuchtenberg, Burggravius in Stromberg, Marchio Franchimontenſis, Comes Loſſenſis & Hornenſis, ac Dominus Borckloe &c. die tertia Junii concurrentis anni vitam ſuam mortalem cum cœleſti permutavit: Interim vero Poſtulatio Reverendiſſimi Domini, Domini Gvilielmi Egonis, Landgravii de Fürſtenberg, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Epiſcopi Argentinenſis &c. ſub beneplacito Sanctiſſimi, alte memorato Domino Maximiliano Henrico, &c. in Coadjutorem Archiepiſcopatus Colonienſis alias facta, in quantum eousque ſciebatur, non erat ſortita effectum, idcirco ad occurrendum periculis, quæ viduatis Eccleſiis ex diuturna illarum vacatura plerique accidere ſolent, Capitulum Metropolitanum Colonienſe tali digniſſimo & laudatiſſimo Archipræſule orbatum, die 11. ejusdem Menſis ad id ſpecialiter congregatum, pro Neo-Archiepiſcopo & Electore in ejus locum eligendo, ſive poſtulando, conſtituerit decimam nonam proxime ſubſequentis Menſis Julii, atque ad Electionem, ſive Poſtulationem ejusmodi celebrandam mandavit citari omnes & ſingulos ad id communiter, vel diviſim intereſſe habere putantes. Die itaque ſtatuto adveniente, poſt miſ-

ſam de Spiritu Sancto &c. in æde Metropolitana ſolenniter decantatam, circa horam 10. matutinam, in domo Capitulari ejusdem Eccleſiæ perſonaliter comparuerint Reverendisſimi & Eminentisſimus, itemque Serenisſimi & Celſisſimus, ac Illuſtrisſimi, nec non Perilluſtres, Prænobiles, Eximius, Conſultisſimi & Ampliſſimi reſpective Domini. 1) Dominus Gvilielmus Egon, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Epiſcopus Argentinenſis, Landgravius Alſatiæ, ac in Furſtenberg &c. dictæ Eccleſiæ pro tempore Decanus, &c. 2) Dn. Philippus Eberhardus, Princeps, Subdecanus &c. 3) Dn. Franciſcus Gobertus, Comes de Aſpermont & Rechum &c. Chori Epiſcopus. 4) Dn. Franciſcus Adolphus Wilhelmus, Comes in Oſt-Friesland & Rietberg &c. Scholaſticus. 5) Dn. Ferdinandus Rudolphus, Comes de Furſtenberg, &c. Senior Diaconus. 6) Dn. Alexander, Comes de Salm & Reifferſcheit &c. Junior Diaconus. 7) Dn. Franciſcus Bernhardus, Princeps de Naſſovia, Præpoſitus, qua Theſaurarius. 8) Dn. Antonius Ludovicus, Princeps Neoburgicus, ordinis Teutonici Magnus Magiſter &c. 9) Dn. Carolus Gobertus, Comes de Aſpermont & Reckheim. 10) Dominus Erneſtus Dominicus, Comes de Wanderſcheid, Falckenſtein. 11) Dn. Hugo Franciſcus, Comes de Königseck. 12) Dn. Hermannus Fridericus, Comes ab Hohenzollern, 13) Dn. Maximilianus Philippus, Comes de Wanderſcheid. 14) Dn. Franciſcus Ludovicus, e Ducibus Neoburgicis, Epiſcopus Vratislavienſis &c. 15) Dn. Philippus Henricus, Princeps de Croye. 16) Dn. Henricus Mehring, Senior Presbyter. 17) Dn. Thomas de Qventel, Curiæ Archiepiſcopalis Colonienſis pro tempore officialis. 18) Dn. Chriſtophorus Fridericus Geyer. 19) Dn. Johannes Petrus de Qventel. 20) Dn. Johannes Henricus Anethan, Epiſcopus Hierapolitanus. 21) Dn. Antonius Wormbs. 22) Dn. Johannes Godefridus Becquerer. 23) Dn. Adamus Dahmen. Omnes & ſinguli Canonici Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis pro tempore repræſentantes. Et poſtquam Eminentisſimus Dn. Decanus, uti Præſes hujus Capituli, in præſentia Prænobilis & Conſultisſimi Domini Gerardi Renſing, J.U.D. & Secretarii pro tempore Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis, nec non mei Gotſcalci Waſſerfall, & mei Bernhardi Voſſ, Notariorum, itemque Venerabilium Matthiæ Bullingen & Adami Willich, Vicariorum dictæ Eccleſiæ, uti teſtium ad infra ſcripta omnia & ſingula diligenter, & ſedulo obſervanda ſpecialiter vocatorum, propoſuiſſet, illis luculenter conſtare, hodiernam diem in negotio prænentionatæ Electionis & Poſtulationis novi Archiepiſcopi determinatam & præfixam eſſe, atque ad eum finem neceſſarias Citationes tam in valvis, ut ſupra, Eccleſiæ, quam perſonis Dominorum Capitularium, circa idem tempus hic Coloniæ præſentium, & ad poſtem Cæſaream reſpective intimatas, ideoque nunc tractandum fore, qualiter in præſenti electione ſive poſtulatione, juxta Jura Canonica, veniat procedendum, Capituli Syndicum interim monendo, ut prætactæ Citationis intimationi debitam fidem faceret. Et tunc Magiſter Andreas Waſſerfall, in qualitate Procuratoris, reproduxit eandem citationem juxta adſcriptam relationem adſtantis Notarii Voſſ, tam in valvis Majoris Eccleſiæ Colonienſis, quam etiam in perſonas, & ad ædes inibi nominatorum Dominorum Capitularium, hic Coloniæ tunc præſentium, intimatam; Et quia antenominatus D. Renſing, ſimiliter retulit, quod ipſe in qualitate Secretarii hujus Eccleſiæ, prætactæ citationis copias immediate ſequenti occaſione ad Sereniſſimum & Reverendisſimum Dn. Hermannum, Marchionem Badenſem, aliosque in Inſtrumento relationis memorati Voſſ ulterius nominatos, cum convenientibus literis & inſcriptione, mediante Cæſariorum Veredariorum Magiſtro, hic Coloniæ tradi fecerit, antenominatus Syndicus petiit, abſentes pro contumacibus, & præſentes pro obedientibus haberi, atque juxta effectum ſupratactæ Citationis latius procedi: Poſtquam igitur omnes & ſinguli præſentes Capitulares, mediante organo Eminentisſimi Domini Præſidis fuerant interrogati, an aliquis illorum a quodam haberet mandatum? Illuſtrisſimus Dominus Hugo Franciſcus, Comes de Königseck, produxit quandam complicatam & conſignatam Papiri ſchedulam, in qua dicebat, contineri ſpecialem conſtitutionem Sereniſſimi & Reverendisſimi D. Hermanni, Marchionis Badenſis, in ſe exhibentem, directam, una cum inſertione certæ perſonæ, in vim ejusdem, in futurum Archiepiſcopum & Electorem Colonienſem Electorem eligendæ, contra quod mandatum, licet primo fuerit obmotum, quod illud eſſet contra ſtylum & obſervantiam hucusq; in Electionibus apud Eccleſiam Metropolitanam Colonienſem communiter ſervari ſolitam, ex quo illud eſſet clauſum, & proinde non ſciretur, an in illo contineretur clauſula, quod conſtitutus in conſtituentis animam, quoad eligendum, poſſet ſeu deberet jurare; Secundo Dn. conſtituens eſſet extra Provinciam & proinde ad hunc Electionis, ſive Poſtulationis actum, ipſum non fuiſſe opus citare. Tertio notorium exiſteret, quod Dominus conſtituens medio tempore, quo fuit Canonicus Metropolitanæ Colonienſis Eccleſiæ aliquandiu fuerit bellum ac caſtra ſecutus,

ſecutus, ac proinde cenſeretur irregularis. Attamen facta relatione, quod dictus Marchio ad hunc actum, juxta præinſertam relationem Secretarii, ſpecialiter fuerit citatus, item quod benefati D. Marchionis perſona in aliquibus antecedentibus Electionibus de facto ſit admiſſa, ac prædicto mandato aperto inter alia in eo fuit reperta hæc clauſula; Et generaliter omnia & ſingula faciendi, gerendi & exercendi, quæ ipſe conſtituens præſens, quomodolibet facere poſſet ſeu deberet &c. Si cilli ſeu illis, quibus id ipſum videbitur, quævis competentes exceptiones, tam contra formam dicti mandati, quam etiam Domini conſtituentis perſonam ſunt reſervatæ, ipſum vero in iisdem literis expreſſum votum, ſub priori proteſtatione & reſervatione ad ſcrutinium fuit remiſſum: His peractis Eminentiſſimus Dominus Decanus, reperto, omnes reliquos Dominos Capitulares eſſe præſentes, adeoque nulla declaratione contumaciæ quoad abſentes fore opus, ſic in qualitate Decani ac Præſidis Capituli omnes & ſingulos excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, irregulares, aut alio quovis modo inhabiles, ſi qui adeſſent, publice juſſit exire Capitulo, proteſtans, quod eorum vota nulli deberent præſtare ſuffragium, aut afferre nocumentum, quodque prò non receptis, & non datis haberi debeant: Super quo admodum Reverendus & Ampliſſimus Dominus Johannes Godefridus Becquerer, Presbyter Canonicus tradidit Capituli Secretario certam quandam proteſtationem per Sereniſſimum Ducem Franciſcum Ludovicum, Comitem Palatinũ &c. Hugonem Franciſcum Comitem de Kœnigseck, & Philippum Henricum, Ducem de Croye &c. ac manu ſua propria ſubſcriptam, volens eandem publice prælegi, & ſimul eidem, juxta inibi latius contenta, ſuo & ſuorum Dominorum ſubſcribentium nomine per omnia inhærens. Quæ proteſtatio tunc etiam per Dominum Secretarium Capituli prælecta fuit, & quia in ejusmodi proteſtatione, præter alia quædam, de excommunicatione quorundam Dominorum Capitularium præſentium, ac de modo procedendi ad Scrutinium ſecretum per ſchedulas continebantur, ſic proteſtatione hujusmodi prælecta Eminentiſſimus Dominus Cardinalis proteſtatus fuit de hujusmodi inuſitata, informi & nimis præpropere injecta proteſtatione, utpote quod eadem nihil aliud ſaperet, quam quod præſens electionis, ſeu Poſtulationis negotium vellet interrumpi, Capitulum turbari, & ipſi Domino Præſidi in ſuo officio præjudicari, ſuſtinens, talia molientes ſe ad votandum reddere incapaces, nam quoad primum punctum dicebat, ſibi in ſpecie de nullo excommunicato, ſeu declarato conſtare, ſi Dominus Canonicus Becquerer eundem ſciret, poſſet aperte nominare, alias ipſe Dominus Præſes, teſtante toto Capitulo, omnes excommunicatos, ſuſpenſos, irregulares. & ſimiles juſſiſſet jam tum Capitulo exire, declarando, quod eorum vota nulli debeant præſtare ſuffragium, vel afferre nocumentum. Quoad ſecundum punctum dicebat, Eminentiſſimus Dominus Præſes, ſe eundem remittere ad deciſionem Majoris partis Capituli, cumque deſuper ad vocationem Capitularium perveniſſet, deciſum eſt per majora, primo ejusmodi proteſtationem quidem apud Protocollum permanere poſſe, quia vero pro nunc de nullo declarato, vel aliter excommunicato Capitulari hic præſenti conſtaret, ejusmodi proteſtationem eatenus non eſſe attendendam; Secundo cum noviſſime in Electione, ſeu Poſtulatione novi Coadjutoris, ſeu pie Defuncti Archiepiſcopi Electoris Colonienſis juxta textum Capituli: Quia propter &c. per ſecretum Scrutinium vocale proceſſum fuerit, quod pro nunc iterum taliter procedendum ſit, circa quam Electionem, ſeu Poſtulationem inſtituendam Dominus Chriſtopherus Fridericus Geyer, exiſtens in ordine ſui voti, propoſuit, quod ipſe, aliique Canonici presbyterales Metropolitanæ Colonienſis, ante hæc ſenſerint, & adhuc ſentiant, quod ipſi æque ac Domini Canonici illuſtres in omnibus Electionibus, ſeu Poſtulationibus Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis voto activo & paſſivo gaudere poſſint, ideoque ipſis etiam per hunc Electionis, ſeu Poſtulationis actum jus ſuum præſervari velint; Ad quod Eminentisſimus Dominus Decanus, qua Præſes Capituli, reſpondit: Si deſuper quid juris prætendere vellent, hoc ipſis ab antiquo competere debere, & non per noviſſimos actus, & idcirco ſi iidem hoc jus ab antiquo probare poſſint, quod ſua Eminentia, etiam, qua Capituli Præſes, hoc illis per hanc electionem ſive poſtulationem non intendat auferre, minus in ullo præjudicare. Subſequenter invocata de novo Spiritus Sancti gratia per ſubmiſſam recitationem hymni Veni Sancte Spiritus &c. cum verſiculo & Collecta, de gremio Capitulari in Scrutatores præſentis electionis ſive poſtulationis deputati fuerunt, Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Wilhelmus Adolphus, Comes in Oiſtfriesland & Riedberg &c. Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis pro tempore Scholaſticus, una cum Sereniſſimo Domino Philippo Henrico, Principe de Croye &c. & admodum Reverendo Domino Henrico Mehring iisque per ſæpe fatum Dominum Præſidem data eſt

poteſtas

poteſtas ſigillatim, & in ſecreto, primo ſua & poſtmodum cunctorum Dominorum Capitularium vota diligenter exquirendi, exquiſita in ſcriptis redigendi, taliterque in ſcriptis redacta conferendi, & collata publicandi, cæteraque omnia & ſingula faciendi, quæ præſentis Electionis ſive poſtulationis qualitas, quomodolibet exigeret aut requireret, quo prævio, ſicut præfertur, electi Domini Scrutatores ad manus antenominati Domini Præſidis jurarunt, quod omnia & ſingula præmiſſa, ſine dolo & fraude velint facere, hocque juramento præſtito, iidem, qui ſupra, Domini Scrutatores, aſſociatis ſibi antenominatis, Secretario, Notariis & Teſtibus, proceſſerunt ad conclave, inter initio mentionatam Domum capitularem ac Sacriſtiam Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis mediam, cæteris Dominis in loco capitulari remanentibus, ibidemque in præſentia eorundem Secretarii, Notariorum & Teſtium, Dominus Philippus Henricus Princeps de Croye & Dominus Henricus Mehring &c. ſæpius memoratum D. Franciſcum Adolphum Wilhelmum, Comitem de Rittberg, & ſubſequenter eadem Illuſtriſſima ſua gratia cum fato D. Mehring. antenominatum Principem de Croye atque expoſt, modo dicti Domini Comes & Princeps, eundem D. Mehring in virtute S. obedientiæ & ſub animæ cujusque periculo admonuerunt, & adjurarunt, ut ſecundum Deum & ſuam conſcientiam in præſenti negotio illum in Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopum & Sacri Romani Imperii Electorem velit eligere, ſeu poſtulare, quem quilibet ipſorum dictæ Eccleſiæ magis utilem, ac idoneum reputaverit; Hac adjuratione facta ſecundus & tertius antenominatorum Dominorum Scrutatorum in ſimili norma ſcrutati ſunt primum, & deinde primus & tertius ſecundum, ac demum primus & ſecundus tertium, quorum votis ſucceſſive per ſæpius mentionatos ſecretarium & Notarios fideliter annotatis, ſubſequenter Domini Decanus, Subdecanus, Chori-Epiſcopus, Senior & Junior Diaconi, Theſaurarius ac cæteri Capitulares, juxta ordinem ſuarum dignitatum & reſpective Senium ſuæ primordialis poſſeſſionis, in quo poſſeſſionem ſuarum præbendarum ab initio acceperunt, e Domo Capitulari fuerunt vocati, atque illi omnes & ſinguli, etiam ſic, ut præfertur, medio ſimili juramento moniti & adjurati, ſecundum Deum & conſcientias ſuas, viva voce in præſenti electionis, ſive poſtulationis negotio, vota ſua expreſſerunt. In quo quidem ſcrutinio hoc accidit, quod poſtquam ſupra nominati Domini Scrutatores circa inibi conſtitutam menſam ex ordine conſederunt, illis ſubſequenter fuerit inſinuatum, ut juramentum taciturnitatis circa inſtantem electionem ſive poſtulationem ab illis exigerent, qui ad hoc tenerentur, prout idem juramentum etiam ex poſt per ſæpius mentionatos teſtes realiter eſt præſtitum. Inſuper etiam in eodem Scrutinio antenominatus Dominus Comes de Kœnigseck monitus, ſe non habere ſpeciale mandatum jurandi, in animam Domini mandantis, Sereniſſimi Marchionis Badenſis, reſpondit votum continere mandatum generale, unde juravit, & votum dedit. Cumque illa omnia & ſingula modo præmiſſo quoque fuiſſent in Scriptis redacta, D. Scrutatores cum Secretario, Notariis & Teſtibus ſuperius nominatis ad Domum capitularem regreſſi, ibidem præſentibus Dominis capitularibus, mediante organo Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Franciſci Adolphi Wilhelmi, Comitis de Rittberg &c. publicationem fecerunt, in communi, diſerte referendo & explicando, quod illorum, qui in hoc electionis, ſive poſtulationis negotio ſuffragia tulerunt, eſſent viginti quatuor, & ut certo ſciretur, horum nullum in eo fuiſſe omiſſum, ſingulorum votantium nomina ex protocollo Scrutinii ſunt prælecta; publicatione hac facta Eminentiſſimus Dominus Præſes, ſuo & totius Capituli nomine ſæpefatis Dominis Scrutatoribus dedit poteſtatem præſpecificata vota collationandi.

Qua facultate obtenta D. D. Scrutatores, cum iisdem, Secretario, Notariis & Teſtibus, ad locum Scrutinii reverſi, vota ſic, ut præfertur, prolata, de numero ad numerum, Zelo ad Zelum, & merito ad meritum, invicem collationarunt, atque hac collatione facta, Capitulum reingreſſi, ibidem perſiſtentibus retulerunt, quod ex præſpecificatis viginti quatuor votis, tredecim in unam perſonam, novem in aliam, ac demum reliqua duo vota utpote in unam quamque perſonam unum votum ſint directa; rogando & requirendo Dominos Capitulares, utrum placeat, ut minora vota accedant majoribus; ſuper quo puncto, poſtquam aliquamdiu diſceptatum eſſet, tandem per majora concluſum fuit, quod ita; proteſtantibus & contradicentibus firmiter iis Dominis Capitularibus, qui in Scrutinio in perſonam eligendam vota ſua direxerant, volentes ante omnia ſibi exponi, quot vota pro perſona poſtulanda, quot pro eligenda, vel etiam aliis data eſſent, acceptoque a Dominis Scrutatoribus reſponſo, quod ille, qui haberet tredecim vota, eſſet poſtulandus, qui vero haberet novem vota, prout, quorum uterque haberet unum votum, eſſent eligendi. Cumque ulterius Scrutatores quæſiviſſent,

viſſent, an placeret de illo, in quem majora poſtulantium vota directa ſunt, poſtulationem ſolenniter fieri, eandemque publicari, perque majora id etiam placuiſſet, D. Johannes Godefridus Becquerer, Canonicus nomine ſuo, & ſibi adhærentium iterato eidem per expreſſum contradixit, aſſerens primo, quod in hac conjunctura ſoli electioni non vero poſtulationi ſit locus; Secundo, quod in hac poſtulatione adſit impedimentum, ideoque ſi poſtulatio ſit publicanda, publicanda etiam ſit electio, vel ſimpliciter totum Scrutinium. Tertio, quod Poſtulandus neceſſario deberet habere ultra duas tertias votorum, præter multa alia, quæ omnia ita cito aſſequi non potuerunt, proteſtando de his & ſimilibus aliis gravaminibus ſibi, ſuis aſſociatis, & ipſi Domino eligendo per hoc illatis, & quomodolibet inferendis, ac recurſu deſuper ad Sanctiſſimum habendo. Contra vero Eminentiſſimus D. Cardinalis præmiſſis per Dominum Canonicum Becqverer, & alios ita propoſitis & obmotis per expreſſum contradixit, ſuſtinens, quod per electionem, uti a minori parte Capituli factam, nulli ullum jus acquiri poſſit, prout illuſtriſſimus Dominus Comes de Rittberg, unus Dominorum Scrutatorum, proteſtationibus & contradictionibus per D. Canonicum Becquerer, nomine Dominorum eligentium, obmotis, firmiter contradicendo, aſſerebat, quod juxta capit. quia propter &c. non poſſit de duabus perſonis publicationem facere, ſed tantum de una, & quidem de illa, in quam majora vota ſint directa, ideoque votis omnium Dominorum Capitularium deſuper denuo acquiſitis, poſtquam per majora iterum deciſum, quod ſic, bene memoratus D. Comes de Rittberg &c. primus Scrutatorum tam ſuo, quam cæterorum ſuorum Dominorum Scrutatorum nomine, in locum glorioſæ memoriæ quondam Sereniſſimi & Reverendiſſimi Domini, D. Maximiliani Henrici, Archiepiſcopi & Principis Electoris Colonienſis, utriusque Bavariæ Ducis &c. noviter piiſſime defuncti, poſtulavit in novum Archiepiſcopum & Electorem Colonienſem, Eminentiſſimum & Reverendiſſimum Dominum Guilielmum Egonem, Landgravium de Furſtenberg, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, Epiſcopum Argentinenſem, hujus Metropolitanæ Colonienſis Eccleſiæ Decanum, juxta Schedulam, quam toti Capitulo prælegit & publicavit, in modum ſequentem, videlicet:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti,
Amen.

Cum per obitum Sereniſſimi & Reverendiſſimi Domini Maximiliani Henrici, Bavariæ Ducis &c. Archiepiſcopi & Electoris Colonienſis, Domini noſtri Clementiſſimi, feliciſſimæ memoriæ, Eccleſiam Colonienſem non ita pridem vacare contigerit, antequam poſtulatio Coadjutoris cum futura ſucceſſione a Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa admiſſa fuerit, ideoque ad obviandum periculis & diſpendiis, quæ in caſum diuturnæ vacationis, Vacanti, & viduaræ Eccleſiæ Colonienſi imminere poſſent, ad electionem, vel poſtulationem novi Archiepiſcopi procedendum, & citationibus opportunis, in eum finem relaxatis, debite intimatis & reproductis, hodierna die per formam Scrutinii in Concilio generali & Capit. quia propter &c. de Elect. præſcriptum, vacanti Eccleſiæ providendum eſſe placuerit, factoque juxta ejusdem Generalis Concilii formam, ſcrutinio ac eo publicato, & collatione habita diligenti, repertum ſit, majorem Capituli partem vota ſua in Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Landgravium de Furſtenberg &c. direxiſſe, eundemque poſtulaſſe: hinc Ego Franciſcus Adolphus Wilhelmus, Comes Orientalis Friſiæ & Rittberg &c. Metropolitanæ hujus Colonienſis Eccleſiæ Capitularis & Scholaſticus unus Conſcrutatorum, vice mea ac nomine & vice omnium illorum, qui vota ſua in memoratum Eminentiſſimum Cardinalem, Landgravium de Furſtenberg direxerūt, ex poteſtate mihi ab illis tradita & conceſſa, memoratum eminentiſſimum Dominum Cardinalem, Decanum & Canonicum Capitularem hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, ex legitimo matrimonio & illuſtri proſapia procreatum, in ſacris ordinibus conſtitutum, moribus, ſcientia, vitæ honeſtate ac longæva rerum Capitularium experientia prædictum, in ſpiritualibus & temporalibus providum & circumſpectum, aliasque ad regendam Eccleſiam Colonienſem ſingulariter idoneum & habilem, in Archiepiſcopum Eccleſiæ Colonienſis ac Principem Electorem poſtulo: ſuper quibus Domini Capitulares, qui in perſonam eligendam novem vota direxerant: contra hujusmodi poſtulationem iterum iterumq; proteſtati fuerunt, ac petierunt ſimiliter publicari electionem, vel ſaltem nominari perſonam, in cujus electionem prætacta novem vota eſſent directa, ſecus vero ipſe Dominus Becquerer publice conteſtabatur, quod ipſe hoc in vim ſchedulæ, quam manu tenebat absque eo eſſet facturus: annuente tandem majore Capituli parte, ut id, citra tamen Domini Poſtulati præjudicium, fieret, illuſtriſſimus Dominus Comes de Rittberg, ad requiſitionem Domini Canonici Becqverer, retulit, pro Domino poſtulato

Eminentiſſimo Cardinale Decano adeſſe tredecim vota, pro Sereniſſimo Principe Joſepho Clemente, ex Ducibus Bavariæ &c. Vero novem, ac pro illuſtriſſimo Domino Choriepiſcopo, Comite de Reckheim, unum, atque pro Sereniſſimo Principe Ludovico Antonio, Duce Neo-burgico &c. ſimiliter unum, prout id ipſum ita factum fuiſſe nobis Notariis & ipſius Domini Comitis de Rittberg, exaliorum Dominorum Scrutatorum proprio ore pariter conſtat. Quo prævio, cum Eminentiſſimus Dominus Cardinalis, Decanus, modo præmiſſo in Archiepiſcopum & Electorem Colonienſem poſtulatus, pro conſenſu de ſe factæ poſtulationi præſtando, requiſitus eſſet, idem cum aliquibus ex Dominis Capitularibus, e domo Capitulari ad locum habiti Scrutinii ſecedens, in finem deliberandi, quid ſibi deſuper faciendum putaret, paulo poſt ad domum Capitularem reverſus, longiori ſerie expoſuit, quamvis Archiepiſcopus Colonienſis pro tempore grandi ære alieno gravatus, ac tot tantisque litibus involutus, & quam ſibi difficile futurum prævideret, hujus depauperatæ Eccleſiæ & Archidiœceſis regimen ſuſcipere, ſi tamen Deo Sanctæque Sedi Apoſtolicæ ita placeret, ſe poſtulationem de ſe factam, pro majori Eccleſiæ incremento, ac promotione publicæ tranquillitatis non reſpuere; atque tunc etiam Seren. Princeps Ludovicus Antonius, Ordinis Teutonici ſupremus Magiſter coram Capitulo declaravit, quod eodem modo electionem pro Sereniſſimo Duce Bavariæ acceptaret, ſub cautione de rato, & oblatione de exhibendo deſuper mandato. Cui vero eminentiſſimus Dominus Cardinalis cum iis Dominis Capitularibus, qui ipſum poſtulaverunt, per expreſſum contradixit, ſuſtinens, quod id fieri non poſſit, tam ex parte deficientis mandati, quam alias, &c. Solenniter ſimul proteſtans de notoria nullitate electionis, a minori parte Capituli modo præmiſſo inſtitutæ, Dominis Principibus Neo-burgicis, cum ſuis ſibi adhærentibus continuo a contrario de novo proteſtantibus. Cumque tandem Capitulariter propoſitum fuiſſet, annon neceſſarium videretur, ut hæc facta ſolennis poſtulatio etiam, prout moris & ſtyli, Clero & populo denunciretur. Eminentiſſimus Dominus poſtulatus illo fine iterato e domo Capitulari ad locum Scrutinii receſſit, ut remanentibus tanto liberior foret facultas in hoc puncto votandi; atque altememorata ſua Eminentia, ſicut præfertur, in prætacto loco conſtituta, per majora denuo concluſum, quod ſic; Mandatumque Secretario Capituli, ut deſuper conſvetam formam in Germanico ederet, quæ edita, ac inter varias Dominorum eligentium proteſtationes, contradictiones, reſervationes & provocationes publice prælecta, ac taliter in multis correcta, per organum Senioris Canonici Presbyteralis & Conſcrutatoris D. Henrici Mehring, juſſa Clero & populo prælegi, & per eundem hanc denunciationem fieri. Qui igitur Eminentiſſimo D. Cardinali, Decano, uti per majora poſtulato, concomitante majori Capituli parte, ſcilicet DD. Subdecano, Chori-Epiſcopo, Scholaſtico, Seniore & Juniore Diaconis, ac Theſaurario, una cum Dominis Carolo Gobert, Comite de Reckheim, Erneſto Dominico, Comite de Wanderſcheid, Hermanno Friderico, Comite ab Hohenzolleren, & Maximiliano Philippo, Comite de Wanderſcheid, prout etiam DD. Thoma & Johanne Petro de Quentel, & D. Chriſtophoro Geyer, qui ex conſuetudine minora majoribus accedere ſolere prius & dixerat, ſalvo, quod per hoc Dominos Proteſtantes majoribus legare non intendat, & in choro, a latere præpoſiturali reperiebatur, ad chorum Eccleſiæ deducto, & in majoribus ſubſelliis a latere Decani adſtante, ejusmodi denunciationis ſchedulam alta & intelligibili voce prælegit, eandemque ad Clerum & populum fecit in ſora, ut ſequitur:

Quandoquidem per obitum glorioſæ memoriæ Sereniſſimi & Reverendiſſimi Principis ac Domini, Domini Maximiliani Henrici, Archi-Epiſcopi Colonienſis, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellarii, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legati nati, Epiſcopi Hildeſienſis & Leodienſis Electi, Epiſcopi Monaſterienſis, Adminiſtratoris Berchtesgadenſis, Superioris & Inferioris Bavariæ, nec non Superioris Palatinatus, Weſtphaliæ, Angariæ & Bullionis Ducis, Comitis Palatini Rheni, Landgravii Leuchtenbergenſis, Domini in Borcklœ &c. Domini noſtri clementiſſimi, hunc Archiepiſcopatum & Electoratum vacare contigerit, idcircò Reverendiſſimi, Sereniſſimi, Illuſtriſſimi, & Perilluſtres, Prænobiles, & Conſultiſſimi Domini, Decanus & Capitulum hujus Archiepiſcopalis & Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, mei Clementiſſimi & gratioſi Domini, utpote quibus ſolis de jure communi, privilegio & antiqua conſuetudine hujus Eccleſiæ Electio novi Archiepiſcopi & Electoris competit, hodiernam diem decimam nonam currentis menſis Julii pro eligendo ſeu poſtulando novo Archiepiſcopo & Electore unanimiter determinarunt, & præfixerunt; Ad quod & alii abſentes Domini Capitulares, prout de jure ac juxta morem & conſvetudinem hujus Eccleſiæ citati, atque peracto ſacro, & invocata gratia Spiritus Sancti,

cti, ad novam & Canonicam ejusdem electionem, ſive poſtulationem proceſſerunt, & per ejusmodi electionem Reverendiſſimum & Sereniſſimum Principem ac Dominum D. Gvilielmum Egonem, S. Rom. Eccleſiæ Cardinalem, Epiſcopum Argentinenſem, Landgravium Alſatiæ, & in Fürſtenberg, Comitem in Heiligenberg & Wertenberg &c. pro novo Archiepiſcopo & Principe Electo, in Capitulo per majora poſtularunt, ac proinde omnibus & ſingulis hic præſentibus, cujuscunque dignitatis, ſtatus & conditionis iidem ſint, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, hoc ipſo ejusmodi poſtulationem per me denunciari mandarunt omnes & ſingulos, tam in genere quam in ſpecie requirendo & rogando, hujus Archidiœceſis verò Statibus, Superioribus & Inferioribus Officiantibus, & Subditis, clementiſſime ac ſævere præcipiendo, quatenus altememoratum Clementiſſimum Dominum Poſtulatum qua talem ubique debite agnoſcant, revereantur ac venerentur. Reliquis Dominis Capitularibus taliter, ut ante, proteſtantibus ex Domo Capitulari Chorum prætereuntibus iisque inhærentibus &c. quoad ulteriores proteſtationes, contradictiones & reſervationes ipſumque actum poſtulationis & electionis nos in omnibus & per omnia, ad ſuperius a nobis factam relationem fideliter referendo: Acta & facta fuerunt, & ſunt hæc Coloniæ Agrippinæ, Anno milleſimo ſexcenteſimo, octuageſimo octavo, die quidem Lunæ, decima nona Menſis Julii, Indictione II. Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Innocentii divina Providentia Papæ ejus nominis XI. anno duodecimo, tempore & locis ut ſupra.

Et quia Ego Godſchalcus Waſſerfall, ſacris Apoſtolica & Imperiali Autoritatibus publicus Venerabilis Curiæ Archiepiſcopalis Colonienſis tempore Senior Notarius præinſertis omnibus & ſingulis, una cum antenominatis Domino Secretario Capituli Metropolitani, Connotario Voſſ, & teſtibus præſens interfui eaque ſic fieri vidi, audivi, ac quantum humanitus licuit, in notam ſumpſi, ideo hoc Documentum cum dicto Connotario deſuper confeci & ſubſcripſi, ſolitoq; Notariatus mei ſigno munivi, ex parte beatememorati Capituli ad id ſpecialiter requiſitus.

(L. S.)

Godſchalcus Waſſerfall, idem qui ſupra Notarius ſubſcr.

Et quia ego Bernhardus Vos, Notarius Apoſtolico-Cæſareus, ac Venerabilis Curiæ Archiepiſcopalis Colonienſis juratus, ſimiliter ex parte Illuſtriſſimi Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis ſpecialiter requiſitus, præmiſſis omnibus & ſingulis una cum prænominatis Dominis Secretario Capituli, & Godſchalco Waſſerfal Seniore Notario & teſtibus in hoc Inſtrumento mentionatis præſens ac perſonaliter interfui, eaque omnia ſic ſucceſſive fieri vidi & audivi, etiam, quantum mihi poſſibile fuit, in notam ſumpſi; ideo præſens publicum Inſtrumentum deſuper confeci, ac manu mea propria ſubſcriptum conſueto meo Notariatus Sigillo communivi.

(L. S.)

Bernhardus Voſs, Notarius, qui ſupra mpp.

CCCI.

Proteſtation derjenigen Herren Capitularen des Ertz-Stiffts Cölln, ſo Pfaltzgraf Joſephum Clementem bey Rhein und Hertzogen in Bayern zum Ertz-Biſchoff und Churfürſten zu Cölln erwehlet, wider alle des Gegentheils ihrem Erwehlten nachtheilige Attentata, de Anno 1688.

QUandoquidem nuper ſub die 9. currentis menſis in Capitulo Metropolitano contra literas ex parte 13. Dominorum Capitularium ſeſe pro Poſtulatoribus Eminentiſſimi Domini Cardinalis, Landgravii de Furſtenberg aperte gerentium ibidem exhibitas & prælectas, ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum, nec non Sereniſſimos Electores, Saxonicum & Brandenburgicum, ac diverſa Germaniæ Capitula directas, tanquam injurioſas, calumnioſas & facto repugnantes oretenus, noſtro & abſentium Dominorum Capitularium nomine, quantum exigvitas temporis tunc permittebat, proteſtati fuerimus, ulteriora etiam in contrarium ſuo loco & tempore latius proponenda, reſervando. Hinc Nos infra ſcripti Capitulares, vigore reſervationis hujusmodi, & alias pro ulteriori Noſtra & jurium Eccleſiæ Noſtræ defenſione omnino neceſſarium duximus, in hisce ſcripris denuò quam ſolenniſſime & omni meliori modo Noſtro & abſentium Capitularium nomine proteſtari.

1. Quod dictæ literæ, sicut & aliæ anteriores scripturæ extra Capitulum, & absque ejusdem præscitu clandestine conceptæ, postmodum in eodem obiter prælectæ, &, protestationibus non obstantibus, sub nomine & Sigillo Capituli expeditæ fuerint.

2. Quod in illis ad Sanctissimum Dominum nostrum non satis fideliter expressum fuerit; quasi 13. Dominis Capitularibus postulantibus unus, 14. accesserit, votum vero unius ex eligentibus pro nullo reputetur, quodq; Serenissimus Dux Bavariæ, Josephus Clemens, Electus, nimis acerbe, tanquam Juvenis, & rerum gerendarum inexpertus, atque ad Regimen Ecclesiæ minus sufficiens taxetur, idque non sine sigillatione ipsiusmet Sanctissimi Domini nostri, qui per indultum suum Apostolicum eidem Principi, Josepho Clementi, benignissime concessum, omnibusq; Dominis Capitularibus hujus Ecclesiæ jamdudum notificatum & publicatum, quæcunq; si quæ obstetissent impedimenta, sustulit & supplevit, quodque insuper prætensi Domini postulantes in iisdem literis asserant, dictam Electionem Serenissimi Principis, Josephi Clementis multiplici nullitatis vitio laborare, eundemque pro Electo nullatenus censeri debere.

3. Quod in literis ad altememoratos Dominos Serenissimos Electores, & Capitula Germaniæ, ut præfertur, directis injuriose & calumniose asseratur, quasi per minas pro parte Augustissimi Romanorum Imperatoris, per Suæ Sacræ Cæsareæ Majestatis Legatum Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Comitem de Cauniz, in communi Capitulo, & extra illud apud quemvis in privato sparsas, Nos, tanquam conscientiæ, & juramenti immemores, ad resiliendum a priori concluso & voto, jurejurando etiam confirmato, & ad vota nostra in præfatum Electum Principem dirigendum concuti & terreri permisissemus. Contra quam injuriam Sacræ Cæsareæ Majestati non minus, quam Nobis illatam, prout altissime fata sua Majestas ipsamet condigna remedia adhiberi sciet, ita & Nos iterum quæcunque opportuna de jure Nobis competentia, comprimis autem contra fabricatorem hujus injuriosi scripti, quem Nobis denominari petimus, reservamus, & coram Deo & mundo hisce contestamur, quod nullis exterarum Potentiarum minis, quarum quidem ex parte Augustissimi Imperatoris, nec vel minimas nobis incussas esse asseveramus, territi, sed solius Dei gloria, recto conscientiæ Nostræ dictamine, Ecclesiæ utilitate & communi totius & Archidiœcesis, & Imperii Romano-Germanici bono moti & permoti, vota Nostra in Serenissimum Principem Josephum Clementem direxerimus, eundemque, quantum in Nobis fuit, Canonice elegerimus, & huic Metropolitanæ Ecclesiæ digniorem & utiliorem Antistitem judicaverimus, idque inter quam plurimas alias tam publicas, quam privatas, & utrasque sane graviissimas, quæ in negotio Coadjutoriæ non accurrebant, nec militabant, rationes etiam in eo, quod ipsemet Sanctissimus Dominus Noster eundem Serenissimum Principem Electum, per communicationem Indulti eligibilitatis ad hanc Ecclesiam Colonienſem non minus, quam Hildesiensem & Leodiensem specialiter habilitaverit, & per hoc eundem idoneum & sibi magis bene visum non obscure demonstraverit, & ne huic Apostolicæ intentioni ullum poneretur obstaculum, eadem Sanctitas sua Eminentissimo Domino Cardinali non solum petitam ante hac Ecclesiæ hujus Coadjutoriam, verum etiam Indultum Eligibilitatis, quamvis vehementissime desideratum, &, ne aliquo modo ad hunc Archiepiscopatum aspirare posset, etiam quæsitam licentiam dimittendi Episcopatum Argentinensem denegaverit.

4. Acceptamus etiam firmissime, quod Domini Postulantes Eminentissimo Domino Cardinali prævio juramento se obstrictos fuisse, in dictis literis fateantur, ideoque protestamur, vota illorum tanquam non libera, sed præoccupata, & in alieno arbitrio subjecta nullius momenti esse, ac postulationem hujusmodi etiam in hoc nullam, & irritam remanere.

5. Protestamur solenniſſime, quod non solum dictæ literæ ita, ut præfertur, indebite conceptæ fuerint, verum etiam Eminentissimus Dominus Cardinalis de Fürstenberg, cum assistentia eorundem DD. Postulantium, maxima ex parte benefato Eminentissimo Domino Cardinali sangvine, vel affinitate junctorum, Consiliarios tam Aulicos, quam Camerales, aliosque Ministros Civitatum, Fortalitiorum, & oppidorum Gubernatores, ac Officiales militum hujus Archidiœcesis, non obstante, quod coram Deputatis Capituli dudum, & statim post mortem Sereniſſimi Archiepiscopi Nostri piissimæ memoriæ, Capitulo juraverint, recentissime novum fidelitatis juramentum sibi præstari fecerit, & quidem hisce formalibus: Quod neminem pro Archiepiscopo & Electore Colonienſi agnoscere debeant, quam illum, qui per majora Capituli prò tali reputaretur. Eos vero, qui novum hujusmodi juramentum ejurare

rare recusaverunt, officiis suis, in quibus antecedenter per Capitulum Metropolitanum confirmati erant, privaverit; Quæ sane in non modicum vilipendium Sacræ Sedis Apostolicæ vergere, quilibet prudens facile dijudicabit.

6. Protestamur contra omnes & singulos administratorios actus, quos idem Eminentissimus Dominus Cardinalis, cum sibi adhærentibus D. D. Postulantibus, Bonnæ, seu alibi locorum, sub specie & prætextu majoritatis votorum Capituli, facit & gerit aut in futurum quovis modo faciet, seu geret, cum nullatenus permittere valeamus, aut debeamus, quod in præsenti causa, in qua benefatus Eminentissimus Dominus Cardinalis cum suis adhærentibus D. D. Postulantibus, unam solummodo partem constituit, eorundem D. D. Postulantium vota majora Capituli facere, aut in causa propria concludere possint, sed tam eligentes, quam Postulantes æquales hinc inde partes constituere & dispositioni Superiori, id est, Sacræ Sedis Apostolicæ omnia in hoc passu relinqui debeant.

7. Protestamur etiam specialissime, quod sæpe benefatus Eminentissimus D. Cardinalis cum assistentia suorum D. D. Postulantium Palatium Archiepiscopale Bonnæ occupaverit, & in ipsis Conclavibus Electoralibus instar Electoris, habitationem suam sumpserit, quodque cum iisdem D. D. Postulantibus, sumptibus Ecclesiæ, aut totius Patriæ, alias satis depauperatæ, cum gravi ejusdem Ecclesiæ dispendio Bonnæ hæreat, & in præjudicium Capituli ibidem circa regimen, & administrationem omnia dirigat & ordinet, & ibi concluſa & concepta, absque prævia communicatione in Capitulo obiter tantum prælegi & per majora suorum adhærentium expediri, & exequi faciat, nostris in contrarium factis protestationibus non obstantibus.

8. Protestamur expresse, quod idem Eminentissimus Dominus Cardinalis cum Agente, seu Residente Ratisbonæ, Domino Petro Holzemio solus correspondeat, & nullam hactenus communicationem Correspondentiæ hujusmodi Capitulo faciat, excepto, quod ultimas solum literas d. 2. Augusti, in quibus titulus Electoralis Eminentissimo Domino Cardinali datur & attribuitur, in Capitulo prælegi fecerit.

9. Protestamur denique, quod Eminentissimus Dominus Cardinalis præsidia in locis forti-

tioribus Archidiœcesis augeat, novas Copias in Civitates & munitiones pro libitu adeo copiose introducat, ut in hospitationibus illarum nec domibus Clericorum & Ecclesiasticis immunitatibus parcatur, absque quod Nobis hucusque constet, unde pecuniæ pro tam numeroso milite alendo requisitæ, quibus solvendis patria hæc d. pauperata minime sufficit, desumantur, ut propterea timendum sit, ne exteris Potentiis, quæ nervum alendi tam copiosi militis forte suppeditant, aut ipsas etiam militum copias subministrant, gravis inde prætensio in hanc Nostram Archidiœcesin quæri possit.

10. Cum præterea metuamus, ne sumptus, & expensæ pro parte D. D. Postulantium Romæ & alibi in hac causa quomodolibet faciendæ ex mediis Ecclesiæ & Patriæ desumantur, hinc pariter contra hoc absolute & quovis meliori modo protestamur.

11. Prout contra illud, quod iidem D. D. Postulantes Sigillum Capituli penes se detineant, eodem pro libitu utantur, & sub eodem, & nómine Capituli quascunque expeditiones pro parte sua faciant, cui tamen, uti supra dictum est, iidem D. D. Postulantes, unam solummodo partem in hac causa constituant & absque gravi nota, in præjudicium alterius partis eligentium & electi nomine, in sigillo Capituli nequaquam valeant.

Quæ omnia & singula præmissa, cum juribus Canonibus, Constitutionibus Ecclesiæ, & æquitati repugnent, ideo nos protestationi alias in scriptis a Nobis Capitulariter factæ inhærentes, hanc iteratam protestationem denuo publice interponere, atque ita conscientias nostras, ratione damnorum & præjudiciorum tam Ecclesiæ Nostræ, quam etiam toti patriæ & vicinis forsitan Romani Imperii Provinciis, ex præmisso benefati Eminentissimi Domini Cardinalis, & eidem adhærentium D. D. Postulantium, qui omnes & singuli, eorumque hæredes desuper suo tempore sub gravi obligatione respondere habebunt, procedendi modo, causandorum exonerare, & omnimodam devotionem Nostram Sacræ Sedi Apostolicæ contestari debuimus, requirentes Secretarium Nostrum Capitularem, Dn. Gebhardum Rensing J. U. D. ut hanc protestationem, justamq; nostram defensionem protocollo, & actibus Capitularibus, ad perpetuam rei memoriam fideliter inserat, & desuper quibusvis petentibus copiam faciat.

In fidem præſentem proteſtationis Schedulam Noſtro, & abſentium D. D. Eligentium

(L. S.)
Franciſcus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni.

(L. S.)
J. H. Anethan. Epiſcopus Hierap. Suffraganeus, V. G. Colonienſ.

nomine ſubſcripſimus. Datum - - Auguſti 1688.

(L. S.)
Antonius Wormbs, ſubſcripſi meo & abſentium nomine.

(L. S.)
Johannes Godefridus Becqverer.

(L. S.)
Adamus Dhamen.

CCCII.

Des Päbſtlichen Conſiſtorii zu Rom Confirmation der Wahl Pfaltzgraf Joſeph Clementis bey Rhein und Hertzogs in Bayern, zum Ertz-Biſchoff und Churfürſten zu Cölln, de Anno 1688. **ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. unter Chur-Cölln,** pag. 465.

CCCIII.

Ejusdem Decretum, die Adminiſtration in geiſtlichen Dingen im Ertz-Stifft Cölln, unter Churfürſts Joſephi Clementis daſelbſt Minorennität betreffend, de Anno 1688.

SAcra Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita, poſt maturam diſcuſſionem, quo potiſſimum modo Eccleſiæ Colonienſi conſuleretur, donec Sereniſſ. & Reverendiſſ. Joſephus Clemens, ex Bavariæ Ducibus & ad ipſam canonice electus ad legitimam ætatem perveniat, cenſuit, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit, Temporalium Adminiſtrationem ejusdem Eccleſiæ liberè præfato Joſepho Clementi eſſe dandam; Spiritualium verò Eidem ea lege committendam, ut ipſam gerere debeat unà cum Epiſcopo Hieropolytano, prædictæ Eccleſiæ Suffraganeo ac Canonico, qui intelligatur deputatus in eadem Adminiſtratione ad Sanctitatis ſuæ & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum. Et facta relatione Sanctitas Sua Sacræ Congregationis Sententiam benignè probavit. Datum Romæ die 15 Septembris 1688.

A. Epiſcopus Hoſtienſis, Card. Cybo.
Laurent. Caſonus, Secretarius.

CCCIV.

Des Ertz-Biſchoffs und Churfürſts Joſeph Clementis zu Cölln Juramentum, ſo er dem Röm. Stuhle geleiſtet, de Anno 1688. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. unter Chur-Cölln,** pag. 465.

CCCV.

Pabſts Innocentii XI. Confirmation der auff Pfaltzgraf Joſeph Clementem bey Rhein und Hertzog in Bayern ausgefallenen Wahl zum Ertz-Biſchoffe und Churfürſten zu Cölln, de Anno 1688.

Innocentius P. P. XI.

DIlecte Fili, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolatus officium, meritis licet imparibus, Nobis ex alto commiſſum, quo Eccleſiarum omnium ſollicitudinem gerimus, ſalubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter ſatagentes, ſolliciti corde reddimur & ſolertes, ut cum de Eccleſiarum ipſarum Regiminibus agitur committendis, tales eis in paſtores præficere ſtudeamus, quorum præſidio & auctoritate providaque directione illæ non ſolum præſerventur a noxiis, ſed etiam, adſpirante ſuperni favoris aura, felicibus proficere valeant incrementis. Sane Metropolitana Eccleſia Colonienſis, cujus pro tempore exiſtens Archiepiſcopus etiam Sac. Roman. Imp. Princeps Elector exiſtit, & cui bonæ memoriæ Maximilianus Henricus, ex Ducibus Bavariæ, dum viveret, Archiepiſcopus præſidebat, per obitum ejusdem Maximiliani Henrici, qui extra Romanam curiam debitum naturæ perſolvit,

ſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta, cum dilecti Filii, Capitulum & Canonici dictæ Eccleſiæ, ad quos, occurrente illius Vacatione electio Perſonæ idoneæ, illi ad electionem hujusmodi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem præficiendæ, juxta concordata dudum inter ſedem Apoſtolicam & inclitam Nationem Germanicam inita, ſpectare dignoſcitur, pro futuri Archiepiſcopi Colonienſis electione celebranda, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt & debuerunt, Electioni hujusmodi commode intereſſe, die ad id præfixa, ut moris eſt, convenientes in unum, alii quidem Te, qui Canonicatum & præbendam dictæ Eccleſiæ Colonienſis ex diſpenſatione Apoſtolica obtines, ac dilecti Filii Nobilis Viri Maximiliani Emanuelis, utriusque Bavariæ Ducis S. R. I. Principis Electoris frater Germanus, & in decimo ſeptimo ætatis tuæ anno conſtitutus exiſtis, quique Ratisbonenſi & Friſingenſi Eccleſiis, ex conceſſione pariter & diſpenſatione Apoſtolica, munere conſecrationis nondum ſuſcepto, præeſſe dignoſceris, & fidem Catholicam juxta Articulos pridem a ſede Apoſtolica propoſitos emiſiſti, ac cum quo per alias Noſtras in ſimili forma Brevis expeditas literas ſuper ætatis defectu præfato, & ſuper eo quod memoratis Eccleſiis Ratisbonenſi & Friſingenſi præeſſes, aliisque impedimentis, ſeu defectibus, ad hæc ut illis non obſtantibus in Archiepiſcopum & Paſtorem dictæ Eccleſiæ Colonienſis eligi libere & licite poſſes, ſub certis modo & forma tunc expreſſis diſpenſaveramus, per viam ſcrutinii in Archiepiſcopum Colonienſem, collatis in Te ſuffragiis tertiam ipſorum Capitularium partem excedentibus elegiſſent: alii vero ex dictis Canonicis, quorum proinde numerus duplo major non fuerat, Dilectum Filium Noſtrum, Guilielmum Egonem S. R. E. Presbyterum, Cardinalem de Furſtenberg nuncupatum, Eccleſiæ Argentinenſis ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica Præſulem, in ſuum & prædictæ Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopum poſtulaſſent; & Tu Electioni præfatæ de Tui Perſona, ſicut præmittitur factæ legitime conſenſiſſes, atque electionis & poſtulationis hujusmodi authenticum Inſtrumentum a Capitulo & Canonicis prædictis Venerabili fratri Sebaſtiano Antonio, Archiepiſcopo Damaſceno, ad Fructum Rheni & partes inferioris Germaniæ Noſtro & Apoſtolicæ Sedis Nuncio, per eorum Syndicum traditum, ad Sedem prædictam transmiſſum fuiſſet, Nos inſtrumentum electionis & poſtulationis præfatarum, totumque petitæ confirmationis & admiſſionis reſpective negotium ad congregationem Venerabilium fratrum Noſtrorum ejusdem Sac. Rom. E. Cardinalium rebus Conſiſtorialibus præpoſitam, diſcutiendum commiſimus; ipſaque Congregatio omnibus mature & diligentiſſime perpenſis, unanimi omnium ſententia, præfata poſtulatione de perſona ejusdem Gvilielmi Egonis, Cardinalis & Præſulis repulſa, electionem ſupradictam de Tui Perſona, ut præfertur celebratam, confirmandam, ut infra, cenſuit. Nosque ejusdem Congregationis ſententiam facta Nobis relatione approbavimus. Hinc eſt, quod Nos eidem Eccleſiæ Colonienſi, ne diuturnioris vacationis exponatur incommodis, quantum Nobis ex alto conceditur, ſalubriter providere cupientes, ac ſperantes in Domino, Te, cui præter generis ſplendorem & Majorum Tuorum, ac præcipue memorati Maximiliani Emmanuelis Ducis & Electoris fratris Tui novis indies clariſſimis decoribus cumulatiora ſemper in catholicam Religionem, & hanc ſanctam ſedem merita, eximia Pietas, egregiæque virtutes, cum ætatis uſusque rerum acceſſione plurimum incrementi, Domino benedicente ſuſcepturæ ſuffragantur, dictæ Eccleſiæ multum utilitatis allaturum, omnesque ſeduli Adminiſtratoris & ſuo tempore religioſi circumſpectique Præſulis partes impleturum eſſe, Teque horum intuitu ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes: ac Tui nec non Venerabilis fratris Johannis Henrici, Epiſcopi Hieropolitani, moderni dictæ Eccleſiæ Colonienſis ſuffraganei ac Canonici, ſingulares perſonas a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutas fore cenſentes: nec non omnia & ſingula Monaſteria etiam Conſiſtorialia, Prioratus etiam conventuales, Canonicatus & Præbendas, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica quomodolibet qualificata, quæ etiam ex quibusvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis, in Titulum, Commendam & Adminiſtrationem, aut aliàs quomodolibet obtines & expectas, ac in quibus & ad quæ jus tibi quomodolibet competit, quæcunque, quodcunque & qualiacunque ſint, illorumque fructuum, redituum, & proventuum veros annuos valores, ac hujusmodi Conceſſionum & diſpenſationum Literarumque Noſtrarum præfatarum tenores,

nores, & alia quæcunque etiam ſpecificum & individuam mentionem & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes: motu proprio ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Electionem de perſona tua in Archiepiſcopum Colonienſem, ſicut præmittitur factam, tenore præſentium Apoſtolica autoritate confirmamus, ac quatenus opus ſit, omnes & ſingulos tam juris quam facti & ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium & de jure, vel conſvetudine, ſeu alias quomodolibet requiſitarum defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus; Teque ex nunc, donec ad ætatem legitimam perveneris, eidem Eccleſiæ Colonienſi adminiſtratorem & præfatum Johannem Henricum, Epiſcopum; Virum (ut accepimus) exploratæ pietatis ac Doctrinæ in Coadminiſtratorem Tuum, ad Noſtrum & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum, in ſpiritualibus & ab eis deſcendentibus conjunctim, in temporalibus vero te ſolum, ita, ut Adminiſtratione hujusmodi durante, liceat Tibi, debitis & conſvetis ipſius Eccleſiæ ſupportatis oneribus, de reſiduis illis reditibus & proventibus diſponere & ordinare, ſicuti exiſtentes pro tempore Archiepiſcopi Colonienſes de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu conſveverunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & præſertim jurisdictionalium, Oppidorum, Villarum, Caſtrorum, poſſeſſionum, prædiorum, terrarum & jurium ac pretioſorum mobilium ipſius Eccleſiæ Colonienſis, Tibi penitus interdicta, auctoritate & tenore prædictis, facimus, conſtituimus & deputamus: Ac ex nunc, prout ex tunc, poſtquam ad ætatem legitimam hujusmodi perveneris, de perſona tua præfatæ Eccleſiæ Colonienſi eadem auctoritate providemus, Teque illi in Archiepiſcopum præficimus & Paſtorem, Tibique ex nunc in temporalibus ſoli, in ſpiritualibus vero, & ab eis dependentibus, quousque legitimæ ætatis fueris, conjunctim cum dicto Joanne Henrico, Epiſcopo, vel aliis Tibi per Nos & ſedem prædictam pro tempore deputandis Coadminiſtratoribus, & deinde ætate legitima tibi ſuffragante, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus ipſius eccleſiæ Colonienſis curam, Regimen & Adminiſtrationem Tibi ſoli plenario committendo: in illo qui dat gratias & largitur præmia, confidentes, quod ſuccedente Tibi præſertim ætate legitima & dirigente Domino actus Tuos, Eccleſia ipſa Colonienſis ſub tuo felici gubernio regetur utiliter & proſpere dirigetur ac grata in ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet hujusmodi incrementa. Quo circa per Apoſtolica ſcripta mandamus Tibi quidem, ut tu ſolus temporalium, conjunctim vero cum prædicto Joanne Henrico, Epiſcopo Coadminiſtratore Tuo ſpiritualium & ab eis dependentium, ac deinde, poſtquam ad legitimam ætatem perveneris, ſolus ſpiritualium & temporalium Adminiſtrationem & curam præfatas ſic ſollicite geras & feliciter proſequaris, ut dicta Eccleſia Colonienſis Gubernatori provido & fructuoſo Adminiſtratore gaudeat ſe commiſſam, Tuque præter æternæ retributionis præmium Noſtram & dictæ ſedis Benedictionem & gratiam exinde uberius conſequi merearis; Venerabilibus vero fratribus univerſis ſuffraganeis ac dilectis Filiis, Capitulo & Vaſallis dictæ Eccleſiæ, nec non Clero & populo Civitatis & Diœceſis Colonienſis ſimiliter mandamus, quatenus ſuffraganei, tanquam membra Capiti obſequentes ac Capitulum Tibi ex nunc, uti quoad temporalia ſoli Adminiſtratori, quo vero ad ſpiritualia & ab eis dependentia Tibi una cum prædicto Joanne Henrico, Epiſcopo, Coadminiſtratore tuo, vel aliis per Nos & ſedem eandem, ut præfertur, Coadminiſtratoribus deputandis & ætate tua legitima ſuperveniente, Tibi ſoli, tanquam Patri & Paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes, exhibeant Tibi obedientiam & reverentiam debitas & devotas ita, ut mutua inter Te & ipſos ſuffraganeos gratia gratos ſortiatur effectus, & Nos eorum Devotionem poſſimus propterea Domino commendare; Ac Clerus Te pro noſtra & dictæ ſedis reverentia benigne recipientes, ac honorifice pertractantes Tua ſalubria monita & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent; Populus vero Te quam Patrem & Paſtorem animarum ſuarum devote ſuſcipientes, ac debita honorificentia proſequentes, Tuis ac prædicti Joannis Henrici, Epiſcopi, ſeu aliorum, ut præfertur Coadminiſtratorum monitis & mandatis ſalubribus humiliter intendant, ita, ut Tu in eis devotionis filios, & ipſi in Te per conſequens Patrem benevolum inveniſſe gaudeatis: Vaſalli autem præfati te debito honore proſequentes, Tibi fidelitatem debitam & conſveta ſervitia, ac jura Tibi ab eis debita integre exhibere ſtudeant; Alioquin ſententiam ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in Rebelles, ratam habebimus, & faciemus autore Domino usque

usque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Rogamus quoque & hortamur attente Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Leopoldum Romanorum Regem in Imperatorem Electum, quatenus Te & prædictam Eccleſiam Colonienſem adminiſtrationi & curiæ tuæ ut præfertur, commiſſam, habens pro noſtra & ſedis præfatæ reverentia propenſius commendatos, in ampliandis & conſervandis ipſius Eccleſiæ Colonienſis juribus, ſic te benigni favoris auxilio proſequatur, ut Tu ejus Majeſtatis fultus Præſidio in commiſſo Tibi ex nunc adminiſtrationis, & deinde, ætate legitima Tibi ſuccedente, Curæ Paſtoralis officio poſſis, Deo propitio, proſperari, ac eidem Leopoldo Regi in Imperatorem electo a Deo perennis vitæ præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Ac ad ea, quæ in Tuæ commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, Tibi, ut quamprimum ad ætatem legitimam perveneris, ut præfertur, ſi tunc in ſacro Presbyteratus ordine conſtitutus fueris, ac quocunque, quem malueris, Catholico Antiſtite, gratiam & communionem dictæ ſedis habente, accitis & in hoc ei aſſiſtentibus aliis duobus vel tribus catholicis Epiſcopis, ſimilem gratiam & Communionem habentibus, munus Conſecrationis recipere valeas, dictoque Antiſtiti, ut recepto prius a Te noſtro & Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ ſolito Juramento juxta formam in calce præſentium annotatam, illud Tibi impendere licite poſſit, plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem, ſtatuentes & auctoritate præfata decernentes, quod ſi dicto juramento a Te per præfatum Antiſtitem non recepto idem Antiſtes munus hujusmodi Tibi impendere & Tu illud percipere præſumpſeritis, dictus Antiſtes a Pontificialis officii exercitio & tam ipſe, quam Tu ab adminiſtratione tam ſpiritualium, quam temporalium Eccleſiarum veſtrarum ſuſpenſi ſitis eo ipſo. Præterea ut Statum Tuum juxta Natalium Tuorum amplitudinem & Pontificialis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, Tecum, ut etiam poſtquam pacificam poſſeſſionem, ſeu quaſi Poſſeſſionem Regiminis & adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ Colonienſis, illiusque Menſæ Archiepiſcopalis bonorum, ſeu majoris partis eorum aſſecutus fueris, & deinde ætate legitima Tibi ſuffragante munus Conſecrationis prædictæ ſuſceperis, una cum eadem Eccleſia Colonienſi, quamdiu illi præfueris, illiusque adminiſtratione Tibi, ut præfertur, a nobis conceſſa, Monaſterium Præpoſituram nuncupatum S. Petri Berchtesgadenſe, Ordinis S. Auguſtini, Canonicorum Regularium, nullius ſeu Salisburgenſis Diœceſis, & alia quæcunque beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſecularia & quorumvis ordinum Regularia etiamſi ſecularia, Canonicatus & Præbendæ ac Dignitates, etiam Pontificales majores & Principales Perſonatus, adminiſtrationes & Officia Cathedralibus etiam Metropolitanis & collegiatis Eccleſiis, regularia vero beneficia hujusmodi Monaſteria etiam Conſiſtorialia, Prioratus etiam Conventuales, Præceptoriæ, Præpoſitatus & Dignitates, ſeu generales adminiſtrationes & alias quocunque nomine nuncupata & qualitercunque qualificata fuerint, quæ etiam ex quibusvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, Commendam vel adminiſtrationem, aut alias quomodolibet, obtines, & in quibus & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, nec non quascunque penſiones annuas ſuper ſimilium vel diſſimilium Beneficiorum, ſecularium & Regularium, ac Menſarum etiam Epiſcopalium & Archiepiſcopalium fructibus, reditibus & proventibus ac diſtributionibus etiam quotidianis, ſ. fructus, reditus & proventus hujusmodi loco penſionum annuarum apoſtolica Tibi forſan auctoritate reſervatas & aſſignatas, ſeu reſervatos & aſſignatos, quarum & quorum quantitatis, præſentibus itidem pro plene & ſufficienter expreſſis haberi volumus, ut prius, quoad vixeris, retinere ipſasque penſiones & fructus hujusmodi, ac præfatorum omnium & ſingulorum Monaſteriorum & Beneficiorum reditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta quæcunque percipere, exigere & levare, ac in tuos uſus & utilitatem convertere, jusque in dictis Monaſteriis & Beneficiis, ſeu ad illa Tibi quomodolibet competens proſequi, & non deductum deducere libere & licite poſſis & valeas, motu, ſcientia & liberalitate & poteſtatis plenitudine paribus harum ſerie de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. Volumus inſuper, ut donec & quousque pacificam poſſeſſionem ſeu quaſi poſſeſſionem Regiminis & Adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ Colonienſis, illiusque menſæ Archiepiſcopalis bonorum, ſeu majoris partis eorum aſſecutus fueris, Eccleſias ſupradictas Ratisbonenſem & Friſingenſem, quibus ut præfertur, præes, ſimiliter retinere libere & licite poſſis & valeas, quæ tamen, quamprimum pacificam poſſeſſionem ſeu quaſi poſſeſſionem præfatas, ſicut præmittitur, adeptus fueris, vacent, & vacare cenſeantur eo ipſo. Decernentes Adminiſtratoris & Coadminiſtratoris hujusmodi deputationem, proviſionem, præfectionem, conſtitutionem cæteraque præmiſſa omnia & ſingula valere ac inviolabili firmitate ſubſiſtere, Tibique & Joanni Hen-

Henrico, Epiſcopo prædicto ſuffragari in omnibus & per omnia, perinde ac ſi in Conſiſtorio noſtro ſecreto de venerabilium fratrum noſtrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu facta fuiſſent; ſicque in eisdem præmiſſis omnibus & ſingulis cenſeri, atque ita & non aliter per quoscunque Judices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardinales etiam de Latere Legatos & Apoſtolicæ ſedis nuncios, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac noſtra Cancellariæ Apoſtolicæ Regula, per quam voluimus verum valorem beneficiorum per promotos ad Eccleſiarum Regimina obtentorum in literis diſpenſationum retentiones illorum exprimi debere, alioquin illæ nullæ ſint, aliisque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus Provincialibusque & Synodalibus Conciliis, editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non Colonienſis & aliarum quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum & Ordinum quorumcunque, aliisve quibuslibet, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſvetudinibus, Privilegiis quoque indultis & Literis Apoſtolicis, eisdem Eccleſiis, Monaſteriis & Ordinibus, illorumque Præſulibus, Capitulis, Abbatibus, Superioribus, aliisque Perſonis quibuslibet ſub quibuscunque verborum tenoribus & formis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis illorum tenores, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Cæterum volumus, ut Monaſteria & Beneficia ſupradicta debitis propter præmiſſa non fraudentur obſequiis, ſed illorum congrue ſupportentur onera conſveta.

Utque tu, antequam Regimini & adminiſtrationi dictæ Eccleſiæ Colonienſis Te in aliquo immiſceas fidelitatis debitæ ſolitum juramentum prædictum, juxta formam ſupradictam in manibus memorati Sebaſtiani Antonii, Archiepiſcopi & Nuntii, vel ab eo deputandi omnino præſtes, & formam juramenti hujusmodi, quod præſtabis nobis de verbo ad verbum, per tuas patentes literas, Tuo ſigillo munitas per proprium Nuncium quantocyus deſtinare procures. Forma autem juramenti, quod præſtabis, hæc eſt: (videatur Juramentum in hujus operis Parte ſpeciali ſub Archiepiſcopatu Colonienſ. p. 465.) Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem ſub annulo Piſcatoris, die 20. Septembr. Anno 1688.

Pontificatus noſtri Anno duodecimo

L. F. Albanus.

Et a tergo

Dilecto Filio Joſepho Clementi, ex Ducibus Bavariæ, Electo Colonienſi.

CCCVI.

Acceſſion Churfürſts Joſephi Clementis zu Cölln in die groſſe Allianz, de Anno 1696. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur-Kayſer, pag. 642. vorhanden.

CCCVII.

Declaration derer Herren General-Staaten derer vereinigten Niederlande, Krafft welcher Churfürſt Joſeph Clemens zu Cölln in die groſſe Allianz mit genommen worden, de Anno 1696. ſtehet loco antea citat. pag. 540.

CCCVIII.

Manifeſt des Dom-Capituls zu Cölln, wieder den Ertz-Biſchoff und Churfürſten, Herren Joſeph Clemens daſelbſt, daß die Land-Stände und Unterthanen, der Landes-Vereinigung zuwider nichts bezahlen ſollen, de Anno 1701. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. unter Chur-Cölln, pag. 466.

CCCIX.

Gegen-Manifeſt des Churfürſts Joſeph Clementis zu Cölln, wider des Dom-Capituls daſelbſt publicirte Manifeſt, de Anno 1701. ſtehet loc. ant. cit. pag. 468.

CCCX.

CCCX.

Protectorium Kayſers Leopoldi, worinn die Capitulares des Ertz-Stiffts Cölln, ſo wohl in den Kayſerl. als des H. Röm. Reichs ſonderbaren Schutz auffgenommen werden, de Anno 1701. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Gen. p. 721. befindlich.

CCCXI.

Kayſers Leopoldi Mandatum an Churfürſt Joſeph Clementem zu Cölln, und deſſen Räthe, die Frantzöſiſche Parthey zu verlaſſen und die ſo genannte Burgundiſche Crayß-Militz wieder abzuſchaffen, de An. 1702. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter Chur-Cölln, p. 116.

CCCXII.

Ejusdem Mandatum Avocatorium & Inhibitorium wider die in Chur-Cöllniſchen Dienſten ſtehende Officirer und Soldaten, de Anno 1702. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Gen. pag. 722. befindlich.

CCCXIII.

Ejusdem Mandatum an die Chur-Cöllniſchen Land-Stände, Bediente und Unterthanen, ihrem Churfürſten nicht zu gehorſamen, biß er denen an ihn ergangenen Kayſerlichen Verordnungen ein Genüge geleiſtet, de Anno 1702. ſiehe loco antea citat. p. 723.

CCCXIV.

Churfürſt Joſeph Clementis zu Cölln Erklärung, daß er nicht, als die Manutenirung des allgemeinen Reichs-Friedens, und die Ruhe und Sicherheit ſeiner Lande ſuche, auch dahero ſeine Land-Stände von der Ihm geleiſteten Pflicht nicht abſtehen würden, de An. 1702. iſt loco ſupra cit. p. 727. befindlich.

CCCXV.

Proteſtation Churfürſt Joſeph Clementis zu Cölln wider die Demolirung der Feſtung Kayſerswerth, de An. 1702. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. I. unter Chur-Cölln p. 117. vorhanden.

CCCXVI.

Patent Kayſers Leopoldi an die Stände und Bedienten des Ertz-Stiffts, daß ſie dem Dom-Capitul daſelbſt, als wenn Sedes vacans wäre, gebührende Folge leiſten ſollen, zu dem Ende ſie dann von des Churfürſten Joſeph Clementis Eyd und Pflicht loßgezehlet worden, de Anno 1702. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Gen. p. 739.

CCCXVII.

Des Churfürſtl. Collegii Schluß, worinn es ſeinen Conſens zu der reſpective Privations- und Achts-Erklärung wider Chur-Cölln und Chur-Bayern ertheilet, de An. 1705. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Gen. Cont. 2ter Fortſetz. pag. 304.

CCCXVIII.

Beſchreibung mit was vor Solennitäten Churfürſt Joſeph Clemens zu Cölln Anno 1706. am Kayſerlichen Hofe ſeiner Chur-Würde priviret worden, ſtehet in des Teutſchen Reichs Archivs Part. Gen. II. Theil, pag. 130.

CCCXIX.

Kayſers Joſephi Privations-Erklärung wider Churfürſt Joſeph Clementem zu Cölln, worinn er aus der Zahl, Würde und Genuß der Teutſchen Reichs-Glieder geſchloſſen worden, de An. 1706. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. unterm Kayſerl. und Ertz-Hauſe Oeſterreich,** p. 197.

CCCXX.

Schreiben Churfürſt Joſeph Clemens zu Cölln an Churfürſt Lotharium Franciſcum zu Mayntz, in puncto der Kayſerl. Wahl, de Anno 1711. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. General. Continuat. 2ter Fortſetz. pag. 488. vorhanden.**

CCCXXI.

Ejusdem **Schreiben an das Churfürſtl. Collegium in eadem cauſa,** de Anno 1711. **ſtehet** loco antea cit. p. 489.

CCCXXII.

Ejusdem **Proteſtation wider die ohne ſeine Concurrentz vorgenommene Kayſer-Wahl,** de Anno 1711. **ſtehet** loco ſupra citat. p. 499.

SUPPLEMENTUM.

DCCXXIII.

Ertz-Biſchoffs Brunonis zu Cölln Diploma Dotationis der Abtey zu St. Cecilien in der Stadt Cölln, de Anno 962.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Bruno, Eccleſiarum Chriſti famulus, noverint quique pretioſo ſanguine Chriſti redempti & inter membra Eccleſiæ ſuæ ſanctæ connumerati, quod nos per quorundam fidelium noſtrorum interventum ſimul & venerabilis Abbatiſſæ Bereſynthiæ monitum experientes, Sanctimoniales de Monaſterio S. Cæciliæ, quod cognominatur vetus Monaſterium infra muros Metropolis Coloniæ conſtructum Religioni divinæ ſubſervientes, minus ſufficienter de ſuſtentaculo victus corporalis habuiſſe, quantulumcunque majoris ſufficientiæ portionem ipſis attribuentes delegavimus perpetualiter poſſidendam, ſicut per hoc teſtamentum & memorialis ſcripti decretum continetur, quatenus in Dei laudibus exercitatiores & noſtri orationes acriores Deo adjuvante ſubſiſtere valerent. Primum igitur iſta ſunt, quæ loco ſuo diſtincta ex noſtræ beneficentiæ largitate cenſuimus præfatas Sanctimoniales jure proprietario poſſidere perpetuo, hoc eſt in Pago Gilioni, in Comitatu Godfridi Comitis, in Villa vel Marca Stomble, totum Dominium & Curtem dominicatam cum quadraginta ſex Manſis, Eccleſiam cum omni ab decimata ſibi utilitate, mancipiis, ſylvis, paſcuis & omnibus appendiciis, ſimili modo in Villa Begina curtem cum Eccleſia & ſibi attitulata decimatione ac Manſa quatuordecim, molendinum unum, quatuor partes Pratorum, in villa Brucka manſum unum, in Berge manſa duo, in Olvesheim manſum unum & dimidium, in Guntersdorff manſum unum & dimidium, in Sintere manſum unum, in Budichem foreſtes duos, manſum unum & dimidium, in Langell jurnales, juxta muros Civitatis Coloniæ manſum unum, in Villa Rondorff manſum unum & foreſtum unum, in Palmersdorff manſum unum & dimidium, in pago autem Engeresgen, in Villa Hidenesdorff Eccleſiam cum ſibi attitulata decimatione ſimili modo in villa vel marca Renſia arpennas duas, tria etiam territoria prope Clauſtrum ejusdem Monaſterii jacentia ejusdem Monialibus confero; Mancipia etiam quædam, ut Abbatiſſa Bereſynthia a nobis poſtulavit, uſui earum remitto, quorum hæc nomina ſunt: Venzo, Ezo, Berma, Engizo, Huno, Venizo, Egizo, Egila, Pradara, Alvaca, Liepa, Abalin, Abbatiſſam etiam ibidem earum electione perficimus, ea videlicet ratione, quo poſt nos vel alium, qui ibidem præeſſe videbitur anno, Collegium ad eam reſpiciat, ejus gubernationi

nationi obediat, & quidquid rerum habuerint ab Anteceſſoribus noſtris datum, vel a nobis auctum ipſa ad utilitatem cæteris ſua providentia conferat, ſed quia in ipſo Cœnobio numerum illarum, quæ vitam virtutis ducunt, habemus, nec defectus nili negligentia proviſoris ſic unquam eſſe poterit, beatum duximus, & firmum eſſe in perpetuum volumus, quo inter ipſos ſit electio illius, quam ſibi præeſſe maluerint, ne ſi aliunde eligatur vitæ regularis unitas diſſimilitudine vivendi in diſſidium ruat, actum publice in prædicta Eccleſia in ſolenni nocte Natalis Domini, quod eſt octavo Calendas Januarii, cum ibi generalis agitur ſtatio ſolita. Anno incarnationis Dominicæ, nongenteſimo ſexageſimo ſecundo, indictione quinta, Ottone Imperatore Auguſto, viceſimo ſeptimo anno regnante, Domino Brunone Archiepiſcopo Colonienſi Sedi præſidente, anno undecimo.

(L. S.)

Pro Copia Collationata & concordante.

Henricus Eiſing, Notarius.

CCCXXIV.

Verſchreibung des Grafens von Cleve mit dem Ertz-Stifft Cölln Friede zu halten, de Anno 1220.

COmes Clivenſis ſerviet Domino Archiepiſcopo contra omnem hominem, contra quem ipſe Archiepiſcopus ſalvo ſuo honore eum conducere poterit & hoc diſcretioni Archiepiſcopi relinquatur, ſine Comitis contradictione. Item Comes nullo modo guerram Archiepiſcopo movebit, ſi vero, quæ promiſſa ſunt, non obſervaverit, bona, quæ de manu Archiepiſcopi tenet libera, ipſi erunt & ſoluta. Inſuper duodecim Miniſteriales ſuos ſubnotatos Archiepiſcopo obligavit, cum omnibus, quæ tenent ab ipſo, ut ſi contra præſcriptam formam venerit, ipſi cum perſonis hæreditatis & bonis ejusdem Eccleſiæ Colonienſis perpetuo pertineant Miniſteriales Archiepiſcopo a Comite obligati, hi ſunt: Theodoricus a Struckede, Gerardus de Horſt, Henricus Duckere, Rutgerus Heidvelde, Henricus Pincerna, Stephanus de Sulen, Wilhelmus de Wiſchele & Theodoricus frater ſuus, Gerardus Palcke, Albertus Clericus, Rutgerus de Galen, Theodoricus filius Henrici de Winne. Si vero Comes Eccleſiæ Colonienſi per ſe vel per ſuos injuriam fecerit, ſatisfactionem eis ſecundum veritatem exhibebit: Item ſi Miniſterialis Archiepiſcopi aliquem Miniſterialem, vel hominem Comitis læſerit, vel damnificaverit, Archiepiſcopus emendare faciet eidem. Quod ſi injuriator in hoc ſibi rebelliis fuerit, ipſi Comiti contra eum adſiſtet, & Comes Archiepiſcopo idem faciet in Articulo conſimili. Item Archiepiſcopus Comiti promiſit, quod ſi aliquis eum vel ſua injuſte invaſerit, ipſe ſatisfacit ei amicabili compoſitione vel juſtitia mediante. Quod ſi adverſarius Comitis Archiepiſcopo rebellis & inobediens extiterit Archiepiſcopus Comiti in jure ſuo contra ipſum aſſiſtet, ut igitur quæ præſcripta ſunt, firmiter obſerventur, Colonienſis Archiepiſcopi, Trajectenſis & Monaſterienſis Epiſcoporum Majoris Eccleſiæ Colonienſis & Comitis Clivenſis ſigillo præſenti pagiæ ſunt appenſa.

Acta ſunt hæc Coloniæ, Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo, XII. Kalend. Julii, Indict. VIII.

(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)
Colon. Traject. Monaſt. Clivens.

Uxor Mechtildis, Comitiſſe de Deinslacken.

CCCXXV.

Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Conrado zu Cölln und der Stadt Cölln, die zwiſchen beyderſeits der Müntze und Zolls wegen obhanden geweſene Streitigkeiten betreffend, de Anno 1252.

VNiverſis præſentes Literas inſpecturis, Fratres Hugo, Tituli ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, & Albertus, Lector fratrum Prædicatorum in Colonia, in ſalutis auctore ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod cum inter Venerabilem Patrem, Conradum, Archiepiſcopum Colonienſem ex parte una, & Scabinos ac univerſos Cives Colonienſes ex altera ſuper Moneta, ac aliis quibuscunque quæſtionibus inter eos hinc inde exiſtentibus, gravis diſcordia orta eſſet, tandem pro bono pacis in nos fuit a dictis partibus compromiſſum Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Quinquageſimo Primo, feria tertia poſt ramos palmarum, hoc videlicet modo, quod infra tres Septimanas decideremus & terminaremus hujusmodi quæſtiones, cui tamen tempori poſtea de conſenſu Partium coram no-

bis adjecta fuit una dies, sub periculo causæ, & sub pœna excommunicationis in partem illam a nobis legato ferendæ quæ nostrum arbitrium non servaret. Quæ etiam partes firmiter promiserunt, sub suarum testimonio literarum, quod ratum & firmum servabunt, quicquid nos duo super dictis discordiis duxerimus ordinandum. Nos igitur habito bonorum virorum consilio, nostrum arbitrium unanimiter proferentes super dictis discordiis sic duximus ordinandum. Videlicet, ut præfatus Conradus Colonienſis Archiepiſcopus, careat de moneta nova, nec unquam in omne tempus moneta Colonienſis numiſmatis renovetur, niſi quando novus Archiepiſcopus electus fuerit & confirmatus, vel quando ejusdem Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus in obſequio Imperii, armis accinctus de trans Alpinis partibus revertetur. Eo quod ſecundum dicta & teſtimonia omnium antiquorum numiſma Colonienſ. conſuevit ab antiquo in his duobus Caſibus innovari, nec in alio caſu aliquo permiſſa fuit novi numiſmatis percuſſura; & quia numiſma, quod in præſenti publicum eſt, in quo eſt imago Archiepiſcopi memorati, per multas varietates vitiatum eſt & falſatum, ordinamus & dicimus arbitrando, ut ad unicam deſcriptionem & imaginem revertatur, & forma illius adeo fiat evidens & aperta, quod juxta ipſum de facili dignoſci poſſit a quolibet, omnis falſitas aliena, quod, ut cautius obſervetur, ordinamus arbitrando, ut in hoc antiquorum ſolertia obſervetur ita videlicet, quod primæ percuſſuræ idea, quod ſtale vulgariter appellatur, in Sacrarium B. Petri majoris Eccleſiæ in Colonia reponatur in ſumma tredecim ſolidorum & quatuor denariorum Colonienſium, & tantundem ejusdem numiſmatis cuſtodiendum bonæ fidei dictorum Civium committatur, ut ad illorum denariorum puritatem, & pondus totius percuſſuræ numiſma ſemper examinari valeat & probari. Convenerunt etiam partes coram nobis, quod ſi quis deprehendatur falſarius, Juſtitia fiat de ipſo. Ordinamus etiam, ut omnia Telonia, ſive in Nuſſia ſibi alibi, ubicunque dictus Archiepiſcopus injuſte & contra privilegia Civium Colonienſium Telonium accepit, vel accipit, vel injuſte poſſet accipere, in futurum omnino ceſſent, ſecundum quod in Privilegiis dictorum Civium continetur. Ordinamus etiam, ut dicti Cives confirment proprio juramento, ut aliena bona, quæ de dicta Civitate non ſunt, ſub nomine bonorum ſuorum non ducent, nec duci permittent, ordinamus etiam, ut Cives juvent fideliter Archiepiſcopum memoratum, ut ſi aliqui Cives Colonienſes ſub nomine ſuo per Telonium ipſius Archiepiſcopi aliena bona fecerint per tranſire, ipſos Archiepiſcopo eidem aſſignent cum rebus pariter & perſonis, qui, bonis eorum ablatis, etiam contra perſonas talium fraudulentorum procedere licite valeat, prout voluerit & viderit expedire. Ordinamus etiam arbitrando, ut dictus Archiepiſcopus Colonienſis, Cives Colon. in libertatibus & juribus ſuis, quæ vel ſcripto vel antiqua & bona conſuetudine usque ad iſta tempora ſunt obtenta, tam infra muros, quam extra manuteneat, foveat & defendat, & ut ſimiliter e converſo Cives Archiepiſcopum promoveant fideliter, ſecundum quod ei ſunt juramentis propriis obligati, tam in judiciis quam in aliis juribus ſuis: Denique quia occaſione dictarum diſcordiarum utraque pars damna gravia dicitur incurriſſe, & aliqua ſunt homicidia perpetrata, ordinamus & dicimus arbitrando, ut omnino damna partium utrarumque & inimicitiæ pro occiſorum mortibus penitus remittantur, & quod una pars ab altera pro his, quæ in dicta guerra orta ſunt, aliquid non requirat, nec audiatur requirens. Ordinamus etiam arbitrando, ut omnes tam Clerici quam Laici ſive etiam Judæi, qui muros & Civitatem Colonienſem tempore dictarum diſcordiarum cuſtodierunt, in hac compoſitione fideliter includantur, hac igitur ordinatione noſtra & arbitrio hujusmodi pronunciato, quæſivimus a partibus antedictis in noſtra præſentia conſtitutis, ſi prædicta omnia & ſingula intellexerant, & reſponderunt quod ſic. Item quæſivimus, ſi illa volebant rata habere & grata, & in perpetuum fideliter obſervare, & reſponderunt, quod ſic, ſub religione præſtiti juramenti firmiter promittentes, quod omnia & ſingula, bona fide in perpetuum obſervabunt. In cujus rei memoriam & teſtimonium præſentes literas Sigillis noſtris & Sigillis prædicti Archiepiſcopi & Communitatis Civium Colonienſium, nec non Capituli majoris Eccleſiæ, & aliorum Capitulorum tam Secularium Canonicorum, quam Monachorum infra muros Colonienſis Civitatis conſtitutorum fecimus roborari & utrique partium prædictarum ſcriptum conſimile aſſignari. Actum Coloniæ Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Quinquag ſimo Secundo, Menſe Aprili.

CCCXXVI.

Revers derer Scheffen und Bürger zu Cölln, daß ſie den mit Ertz-Biſchoff Conrado zu Cölln getroffenen Frieden halten wollen, de Anno 1257.

REverendo in Chriſto Patri ac Domino ſuo, Conrado, Sacræ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo. Judices, Scabini, cæterique Cives Colonienſes, ipſius devoti paratum obſequium cum reverentia debita & devota.

Tenore præſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod nos Judices, Scabini, cæterique Cives Colonienſes univerſi ac ſinguli, univerſas conditiones pacis inter vos veſtrosque Coadjutores ex parte una, ac nos noſtrosque Adjutores ex altera reformatæ collaudamus & approbamus, promittentes, nos ſervaturos easdem per omnia, ſicut noſtri Nuntii concordaverunt vobiſcum, & ultimo receſſerunt a vobis. In cujus rei teſtimonium & firmitatem præſens ſcriptum ſigillo communi Civitatis Colonienſis duximus muniendum. Actum & datum Colon. 16. Kalend. Aprilis, Anno Domini 1257.

CCCXXVII.

Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Conrado zu Cölln und den Scheffen und Bürgern daſelbſt, der Bier-Pfennig halber, de Anno 1257.

NOs Conradus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Italiæ Archi-Cancellarius, & nos Judices, Scabini, ac univerſi Cives Colonienſes, notum facimus univerſis literam hanc viſuris, nos ſuper denariis cereviſialibus ita invicem concordaſſe, & unanimiter conveniſſe, quod, quam cito ab horum præceptione exierint illi, qui percipiunt nunc eosdem, nos ex tunc ipſos usque per continuum inſtans decennium percipiemus in æquali per omnia portione. Ita quod nobis Archiepiſcopo noſtra medietas, & nobis judicibus, Scabinis & Civibus Colonienſibus medietas noſtra cedat. Datum & actum Bonnæ, Anno Domini milleſimo ducenteſimo, quinquageſimo ſeptimo, decima quinta Kalend. Aprilis.

(L. S.) Archiep. (L. S.) Civitatis.

CCCXXVIIX.

Compromiß derer Schöffen und Bürger zu Cölln auff innenbenennte Perſonen, vermöge deſſen ſie ſich anheiſchig machen, alles dasjenige, was ſie zwiſchen Ertz-Biſchoff Conrado zu Cölln und ihnen ausſprechen werden, vor genehm zu halten, de Anno 1257.

UNiverſis præſentes literas inſpecturis, nos Judices, Scabini & univerſi Cives Colonienſes notum facimus & tenore præſentium confitemur, quod nos Hermanno, Magiſtro Civium, Petro dicto Judeo, Hermanno dicto Comiti, Gerhardo dicto Scherffgen, Wilhelmo dicto de Aduch, Godefrido Hardenuß, Gerhardo Overſtoltz, & Wernero de Horreo, noſtris Concivibus damus ſpeciale mandatum & expreſſum jurandi in animas noſtras, quod definitionem ſive ſententiam venerabilium Virorum, Dominorum G. Majoris Decani, H. Præpoſiti ſancti Severeni, H. Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorum, Magiſtri Alberti, Lectoris Fratrum Prædicatorum, Ph. Theſaurarii majoris Eccleſiæ Colonienſis, qualemcunque jurati dixerint inter Dominum noſtrum C. Colonienſem Archiepiſcopum & nos ſuper quibuscunque articulis, ſecundum tenorem Compromiſſi ſuper hoc confecti, & hinc inde ſigillati ratam habebimus & gratam & approbando eandem ſigillum civitatis Colonienſis eidem faciemus apponi. In cujus rei fidem præſentibus ſigillum Civitatis Colonienſis duximus apponendum. Actum & datum Coloniæ, Anno Domini 1257. Feria quarta poſt ramos Palmarum.

(L. S.)

CCCXXIX.

Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Conrado zu Cölln und den Schöffen und Bürgern daſelbſt, daß ſie alles, was innenbenennte Schieds-Leute zwiſchen ihnen ausſprechen werden, vor genehm und unverbrüchlich halten wollen, de Anno 1257.

WIr Cunrad Ertz-Biſchoff van Cölne, inde Wir Richter, Scheffen inde Gemeinlichede Bürgere van Cölne, duen dat kundt allen den, die dieſen Brieff ſient, wande zwiſchen uns

Conrad

Conrad dem Ertz-Bischoffen up eine Side, inde uns Burgen van Colne up ander Side, Zweiongen geweſt hefft van dies Geſtichts Rethe, ſo van der Stätte Rechte, der Zweiongen, inde der Zwiſt ſin Wir geſünt, inde vurtragen alſus, ſo wa unſiß Geſtichts Recht Vriheit, gude inde redtliche Gewonden, inde Handtveſtungen unzweifflich ſint, da Wir inde unſe Geſtichte da ane ſitzen inder plieven geruhigliche; So wa der Stätt Recht van Cöllne Vriheide, gude inde redliche Gewonden inde Handveſtung unzwifflich ſint, da ſall die Statt inde de Burger van Cöllne innen ſitzen inde bliven geruhliche: So wa euer, oder an waer Puncten Wir Ertz-Biſchoff ſpreghen, dat die Statt offt die Bürger van Cöllne unrecht thuen uns, off den unſem, off unſeme Geſtichte van Cöllne, inde op ander Side, ſo wa Wir Burgere ſpreghen, dat unſe Herr der Ertz-Biſchoffe uns off den unſen off der Stätte van Cölln unrecht dun, dar aff Zweiung off Zwivel komen iſt, off komen mag, alles des ſin Wir zu beydenhalven gegangen an fünff Mann benahmen, Herren Goßwinß dem Dumdecken, Herren Henrichen dem Proviſt van Sencte Severin, Hn. Henrichen den Proviſt van Sente Apoſtelen, Herren Philipſen den Cüſteren vame Dume, inde Bruder Albrecht den Leſemeiſter van den Predechen te Cölne, alſo dat ſie vünffe, off ſie viere, of ſie dri, iß dat andre drane nieth weſen ihrer Minugin, unſer beyder Forderinge inde rede inſamen ſullen, inde unſer beyder Recht erfaren, inde ſulen na irem Eide di Zwionge off der Zwiſt na rechte inde na redlichen Dingen tuſchen hie inde ſente Joannis zu Middes Sommer andage beſcheiden; Iß ever dat unſer ein dem andern beſprichet recht off gewonde, alſo dat ein Theil ſprichet, it ſi ſin kenlich Recht off gewonde, inde dit ander Theil ſprichet, it in ſie niet, des ſin Wir och gegangen an dieſer fuhre genandter fünffer Beſcheid up ihren Ayt, nademe dat hievure ſteet geſchrieven, inde dat diſe Dinck geſchien inde ſtede blieven; So han Wir Ertz-Biſchoff van Cölne int Gegentwördicheit des Heil. Evangelien geſchworen, ir beſcheidt inde unſe Geſtichte, mit Gehengniße unſers Prioren ſtede zu halten, inde ſullen it dun beſiegeln mit unſem Inſigele, inde mit ſente Peter Inſigele. In ander ſiden Wir ächte Burger mit Nahmen Herrmann der Burgermeiſter, Peter der Jude, Lyman der Greve, Gerhard Scherffgen, Wachentin van der Aduch, Godert Hardenuſt, Gerhard Overſtolz, Werner van der Schuren, van wegen der Scheffen inde geheiſche der Bürger van Cölne han op den Heiligen geſchworen, op unſe Sehlen, inde der Burger gemeintliche, dat Wir ind die Statt van Cölne, dat ſelve beſchicht ſollen ſteedt halten, inde thuen beſiegeln mit der Stedt Inſiegele. Inde ſo wat inſiegele me anden Brieff van deme beſcheiden gehangen werdent, dat ſall geſchehen mit unſer beyder beden in die Gehenckniße; zu Urkundt inde zu Veſteinungen diſer Ding iſt dieſe Brieff beſiegelt, mit unſeme des vorbenanten Ertz-Biſchoff iß, inde mit des Capituls van Cöllne Inſiegelen in einer ſieden, inde mit der Stett von Cölne Inſiegele in ander ſide beſiegelt; Dit iß geſcheit inde beſchrieven zu Cölne, na Godß Geburt duiſint Jair, inde zwey hondert Jair, inde ſievende inde funffzig Jahr, dis neigſten Gudens Tage na Palmen.

(L. S.) (L. S.) (L. S.)

CCCXXX.

Ertz-Biſchoffs Conradi zu Cölln Satz- und Ordnung, wie es mit der auswärtigen Kauffleute Handel und Wandel in der Stadt Cölln zu halten, de Anno 1259.

COnradus, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius. Univerſis præſentia viſuris ad rei memoriam ſempiternam. Cum ex eo quod noſtris diebus in terris pacem fovere ſtudemus pro noſtris viribus temporalem, æternitatis ſit nobis, & cunctis tanti boni Zelatoribus pax ſperanda. Ad id recognoſcimus eo magis nos exiſtere debitores, qui ampliori præ ceteris poteſtate divinæ permiſſionis & gratiæ conceſſione fulcimur; Utpote qui cum virga regiminis paſtoralis, temporalis potentiæ robur, & gladium ratione Ducatuum noſtræ Eccleſiæ geminorum noſcimur obtinere. Illa quidem regiminis utriusque tam virga, quam gladio congruenter nos uti & legitime arbitramur, dum proximis & remotis domeſticis & advenis, ut quæ ſua ſunt in tranquillitate habeant & quiete, & transgreſſionem nec iſti, nec illi faciant ultra ſuæ terminos conditionis aut fines proſpicimus, & ad hoc noſtræ partes ſolertiæ convertimus vigilanter. Sane cum in litera arbitrii inter Nos & Eccleſiam noſtram ex una parte, nec non fideles noſtros Judices, Scabinos & Univerſos Cives Colonienſes ex altera ſuper noſtris hinc inde juribus, per venerabiles viros & in Chriſto dilectos, Goſwinum Decanum majorem. Henricum Sancti Severini, Henricum Sanctorum Apoſtolorum in Colonia, & Philippum Suſacienſis Eccleſiarum Præpoſitos, & fratrem Albertum, Lectorem fratrum prædicatorum Colonienſium, hoc anno prolati, ſigillis noſtris

noſtris hinc inde ſignata, contineatur expreſſe, quod foranei mercatores Coloniam venientes, aut ipſam mercandi animo frequentantes non ſint permittendi tranſire terminos antiquitus conſtitutos, ſed hoc ſecundum conſvetudinem antiquam, tam ex parte noſtra, quam Civium Colonienſiū inviolabiliter obſervari deberent, quia tunc Colonia juxta ſui reſonantiā nominis apte colitur per frequentationem quorumlibet mercatorum. Dum ſingularū mercatores ac homines nationum ſtatutam antiquitus legem ipſi ſervant & exhibent Civitati. Ipſaq; Civitas verſa vice advenientib9 undecunq; mercatorib9 ſua jura & leges ab antiquo exhibet cum manſvetūdine & obſervat. Nos ad requiſitionem & inſtantiam prædictorum fidelium noſtrorum Civium Colonienſium, diligenti inveſtigatione præmiſſa, prout a Senioribus & Prudentibus ac fide dignis viris ſumus per inquiſitionem edocti, memoratos antiquos terminos una cum quibusdam aliis articulis ad publicam utilitatem ſpectantibus, in ſubſcriptum modum duximus exprimendos. Quod videlicet nullus mercatorum de Ungaria, Bohemia, Polonia, Bavaria, Svevia, Saxonia, Thuringia, Haſſia & quibuscunque aliis Orientalibus partibus, cum mercibus quibuslibet ad Rhenum veniens, extra atque ultra Civitatem Colonienſem, excepta ſola cauſa peregrinationis procedet. Neque etiam ullus Flamingus, vel Brabantinus, aut alius quicunque de ultra Moſam, vel aliarum partium inferiorum, ſecundum Conſvetudinem antiquam & de jure ſervandam, cauſa mercandi, ulterius quam in Coloniam, & non trans Rhenum neque verſus partes ſuperiores ultra Villam nomine Rodenkirchen, procedet. Et ſimiliter nullus Mercatorum de ſuperioribus partibus extra Diœceſin Colonienſem exiſtens, ultra inferiorem turrim Civitatis Colonienſis, vel ſaltem ultra villam nomine Ryle, cauſa mercandi deſcendendo procedet. Quicunque autem talium mercatorum ſecus, ſeu in contrarium facere vel feciſſe ab aliquo Cive Colonienſi fuerit deprehenſus, ab ipſo Cive impune & licite arreſtari & puniri poterit more antiquo, ſecundum quod vulgo Hanſen vocatur, quod taliter fieri conſvevit, quod Civis Colonienſis, mercatorem in tali exceſſu a ſe deprehenſum, Calamo, vel junco, vel aliquo conſimili ligamento ligabit, & ſi mercator ille hoc vinculum præter ipſius Civis voluntatem ſolvere, vel rumpere præſumpſerit, pro tali exceſſu tam corpore, quam rebus in poteſtatem incidit Civis ipſum comprehendentis, & prædicto modo ligantis. Et ſi propter reſiſtentiæ violentiam neceſſe habuerit, Nos Archiepiſcopus & Succeſſores noſtri, vel quilibet Judex loci, ad requiſitionem, ſeu querimoniam ipſius Civis Colonienſis, hoc ut dicto modo proveniat, exequemur. Item nullus mercator Advena, undecunque oriundus, debet diutius, quam ſex ſeptimanis continuis, in Civitate Colonienſi, cauſa emendi, ſeu vendendi morari. Et hoc in quolibet Anno non plus, quam tribus temporibus cum uſitatis interſtitiis, ſeu conſvetis, facere unicuique Mercatorum licebit. Et inſuper nullus Mercatorum id quod ſibi circa hoc perſonaliter agere non licet, per ſocium, vel per nuncium ſuum, ſeu per quemcunque alium aliquatenus facere debet, omni dolo & fraude excluſis. Si quis vero Mercator quicquam in contrarium attentaverit, ſecundum jus Civitatis poterit pœna debita & conſveta puniri. Item nullus Mercatorum advenientium undecunque varium quid Grawerck, & etiam hoc quod vulgo Zabel appellatur & ſimilia, vel etiam pannum trans Moſanum duas marcas, vel plus valentem in Civitate Colonienſi vendet, niſi per Marcam Mercatorum, quæ vulgariter Kauffmañs-Marck dicitur, quæ marca ſolum continet undecim ſolidos & tres denarios Colon. Monetæ. Et faciens contrarium puniri poteſt ſecundum Jus Civitatis pœna conſveta. Item nullus Mercator Advena aliquas ſpecies aromaticas, utpote Muſcatas, Gariofolos, Cardemonium & conſimilia in Civitate Colonienſi præter quam ad minus in pondere ſimul decem librarum vendet, aut vendere debet. Item nec illas merces, quæ Sachave vulgariter appellantur. Utpote Thus, Alumen & conſimilia, cum pondere Centenario, & ad minus cum pondere ſimul viginti quinque talentorum, aut ſupra vendere debet. Et quicunque circa hoc exceſſerit, vel dolum aut fraudem commiſerit, ſecundum Civitatis conſvetudinem punietur. Item quicunque Civis Colonienſis pro mercibus ſuis argentum acceperit, illud non alias, quam ad monetam noſtram Colonienſem, cambire, ſeu pro denariis vendere debet. Nec aliquod argentum cum denariis emere debet, niſi ſecundum quod de gratia permiſſum eſt, ſcilicet ad vaſa ac utenſilia & clenodia facienda, ſeu ad ſpeciem Anagliffi, vel cauſa peregrinationis faciendæ. Exceptis aurifabris Colonienſ. qui argentū emere poſſunt licite, quantum eorum officio ſufficit & ipſorum opus requirit, omni dolo & fraude excluſis. Quod ſi aurifaber ſecus, vel contra hoc feciſſe fuerit deprehenſus: hoc forefactum ex parte noſtra per Magiſtrum monetæ noſtræ Colonienſis pœna ſolita punietur, & inſuper in civitate ſua jure

conſveto ipſi pœna debita infligetur. Item nullus Mercator extraneus cum ſuis mercimoniis vel denariis argentum aliquod in Colonia comparabit: Sed ſciendum quod a ſuperioribus legibus,ſeu juribus,aut conſvetudinibus omnium Mercatorum excepti & immunes ſint & eſſe debeant univerſi aurifabri & mercatores gemmarum, de quibuscunque ſint partibus oriundi. Item,quod cum Avaritia radix ſit omnium malorum,quæ aliquando quorundam civium Colonienſium,ad captanda beneficia ſeu remunerationes a Dominis Terræ & Magnatibus recipiendas, corda taliter inflammavit, quod propter hoc univerſitatis concordiam, & Pacis tranquillitatem ſæpiſſime conſciderunt, Nos hanc radicem peſtiferam deſiderantes eradicari omnino deliberatione diutina maturoque conſilio præhabitis ſtatuimus cum conſenſu priorum & fidelium noſtrorum,ac per ſententiam communimus, ne quis civium Colonienſium ab aliquo terræ noſtræ Magnate vel a quoquam obnoxio Eccleſiæ Colonienſis pecuniarum beneficium, quod vulgo Handtlehn dicitur,de cætero recipiat aut tenebit, Exceptis ſolum noſtris Officialibus & aliis,qui beneficia tenent a nobis, ad ſe jure hæreditario devoluta, & etiam devolvenda - - - - - Nullus Scabinus Colonienſis debet eſſe monetarius, ſive Campſor, aut habere ſibi licebit officium vel feudum,quod Haußgenoßſchafft vulgariter appellatur.Si quis vero prædictorum compertus fuerit & convictus rationabiliter - - - - - - violaſſe ſtatuta, ſi Scabinus, vel frater Scabinorum, ſeu Officialis de Richerzegheide, vel etiam officialis parochiarum fuerit ſine ſpe recuperationis ab officio ſuo,quod tenet, cadet. Nec ad hoc - - - - - - - ad Conſilium Civitatis ullo modo reſurget. Similiter Civis inferioris ordinis privabitur fraternitate, ſi habuerit, & a Civitate Colonienſi infra annum non reverſurus ejicietur nec ad Civitatis - - - - - - - - ullo unquam tempore aſſumetur. Quia vero præmiſſa omnia & ſingula propter bonum publicæ tranquillitatis & utilitatem communem ſunt facta, Nos ea cum prioribus & fidelibus noſtris - - - - - - - nimus & tam pontificali, quam Ducatus noſtri authoritate, præcipimus in perpetuum inviolabiliter obſervari, omni dolo & fraude excluſis penitus & amotis. In omnium itaque - - - - - - - - & perpetuam firmitatem, præſentem paginam exinde confectam, ſigillo noſtro, ac Sigillis Capituli noſtri & Civitatis Colonienſis duximus roborandam, actum & datum - - - - - - - - Anno Domin. 1259.

(L. S.) Archiep. (L. S.) Cap. (L. S.) Civit.

Nota - - ſignum verborum cum Pergameno in fine ſiniſtri Lateris abroſorum.

CCCXXXI.

Derer Schöffen und des Magiſtrats auch ſämtlichen Gemeinde zu Cölln Brieff an Pabſt Urbanum IV. worinn ſie Ertz-Biſchoff Engelbertum II. zu Cölln excuſiren, daß er die Confirmation ſeiner Wahl nicht in Perſon empfangen könne, de A. 1261.

SAnctiſſimo Patri ac Domino Urbano, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Judices, Scabini, Conſules & Univerſi Cives Colonienſes debitæ ſubjectionis & devotionis affectum, cum pedum oſculo beatorum. Intellecto per communis famæ proloquium, quod ad univerſalis Eccleſiæ regimen in Apoſtolica Sede Veſtra,ut placuit Altiſſimo, fuerit ſublimata perſona, gaudentes in Domino,& exultantes ipſique Veſtræ ſublimationi congratulantes, ſpem exinde concepimus, & habemus, quod toti mundo tranquillitas, & ex talis ſummi Pontificis & Paſtoris ſolertia, in quo vitæ Sanctitas & benignitas cum ſapientia proeminenti conveniunt, debeat provenire,ſub hujus itaque Spei fiducia pro Venerabili atque Chariſſimo Domino Noſtro, Engelberto, Veſtro Capellano, & in Archi-Epiſcopum Colonienſis Eccleſiæ, Nobis ad Patrem, Dominum & Paſtorem electo Veſtræ Sanctitati attentiſſima precum inſtantia ſupplicamus,quatenus ejus promotioni ulterio dirigendæ,cujus conſummatio a Veſtra Sanctitate dependet, favorem benevolum dignemini exhibere, ipſe namque electus a veſtro & Sedis Apoſtolicæ dono gratiæ confirmandus veſtram paratus fuerat incunctanter perſonaliter adire præſentiam Sanctitatis, niſi quod ſtatim eum tanta gverrarum hoſtilium impedimenta vallabant,nobilium videlicet Virorum, de Marcha, de Seine,de Naßawe,Comitum,Walrami quoque de Juliaco,& eisdem aſſiſtentium plurimorum terræ nobilium & Magnatum, quod niſi in principio reſiſtetur inſultibus eorundem, ipſo exeunte de patria, terra tota ipſius patriæ extitiſſet in maximo tyrannicæ invaſionis diſpendio derelicta,unde nos ipſum hac vice quaſi maxime

me renitentem manere compulimus & invitum. Habeat igitur ſupplicamus veſtra inde cum paternitatis Sanctitas excuſatum, & nos habere dignemini in benedictionis paternæ gratia commendatos, qui ſemper eſſe ſtudebimus erga vos & ſanctam Romanam Eccleſiam devotionis filii ſpirituales. Datum Coloniæ, decimo ſeptimo Kalend. Novembris, Anno Domini milleſimo, ducenteſimo ſexageſimo primo.

CCCXXXII.

Verſchreibung der Stadt Cölln, daß ſie Ertz-Biſchoff Engelberto II. daſelbſt, wegen entſtandener Uneinigkeit, 6000. Marck Cölniſch binnen innen beſtimten Friſten bezahlen wolle, de Anno 1262.

UNiverſis præſentes Literas viſuris: Nos Judices, Scabini, Fraternitates, cæterique Cives Colonienſes; notum facimus, & tenore præſentium proteſtamur,quod nos Reverendo Patri ac Domino noſtro Engelberto, Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Electo, ſolvere tenemur & promittimus pro diſſenſionis inter ipſum & Nos ſuborta materia ſopienda ſex mill a Marcarum Denariorum Colon. terminis infraſcriptis. Videlicet in exitu Auguſti duo millia Marcarum, in Feſto B. Martini duo millia Marcarum, & in Feſto Purificationis B. Mariæ Virginis duo millia Marcarum, pro quibus nos ipſi Domino noſtro Electo præfato noſtros Concives conſtituimus Fidejuſſores, Gerhardum Scerſyn, Matthiam Overſtolz, Godeſcalcum Overſtolz, Ludolphum Piſtorem, Albertum Scalle, Gerardum Aurifabrum, Henricum de Sancto Trudone, Hermannum de Sancto Spiritu, Gerhardum de Stantkule, Hermannum Spaneline, Joannem de Hirco, Hermannum Rapam, Wilhelmum D. Hoenhanen, Jacobum Luſcum, D. Cramhus, Franconem de Leopardo, Conemannum Clengedanc, Gerhardum de Juliaco, Thilmannum Piſtorem de Crikemare, Joannem & Godefridum Fres de Crikemare, Emelricum de foro ferri, Tilmannum Bliſcap, W. de Polhem, G. de Burhem, Joannem D. Arca, Joannem de Pepin, Goswinum ſub Lobio, Hermannum Meyer, Joannem de Curia Abbatis Pullere, Joannem Bierbuch, Joannem filium Marſilii, Joannem Buſe, Hermannum Clengedanc, Herbertum de Stoltzenburgh, Hermannum de Stella & Hermannum Greve fratrem Simonis, Petrum de Lurlenberg, Everhardum de Ligno,Rudolphum de Templo, Joannem Klengedanc, Hermannum de Butgaten, Hermannum Snauerganz, Goswinum de Doircke, Petrum Judeum, Gerardum de Saltzgaten, Arn. de Montabur, Henricum filium Henrici de Moguntia, Cunemannum Saldere,Heindericum Comitem, Gerardum de Vlotſcippe, W. - - de Horreo, Hildegerum D. Stezza, B. de Lurlenberg, Theodorum Gir, Gerlacum de

promiſerunt, ipſe vero Electus partem, quam à prædicta ſumma recepit absque reſtitutione & contradictione qualibet libere retinebit. Nos vero fidejuſſores univerſi ac ſinguli profitemur præmiſſa omnia eſſe vera, & ad obſervantiam earundem more bonorum fidejuſſorum nos præſentibus obligamus. In cujus rei teſtimonium præſentes literas conſcribi & noſtro ac virorum Nobilium Comitum, Geldrienſ. Clevenſ. Jul. Wald. de Jul. Theo. de Falckenberg & Theodori de Henesberg, ſigillis fecimus communiri. Datum Coloniæ in craſtino Viti; Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo.

(L. S.) (L. S.) (L. S.)

CCCXXXIII.

Transſumpt eines Vergleichs, welcher zwiſchen denen Ertz-Biſchoffen Conrado und Engelberto II. zu Cölln und der Stadt Cölln im Jahr 1262. getroffen worden, de Anno 1262.

OMnibus, ad quos literæ præſentes proveniunt. Fratres Hermannus Prior, Provincialis Ordinis Fratrum Prædicatorum per Theutoniam, & Conradus Prior ejusdem Ordinis in Colonia, nec non fratres Engelbertus Cuſtos & Gerardus Gvardianus, Ordinis Fratrum Minorum in Colonia, cognoſcere veritatem. Univerſitati Veſtræ notum facimus, quod nos literas in Theutonico Idiomate infra transſcriptas Sigillis veris ac propriis venerabilis Patris bonæ memoriæ Domini Conradi, olim Colonienſis Archi-Epiſcopi & Capituli Colonienſis ac Civitatis Colonienſis, nec non Reverendi Domini Engelberti Colonienſis electi ac aliorum in ipſis literis nominatorum ſignatas non cancellatas, non abolitas & in nulla parte ſui viciatas verbo ad verbum vidiſſe & perlegiſſe, in hæc verba:

Dilectiſſimis nobis Alim, Eccleſiæ Sabionenſis, qui nunc Brixinenſis: ſeu Attoni, Eccleſiæ Friſingiæ, ac ſimul Eccleſiæ Reginenſis, nec non Walterico, Eccleſiæ Patavienſis & Symberto, Eccleſiæ Niwenburgenſis, Provincia Bojoariorum Epiſcopis, Leo, ſervus ſervorum Dei. Dilectionis Veſtræ, quas nobis petitorias emiſiſtis Syllabas libenti ſuſcepimus animo, in quibus ferebatur, ut in Provincia veſtra Archiepiſcopum ordinaremus, quo provincia ipſa mirifice à filio noſtro Domino Carolo, excellentiſſimo Rege Francorum & Longobardorum, & Patritio Romanorum penitus ex omni parte ſicut decuit, ordinata eſt; Idcirco convenit, nos ipſos, nempe Eccleſiaſtico moderamine in ſacro ordine fideliter atque ſpiritualiter ſecundum cenſuram Canonicam, ipſam ordinare Bojariorum provinciam: & quia, Deo auſpice, reperientes virum Almificum & in ſcripturis divinis peritiſſimum, & in omnibus miſericordiſſimum, ſpiritualibus moribus comprobatum, una cum conſenſu & voluntate prædicti filii noſtri, Domini Caroli, præcellentiſſimi Regis, vobis ordinavimus, ſecundum ſanctiones Patrum Archiepiſcopum, videlicet Arnonem, Eccleſiæ Juvavienſium, quæ & Petena nuncupatur, quæ in honore B. Petri, Principis Apoſtolorum venerabiliter eſt conſecrata, ibique requieſcit corpus ſacri Pontificis Rudperti, una cum venerabilibus ſuis ſodalibus, ſcilicet Chunaldo & Giſilario, quorum corpora ibidem à fidelibus honorantur; qui dudum veſter fuit Coëpiſcopus, nunc autem frater & Coëpiſcopus noſter, veſter autem Archiepiſcopus & venerabilem ſedem ejus Metropolitanam habentes, ad quam ſancto Arnoni, Archiepiſcopo veſtro, uſum Pallii tribuentes dedimus in mandatis, ut ſecundum Canonicas inſtitutiones, omnibus Eccleſiis ſuperius nominatis, in Diœceſibus illi ſubjectis, Canonice valeat adminiculum impartiri, ut in futuro examine ante tribunal Chriſti liberaliter valeat audire; Euge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Bene valete. Anno tertio, atque Domini Caroli, excellentiſſimi Domini Regis Francorum & Longobardorum & Patricii Romanorum, à quo cepit Italiam, anno vigeſimo quinto, Indictione ſexta.

II.

Kayſers Ludovici Pii Brieff an Ertz-Biſchoff Arnonem zu Saltzburg, daß er die in ſeiner Abweſenheit auff dem Concilio zu Achen verfertigte Statuta, die Reformation derer Mißbräuche unter der Cleriſey betreffend, in ſeinem Ertz-Stifft zur Execution bringen möchte, de Anno 817.

In Nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Ludovicus, divina ordinante providentia Imperator Auguſtus, venerabili Arnoni, Saltzburgenſi Archiepiſcopo, in Domino ſalutem.

Sacrum & memorabile Concilium divino nutu noſtroque ſtudio in Aquisgrani palatio nuper aggregatum, in quo multa ad propagandam Eccleſiaſticam dignitatem, præcedente & ſubſequente gratia Chriſti, diligenter tractata atque inſtituta ſunt, tuam nullatenus credimus latere ſanctitatem. Sed quia contigit eidem ſancto & venerabili Concilio tuam non interfuiſſe paternitatem, ad tuam deſtinare decrevimus beatitudinem per præſentem Miſſum noſtrum, nomine Nothonem, Formulas Canonicæ inſtitutionis ab eodem ſacro conventu & ſanctorum Patrum ſparſim digeſtis ſententiis collectas, atque in unum congeſtas. Quam etiam idcircò penes palatium noſtrum diligenter ſcribi fecimus, ut nihil in ſe ſcriptorum vitio depravationis, aut detruncationis habens ad te uſque incolumis perferretur. Quapropter volumus atque decernimus, ut juxta Metropolitanæ ſedis tibi canonicè collatam dignitatem, noſtræque authoritatis ſanctionem, diœceſeos tuæ Epiſcopos & cæteros Eccleſiæ Prælatos tempore & loco congruenti ad te arceſſere facias, & his coram Miſſo noſtro memoratas inſtitutionis formulas perlegi jubeas: & quid ob exaltandum Eccleſiaſtici culminis faſtigium & animarum ſalutem idem ſacer conventus crediderit, liquido demonſtres. Sed & hic qui in uno collegio canonice degunt, tenendam obſervandamque coram memorato Miſſo noſtro percenſeas. At ſi alicujus cordis obtuſio eam intelligere nequiverit, huic ſive abs te, ſive ab aliis Epiſcopis, conprovincialibus ſcilicet, ejus doctrinæ fulgore nitentibus, ſobriè tradatur: Sed & in hoc nihilominus circumſpectam monemus eſſe tuam prudentiam, ut ab his, qui eas tranſcripturi ſunt, ita tranſcribantur, ut nec depravata vitio ſcriptoris, nec detruncata ab aliquo fiat, ſed ſicut prædicto Miſſo noſtro eis demonſtratum fuerit, abſque aliqua depravatione, vel detruncatione tranſcribatur. Noveris etiam, quia ideo illius exemplar apud armarium palatii noſtri detentum eſt, ut eo probari patenter poſſit, quis eas incurioſe tranſcripſerit, vel quis aliquam ejus partem detruncaverit. Omnes ergo tuæ diœceſeos Epiſcopi, & cæteri, eas vigilanti cura tranſ-

ſcribere, ſolerti ſtudio intelligere, inſtantiſſimæ aſſiduitatis exercitio divinitus adjuti operibus complere decertent, ut cum nos hujus rei gratia inquirendæ veritatis Calendis Septembribus, ſicut eidem ſacro & memorabili Concilio meminimus nos dixiſſe facturos, Miſſos noſtros per Imperium à Deo nobis collatum deſtinaverimus, remota cujuslibet difficultatis oppoſitione, ejusdem ſalutiferæ inſtitutionis, prout Deus eis poſſe dederit, ſtrenui inveniantur operatores. Quoniam diligenti indagine, vita comite, perquirere jubebimus, quis injunctum ſibi officium ſtrenuè peregerit, vel quis in Clauſtris Canonicorum & cæteris habitationibus conſtruendis, & in neceſſariis ſtipendiis eis tribuendis, & in domibus ad receptacula pauperum reparandis ſanctioni noſtræ paruerit, quisve Clerum ſuum eadem Inſtitutione & cæteris ſpiritualibus documentis inſtruere curaverit; vel quis cauſa avaritiæ eos, quos in Chriſti militia rationabiliter alere poterat, propulerit. Quia unius anni ſpacium dedimus, ut ea, quæ promiſſa ſunt, absque ullius difficultatis excuſatione perfici, ubi nec dum facta erant, facillime poſſent. Nos quoque præfatum Miſſum noſtrum ad tuam ſanctitatem ideo direximus, ut tuum, cæterorumque Eccleſiaſticorum, in tua diœceſi conſiſtentium, diligenter atque ſubtiliter in hoc negotio intueretur ſtudium, & ut opem in cæteris commonendis ferret: qui etiam nobis referret, qualiter Prælati & Prælatæ eam libenter ſuſceperint, diligenter tranſcribere ſtuduerint, & devotè adimplere juxta vires curaverint, quoniam jam diu illum in tua, vel conprovincialium tuorum diœceſi morari & diſcurrere una cum Miſſo tuo juſſimus, donec ab omnibus memoratæ formulæ tranſcriberentur: ut videlicet cuncta procurans, diligenterque perficiens, cum ad nos illum redire opere expleto tempus permiſerit, cuncta, quæ acta ſunt, veſtro utrorumque ſcripto notentur, atque per ipſum tuumque Miſſum noſtræ dinoſcentiæ intimentur, ut ſciamus, quibus gratiarum actiones referre, quosque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus.

Si verò aliquis tuæ diœceſeos eidem Inſtitutioni, veſtræque admonitioni, procaciter reniti voluerit, & eam, quæ ab eodem ſacro & venerabili Concilio conſtituta atque decreta eſt, quantum Dominus ei poſſe

dederit, obſervare contempſerit, præcipimus ut ſi antea hujuscemodi non ſe correxerit, quicunque ille eſt, ante præſentiam noſtram tua vel Miſſi noſtri admonitione venire feſtinaret, quatenus à nobis, juxta quantitatem culpæ, dignè corrigatur. Direximus præterea tibi pondus & menſuram, ſecundum quæ Clericis & ſanctis Monialibus panis & potus æqualiter tribuenda ſunt. Quæ ut ab omnibus firmiſſime atque inviolabiliter teneantur, decernimus; & ne quid incrementi, aut detrimenti a quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus.

Tuam igitur in calce hujus epiſtolæ admonemus ſanctitatem, ut ſecundum miniſterium tibi divino munere collatum, noſtræ in hoc negotio ſaluberrimæ admonitioni obedienter & inexcuſabiliter pareas, & cæteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe juſtumque eſt, ut quanto ſublimius ſacerdotii dignitate aliis ſuperemines, & à nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei noſtramque voluntatem exequendam, devotiorem te atque promptiorem exhibeas, Vale in Domino & ora pro nobis.

III.

Des Römiſchen Königs Ludovici IV. Diploma Donationis des Orts Saltzburg mit ſeinen Pertinentien, ingleichen der Saltz-Wercke zu Hallein und der Maut und des Zolls auff den Flüſſen Sala und Saltza, an das Ertz-Stifft Saltzburg, de Anno 908.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus, divina favente gratia Rex. Notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtrisque, præſentibus & futuris, qualiter nos, pro adipiſcenda æternæ vitæ mercede, & pro amore Dei & ſanctorum ejus, videlicet Petri, Principis Apoſtolorum, & ſancti Ruperti Confeſſoris Chriſti atque Pontificis, & omnium Sanctorum Dei, & per interventum & ſupplicationem fidelium noſtrorum Epiſcoporum ſcilicet, & Comitum, Batthonis vero Moguncienſis Archiepiſcopi, Adalberonis Epiſcopi, atque Salomonis Epiſcopi, atque Megimberti in præſentia cœterorum Principum noſtrorum & cum conſultu eorum, quasdam res proprietatis noſtræ ad monaſterium, quod dicitur Saltzburg, in poteſtatem prædictorum Sanctorum, & in Paſtoralem Dominationem Pilgrimi ibidem conſtituti Archiepiſcopi, in pago Saltzburghove dicto, in comitatu Sigihardi, hoc eſt curtem noſtram Saltzburghov vocatam, quam ipſe Archiepiſcopus tunc in miniſterium habere viſus eſt poteſtativè in proprietatem conceſſimus, atque transfudimus totam cum integro, cum curtilibus, omnibusque ædificiis, campis, agris, pratis, paſcuis, Sylvis, lacis, aquis, aquarumque decurſibus, venationibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, quæſitis & inquirendis, terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipiis quoque omnibus utriusque ſexus, parſcalcis, cum omnibus cenſibus in Halla & extra Hallam, in Salina & extra Salinam, circa fluvios Sala & Saltzaha vocatos, in auro & Sale, & pecoribus cum teloneis duobus, qui vulgò Muta vocantur, & cum omnibus appendiciis & adjacentibus rebus ſuis, & cum miniſterialibus hominibus ſubnotatis, Kerolt cum uxore ſua & filiis, & cum omnibus ſibi in miniſterium commiſſis Stinno & Engilwan cum uxoribus & filiis eorum, & cum omnibus rebus ad prædictam curtem Jure legitimeque pertinentibus, tali Jure ad jam dictum locum Saltzburg in poteſtatem tradidimus, & ulterius nullius perſonæ homo auſus ſit, hanc donationem confringere, & ſi hoc quis facere cogitat, Dei judicium incurrat. Inde quidem juſſimus hoc auctoritatis noſtræ præſens præceptum conſcribi, ut ipſæ res perpetuis temporibus, liberè atque ſecuriter deinceps absque ullius perſonæ obſtaculo firmiſſimo veſtitu ad eandem ſedem poſſideantur. Et ut hæc auctoritas noſtra firmior habeatur, & per futura tempora verius credatur, ac diligentius obſervetur, manu noſtra eam roboravimus, annuloque noſtro ſigillari juſſimus.

(L. S.)

Signum Domini Ludovici
Sereniſſimi Regis.

Odalfridus Cancellarius, ad vicem Pilgrimi, Archicapellani recog. & SS. Data XVI. Calend. Januarii Anno Incarnat. Domini DCCCCVIII. Indict. XI. Anno regni Domini Ludovici VIII. Actum ad Waipillinga, in Dei nomine feliciter, Amen.

Nota. Ejusdem Privilegii tres confirmationes, ab Ottone I. Rege, VI. idus Januarii, Anno DCCCCXL. A Friderico I. Imperatore, Anno MCLXXVIII. & Rege Philippo MCLXXXXIX. Archiepiſcopatui Salisb. datæ ſunt.

IV.

IV.

Bulla Pabſts Johannis XIII. vermöge welcher er den verblendeten Ertz-Biſchoff Heroldum zu Saltzburg ſeiner Dignität entſetzet, und den neu-erwehlten Ertz-Biſchoff Fridericum I. beſtätiget, de Anno 967.

JOhannes, Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul, omnibus Archiepiſcopis noſtris dilectis in Chriſto fratribus apud ſanctam Synodum Ravennæ nobiſcum aggregatis, æternæ beatitudinis gaudia. Sanctitati ac dilectioni notum veſtræ eſſe volumus, quod Heroldus, dudum Salisburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus contra Canonicam & Apoſtolicam auctoritatem nefaria præſumptione poſt ſuorum oculorum amiſſionem videatur ſacrum celebrare myſterium & quod ridiculum eſt, pallium geſtare ſolemniter, hoc namque ad modicam hæreſeos veſaniam attinet, & nobis omniumque fratrum Orthodoxorum prudentiæ debet videri execrabile, præſertim cum ipſe pro ſua culpa & perfidiæ temeritate exoculatus ſit, eo quod Eccleſias Dei exſpoliaverit, theſaurum paganis erogaverit, ſeſequè eis junxerit, in Chriſtianorum necem & deprædationem, contra Dominum & piiſſimum Imperatorem ſuum leniorem rebellis & infidelis extiterit, & proinde à Deceſſoribus noſtris ſanctæ memoriæ Pontificibus omne Sacerdotale officium ſæpe ei ſit interdictum, atque electione & poſtulatione omnium pene nobilium Bavariorum ſcilicet Clericorum & laicorum, ſancta Romannæ mater Eccleſia ſuæ authoritatis privilegio Fridericum, virum venerabilem & cunctis laudabilem loco ejusdem Heroldi fieri, eſſeque Archiepiſcopum omnimodo decreverit. Quapropter itaque noſtrorum Deceſſorum auctoritatem ſequentes veſtræque omnium fraternitatis aſſenſione roborati, ipſius Heroldi hæreticam & temerariam pravitatem ammodo ac deinceps damnamus ac penitus confutamus ex vice beati Petri Principis Apoſtolorum, nec non omnes ſequentes cæcitatem corporis ac mentis ejus in tali præſumptione eique communicantes excommunicamus primo & anathematizamus uſque ad pleniſſimam emendationem. Inſuper jam dicto Friderico per authoritatem ſedis Apoſtolicæ d gniſſimo Archiepiſcopo honorem & dignitatem Salzburgenſis Archiepiſcopatus confirmamus & corroboramus & univerſos humilitate ejus allubeſcentes, benedicimus & Catholicos approbamus. Unde rogantes hortamur ſanctitatem veſtræ fraternitatis, ut in hoc nobiscum pariter aſſentiatis & huic noſtræ Apoſtolicæ Sanctioni veſtram confirmationem præbeatis. Johannes, ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, huic ſanctioni editæ à me in ſynodo apud Ravennam ſubſcripſi. Signum Domini Ottonis II. Sereniſſimi Imperatoris. Rodolvus Patriarcha Aquilegenſis Eccleſiæ interfui & ſubſcripſi. Petrus S. Rau. Eccleſiæ & Walpertus S. Mediolan. Eccleſiæ Archiepiſcopus, Lanuvardus S. Mindenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Otkerus, ſanctæ Spirenſ. Eccleſiæ Epiſcopus. Windo, ſanctæ Siluæ candidæ Epiſcopus & Bibliothecarius Apoſtolicæ ſedis. Martinus, ſanctæ Surienſis Eccleſiæ Epiſcopus. Benedictus, ſanctæ Portuenſis Epiſcopus. Everardus, Epiſcopus Aretinenſis. Sichelmus, Epiſcopus Florentinæ. Petru, Epiſcopus S. Volteranenſis Eccleſiæ. Johannes, S. Ariminenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Hubertu, ſanctæ Luvenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Honeſtus, Epiſcopus ſanctæ Peruſinæ Eccleſiæ. Petrus, ſanctæ Camerinæ Eccleſiæ. Ingito, Epiſcopus S. Aſinatæ Eccleſiæ. Leo, Epiſcopus ſanctæ Aſinatæ Eccleſiæ. Johannes, Epiſcopus S. Galienſis Eccleſiæ. Erfemarius, Anconitanæ Eccleſiæ Epiſcopus. Auſtingus, Epiſcop. Auximanenſ. Eccleſiæ. Benedictus, Humanatæ Eccleſiæ Epiſcopus. Eberardus, Eſinatæ Eccleſ. Epiſcopus. Benedictus, Fuliginæ Eccleſ. Epiſcopus. Julianus, Lucerinæ Eccleſ. Epiſcopus. Gregorius, Comaclenſ. Eccleſiæ Epiſcopus. Ruodo S. Ceſinatæ Eccleſ. Epiſcopus. Arnaldus, Popilienſ. Epiſcopus. Radaldus, Roſilienſ. Epiſcopus. Martinus, Mantuanenſ. Epiſcopus. Stephanus, Ficoclenſ. Epiſcopus. Joannes, Bellunenſ Epiſcopus. Albericus, Perufunenſ. Epiſcopus. Rodulphus, Vicentin. Epiſcopus. Gerhardus, Faventin. Eccleſ. Epiſcopus. Petrus, Metaumaucenſ. Epiſcopus. Hubertus, Parmenſis Epiſcopus. Luizo, Cremonenſ. Epiſcop. Ermenald. Regionenſ. Epiſcop. Gerbold. Polonenſ. Epiſcop. Gauſilimus, Patanenſ. Epiſcop. Arnaldus, Tridentin. Epiſcopus. Teutpertus, Feltrenſis Epiſcopus. Zenobius, Feſulanæ Epiſcopus. Gothofredus, Aquenſ. Epiſcopus. Roilo, Aſtenſ. Epiſcopus. Luido, Gloſinenſ. Epiſcopus. Adelbertus, Bonenſ. Epiſcopus. Vindo, Modinenſ. Epiſcopus. Johannes, Vnolenſis Epiſcopus. Ratherius, Veronenſ. Epiſcop.

ſcop. Antonius, Briſuenſ. Epiſcopus. Udalricus, Bergamenſ. Epiſcop. Johannes, Jordanenſ. Epiſc. Aupaldus, Novanenſ. Epiſcopus. Lupus, Spolentinæ Eccleſ. Sigihardus, Cetenſ. Epiſcopus. Rihehard. Fanenſis Eccleſ. Epiſcopus ſubſcripſi. Actum Rav. VII. Kal. Maji per manum Stephani Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Aprili & indictione decima, in præſentia omnium Sanctorum Epiſcoporum.

V.

Pabſts Benedicti VI. Bulla, worinn er Ertz-Biſchoff Fridericum I. zu Saltzburg zu des Römiſchen Stuhls Legato im gantzen Norico und Pannonien ernennet, de Anno 97--. **ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Ertz-Stifft Saltzburg,** pag. 118.

VI.

Kayſers Henrici II. Diploma Donationis innen benennter Güter an Ertz-Biſchoff Hartwicum zu Saltzburg, iedoch nur auf Lebens-Zeit, de Anno 1003.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet ac futuris. Qualiter nos ſuppliciter interveniente nobis dilectiſſima conjugali noſtra & regnorum conſorte, videlicet Cunegunde, Venerabili Salzburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, nomine Hartwigo, per hoc regale præceptum tradidimus quoddam noſtri Juris prædium, in comitatu Berchtoldi Comitis ſitum, id eſt, quicquid Hazo in pago Lingowe pro beneficio viſus eſt hactenus poſſidere cum omnibus pertinentiis, reditibus & utilitatibus ſuis, cum mancipiis utriusque ſexus, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, apibus, runcatis, venationibus, molendinis, piſcationibus, aquis aquarumque decurſibus, viis & inviis, exitibus, reditibus, quæſitis & inquirendis, ſive cunctis, quæ quolibet modo rite vocari aut inveniri poſſunt appenditiis eo tenore: quatenus præſcriptus Venerabilis Præſul ipſum illud, quicquid eſt, omnibus diebus vitæ ſuæ cum omni integritate, uſufructuario liberaliter obtineat atque poſſideat: & poſt clauſum vitæ hujus terminum in uſus Monacharum S. Erendrudi ſupra urbem Salzburg regulariter ſervientium cum omni utilitate & integritate reſtituat, pro noſtra noſtrorumque debita ſalute & regni ſtabilitate; nobisq; dilectiſſimi Senioris, Terry videlicet Ottonis, animæ apud Dominum commemoratione. Et ut hæc noſtræ traditionis authoritas ſtabilis & in convulſa permaneat, hanc noſtri præcepti paginam manu propria roboratam, ſigillo noſtro imprimi juſſimus.

Signum Domini Heinrici, Regis invictiſſimi.

Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archi-Capellani Regis.

Data Cal. Decembr. Indiction. I. anno incarnationis Dominicæ MIII. Anno vero Domini Henrici II. Regis ſecundo, Actum Ratisponæ.

VII.

Kayſers Henrici IV. Privilegium, ſo er Marggraf Ernſten zu Oeſterreich über einige Gerechtſamen, und inſonderheit das Jus Advocatiæ über die Stiffter Lorch und Saltzburg ertheilet, de Anno 1058. **ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unter dem Ertz-Hertzogl. Hauſe Oeſterreich,** pag. 3.

VIII.

Pabſts Alexandri II. Brieff, worinn er Ertz-Biſchoff Gebhardo zu Saltzburg die Freyheit ertheilet, ein neues Biſchoffthum in ſeiner Diœceſi auffzurichten, de Anno 1070.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Gebehardo, Salzburgenſi Archiepiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum. Quotiens ea a nobis petuntur, quæ religioni conveniunt, prompta debemus conceſſione annuere, & favoris noſtri gratanter præbere aſſenſum, quoniam ex conſideratione noſtri officii cogimur Eccleſiarum utilitatibus, etiamſi minimè exigantur ſolicitè invigilare, & animarum ſaluti ſolerti ſtudio providere. Quapropter dilectiſſime frater, quia poſtulaſti a nobis, quatenus Apoſtolica auctoritate concederemus tibi unum Epiſcopatum in tua parochia conſtituere, quia Eccleſia tua tam amplè diffuſa eſt, quod per te ſolum non poſſis eam in chriſmate aliisque pluribus, quibus Epiſcopali officio indiget, decenter ac rationabiliter regere; piis precibus tuis inclinati, libenter annuimus, & ut etiam impleatur, ſatagimus. Apoſtolica igitur auctoritate, venerande frater, religioni tuæ concedimus, volumus, & firmamus, atque auctoritate beati Petri, Apoſtolorum Principis, in quocunque loco tibi melius viſum fuerit, Epiſcopatum in tua Parochia, conſtrue, & ad procurandam ſalutem animarum, adjutorem tibi tua conſideratione ibi præpone. Ita tamen, ut Epiſcopatus ille Eccleſiæ tuæ, tibique vel tuis ſucceſſoribus nunquam ſubtrahatur, & nullus ibi Epiſcopus quandoque ſive per inveſtitu-

ram, ut dici aſſolet, vel quocunque pacto inibi conſtituatur, niſi quem tu, vel tui ſucceſſores prompta voluntate elegerint, ordinaverint, & conſecraverint. Indignum enim atque deteſtabile eſt, ut hoc, quod ſtudio pietatis a nobis quæſitum, Apoſtolica auctoritate firmatum, ad detrimentum Eccleſiæ tuæ quolibet modo vertatur. Si quis autem temerario auſu hujus noſtræ ſanctionis privilegium infregerit, noverit ſe Apoſtolicæ excommunicationis atq; anathematis vinculo innodatum. At vero, qui pio intuitu cuſtos & obſervator extiterit, perpetuæ benedictionis abundantia repleatur. Data Lateranis XII. Cal. April. per manus Petri Clerici, fungentis vice Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ac Bibliothecarii, Anno ab incarnatione Domini M.LXX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ II. nono, Indictione VIII.

IX.

Kayſers Henrici IV. Confirmation des von Ertz-Biſchoff Gebhardo zu Saltzburg fundirten Biſchoffthums Gurck, de Anno 1072.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Rex. Quotiens ea a nobis petuntur, quæ religioni conveniunt, prompta debemus conceſſione annuere, & favoris noſtri gratanter præbere aſſenſum. Ergo fidelis noſter Gebhardus, Juvavenſis Archiepiſcopus, de commiſſarum ſibi animarum periculis dolens, conqueſtus eſt, quod Epiſcopatum ſuum in Montanis ſitum, præ nimia parochiæ amplitudine & viarum difficultate per ſe ſolum regere non ſufficeret, conſultu fidelium noſtrorum, pro neceſſitate Eccleſiæ, decrevimus & annuimus, ut infra Parochiam ſuam adjutorem ſui operis Epiſcopum & ſedem Epiſcopalem conſtitueret. Igitur in loco qui dicitur Gurca, apud Eccleſiam Sanctæ Mariæ, ubi prius erat congregatio ſanctimonialium, placuit nobis, ut Cathedram Epiſcopalem faceret, & eidem novæ ſedi, Partem Parochiæ ſuæ, & de prædiis & decimis, quantum ſibi conveniens videretur, attribueret, & ad eandem ſedem, Epiſcopum ex ſua conſideratione ordinaret, ea videlicet ratione, ut Epiſcopatus ille, Eccleſiæ Juvavenſi, & prædicto Archiepiſcopo ſuisque ſucceſſoribus nunquam ſubtrahatur, & nullus ibi Epiſcopus, quandoque ſive per inveſtituram, ſive quocunq; modo conſtituatur, niſi quem prædictus Archiepiſcopus, ſuique ſucceſſores elegerint, ordinaverint, conſecraverint. Et ut hoc noſtrum regale præceptum ſtabile & inconvulſum omni permaneat ævo, hanc chartam inde conſcribi, manuque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Ego Albero, Cancellarius vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi. Data II. Nonas Februarii, Anno Dominicæ incarnationis M. LXXII. anno ordinationis Domini Henrici Regis XVIII. regni vero XVI. indictione X. Actum eſt Ratisponæ, in Dei nomine, Amen.

X.

Pabſts Gregorii VII. Breve an Ertz-Biſchoff Gebhardum zu Saltzburg, worinn er ihm verweiſet, daß er die Cleriſey nicht im Zaume gehalten, und was ſolchem mehr anhängig, de Anno 1073.

Gregorius, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Gebhardo, Saltzburgenſi Epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

SI ea in vobis, quam ſperamus erga nos dilectio flagraret, prius ad nos veſtræ, quam noſtræ ad vos literæ perveniſſent; cum id faciendi facilius vobis per plures ad limina Apoſtolorum venientes, quam nobis per unum hinc ad vos proficiſcentem occaſio conferatur. Nos tamen

tamen inſalutati officium ſalutationis impendimus, & quam ſolemus dilectionis tibi ſinceritatem exhibemus. Sed eſt unde fraternitatem tuam negligentiæ merito argui putamus, quod de caſtitate clericorum, ſicut nobis relatum eſt, præceptis Romanæ Synodi, cui interfuiſti, inobediens usque hodie videaris. Qua in re tantum de te admirantes gravius dolemus, quantum te illud ſolicitius operari ſperabamus. Unde Apoſtolica te auctoritate admonemus, ut clericos tuos, qui turpiter converſantur, paſtorali rigore coërceas; & quod Romana eccleſia teſtante, de immunditia clericorum ſtatuit, neq; gratiam, neq; odium alicujus conſtanti auctoritate in eccleſia tua prædicando exerceas. Cæterum pro amore S. Petri, cujꝰ limina præſentium portitor requiſivit, ſtudeat religio tua viſcera pietatis ſibi aperire, in quantum cum ſalutæ animæ ſuæ videtur tibi poſſe fragilitati ſuæ condeſcendere; quatenus non pœniteat eum tanti itineris laborem ſubiiſſe, ſed gaudeat, quod diu quæſivit, ſcil. S. Petri miſericordiã per nos juxta votum ſuum impetraſſe. Data Capuæ decimo ſeptimo Kal. Decembr. indictione duodecima.

XI.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Gebhardum zu Saltzburg, worinn er ihn ermahnet, das von ihm in ſeiner Diœceſi geſtifftete Biſchoffthum Gurck zulänglich zu dotiren, de Anno 1075.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Gebhardo, Salzburgenſi Archi-Epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

MEminimus dilectionem tuam annis ſuperioribus apoſtolicam ſedem adiiſſe, atque à prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ Alexandro, me etiam favente atque aſſenſum præbente, impetraſſe, ut parochiæ tuæ portionem præamplitudine ſui decideres, atque in ea Epiſcopatum & Epiſcopum ad ſuperabundantem regiminis curam ſupplendam ſtatueres. Quam tuæ mentis intentionem tanto alacrius audivimus, atque ut adimpleretur ſtuduimus, quanto te religioſius id petere, atque multorum ſaluti prodeſſe velle intelleximus. Cui enim ſpiritualia lucra cordi ſint, his præſertim temporibus, cum juxta Apoſtolum, omnes quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, non libentiſſimè amplectatur voluntatem, divitias terrenas animarum ſaluti poſtponentem? Sed his diebus ad nos perlatum eſt de eodem bono propoſito tuo, quod nos vehementer contriſtavit, & lætitiæ prioris quaſi quasdam mœroris nebulas effudit. In quo prudentiam tuam & religionem multum mirati ſumus, & tibi ullatenus perſvaderi potuiſſe, ut ad hoc te factum debuiſſes inflectere. Comperimus enim, Epiſcopo, ut præfati ſumus, in parte procurationis tuæ compoſito, illum quidem in ſocietatem laboris miſiſſe, ſed tibi fructum laboris, ſcilicet decimas retinuiſſe. Quod ſi verum eſt, graviter dolemus in tam præclaro tuæ dilectionis opere cupiditatem, quæ radix omnium malorum eſt, locum ſibi potuiſſe ſurripere, ut operarium in vineam Domini mitteres, & eum operis mercede fraudares. Quamobrem caritatem tuam admonitam eſſe volumus, ut quod devotè Deo obtuliſti, ſerenum & ſincerum ſine ſuci admixtione perſolvas, plauſibilem humani favoris laudem caveas, & quod ſpe æternæ retributionis cœpiſti in ſecuritate ejusdem remunerationis expleas, & eccleſiam ſuarum decimarum reditibus inveſtias. Data Romæ, decimo quinto Kal. Julii, indictione decima tertia.

XII.

Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Conrado I. zu Saltzburg, und dem Convent zu S. Petri daſelbſt, die Translation der Ertz-Biſchöfflichen Wohnung betreffend, de Anno 1110.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus, felicis memoriæ, divina favente clementia, Salisburgenſis Archi-Epiſcopus. Si facultatibus matricum Eccleſiarum, quæ ſunt eleemoſynæ pauperum, vota fidelium, redemtiones animarum, cœnobia monachorum & xenodochia locupletare ſtuduerimus, peracto hujus vitæ curſu indeficienti mercede nos remunerari non diffidimus. Super his omne quod ſcribitur teſtamentum; cum memoriam, fidem, notitiam geſtarum rerum contineat firmamentum, ne poſteros latere queant ea, quæ noſtri præſulatus geſta ſunt diebus, officio ſtyli conſignari in hunc modum juſſimus. Ego Conradus, Juvavienſis Eccleſiæ poſt S. Rodbertum XXVII. Miniſter, dum cœnobii Sancti Petri clauſtrum rupibus montis deſuper imminentis perpenderem caſibus frequentiſſime quaſſari & vexari; fratribus ejusdem charitate compatiens, in monaſterium idem fideles noſtros convenire præ-

re præcepi; aſcendensque ad ſummum altare cauſam hanc omnibus patefeci, dicens: Univerſi ſcitote, qualiter amplificare & ſpatioſum facere locum iſtum diſpoſuimus. Itaque habitationi noſtræ vicina ædificia, quæ muris ſunt ſepta, ſuper altare S. Petri hodie tradimus ſimul cum inveſtitura fratribus in habitationem perpetuam. Et ne hoc Succeſſoribus noſtris poſthac fortaſſe grave videatur, noſtras manſiones honorifico cultu matrici Eccleſiæ convenientius adjungi & ordinari conſilium eſt. Quod ita traditum & confirmatum eſt a nobis omnium conſenſu anno Dominicæ Incarnationis MCX. Indictione III. Idibus Januarii, Wchilino Abbate hanc donationem cum teſtibus adnotatis ſuſcipiente, Udalrich de Sekirchin & fratres ejus. Chonrad & Reginperth & nepos eorum Otto de Hegelin, Hartnit, Sigebot, Meginhart, Lintolt, Jagni, Harbune, Giſilhere, Rodperth. Teſtes inveſtituræ Udalrich Volmar, Eberhart Dietmar.

XIII.

Pabſts Innocentii II. Breve an Ertz-Biſchoff Conradum I. zu Saltzburg, worinne er ihn wegen ſeiner Verfolgungen tröſtet, de Anno 113.

INnocentius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, venerabili fratri Conrado, Saltzburgenſi Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Gravis quidem, cariſſime frater, paſſionis videtur anguſtia, quam te a filiis tuis pati ſignificaſti, quos nutriendos in Domino ſuſcepiſti. Sed quale ſit paſſionis præmium, paſtoris noſtri voce inſtruimur dicentis, quod ſi pro juſtitia patimini, beati eritis. Noli ergo deſiſtere, noli ovibus Chriſti ſubſidia opportuna ſubtrahere, ne lupo rapienti aditus in ovile Domini relinquatur. Qualiter pugnare debeas, Divinæ ſcripturæ vocibus ſufficienter inſtrueris. Noſtræ facultatis auxilium per Dei gratiam ſemper paratum invenies.

Pro quibusdam eccleſiis a te interdictis nos Henricus Dux Carinthiæ poſtulavit: nos autem totum id diſpoſitioni tuæ committimus. Quid enim inde fieri debeat, tua dilectio poterit ſapientiorum fratrum deliberatione diſponere. De Hugone Brixienſi hoc ſervandum præcipimus, quod & de cæteris Guibertinis in Conciliis ſtatutum eſt, ut nec promoveantur, nec in ſuis ordinibus recipiantur.

XIV.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Conradum I. zu Saltzburg, daß er die Sache des, wegen der Simonie, beſchuldigten Abts zu St. Emmeran zu Regenſpurg, unterſuchen ſolle, de An. 113.

INnocentius, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Conrado, Saltzburgenſi Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Poſtquam fraternitati tuæ pro cauſa Pavonis S. Emmerammi Abbatis litteras miſeramus, ſcripſit nobis venerabilis frater noſter, Ratisbonenſis Epiſcopus, eundem Abbatem in judicio accuſatum, & de ſimoniaco flagitio convictum, ſicque depoſitum. Hujus ergo negotii pertractationem ſolicitudini tuæ, vice noſtra committimus: ut ad Ratisbonenſem eccleſiam per temetipſum accedens, diligenter inquiras, ſi judicium ordinabiliter eſt habitum; aut, ſi alii accuſatores, alii teſtes fuerunt, ſi eo præſente, ſub jurejurando, contra eum dictum eſt teſtimonium; ſi contra eum ſcriptis actum eſt, vel, ſi ipſe licentiam reſpondendi & defendendi ſe habuit; ſi accuſatorum, vel teſtium qualitas ſatis videtur canonibus convenire. Quæ ſi integre celebrata repereris, ſicut factum eſt, judicium perſeveret: alioquin Abbas ipſe, ſecundum literarum noſtrarum tenorem, ſupradicto monaſterio reſtituatur, & competenti, ſine retractatione temporis, termino, coram veſtra, & fratrum noſtrorum præſentia canonice judicetur.

XV.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Conradum I. zu Saltzburg, den Ungehorſam des Biſchoffs zu Regenſpurg betreffend, de Anno 113.

INnocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Conrado, Saltzburgenſi Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sicut tua nuper adverſa cognovimus, ſic & proſpera cognoſcere optaremus. Si enim compateris, compatimur; ſi congaudes, & congaudemus. Porro de fratre noſtro Ratisbonenſi Epiſcopo noſſe te volumus, qualiter obedientiam Romanæ promiſſam Eccleſiæ obſervaverit. Litteras enim quas per Abbatem S. Emmerammi ad eum miſimus, primo parum pendit, ſecundo nec accipere voluit, & latorem gravibus contumeliis affecit. Quamobrem nos eum, donec ſatisfaciat, ab omni Epiſcopali officio interdicimus, ſicut in litteris, quas ad eum miſimus, legere poterit, quas nimirum ei per te volumus præſentari, ne aut deſpiciantur, aut earum ſententia clam habeatur.

XVI.

Kayſers Friderici I. Reſcriptum an Ertz-Biſchoff Eberhardum I. zu Saltzburg, die Wahl eines Röm. Pabſts betreffend, de Anno 1159.

FRidericus, Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilecto & fideli ſuo Eberhardo, Venerabili Salzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

Intimamus Dilectionis Tuæ auribus, quod Nuncium tuum ideo tamdiu detinuimus, ut aliqua nova de negotiis noſtris, quæ per Legatos noſtros Romæ tractabantur, per apices noſtros tuæ charitati panderemus. Cum autem eſſemus in eorum quotidiana expectatione, & interim Nuncii Papæ cum ipſis de verbo pacis & concordiæ agerent divina providentia, quæ in ſui diſpoſitione nunquam fallitur, ipſum Papam in nocte beati Egidii de medio transtulit. De cujus obitu literas accepimus: & vero ſubſtituenda neceſſario eſſet talis perſona, quæ ad univerſorum ſalutem fidelium, Eccleſiarum Dei ſtatum in unionem pacis reformaret & ipſum Imperium ac fideles Imperii honeſtius tractaret.

Pro electione Pontificis facienda, jam in Romana Eccleſia partes eſſe audivimus, & plurimum inde dolemus; Inde eſt, quod pro hujus rei novitate tibi nuncianda, Nuncium tuum Dilectioni Tuæ remittimus, fidelitatis Tuæ ſinceritatem commonentes, intime hortantes, & quam maxime rogantes, ut ſi forte pro aliquo Romanæ Sedis electo aſſenſus diſcretionis tuæ requiſitus fuerit, non ſtatim, quaſi præcipitata ratione, vel nobis inconſultis, favorem tuum adhibeas, ſed ne Imperium noſtris temporibus in ſe ipſum diviſum deſoletur, ad unitatem nobiſcum ſtudeas, operam dare. Idem quoque tuis Suffraganeis & Coepiſcopis nunciandum & præcipiendum attentius rogamus.

Præterea Dilectionem tuam volumus non latere, quod juxta petitionem Regis Francorum, Venerabilem Legatum, noſtrum Papicenſem Epiſcopum, prudentem ac diſcretum magnæque Sanctitatis virum, a Curia noſtra transmiſimus, qui duo tanti nominis Regna, Anglorum videlicet ac Francorum ipſosque Reges ad firmam pacem & ſtabilem amicitiam vice noſtra commoneat, auctoritate reformet, & ſupra firmiſſimum dilectionis & amicitiæ noſtræ fundamentum cum omni plenitudine & integritate ſtabiliat. Noveris etiam, quod hæc tria regna in tantam noſtræ voluntatis & dilectionis unitatem inclinata firmabuntur, quod ex quo primum ſtabilita fuerunt, nunquam in tam concordi pace ligata manſerunt.

De cætero noſter prædictus Legatus hoc verbum electionis de Romano Pontifice in cordibus eorum ita firmabit, ut ipſi una nobiſcum unum inde velint ſapiantque nec in aliquam perſonam favorem ſuum tam ſubito ponant, niſi quam noſtrum trium unicus laudaverit aſſenſus.

De his autem omnibus per Alemanniam & Burgundiam & Aquitaniam apices noſtros direximus, univerſitatem fidelium hoc ſcire volentes, quod ad Cathedram tanti reginiminis, aliam perſonam nullatenus recipere intendimus, niſi quam ad honorem Imperii, & quietem & unitatem Eccleſiæ, unanimi & concordi aſſenſu fideles elegerint.

Poſt reditum vero Legatorum noſtrorum, quæcunque de negotiis Imperii & Eccleſiæ nobis attulerint, per majores Nuncios noſtros fidelitati Tuæ inſinuabimus & ex conſilio diſcretionis Tuæ univerſa tractabimus. Data in obſidione Cremæ, 16. Kal. Octobris.

XVII.

XVII.

Ejusdem Reſcriptum an Ertz-Biſchoff Eberhardum I. zu Saltzburg und ſeine Suffraganeos, worinn er Ihnen vermeldet, was ſich wegen der Päbſtlichen Würde vor ein Schiſma ereignet, und wie das Concilium zu Pavia Rolandum oder Alexandrum III. verdammet, Victorem IV. aber vor einen rechtmäßigen Pabſt erkennet, welches er ſie auch zu thun ermahnet, de Anno 1160.

FRidericus, Dei gratia, Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilectiſſimo ſuo Eberhardo, Venerabili Salzburgenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus, Alberto, Friſingenſi Epiſcopo, Hartmanno Brixinenſi, & Romano, Gurcenſi totique Provinciæ Salzburgenſi, gratiam ſuam & omne bonum.

Si ſacro Concilio Papiæ interfuiſſetis, omnia, quæ ibidem geſta, vel in Romana Eccleſia facta ſunt, oculata fide cognoſcere poſſetis. Ne autem ab his, qui pravis delationibus & mendaciis jam vere totum orbem reſperſerunt, veritas poſſit obnubilari, vel veſtra Sinceritas trahi in contrarium, quanto brevius poſſumus, ſeriem totius rei, ſine aliqua falſitatis commixtione, mera veritate vobis ſignificare dignum duximus.

Luce clarius conſtat, quod Papa Adriano adhuc vivente, Rolandus Cancellarius, & quidam Cardinales, non attendentes illud Dominicum: Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non; conſpiratione facta cum Wilhelmo Siculo, prius ab eis excommunicato, & cum cæteris hoſtibus Imperii, Mediolanenſibus, Brixienſibus, Placentinis, ne forte per mortem Papæ Adriani tam iniqua factio evaneſceret, juramenti vinculo invicem ſeſe conſtrinxerunt, ut, defuncto Papa, nullus alius ei ſubſtitueretur, niſi qui in eadem Conſpiratione cum eis convenisſet. Hac de cauſa duodecimo die poſt electionem Domini Victoris Papæ, eo ſedente in Sede Beati Petri, jam dicti conſpiratores egreſſi ab Urbe ad Ciſternam Neronis, derelinquentes venam aquarum viventium, ſe contulerunt & idolum ſibi Rolandum Cancellarium erexerunt, dicentes, hunc eſſe Simonem Petrum, qui Apoſtolicæ dignitatis apicem tam nefaria invaſione attingere præſumebat. Quod hæc conſpiratio facta fuerit, & ille jam dictus Rolandus per eam hoc modo intraverit, non eſt fictitium ſed religioſis viris ab illo, qui facit manifeſta conſilia cordium, mirabiliter eſt declaratum.

Dum hæc Romæ agerentur, & nos, quid ſuper tanto ſchiſmate agendum eſſet, viros religioſos, Archiepiſcopos videlicet & Epiſcopos conſultaremus, ſupervenerunt quaſi miſſi a Deo, Tarentaſinus Archiepiſcopus, Abbas Claravallenſis, Abbas Moremundenſis & alii Abbates numero decem, poſtulantes pacem Mediolanenſibus. Qui recepto a nobis verbo, dum Mediolanum pro inveſtiganda eorum voluntate redirent, acceperunt ab eis tale reſponſum: Domini Patres, nos tenemur aſtricti juramento Domino Papæ & Cardinalibus, quod non debeamus redire ad gratiam Imperatoris ſine eorum voluntate, & ipſi e contra ſine noſtra voluntate nullam pacem facere poſſunt. Reſponderunt eis Abbates: Vos de cætero non tenemini Domino Papæ, quia mortuus eſt. Et illi ſtatim ſubjunxerunt: Si mortuus eſt Papa, nos ideo non ſumus abſoluti; quia nihilominus tenemur Cardinalibus, & ipſi tenentur nobis. Hæc prædicti patres Abbates in Reſponſis a Mediolanenſibus teſtificati ſunt coram multis religioſis viris. Præter hæc multa experimenta factæ conſpirationis per literas in via deprehenſas accepimus, ſicut nuncius iſte plenius vidit & audivit.

Sane ex Conſilio Orthodoxorum, ſicut alia vice meminimus vobis mandaſſe, generalem conventum Religioſorum Papiæ indiximus, ad quem ambos, qui ſe dixerunt Romanos Pontifices, non ad judicium ſeculare, ſicut ora mendaciun aſtruunt, ſed ad examen Eccleſiæ per duos venerabiles Epiſcopos, Verdenſem videlicet & Pragenſem convocavimus. Alter vero, quod puriorem haberet conſcientiam, Dominus Victor videlicet, judicio Eccleſiæ ultro ſe obtulit: altero videlicet, Rolando contumaciter renitente & dicente, quia cum ipſe omnes deberet judicare, ipſe a nullo vellet judicari.

Habito itaque venerabili Concilio, in quo Patriarcha Aquilejenſis, & multi Archiepiſcopi & Epiſcopi religioſi convenerant, per octo continuos dies maxima gravitate, diligentiſſima examinatione, ſemota omni laica perſona, tractatum eſt, quis ex duobus ſummi Pontificatus apicem de jure deberet obtinere.

Poſt longam itaque deliberationem, quia illa nefandiſſima conſpiratio, Deo & Eccleſiæ admodum odibilis, manifeſtis indiciis non ſolum probata, verum in facie totius Eccleſiæ coram poſitæ revelata eſt, & in Domino Victore nihil reprehenſibile inventum eſt, niſi quod pauciores numero Cardinales omnino a Conſpiratione illa exſortes, eum pro bono pacis inter Regnum & Sacerdotium conciliando, elegerunt: & invocata S. Spiritus gratia, Eccleſiæ

Dei Rolandum Cancellarium, Conſpiratorem & Schiſmaticum, diſcordias & lites & perjuria bona eſſe evangelizantem, condemnavit, & Dominum Victorem Papam in patrem ſpiritalem & univerſalem Pontificem confirmavit. Quem nos, Eccleſia duce, ſecuti, approbamus, & univerſalis Eccleſiæ patrem & rectorem, cooperante divina Clementia, fore denunciamus.

Hoc itaque factum divinis ſuffultum præſidiis, & in apoſtolica ſtabilitate ſupra petram, Chriſtum videlicet, firmiter fundatum, a veſtra beatitudine, pro pace totius Eccleſiæ & ſalute Imperii approbari, & ab omni Eccleſia veſtræ Sanctitati commiſſa teneri & conſervari rogamus & præoptamus. Data Papiæ, XV. Kalend. Martii.

XVII.

Pabſts Alexandri III. Breve an Ertz-Biſchoff Eberhardum I. zu Saltzburg, worinn er ihn ermahnet, beſtändig ſeine Parthey zu halten, und den Kayſer auch darzu zu bewegen, de Anno 116.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri, Eberhardo, Salzburgenſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad hæreſes & ſchiſmata refecanda, viri catholici, & in fide ferventes viriliter debent aſſurgere, & illorum præſumptioni ſe murum & antemurale pro juſtitia & libertate eccleſiæ defendendo potenter opponere, qui ſacroſanctam eccleſiam, per inconſutilem Chriſti tunicam, quæ nullam recepit ſectionem, in evangelio figuratam, laniare conantur. Sic enim & grana a paleis ſeparantur, & qui probati ſunt, manifeſti fiunt, ut valeant dicere cum Apoſtolo: neque Angelus, neque Archangelus, neque anguſtia, nec fames poterit nos a caritate ullatenus ſeparare. Gaudio autem gaudemus in Domino, & omnipotenti Deo gratiarum referimus actiones, quod, ſicut ex plurium relatione accepimus, & lator præſentium a tua fraternitate, ſicut aſſerit, ad ſedem apoſtolicam deſtinatus, ſua nobis relatione monſtravit; in Unitate catholicæ eccleſiæ ac devotionis beati Petri & noſtra, firmus & ſtabilis permanſiſti, & ad honorem matris tuæ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ aſpirare diſpoſitus, & minas Principis, qui eccleſiam & nos ipſos ſine cauſa perſequitur, & ipſius libertatem nititur, penitus annullare, tanquam vir catholicus & fervens in fide, non usque adeo timuiſti, ut a fidelitate Romanæ eccleſiæ ac noſtra, poſſes aliquatenus dimoveri, dicens cum beato Petro: magis Deo, quam hominibus obedire oportet.

Pro tantæ itaque devotionis fervore & ſinceræ fidei puritate, prudentiam tuam plurimum in Domino commendamus, & quas debemus, & poſſumus, gratiarum tibi referimus actiones: propoſitum & voluntatem habentes perſonam tuam ſincera in viſceribus caritate diligere, & quibus modis expedire viderimus, largiente Domino honorare, ac tibi pro merito reſpondere.

Cæterum quoniam luce clarius eſt manifeſtum, qualiter Octavianus, ſchiſmaticus, hæreticus, & manifeſtus invaſor, cum tribus malitiæ ſuæ complicibus ſeipſum intruſerit, & per ſimoniam notoriam, & laicalem violentiam, papatum niſus fuerit opprimere; qualiter etiam Fridericus, potius tyrannus, quam Imperator dicendus, in conciliabulo apud Papiam multo labore collecto, ſtatuam Nabuchodonoſoris erigere, & erectum abominationis idolum præſumpſerit adorare; & qualiter viri catholici a facie ipſius Octaviani, tanquam a conſpectu draconis auſugerint: te non duximus diutius longa verborum & literarum ſerie detinendum, cum clementia faciat Divina illorum dies in vanitate defeciſſe, & accepta iniquitate ipſos videamus fuiſſe deceptos. Orientalis namque eccleſia in concilio Nazareth, præſente illuſtri Jeroſolymorum rege ſolenniter celebrato; Francorum, Anglorum, Hiſpaniarum, & tota occidentalis eccleſia, cum Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & toto clero, & populo ſuo, prædictum ſchiſmaticum ejusque principales fautores perpetuo anathemate damnarunt: nosque in patrem ſpiritualem & ſummum pontificem, ſicut ex communi fama & tranſcriptis litteris, quas tibi per latorem præſentium deſtinamus, poteris evidenter cognoſcere unanimiter & magnifice receperunt, omnem nobis obedientiam & reverentiam verbo & opere humiliter offerentes. Quæ omnia noſtris tibi literis tanto libentius aperimus, quanto de unitate ac profectu eccleſiæ lætitiam te credimus concipere ampliorem; de ipſius adverſitate tanto magis dolere, quanto in medio ejus firmior columna eſſe dignoſceris.

Quoniam ergo de religione, honeſtate, & prudentia tua, ſicut de illo, qui ſchiſmatica, vel hæretica, pravitate nequaquam potuit contaminari, ſed in petra catholicæ unitatis firmiter eſt ſolidatus, pleniſſimam fiduciam obtinemus: per apoſtolica ſcripta fraternitatem tuam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, qua-

quatenus, ſicut bene & laudabiliter, prout accepimus, inchoaſti, in devotione ac fidelitate ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac noſtra, immobili conſtantia perſeveres, ad honorem, augmentum, & exaltationem ipſius ad noſtram, puta mente, & viribus totis aſpirans, ut nullius minæ, vel terrores ab obſequio B. Petri & noſtro te valeant aliquatenus retardare. Suffraganeos quoque, & vicinos Epiſcopos, aliasque perſonas tam eccleſiaſticas, quam ſæculares, ad obſequium & devotionem eccleſiæ & noſtram, frequenti admonitione, ac ſolicita vigilantia ſtudeas revocare, & in ea propenſius ſolidare: animum quoque jam dicti Principis diligenter mitigare procures, & ut ad ſinum matris eccleſiæ, & viam redeat veritatis, attentius eum moneas & exhorteris. In quo tam ſpirituale, quam corporale commodum poterit adipiſci. Præterea ſtatum eccleſiæ tuæ, ac Teutonici Regni, animos quoque & voluntates hominum ejusdem regni, propriis literis tua nobis devotio non differat indicare. Super his autem & aliis, quæ nobis & eccleſiæ cognoveris expedire, taliter te præbeas ſollicitum & ſtudioſum: quod gratiam ſedis apoſtolicæ & noſtram debeas omni tempore uberrimam obtinere.

Data Romæ XIII. Kalend. Februarii.

XIX.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Eberhardum I. zu Saltzburg, daß er Kayſer Fridericum I. ermahnen ſolle, auff ſeine Seite zu treten, de Anno 116.

ALexander Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, venerabili fratri Eberhardo, Saltzburgenſis eccleſiæ Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Anteacta vita & religioſa converſatio tua, illa quoq; devotionis ſinceritas, & integritas fidei, quam in hoc tempore procelloſo & turbido, circa matrem tuam, ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & ſpecialiter circa perſonam noſtram, hactenus habuiſſe dignoſceris: pleniſſimam nobis parant fiduciam, quod ad honorem, incrementum, & exaltationem eccleſiæ, modis omnibus intendere debeas, & tota ſolicitudine laborare. Quanto enim majorem in eccleſia locum obtines dignitatis, & quanto ſupernæ providentia majeſtatis, ſublimiorem te in ædificio ſuo columnam inſtituit: tanto te robuſtius munimentum ad defenſionem ſponſæ in hæc ſæcula reſervavit, ut tanquam turris David cum propugnaculis ſuis contra Damaſcum reſpiceres, & adverſus ſchiſmaticam pravitatem, murum te inexpugnabilem ſtabilires. Quod utique hactenus omni formidine & ſeductione poſtpoſita, ita laudabiliter cognoſcimus te feciſſe, ut vere propugnator & defenſor eccleſiæ comproberis, & ſchiſmatici durum in te malleum ſe videant inveniſſe.

Nunc autem quoniam, ſicut accepimus, pro facto eccleſiæ ab Imperatore vocatus, in proximo debes ad præſentiam ejus accedere, diſcretionem tuam per apoſtolica ſcripta rogamus, monemus & exhortamur in Domino: quatenus eundem Imperatorem horteris modis omnibus & inducas, ut ad cor rediens, animæ ſuæ ſalubriter conſulat, atque ad unitatem catholicæ eccleſiæ revertatur. Proponas etiam ei diligenter & ſuadeas, ut beneficiorum Dei non exhibeat ſe ingratum, ſed quanto eum reſpectus Divinæ gratiæ ampliori faſtigio ſublimavit: tanto unicam ſponſam Chriſti, quam ipſe proprio ſanguine abluit & redemit, propenſiori diligat caritate, & ſinceriori veneretur affectu. Aliter enim niſi ei prius reconciliatus fuerit, ſalvari non poteſt: & ſi ab illa ſchiſmatica non receſſerit pravitate, & ad ſinum matris eccleſiæ non redierit, etiamſi proſperari in hoc ſæculo videatur, æterni pœnam ſupplicii evadere non poterit in futuro. Quid autem juxta evangelicam veritatem ei proderit, ſi & univerſum mundum lucretur: animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Et ſi omnibus præſentis vitæ divitiis & deliciis abundarit, nihil ei omnino proficerent, ſi a Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, & ab ejus communione præciſus, in gehennam ſulphuream & ſedes tartareas truderetur: ubi nox perpetua ſine die, ſupplicium ſine fine, dolor absque remedio, & inextinguibilis cruciatus. Quod ſi omnipotens Deus ei per ſuam & ineffabilem gratiam inſpiraverit, quod ad ſinum matris vellet eccleſiæ tota intentione redire: nihil temporale nobis contingere poſſet in ſæculo, quod acceptius & gratius haberemus: & ipſum, ſicut tantum & tam ſublimem Principem, ſincera cura-remus in Domino caritate diligere, & modis omnibus honorare. Nos enim ex toto verbum prophetæ imitari volentes, qui ait: Nec memor ero nominum eorum per labia mea: hoc propoſitum, & hanc omnino gerimus voluntatem, quod ſi converti voluerit, & catholicæ eccleſiæ inhærere, quicquid nobis læſionis, impugnationis, & gravaminis

irrogatum, ita oblivioni trademus, tanquam ſi nos & eccleſiam Dei in nullo penitus offendiſſet. Datum Januæ, XVII. Kalend. Aprilis.

XX.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Eberhardum I. zu Saltzburg, und ſeine Suffraganeos, daß ſie es mit ihm wider Kayſer Fridericum I. und ſeinen Gegen-Pabſt, Victorem IV. halten ſollen, de Anno 116.

ALexander Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Saltzburgenſi Archiepiſcopo, ejusque ſuffraganeis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Pro illis tribulationibus & preſſuris, quas mater noſtra ſacroſancta Romana eccleſia patitur a filiis Sathanæ, tanto majorem credimus vos dolorem ac mœſtitiam concepiſſe: quanto conſtat vos inter alias perſonas eccleſiaſticas ferventiorem & devotiorem, & reverentiorem exhibere. Qualiter autem Fridericus, Romanus Imperator circa eandem Romanam eccleſiam in præſenti ſe habeat, & olim habuerit, & qualem erga eam animum gerat, qui utique ſpecialis ejus advocatus deberet & defenſor exiſtere: multis rerum indiciis, a longis retro temporibus, ad diſcretionis veſtræ notitiam non ambigimus perveniſſe. A tempore ſiquidem bonæ memoriæ anteceſſoris noſtri, Hadriani Papæ, & ab exordio dignitatis ſuæ, cœpit ſanctam eccleſiam Romanam, tanquam tyrannus opprimere, & non mediocriter infeſtare: Archiepiſcopos & Epiſcopos a ſede apoſtolica redeuntes in ignominiam & detrimentum eccleſiæ plerumque capi turpiter & inhoneſte præcepit, eosque fecit carceris cuſtodiæ mancipari. Nos quoque in minori quondam officio conſtitutos, qui cum venerabili fratre noſtro Bernardo, nunc Portuenſi Epiſcopo, ad eum fuimus delegati, qualiter apud Biſuntinum ipſe tractavit, & quam digne receperit, non opus eſt, nos in præſenti referre: quia credimus vos id ipſum plenarie cognoviſſe. Vivente etiam prædicto anteceſſore noſtro Hadriano, patrimonium B. Petri violenter invaſit, & eandem Romanam eccleſiam niſus eſt modis omnibus conculcare: ita quod a pluribus dicebatur, & fama quaſi communis habebatur, quoniam eo ſuperſtite, Octavianum, qui ſemper fuit domeſticus eccleſiæ inimicus, ordinare apoſtolicum, quinimo apoſtaticum, ſi opportunitatem acciperet, intendebat.

Quia vero, illo vivente, omnipotens Deus non permiſit eum tantam malitiam exercere: poſt mortem ejus, opportunitate ſuſcepta, prædictum Octavianum ſchiſmaticum, ſimoniacum, & manifeſtiſſimum invaſorem (qui cum tribus tantum malitiæ ſuæ complicibus, ſicut totus pene mundus agnovit, poſt canonicam & unanimem electionem noſtram, Papatum arripuit, & ita ſeipſum damnabili præſumptione intruſit) in tanta iniquitate modis omnibus manu tenuit: & quicquid ille fecit ſolo, favore, potentia, & autoritate ipſius & nunciorum ſuorum, qui in urbe præſentes extiterant, eum fuiſſe absque ambiguitate tenemus.

Unde ad confirmationem ipſius, imo ut omnem videretur in eccleſia Dei autoritatem habere: Archiepiſcopos & Epiſcopos atque alios eccleſiarum prælatos, apud Papiam, contra ſacrorum inſtituta canonum, convocavit. Ille autem, ſicut homo, qui nec in Deo, nec in juſtitia confidebat, in ipſius Imperatoris præſentia, velut pro certo accepimus, inſignia pontificatus abjecit: ſicut & in noſtro & fratrum noſtrorum aſpectu, dum Romæ nos olim teneret incluſos, ſuam malitiam recognoſcens, facere voluit, ea quidem conditione ſervata, ut nos ei poſtmodum reddere deberemus. Sed cum nos ea recipere ſub hac conditione nollemus, ipſe in ſua pertinacia & damnabili præſumptione permanſit.

Cæterum, ut prædictus Imperator Eccleſiam Dei ſuæ videretur ſubjugare & ſupponere ditioni, & eam in ſupremam redigere ſervitutem: memorato apoſtatico, ſicut nobis dictum eſt, pontificalia inſignia reddidit, & eum de Papatu, quod eſt a ſeculis inauditum, per annulum, prout dicitur, inveſtivit: quosdam & epiſcopos, aliis diſcretioribus & honeſtioribus occulte de illo conciliabulo fugientibus, ei reverentiam exhibere laicali violentia, & tyrannica oppreſſione coëgit. Sic enim Reges & Principes diverſarum partium ſibi intenderet tum ſpirituali, tum materiali gladio ſubjugare: ſi in hac parte, quod abſit, ejus nefandiſſimum propoſitum prævaleret. Prævideat itaque veſtræ diſcretionis prudentia, qualiter ſponſa Chriſti per illam inconſutilem ejus tunicam figurata, quæ nec dividi poterat, nec receperat ſectionem, a tanta ignominia, & inaudito opprobrio liberetur: & ne peſtis illa in exemplum poſteris transfundatur, diligenter efficere ſtudeatis, & omnibus modis laborare. In devotione quoque matris veſtræ ac fidelitate ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſicut

ſicut viri catholici, & in fide ferventes, immobiliter perſiſtatis: proviſuri attentius, ne blanditiæ cujuslibet, aut terrores, ab unitate eccleſiæ animos veſtros, quod abſit, debeant aliquatenus demovere.

Sane nos ipſius Imperatoris immenſam iniquitatem, & tantam perfidiam attendentes, communicato fratrum noſtrorum Epiſcoporum & Cardinalium, & aliorum religioſorum conſilio, tam ipſum Fridericum, non jam Imperatoris officium, ſed quæ tyranni ſunt, exercentem, quam prædictum Octavianum ſchiſmaticum, & Ottonem Comitem Palatinum, atque omnes principales fautores eorum, in cœna Domini, cœtu clericorum, & multorum virorum nobilium, in eccleſia congregato, accenſis candelis publice excommunicavimus, & tradidimus hujusmodi Sathanæ in interitum carnis, ut ſpiritus eorum ſalvi ſint in die Domini. De communi fratrum noſtrorum conſilio atque voluntate, vos omnes ſpecialiter & communiter univerſos a fidelitate, quam ei feciſtis, & ab omni debito Imperii, ex parte Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, autoritate apoſtolica abſolvimus: ita quod in nullo ei de cætero teneamini obedire, ſed potius in remiſſionem vobis injungimus delictorum, ut contra eos, quos ipſe per tyrannidem ſuam ſibi ſubjugare, opprimere, & vaſtare voluerit, nullum ei conſilium vel auxilium miniſtretis.

Data Anagniæ II. Non. Aprilis.

XXI.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Eberhardum I. zu Saltzburg, worinn er ihn erſuchet ſtandhafftig bey ihm auszuhalten, und wo möglich, die Mediation zwiſchen Kayſer Friderico I. und ihm vorzunehmen, de Anno 116.

ALexander Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, venerabili fratri Saltzburgenſi Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quod cariſſimam fraternitatem tuam ſæpius, ſicut vellemus, tum infidelitate terræ, tum nunciorum importunitate impedientibus, noſtræ benedictionis alloquio non viſitamus: graviſſime dolemus, & plurimum interturbamur. Dum enim ferventem in hoc tribulationis articulo, devotionis tuæ conſtantiam, diligentius attendimus: dum fortem animi tui prudentiam, qua inimicos Dei & eccleſiæ potenter confutas atque confundis, & amatores lucis blandis oblectationibus & cauta dulcedine in unitate & fide catholica confortas & regis, ſedula meditatione revolvimus: dum conſideramus etiam, quanto robore & ſeveritate, ſpreta omni mundana potentia, ſolam veritatem attendens, Imperatori & pravitatis ſuæ fautoribus viriliter reſiſtis: in tantam animi affectionem progredimur, ut in te ſolo tam temporaliter, quam ſpiritualiter, partem noſtræ conſolationis conſtituamus, & perſonam tuam, ſicut inclitum & ſpeciale membrum eccleſiæ, tota caritate in Chriſti viſceribus amplexemur. Quicunque enim in partibus illis ſane ſapiens nobis adhæret, & in eccleſiæ unitate conſiſtit, tuo clariſſimo ſtudio & vigilantia, id ſine dubio factum eſſe conſpicimus, & in manifeſta veritate tenemus. Unde omnipotenti Domino, qui te per ineffabilem gratiam ſuam tam invictum nec vincendum, contra filios tenebrarum pro eccleſia ſua conſtituit defenſorem, & tibi ipſi, quem ſævientis maris tempeſtas & comminatio circum frementium ventorum, nulla ratione a beati Petri & noſtra reverentia potuerunt avellere, gratias quantas poſſumus & debemus exſolvimus: omnipotentem Deum puro corde & ſedulis vocibus exorantes, ut te, ad honorem ſuum & eccleſiæ, defendat & protegat per tempora longiora.

Rogamus autem fraternitatem tuam, monemus & exhortamur in Domino, atque in peccatorum remiſſionem tibi injungimus: quatenus in devotione beati Petri & noſtra, firmus & immobilis perſeveres, & quoscunque potes, ſolertia tua ad idem inducas, & modis omnibus exhorteris. Præterea quoniam in adventu tuo noſter animus plurimum reſultat, & perſonam tuam in agendis eccleſiæ neceſſariam habemus: diſcretionem tuam ſolicite commonemus, quatenus noſtro te conſpectui repræſentes, ut de pace & conſervatione eccleſiæ, tuæ diſcretionis conſilium habeamus. Nos enim perſonam tuam, quam ardenti deſiderio expectamus, gaudenti animo recipiemus, & curabimus multis modis honorare. Quod ſi forte contingeret, unde doleremus, quod ad noſtram præſentiam non poſſes accedere: aliquem clericorum tuorum nobis transmittas, conſilio cujus, in agendis eccleſiæ vice tua commodius perfruamur. Interea, ſi videris tempus acceptatione dignum, ad Imperatorem Fridericum accedas, & ipſum ad unitatem eccleſiæ, & devotionem noſtram revocare modis omnibus elabores: & eidem, ſi ad nos pura

mente

mente redire voluerit, ex parte nostra liberius proponas, quod nos, juxta consilium tuum, omnia quæ contra ecclesiam Dei & nos ipsos egit, ei remittere, & sicut potentissimum Principem studebimus honorare. Datum apud Dol. Kal. Octobris.

XXII.

Kayſers Friderici I. Decretum, daß die beyden um das Ertz-Stifft Saltzburg ſtreitende Competenten removiret ſeyn, der von dem Capitul aber von neuen erwehlte Conradus III. alſo der von ihm und dem Pabſt confirmiret worden, angenommen werden ſolte, de Anno 1178.

FRidericus, Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilectis ſuis omnibus Prælatis ac miniſterialibus Salzburgenſis Eccleſiæ & univerſo Clero & Populo ipſius Eccleſiæ per Carinthium & Marchiam Stirenſem conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum. Cum Deo pacis autori & amatori placuit Romanum Imperium in unam vocare concordiam cum Romana Eccleſia, & pacis jucunditate poſt diutinos labores univerſam reſpirare Eccleſiam; ſubiit animum pro Saltzburgenſis Eccleſiæ ſtatu ſollicitos eſſe & ejus reſtaurationi diligenter intendere. Et quoniam per duos ſibi invicem oppoſitos Eccleſia graviter diſtracta fuerat, nec aliqua ſpes ſupererat, ut manus, quæ diſtraxerant, in integrum poſſent diſtracta reſtituere, tam Domino (Alexandro III.) Papæ, quam fratribus ejus, Dominis Cardinalibus, nobis quoque & majoribus Imperii Principibus, viſum fuit utile utrosque removeri, & alium, per quem facilius reformari poſſet Eccleſia, ſubſtitui. Poſt multam igitur deliberationem, in gratia & beneplacito Domini Papæ ac noſtro uterque ſuper hoc verbo ſe poſuit ſuoque juri, quod in Saltzburgenſi Eccleſia quisque videbatur habere in manus Domini Papæ ac noſtras penitus abrenunciavit. Vacante ſic Eccleſia Prælatos Saltzburgenſes & alios qui cum ipſis aderant, de facienda in alium electione diligenter convenimus. Sed licet nobis magna ſupplicarent inſtantia, ut ad veſtram uſque omnium præſentiam differetur electio, tamen Domini Papæ mandato ac noſtro & omnium Principum conſilio, quoniam nocet differre paratis ad electionem acceſſerunt, & de gremio, Eccleſiæ Romanæ Dominum videlicet Chunradum, Conſanguinem noſtrum Palatinum, in Eccleſia Veſtra enutritum, in Paſtorem & Epiſcopum animarum ſuarum concorditer & unanimi voce elegerunt. Quam utique electionem Dominus Papa totaque Curia ratam habuit & confirmavit, nosque de regalibus ipſum inveſtivimus cum ea integritate, qua Archiepiſcopus Eberhardus decedens illa tenuiſſe dignoſcitur. Nam generali Principum ſententia judicatum eſt, quidquid per nos, dum ejusdem Eccleſiæ bona in noſtra teneremus poteſtate, vel per quoslibet alios inſeudatum; vel quocunque modo ſub hoc tempore eſt alienatum, inane prorſus eſſe debere & irritum. Quamvis ergo Majeſtas noſtra ſæpenumero a vobis graviter læſa ſit, & acriter ultra quam vellemus, provocata tamen divini amoris intuitu, ac beati Ruodberti reverentia & ex conſueta Imperialis manſuetudinis clementia, tam Vos, quam Saltzburgenſem Eccleſiam ſerena pietate proponimus reſpicere & in antiquum ſtatum noſtræ auctoritatis munimine revocare. Univerſitatem igitur Veſtram diligenter commonitam eſſe cupimus; ut, quod tam a Domino Papa, quam a nobis ad honorem & reſtaurationem Eccleſiæ Saltzburgenſis in ſpiritualibus & temporalibus modo factum eſt, debita reverentia & alacritate recipiatis ac ratum teneatis: Domino Chunrado Archiepiſcopo Veſtro, dilecto Conſanguineo noſtro, ea fide & devotione & obedire & ſervire ſtudeatis, ut noſtræ benignitatis affectum merito ſuper hoc experiri debeatis. Si quis vero, quod non credimus, his quæ magna conſilii maturitate ad utilitatem & Reformationem Saltzburgenſis Eccleſiæ nunc ordinata ſunt, contraire præſumpſerit & a Domino Papa excommunicationis ſententiam recipiet, & noſtræ Majeſtatis indignationem procul dubio ſentiet.

Datum Venetiæ V. Idus Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis M C LXXVIII.

XXIII.

XXIII.

Pabſts Alexandri III. Breve an die Clerisey des Ertz-Stiffts Saltzburg, auſſerhalb Gebürges, daß ſie Ertz-Biſchoff Conradum III. vor ihren rechtmäßigen Biſchoff erkennen und reſpectiren ſolle, de Anno 1178.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Choro Salzburgenſis Eccleſiæ, Prælatis Eccleſiarum, & miniſterialibus præſcriptæ Eccleſiæ extra montana conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Venerabilis frater noſter Adalbertus, quondam Archiepiſcopus veſter, videns & conſiderans neceſſitatem Eccleſiæ veſtræ, cum gratiam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici, illuſtris Romanorum Imperatoris, recuperare non poſſit maluit cedere, quam contendere, & Eccleſiam veſtram, & adminiſtrationem ipſius in manu noſtra libere, & ſine conrtadictione qualibet reſignavit. Poſtmodum venerabiles fratres noſtri, Gurcenſis & Patavienſis Epiſcopi & Prælati Eccleſiæ veſtræ, qui apud nos præſentes erant, de celebranda electione, mandato noſtro recepto, in venerabilem fratrem noſtrum Chunradum, Moguntinum quondam Archiepiſcopum, Virum utique literatum, providum, induſtrium, & diſcretum, & charum admodum nobis & acceptum, & moribus & genere nobilem unanimiter convenerunt, ipſumque elegerunt in veſtrum Archiepiſcopum & magiſtrum. Nos autem quanto Eccleſiam veſtram ampliori charitate diligimus, pro illius gratiſſimæ devotionis fervore, quam hujus turbationis tempore circa nos & Romanam Eccleſiam immobiliter conſervavit, tanto facilius eorum electioni noſtrum favorem præſtitimus & aſſenſum, ipſumque non ſubtracto ſibi honore vel dignitate, quam hactenus habuit, in Archiepiſcopum vobis conceſſimus, & cum obtentu & conſideratione ipſius eandem Eccleſiam ferventius animo volumus diligere, & propenſiori ſtudio ejus intendere commodis & augmentis, & per induſtriam, nobilitatem ipſius & potentiam credimus auctore Deo præſcriptæ Eccleſiæ grata commoda proventura. Unde nolumus vos ægre ferre, vel habere ullo modo moleſtum, quod hi, qui apud nos erant, non exſpectato conſilio veſtro fecerunt electionem, cum de voluntate & mandato noſtro ad electionem proceſſerint celebrandam. Inde eſt quod nos & vos omnes ab obedientia quam prædicto Adalberto, vel illi, qui ſupra impoſitus fuerat, promiſiſtis, & eos, qui ex vobis alterutri eorum fidelitatem juraverunt, a juramento illo, auctoritate, qua licet immeriti præeminemus penitus abſolventes univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus & mandato præcipimus, quatenus memorato Chunrado, Archiepiſcopo, omni contradictione & appellatione ceſſante, debitam obedientiam & reverentiam impendatis, & ejus ſalubribus monitis, & mandatis humiliter & devote parere curetis. Et hi, qui ex vobis conſveverunt, & debent Archiepiſcopo fidelitatem jurare, ei fidelitatem facere non poſtponant. Et quicunque Dominicalia Salzburgenſis Epiſcopatus quolibet titulo a tempore bonæ memoriæ Eberhardi quondam Archiepiſcopi veſtri occupata detinent, memorato Chunrado vel nunciis ejus, omni occaſione & excuſatione ceſſante, ſine difficultate reſtituant & feuda, quæ de novo ſunt data, quicunque ea detineant libera & abſoluta relinquant, ſi qui autem prædicta Dominicalia & feuda de novo data, infra XV. dies poſt harum ſuſceptionem literarum juxta mandatum noſtrum eidem Archiepiſcopo non tradiderint, eos, contradictione omni & appellatione poſtpoſita, ſicut excommunicatos vitetis. Sane nos de conſilio fratrum noſtrorum, & Imperator ex Sententia Principum ſuorum univerſas alienationes Dominicalium & feudationes de novo factas omnino caſſavimus, easque irritas eſſe decrevimus & inanes. Sententiam autem ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis, quam prædictus Chunradus Archiepiſcopus in contumaces canonice tuterit, vel rebelles, ratam nos, auctore Deo & firmam habebimus, eamque faciemus non aliter obſervari, quam ſi a nobis ipſis lata fuiſſet, cum eundem Archiepiſcopum ita ferventer & ſyncere diligamus in Domino, ut ſibi ſicut chariſſimo fratri noſtro in omnibus, quæ cum Deo poſſumus, & juſtitia, prompto animo deferre velimus. Datum Venetiis in rivo alto V. idus Auguſti.

XXIV.

Ejusdem Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Saltzburg, nebſt einer Inſtruction, wie und zu was Ende ſich Ertz-Biſchoff Conradus III. daſelbſt des Pallii bedienen ſolle, de Anno 1179.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri, Conrado Salzburgenſi Archiepiſcopo ejusque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Suſceptæ admi-

niſtrationis officium nos hortatur fratres & Coepiſcopos noſtros ſincera charitate diligere & ſervare illibatas a prædeceſſoribus noſtris conceſſas eorum Eccleſiæ dignitates. Ea propter, Venerabilis in Chriſto frater, Archiepiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & felicis memoriæ Joannis & Alexandri Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes Eccleſiam Salzeburgenſ. cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Porro utendi pallio inter Miſſarum ſolemnia in cœna Domini, in Sabbatho magno, in die reſurrectionis & aſcenſionis, in Pentecoſte, in feſtivitate Sancti Joannis Baptiſtæ & Natali Apoſtolorum Petri & Pauli & omnium Apoſtolorum, in aſſumtione, nativitate & purificatione Beatæ Mariæ, in feſtivitate omnium Sanctorum, in ſolemnitate Sanctorum quorum in Eccleſia veſtra corpora requieſcunt, in Natali Domini, in Epiphania, in Dedicatione Eccleſiæ & ordinatione Clericorum & conſecratione Epiſcoporum, liberam tibi tuisque ſucceſſoribus concedimus facultatem; Crucem quoque ante vos ferendi, & in ſtationibus feſtivis ſuper Nachum equitandi licentiam habeatis. Adjicimus præterea, ut ſi quid in Eccleſia tua, vel Suffraganeorum tuorum evenerit, quod judicium Apoſtolicum vel Apoſtolici Legati præſentiam expetat, & tanta fuerit neceſſitas, ut exſpectari hoc nulla valeat ratione, vice noſtra diffinias; ea tamen in hoc & ſupradictis menſura ſervata, qua anteceſſores tuos uſos eſſe per Privilegia Eccleſiæ recognoſces. Gurcenſ. præterea Epiſcopatum, qui de conceſſione anteceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum a Gebhardo quondam prædeceſſore tuo noſcitur conſtitutus, tibi tuisque ſucceſſoribus authoritate Apoſtolica confirmamus; ita quidem, quod Epiſcopatus ille Salzeburgenſ. Eccleſiæ nullo unquam tempore ſubtrahatur; & nullus ibi Epiſcopus quandoque ſive per inveſtituram, ut dici aſſolet, vel quocunque alio pacto ſtatuatur, niſi quemadmodum a prædeceſſoribus noſtris rationabili providentia ſtatutum eſt & hactenus obſervatum. Non obſtante, quod de Romano, Gurcenſ. Epiſcopo tempore Schiſmatis a nobis permiſſum fuiſſe dignoſcitur; Indignum eſt etenim, ut quod ſtudio pietatis Apoſtolica confirmat authoritas, in detrimentum debeat præſcriptæ Eccleſiæ quomodolibet redundare. Apoſtolicam quoque vicem tibi tuisque Succeſſoribus in tota Norica Provincia concedimus, ſicut prædeceſſores tui a noſtris usque modo firmam anteceſſoribus habuerunt. Cœterum quia de uſu Pallii fecimus mentionem, & ignominioſum eſt, ſi ornari pallio quærat moribus indecorus, hortamur fraternitatem tuam, quatenus ſtudio totius ſolicitudinis elabores, ut tibi cuncta morum ornamenta conveniant, quo etiam auctore Deo Rector ubique poſſis eſſe conſpicuus, itaque vita tua filiis tuis ſit regula in ipſa, ſi qua fortitudo in illis ſe injectaverit, diligant in ea, quod imitentur, adſpiciant in ipſa re ſemper, conſiderando proficiant, ut tuum poſt Deum videatur bonum eſſe, quod vixerint: miſericordiam prout virtus patitur, pauperibus exhibe, oppreſſis defenſio tua ſubveniat, opprimentibus moderata ratio contradicat, nullius faciem contra juſtitiam accipias, nullum quærentem juſta deſpicias, ſed his omnibus uti ſalubriter poteris, ſi magiſtram charitatem habueris. Ecce, frater chariſſime, inter alia multa, iſta ſunt Pallii decora, quæ ſi ſtudioſe ſervaveris, per quod pie foris ages, honorandus intus habeberis. Proinde frater age ſolicite, ut te bonus paſtor gratia ſuæ protectionis circumdet, atque in timore ſuo in via te dirigat, ut per hujus vitæ amaritudinem ad æternam ſimul dulcedinem poſſis pervenire. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, imminuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ Authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi præſumtionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſangvine Dei & Domini redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Datum Laterani per manum Alberti Sanctæ Rom. Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Canceilarii II. idus Aprilis, Indictione XII. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXVIIII. Pontificatus vero Domini Alexandri P.P.III. Anno vigeſimo.

XXV.

Pabſts Lucii III. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Saltzburg, und beſonders wegen des Biſchofthums Gurck, de Anno 1184.

LUcius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri, Alberto, Salzeburgenſ. Archiepiſcopo ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Paſtoralis officii conſideratione compellimur fratribus & Coepiſcopis noſtris ſuffragium Apoſtolicæ ſedis impendere, & eorum dignitatis & jura propenſiori ſtudio conſervare, ne malignitate quorumlibet Eccleſiis, quæ ſunt eorum gubernationi commiſſæ, gravamen immineat, ſi eis Apoſtolicum defuerit munimentum. Attendentes itaque quantum favoris & gratiæ tu, frater Archiepiſcope, pro devotionis affectu apud Romanam Eccleſiam promerueris, & quam devotam Eccleſia tibi commiſſa ſe Romanis Pontificibus exhibuerit, nihilominus cogitantes præter commune debitum te & eccleſiam tuam quadam prærogativa dilectionis amplectimur & vobis noſtrum tam libenter, quam benigne patrocinium impertimur. Ea propter tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus & felicis memoriæ Alexandri II. & Alexandri III. Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes Salzeburgenſ. Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus illibata permaneant. Ad hæc cum inter anteceſſorem tuum, Conradum Archiepiſcopum ac Canonicos & miniſteriales Gurcenſ. Eccleſiæ ſuper electione pontificis, quam iidem Gurcenſ. tam communi jure, quam privilegio piæ memoriæ Lucii, Prædeceſſoris noſtri quidem ſe fatebantur habere & longa conſvetudine ſibi liberam vendicabant, ex delegatione ſupradicti Alexandri III. Prædeceſſoris noſtri coram Alberto Friſingenſ. Epiſcopo & Henrico Abbate Sanctæ Crucis, ſicut ex eorum literis nobis innotuit, quæſtio diutius agitata fuiſſet, tandem ipſi, receptis teſtibus & rationibus plenius intellectis & inſpectis, Salzeburgenſi Eccleſiæ privilegiis electionem Gurcenenſis Epiſcopi ad Salzeburgenſem Epiſcopatum tantummodo pertinere per ſententiam decreverunt. Nos autem privilegium, quod Eccleſiæ tuæ Prædeceſſor noſter Alexander II. indulſerat, attendentes & cognoſcentes ex tenore ipſius, quomodo præſcriptus Epiſcopatus ad petitionem bonæ memoriæ Gebhardi, Prædeceſſoris tui, de authoritate ipſius prædeceſſoris noſtri eo modo conſtitutus fuerit, ut eccleſiæ tuæ nullo unquam tempore debeat ſubtrahi, nec aliquis Epiſcopus ſive per inveſtituram, ut dici aſſolet, ſive quocunque pacto ibi conſtitui, niſi quem Salzburgenſis Archiepiſcopi voluntate propria eligere & conſecrare decreverint, conſtitutionem ejusdem prædeceſſoris noſtri Alexandri II. confirmatam, privilegio Prædeceſſoris noſtri Alexandri III. & ſententiam præfatorum judicum authoritate Apoſtolica confirmamus: ſtatuimus quoque, ut prædictus Epiſcopatus in tua ſemper & Succeſſorum tuorum poteſtate permaneat, ita quidem ut ipſius Epiſcopatus, Epiſcopis decedentibus, ſicut in privilegiis Anteceſſorum noſtrorum Alexandri II. & Alexandri III. P. P. & in ſententia prædictorum judicum continetur, perſonam idoneam ibi in Epiſcopum eligendi & conſecrandi, tu & Succeſſores tui facultatem liberam habeatis; eo non obſtante, quod de Romano, Gurcenenſi Epiſcopo, ab Alexandro III. Prædeceſſore noſtro tempore ſchismatis noſcitur fuiſſe permiſſum; indignum eſt enim, ut quod ſtudio pietatis Apoſtolica confirmavit autoritas, in detrimentum eccleſiæ tuæ debeat redundare. Crucem quoq; ante vos ferendi & in ſtationibus feſtivis ſuper Nachum equitandi licentiam habeatis. Adjicimus Præterea, ut ſi quid in eccleſia tua vel ſuffraganeorum tuorum evenerit, quod judicium apoſtolicum vel Apoſtolici Legati præſentiam expetat, & tanta fuerit neceſſitas, ut hoc exſpectari nulla valeat ratione vice noſtra diffinias, ea tamen in hoc & ſupradictis menſura ſervata, qua anteceſſores tuos uſos eſſe per privilegia eccleſiæ tuæ recognoſces. Porro utendi pallio intra miſſarum ſolemnia in die Palmarum, in cœna Domini, in Sabbatho magno, in die reſurrectionis Domini, & ſecunda feria Paſchali, in die Aſcenſionis, in Pentecoſte, in feſto S. Joannis Baptiſtæ, in Natali SS. Petri & Pauli, & omnium Apoſtolorum in aſſumtione, nativitate, purificatione, annunciatione Beatæ Mariæ, in feſto Sancti Michaëlis, in

feſto omnium Sanctorum, in ſolemnitatibus, Sanctorum, quorum corpora in Eccleſia veſtra requieſcunt, in Natali Domini, in circumciſione, in epiphania, in dedicatione Eccleſiæ, in ordinatione clericorum, in conſecratione Epiſcoporum, liberam tibi & ſucceſſoribus tuis concedimus facultatem. Apoſtolicam quoque vicem tibi tuisque ſucceſſoribus in tota Norica Provincia concedimus, ſicut prædeceſſores tui a noſtris usque modo firmam anteceſſoribus habuerunt.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ autoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo corpore & ſangvine Dei & Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem proemia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Veronæ per manum Hugonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarii, III. Non. Decembr. Indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno M. C.LXXXIIII. Pontificatus vero Domini Lucii PP. III. anno quarto.

XXVI.

Des Röm. Königs Philippi II. Confirmation aller von ſeinen Vorfahren dem Ertz-Stifft Saltzburg gethanen Schenckungen, de Anno 1199.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Philippus, divina favente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Si rationabiles eccleſiaſticorum petitiones Prælatorum ad eccleſiarū ſuarum tendentes proficuum, clementer admittamus, ſperamus nobis apud Regem Regum, ad æternæ vitæ meritum & temporalis Imperii proſperiorem decurſum proficere, & eos, quos benigna exauditione honoramus, de cætero nobis devotiores ac magis benevolos fore. Noverit igitur omnis Chriſti & Imperii noſtri fidelium præſens ætas & futura, qualiter dilectus conſangvineus noſter, Adelbertus, Juvanenſ. idem Salzburgenſ. Eccleſiæ Ven. Archiepiſcopus honori & uſui Eccleſiæ ſibi creditæ ſtabilitatis & incrementi profectum addere intendens noſtram adiit Celſitudinem, & proferens divorum Auguſtorum noſtrorum prædeceſſorum, Regum ſcilicet, ac Imperatorum vetera & recentiora privilegia, ſecundum diverſa regnantium tempora Eccleſiæ Salzburgenſ. ab eis collata, poſtulavit inſtanter, ut eadem privilegia noſtri munere præcepti renovaremus, jura quoque & poſſeſſiones, quibus eisdem faventibus præfata Eccleſia munita videbatur & aucta, ei per noſtram auctoritatem concederemus atque confirmaremus. Hunc itaque, ut clarum principem Imperii religionisque & prudentiæ dono venerabilem, & nobis naturalis affectu dilectionis familiarem in ſuis tam congruis & honeſtis petitionibus honorare cupientes, noſtræque ſaluti & parentum noſtrorum conſulentes, perſpectis diligenter & intellectis præfatis anteceſſorum noſtrorum privilegiis, traditiones, indulta, præcepta, quæ illis ſunt ſcriptis reperta, ſicut ibi continebantur, ita nos ea præſenti noſtræ Majeſtatis privilegio inſeri juſſimus, ac ea ſecundum benignitatem & inſtituta prædeceſſorum noſtrorum prænominato Archiepiſcopo, ejusque in perpetuum Succeſſoribus, & Eccleſiæ Salzburg. tradimus, concedimus, & noſtræ auctoritatis robore confirmamus, inter quæ principaliter conſtituimus, quod ex præcepto Ludovico Imperatoris agnovimus, cujus præcepti exemplum ipſe quoque a ſui genitoris ſacratiſſimæ memoriæ Domini Caroli præcepto traxerat, ut ſcilicet Eccleſiam Salisburgenſ. ipſam ſedem, quæ eſt in honore Sancti Petri Apoſtolorum Principis, in qua etiam Sanctus Rubertus corpore requieſcit, cum cellulis, Eccleſiis, perſonis Eccleſiaſticis & cæteris hominibus & rebus ac poſſeſſionibus ad ipſam pertinentibus, ſub noſtra tuitione conſtitutam ſpeciali patrocinio propenſius defendere debeamus. Quod conſtanter obſervare intendentes & ſucceſſoribus noſtris in Imperio Romano pro lege imponentes eandem immunitatis gratiam, qua illi inclyti Imperatores ſedem iilam honorare & ſublimare dignati ſunt, eidem ſedi & Eccleſiæ noſtri vigore edicti in perpetuum confirmamus, ſtatuentes, ut videlicet ea, quæ prætaxata Eccleſia hactenus recto titulo poſſedit & tenuit, & ea

& ea quæ noſtris diebus poſſidet ac tenet, & quæ in futurum, Deo annuente rationabiliter acquiret, in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem Imperii noſtri conſtitutis, per hanc confirmationem noſtram, absque alicujus contrarietate de cætero poſſideat, ac teneat, ita libere ac cum jurisdictione, quod nullus judex publicus, nec quisquam judiciaria fungens poteſtate ad cauſas audiendas, vel ad freda, aut tributa, aut telonea (quæ a vulgo dicuntur muta) exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ, tam ingenuos quam ſervos, ſuper terram ipſius commanentes injuſte diſtringendos nec ad ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris, aut futuris temporibus prædictæ Eccleſiæ poſſeſſiones ingredi audeat. Sed hæc jura & cætera ſimilia emolumenta, quæ fiſcus regalis inde ſperare poterit, aut exigere, in uſum & facultatem Archiepiſcopi, quicunque prædictæ ſedi præfuerit, in integrum cedant, ut ipſe eo quietius res Eccleſiæ ſuæ valeat diſpenſare, & noſtro imperio fideliter parere & quod pro noſtra incolumitate & bono Imperii ſtatu delectet eum impenſius orare, & orationes in Commiſſo ſibi Clero conſtituere. Item ſecundum exemplar præcepti, quo Divus Auguſtus Otto, prædictam Salzburg. Eccleſiam munivit ac ditavit, nos donationes eidem Eccleſiæ factas, & quoslibet contractus, quibus aliquid poſſidere cœpit, legitime per noſtræ auctoritatis clementiam renovamus, & confirmamus, inter quæ poſſeſſiones in ipſius Regis Ottonis privilegio propriis expreſſas vocabulis, nos quoque ipſum in hoc ſequantes, huic fecimus paginæ annotari. Primitus caſtellum ſanctæ Erndrudis cum omnibus eidem caſtello juſte & legaliter attinentibus, cum curtibus, venationibus, piſcationibus, id eſt ab Eccleſia Sancti Martini, quæ reſpicit contra monticulum, qui vulgo Nochſtain nuncupatur, ſurſum ex utraque parte fluminis Luaris, usque in rivulum Quartinesbach. Inſuper etiam de rivulo, venatione, piſcatione ex utraque parte prævocati fluminis ad Sanctum Maximilianum, usque dum Tunta ex aquilonari parte perfluit in prædictum flumen, atque rivulus Gaſtuna ex Auſtrali parte: Item Foreſtum a termino qui in Piſoncia incipit, hoc eſt de rivulo Erilipach, usque ad montem Waſſenburg prope Iſcalam, in illo loco, ubi terminus Foreſti Rapotonis quondam Comitis ab iſto ſe disjungit, & in aquilonari parte de rivo Tinnilmbach usque in ſummitatem montis, Cirnencus nominati, & jam dicto monte Waſſenburch usque ad præſatum monticulum Nochſtain illa montana omnia, quæ in poteſtate anteceſſorum noſtrorum fuerunt. Item Kiemſe Præpoſituram Regularium cum omnibus juſte ei attinentibus. Curtem quoque Biſchoffesdorff cum omnibus juſte ad eandem Curtem pertinentibus atque piſcationem in lacu Aterſee, ſine omni contradictione illos quondam Imperio pertinentes XII. privatos tractus ſagenarum ſicut Dominicalis terra in Paumgartem ipſi lacui ſe adjungit ſine alia communi piſcatione Aterſee ad Atterhof pertinente, in illis quoque curtibus, quæ olim inibi in feudo, ſive ex parte Imperatoris, ſive aliunde beneficiatæ fuiſſent proprietatem, quarum hæc nomina ſunt. Staforevelt, curtem & Eccleſiam cum decima, & ſicut terminus ille in Auſtrali parte incipit, qui Wachrein dicitur usque Ibiſam, & in occidentali usque dum dicitur ubi Vrula ſe dimittit in præfatum amnem, & quidquid in orientali parte jam dicti fluminis regalibus attinere videbatur. Inſuper ad Magelike tertiam partem civitatis, & ſicut ille terminus ſe disjungit de illis rebus in occidentali parte, quas quondam ad ſanctum Emmerammum anteceſſores noſtri dederunt, exceptis tribus huobis: Præterea Arneſdorff idem in Wachawa, quidquid illic Imperium habebat in vineis & ſaginatione & monte querceato, pratisque inter ipſum querceatum montem ſitis & inter ſilvam paltam, & ipſam ſilvam cum omnibus ad eam pertinentibus. Ad hæc apud Grunzvitam quidquid ſuperfuit quinque hubis, quod fideli ſuo cuidam Dietero Anteceſſores noſtri dederunt, hæ ſunt hubæ L. Inſuper Lubinam & ad Holumburg tertiam partem civitatum cum vineis XXX. & hubis XV. ſine curtili terra. Item Treyſniam, civitatem & Eccleſiam ſancti Martini, cum decima, & ſurſum in auſtrali atque orientali parte fluminis Treyſine usque ad Potilinenſprunnem, & ſicut Dieterichspach fluit contra duos acervos exteriores, qui in orientali parte campi ſunt poſiti, & exinde usque ad Danubium in illum locum, qui Tribolz dicitur, & ita ſurſum prope Danubium cum agris cultis & incultis, pratis, aviis, locis piſcationum, quæ Teutonice Arichſtette vocantur, & ita ſurſum usque ad illam marcham, quæ inter Treuſinam & Holemburg utrasque res diſcernendo dividit ad Bennenwanch, quidquid prædeceſſores noſtri, Reges, habuerunt illic ad Eccleſiam Anſonis, quidquid illic habuerat ad Witenesberch, quidquid illic habuerunt excepto, quod cuidam Moſogboni datum eſt, hoc eſt hubæ centum, Ellodis Eccleſiam Mutigonis presbyteri ad Gumpoldesdorf quidquid ibi reges habuerunt. Præterea Rapam Sabariam civita-

tem, & Eccleſiam cum decima & theloneis, vineis, agris, pratis, paſcuis, foreſtis, montibus cunctis ad eandem civitatem legaliter pertinentibus. Inſuper ſiccam Sabariam & Pennichaba & Moſaburch Abbatiam, ubi ſanctus Adrianus requieſcit, nonam quoque de omnibus curtibus regalibus inibi cum theloneo in civitate & piſcina ad Salabingam curtem, cum trecentis manſis & totidem manſis & quidquid illic Reges attinebat Eccleſiam de Quartinacha, Eccleſiam ad Ghenſem, Eccleſiam ad Therenberch, Eccleſiam Gundoldi, locum quem vocant quinque Eccleſias cum Theloneis, foreſtis, & cum proprietate omni, quæ ab anteceſſoribus noſtris ibidem ante beneficiata erant. Ad Ruginesfeld quidquid ibi regalibus pertinuit. Ad Turnavva Eccleſiam, quæ eſt conſtructa in honore Sancti Rodberti cum monte Barwoz dicto cum vineis, pratis, ſilvis, & cum omnibus quæ ibi ſunt circa montem ſita. Ad Pettawa Eccleſiam cum decima, & totam civitatem cum Bannis, Theoloneis, & ponte, & omnibus ad illum locum pertinentibus. In Ciſtenesfeld ſicut duo acervi prope Travum poſiti ſunt ex ſummitate ſuperioris & exterioris termini, qui Wachrein dicitur, & ſicut ille Wachrein tendit usque dum Trevina fluit in amnem Travum. Ad Sulpam civitatem & Luip omnia, quæ juſte & legaliter eo pertinent. In querceis campis, ſicut illa foſſa incipit a Mura, & tendit usque ad Lovizkuick, & ut Louczwiz & Sulpa de alpibus fluunt & Foreſtum Suſel cum Banno, ſicut in poteſtate Anteceſſorum noſtrorum hæc fuerunt. Venationem quoque in Suezzental, quam populus cum ſacramentis in poteſtatem anteceſſorum noſtrorum firmavit, ad venandos apros illic & urſos per tres hebdomadas ante æquinoctium autumnale, & poſtea usque ad feſtum ſancti Martini. Ad Luimingga juxta Rapam quidquid illic prædeceſſores noſtri habuerunt. Item Nezzilinpach & ad Sabinzam Eccleſiam & curtem cum manſis L. Item Rapam ad Judlerben ad Labanda Eccleſiam ſancti Andreæ cum decima, ut ibi conſvetudo eſt, & de curtibus, quas anteceſſores noſtri ibi habuerunt decimas, ut in canonibus habetur, nec non ſangvinationem in omni Labandæ valle, excepto monte Forſt nominato. Ligna quoque ſecanda ad Eccleſiam, & ad aliud ſervitium Epiſcopi, tam in ipſo monte, quam in aliis montibus omnibus, & unam foſſam lapidum in monte Gamanar ſemper per totum annum habendam. Item ad Garezczam beneficium Engilbaldi, ad Karanta-Eccleſiam ſanctæ Mariæ cum decima, ſicut Eccleſiaſticus ordo præcipit de omnibus curtibus, quæ ad Karantanam civitatem pertinent indem Trahoſ, Garumdorf, Guriennz. Ad Strelcz operarios ſervos duos in monte cum hubis eorum. Ligna ſecanda in ipſo monte ſine contradictione omnium hominum cum ſaginatione. Item Trebenam, Oſterwix, Grabenhvelt, Vitringa, Frieſach, Gurca, Grazluppa, Longaw, Sublick, Teufenbach, Katſche, Peliza, Gumbenza, Undrima, Luita, Liczinga, Brugga, Murza Luibena. Ad Strazmulam duo loca.

Prætaxatas itaque poſſeſſiones, quemadmodum in privilegio Regis Ottonis, Auguſti, ſignatæ reperiuntur, & ea lege ac ratione Salzburgenſis Eccleſiæ confirmatæ, ut nullus Imperii Romani ſucceſſor, nec Dux, nec Comes, nec ulla alia poteſtas aut perſona de prædictis rebus audeat quicquam ſubtrahere, ſed jure perpetuo ad Sanctum Petrum Sanctumque Rudbertum ſtabiliter absque omni contradictione permaneant, ita nos quoque noſtri auctoritate præcepti confirmamus, conſiderata tamen temporum & eventuum varietate, ut ſua cuique juſtitia ſalva permaneat; quod ideo adjungendum decrevimus, ut ſi quis hoc forte noſtro moderno tempore aliquid usquam de præfatis bonis, contra juſtitiam Salzburgenſ. Eccleſiæ præſcriptam videatur tenere, is eidem Archiopiſcopo & Eccleſiæ Salisburg. recognoſcat & reſtituat, aut ea ſe legitimo contractu, aut juſto poſſediſſe titulo rationabiliter oſtendat. Præterea ex privilegio Ludovici regis Auguſti patenter intelleximus, quod idem Ludovicus Auguſtus præfatæ Salzburgenſ. Eccleſiæ, amore Dei, & beati Petri Apoſtoli & Sancti Rudberti in pago Salzburgo edicto curtem Salzburghoven, quam Pilgrinus Archiepiſcopus antea in miniſterio ab eo tenere viſus eſt, in proprietatem & plenam poteſtatem contradidit integraliter cum curtilibus omnibus, ædificiis, campis, pratis, agris, paſcuis, ſilvis, lacubus, aquis, aquarum decurſibus, venationibus, molendinis, piſcationibus, viis, inviis, exitibus & redditibus, quæſitis & inquirendis, terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipiis quoque pluribus utriusque Sexus, parſcalcis, cum omnibus cenſibus in ſalina & extra Salinam inter fluvios Sala & Salczaha, vocatos in auro & ſale, ac pecoribus cum Theloneis duobus, qui vulgo muta vocantur cum omnibus adjacentiis & rebus ad eandem terram pertinentibus.

Hanc igitur traditionem & donationem, quam & poſt ipſum Ludovicum Auguſtus Otto Imperator

perator ſuo privilegio ſuper hoc dato confirmavit: nos quoque præſenti noſtræ auctoritatis ſcripto confirmamus Salzburgenſi Archiepiſcopo & ſuæ Eccleſiæ, ſtatuentes & firmiſſime præcipientes, ut prædicta cum omnibus pertinentiis ejusdem curtis & quæcunque utilitas in hujusmodi catenis ſeu fodinis ſalis, vel metallorum in quibuslibet fundis Eccleſiæ & fluminibus fluentibus per fundos Eccleſiæ meantibus, perpetuis temporibus a Salzburgenſi deinceps Eccleſia & ejus Archiepiſcopo absque omni obſtaculo inconvulſo veſtitu quiete poſſideatur.

Dignum præterea duximus præſenti inſerere privilegio, qualiter ex ſcripto domini Alexandri Papæ, hujus nominis ſecundi, inſuper ex privilegio Henrici Regis venit nobis in cognitionem quod Gebehardus, Juvaven. idem Salzburgenſ. Archiepiſcopus, de commiſſarum ſibi animarum proviſione ſolicitus, eo quod Epiſcopatum ſuum in montanis ſitum præ nimia parochiæ amplitudine, & viarum difficultate, per ſe ſolum regere non ſufficeret, ab utraque dignitate, Apoſtolica ſcilicet & regia impetravit, quod liceret ei infra parochiam ſuam, adjutorem ſui operis Epiſcopum & ſedem Epiſcopalem conſtituere. Placuit igitur eidem Archiepiſcopo Gebehardo, ut indulto Apoſtolico & regio utens, in loco, qui dicitur Gurca, apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ Cathedram Epiſcopalem faceret, & conceſſum e ſt ei per utriusque poteſtatis Eccleſiaſticæ ſcilicet ac ſæcularis clementiam, ut eidem novæ ſedi, poteſtatem parochiæ ſuæ & de prædiis ac decimis, quantum conveniens videtur attribueret, & ad eandem ſedem Epiſcopum ex ſua conſideratione ordinaret, ea videlicet ratione, ut Epiſcopatus ille Salzburgenſi Eccleſiæ, & ejus Archiepiſcopo nunquam ſubtrahatur, & nullus ibi unquam Epiſcopus ſive per inveſtituram, ſive alio quocunque pacto conſtituatur, niſi quem Archiepiſcopus Salzburgenſ. quicunque pro tempore illic fuerit, eligat, inveſtiat & conſecret, quod quomodo ſacra prædicti Papæ Alexandri & Regis Henrici auctoritate firmatum dinoſcitur: Nos id ipſum, e præmiſſæ conditionis integritate, noſtra quoque Imperiali auctoritate confirmamus, ac ita ratum ac inconvulſum omni deinceps ævo permanere jubemus, ut contra hunc honorem & commoditatem Salzburgenſ. Archiepiſcopi nulli unquam Eccleſiæ, aut perſonæ liceat ſe erigere, aut ſcriptum aliquid huic rei adverſum impetrare vel proferre.

Hæc igitur univerſa & in præſenti pagina conſcripta Salzburg. Eccleſiæ & ejus Archiepiſcopo perpetua ſtabilitate, per noſtram auctoritatem inviolabiliter confirmamus, ſtatuentes, ut ſi quis, quod abſit hujus noſtri præcepti violator apparuerit, & Eccleſiam Salzburg. ullo ſupra poſitorum in violenter gravare attemptaverit, Banno Imperiali ſubjaceat, & pro pœna centum libras auri optimi, medietatem fiſco noſtro, medietatem Salzburg. Archiepiſcopo perſolvat, præſumptionis tamen auſu in irritum ceſſuro. Ut autem omnia ſupra dicta memoriter ſciantur, & inconvulſa de cætero firmitate obſerventur, privilegii paginam fecimus conſcribi, & appenſa majeſtatis noſtræ Bulla roborari. Hujus rei teſtes ſunt, Treverenſ. Archiepiſcopus; Auguſtenſ Epiſcopus; Conſtantienſ. Epiſcopus; Argentinenſ. Epiſcopus; Hermannus, Landgravius Turingiæ, Rudolfus Palatinus de Tuwingen, Sifridus Comes de Orlamunde, Fridericus, Comes de Zolre, Vlricus Comes de Berge, Emicho Comes de Liningen, Godefridus de Eppenſtein, Calochus de Kirchberg, Hartdus de Merenberch, Henricus, Marshcalcus de Chalandin, Vlricus Marshcalcus de Rechberg, Chuno de Minzenberch, Warnherus de Bolanden, Tiedo de Ravenſpurch & alii quam plures.

Signum Domini Philippi ſecundi (L. S.) Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego Chunradus Hildenshaimen. Epiſcopus, Erbipolenſis Electus, Imperialis aulæ Cancellarius, vice Domini Chunradi Maguntini Archiepiſcopi, totius Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis M. C. XCIX. indictione II. Regnante glorioſiſſimo Romanorum Rege Philippo II. Regni ejus anno II. Datum Maguncia III. Kal. Octobris.

XXVII.

Ejusdem Confirmation der von Kayſer Ludovico IV. dem Ertz-Stifft Saltzburg im Jahr 908. gethanen Schenckung des Orts Saltzburg, und was deme mehr anhängig, de Anno 1199.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Philippus, divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Si rationabiles Eccleſiaſticorum petitiones Prælatorum ad Eccleſiarum ſuarum tendentes profectum, clementer admittamus, ſperamus nobis apud Regem Regum, ad æternæ vitæ meritum, & temporalis Imperii proſperiorem decurſum proficere, & eos, quos benigna exauditione honoramus, de cætero nobis devotiores & magis benevolos fore. Noverit ergo

ergo omnium Eccleſiæ & Imperii noſtri fidelium præſens ætas & futura, qualiter dilectus conſangvineus noſter, Albertus Juvavienſis, id eſt Salisburgenſis Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus, honori & uſui Eccleſiæ ſibi creditæ ſtabilitatis & incrementi profectum addere intendens, noſtrã adiitCelſitudinem,& proferensDivorumAuguſtorum noſtrorum prædeceſſorum Regum ſcilicet acImperatorum vetera & recentiora Privilegia, ſecundum diverſa regnantium tempora Eccleſiæ Salisburgenſ. ab eis collata, poſtulavit inſtanter, ut eadem privilegia noſtri munere præcepti renovaremus, jura quoque & poſſeſſiones, quibus, eisdem faventibus, præfata Eccleſia munita videbatur, & aucta,ei per noſtram authoritatem concederemus, atque confirmaremus. Præterea ex Privilegio Ludovici RegisAuguſti patenter intelleximus,quod idem Ludovicus Auguſtus, præfatæ Salisburgenſ. Eccleſiæ amore Dei & Beati Petri Apoſtoli, & S. Rudperti in pago Salzburgovve dicto curtem, Salzburghoven,quod Pilgrinus Archiepiſcopus antea in miniſterio ab eo tenere viſus eſt, in proprietatem & plenam poteſtatem contradidit integraliter, cum curtilibus omnibus ædificiis, campis, pratis, agris, paſcuis, ſylvis, lacubus, aquis, aquarum decurſibus, venationibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, quæſitis & inquirendis, terris, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipiis quoque pluribus utriusque ſexus, barſcalcis, cum omnibus cenſibus in Salina, & extra Salinam, inter fluvios Sala & Salzacha vocatos, in auro & Sale, ac pecoribus cum Teloniis duobus, quæ vulgo muta vocantur, cum omnibus adjacentiis & rebus ad eandem terram pertinentibus. Hæc ergo univerſa in præſenti pagina conſcripta Salisburg. Eccleſiæ & ejus Archiepiſcopo perpetua ſtabilitate per noſtram authoritatem immobiliter confirmamus, ſtatuentes, ut ſi quis, quod abſit hujus noſtri præcepti violator apparuerit, & Eccleſiam Salisburgenſem in ullo ſupradictorum violenter gravare attentaverit banno Imperiali ſubjaceat, & pro pœna centum libras auri optimi, medietatem fiſco noſtro, medietatem Salisburgenſ. Archiepiſcopo perſolvat,præſumtionis tamen auſu in irritum ceſſuro. Ut autem omnia ſupra dicta memoriter ſciantur, & inconvulſa de cætero firmitate obſerventur, Privilegii paginam fecimus conſcribi & appenſa Majeſtatis noſtræ Bulla roborari. Hujus rei teſtes ſunt Ireacrenſis Archiepiſcopus, Auguſtenſis Epiſcopus, Conſtantienſis Epiſcopus, Argentinenſis Epiſcopus, Hermannus, Landgravius Turingiæ, Rudolphus Palatinus de Thubingen, Sifridus, Comes de Orlamund. Fridericus, Comes de Zolere, Vlricus, Comes de Berge, Emicho, Comes de Limingen, Godefridus de Eppenſtain, Calhoh de Kirchperg, Hartradus de Merenbur, Hainricus Marſchalcus de Calindin, Vlricus Marſchalcus de Rechberg, Cuno de Munzenberg, Warnherus Rolanden, Thiedo de Ravenſpurg, & alii quam plures.

Signum Philippi ſecundi (L.S.) Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego Conradus, Hildesheimen. Epiſcopus, Herbipol. electus, Imperialis aulæCancellarius, vice Domini Conradi,MoguntiniArchipiſcopi, totius Germaniæ Archi-Cancellarii, recognovi. Acta ſunt anno Dominicæ incarnationis MCXCIX. Indict. III. Regnante glorioſiſſimo Romanorum Rege Philippo II. Regni ejus Anno II. Dat. Moguntiæ, III. Calend. Octobr.

XXIIX.

Pabſts Innocentii III. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Saltzburg, und inſonderheit über die Auffrichtung des Biſchoffthums Gurck, de Anno 1200.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri, Eberhardo, Salzburgenſi Archiepiſcopo ejusq; ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Paſtoralis officii conſideratione inducimur fratribus & Coepiſcopis noſtris ſuffragium Apoſtolicæ ſedis impendere & eorum dignitates & jura propenſiori ſtudio conſervare, ne malignitate quorumlibet Eccleſiis, quæ ſunt eorum gubernationi commiſſæ, gravamen immineat, ſi eis Apoſtolicum defuerit munimentum. Attendentes itaque quantum favoris & gratiæ tu, frater Archiepiſcope, pro devotionis affectu apud Romanam Eccleſiam promerueris, & quam devotam Eccleſia tibi commiſſa ſe Romanis Pontificibus exhibuerit, nihilominus cogitantes præter commune debitum te & eccleſiam tuam quadam prærogativa dilectionis amplectimur, & vobis noſtrum tam libenter quam benigne patrocinium impartimur. Ea propter tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus & felicis memoriæ Alexandri II. & Alexandri III. Lucii III. Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, Salzeburgenſem Eccleſiam,cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quacunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Ad hæc autem cum inter Anteceſſorem tuum Conradum, Archiepiſcopum & Canonicos & Miniſteriales Gurcenenſis Eccleſiæ ſuper electione Pontificis, quam iidem Gurcen. tam communi jure,quam privilegio piæ memoriæ Lucii ſecundi, Prædeceſſoris noſtri, quod ſe fatebantur habere & longa conſvetudine ſibi liberam vendicabant ex delegatione ſupradicti Alexandri III. Prædeceſſoris noſtri, coram Alberto quondam Friſingenſi Epiſcopo & Henrico olim Abbate S. Crucis, ſicut præfato Prædeceſſori noſtro Lucio III. ex literis eorum innotuit, quæſtio diutius agitata fuiſſet, tandem ipſi, receptis teſtibus, & rationibus plenius intellectis & inſpectis, Salzburgenſis Eccleſiæ privilegiis electionem Gurcenenſis Epiſcopi ad Salzburgenſem Archiepiſcopum tantummodo pertinere per ſententiam decreverunt. Idem vero Prædeceſſor noſter Lucius, privilegium, quod Eccleſiæ tuæ Prædeceſſor noſter, Alexander II. indulſerat, diligenter attendens & cognoſcens ex tenore ipſius, quomodo præſcriptus Epiſcopatus ad petitionem bonæ memoriæ Gebhardi, Prædeceſſoris tui, de auctoritate ipſius prædeceſſoris noſtri, eo modo conſtitutus fuerit, ut Eccleſiæ tuæ nullo unquam tempore debeat ſubtrahi, nec aliquis Epiſcopus ſive per inveſtituram, ut dici aſſolet, ſive quocunque pacto ibi conſtitui,niſi quem Salzburgenſis Archiepiſcopi voluntate propria eligere & conſecrare decreverint,conſtitutionem ejusdem prædeceſſoris noſtri Alexandri II. confirmatã privilegio anteceſſoris noſtri Alexandri III. & ſententiã præfatorum judicũ confirmavit, quas nos ratas habemus & Auctoritate Apoſtolica confirmamus. Statuimus itaque, ut prædictus Epiſcopatus in tua ſemper & Succeſſorum tuorum poteſtate permaneat, ita quidem, ut ipſius Epiſcopatus Epiſcopis decedentibus, ſicut in privilegiis Anteceſſorum noſtrorum Alexandri II. & Alexandri III. P.P.& in ſententia prædictorum Judicum continetur, perſonam idoneam, ibi in Epiſcopum eligendi & conſecrandi tu & ſucceſſores tui facultatem liberam habeatis,eo non obſtante, quod de Romano Gurcenenſi Epiſcopo ab Alexandro III. Prædeceſſore noſtro tempore Schiſmatis noſcitur fuiſſe permiſſum. Indignum eſt enim, ut quod ſtudio pietatis Apoſtolica confirmavit Auctoritas, in detrimentum Eccleſiæ tuæ debeat redundare. Crucem quoque ante vos ferendi & in ſtationibus feſtivis ſuper Nachum equitandi licentiam habeatis. Adjicimus præterea, ut ſi quid in Eccleſia tua, vel ſuffraganeorum tuorum evenerit, quod judicium Apoſtolicum, vel Apoſtolici Legati præſentiam expetat, & tanta fuerit neceſſitas, ut exſpectari hoc nulla valeat ratione, vice noſtra diffinias, ea tamen in hoc & ſupra dictis menſura ſervata, qua Anteceſſores tuos uſos eſſe per privilegia Eccleſiæ tuæ recognoſces. Porro utendi pallio intra miſſarum ſolemnia in die Palmarum, in Cœna Domini, in Sabbatho magno,in die reſurrectionis Domini, & ſecunda feria Paſchali, in die Aſcenſionis, in die Pentecoſtes, in feſto S. Johannis Baptiſtæ, in Natali Sanctorum Petri & Pauli & omnium Apoſtolorum in aſſumtione, nativitate, purificatione, annunciatione Beatæ Mariæ, in feſto S. Michaëlis, in feſto omnium Sanctorum, in ſolemnitatibus Sanctorum, quorum corpora in veſtra Eccleſia requieſcunt: In Natali Domini, in Circumciſione, in Epiphania, in dedicatione Eccleſiæ, in ordinatione clericorum,in conſecratione Epiſcoporum, liberam tibi & ſucceſſoribus tuis concedimus facultatem; Apoſtolicam quoque vicem, tibi tuisque ſucceſſoribus in tota Norica Provincia concedimus, ſicut Prædeceſſores tui à noſtris usque modo firmam anteceſſoribus habuerunt. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere,minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare,ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſæ ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ Auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit,poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Blaſii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii

III. Non. Februarii, Indictione III. Incarnationis Dominicæ anno M. CC. Pontificatus vero Domini Innocentii P. P. III. Anno tertio.

XXIX.

Pabſts Honorii III. Breve Commiſſionis an den Biſchoff zu Freyſingen und Aebte zu Salmannsweyl und zum H. Creutz, daß ſie unterſuchen, ob es Ertz-Biſchoffs Eberhardi II. zu Saltzburg Intention nach, angienge, zu St. Andreä oder Lavant ein neues Biſchoffthum auffzurichten, und im Fall der Möglichkeit, ſolches gedachtem Ertz-Biſchoff zu thun verſtatten ſolten, de Anno 1226.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri, Epiſcopo Friſingenſi & dilectis filiis de Salem & de S. Cruce Abbatibus, Conſtantienſis & Patavienſis Diœceſium, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Venerabilis Frater noſter Salzeburgenſis Archiepiſcop9 olim provide cogitans, quod cum haberet Diœceſin valde diffuſam, non ſufficeret univerſis habitantibus in eadem paſtorali ſollicitudine imminere, videnſque quod Meſſis quidem multa, operarii vero pauci, rogavit Dominum Meſſis, ut operarios deſtinaret, quia primo à felicis memoriæ Innocentio Prædeceſſore noſtro poſtulavit inſtanter & tandem obtinuit novum Epiſcopatum in Eccleſiæ Chiemenſi creari. Poſtmodum quoque jam ſentiens, quod onus diviſum in plures facilius ſuſtinetur, poſt validam precum inſtantiam & deliberationem, à nobis præhabitam diligentem, impetravit Seccovienſ. Eccleſiam fieri cathedralem. Deinde vero conſiderans, quod commiſſi ſibi gregis Dominici multitudo adhuc indiget alterius cura Paſtoris, cum ipſe propter viarum pericula vix valeat totam diœceſin viſitare, apud nos opportune inſtitit importune, ut in eccleſia S. Andreæ de Lavent., in qua cum miniſtraret unus Presbyter ſecularis, in ea præpoſitum & conventum Regularium noviter ordinavit, Epiſcopalem ſedem inſtituere dignaremur.

Sed nos rei circumſtantias neſcientes, utrum videlicet Salzburgenſis Eccleſiæ Capituli & Præpoſiti & conventus S. Andreæ ad id aſſenſus accederet, & an id Salzburgenſi Eccleſiæ expediret vel Eccleſia S. Andreæ ſervaretur indemnis, & ignorantes proviſionem & diœceſin futuro Epiſcopo aſſignandas ejusdem Archiepiſcopi precibus tunc non duximus annuendum. Nuper autem per ſuas Nobis literas intimavit, quod paratus erat futuro Epiſcopo unam diætam & dimidiam in diœceſi aſſignare, cui trecentas marchas in annuis reditibus deputavit, poſt obtentam à Nobis ſuper hoc licentiam aſſignãdas. Dictum quoque Salzeburg. Capitulum, nec non præpoſitus & conventus S. Andreæ ſe id acceptare, transmiſſis ad nos literis profitentur. Quare ſupradictus Archiepiſcopus preces ſupplices inculcavit, ut id dignaremur perducere ad effectum.

Volentes igitur ad hoc in tanto negotio cum debita maturitate procedere, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquirentes ſuper his omnibus diligentius veritatem, ſi ea inveneritis, ſicut ſuperius ſunt expreſſa & ſpecialiter, ſi prædictorum Capituli, Præpoſiti & Conventus ad id aſſenſus acceſſerit, memorato Archiepiſcopo, in prædicta Eccleſia S. Andreæ inſtituendi Epiſcopalem ſedem tribuatis auctoritate Apoſtolica facultatem, reſervatis per omnia privilegiis & honoribus Archiepiſcopo & Eccleſiæ Salzeburgenſi, ſicut in duobus aliis Epiſcopatibus ſunt ſervata, prout in noſtro & felicis recordationis Innocentii P. P. Prædeceſſoris noſtri reſcriptis plenius continetur. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, tu frater Epiſcope, cum eorum altero ea nihilo minus exequaris.

Datum Reate VIII. Calend. Auguſti Pontificatus noſtri Anno nono.

XXX.

Ejusdem Confirmation und Renovation des von ihm, Ertz-Biſchoff Eberhardo II. zu Saltzburg, im Jahr 1219. wegen Auffrichtung des Biſchoffthums Seccau, ertheilten, aber nach der Zeit ſchadhafft und unbrauchbar gewordenen Privilegii, de Anno 1227.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri, Eberhardo, Salzburgenſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tua nobis fraternitas ſupplicavit, ut cum privilegium ſuper Epiſcopatu in Seccovienſi Eccleſia, tunc tuæ Diœceſis à te de noſtra

ſtra permiſſione creato, tibi conceſſum à nobis, per incautelam ſit à muribus tineisque corroſum, ita ut abroſa prorſus parte non modica, per partem reſiduam ſciri non poſſit, quis ſuerit tenor ejus: ſuper hoc, cum ſuerit in Regeſto noſtro conſcriptum providere debita ſolicitudine dignaremur. Nos igitur tenorem ejusdem privilegii de Regeſto ipſo fideliter ſumtum, præſenti paginæ fecimus annotari, decernentes, ut pagina iſta eandem vim & auctoritatem obtineat, quam præfatum obtinuit privilegium, antequam eſſet per incautelam ſeu caſum hujusmodi violatum. Eſt igitur ipſius privilegii tenor talis: Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Eberhardo Salzeburgenſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Quod non tua, ſed quæ Chriſti vel potius quæ Chriſti & tua ſunt, ſedula meditatione requiras, opera tua teſtimonium perhibent evidenter dum commiſſio tibi gregi prodeſſe deſiderans potius, quam præeſſe, animarum lucrum, ſicut decet Domini ſacerdotem, præfers quæſtui temporali; quin etiam, ne non tam eas paſcere, quam depaſcere videaris, carnalia, quæ poſſes metere in eisdem, voluntarius offers, ſpiritualia ſeminando: ſicque fit, ut miniſtrum Chriſti & Diſpenſatorem myſteriorum Dei te faciens exiſtimari, tuum honores in Domino miniſterium, teque reddas omnibus honorandum & favorem noſtrum ex iis eo ſpecialius tibi vendices, quò noſtris beneplacitis expreſſius te coaptas. Prudenter enim recogitans, quod Salzburgenſis Diœceſis usque adeo eſt diffuſa, quod non ſufficias univerſis habitantibus in eadem paſtorali ſolicitudine imminere, timensque, ne non ſit, qui parvulis lac doctrinæ, vel provectis cibum ſolidum adminiſtret, aut quod infirmum eſt, in eis conſolidet, aut alliget, quod confractum; olim per dilectum filium, Carolum, Friſacenſem Præpoſitum, per literas tuas nobis humiliter ſupplicaſti, ut in Seccovienſi Eccleſia tuæ Diœceſeos, Epiſcopalem ſedem creandi tibi licentiam concedere dignaremur, parato de aſſenſu Capituli tui unam diætam & dimidiam in diœceſi & trecentas marchas in reditibus aſſignare, ita ut per omnia ipſius Seccovienſis Eccleſiæ jure ſalvo nihil de bonis ipſius ad Epiſcopalem cathedram transferatur, nec ullum exinde in dignitatibus, libertatibus, conſvetudinibus & rationibus Salzburgenſi Capitulo præjudicium generetur. Unde licet forſan eò minus ad hoc inſufficiens debeas reputari, quo inſufficientiam allegas inſtantius, nos tamen tuum propoſitum dignis in Domino laudibus commendantes & precibus tuis eo favorabilius annuentes, quo rarius eis ſimiles & frequenter nobis diſſimiles, vel potius contrariæ porriguntur, ut res tam ardua ſine omni oſtenſione procederet, Venerabili fratri noſtro, Friſingenſi Epiſcopo & dilectis filiis, Brixinenſi Electo & Abbati Admuntenſi noſtris dedimus literis in mandatis, ut hujusmodi negotii circumſtantias ſollicite inquirentes & ſpecialiter, ſi hoc Salzburgenſi Eccleſiæ expedire viderent, & ad id Capituli ejusdem aſſenſus accederet, nec non ſi Seccovienſis Eccleſia ex hoc ſervaretur indemnis, & utrum eſſet ſufficiens & idonea futuri Epiſcopi proviſio prætaxata diligentius indagantes, reſcriberent nobis ſuper his omnibus fideliter veritatem, qua cognita de conſilio fratrum noſtrorum procederemus auctore Domino inoffenſe. Epiſcopus vero & Abbas prædicti, ſicut ſuis nobis literis intimarunt, quia prædictus electus cruce ſignatus in procinctu quaſi peregrinationis poſitus, huic negotio intereſſe non poterat, ad Salzburgenſ. eccleſiam perſonaliter accedentes conſenſum Capituli ad hoc invenere paratum & quantum tam ibi quam alibi ſuper hoc poterant edoceri, didicerunt hoc Salzburgenſi Eccleſiæ absque dubio expedire.

Præpoſitum quoque & Capitulum Seccovienſe perſonaliter allocuti, acceperunt reſponſum, quod & Seccovienſis Eccleſia illæſa remaneret penitus & indemnis, & ut eorum verbis utamur, terminos novæ Diœceſis extendi usq; ad diætam & dimidiam invenerunt. Parochiam ſcilicet Chumbenſche cum omnibus ſuis pertinentiis, in qua ſita eſt eccleſia Seccovienſis usq; ad finem Parochiæ S Laurentii in Lango, eccleſiam vero S Mariæ in Branch usque ad finem Parochiæ Lemniz in latum cum omnibus eccleſiis mediis & earum pertinentiis & capellis, quæ ſunt in earum terminis conſtitutæ. Reditus autem futuro aſſignandos Epiſcopo invenerunt Eccleſiam Vanſtorff & triginta Manſos de nemore, quod eſt apud fluvium, qui vocatur Gerul, eccleſiam Laebenzh, eccleſiam Vogan, eccleſiam Rabe, cum omnibus pertinentiis earundem, ſalvo tamen jure perſonarum, quæ ibi hactenus Domino ſervierunt. Curiam quoque decimalem in Seccau & domum iu Friſaco, quam à nobili muliere Emma & domum in civitate Salzburgenſi, quam ab Henrico Cive Salzburgenſi emiſti, ex quibus omnibus ſecundum exiſtimationem bonorum virorum trecentarum marcharum redditus plenarie provenire creduntur, de quibus futurus Epiſcopus honorifice poterit ſuſtentari.

Unde nobis per eundem Præpoſitum & lite-

ras tuas iterum cum inſtantia ſupplicaſti, cum paratus ſis & Diœceſin & reditus, ſicut ſuperius eſt expreſſum, futuro Epiſcopo aſſignare, tibi facultatem creandi novum Epiſcopatum in prædicta Seccovienſi Eccleſia traderemus, ita quod electio ac inveſtitura ejusdem Epiſcopi ad te & Suceeſſores tuos absque omni contradictione pertineat, de quorum bonis idem Epiſcopatus dotatus noſcitur & ditatus. Gurcenſis autem Epiſcopus, qui Vicarius Salzburgenſis Antiſtitis in ſua diœceſi eſſe dignoſcitur, in illo quoque ſit Epiſcopatu Vicarius, quantum Archiepiſcopalis exigit jurisdictio, ne in hoc etiam jus ipſius grave diſpendium patiatur.

Nos igitur habito Fratrum noſtrorum conſilio, quia tuum in hac parte propoſitum ad divini nominis gloriam & Chriſtianæ Religionis augmentum intelleximus pertinere, favore illud Apoſtolico proſequentes poſtulata concedimus, ſicut ſuperius ſunt expreſſa, ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ ad S. Petrum per manum Renerii S. Romanæ Eccleſiæ Vice Cancellarii X. Calend. Julii Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ Anno MCCXVIIII. Pontificatus vero Domini Honorii PP. tertii anno ſecundo.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ annotationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Reate VI. Id. Auguſti, Pontificatus noſtri anno decimo.

XXXI.

Pabſts Alexandri IV. Breve an Ertz-Biſchoff Udalricum zu Saltzburg und ſeine Suffraganeos, auch andere Prælaten in ſeinem Ertz-Stifft, worinn er ſie ermahnet, ihrem Amte beſſer vorzuſtehen, und vornemlich die Concubinen bey der Cleriſey abzuſchaffen, de Anno 1258.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Salzburgenſi, ejusque ſuffraganeis, nec non & dilectis filiis Abbatibus, aliisq; Eccleſiarum prælatis ordinariam in ſubditos obtinentibus poteſtatem per Salzburgenſem provinciam conſtitutis, tam exemptis quam non exemptis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Si vere, quod dicitur, paſtores ovium Chriſti ſumus, non impavide ferre poſſumus terribiliter intonantia noſtris ſenſibus, contra paſtoralis curæ negligentiam ſacrarum oracula ſcripturarum, quæ determinata dominici gregis in præſidentium deſidiam retorquentes, minaciter inclamant pereuntium ſangvinem, de præpoſitorum manibus exigendum. Quis noſtrum non contremiſcat & paveat, dicente ad Paſtores gregis ſui Domino per Prophetam: Diſperſiſtis gregem meum; ejeciſtis, & non viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſuper vos veſtrorum malitiam ſtudiorum. Pavet utique ad hos increpationis interminationisq; Divinæ ſermones idem ipſe Propheta, dum dicit: A facie Domini & a facie Sanctorum verborum ejus, conturbatum eſt cor meum: in medio mei contremuerunt omnia oſſa mea. O formidoſa ſpeculatorum, quos populo diſpenſatio divina præpoſuit, & periculoſa conditio, ſi perfunctorie res agatur, ſi eo modo in ſolicitudine commiſſa non militent, quo ſummo præcipit Imperator, ſi ſibi & univerſo gregi, cui eos Deus cuſtodes & Epiſcopos conſtituit, non attendant. His præcipue horrendum erit illud humanorum operum finale judicium, omnibus in commune tremendum: in quo etſi unusquisque de proprii corporis actionibus diſtricto ſit ſubjiciendus examini, ut recipiat prout geſſit: nobis tamen, quibus Papalis cura commiſſa eſt, non ſufficiet propria innocentia ſine cumulo juſtitiæ ſubditorum: quando negligentis miniſtri pigritiam per conſequens auſterus injunctæ ſervitutis exactor, delicta plebis impinget relatui prælatorum. Si enim, qui de unico talento ſibi credito ſatis fenoris non reportabit augmentũ, tanquam inutilis ſervus & piger, juſtæ damnationis periculum ſuſtinebit: quam durum putatis judicium fiet illi, qui commiſſum ſibi pluralem numerum viventium talentorum non ſolum integrum neglexerit reddere creditori, verum etiam in illa diſtrictione probabitur damnum Domino ſuo in bonis, quæ ab ipſo multiplicanda ſuſceperat, intuliſſe. Propterea, fratres & filii, qui faſces Pontificalis officii, & Eccleſiaſtici miniſterii ſubeundo defixiſtis pro animabus creditis apud extraneum manus veſtras: feſtinate quæſumus liberari ab illo, qui ſupremus eſt actor & judex, nullum nobis de allegationis nitore præſidium relicturus. Diſcurrite, nec ceſſetis, ne fiant animæ veſtræ pro illis, quos in cuſtodiam ſub tanto vadimonio ſuſcepiſtis. Excitet vos ſummi paſtoris amor, qui nos paſcendis rationabilibus ovibus dedicavit. Exterreat corda veſtra & corporis ſomnum depellat ab oculis metus periculi, eis procul dubio, qui ſupra greges ſuos vigiles non obſervant excubias, imminentis. Sed ecce letalis incuriæ ſopor, paſtoralis vitæ vigilantiam, quod gementes dicimus, oppreſſiſſe videtur in plurimis, prout teſtatur nimia de pleriſque regionibus clamans Chriſtiani populi corruptela: quæ cum deberet ex ſacerdotalis antidoti curari medelis, invaleſcit, proch dolor! ex malorum contagione, quod procedit a Clero, ita ut alicubi verum ſit, quod & Prophetica querela teſtatur: Factus eſt, inquiens, ſicut populus, ſic Sacerdos. Malitia namque dierum labentium, quæ cum tempore corrupit & mores, dante quam plurimis ex impunitate audacem ſemper & in deteriora proclivem infrenis licentiæ libertatem, nonnulli Clerici præcipiti lubricæ voluptatis arbitrio laxas committentes habenas, poſt carnis ſuæ concupiſcentiam abierunt, & relegata pene penitus a converſatione vitæ ſuæ clericalis munditie & honeſtate, tenent etiam in conſpectu populi concubinas, cum quibus impudicæ frontis irreverentiam induentes, fœdas manus, & fœtidas, quas ſordidis libidinoſæ coinquinationis fœtibus immiſerunt, non erubeſcunt, in ſuum periculum & ruinam populi, ſacris miniſteriis immiſcere, a quibus ob publici Concubinatus inſaniam, quæ nulla tergiverſatione ſceleris, vel ſecundum ſcita canonum, tam quoad ſe, quam ad alios, ſunt ſuſpenſi: & ne quis talium Miſſam audire præſumat, arctius in eorum contemtum canonicæ autoritatis conſtitutio interdicit. Per tales maxime nomen Domini blaſphematur in terris: per tales derogatur ſacramentis fidei orthodoxæ, cum vaſa Domini pollutis eorum manibus profanantur. Per tales ergo perdit religionem catholicam devotio reverentiæ Chriſtianæ: per tales decipitur Populus in divinis, & Eccleſiaſtica ſubſtantia diſſipatur: hinc detrahitur verbo Dei, dum immundis labiis talium nunciatur: hinc hæretici muſſitant & inſultant; hinc tyranni ſæviunt: hinc perfidi perſequuntur: hinc graſſantur audacius in Chriſti patrimonio Sacrilegii exactores: a quibus, proh pudor! ob hujusmodi carnes putridas, quas diſciplinalis mucro non reſecat, ſicut decet, ſincerum catholicæ matris corpus in oſtentum ducitur & contemptum. Profecto patres, qui hujusmodi filios ſub diſſimulationis conniventia fovent impune, etiamſi cum Heli ſacerdote ſunt boni forſitan in ſeipſos, merito, pro conſimilis negligentiæ malo, repentinæ mortis interitu ruina dejiceret de ſella retrorſum. Eccleſiæ quoque Principes, qui zelo Phineæs ardenter non feruntur in tales, ſine cauſa videntur portare gladium poteſtatis, quem ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, deſuper acceperunt. Nos igitur cupientes tantum malum de medio Eccleſiæ, tantumq; ſcandalum ab oculis fidelium removere, univerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur, autoritate noſtra vobis per apoſtolica ſcripta in virtute injungentes, ac vos ſingulos ſub obteſtatione, tam Judicii ſingularis, quo quisq; citatur ad Dominum de corpore mortis hujus, quam judicii generalis, in quo univerſi ſtabimus ante tribunal æterni Judicis, obſecrantes quatenus in vobismetipſis curetis oſtendere, quam pie ad dominum, quam ſancte ad ſeipſos, quã juſte ad proximos oporteat cæteros in Dei Eccleſia converſari. Totius namq; familiæ ſtatus & ordo vacillat, ſi quod requiritur in membris, in eorum capite non habetur: & in ejus ore adverſus peccantes neceſſe eſt redargutionis objurgatio conticeſcat, qui admittere cognoſcitur arguenda. Qua enim fronte fieri quis poterit morbi curator, dum langvore conſimili detinetur; aut ſectator virtutum, dum ſectator oſtenditur vitiorum? Ad inquirendos autem ac puniendos ſubditorum veſtrorum exceſſus, & maxime incontinentiæ fœditates in Clericis, præſertim concubinariis manifeſtis, qui odorem fœtere faciunt Domus Dei, tanto ſerventius aſſurgatis, quanto damnabilius præteriretis eorum contagia incorrecta. Verum, ut adverſus concubinarios hujusmodi officii noſtri debitum tam autoritate noſtra, quam veſtra liberius exequi valeatis; nos prædeceſſorum noſtrorum attendentes veſtigia, & plenius exprimentes, ſuper hoc proceſſus veſtros per appellationis objectum volumus aliquatenus impediri. Si vero hujusmodi concubinarii, quorum culpas contigerit canonica diſtrictione feriri, ſuper appellatione aut abſolutione vel reſtitutione ſua literas apoſtolicas reportarint: illas, niſi forſitan in eis appellationis aut excommunicationis, ſeu amotionis ſuæ hujusmodi cauſam expreſſerint manifeſte, decernimus nullius eſſe momenti, ſed, eis vel proceſſibus per eas habitis nequaquam obſtantibus, cenſura veſtræ animadverſionis in tales inviolabilem obtineat firmitatem. Preces autem, monita, mandata, & præcepta noſtra ſuper his, taliter implere curetis, quod converſationis honeſtas in Clero, & devotionis antiquæ ſinceritas in populo, per ſolicitudinis veſtræ diligentiam reformentur. Cumque Princeps paſtorum advenerit ab uno quoque noſtrum fructum injuncti negotii quæſiturus, coram ipſo appareatis intrepidi, & dignam ſibi poſſitis villicationis veſtræ reddere rationem. Volumus autem atque præcipimus, ut Tu, Frater Archiepiſcope, ſuffraga-

neis tuis & aliis prælatis tuæ provinciæ has literas ſine moræ diſpendio facias præſentari, ut ſuper præmiſſis præceptum noſtrum ex acta diligentia exequantur.

Datum Idibus Februarii, Pontificatus noſtri anno quinto.

XXXII.

Pabſts Clementis IV. Breve Proviſionis vor Probſt Vladislaum zu Wiſegrad zum Ertz-Biſchoff zu Saltzburg, de Anno 1266.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei dilecto filio Welodizlao, electo Salzburgengi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Romana Eccleſia, cui divina inſcrutabilis altitudo diſpoſitione incommutabili præcipuum contulit ſuper cæteras magiſtratum, pium ad cunctas alias in hujus orbis latitudine, conſtitutas Eccleſias materna proviſione habens reſpectum, laudabili ſtuduit hacteno obſervantia cuſtodire, ut de illis potiſſimam curam gerens, eis, opportunitatis tempore, occurrente, congrua ſubventionis non differret conſilia tam libenter, quam liberaliter exhibere. Nos etiam, qui licet in ſufficientibus meritis in ſublimi culminis apoſtolici ſpecula ſumus, diſponente Domino, conſtituti; prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Pontificum in hoc veſtigiis inhærendo, prædictas Eccleſias, tam proximas, quam longe poſitas, paternæ conſiderationis oculis intuentes, injunctum erga ipſas ſolicitudinis noſtræ miniſterium circumſtantiis univerſis, ac variis perſonarum, rerum, locorum & temporum emergentibus neceſſitatum articulis diligenter inſpectis, quantum nobis ex alto permiſſum fuerit, ita vigilanter intendimus exercere; ut nihil prorſus in ſpiritualibus, vel temporalibus deſit ibi, quod per diligentiæ noſtræ ſtudium poſſit, aut debeat procurari. Et quamvis miniſterii hujusmodi debitum circa ſingulas Eccleſias exolvere capiamus: erga illas tamen, quæ viduitatis deplorant incommoda, ut videlicet ipſis de paſtoribus juxta cor noſtrum idoneis cœli providentia utiliter conſulatur, curis continuis, eoque anxius attingimur inſultibus, quod ſucceſſivis eo inſtantius propulſamur, quo ipſæ, dum vacant, periculis ſubjacentes majoribus, potiori noſcuntur apoſtolico ſuffragio indigere. Sane Venerabilis frater noſter Ulricus, quondam Saltzburgenſis Archiepiſcopus rectæ conſiderationis meditatione advertens, quod ipſe, qui jam vergens in ſenium, multa proprii corporis debilitate, gravari dicitur, in commiſſo ſibi plebis gubernaculo, variis de cauſis ſe fructuoſe gerere, ſicut erat expediens, non valebat, ac proprium & ſubditorum periculum reformidans, zelo caritatis, quo erga eccleſiam ſuam vigebat, inductus, ne occaſione ſuæ impotentiæ gregem ſuum inimicus inſidiator invaderet, vel Eccleſia Saltzburgenſis, utilitatibus diſpenſatoriis per invaletudinem forſitan deperiret, ipſius Eccleſiæ regimine elegit ſponte cedere; per literas & nuncium ſpecialiter ſupplici a nobis depoſcens inſtantia, ut ceſſionem ipſius, quam ſic offerebat ſpontaneus, de benignitate apoſtolica recipere dignaremur. Nos autem tam ipſius Archiepiſcopi quieti & commoditatibus providere, quam ejusdem Eccleſiæ occurrere periculis, opportuna diligentia intendentes, ceſſionem ipſius duximus admittendam. Per hujusmodi vero ceſſionem in manibus noſtris factam, eadem Saltzburgenſis Eccleſia paſtore vacante, ordinationem illius nobis ſpecialiter reſervantes inhibuimus expreſſe capitulo Saltzburgenſi, ne ad electionem, ſeu poſtulationem, aut nominationem aliquam procederent de archiepiſcopo illa vice: ac decrevimus nihilominus irritum & inane, ſi quid contra inhibitionem hujusmodi contingeret attentari. Et demum de ſalubri proviſione ipſius Saltzburgenſis Eccleſiæ ſollicite cogitantes, poſt exactæ deliberationis examen, decens ac neceſſarium nihilominus & expediens fore vidimus, ut eadem Eccleſia titulo nobilitatis inſignis, quæ currentium dierum faciente malitia, multis eſt diſcriminibus expoſita, variis conquaſſata moleſtiis, graviterque in temporalibus diminuta, & enormiter in ſpiritualibus deformata, nobilis decore ſponſi ac utilis ornaretur, cujus potentia & providentia circumſpecta damna reſarciantur, ipſius regantur directa & indirecta in debitam rectitudinis ſemitam dirigantur, eccleſiaſtica defenſetur libertas, Cleri ſtatus reddatur tranquillior, & commodis ſalutis & gaudii plebs lætetur. Unde nos laudabiles actus tuos, quibus de virtute in virtutem proficiens in oculis hominum, a tuæ juventutis primitiis te gratum reddere ſtuduiſti, delectabiliter in animo revolventes, ac de redolentis tuæ famæ ſuavitate, quæ publico prædicatur teſtimonio, quod claram Sereniſſimorum tuorum nobilitatem natalium ſtudiis ac operibus nobilitate ſatagis virtuoſis, odorem acceptabilem ſentientes, in te generoſum ac benedictionis filium direximus oculos mentis noſtræ. In quo te ipſi Saltzburgenſi præficiendo Eccleſiæ noſter non indigne ſpiritus requievit, ſpem grandem ac

ac fiduciam obtinentes, quod cum ſis multorum principum conſanguinitate & affinitate ſubnixos, litera ſufficienti dotatus, gratus moribus, converſatione placidus, vitæ honeſtate conſpicuus, aliisque virtutibus multipliciter inſignitus in ſpiritualibus, nihilominus providentiam ac in temporalibus diſcretionem obtinens, Eccleſia eadem per tuam potentiam & circumſpectionem fructuoſam ab inſtantibus periculis efficaciter eruetur, a futuris præſervabitur ſalubriter, & non ſolum in ſuis bonis juribus, Immunitatibus, & libertatibus magnifice defenſabitur, verum etiam optatæ felicitatis & proſperitatis augmentum ſpiritualiter & temporaliter ad pacem & bonum ſtatum ſubditorum, ſibi, cleri & populi divina favente clementia, conſequetur. His itaque digna meditatione penſatis Eccleſiæ prælibatæ, cujus in hac parte profectum potiſſime attendimus, ſpeciali volentes diligentia providere, de fratrum noſtrorum conſilio & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in nomine Domini, non obſtante defectu, quem in ordinibus pateris, & ætate, te nunc præpoſitum Wiſegradenſis Eccleſiæ, Capellanum noſtrum, prælibatæ Saltzburgenſi eccleſiæ in Archiepiſcopum præfecimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem illius tam circa ſpiritualia, quam temporalia tibi totaliter committentes. Quapropter diſcretionem tuam rogamus, monemus attentius, & hortamur per Apoſtolica ſcripta, tibi in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus tibi onus a Domino impoſitum reverenter ſuſcipiens, ad commiſſam tibi Eccleſiam cum plena noſtræ gratia benedictionis accedas, & illius commiſſum tibi regimen ſic prudenter & utiliter exequaris, quod ipſa tuo ſalubri miniſterio gubernetur feliciter, ac proſpere dirigatur, tuque, velut paſtor ſollicitus gregis Dominici tuæ cuſtodiæ deputati, vigilem curam gerere comproberis, ex quibus clara tui fama nominis extendatur latius, & erga perſonam tuam benevolentia noſtræ ſinceritatis digne de bono in melius augeatur.

Datum Peruſii, quarto Idus Novembris, Pontificatus noſtri anno primo.

XXXIII.

Statuta Ertz-Biſchoffs Conradi IV. zu Saltzburg, de Anno 1291.

I. De contractibus matrimonialibus.

CContractibus matrimoniorum, qui nonnunquam contra eorundem honeſtatem ac juris prohibitionem, in grave animarum periculum clandeſtine celebrantur, ſalubriter occurrere cupientes: prioribus ſtatutis ſuper hoc editis adjicimus, & de conſilio Sacræ Synodi ſtatuentes, irrefragabiliter ordinamus, ut quandocunque ſponſalia, ſeu matrimonia contrahuntur, non minus, quam ſex perſonæ honeſtæ, ac fide dignæ, de vicinia & ſaltem parochia amborum, vel alterius contrahentium, aut loci in quo contractus agitur, inter quas ad minus tres virilis ſexus habeantur. Et in ipſo contractu debent pro teſtibus adhiberi, quæ non ſunt de contrahentium familia, & eisdem in una Domo cohabitantes, ſeu domus, in qua fit Contractus hujusmodi, inquilinæ. Quod ſi ſecus fuerit attentatum, contrahentes operam dantes, ſive ſcientes præſentiam exhibentes, & ſponte in ſuis domibus hæc fieri patientes ſententiam excommunicationis, quam in his ſcriptis in eos ferimus, incidant ipſo facto; in quos etiam alias, pro juſto noſtri motus arbitrio, animadverti pœna, quæ plus timeatur, volumus & debemus: quam ſententiam abſolutionis nobis duximus reſervandam. Volumus etiam, ut poſt contracta quocunque modo ſponſalia vel matrimonia, ipſi contrahentes, vel aliqui de ipſorum mandato ſpeciali, contractum hujusmodi infra menſem, a die ejusdem numerandum, plebano vel plebanis ipſorum contrahentium, ſeu ſi copia ipſorum haberi non poterit, vicariis eorundem, duabus vel tribus perſonis idoneis præſentibus, debeant publicare. Contravenientes, ſententia excommunicationis, quam in his ſcriptis pronunciamus, involvi volumus ipſo facto, alias, pro exceſſus gravitate, per nos acrius puniendos: eorundem abſolutione nobis libere reſervata.

II. De Clericis officialibus.

Juris veſtigiis inhærentes, in hac ſacra Synodo denunciamus publice, & ſub pœna clericalis privilegii prohibemus, ne clerici religioſi, vel ſeculares, cujuscunq; ordinis vel prælaturæ, procurationes ſeculares ſub quibuscunque Principibus, vel aliis laicis aſſumant, ſeu ante aſſumptas retinere præſumant: ne ſub nomine pignoris, vel quocunque colore quæſito, ſint actores procuratores, conductores, juſtitiarii, Vice Comites, præpoſiti, adminiſtratores, officiales, quocunq; vocentur nomine, in Civilibus vel miniſtri: quia nemo militans Deo ſe debet negotiis ſecularibus implicare. Si qui vero juris & noſtræ prohibitionis transgreſſores, hæc vel aliquid horum de novo aſſumpſerint, ſeu ante aſſumta non depoſuerint ſtatim, per omnia & in totum: ipſo jure ſententiam excommunicationis incurrant, abſolutione nobis, ſi indigne pœnituerint & ſatisfecerint, reſervata. In qua excommunica-

nicatione ſi per menſem animo perſtiterint indurato ipſos ex tunc a beneficiis, dignitatibus, perſonatibus & adminiſtrationibus Eccleſiaſticis,quibuscunq;,ac omni privilegio claricali,exutos & privatos eſſe volumus ipſo facto, nec ad ea vel ſimilia in poſterum aliquatenus admittendos:punitionem illorum, qui ante hanc noſtram ordinationem, quam extra Salisburgenſem,Chiemenſem,Boumbergenſem,Gaizenſem Archidiaconatus extendi ad præſens volumus, hujusmodi prohibita illicite gerere præſumpſerint, noſtræ diſtrictionis judicio reſervantes.

III. De Secta vagorum ſcholarium.

Licet contra quosdam ſub vagorum Scholarium nomine diſcurrentes,ſcurriles,maledicos, blaſphemos, adulationibus importune vacantes,qui ſe clericos in vituperium clericalis ordinis profitentur, nonnulla pio zelo pro ſalubri eorum correctione emanaverint inſtituta: ex his tamen nullus fructus, aut modicus jam provenit. Publice nudi incedunt, in furnis jacent, tabernas,ludos & meretrices frequentant, peccatis ſuis victum ſibi emunt, inveterati ſectam ſuam non deſerunt: ſic ut de eorum correctione nullus remaneat locus ſpei. Ideoque prioribus ſtatutis pro ſalute animarum ſuarum,quam quærimus ſalvis: adjicimus & denunciamus in hac ſacra Synodo, ſub pœna privilegii clericalis publice prohibentes, ne quis ſectam vagorum Scholarium reprobatam aſſumat, ſeu in ea permaneat, vel eam exercere præſumat. Alioquin eos, qui hujusmodi ſectam ante hanc noſtram conſtitutionem temere aſſumptam, infra menſem a tempore promulgationis ejusdem conſtitutionis numerandum, penitus non dimiſerit, & illos, qui nunc aſſumere præſumpſerint, ipſo facto ſtatim omni privilegio clericali exui præcipimus & nudari: volentes, ut quandocunque a monaſteriis, Eccleſiis,vel Clericis, cujuscunque rei importuni, aut violenti fuerint exactores, ipſis eosdem liceat noſtra autoritate capere, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, brachio ſeculari. Et eos captos nobis,vel archidiaconis noſtris aſſignari volumus, noſtro carceri, ut nobis videbitur, includendos: ut ſic reatus, omne excludat privilegium in his, quos utilitas vitæ eo nec frui patitur, nec gaudere.

XXXIV.

Ejusdem Declaratio Statutorum, de Anno 1310.

NOs Conradus, Dei gratia S. Saltzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, apoſtolicæ Sedis Legatus,Wernhardus Patavienſis,Joannes Brixinenſis,Henricus Gurcenſis,Albertꝰ Chymenſis,Fridericus Secovenſis, Wernhardus Laventinenſis,Eccleſiarum Epiſcopi, in hoc ſacroſancto Provinciali Concilio Saltzburgenſi congregato, de Conſilio & Conſenſu Procuratorum venerabilium Friſingenſis & Ratisbonenſis Epiſcopor.,plenum ad hoc mandatum habentium, ac aſſenſu prælatorum Salzburgenſis Provinciæ in hoc Concilio aggregatorum,nec non Procuratorum aſſenſu,hujus ſacri approbatione Concilii,quædam ſtatuta pœnalia piorum provincialium Conciliorum ex certis & legitimis cauſis, ut animarum periculum caveatur, taliter duximus moderanda.

Capitula.

I. De Clericis tabernariis.

Primo ſtatutum de Clericis tabernariis quod incipit, Clericus non viator, cum hoc moderamine declaramus, quod cauſæ rationabiles & honeſtæ intelligi debeant iſtæ: quod ſi Clericus non viator in ſacris conſtitutus, aut religioſus, tabernam intraverit ad honorandū quempiam amicum, dominum aut quamcunq; honorabil. perſonam,vel ſi præmeditate intret,oblitꝰ conſtitutionis,ſeu ex quacunque neceſſaria,vel utili cauſa,non voluptuoſa,ibiq; biberit vel comederit, pœna ſtatuti præhabiti non ligetur. Hæc tamen moderatio ad luſores non extendatur.

II. De rationibus a prælato faciendis & audiendis.

Item ſtatutum de rationibus faciendis,quod incipit:Item me, taliter mitigamus, quod revocata pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, prælatus, qui Collegio aut tribus per Collegium deputatis ſaltem ſemel in anno non fecerit rationem, & a Clauſtri officialibus præſentibus aut vicinis clauſt. bis, & a remote diſtantibus ſemel in anno non audierit rationes,ab adminiſtratione temporalium ſit ſuſpenſus: quam ſuſpenſionem, ſi per tres menſes poſt annum rationibus deputatum ſuſtinuerit animo indurato, ex tunc arbitrio ordinarii puniatur.

III. De Clericis joculatoribus.

Item juxta conſtitutionem Dni. Bonifacii, quæ eſt talis: Clerici, qui clericali ordini non modicum detrahentes, ſe joculatores, ſeu galiardos faciunt,aut buffones, ſi per annum artem illam ignominioſam exercuerint, ipſo jure; Si autem tempore breviori, & tertio admoniti nō reſpuerint, careant omni privilegio clericali; monemus hujus approbatione Concilii, omnes & ſingulos tales,ut talem habitum & vitam non aſſumant, aſſumptamque deponant infra tres menſes,quorum unum pro primo, alterum pro ſecundo, & tertium pro tertio termino peremptorio aſſignamus: ſi pœnam prædictam, quam ipſo facto incidunt, voluerint evitare.

IV. De Capitulis celebrandis a monachis S. Benedicti & S. Auguſtini.

Item monemus abbates ordinis Sancti Benedicti & Præpoſitos & prælatos Sancti Auguſtini totius noſtræ provinciæ, ut provincialia capitula ſua,usque ad feſtum Purificationis proxime futurum celebrent, juxta formam a ſacris Canonibus eis datam, & deinde de triennio in triennium, juxta formam Sacrorum Canonum jam prædictam.

Clementis V. Conſtitutio, qua Bonifacii VIII. Conſtitutionem Clericis mitigat.

Clemens &c. Paſtoralis cura ſolicitudinis nobis divinitus ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes injuncta, nos vigilare,remediis, ſubjectorum eorundem periculis obviare,ac ſcandala removere compellit. Sane quoniam ex conſtitutione ſel. record. Bonifacii P. P. VIII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Clericis laicos: & ex declaratione ſeu declarationibus ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonnulla ſcandala,pericula magna,& incommoda gravia ſunt ſecuta & ampliora ſequi,niſi celeri remedio ſuccurratur, præſumitur veriſimiliter in futurum: nos de Conſilio fratrum noſtrorum,conſtitutionem & declarationem, ſeu declarationes prædictas, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel ob eas,penitus revocamus, & eas haberi volumus pro infectis: volentes & firmiter ſtatuentes, illud contra quoscunque laicos exigentes ſeu extorquentes ab Eccleſiis, eccleſiaſticisque perſonis, tallias, ſeu collectas aut exactiones quascunque, & contra dantes ad id faciendum auxilium,conſilium vel favorem nec non circa præſtandas ſubventiones laicis ab Eccleſiarum prælatis & aliis viris Eccleſiaſticis, inviolabiliter obſervari, quod ſuper his a prædeceſſoribus noſtris in Lateranenſi & generali Concilio, quæ nos ſub obteſtatione Divini Judicii præcipimus obſervari diſtricte, ſalubriter eſt proviſum. Data Lud. Kalend. Febr. Pontificatus noſtri anno II.

XXXV.

Ertz-Biſchoffs Friedrich zu Saltzburg Revers, ſo er ſeinen Land-Ständen, wegen einer extraordinairen Steuer ertheilet, de Anno 1327.

WIr Friedrich, von GOttes Gnaden Ertz-Biſchoff zu Saltzburg,Legat des Stuhls zu Rom verjehen offenbar an dem Brieffe und thun kund allen denen, die ihn ſehent oder hörent leſen, da unſers Gotts-Hauß Edelleut leyder gefangen wurden an dem Streit zu Bayern, und wir ſie nicht möchten erledigen, und ihres Schadens ergötzen ohne gemeine Hülffe. Da geben uns unſers Gottshaus Dienſtmann, Ritter und Knecht durch Lieb und Treu, die ſie zu ihren Recht ihren Gunſt und guten Willen, daß wir ob ihren Leuten und ob ihren Vogtleuten und Lehen-Leuten in unſerm Gebiet, nämen eine gemeine Schatz-Steuer, alſo thäten ſie auch, daß wir unſer Veſtung zu Titmonnig löſten um ſechſthalb tauſend Pfund Pfenning Saltzburger, von Hertzog Ludwigen von Bayern, der uns die Hüt abgewonnen: Das haben ſie alles gethan mit der Beſcheiden, daß das fürbaß mehr nicht ſoll geſchehen von uns und unſern Nachkömbling,und ſoll auch ihnen fürbaß unſchädlich ſeyn, an allen ihren Rechten, das haben wir ihnen auch gelobt ohne Gefähr, und geben ihnen auch darüber dieſen Brieff verſiegleten mit unſerm anhangendem Inſiegel, der geben iſt zu Saltzburg an St. Agathä Tag, da man zehlt nach Chriſti Geburt dreyzehen hundert Jahr, darnach in dem ſieben und zwantzigſten Jahr.

XXXVI.

Pabſts Johannis XXII. Bulla die von Ertz-Biſchoff Friderico III. zu Saltzburg und ſeinen Suffraganeis wider die Paltzgrafen bey Rhein Henricum und Ottonem Gebrüdere, auch Henricum ihren Vetter, ergangene Excommunication betreffend, de An. 1330.

JOannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei; Dilectis filiis in Raytenhaslach & in Reuna, ac Victorienſium monaſteriorum Abbatibus Salisburgenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sedis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas deſideria juſta petentium congruo favore proſequitur, & circa ea, quæ libertatis Eccleſiaſticæ ſavorem reſpiciunt, exhibere ſe propitiam conſuevit. Sane, Venerabilium fratrum noſtrorum Friderici Archiepiſcopi

ſcopi Salisburgenſis & Ratisbonenſis ac Patavienſ. & Chiemenſis Epiſcoporum, ejusdem Archiepiſcopi Suffraganeorum petitio nobis exhibita continebat, quod ipſi olim una cum dilectis filiis, capitulo Eccleſiæ Friſingenſis tunc paſtore carentis, in dilectos filios nobiles viros Henricum & Ottonem fratres ac Henricum eorundem Fratrum, Patruum, Comites Palatinos Rheni & Duces Bavariæ, pro eo, quod ipſi nobiles ab Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis Dioceſis Archiepiſcopi, & Suffraganeorum prædictorum nonnullas exactiones & collectas graves & indebitas violenter receperant, excommunicationis, & in eorum terras interdicti ſententias, exigente Juſtitia, auctoritate ordinaria promulgarunt: quodque poſtmodum dicti Nobiles ad cor reverſi, promittentes pro ſe ſuisque hæredibus & ſucceſſoribus, idque firmantes propriis juramentis, ſuas quoque patentes litteras eorum ſigillis munitas, dictis Archiepiſcopo & Suffraganeis in præmiſſorum teſtimonium concedentes, quod nulla ratione, vel cauſa talia vel ſimilia committerent, fuerunt a ſententiis hujusmodi abſoluti, dictumque interdictum relaxatum exiſtit, prout hac humiliter petierunt. Quare præfati Archiepiſcopus & Epiſcopi Nobis humiliter ſupplicarunt, ut hujusmodi promiſſa & jurata per dictos nobiles confirmare auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque de præmiſſis notitiam non habentes, gerentesque quoque de noſtræ circumſpectionis induſtria ſuper his & aliis fiduciam in Domino ſpecialem, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, vocatis, qui fuerint evocandi, ſi ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii repereritis ita eſſe, & aliud Canonicum non obſiſtat, promiſſa & jurata hujusmodi per eosdem nobiles, curetis auctoritate Apoſtolica confirmare, illaque faciatis inviolabiliter obſervari Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus, ſi eisdem Nobilibus, vel quibusvis aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Datum Avinione III. Nonar. Aprilis, Pontificatus noſtri anno quinto decimo.

XXXVII.

Ertz-Biſchoffs Pilgrini II. zu Saltzburg und ſeiner Suffraganeorum Statuta

Synodalia, de Anno 1386.

AD laudem & honorem, ac gloriam nominis Dei, ac ſalutem Dominici gregis nobis commiſſi: nos Pilgrinus, Dei gratia Archiepiſcopus Saltzburgenſis eccleſiæ, Apoſtolicæ ſedis legatus, Joannes, Gurzenſis, Fridericus, Chiemenſis, & Joannes, Secovienſis, eccleſiarum Epiſcopi, una cum aliis venerabilibus patribus ac procuratoribus ſuis, ac Coepiſcoporum noſtrorum, & quorundam aliorum prælatorum præſentium, nobiſcum in hoc ſacro provinciali concilio reſidentibus, ad correctionem exceſſuum & reformationem morum, diligenti ac matura deliberatione præhabita, infra ſcriptas conſtitutiones edidimus ſalubres & utiles, jure fundatas æquitati conſonas, & per quas ſubditorum ſervatur honeſtas: quas per locorum ordinarios prælatos, archidiaconos, & alios eccleſiarum rectores, per totam noſtram provinciam publicari, & ſub panis in eis contentis præcipimus inviolabiliter obſervari.

CAPITULA.

I. De modo dicendi horas canonicas.

Quia, ut accepimus, clerici diverſi diverſimode in horis Canonicis & divinis officiis diverſum pſallendi tenent modum, contra canonica inſtituta: volentes igitur huic morbo remedium apponere opportunum, diſtricte præcipimus, ut ab omnibus & ſingulis clericis ſæcularibus in pſallendo idem modus & ordo in Divinis officiis & horis canonicis obſervetur, ita quod unusquisque in hoc ſuæ cathedrali eccleſiæ, ſive fuerit regularis, ſive ſæcularis, rationabiliter ſe conformet. Si quis hujus conſtitutionis transgreſſor extiterit, per loci ordinarium, vel archidiaconum, canonica monitione præmiſſa, ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendatur. Religioſos vero in ſuis rationabilibus obſervantiis volumus remanere.

II. De abſolutionibus impendendis.

Sanctione præſenti, ſub interminatione maledictionis æternæ diſtricte prohibemus, ne aliqui majori excommunicatione nodatos, aut ſuſpenſos, vel in homicidio, furto, ſacrilegio, falſo teſtimonio, perjurio, inceſtu, inſtrumentorum & literarum falſitate, & aliis caſibus ſedi Apoſtolicæ, vel nobis ſpecialiter, vel noſtris ſuffraganeis, aut aliis competentibus judicibus reſervatis, quacunque præſumant abſolvere, vel vota commutare. Quod ſi quis fecerit, ab officio ſuſpendatur, donec

donec pro ſuperiorum arbitrio ſatisfaciat competenter.

III. De abutentibus indulgentiis a ſuperioribus ſuper abſolutionibus conceſſis.

Cum interdum tam a ſede apoſtolica, quam ex ſpeciali indulto, plerisque gratioſe concedatur, ut in caſibus ſuperioribus reſervatis cum ſibi ſubditis diſpenſare, ac eos abſolvere, eisque pro modo culpæ pœnitentiam injungere valeant competentem.

Verum, quia nonnulli indulto hujusmodi abutentes, pœnitentias hujusmodi in pecuniarum proprium & burſalem quæſtum vertunt: nos igitur attendentes, quod privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate: decernimus, hujusmodi indulgentias a nobis conceſſas, vel in poſterum concedendas, poſt hujusmodi abuſum eſſe nullas, vacuas & inanes: declarantes etiam abſolutiones, quas rales abutentes impenderint ſimiliter fore nullas. Abutentes quoque eo ipſo ſuſpendimus a Divinis, donec pro qualitate culpæ abſolutionis beneficium a ſuis ſuperioribus meruerint obtinere.

IV. De modo abſolutionis impendendæ in caſibus dubitabilibus.

Volumus, & omnibus eccleſiarum rectoribus diſtricte præcipimus, ut in caſibus dubitabilibus, præcipue periculum, vel ſalutem animarum concernentibus, ad ſuperiorem recurrant confidenter; vel ſaltem peritiores, vel ſapientiores ſtudeant ſuper his diligenter requirere. Quod ſi non fecerint, & ex eorum incuria, vel negligentia periculum aliquod emerſerit, gravi ſubjaceant ultioni.

V. De habitu Clericorum.

Quoniam per decentiam habitus extrinſeci oportet clericos intrinſecam morum honeſtatem oſtendere: diſtricte prohibemus, ne aliqui clerici, ſine capucio capitis, bireto, capello, vel pileo cooperto, in eccleſia, ſeu alias in publico, præſumant incedere, cum hoc honeſtatem non deceat clericalem. Quod ſi quis contra fecerit, per ſuperiorem acriter puniatur.

VI. De eodem, & differentia habitus majorum ab inferioribus.

Canonica teſtatur auctoritas, quod ex majore decore & majoritate ornatuum apparere debeat majoritas dignitatum. Hinc eſt, quod firmiter inhibemus, ne clerici in publico utantur vario, vel illud deferre præſumant, niſi in dignitatibus fuerint, vel canonici eccleſiarum cathedralium, vel in gradu magiſterii ſcientiæ litterarum fuerint conſtituti. Adjicientes quoque, ne ipſi clerici, maxime non beneficiati, cincturis, corrigiis, aut peris auri vel argenti ornatum habentibus utantur, aut etiam veſte, vel alio habitu indecenti.

VII. De munda conſervatione rerum & vaſorum Divino cultui deputatorum.

In plerisque eccleſiis mappæ, pallæ altaris, corporalia, & alia veſtimenta, ac vaſa Divino cultui deputata, tam inculta, tam immunda relinquuntur, ut interdum quibusdam ſint horrori, contra ſtatutum concilii generalis. Et licet alias ſuper his tam a viris, quam a legatis ſedis apoſtolicæ, quam etiam a noſtris prædeceſſoribus ſatis utiliter ſit proviſum: nos vero repetitis eorum conſtitutionibus, volentes expreſſius providere, univerſis cuſtodibus, ſacriſtis, eccleſiarum rectoribus, præcipimus, quatenus omnia veſtimenta, ornamenta & vaſa ſupradicta, per ipſos munda & nitida, & præcipue eccleſiaſtica ſacramenta, ſub clauſura & fida cuſtodia conſerventur. Si quis vero in transgreſſione hujusmodi ſtatuti culpabilis fuerit, usque ad condignam ſatisfactionem ab officio ſuſpendatur.

VIII. Ne mendicantes admittantur ſine dioceſanorum licentia & teſtimonio litterarum.

Quia religioſos, præcipue fratres mendicantes, decet puritatem omnimodam in ſuis actibus obſervare: quoniam tamen ſæpe divagandi & diſſolutionis materiam mutuantur, ſcandalum aliorum, & tanquam pſeudo-prophetæ fabuloſis prædicationibus audientium animos p'erumque ſeducunt. Et quamquam invitis ipſarum eccleſiarum rectoribus, ipſi fratres, niſi per eosdem rectores vocati, vel invitati ad hoc fuerint, de jure non audeant, nec debeant prædicare: volumus tamen, quod nequaquam dicti rectores ipſos invitent, vel admittant, niſi de proponendo verbum Dei a ſuis ſuperioribus licentiam habeant, & de illa ſæpe dictis rectoribus faciant plenam fidem. In civitatibus vero & dioceſi, in quibus ipſorum fratrum loca conſiſtunt, ac in locis vicinis, nullatenus ad dictum officium prædicandi, vel ad audiendas confeſſiones admittantur, niſi locis dioceſanis canonice præſentati fuerint prius & admiſſi.

IX. De immunitate clericorum & eorum rerum ab impoſitionibus ſæcularium dominicorum.

Cum eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ, ac res ipſorum, non ſolum jure civili, quinimo & canonico & Divino, ſæcularium perſonarum talliis, collectis & exactionibus ſint immunes: nonnulli tamen eccleſiaſticæ libertatis & immunitatis æmuli, hujusmodi libertatem offendere moliuntur. Nos igitur ipſorum auſus, quantum poſſumus, reprimere cupientes, ſtatutum domini Joannis Epiſcopi Tuſculani, apoſto-

lieæ ſedis legati, qui invaſores & occupatores & detentores eccleſiaſticorum bonorum, vel dantes in his auxilium, conſilium, vel favorem, ſi poſtquam per eccleſiarum prælatos, vel rectores requiſiti fuerint, infra menſem non deſtiterint, vel de damnis datis non ſatisfeceriut, ex tunc ſubjicit eccleſiaſtico interdicto, ad hujusmodi exactores, collectores, & talliatores, declaramus extendi, & extendimus ſanctionem præſentem; omnibus eccleſiarum prælatis & rectoribus, ſub excommunicationis pœna, diſtricte præcipientes, quatenus hujusmodi ſtatuta inviolabiliter obſervent, ac nihilominu ſingulis annis ter in ſuis eccleſiis fideli popul ſtudeant publicare.

X. Contra vilipendentes ſententias excommunicationis.

Multi in profundum malorum venientes, adeo eccleſiæ claves & eccleſiaſticæ cenſuræ ſententias vilipendendo contemnunt, quod tam incorrigibiles plerique talium facti, in ſuæ damnationis periculum, in hujusmodi ſententiis moriuntur. Quare ſtatutum domini Friderici, prædeceſſoris noſtri, quod per omnes civitates & diœceſes mandat tales ſententias publicari per eccleſiarum prælatos, obſervari præcipimo, ut ſic malignorum perverſitatibo obvietur.

XI. De publicatione conſtitutionis Boniſacii VIII. contra recipientes pedagia a clericis.

Conſtitutiones felicis recordationis Boniſacii Papæ VIII. editas contra eos, qui ab eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis, pro earum rebus propriis, quas non negotiandi cauſa deferunt, vel deferri faciunt, vel transmittunt, ſuo vel alieno nomine, pedagia, vel quidagia exigunt, vel extorquent: eosque qui in his culpabiles fuerint, ſi perſonæ ſint ſingulares, excommunicationis, ſi vero collegium, civitatem, vel caſtrum, vel locum alterius concernit, interdicti ſententiæ ſubjacere; per locorum ordinarios, prælatos, & archidiaconos, ac parochialium eccleſiarum rectores, præcipimus ſolenniter publicari; quemadmodum etiam in Viennenſi concilio eſt provide conſtitutum.

XII. De occupatoribus beneficiorum & eorum bonorum.

Omnibus volumus eſſe notum, quod tam Epiſcopi, quam alii eccleſiarum prælati, & quæcunque aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, qui bona vacantium dignitatum & eccleſiarum quarumcunque ſibi ſubjectarum, ſeu ad collationem, vel præſentationem eorundem pertinentium, occupant, rapiunt, aut uſurpant, vel in ſuos uſus vertunt, ipſi Epiſcopi ab ingreſſu eccleſiæ; inferiores vero, ab officio & beneficio de jure ſint ſuſpenſi, donec de occupatis ſatisfaciant cum effectu: laici vero, ſive judices fuerint, aut eccleſiarum patroni, bona hujusmodi rapientes, vel uſurpantes, juxta ſtatutum felicis recordationis Domini Friderici, prædeceſſoris noſtri, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant: in locis vero, ad quæ eadem bona delata fuerint, poſtquam hoc rectoribus eccleſiarum innotuerit, juxta ejusdem ſtatuti tenorem tamdiu ceſſetur a Divinis donec ablatis congrue fuerit ſatisfactum.

XII. De uſurariis & eorum pœnis.

Apud multos ita crimen uſurarum invaluit, quod nonnulli nullis negotiationibus, vel laboribus ſtudent intendere, putantes ſibi ex hoc licere, quod prælati, vel alii eccleſiarum rectores, in animarum ſuarum periculum, negligunt id corrigere, ac per hoc in majoris damnationis, laqueum ſe immergunt. Nos igitur recolendæ memoriæ domini Joannis, Tuſculani Epiſcopi, legati ſedis apoſtolicæ, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, qui crimen hujusmodi fuerint ſpecialiter deteſtati: decernimus eosdem uſurarios, poſtquam per ſuos rectores trina monitione nominatim moniti fuerint, & infra menſem ipſi ab eadem pravitate non deſtiterint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſubjacere. Quapropter ſingulis eccleſiarum Prælatis ac rectoribus diſtricte præcipimus, ut omnes manifeſtos uſurarios moneant & inducant, quatenus ab hujusmodi pravitate infra unius menſis ſpatium curent ſtudioſe deſiſtere, ac de perceptis ſatisfacere cum effectu. Quod ſi non fecerint, ex tunc excommunicati publice nuncientur. Certificentur nihilominus, quod ſi in hoc crimine ſine ſatisfactione canonica cautioni de ſatisfaciendo deceſſerint, Chriſtiana careant ſepultura. Ipſi quoque rectores, & ſcienter ſepelientes eosdem, ſimili de jure excommunicationis ſententia ſint ligati. Declaramus inſuper manifeſtos uſurarios eſſe, de quibus eſt publica vox & fama, & certa ſunt indicia & argumenta, quod pecunias mutuant ad uſuras, easq; recipiunt, vel fructus rei pignoratæ ex pacto, vel alias ſibi uſurpant, vel imburſant, nec computant in ſortem pecuniæ pignoratæ.

XIV. Ne clerici conveniantur coram ſæcularibus judicibus.

Sæpe contingit, quod nedum laici, ſed eccleſiarum prælati & alii clerici (quod dolentes referimus) alius alium ad ſæcularia trahunt judicia, contra canonicas & legitimas ſanctiones: ex quo non modicum eccleſiaſticæ libertati detrahitur, ac eccleſiæ plerumque in ſuis juribus & libertatibus grandia diſpendia patiuntur. Nos volentes his malis, quantum poſſumus, obviare:

viare decernimus, quod ſi prælatus, vel quivis alius clericus, alium prælatum, vel clericum, vel etiam laicus quamcunque aliam eccleſiaſticam perſonam, coram ſæculari judice trahere, vel convenire, aut tractus, ſeu conventus ſponte & judicialiter præſumpſerit reſpondere: tam trahentes, quam tracti, ultra pœnas contra tales a jure prolatas, eo ipſo ſe noverint excommunicationis ſententiæ ſubjacere.

XV. Ne ignoti presbyteri admittantur ad Divina.

Firmiter inhibemus, ne presbyteri peregrini vel ignoti ad Miſſarum ſolemnia celebranda in publico admittantur, niſi per litteras teſtimoniales, vel canonice de ipſorum ordinatione eccleſiarum prælatis & rectoribus fiat fides.

XVI. De Notariis publicis.

Placuit noſtro ſancto concilio, ut nullus ſe Notarium publicum afferens in officio tabellionatus aliquatenus admittatur, nec credatur ejus inſtrumento, niſi coram loci ordinario, vel ejus officiali de ſuo officio faciat plenam fidem, cum ſæpe ex Notariis incognitis & imperitis grandia pericula ſoleant provenire.

XVII. Ut Epiſcopi, Prælati, & Rectores habeant quæſtiones ſigillatim.

Dudum fuit in noſtra provincia conſtitutum, ut Epiſcopi ſuffraganei, omnes provinciales conſtitutiones habeant ſigillatim, easque ſuis ſubditis, ſicut juris eſt, ſtudeant publicare. Verum, quia hujusmodi ſtatutum, fructum modicum hucusque produxit: nos igitur illud ampliare, & pœnæ adjectione vallare volentes, ne ipſarum ignorantiam ipſi, vel ſubditi prætendere valeant, vel quolibet allegare; ſtatuimus, & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus omnes & ſinguli eccleſiarum prælati, archidiaconi, ac parochi eccleſiarum rectores, tam legatorum ſedis apoſtolicæ, quam noſtras & prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones ſcriptas habeant, quas non habentibus de noſtra cancellaria præcepimus exhiberi, ſub petentium tamen ſumptibus & expenſis. Quod ſi ipſi prælati & archidiaconi infra ſex menſium ſpatium a data præſentium, rationabili cauſa ceſſante, ipſas per ſe, vel alios non receperint, ſeu habuerint: ipſos & quemlibet ipſorum, qui in hoc negligens, vel remiſſus fuerit, eo ipſo ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendimus, donec a ſuo ſuperiore abſolutionis beneficium meruerit obtinere.

Acta ſunt hæc Saltzburgi, in noſtro Archiepiſcopali palatio, anno Domini M.CCC LXXXVI. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini, domini Urbani Divina providencia Papæ VI. anno VIII. menſe Januario.

XXXVIII.

Des Röm. Königs Wenceslai Abmahnungs-Brieff an Ertz-Biſchoff Pilgrinum II. zu Saltzburg, von dem Kriege wider Hertzog Friedrichen zu Bayern abzuſtehen, de Anno 1389.

WIr Wentzeslau, von GOttes Gnaden Römiſcher Künig, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und Künig zu Beheim, entbieten dem Ehrwürdigen Pilgrim, Ertz-Biſchoffen zu Saltzburg, unſerm lieben Fürſten, Rath und Andächtigen unſere Gnad und alles Gutes, Ehrwürdiger Fürſt und Andächtiger, lieber Rath.

Uns hat fürgelegt der Hochgeborne Friederich, Pfaltz-Graff bey Rhein und Hertzog in Bayern, unſer lieber Oheim, wie daß du ihm über ſolche Richtigung und Einigung, als wir zwiſchen dir und ihm gemachet haben, entſaget habeſt, und nun ſein Land und Leuth angegriffen und zu beſchädigen meyneſt. Nun entbeut ſich derſelbig unſer Oheim zu dem Rechten für Uns, darzu wir auch ſein wollen mächtig ſeyn, und ob er ichts wieder dich gethan hätte, daß du ihm das auch wieder thuſt, ob du ihme deß ein Schaden gethan hätteſt, als billig iſt, davon ſo begehren wir von deiner Andacht mit gantzem Ernſt, und mahnen dich auch bey ſolchen Thun und Eyden, als du uns gethan haſt, und bey der Einigung und Verrichtung, die wir zwiſchen dir und dem ehegenannten unſerm Oheime gemacht haben, daß du demſelben Hertzog Friedrichen ſein Land und Leuthe nicht angreiffeſt noch beſchädigeſt, und ob du ihn angegriffen hätteſt, daß du davon laſſeſt, und fürbaß mehr nicht thuſt in keine Weiß, als wir das deiner Andacht gäntzlich glauben und vertrauen, wann wir euch beyderſeits einen Tag für uns zu kommen beſcheiden wollen, und ſolche Sachen, als zwiſchen euch ſind gäntzlich verhören und vernehmen, auch als wir deiner Andacht vormahls geſchrieben haben, daß dis in dem gegenwärtigen Krieg, der zwiſchen den Fürſten und Städten wider die Fürſten nicht helffen noch zulegen ſolleſt, ſondern als unſer Fürſt, Rath und Diener an uns warten und ſtille ſitzen ſolleſt, alſo begehren wir von dir, und wollen gäntzlich gehalten haben, und ermahnen dich bey ſolchen Treuen und Eyden, als du uns, als unſer Rath und Diener pflichtig biſt, und gethan haſt, daß du

den Städten wider die Fürſten nicht helffeſt, noch zulegeſt in keine Weiß, ſondern an uns warteſt und ſtill ſitzeſt, wann wir, ob GOtt will, mit deinem und anderer Fürſten und des Reichs getreuen Rath darzu thun wollen, daß ſolche Krieg hingeleget und verrichtet werden, als dich des alles unſer Rath und Diener und lieber getreuer, Walter von Zittau, wohl unterweiſen wird, dem du darinnen gäntzlich glauben wolleſt, als uns ſelbſt, und laß uns darüber dein verſchriebene Antwort unverzögenlich bey demſelben Walther wieder wiſſen. Geben zum Bellern, am Allerheiligen Abend, unſers Reichs des Böheimiſchen in dem 26. und des Römiſchen in dem 13. Jahren.

XXXIX.

Pabſts Bonifacii IX. Bulla Incorporationis der Probſtey Berchtesgaden zu der Ertz-Biſchöfl. Tafel zu Saltzburg, de An. 1394.

BOnifacius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea, quæ utilitatem & commodum Eccleſiarum & Monaſteriorum, & perſonarum in eis degentium concernunt, libenter intendimus, ac eis, quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur: Sane petitio pro parte Venerabilis fratris noſtri, Pilgrini, Archiepiſcopi Salisburgenſis nobis ſuper exhibita continebat, quod olim dilectus filius, Nobilis vir, Fridericus, & nonnulli alii Bavariæ Duces, Monaſterium in Berchtesgaden, Ordinis S. Auguſtini, Salisburgen. Diœceſis, cujus poſſeſſiones, nemora & ſilvæ, ac alia bona immobilia, poſſeſſionibus & bonis ipſius Eccleſiæ Salisburgen. contigua exiſtant, hoſtilibus incurſibus invadere & eis damna intolerabilia inferre præſumpſerunt, in tantum, quod præfatum Monaſterium quinque millibus florenorum auri damnificarunt, propter quod præfatum Monaſterium quaſi ad ultimum exterminium eſt deductum, & quod duces præfati Eccleſiam Salisburgenſ. & Archiepiſcopum prædictos continue vexare & moleſtare, & ipſorum terras ac bona invadere, & damnificare præſumunt, quodque præfati Duces Monaſterium prædictum ad nihilum deduxiſſent, niſi prædictus Pilgrinus, Archiepiſcopus, illud ſub ſua ſpeciali protectione & defenſione recepiſſet. Quare pro parte dicti Archiepiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ad finem, quod idem Archiepiſcopus Monaſterium, & Eccleſiam prædictos, ac ipſorum bona potentius valeat defenſare, prædictum Monaſterium, cujus mille; menſæ ſuæ Archiepiſcopali Salisburgenſ. cujus ſex millium Marcharum argenti puri fructus reditus & proventus, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut ipſe Archiepiſcopus aſſerit, non excedunt, incorporare, annectere & unire perpetuo: Ira tamen, quod per hoc Canonicorum & Miniſtrorum numerus in eodem Monaſterio nullatenus minuatur, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati, præfatum Monaſterium cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, prædictæ Menſæ Archiepiſcopali auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo incorporamus, annectimus & unimus: Ita, quod cedente vel decedente dilecto filio Præpoſito dicti Monaſterii, per Præpoſitum ſoliti gubernari, qui nunc eſt, vel ipſius Monaſterii regimine alias quomodolibet dimittente, liceat eidem Archiepiſcopo, corporalem poſſeſſionem Monaſterii, ac jurium, & pertinentiarum prædictorum libere apprehendere, & licite retinere cujuscunque licentia, vel conſenſu ſuper hoc minime requiſitis. Non obſtantibus quibuscunque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii & ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ac privilegiis, Indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, ſpecialibus, vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis mentio facienda; proviſo, quod propterea in prædicto Monaſterio ſolitus Canonicorum & Miniſtrorum numerus nullatenus minuatur. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Incorporationis, annexionis, unionis & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Peraſii, 16. Cal. Julii, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Co-

Copiæ præſentes inſertæ Bullæ, auſcultatæ, & collationatæ ſunt cum ſuo vero Originali, concordant cum eo de verbo ad verbum: Atteſtor Ego M. Gottefridus Huberus, S. Imp. Aath. publicus juratus, nec non in Auguſtali Imperialis Cameræ judicio approbatus & immatriculatus Notarius, vigore hac proprie manus ſubſcriptione. Signi Notariatus mei ſoliti atque conſueti appreſſione, ad hæc ſpecialiter vocatus & requiſitus. Actum Salisburgi. Idibus Jan. Anno ſupra Milleſimum, ſexcenteſimo decimo.

XL.

Des Römiſchen Königs Wenceslai Confirmation der Incorporation der Abtey Berchtesgaden an das Ertz-Stifft Saltzburg, de Anno 1398.

WIr Wenceslau, von GOttes Gnaden, Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, und König zu Böheim. Bekennen und thun kundt offentlichen mit dieſem Brive, allen den, die in ſehen und hören leſen, Wann unſer heiliger Vatter Pabſt, Bonifacius, angeſehen und eigentlichen betracht hat redliche Sachen und verderbliche Schaden, die dem Cloſter zu Berchtesgaden St. Auguſtini Orden, in dem Ertzbiſtumbe zu Saltzburg gelegen anliegende ſeyn, und hat durch redlicher Sachen und auch des Ehrwürdigen Pilgreims, etwann Ertzbiſchoues zu Saltzburg redlicher Bete willen, daß ſelbe Cloſter zu Berchtesgaden mit allen und ieglichen ſeinen Gütern, Herrſchafften, Lehnen und Wertligkeit und allen und yglichen andern ſeinen Zugehörungen, einem Ertzbiſchoff zu Saltzburg und zu ſeinem Tiſche zugefüget, geeygent und incorporirt, als auch daß ſeine Päbſtliche Bullen und Brive, die darüber geben ſyndt, well außweiſen, und wann auch die Wertlichkeit und Lehnen deſſelben Cloſters zu Berchtesgaden von uns und dem Reiche zu Lehen geen; So haben wir auch angeſehen und auch eigentlichen betracht groſſe Nutze und Frommen, die demſelben Ertzbiſtumbe, und auch dem egenanten Cloſter davon bekommen mögen, und der Worten, das ain Ertzbiſchoff (der iſt) oder in Zeiten daſelbſt ſein wierdet uns und dem Reiche deſto williger und deſto bereiter ſey zu dienen, ſo ye mehr er ſich von uns und dem Reiche begnadet erkhennet, und haben darumb mit wolbedachtem Mute, gutem Rate, unſer und deß Reichs Fürſten, Edlen, und Gethrewen, und von rechter Wiſſen, ſolche Zufunge, Eynunge und Incorporation, als ein Römiſcher König gnedicklichen beſtettet, und confirmiret; beſtetten und confirmiren die in Krafft dies Brives, und meinen, ſetzen und wollen, daß fürbas das eegenant Cloſter zu Berchtesgaden, mit allen und yglichen ſeinen Zugehörungen, als vorgeſchrieben ſtet, bey dem eegenanten Ertz-Biſchoff zu Saltzburg und ſeinem Tiſche, in alle dermaſſen, als es von dem eegenanten unſerm heiligen Vatter dem Pabſt darzu geeygent, zuegefüget, und incorporirt iſt, fürbas ewiglichen beleiben ſoll, von allermenniglich ungehindert, doch alſo vornemlich, das uns und dem Reiche ſolche Dienſte, die man uns von demſelben Cloſter pflichtig iſt, nichts davon abgeen ſollen, und wer es auch Sachen, das keinerley Wertlichkeit, Lehen oder ſonſt keinerley Wertlich Gerichte oder Baeſſe von wegen ſolcher Zufüg. und Incorporation, oder von Verlaſſung wegen eines Probſtes des eegenanten Cloſters zu Berchtesgaden, uns und dem Reiche verfallen weren, die geben wir auch gnedigtlichen dem eegenantem Ertz-Biſchoff zu Saltzburg, und derlaſſen auch der das eegenandt Cloſter gentzlichen, Alſo das wir die, noch unſere Nachkommen an dem Reiche nimmermehr geheiſchen noch gefordern wollen, in khaine Weiß, und gebietten darumb allen und ygelichen Fürſten, Geiſtlichen und Wertlichen, Graven, Freyen, Dienſtlüten, Ritter und Knechten, Haubtlüten, Ambtlüten, Richtern, Burgermeiſtern, Räten und Gemainſchafften der Stette, Merckte und Dörffer, und ſonſt allen andern unſern und des Reichs Unterthanen, und Gethrewen, ernſtlichen und veſtigelichen mit dieſem Briefe, das ſie den Ertz-Biſchoff zu Saltzburg, der ietzundt iſt, oder in Zeiten würdet, wider ſolche Zufügung und Incorporation des eegenanten unſers heiligen Vatter des Pabſtes, und auch wider diß gegenwertige unſere Beſtettigung an der Beſitzung des eegenanten Cloſters und allen ſeinen Zugehörungen, als vorgeſchrieben ſtett, nicht hindern oder im darine kainerley Einfelle machen ſollen, in kain Weiß, ſonder in die gerwelichen und ungehindert beſitzen und gebrauchen laſſen, und auch dabey von unſer und des Reichs wegen gethrewlichen handthaben, ſchützen und ſchirmen, Wenn wer dawider tete, der ſoll als offte und dicke das geſchee, in unſere und des Reichs ſchwer Ungnade, und darzue eine Pene Hundert Marck lötiges Golds gentzlichen verfallen ſein, die halbe in unſere und des Reichs Cammer, und das ander halbe Theil, dem eegenanten Biſchoff an dem alſo überfahren wer unketzlichen gefallen ſollen. Mit Urkhundt ditz Briefes

ver-

verſiegelt mit unſer Königelichen Mayeſtät Inſiegel, Geben zum Ellenpogen, nach Chriſtes Geburth dreyzenhundert Jare, und darnach inn dem Acht und Neunzigiſten Jaren, deß Dinſtags vor Sand Lorentz-Tage, unſers Reiche, des Boheimiſchen in dem ſechs und dreißigſten, und des Römiſchen in dem drey und zwantzigiſten Jaren.

XLI.

Des Röm. Königs Ruperti Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Saltzburg, de Anno 1401.

WIr Ruprecht, von GOtts Gnaden Römiſcher König, zu allen Zyten Mehrer deß Rychs, bekennen und dun kundt offenbar mit dieſem Brieff allen den die yn ſehen, oder hören leſen, das wir haben angeſehen, gethrewe und geneme Dienſte, die uns und dem Heyl. Römiſchen Ryche der Hochwürdige Gregorius, Ertz-Biſchoff zu Saltzburg, Legate des Stuls zu Rom unſer lieber Fürſte, offte und dicke nutzlich gethan, und erzeuget hat, und auch furbas dun ſoll und mag, inn künfftigen Zyten, darumb ſo haben wir ym, ſynen nachkommenden Biſchoven, ſynem Domprobſt, ſynem Capitel, und dem Stiffte zu Saltzburg, dem Abte, dem Convente und dem Cloſter zu S. Peter zu Saltzburg, mit wohlbedachtem Mute, und mit rechter Wiſſen, alle und yegckliche yhre Privilegia, Handtveſten, Brive, Freyheit, Genade und Rechte, die ſie ſamentlich oder beſunder redliche hant, und herbracht haben, und die yn von ſeeliger Gedächtnuß Römiſchen Kayſern und Königen unſern Vorfahren an dem Ryche, und von andern Fürſten gegeben, verlyhen und vorſchriben ſyn, und beſunder ſolche Brieffe als der Egenannt unſer Fürſt der Ertz-Biſchoff von Saltzburg hat über das Gottshauß zu Berchtesgaden, beſtettiget, beveſtent, vernewet und confirmiret. Beſtettigen, beveſten, vernewen und confirmiren, yn die in Crafft diß Brieffs, und Röm. Königelicher Mechte, was wir yn, als ein Röm. König billich und von rechtswegen daran beſtettigen ſollen und mögen, und gebieten darumb allen und yegklichen, Fürſten, Graven, Freyherrn, Rittern, Knechten, Gemeinſchafften der Stette, Märckte, und Dörffere, und allen andern unſern und deß Rychs Underthanen und Gethreuen, ernſtliche und veſtigelich mit dieſem Brieffe, daß ſie den obgenanten Gregorien Ertz-Biſchoff zu Saltzburg, ſynen Domprobſt und ſyn Capitel daſelbs, den Abbte und Convente deß Cloſters zu St. Peter, und dieſelben Gottshüſere ſamentliche oder beſunder by ſolchen Ihren Privilegien, Handtveſten, Brieven, Freyheiten, Gnaden und Rechten ungehindert, ungeirret und unbeſchweret laſſen blyben, und ſie daby gethrewlichen handthaben, ſchützen und ſchirmen, und nicht geſtatten, das yn ymant daran kynerley Irrunge, Beſchwerunge, oder Infehle du, als liebe ynn ſy, unſer und des Rychs ſwere Ungnade zu vermyden, Vrkundt diß Brieffs verſiegelt mit unſerer Königklichen May. Ingeſiegel, Geben zu Inſprucken off den nechſten Mitwochen vor St. Michaels Tag, des heyligen Ertz-Engels in dem Jahre, als man zelte nach Chriſti Geburth, vierzehen hundert und ein Jahre, unſers Rychs in dem andern Jare.

XLII.

Pabſts Bonifacii IX. anderweite Bulla Incorporationis der Probſtey Berchtesgaden an die Ertz-Biſchöffliche Taffel zu Saltzburg, de Anno 1402.

BOnifacius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Licet ex debito miniſterii paſtoralis divinitus nobis injuncti teneamur, circa ſtatum Eccleſiarum ac Monaſteriorum omnium ſalubriter dirigendum, curis aſſiduis ſolertias intendere, Eccleſiis tamen Metropolitanis & earum Prælatis, qui in partem ſollicitudinis aſſumpti, potioris ſunt dignitatis titulo inſigniti, præſtantius invigilare nos convenit, ut ab obpreſſionibus & gravaminibus tueantur, & in ſuis juribus per ſedem Apoſtolicam eis rite conceſſis, feliciter conſerventur. Sane dudum pro parte bonæ memoriæ Pilgrimi, Archiepiſcopi Salisburgenſis, nobis expoſito quod olim quondam Fridericus, & nonnulli alii Bavariæ Duces, Monaſterium in Berchtesgaden, Ordinis S. Auguſtini, Salisburgenſis Diœceſis, cujus poſſeſſiones, nemora, & ſilva, ac alia bona immobilia, poſſeſſionibus & bonis Eccleſiæ Salisburgenſis contigua exiſtebant, hoſtilibus incurſibus invadere, & eis damna intolerabilia inferre præſumpſerunt, in tantum, quod præfatum Monaſterium quaſi ad ultimum exterminium erat deductum, & quod Duces præfati Eccleſiam Salisburgenſem & Archiepiſcopum prædictos continuo

tinuo vexare & moleſtare, & ipſorum terras & bona invadere, & damnificare præſumebant, quodque præfati Duces Monaſterium prædictum ad nihilum deduxiſſent, niſi prædictus Pilgrimus Archiepiſcopus illud ſub ſpeciali ſua protectione & defenſione recepiſſet. Nos ad dicti Pilgrimi Archiepiſcopi inſtantiam, ut ipſe Eccleſiam & Monaſterium prædicta, ac ipſorum bona potentius valeret defenſare, prædictum Monaſterium, cum omnibus juribus & pœnitentiis ſuis, Menſæ Archiepiſcopali Salisburgenſi, authoritate apoſtolica per noſtras literas perpetuo incorporavimus, annexuimus & univimus: Ita, quod cedente, vel decedente Præpoſito dicti Monaſterii, per Præpoſitum ſoliti gubernari, qui tunc erat, vel ipſius Monaſterii regimen, alias quomodolibet dimittente liceret, eidem Archiepiſcopo, corporalem poſſeſſionem Monaſterii ac jurium & pertinentiarum prædictorum libere apprehendere, & licite retinere, cujuscunque licentia ſuper hoc minime requiſita. Ita tamen, quod propterea in dicto Monaſterio Canonicorum & miniſtrorum numerus nullatenus minueretur, prout in dictis literis plenius continetur, præfatusque Pilgrimus Archiepiſcopus, ſicut accepimus, vigore unionis, annexionis & incorporationis prædictarum poſſeſſionum, adminiſtrationis bonorum, & jurium dicti monaſterii aſſecutus, adminiſtrationem eandem ex tunc, usque ad ejus obitum exercuit, prout illam venerabilis frater noſter Gregorius, Archiep. Salisburgenſ. ejusdem Pilgrimi ſucceſſor immediatus exercet pacifice & quietem. Verum ſicut nuper ad noſtrum pervenit auditum, a nonnullis aſſeritur, nos ad dilectorum filiorum, nobilium virorum, Ducum Bavariæ, prætendentium minus veraciter, monaſterium præfatum per eorum progenitores fundatum fore pariter & dotatum ſiniſtram ſuggeſtionem monaſterium ipſum cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis a præfata menſa per quasdam alias noſtras litteras auctoritate apoſtolica ſeparaſſe, ipſumque ad libertates, honores, de ſtatum priſtinum reſtituiſſe, & repoſuiſſe, nec non unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, ac omnia & ſingula in dictis prioribus litteris contenta, eadem Auctoritate revocaſſe, & Archiepiſcopo Salisburgenſi pro tempore exiſtenti, ne de ipſo monaſterio, & ejus regimine ſeu bonis, prætextu unionis, annexionis & incorporationis, ac priorum litterarum prædictarum, ſe nullatenus intromittat, ſeu Præpoſitum dicti monaſterii per nos eidem Monaſterio perficiendum, quo minus poſſeſſionem ipſius Monaſterii, & adminiſtrationis bonorum ejusdem, pacifice adipiſcatur, quoquo modo impediat, diſtrictius inhibuiſſe, ac nihilominus eidem Monaſterio poſtmodum de dilecti filii Petri Pienzenauer, Canonici Friſing. vel alicujus alterius perſona, per quasdam alias noſtras litteras auctoritate prædicta providiſſe, ipſumque vel ipſam, illi profeciſſe in Præpoſitum.

Cum autem, ſicut relationibus & teſtimoniis fidedignorum didicimus, ſeparatio, reſtitutio, repoſitio, inhibitio, proviſio, præfectio, & literæ hujusmodi ſuper illis, ut dicitur, conceſſæ, ſi a nobis, ſeu de mandato noſtro emanaſſent, aut in futurum ad quorumcunque inſtantiam emanarent, ne dum in præjudicium Archiepiſcopi Salisburg. pro tempore exiſtentis, ac Eccleſiæ & Menſæ hujusmodi, nec non jurium eorundem enormem læſionem vergerent, verum etiam exinde diſſenſiones, ſtrages hominum & alia opprobrioſa ſcandala poſſent prcoul dubio exoriri. Nos æquum reputantes & congruum, ut Eccleſiæ, præſertim Metropolitanæ, & earum paſtores in ſuis juribus eis per ſedem Apoſtolicam digne conceſſis, libere potiantur, ac ex præmiſſis & aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum ad hoc inducentibus, & ad obviandum ſcandalis hujusmodi, prout juxta paſtoralis officii debitum noſtris incumbit humeris ſuper his ſalubriter providere volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate literas præfatas ſuper hujusmodi unione, annexione, & incorporatione conceſſas, & quæcunque inde ſecuta, rata habentes, & grata, ea decernimus, auctoritate præfata, in ſui roboris firmitate permanſiſſe, & permanere continuo & irrefragabiliter debuiſſe & debere, ipſamque, in quantum expedit, eadem auctoritate, ex certa ſcientia confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, præfatumq; Monaſterium cum omnibus juribus, pertinentiis ſupradictis, eidem Menſæ cujuscunque etiam Monaſterium & Menſa ipſa, ſecundum communem æſtimationem, annui valoris quem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, exiſtant, etiam in quantum expedit, ad cautelam eadem auctoritate, de novo unimus, annectimus, & incorporamus.

Et nihilominus tam prædictas, aſſertas, quam alias quascunque litteras ſuper eisdem ſeparatione, reſtitutione, repoſitione, proviſione, & præfectione, in genere, vel in ſpecie, ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum, in præjudicium unionis, annexionis, & incorporationis hujusmodi forſan conceſſas, ſi quæ appareant de præſenti, vel apparebunt in futurum, etiam ſi de illis, earumque totis tenoribus, præſenti-

bus de verbo ad verbum, specialis, & expressa mentio foret habenda, & quæcunque inde secuta, fuisse, & esse irrita, & inania, ac nullius penitus roboris vel momenti, auctoritate prædicta, motu simili declaramus, eaque ad cautelam revocamus, cassamus, & omnino juribus vacuamus, ipsisque in judicio, vel extra judicium, ubicnnque exhibita fuerint, vel ostensa, nullam penitus volumus fidem adhiberi, ac nihilominus præfato Archiepiscopo, qui nunc est, & successoribus suis Archiepiscopis Salisburgen. qui pro tempore fuerint, eisdem mota, auctoritate & scientia concedimus, quod deinceps in eos prætextu quarumcunque litterarum Apostolicarum, contra unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, hactenus forsan concessarum, seu imposterum etiam, cum expressa revocatione unionis, annexionis & incorporationis prædictarum concedendarum, aut processuum habitorum, seu habendorum, per easdem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia possit promulgari. Volumus insuper, quod si forsan reperiri contingat, aliquas litteras Apostolicas concessas, vel imposterum concedendas, dictis unioni, annexioni, & incorporationi in aliquo contraire, illis ex nunc, etiam si de ipsis, earumque totis tenoribus præsentibus plena de expressa, ac de verbo ad verbum mentio foret habenda, similibus motu, auctoritate, & scientia harum serie derogamus, easque pro irritis, & non factis haberi volumus, & mandamus, præsentibus & aliis litteris prædictis super eisdem unione, annexione, & incorporatione concessis nihilominus in suo robore duraturis, decernentes ex nunc irritum & inane, quidquid in præjudicium unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum per nos, seu nostra vel alia quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari, felicis recordationis Urbani P.P. VI. prædecessoris nostri, per quam voluit, quod quicunque imperantes aliqua beneficia Ecclesiastica uniri, vel incorporari Cathedralibus Ecclesiis, vel Monasteriis, aut Mensis Episcopalibus, vel Abbatialibus, aut quibuscunque aliis beneficiis, tales impetrantes tenerentur exprimere verum valorem, tam beneficii sic uniendi, quam etiam Ecclesiæ vel Monasterii, aut Mensæ, vel alterius beneficii, cum hujusmodi unio fieri deberet, alioquin unio ipsa non valeret, ac aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis non obstantibus quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis, communitionis, unionis, annexionis, incorporationis, declarationis, revocationis, cassationis, vacuationis, voluntatis, concessionis, derogationis, mandati & Constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum 2. Id. Septembr. Pontificatus nostri, Anno decimo tertio.

XLIII.

Des Probsts zu Berchtesgaden, Peter Pintzenauers und seines Capitels Verpfändungs-Brieff des Schellnbergs, und des Siedens daselbst, mit allen Zubehörungen an das Ertz-Stifft Saltzburg ausgestellet, de Anno 1409.

WIr Peter Pinzenauer, Probst und das gantz Capitel zu Berchtesgaden, bekennen öffentlich mit dem Brieff, und thun kund für uns und all unser Nachkommen, allen den er für komt, als wir wissentlich und all Geld-Schuld, Zinß und Schäden, die Wir, unse Vorforderen und Gottshauß zu Berchtesgaden, dem Hochwürdigen Fürsten unserm gnädigen Herrn, Herrn Eberhardten, Ertz-Bischoffen zu Saltzburg, Legaten des Stuls zu Rom, seinem Gottshauß und Nachkommen, uns auff heutigen Tag gelten sollen und schuldig seyn, hinder denselben unsern gnädigen Herrn von Saltzburg, und sechs, der er zween aus seinen Prälaten, zween aus seiner Ritterschafft und zween seiner Bürger zu Saltzburg, zu ihm genommen hat, gegangen seyn. Also hat er unsern obgenanten Gottshauß zu Berchtesgaden zu Fürderung, und zuforderst durch GOttes und Gelimpffs willen, ein Sum Gelts für sich genommen, daran uns wol benügt, wiewol wir und unser Gottshauß ihm und seinem Gottshauß, ein merckliche grosse Summ Geldes, Erkens, Zins und Schäden schuldig gewesen seyn, nach der Brief Laut und Sag, die er von unsern Vorfordern und Gottshauß darum gehabt und uns übergeben hat, der genant Summ Gelts sind vier und viertzig tausent guter Gulden, Ducaten, und Ungerisch dieselbigen vier und viertzig tausend Gulden wir dem genanten Hochwürdigen Fürsten, Herrn Eberhardten, Ertz-Bischoffen zu Saltzburg, Legaten des Stuls zu Rom, seinem Gottshauß und Nachkommen, gelten sollen und schuldig seyn, und haben ihm seinem Gottshauß und Nachkommen darum williglich den Schellnperg, das sieden daselbst, den Turn und die Clauß dabey gelegen, das Eertz, Berg, Holtz, das Wasser auf dem See, und anderswo zu der Trifft des Holtzes, unentgolten der Fischwaidt, die soll uns gäntzlich bleiben, Steg und Weg mit allen Arbeitern zu dem Sieden, und allen andern Zugehörungen, nichts ausgenommen, nach des Sieden Nothdurfft zu ablegen jährlich zu thuen ingeantwortet, und antwurten ihn das alles auch und wissentlich in dem Brieff, also daß der Abschlag geschehe über alle Nothdurfft dir täglich auff das Sieden daselbst und Leibgeding, und all anderer Außrichtung gehen werden, daselb soll alls vor abzogen, und unsern ehegenanten Herrn von Saltzburg und seinen Nachkommen zu ablegen nicht gerait werden, und sollen wir ehegenanten Peter Pyenzenauer und das Capitel zu Berchtesgaden, nach all unser Nachkommen, Richter, Gehefft, noch anders jemand von unserwegen dem ehgenanten unserm Herrn von Saltzburg, seinem Gottshauß und Nachkommen, an dem ehgenanten Sieden nach seiner Nothdurfft in allen unsern Wälden, Holtz, Aertzt, Berg, noch Arbeitern keinen Einfall noch Irrung nicht thun, noch die Arbeiter zu andern Sachen schessen noch fordern, damit das Sieden gesäumet und hinterstellig wurde.

Wir sollen auch mit unserm Richter ernstlichen schaffen, daß er die Arbeiter darzu halte, daß ste unsers Herrn von Saltzburg und seiner Nachkommen Hellingern gehorsam sein zu ihrer Nothdurfft des Siedens, zu dem Schellenberg, als offt er des begehret, ungefehrlich als lang uns er, sein Gottshauß und Nachkommen, der obgenanten vier und zwantzig tausend guter Gulden gäntzlich ausgericht und bezahlt werden.

Auch soll unser Landrichter zu Berchtesgaden, zu Schellnperg nicht zu bieten haben, denn allein das den Todt rührt, thäten wir das alles nicht, welcherley Schadens des der obgenant unser Herr von Saltzburg, sein Gottshauß und Nachkommen nehmen, den ihr erberer leuntiger Scheinbot, ungered gesprechen mag, seinen schlechten Worten darum zu glauben, dieselben Schäden sollen sie haben mit der egenanten Summ Gelds auff dem egenanten Sieden zu ablegen, als lang uns sie gäntzlich darum ausgericht werden.

Was auch der Hellinger zu dem Schellenperg in der nechst vergangenen Raitung dem egenanten unserm Herrn von Saltzburg von dem vergangenen Jahr, an Geld, Saltz und Holtz schuldig blieben ist, darum soll er in ausrichten, und nicht ferner in die künfftig Raitung kommen, wenn auch unser egenant Herr von Saltzburg und sein Nachkommen, mit dem Hellinger zu den Schellnperg raiten wölln, darzu soll er uns egenanten Petern Probst, unser Nachkommen, und etlichen Chor-Herren zu Berchtesgaden fordern und darzu wir dann kommen sollen.

Und was den dem obgenanten unserm gnädigen Herrn von Saltzburg und seine Nachkommen, überall Notturfft, Leibgeding, und ander Ausrichtung die auff das Sieden gangen und ausgeben sind, in der Raitung überbleibet, darum soll er uns und unsern Nachkommen, Quitt-Brief geben, auch soll der obgenant unser gnädiger Herr von Saltzburg und sein Nachkommen die Geld-Schult, die Wir und unser Gottshauß den Haunspergern, Conraden Graffen von Radtstadt, Gilg, Glundleins und Hansen Crutzleins Kinder, und dem Quintem Burger zu Saltzburg schuldig bleiben, an sich nehmen und die ausrichten, und was ihm darauff gehet, das ist man ihm auch schuldig auszurichten und abzuziehen, und sollen das auch der obgenanten Summ Gelts auff dem egenanten Sieden zu dem Schellnperg haben, was auch unsers egenanten Herrn Vorforder mit unsers Capitels zu Berchtesgaden willen von demselben unserm Gottshauß zu Berchtesgaden verkaufft hat, das soll derselb unser gnädiger Herr von Saltzburg, sein Gottshauß nnd Nachkommen unentgolten seyn, und in keinen Schaden bringen.

Auch sollen wir egenant Peter Pyentzenauer Probst und unser Nachkommen, keinerley Güter, Gült, Clainot, noch Bücher die zu dem Gottshauß gehm Berchtesgaden gehören, ohn des egenanten unsers Herrn von Saltzburg und unsers Capitls zu Berchtesgaden Rath und Willen nicht alieniren, das zu Latein heisset alienare, und ob wir das thäten so soll es kein Krafft haben.

Auch sollen wir egenanter Peter Pyentzenauer, Probst, das Capitl zu Berchtesgaden und all unser Nachkommen, mit uns selb, unserm Ländlein, noch den hintern Clausen zu Berchtesgaden, wider den egenanten unsern Herrn von Saltzburg, sein Gottshauß und Nachkommen, noch all die ihren nicht thun, noch sein getreulich und ohn Gefährde, sonder sollen und wollen wir Ihm und allen seinen Nachkommen gehorsam und gewärtig seyn, als von alter herkommen ist, und als wir egenanter Peter Pyentzenauer, Probst das geschworn, und ihm gehuldigt haben, als das Jurament begreiffet, und in den Rechten verschrieben ist, und auff das alles hat unser egenanter Herr von Saltzburg uns Peter Pyen-

Pyentzenauer in die egenante Probſtey zu Berchtesgaden, und in alles das darzu gehört und unverkúmert und unversetzt ist, gesetzet, ausgenommen das Schellenperg und das Sieden mit aller Zugehörung, den er und sein Nachkommen in allen Sachen inne haben sollen, als oben verschrieben ist.

Und sollen noch mögen wir egenant Peter Pyentzenauer Probst, das Capitl zu Berchtesgaden, nach all unser Nachkommen, noch ander jemand von unsern wegen wider das alles nicht reden, handlen noch thun, mit Recht noch Unrecht, Geist- oder Weltlichen, in keinen Wegen, ohn alles Gefährde, und was wir darwider reden, handleten oder theten, geist- oder weltlich, wo wir darum fürkommen, so sollen und wollen wir an stat verlohren haben, und unser ehegenanter Herr von Saltzburg, sein Gottshauß und Nachkommen gántzlich behabt, und was des alles unser offtgenanter Herr von Saltzburg, sein Guttshauß und Nachkommen Schaden nehmen, das sollen sie haben, und des ausgericht werden, auff den obgenanten Sieden zu dem Schellnperg in aller Maße, als das oben geschrieben ist. Das loben wir ehegenanter Peter Pyentzenauer Probst und das gantz Capittel zu Berchtesgaden, mit unsern theueren an Aidts statt, für uns und unser Nachkommen, und Gottshauß alles gántzl. stát zu halten, und zu volnfürn, das an dem gegenwärtigen Brieff geschrieben stehet, den wir obgenant Peter Pyentzenauer Probst und das gantze Capittel zu Berchtesgaden darúber geben in einer wahren Urkund für uns, unser, Gottshauß und all unser Nachkommen, versiegelten mit unserm Peters Pyentzenauer Probst und unsers Capitels zu Berchtesgaden anhangenden Jnsiegel. Bey der Tayding sind gewesen, der Hochgebohrn Fürst, unser gnädiger Herr, Hertzog Stephan Pfaltzgraff bey Rhein und Hertzog in Bayern, die Ehrwürdigen Herrn, Herr Engelmar Bischoff zu Chyemser, Herr Ulrich Bischoff zu Lauent, und die Ersamen Herren, Herr Johann Thum-Probst und Herr Eberhardt, Dechant zu Saltzburg, Philipp, Abt zu Eberspeig, Ott Abt zu St. Peter zu Saltzburg, Herr Ulrich Dechant zu Augsburg, Herr Memgnus Sinycher Chorherr zu Regensburg und zu Freysing, Herr Mauritz Pfarrherr zu Landshut, Herr Ludwig Pyentzenauer, Herr Wolffhardt von der Albm, Herr Jacob Thürner, Herr Hanß Läuminger, Herr Ulrich Nußdorffer, Herr Orttolph Göß, Bernhardt Graus Ulrich Pötschner, Landschreiber in Ober-Bayern, Hanß Schluder von München, Martein Auffner und Ulrich Sonner, Bürger zu Saltzburg und viel ander erber Leut. Geben zu Saltzburg am Freytag vor St. Georgen Tag, nach Christi Geburt vierzehnhundert Jahr, und darnach im neunten Jahr.

XLIV.

Pabsts Martini V. Bulla, vermöge welcher er alle Exemptiones, so seit Pabsts Gregorii XI. Zeiten verstattet worden, revociret, wie solche Ertz-Bischoff Eberhardo III. zu Saltzburg im Jahr 1418. ertheilet worden.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Provisionis nostræ debet provenire subsidio, ut jus suum cuilibet conservetur: hinc est, quod nos tenorem Constitutionis per nos, etiam Constantiensi approbante Concilio, editæ & in quaterno Cancellariæ Apostolicæ de nostro mandato conscriptæ ad venerabilis fratris nostri, Eberhardi, Archiepiscopi Salisburgensis, qui de ipso tenore extra Romanam Curiam se asserit indigere, supplicationis instantiam de quaterno ipso extrahi & præsentibus annotari fecimus, qui sequitur in hæc verba: Martinus Episcopus, servus servorum Dei, attendentes, quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii Papæ XI. Prædecessoris nostri, nonnulli Romani Pontifices, aut pro Romanis Pontificibus se gerentes, & in suis diversis obedientiis reputati pro sua voluntate, aut per importunitatem petentium, nonnullas Eccleſias, monasteria, capitula, conventus, Prioratus, beneficia, loca & personas a Jurisdictionibus Ordinariorum tempore dicti Gregorii nullatenus exemtas vel exemta, de novo a dictorum Ordinariorum jurisdictionibus exemerunt, in grave ipsorum Ordinariorum præjudicium; nos volentes hujusmodi præjudicio obviare, omnes exemtiones Eccleſiarum Cathedralium, monasteriorum, capitulorum, conventuum, præpositurarum, beneficiorum, locorum & personarum quorumcunque, etiamsi ex prædictis aliquod monasterium fuerit exemtum, & postea subjectum monasterio diversi habitus vel coloris, a tempore obitus dicti Gregorii XI. vel per quoscunque pro Romanis Pontificibus se gerentes, etiamsi per nos forsan approbatæ fuerint, ex certa scientia vel innovatæ parte non vocata, de novo factas, quæ tamen ante exemtionem hujusmodi nulla exemtione gaudebant, sed simpliciter subjiciebantur ordinariæ jurisdictioni,

ctioni, nullumque ante illud tempus initium habuerint, exceptis etiam exemtionibus, quæ uni toti ordini, & quæ Eccleſiis, monasteriis, capitulis, conventibus, beneficiis sive locis, a prædicto tempore, sub exemtionis modo aut conditione fundatis, aut contemplatione novæ fundationis seu Universitatibus studiorum generalium, aut collegiis scholarum, aut per modum confirmationis augmenti, aut additionis factæ fuerint aut conceſſæ, aut super quibus præsentibus & auditis, quorum intererat auctoritate competenti ordinatum fuerit, seu in quibus ordinarii consenserint, & omnes exemtiones perpetuas per inferiores a Papa factas sacro approbante concilio revocamus, etiamsi super ipsis lis pendeat indeciſa, ipsam penitus extingventes, eccleſias, monasteria, & alia loca prædicta in pristinam ordinariorum jurisdictionem reducentes: cæteris autem exemtionibus ante obitum dicti Gregorii habitis, vel conceſſis, nullum volumus per hoc præjudicium generari. Insuper non intendimus exemtiones de cætero facere, nisi causa cognita & vocatis, quorum intereſt. Volentes igitur & eadem auctoritate decernentes, quod tenor hujusmodi plenam vim plenumque robur & vigorem per omnia habeat, & ei ubicunque & quandocunque, sive in judicio, vel alibi, ubi fuerit exhibitus, vel ostensus, in omnibus stetur firmiter & adhibeatur plena fides. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, extinctionis, reductionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantiæ Non. Maji, Pontificatus nostri anno primo.

XLV.

Ejusdem Bulla Revocationis der dem Hoch-Stifft Paßau, zum Nachtheil des Ertz-Stiffts Saltzburg, von Pabst Johann XXIII. ertheilten Exemtion von der Jurisdictione Metropolitana des Ertz-Stiffs Saltzburg, de Anno 1418.

MArtinus Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Intenta semper salutis operibus Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas, indulta sibi desuper potestatis plenitudine Eccleſiarum præsertim Cathedralium & Metropolitanarum invigilans profectibus, sic temporum vicibus præbet excubias diligentes, ut earundem Eccleſiarum discussis qualitatibus, quæ in ipsarum Eccleſiarum & Prælatorum eis præsidentium detrimentum ac juris elisionem & præjudicium, per eandem sedem, aut alias minus debite conceſſa reperiuntur, revocet & irritet, pro ut id in Deo & Eccleſiarum ipsarum statui salubri conspicit melius expedire. Exhibita siquidem nobis pro parte Venerabilis Fratris nostri Eberhardi, Archiepiscopi Salzeburgensis, petitio continebat, quod olim Balthasar, Joannes XXIII. in sua obedientia nuncupatus, attendens, ut asseruit, quod Eccleſia Patavienſis, cui tunc Venerabilis Frater Noster, Georgius, Episcopus Patavienſis præerat, prout adhuc præest, in ejus statu & Jurisdictione admodum solemnis & famosa ac Prælatorum cleri & populi magna, nec non Vasallorum & subditorum multitudine, decorata existeret, & ex certis rationabilibus causis animum suum, ut dixit, ad id moventibus motu proprio, non ad alicujus super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed sua mera liberalitate, dicta obedientia in illis partibus durante, eccleſiam prædictam, quæ Salzeburgensis Eccleſiæ suffraganea existit, & ei jure Metropolitico subest, ac eundem Georgium Episcopum ejusque succeſſores Patavienſes Episcopos, qui essent pro tempore, nec non prælatos & clerum hujusmodi, ac populum civitatis & Diœceſis Patavienſis præsentes & posteros, nec non quascunque Prælaturas, dignitates, personatus & officia cæteraque beneficia Eccleſiastica cum cura & sine cura, secularia & regularia, in eisdem Civitate & Diœceſi consistentia, & quæ in futurum canonice institui, seu fundari contingeret, quibuscunque nominibus censerentur, cum omnibus juribus & pertinentiis suis, ac bonis mobilibus & immobilibus, quæ tunc possidebant, & in futurum adipisci valerent, ab omni jurisdictione, subjectione, superioritate, dominio & potestate prædicti Archiepiscopi & Succeſſorum suorum Archiepiscoporum Salzeburgensium, qui essent pro tempore, nec non a jure legationis eorundem, cum Archi-Episcopus Salzeburgensis pro tempore existens in sua provincia Legatus Natus existat, per suas literas totaliter exemit & perpetuo liberavit, illosque in jus & proprietatem beati Petri & Sedis Apostolicæ, ac sub sua & eorundem beati Petri & Sedis speciali & immediata protectione suscepit, & ipsi Sedi voluit immediate subjacere, ita quod Eberhardus Archiepiscopus & Succeſſores sui præfati in ipsa, utpote

prorſus exemta, deinceps excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias promulgare nequirent, ac etiam ratione delicti, vel contractus, ſeu rei, de qua ageretur, ubicunque committeretur delictum, inireturcontractus, vel res ipſa conſiſteret, Jurisdictionem, poteſtatem ſeu dominium aliqua exercere nequirent, ſed duntaxat coram dicta ſede vel ejus Legatis, ſeu ſubdelegatis tenerentur de juſtitia reſpondere. Et inſuper Georgio Epiſcopo, ejus Succeſſoribus prædictis, ut de cætero perpetuis futuris temporibus pallio uti poſſent & deberent, indulſit, ac decrevit, omnes & ſingulos proceſſus ac Excommunicationum, Suſpenſionum & Interdicti ſententias, quas & quos contra earundem literarum tenorem haberi contigerit, ſeu etiam promulgari, irritos & inanes, prout in dictis literis dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, licet nos forſan circumventi, aut inadvertenter, ſeu ad alicujus, vel aliquorum importunam inſtantiam dicamur hujusmodi exemtionem, liberationem, ſuſceptionem & indultum, ac alia in dictis literis contenta, ex certa ſcientia aut alias approbaſſe, confirmaſſe, ſeu ea de novo, juxta tenorem literarum earundem conceſſiſſe, tamen ipſa exemtio, liberatio, ſuſceptio & indultum, ac alia in eisdem literis, ut præfertur, contenta, quæ etiam aliqua legitima cauſa, quare fieri deberent, non expreſſa per ipſum Balthaſarum, tunc Joannem XXIII. facta & geſta ſunt, ſi effectum ſortirentur, in magnum ipſius Salzeburgenſis Eccleſiæ dedecus ac ſtatus & honoris tenderent detrimentum. Quare pro parte ejusdem Archiepiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi & eidem Eccleſiæ Salzeburgenſi ſuper hoc opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dignum cenſentes & debitum, ut ea quæ in Eccleſiarum & præſertim Metropolitanarum dedecus ac ſtatus & honoris diminutionem per ſedem Apoſtolicam aut alias absque cauſa legitima ſeu minus debite facta ſeu conceſſa reperiantur, ad priſtinum & debitum ſtatum reducantur, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, exemptionem, liberationem, ſuſceptionem & indultum, ac alia in præfatis literis contenta, ut puta per dictum Balthaſarum tunc Johannem XXIII. absque legitima cauſa in præjudicium ipſius Eccleſiæ Salzeburgenſis minus debite facta & conceſſa, ac etiam ea, ſi quæ per nos circa approbationem & confirmationem ſeu conceſſionem eorundem, ſub quacunque etiam verborum forma conceſſa ſeu facta reperiuntur, tanquam inadvertenter, aut alias circumventi, ad alicujus, ſeu aliquorum importunam inſtantiam conceſſa & facta, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia revocamus & irritamus, ac nullius decernimus eſſe roboris vel momenti, dictosque Archiepiſcopum & Eccleſiam Salzeburgenſem in ſtatum priſtinum, in quo ante conceſſionem dictarum literarum erant, eadem auctoritate reſtituimus & reponimus per præſentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, irritationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Gebennis VIII. Id. Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

XLVI.

Einigung zwiſchen Ertz-Biſchoff Eberhardo III. zu Saltzburg, und ſeinen Suffraganeis, einander wider diejenigen, ſo ſie an ihren Freyheiten zu kräncken ſuchten beyzuſtehen, de Anno 1419.

NOs Eberhardus, Dei gratia Archiepiſcopus Salisburgenſis, S. Sedis Apoſtolicæ Legatus &c. Nos ejusdem gratia Hermannus, Friſingenſis, Albertus, Ratisbonenſis, Georgius, Paſſavienſis, Bertholdus, Brixinenſis, Erneſtus, Gurcenſis, Engelmanus, Chiemenſis, Ulricus, Seccovienſis & Wolffgangus, Lavantinus Epiſcopi, Provinciæ Salisburgenſis, Suffraganei, hiſce patentibus atteſtamur pro nobis & Succeſſoribus noſtris: poſtquam pro bono publico prætactæ provinciæ ad recuperandam immunitatem Eccleſiaſticam & bonum Regimen Concilium Provinciale octava poſt Feſtum Sancti Martini die in Urbe Salisburgenſi per nos, Archiepiſcopum, Eberhardum convocatum & rite celebratum fuit, ubi inter cætera ad dictum concilium diverſi defectus, gravamina & importunitates delata fuerant, quæ nobis, noſtris prælatis, & Clero a quibusdam Secularibus Principibus, Dominis & Equitibus, Vaſallis, eorumque officialibus & ſubditis in dicta provincia commorantibus contra Pontificia & Cæſarea Jura, Clerique immunitatem attentantur. Quapropter etiam nos

nos & illud Concilium, Sereniſſimum Principem noſtrum, Clementiſſimum Dominum, Dominum Sigismundum, Romanorum Regem pro aſſiſtentia contra dicta gravamina humiliter invocavimus, & cum nos ipſe noſter Clementiſſimus Dominus, Romanorum Rex, ſuis regiis literis deſuper aſſecuraverit, quod nos matura deliberatione, & Capitulorum noſtrorum Conſilio confœderaverimus, nosque etiam vigore præſentium confœderamus ſequenti modo, & promittimus etiam hoc fœdus ſervare, nobisque invicem ſuccurrere ſub fide principali fideliter & candide.

Primo itaque, ſi aliquis ex ſecularibus cujuscunque ſtatus & conditionis contra unum aut plures noſtrum, vel Prælatos, Clerique immunitatem inique egerit, tunc gravatus, vel gravati, ſecundum jura aut ſtatuta hujus provinciæ contra talem interdictis & excommunicatione procedat, vel procedant, donec reſipuerit, & parti gravatæ ſatisfecerit; & ſi ejusmodi ſecularis perſona reniteretur, nec ſatisfacere vellet, & ſic in ſua temeritate permaneret, poſt ſex ſeptimanas incepti proceſſus nos invicem invocabimus noſtri, noſtrorum Prælatorum & Cleri cauſa pro aſſiſtentia contra talem ſecularem perſonam, & qui ita inter nos invocatus fuerit, is ſine mora proceſſum & excommunicationem patentibus literis in ſua diœceſi contra talem ſecularem publicare teneatur, juxta tenorem proceſſus fideliter, & candide continuando usque ad reorum reſipiſcentiam. Si autem, quod Deus avertat, tales perſonæ in contumacia perſeverarent, & gladium ſpiritualem cenſurarum ſpernerent, deberetque invocari gladius temporalis, præſertim noſtri prænominati Clementiſſimi Domini, Romanorum Regis, id fieri deberat noſtrum omnium, aut potiorum e nobis conſenſu & conſilio: ita tamen, ut nos & noſtrum quilibet, qui ita invocatus fuerit, ut præmittitur, aſſiſtentiam, conſilium, aut conſenſum ſine mora impertiri teneamur, & teneatur, præcluſa omni omnino tergiverſatione, aut dolo. In quorum omnium fidem & perpetuam rerum ſcriptarum memoriam haſce literas fieri, & noſtris, noſtrorum Capitulorum dependentibus ſigillis roborari curavimus. Datum poſt Nativitatem Chriſti anno milleſimo quadringenteſimo decimo nono, Dominica immediate ante feſtum S. Antonii.

(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)
(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)
(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)

XLVII.

Ertz-Biſchoffs Eberhardi III. zu Saltzburg Statuta Synodalia, de Anno 1420.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Eberhardus Dei & apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Salzburgenſis, apoſtolicæ ſedis legatus, ad perpetuam rei memoriam.

Deus, omnium creaturarum fabricator, poſt infinita ſæcula creaturas ad extra ſuæ caritatis volens eſſe participes, ad ipſius imaginem & pulcritudinem humanam condidit creaturam, perfectam, in naturalibus illuſtratam, & cunctis adornatam virtutibus & ratione rectiſſima regulatam: Quibus felicitatem poterat poſſidere perpetuam, ſi in originali juſtitia perſtitiſſet. Sed hoſtis antiquus tantæ, quam amiſerat, felicitati invidens, hominem tot donis & virtutibus præfulgentem ſua calliditate traxit ad vetita. Cui homo primus aſſentiens, cum tota ſua ipſius poſteritate in ſingulis ſuis virtutibus vulneratus, mortalis effectus, cœpit infinitis, nedum corporis, ſed etiam animi incommodis & miſeriis laborare. Hinc & homicidia, hinc & mala innumerabliia per appetitum noxium, proclivem ad malum, orbem replevere terrarum. Sed in horum remedium miſerationum dominus regulas ad honeſte vivendum, quibus homo felicitatem recuperat perditam, nedum per ora Prophetarum & Principum & ipſorum Legatorum, ſed etiam ſacratorum præſulum provinciæ Saltzburgenſis, in ſolicitudinis partem vocatorum prædeceſſorum noſtrorum, pro directione gregis ipſis crediti divinitus promulgavit. Quæ licet ſaluberrima extitiſſent, temporum tamen exigente malitia, qua univerſalis Dei eccleſiæ monſtruoſo & peſtifero ſchiſmate fere ſex luſtris miſerabiliter lacerata, a memoria hominum ex quadam diſſvetudine exularunt. Hinc delinquentium impunitas præbens veniam delinquendi, efficit, ut effrenata cupiditas & facilitas veniæ, tam in clero, quam in populo, noſtræ provinciæ decorem priſtinum in moribus per difformitatem vitæ denigrarint. Sed quia dies ſanctificationis illuxit, qua Romana & univerſalis eccleſiæ jam unico & indubitato gubernatur paſtore, tempus eſt, ut ex debito paſtoralis officii, quod dudum in votis geſſimus, ad reprimendum tot conatus noxios, ad ſanandum infirmos,

infirmos, ad alligandum confractos, ad corrigendum exceſſus, ad reformandum mores, providis ſtatutorum remediis aſſurgamus.

Hinc eſt, quod nos Eberhardus præfatus, Albertus Ratisponenſis, Hermannus Friſingenſis, Engelmarus, Chimenſis, Ulricus, Seccovienſis, Laventinenſis cum venerabilium fratrum noſtrorum abſentium, Patavienſis, Brixienſis, Gurzenſis, eccleſiarum Epiſcoporum, procuratorum; & venerabilium abbatum & aliorum prælatorum, & totius ſacri Concilii Saltzburgenſis approbatione, conſilio & conſenſu omnia & ſingula ſtatuta reverendiſſimi patris & Domini, Domini Gvidonis, tunc ſancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, & reverendi patris & Domini Domini Joannis Epiſcopi Tuſculani, apoſtolicæ ſedis legatorum, dum in noſtra provincia legationis officio fungerentur; & reverendiſſimorum patrum & Dominorum divæ memoriæ Friderici, Chunradi, Pilgrimi, ſanctæ Saltzburgenſis eccleſiæ, Archiepiſcoporum & legatorum ſedis apoſtolicæ prædeceſſorum noſtrorum, edita in ipſorum provinciis, ſeu conciliis provincialibus, innovamus & obſervari præcipimus. Quibus novis morbis emergentibus nova remedia adhibentes, ſtatuta ſubſcripta, de venerabilium fratrum noſtrorum prædictorum & totius provinciæ approbatione, ordinamus & ſtatuimus, volentes & præcipientes, easdem noſtras conſtitutiones ab omnibus & ſingulis noſtris ſuffraganeis, & eorum ſubditis firmiter obſervari & publicari in ipſorum ſynodis, copiasque illarum petentibus decernimus ſub petentium ſumtibus & expenſis.

I. De ſumma Trinitate, & fide catholica, ex concilio domini Eberhardi.

De ſumma Trinitate, quæ propter ſui exquiſitiſſimam & probatiſſimam perfectionem, ac clariſſimam & luciditſſimam veritatem, adjectione vel declaratione ulla non indiget: ad quam in primis, tanquam principium, medium & finem ſalutis omnium corda noſtra, manus & oculos elevemus devoti: nihil aliud eſt credendum, tenendum & docendum, niſi quod Romana credit, tenet & docet eccleſia, piiſſima, ſanctiſſima & prudentiſſima mater noſtra: ita tamen, ut omnes prælati articulos fidei principales fideliter ſuos ſubditos laicos doceant ſimpliciter credere, ſicut eccleſia: eccleſiaſticos vero, explicite & diſtincte.

Item ſtatuimus, ut ſi aliquis clericus vel laicus utriusque ſexus, cujuscunque dignitatis, religionis, vel ſtatus exiſtat, auſus ſit præſumptione damnabili publice prædicare, aut occulte docere, credere, vel tenere, quod ſacerdos in morali peccato exiſtens non poſſit conficere corpus Chriſti; ſeu, ſic ligatus, non poſſit ſolvere, vel ligare ſuos ſubditos a peccatis; pro hæretico & incredulo habeatur. Quem errorem hujus ſacri concilii approbatione damnamus, anathematizamus & penitus reprobamus; cum ſacræ ſcripturæ dicat auctoritas, quod ſive bonus, ſive malus ſit miniſter, per utrumque Deus effectum gratiæ confert. Non enim, quæ ſancta, coinquinari poſſunt; nec ipſa ſacramenta propter hominum militiam profanari. Unde ſacerdos, quantumcunque pollutus exiſtat, divina non poteſt polluere ſacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt. Licite ergo a quocunque ſacerdote ab eccleſia tolerato divina myſteria audiantur, & alia recipiantur eccleſiaſtica ſacramenta.

Damnatione ſimili reprobamus quorundum opinionem erroneam, aſſerentem, Epiſcopum, presbyterum, ſeu ſacerdotem curatum non poſſe abſolvere presbyteros fornicarios a fornicationis reatu propter votum caſtitatis: Inhibentes, ne quisquam de cætero prædictam opinionem ſub pœnis prædictis docere, tenere, aut dogmatizare quoquo modo præſumat, publice vel occulte.

II. De conſtitutionibus.

Fruſtra ſanctorum decreta canonum antiquis fuiſſent ordinata temporibus, ſi illorum executio negligatur. Hinc eſt, quod nos Eberhardus, Dei & apoſtolicæ ſedis gratia Saltzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſtatuta Romanorum Pontificum de celebrandis provincialibus conciliis & Epiſcopalibus ſynodis diligenter cupientes obſervari, ordinamus, quod noſtrum provinciale proximum concilium a feſto ſancti Auguſtini proxime futuro ad annum indicimus publice, & intimamus in hac civitate metropolitana noſtra Saltzburgenſi, per nos, Deo concedente, aut noſtros procuratores ſolenniter celebrandum; niſi ex emergente cauſa, ut puta, gverræ, peſtilentiæ, aut alia, duxerimus locum immutandum. Quam mutationem loci etiam congruo tempore noſtris literis intendimus publicare. Ad quod conveniendum ex nunc ſub pœnis infra ſcriptis evocamus, citamus & requirimus omnes & ſingulos noſtræ provinciæ ſuffraganeos, & alios quoscunque qui de jure, vel conſvetudine ad provinciale concilium ire tenentur. Statuentes denique pro ulteriori canonum executione, ſacro approbante concilio, ut ſinguli ſuffraganei noſtræ provinciæ, qui per annũ per ſe ipſos, vel alium in caſu quo legitime non fuerint impediti, omiſerint celebrare ſynodos epiſcopales, a pontificali officio, nec non ab omni

omni exercitio jurisdictionis eccleſiaſticæ per ſe, vel per alium ſint ipſo jure ſuſpenſi; eorumque jurisdictio eccleſiaſtica, & illius liberum exercitium ad capitulum ſeu eccleſiam devolvatur, & devoluta perſiſtat; omniaque & ſingula emolumenta jurisdictionis ad ipſum capitulum pertineant, in publicam ipſius eccleſiæ, non ſingularium perſonarum, vel officiorum utilitatem, donec hujusmodi ſynodos congregaverit, convertenda. Adjicientes, quod ſub pœna præmiſſa, omnes & ſinguli noſtræ provinciæ ſuffraganei infra hinc & feſtum ſancti Jacobi proxime venturum, ſuas ſynodos in ſuis diœceſibus ſtudeant celebrare. In quibus de corrigendis exceſſibus, & reformandis moribus, præſertim in clero, cum Dei timore agatur, viſitationes faciant, vel fieri procurent, maxime monaſteriorum ordinis ſancti Auguſtini canonicorum regularium, & ſancti Benedicti, in certis partibus, heu, nimium collapſorum, juxta canonicas ſanctiones: quod & nos in noſtra diœceſi Saltzburgenſi fieri procurabimus, ut exhibeamus nos noſtris fratribus in exemplum. Si vero dicto tempore ſuſpenſionis durante, ſuffraganei noſtri, vel alter eorundum exercitio dictæ jurisdictionis eccleſiaſticæ per ſe, vel per alium ſe immiſcuerit, aut capitulum contra præmiſſa impediverit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. Quodſi per annum alium integrum ſuffraganei noſtræ provinciæ concilium ſynodale convocare, ſeu celebrare neglexerint: (quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna) contra dictos temerarios violatores canonum & noſtrarum conſtitutionum ſequenti provinciali concilio, aut concilio generali, ſi illud celebrari contigerit, de remedio provideatur opportuno, juxta canonicas ſanctiones. Suffraganei vero noſtri, & alii, qui de jure vel conſvetudine ad provinciale concilium ire tenentur, niſi congruo ſe tempore perſonaliter præſentaverint, excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto, niſi tali neceſſitate & impedimento legitimo præpediti fuerint; ex tunc per procuratores ſuos legitimos comparere teneantur ſub pœna prædicta. Durentque concilia provincialia per duodecim; & epiſcopales ſynodi per tres dies; niſi agendorum exigentia prolixius, aut præciſius tempus expoſcat.

Inſuper ſacro approbante concilio ordinamus, ut omnes & ſinguli noſtri ſuffraganei in proximis ipſorum ſynodis per ſingulas diœceſes, prout & nos in noſtra proxima ſynodo Salzburgenſi ordinabimus ſub pœna ſuſpenſionis à pontificali officio, ſtudeant perſonas idoneas, probas videlicet & honeſtas, in teſtes publicos ſive ſynodales ordinare, qui per totum annum ſimpliciter & de plano absque ulla jurisdictione ſolicite inveſtigent, quæ correctione & reformatione ſint digna; & ea fideliter referant ad provinciale concilium aut ſynodum Epiſcopalem, ut correctione digna animadverſione congrua puniantur.

Ad reformationem quoque ordinum ſancti Auguſtini, canonicorum regularium & ſancti Benedicti noſtræ provinciæ, cura officii paſtoralis attendentes, ſacro approbante concilio, ordinamus præſidentes capitulis antedictis, videlicet de ordine ſancti Auguſtini canonicorum regularium, Dominum Præpoſitum metropolitanæ eccleſiæ Salzburgenſis, monaſterii beatæ Mariæ Virginis Nuiburgæ, Patavienſis diœceſis præpoſitos; de ordine vero ſancti Benedicti religioſos monaſterii ſancti Petri, civitatis Saltzburgenſis, & in Nidernaltach Patavienſis diœceſis abbates: quibus plenam concedimus poteſtatem citandi & evocandi per cenſuras etiam eccleſiaſticas, omnes & ſingulos abbates, præpoſitos, priores & quoscunque alios ordinum prædictorum, qui ad capitula ipſorum provincialia conſveverunt convocari, aut de jure vocari debebunt. Super quibus ipſis decernimus per cancellariam noſtram fieri literas opportunas, qui in eventum negligentiæ epiſcoporum, ſuffraganeorum noſtrorum, ſi ſuas ſynodos non celebraverint in termino ſuperius expreſſo, & emendanda & corrigenda in omnibus & ſingulis monaſteriis ordinum prædictorum noſtræ provinciæ non correxerint & emendaverint, diligenter, tencantur ſinguli ſuum capitulum provinciale in loco apto ſuorum monaſteriorum, in feſto ſancti Michaelis proxime futuro, convocare & celebrare, ibique agere de reformatione ordinum & monaſteriorum juxta inſtitutiones dictorum ordinum & canonicas ſanctiones: jure tamen ordinariorum in omnibus ſemper ſalvo, dictaque capitula provincialia prædictorum ordinum de triennio in triennium, per prædictos ordines ſtricte præcipimus in noſtra provincia celebrari. In caſu etiam diligentiæ, quo noſtri ſuffraganei etiam ſuas ſynodos celebraverint, fecerintque diligentiam ſuam pro reformatione ordinum præfatorum, nihilo minus tamen volumus & ordinamus, ac ſtricte præcipimus, ut præſidentes ſuperius nominati debeant & teneantur de triennio in triennium, incipiendo à fine præſentis concilii, ſua capitula celebrare: liberumque ſit præſidentibus ſæpe dictis terminum præfatum pro ſuis celebrandis capitulis prævenire.

Ordinamus denique, ſacro approbante concilio, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte

præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis abbatibus,abbatiſſis,præpoſitis,prioribus,prioriſſis, & aliis, quibus cura & adminiſtratio monaſteriorum utriusque ſexus dictorum ordinum noſtræ provinciæ eſt commiſſa; quatenus infra hinc & feſtum Pentecoſtes proxime futurum, debitum paſtoralis officii ſui diligenter impendant, ipſos præcipue ad tria ſubſtantialia ordinis, videlicet proprietatis abdicationem,obedientiæ exhibitionem,& caſtitatis obſervationem reducendo, prohibendo congreſſus ſine cauſa rationabili, & ingreſſum perſonarum ſuſpectarum: ac obſervent & à ſuis ſubditis faciant obſervari,ut divinum officium diurnum pariter & nocturnum devote juxta regulas dictorum ordinum celebretur. In aliis vero, quæ reformationem monaſteriorum & ordinum præfatorum reſpiciunt,ſe tales oſtendant, quod nobis & ſuffraganeis noſtris ipſos viſitantibus, de diligentia quam invenimus, debebunt merito commendari: ſcituri, quod ſi in præmiſſis, aut eorum aliquo negligentes extiterint, aut aliqui ex ſubditis præmiſſorum rebelles & inobedientes inventi fuerint, contra tales per nos & noſtros ſuffraganeos ad pœnas graviores procedimus juxta canonicas ſanctiones.

III. De conſvetudine.

Conſvetudines quæ gravamen eccleſiis inducere demonſtrantur, invalidas publicamus, locorum ordinariis, ut in omnem eventum eis reſiſtant,firmiter injungentes.

IV. De renunciationibus.

Nullus eccleſiam, vel beneficium eccleſiaſticum dimittere vel recipere præſumat, ſine ſui ſuperioris auctoritate; quod ſub pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis omnibus firmiter inhibemus.

V. De ſcrutinio.

Statuimus,quod nullus ad examen per ſacrorum ordinum ſuſceptionem aliquatenus admittatur, niſi recenter confeſſus fuerit omnia ſua delicta idoneo ſacerdoti. Et quia pauci ſunt, qui ſua delicta cum ſequelis eorum intelligant, per diſtrictum informatorem debet inſtrui ordinandus, an expediat ſibi ordinari,an vero irregularitatis alicujus prætextu ei potius ſit abſtinendum. Item quod nullus admittatur ordinandus vel promovendus ad ordinem ſuper vicaria (niſi ſit perpetua vicaria) à qua non poſſit ad inordinatum placitum amoveri. Statuimus inſuper ad terrorem malefactorum, ut omnes epiſcopi provinciæ Saltzburgenſis,ac eorum vicarii, quando volunt & debent ſuis temporibus ordines celebrare,committant expreſſe examinatoribus clericorum ordinandorum ſub anathematis interminatione, ut inter cetera perquirenda, fideli diligentia perquirant, ſub obtentu honoris percipiendi à ſingulis ordinandis,ut ſi patres,avi aut progenitores eorum, usque ad quartam lineam aſcendentem, captivaverint,captivatum detinuerint, occiderint, aut mutilarint temere clericum aliquem in ſacris ordinibus conſtitutum, & pro clerico ſe gerentem. Eum vero, quem in aliquo præmiſſorum affectum per aliquem ipſorum progenitorum usque ad lineam memoratam invenerint, ſi hujusmodi factum ſit notorium, non admittant. Prælati quoque,vel eorum vices gerentes, quorum intereſt inveſtire, vel inſtituere præſentatos, ante inveſtituram, vel inſtitutionem cum ſumma diligentia de his quærant: & quos tales invenerint, nullo modo inſtituant ad aliquod officium vel beneficium eccleſiaſticum. Examinatores inſuper & prælati, ac eorum vices gerentes,qui ſecus in præmiſſis agere præſumpſerint,in futurum ſuſpenſionis ſententia percellantur: alias per locorum ordinarios graviter puniendi, niſi cum eis fuerit miſericorditer dispenſatum, & ab hujusmodi reatibus appareant abſoluti.

VI. De filiis presbyterorum.

Nullus illegitime natus ad aliquem ſacrum ordinem, vel beneficium, aut officium curam habens animarum, ſine diſpenſatione ſedis apoſtolicæ admittatur in aliqua eccleſia ſeculari. Et tales,qui hactenus ſunt admiſſi, ſi de his conſtiterit, per eorum ordinarios repellantur. Alioqui ſcienter contrarium facientes per unum menſem ab ingreſſu eccleſiæ noverint ſe ſuſpenſos.

VII. De officio Archidiaconi.

Inhibemus epiſcopis, Archidiaconis, prælatis, ac eorum officialibus univerſis ſub pœna ſuſpenſionis,quam in omnes facientes contrarium promulgamus,ne ſubditis ſuis, aut eis qui litigant, ſeu litigaverint coram eis, aliquam eis faciant inhibitionem, ſeu impedimentum aliquod præſtent, ſub quocunque colore, vel modo, publice, vel occulte, quo minus cauſas ſuas appellationum, ſeu quascunque alias ad examen ſuperiorum ſpectantes, libere poſſint deferre.

VIII. De officio Vicarii.

Et quia eccleſiarum rectores vicariis ſuis adeo relinquunt exiguam portionem, quod ex ea nequeunt ſuſtentari, generali concilio inhærentes ſtatuimus, ut ipſis vicariis ſuis ſufficiens & honeſta portio de proventibus eccleſiæ aſſignetur. Alioquin ipſi rectores, ſi moniti non aſſignaverint, ſuis poterunt beneficiis ſpoliari. Nullusque, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, intitulatus ad curam animarum, vicariam perpetuam

petuam vel epiſcopalem, vel plus beneficii aſſumere præſumat.

IX. De officio delegati.

Ad hæc plerumque contingit, quod judices delegati, ad quos ſimplices commiſſiones ſub forma communi diriguntur, ultra quam patiantur vires reſcripti præcedentis, terras, civitates, oppida & villas eccleſiaſtico ſubjiciunt interdicto, invocantes etiam ſuper hoc brachium ſæculare. Nos igitur volentes iniquis proceſſibus hujusmodi obviare, præſenti ſcripto declaramus de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu,quod ſacerdotes noſtræ civitatis,diœceſis & provinciæ, ad obſervationem, ſeu publicationem ſententiarum hujusmodi interdicti minime teneantur; nec invocationi brachii ſecularis,quam ſi faciunt, aliquatenus eſt parendum. Super interdicto vero ponendo, recurratur ad decretalem extravagantem, quæ incipit: Provide attendendum. Et eſt Bonifacii IIX. cujus tenor ſequitur in hæc verba: Provide attendendum, quod ut frequentius, quamvis non ſine cauſa, ſine culpa tamen multorum, interdicti ſententiæ proferuntur: quodque ſunt nonnulli judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis, ſive cauſis, quæ interdum plus ex cupiditatis quam caritatis radice perſpicuis indiciis procedere arguuntur: quodque interdicti tempore divina organa ſuſpenduntur & laudes: nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur, ut ſolent,tolluntur mortuis, ſeu minuuntur ſuffragia,præſertim per oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris: adoleſcentes & parvuli participantes rarius ſacramenta, minus inflammantur & ſolidantur in fide: fidelium tepeſcit devotio, hæreſes pullulant, & multiplicantur pericula animarum: præſentis conſtitutionis providemus edicto, ut nulla provincia, civitas, caſtrum, villa, locus, territorium, vel diſtrictus, auctoritate ordinaria vel delegata ſupponatur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cujusvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quovis quæſito colore; pro eo maxime,quod ipſorum domini, rectores, ſeu officiales, quocunque nomine cenſeantur, aut incolæ ſeu habitatores, aut ſingulares perſonæ, ipſorum ſtatutis, vel ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis terminis hujusmodi debitum ſeu quantitatem non ſolverunt hactenus, aut in antea non perſolvent. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus extitit attentatum, vel contigerit attentari; illumque revocamus omnino. Non obſtantibus quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compoſitionibus, ſubmiſſionibus, fidejuſſionibus, conſenſibus, proceſſibus & ſententiis ſuper hoc habitis vel habendis, juramentorum,pœnarum ſpiritualium, & temporalium, ſeu multarum appoſitione, vel quacunque alia firmitate vallatis: niſi talis ſuppoſitio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali expreſſa, per ipſius ſedis patentes literas apparente.

X. De officio ordinarii.

Sacerdos vero quilibet plebem piam doceat diligenter, ut, cum in celebratione miſſarum levatur hoſtia ſalutaris, quilibet Deo devote flectat genua ſua, vel ſaltem ſe reverenter inclinet: idem faciens cum eam portat presbyter ad infirmum, quam in decenti habita, ſuperpoſito mundo velamine, ferat manifeſte ac honorifice ante pectus cum omni reverentia & timore, ſemper nola parvula & lumine, niſi locorum repugnet diſtantia, vel temporis qualitas, præcedentibus, ut ex hoc fides & devotio apud homines augeantur.

Cum mos unicuique gerendus ſit, & in diverſis diœceſibus noſtræ provinciæ clerus & populus inveniatur variis vitiis & defectibus laborare, quæ omnia non poſſunt una quaſi medela curari: Nos, cunctorum ſaluti noſtri gregis, quantum poſſumus, providere volentes, aliqua duximus generaliter committenda;omnesque & ſingulos noſtros ſuffraganeos, qui una nobiscum ſuper populum nobis creditum in partem ſolicitudinis ſunt vocati, & de contingentibus apud ipſos in clero & populo, quæ reformatione & emendatione indigent, habent notitiam certiorem, paterna exhortatione requirimus & monemus in viſceribus Jeſu Chriſti, ut gregi ſibi commiſſo præſint verbo doctrinæ pariter & exemplo, ac ſecundum qualitatem temporum, perſonarum & locorum, ea quæ correctione & emendatione indigent, reformare & corrigere, dum ipſas ſuas ſynodos celebrare, & ſuas diœceſes viſitare contingit per ſeipſos, vel alium, Deum timentes, non omittant: in ipſorum paſtorali officio taliter procedentes, ut tollantur ſcandala, evellantur vitia, & populus eis creditus numero & merito augeatur; ne ſubditorum ſangvis in die diſtricti judicii de ipſorum manibus requiratur: attendant, ut ſint jurium præſertim, contra eccleſiaſtica crimina promulgatorum & noſtrarum conſtitutionum executores. Uſuras prohibeant, quantum poſſunt; clericorum concubinatum cohibeant nimium ſcandaloſum; provideant, ut divinum officium canonice & debite perſolvatur, ut mendicantes

tes fratres ſuis limitibus contenti, parochiales eccleſias & ipſarum jura non offendant; feſtivitates ſanctorum nimis multiplicatas reſtringant. Item, quia divinum officium in eccleſiis cum ſolennitatibus debitis perſolvatur, habeantque Archidiaconos, decanos & officiales in jure peritos, habentes peritiam cauſarum; quod tales juſtitiam celeriter faciant, præcipue pauperibus: abſtineant ſe, & abſtinere faciant tales ab immoderatis exactionibus circa lites: Quod de monaſteriis ordinum ſancti Auguſtini, canonicorum regularium, & ſancti Benedicti, ſuarum dioceſium juvenes habiles mittantur ad ſtudium generale: quod beneficiorum permutationes duntaxat ex cauſis à jure permiſſis admittantur.

XI. De majoritate & obedientia.

Sacro approbante etiam concilio ſtatuimus, ut nulli clerici, nobilium capellani, in capellis caſtrorum dominorum ſuorum celebrare præſumant, niſi ante epiſcopo, vel loci archidiacono obedientiam faciant manualem, ut ad ſynodos veniant & capitula, certis temporibus & ſtatutis mandata eccleſiaſtica recepturi, & ſuis dominis ac eorum caſtrenſibus, ſecundum quod fuerit opportunum, relaturi; cum plebani, in quorum terminis caſtra conſiſtunt, hoc facere frequenter non audeant propter tyrannidem ſuorum dominorum. Quod ſi ſecus quiſpiam facere præſumpſerit, per loci ordinarium, vel archidiaconum condigne puniatur. Statuentes etiam ſub pœna excommunicationis jam latæ ſententiæ, diſtricte mandantes, ut ſi quando prædam, vel ſpolium rerum eccleſiaſticarum ad divinum cultum deputatarum, ſeu etiam eccleſiaſticam perſonam captivam ad aliquam civitatem, villam, oppidum, ſeu caſtrum adduci contigerit, ſacerdotes & capellani civitatum, villarum, caſtrorum, poſtquam ſciverint, non expectato ſuper eo ſuorum mandato, abſtineant à divinis interim, quoad perſona captivata, aut res eccleſiaſticæ prædictæ in præfatis locis detinentur.

XII. De his, qui vi metuque abſolvunt vel abſolvuntur.

Hos qui abſolutionem vel quamcunque revocationem ab excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicti ſententiis, per vim, vel per metum extorſerint, cum hoc, quod hujusmodi abſolutiones, revocationes ſunt irritæ, ſtatuimus & publicamus, excommunicationis ſententiæ ſubjacere.

XIII. . . . . .

Quia clerici & religioſi nonnulli, non attendentes, quantum ſit obedientiæ bonum, quod victimis anteferatur, & quod peccatum eſt ariolandi, nolle acquieſcere; & ſcelus idololatriæ, obedire non velle; amiſſionem rerum ſuarum & corporis, & vanum metum allegant frequenter, ne cogantur mandatum exequi prælatorum. Qui, cum proſperitatis tempore multa bona receperint, laute vixerint de patrimonio crucifixi, imminente neceſſitatis articulo, pro honore illius adverſitates, ſuſtinere detrectant, qui, cum foret ſumme dives, ad obediendum Deo patri pro ſalute noſtra ſubiit onus voluntariæ paupertatis. Ex quo, propter contemptum clavium eccleſiæ, nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ diſſolvitur, & animas miſerabiliter periclitari contingit; ſacra hujus concilii neceſſaria deliberatione ſtatuimus, ut nulla rerum perditio, aut metus corporis, nec legitime probatus, ſubditi inobedientiam, mandatum prælati exequi non curantis, valeant excuſare: adeo, quod ſi metus corporis duntaxat ſcientis proprio juramento, & non legitimis coram eo, à quo mandatum ſubditus receperit, oſtenſis fuerit documentis, nihilominus loco cedat, ne notam transgreſſionis incurrere videatur. In his autem quæ in non faciendo conſiſtunt, utputa, cum mandatur, non communicare excommunicatis, non celebrare in locis interdictis, ac aliis hujusmodi, omnino nullum, nec rerum, nec corporum, quantumcunque probatus metus excuſat; cum pro nullo metu debeat peccatum mortale committere; quod ex inobedientia ſurgere, ſanctorum auctoritatibus comprobatur.

XIV. De alienatione.

Quia plerumque ceſſiones actionum in fraudem fiunt; aliquando tamen pure & ſimpliciter, ex cauſa legitima: Statuimus, ut ceſſiones actionum, quæ ex juſtis cauſis, vel cauſa procedunt, in præſentia Epiſcoporum, judicum, ſeu officialium ſuorum, de licentia eorundem, ſi ſubſint legitimæ cauſæ, fiant: jurent etiam cedentes, quod non ſimulate, ſed vere cedant. Alioquin ſecus factas determinamus non tenere.

XV. De judiciis.

Et quia quidam propter potentiam, quidam propter crudelitatem magnam perſonaliter citari non poſſunt: quidam etiam, quia in caſtris habitant, ita, quod nulla poteſt ad eos citatio pervenire: idcirco provida & neceſſaria deliberatione ſtatuimus, ut contra tales citandos edictum apud parochialem eccleſiam ipſorum publice & legitime proponatur. Quia, ſi parochialis ſacerdos tales citare non poſſet metus cauſa, faciat juramentum hujusmodi coram aliquo presbytero honeſto, qui ipſi judici de hoc

hoc faciat literatoriam fidem. Ex tunc in cathedrali eccleſia tribus dominicis continuis publice in ambone citentur, dummodo citandi infra unam diætam ſint à cathedrali eccleſia conſtituti. Alioquin ad tres quindenas ſolenniter evocentur. Et ex tunc contra hujusmodi, ac ſi perſonaliter citati fuerint, procedatur, ne ex malitia valeant commodum reportare: propterea quod crudeles homines & perverſi, dum ad forum eccleſiaſticum in cauſis, etiam de quibus eccleſia merito habet agnoſcere, à judicibus evocantur, illius auctoritatis, qua dicitur. Qui honorat miſſum, mittentem honorat, immemores exiſtentes; nuncios eccleſiaſticorum judicum citationes, excommunicationes, vel alias judiciales & juris literas defendentes, verbis probroſis, & quandoque duris verberibus quosdam captivantes, alios interdum ſuis rebus temere, publice ſpoliantes, multipliciter afficiunt & perturbant, & impediunt citationes & literarum executiones, in non modicam eccleſiaſticæ libertatis contumeliam & jacturam. Conſiderantes igitur malitiis hominum non eſſe aliquatenus indulgendum, hoc ſacro approbante concilio duximus ſtatuendum, ut reus nuncios acta judicialia deferentes per ſe, vel per alium verberans, ſpolians vel captivans, lite etiam non conteſtata, auctoritate etiam hujus ſacri concilii habeatur penitus pro convicto. Actor vero in cauſa reconventionis ſimilia perpetrare per ſe, vel per alium non formidans, ſuper inſtituta contra reum actione amplius nullatenus audiatur. Et inſuper uterque, ac omnes alii, qui nomine & actione eorum talia facere præſumſerint, usque ad condignam ſatisfactionem læſo, & judicibus ſummaria cognitione ſuper hujus fero facto præhabita, percellantur.

XVI. De foro competenti.

Dudum felicis recordationis Pilgrinus, prædeceſſor noſter, provide duxerat ſtatuendum, ne prælatus, vel quivis alius clericus, alium prælatum, vel clericum, aut etiam laicus quamcunque perſonam eccleſiaſticam coram ſeculari judice trahere, vel convenire, aut tractus ſeu conventus ſponte & judicialiter præſumeret reſpondere: alioqui tam trahentes, quam tracti, ultra pœnas contra tales à jure promulgatas, excommunicationis ſententiam incurrerent ipſo facto. Verum nonnulli laici ſalutis ſuæ immemores, contra pœnas prædictas, perſonas eccleſiaſticas, etiam ſi pontificiali præfulgeant dignitate, ad hujusmodi judicia forenſia & ſæcularia indiſtincte trahere non verentur. Qui quidem judices ſeculares nec compareant propria in perſona ſic citati, res & bona ſua, atque beneficiorum ſuorum, decernunt in contumaciam invadenda, ſic, quod ipſi laici exinde, occaſione recepta, bona eccleſiaſtica invadere & occupare præſumunt in eccleſiaſticæ libertatis detrimentum. Nos hujusmodi temeritatis audaciam reprimere cupientes, datam conſtitutionem prædeceſſoris noſtri, auctoritate hujus concilii, de fratrum noſtrorum conſilio innovamus, & extendi volumus ad judices ſæculares antedictos. Adjicientes, quod ſi quando laicus clericum, ſeu eccleſiaſticam perſonam, cujuscunque dignitatis, vel conditionis exiſtat, noſtræ Saltzburgenſis, Brixinenſis, Chimenſis, Seccovienſis & Laventinenſis Dioceſium, ad judicium ſæculare trahere, vel judicare præſumpſerit, tamdiu in territorio trahentis & judicantis ceſſetur à divinis, donec de hujusmodi injuria ſatisfecerint parti tractæ, & abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

XVII. De vita & honeſtate clericorum.

Etſi per ſacros canones & noſtrorum anteceſſorum conſtitutiones indecentia in vita & habita clericorum ſtrictiſſime prohibeatur, noſtri tamen ſubjecti temporibus præſentibus hoc minime attendentes, tam in habitu, quam reliquis ad honeſtatem in ſortem Domini electorum ſpectantibus habenas ſuas dimiſerunt. Nos igitur huic inhoneſtati clericorum occurrere volentes, noſtrorum nihilominus anteceſſorum conſtitutionibus in ſuo robore duraturis, ſtatuimus, ut quicunque clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, vel in minoribus, & beneficiatus tantum, portaverit habitum à ſacris canonibus, vel à noſtris anteceſſoribus prohibitum, ſi monitus fuerit, eo ipſo amiſſionem illius habitus incurrat ipſo jure, in aliquod opus pium convertendum. Et ut hæc conſtitutio noſtris temporibus effectu non careat, noſtris ſuffraganeis in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub interminatione divini judicii præcipimus, quod per ſuas dioceſes aliquos diſcretos & honeſtos eccleſiaſticos viros deputent, qui prædictis clericis, unica monitione tantum præmiſſa, præcipiant, ut infra decennium talem habitum deponant, & nullo amplius tempore reaſſumant. Alioquin ipſum habitum eis publice auferant, etiam violenter, & eum in opus pium convertant; cum conſenſu tamen ipſorum dioceſanorum, ſi habitus ipſe notabilis fuerit æſtimationis. Alioqui præter talem conſenſum exequantur, quod in exemplum prædictorum noſtrorum ſuffraganeorum intendimus obſervari.

Cum plerique fratres ordinum mendican-

tium, ac religioſi ordinum aliorum intitulati, &c. ad eccleſias cathedrales ſuæ religionis habitum absque rationabili cauſa manifeſte non deferentes, ad excuſationem in peccatis exemptionis allegando privilegium, de quo minime oporteret, in animæ ſuæ periculum & plurimorum ſcandalum allegando, ſicque excommunicationis ſententia innodantur, qua ligati, damnabiliter exercere ea, quæ ſunt epiſcopalis ordinis, non verentur. Nos tantæ temeritati providere volentes, ſacro approbante concilio, ordinamus, ut ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ, nullus ſuffraganeorum noſtræ provinciæ in ſua diœceſi ad exercendum ea quæ epiſcopalis ordinis exiſtant, tales titulares epiſcopos admittat, niſi habitum ſuæ religionis manifeſte deferant, & ſint converſationis laudabilis & bonæ famæ; omnesque tales, cum excommunicati ſint, arctius evitent, & faciant eosdem ab aliis arctius evitari. Nullusque clericus, vel ſcholaris noſtræ provinciæ ſub pœna ſuſpenſionis ab ordine, quem ſuſceperit ab eodem, quam contravenientes incurrere volumus ipſo facto, ſacros aut minores ordines: nec etiam laici utriusque ſexus confirmationis ſacramentum quoquo modo recipere præſumant. Nec invitentur tales, nec venientes ſponte admittantur ad conſecrandum baſilicas, altaria, aut ad benedicendum quascunque res ſacras, niſi de abſolutione ipſorum conſtiterit manifeſte.

XIIX. De cohabitatione clericorum & mulierum.

Ad arcendum concubinatus crimen, ut de clero penitus evellatur, ſummo ſtudio per ſacros canones eſt proviſum. Quia tamen tempore, quo univerſalis eccleſia monſtruoſe diviſa perſtitit, modica diligentia adhibita fuit in exequendo eisdem proviſionibus, crimen præfatum in multis locis, etiam provinciæ noſtræ, cum maximo catholicorum ſcandalo, totius clericalis ordinis contemptu frequentatur. Cui morbo volentes occurrere, ut debemus, ſacro approbante concilio decernimus, ut deinceps omnes in ſacris ordinibus exiſtentes, vel etiam in minoribus beneficiati, vel ad religionem aliquam Deo ſponte oblati & obligati, qui concubinatus fœditate caſtitatis votum notorie, ſeu publice violarunt, tenendo notorie concubinas, pœnis infra ſcriptis ipſo facto ſubjaceant, ut videlicet ſi habuerunt beneficia ſæcularia, vel regularia officia, aut adminiſtrationes, vel dignitates, niſi infra duos menſes prorſus à ſe removerint ipſo jure intelligantur ſuis beneficiis, officiis, adminiſtrationibus & dignitatibus eccleſiaſticis per hanc conſtitutionem privati. Et poſſunt ipſa beneficia, officia, adminiſtrationes & dignitates prædictæ libere per habentes poteſtatem aliis conferri, impetrari, vel de eisdem aliis modis eccleſiaſticis provideri. Si vero beneficiati non fuerint, & concubinas notorie & publice detinuerint, & infra duos menſes à ſe non ſeparaverint, ſint ipſo jure inhabiles ad quæcunque beneficia eccleſiaſtica aſſequenda, pœnis aliis à ſacris canonibus contra tales editis in ſuo robore duraturis.

XIX. De inſtitutionibus.

Statuimus, ut nullus clericus ad curam animarum ab epiſcopo vel archidiacono admittatur, niſi prius juraverit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cujus curam præſentatus eſt, commiſerit ſimoniam.

Cum decor eccleſiæ, exaltatio fidei, & errorum extirpatio per viros in utroque jure divino peritos & humano inſtructos, ut plurimum procurari noſcatur; illi quoniam in proviſione congrua, quæ ad ſtatus ipſorum decentiam expediret, ſtipendiis eccleſiaſticis carentes, talentum eis creditum diſpenſare Dei populo non valentes, lucerna ſub modio abſconſa non effundit in domo domini luminis claritatem. Unde plerumque contingit, ut beneficia & officia eccleſiaſtica, præſertim quibus onus curæ & animarum & eccleſiaſticæ jurisdictionis incumbit, minus idoneis provideantur rectoribus; ex quibus paſtoribus deſunt pabula & ovibus deficiunt alimenta. Ad quorum ſalutare remedium ſacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus; ſaluti nationis Germanicæ providere intendens, decretum promulgavit inferius annotatum: Nos ſpiritualem animarum profectum noſtræ provinciæ, quem paſtorali cura dudum concepimus, exequi cupientes, præfatam conſtitutionem Conſtantienſis concilii ſacro approbante concilio publicantes, præcipimus, & mandamus, ut inſtitutio prædicta ab omnibus noſtris ſuffraganeis in ſuis ſynodis proxime celebrandis intimetur & obſervetur. Quam ex nunc cum ſingulis in ipſa contentis volumus ſub pœna ſuſpenſionis à collatione & electione beneficiorum per ſingulos beneficiorum collatores & patronos firmiter obſervari. Tenor vero conſtitutionis ſequitur, & eſt talis. Sanctiſſimus dominus noſter Papa Martinus V. ad exaltationem fidei catholicæ &c. Vide informationem ex concilio Conſtantienſi de qualitate beneficiandorum &c. invenies, &c.

Quoniam nonnunquam contingit, quod ad vacantem epiſcopatum, vel alium prælaturam, aut quodcunque beneficium, aut officium eccleſiaſticum regulare, vel ſæculare duo in

in diſcordia eliguntur, ſeu inſtituuntur, & alter, qui minore jure utitur, ut eum, cui majus jus eſt acquiſitum, per potentiam vel per tædium fatigare & haurire poſſit, attrahit favorem potentium laicorum, quibus, ut ei mutuent & aſſiſtant, promiſſiones facit de beneficiis, eorum filiis conferendis, & de juribus & libertatibus eccleſiaſticis remittendis: nos huic morbo occurrere volentes remedio ſalutari præſentis ſtatuti, hujusmodi promiſſores, & potentum laicorum attractores volumus ipſo jure ſententia excommunicationis eſſe innodatos, & nihilominus eos fore ineligibiles ad hujusmodi dignitates: mutuatores etiam pecuniarum taliter in hoc caſu volumus carere actionibus pro mutuo hujusmodi repetendo.

XX. Ut eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.

Quoniam in quibusdam Alamanniæ locis laici fundatores eccleſiarum, vel hæredes ipſorum, poteſtate in qua hucusque eccleſia ſuſtinuit, abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum eccleſiaſticarum in beneficiis, in quibus jus obtinent patronatus, ſibi retinent ex pacto, cum præſentantur, clericos; adeo huic vulneri cancroſo & ſimoniaco cenſuræ ferrum apponimus, decernentes, ut ex quo aliquid conſtiterit, pluries eos hujus (modi) perpetraſſe flagitium, anathemate feriatur, & ejus terra ponatur ſub eccleſiaſtico interdicto, donec eccleſiam liberam ſub ſuo jure dimittat, ſalvo jure patronatus, quod eis de jure reſervamus, cum poſſint per juris ignorantiam excuſari. Qui vero cæca cupiditate ducti, taliter à patronis beneficia per præſentationem recipere non verentur, officio beneficioque priventur, nec ad beneficium vel actus eccleſiaſticos admittantur, niſi per ſedem apoſtolicam cum ipſis fuerit diſpenſatum. Epiſcopi vero, vel archidiaconi, qui talibus ſcienter curam commiſerint animarum, ob inſtitutionem hujusmodi beneficiorum collationem, perpetuo ſint ſuſpenſi.

Cum beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione conferri debeant, quidam eccleſiarum patroni, perſonis idoneis prætermiſſis, tales adeo cum præſentant, qui portionem, quam talibus debeant eſſe contenti, ſuis uſibus reſiduum toraliter applicando. Unde ad hujusmodi mali perniciem extirpandam, ſtatuimus, quod ſi tales clerici ſe portione debita ſpoliari videntes, ad epiſcopum ſuum querelam non detulerint, auctoritate præſentis concilii ſint ipſo jure ſuſpenſi; nihilominus per epiſcopum eisdem eccleſiis ſpolientur. Si vero ad ſuperiorem ſuper hoc detulerint queſtionem, ab hujusmodi moleſtatione & exquiſita exactionis malitia compeſcat: adjicientes nihilominus, quod ſi in hac (re) pertinax patronus extiterit, ad præſentationem eccleſiæ, quæ proximo vacaverit, nullatenus admittatur.

Ad noſtrum (quod dolenter referimus) pervenit auditum, quod nonnulli epiſcopi, Comites, barones, nobiles, ac eorum poteſtates & officiales, dum aliquam vacare contingit in noſtra provincia prælaturam, beneficium, vel officium eccleſiaſticum, ſtatim gentes inibi mittunt armorum, quæ graves faciunt in ipſis prælaturis, vel beneficiis expenſas. Et quod deterius eſt, nonnunquam hi ad quos electio vel præſentatio ſpectat futuri prælati, compelluntur eligere aut præſentare per abuſum poteſtatis ſæcularis, vel potentiæ inordinatæ. Quandoquidem nullatenus admittunt ad poſſeſſionem etiam jam à ſuo ſuperiore confirmatum, donec de certa pecuniæ quantitate concordent cum laicis antedictis, atque perſolvant eandem. Nos hujusmodi damnandæ ambitionis audaciam reprimere cupientes, auctoritate hujus ſacroſancti concilii ſtatuimus, ut nullus, quacunque eccleſiaſtica vel mundana, etiamſi pontificali vel ducali præfulgeat dignitate, talia de cetero facere præſumat, per quæ offenditur eccleſiaſtica libertas, & eccleſiæ multipliciter aggravantur. Quod ſi ſecus actum fuerit, niſi infra menſem à tempore hujusmodi vacationis reſtituerint aut remiſerint jam promiſſum, quod indebite extorſerunt realiter & cum effectu, ipſos volumus excommunicationis ſententiæ eo ipſo ſubjacere, à qua nullatenus abſolvantur, donec modo ſimili reſtituant extorta: in quibus etiam nulla eorundem remiſſio vendicat ſibi locum.

XXI. De emptione.

Nullus prædam aliquam ſcienter emere, vel tenere præſumat: alioquin, niſi infra menſem prædam ipſam, aut ejus æſtimationem, ſi reſtitutioni non ſubjaceat, reſtituat, excommunicationis ſententia percellatur.

XXII. De pignoribus.

Ad omnem quoque dubitationem, ſive quæſtionis materiam amputandam, ſtatuimus, ut, ſi quis prædium ſuum, cui jus attinet patronatus, cuiquam obligaverit indiſtincte, jus præſentandi apud ipſum obligantem reſideat. Cum tale jus æſtimari non poſſit, &, ------ in ſortem nequeat

queat computari. Cum ſemper fructus rei pignoratæ in ſortem debeant computari, juxta canonicas & legitimas ſanctiones.

XXIII. De Teſtamentis.

Ad hæc, quia quædam in quibusdam partibus conſvetudo; imo corruptela deteſtabilis obſervatur, videlicet, quod tam clericus quam laicus in lecto ægritudinis conſtitutus, ultra quinque ſolidos uſualis monetæ, vel aliam ſummam, juxta loci conſvetudinem limitatam, nec piis locis, nec perſonis eccleſiaſticis, pro animæ ſuæ remedio, aut aliis quibuscunque ordinare legata, conſiderantes, prædictam conſvetudinem & ſacris canonibus & ſacris etiam legibus obviare; cum omnium jura clament, quod ultima voluntas & ultimum hominis teſtamentum immobile perſeveret: & quod nihil ſit, quod magis homines deceat, quam ut ſuprema voluntatis liber ſtylus exiſtat: eandem conſvetudinem Deo odibilem, animabus & bonis moribus inimicam, auctoritate huius ſacri concilii penitus reprobamus, firmiter ſtatuentes, ut ubicunque jura à teſtamentorum non prohibent factione, vel in lecto ægritudinis conſtituto, legandi, diſponendi & ordinandi de bonis collatis, circa pia loca, perſonas eccleſiaſticas, & alias quascunque, dummodo contra legitimas non veniat ſanctiones, libera ſit facultas. Volentes & præcipientes diſtricte, ut per locorum Epiſcopos, & ceteros prælatos jurisdictionem habentes, univerſi clerici & laici impedientes defunctorum legata, ſeu ultimas voluntates, per excommunicationem in perſonas, & interdicti in loca ſententias, quindecim tamen dierum canonica monitione præmiſſa ferendas, ab hujusmodi impedimentis deſiſtere compellantur. Ad quarum executiones & debitas aggravationes procedente tempore faciendas, epiſcopi & prælati, ad quos teſtamentorum defenſio, utroque jure ſvadente, dignoſcitur pertinere, tam benevolos ſe exhibeant & paratos, ne hujusmodi negligentia de eorum manibus in die diſtricti judicii requiratur.

XXIV. De Sepulturis.

Inſuper ſtatuimus, & ſub pœna ſuſpenſionis præcipimus firmiter & monemus, ut quilibet ſacerdos provinciæ Saltzburgenſis, cujuscunque dignitatis, ſeu eminentiæ, ſtatus, vel religionis fuerit, infra octo dies cauſa legitima ceſſante, poſtquam ei de morte archiepiſcopi, vel proprii Epiſcopi prædictæ provinciæ conſtiterit, per ſe, vel per alium miſſam pro defunctis dicat, in remedium archiepiſcopi aut epiſcopi memorati.

XXV. De Parochiis.

Nos ſanctorum patrum, qui eccleſiæ ſanctæ Dei & perſonis Eccleſiaſticis terminos, quos non licet transgredi, poſuerunt, ſtatuta conſiderantes, hujus ſacri approbatione concilii, univerſis ſacerdotibus tàm religioſis, quam ſæcularibus, cujuscunque ordinis, conditionis, ſive ſtatus exiſtant, in civitate diœceſis, vel provinciæ Saltzburgenſis, degentibus, ſub debito juramenti, quod epiſcopo in receptione ſacerdotii præſtiterunt, ſub interminatione divini judicii firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum, cujus cura per Epiſcopum, vel loci archidiaconum, ſeu ejus vicarium, alii eſt conceſſa (excepta neceſſitatis cauſa, quæ legem non habet) ad confeſſionem recipere, aut ei aliquod eccleſiæ ſacramentum porrigere præſumat, non petita deſuper & obtenta licentia proprii ſacerdotis; cum minime incerti & indubitati juris exiſtat, talem à tali crimine ſolvi non poſſe aliquatenus, vel ligari: & ex hoc ordinem eccleſiæ per majores & ſanctos patres divina providentia inſtitutum confundi & perturbari. Et hoc præſens ſtatutum per univerſos plebanos ſingulis quatuor temporibus, & in præcipuis feſtivitatibus coram ſuis parochianis præcipimus publicari.

XXVI. De jure patronatus.

Ad extirpandam illam deteſtabilem corruptelam quorundam eccleſiarum patronorum, qui rectoribus earum defunctis, ſpoliant dotem & eccleſiam rebus nobilibus, & interdum immobilibus, in ſalutis propriæ diſpendium & ſcandalum plurimorum, ſtatuimus, ut ſive clericus, ſive laicus hoc facere præſumpſerit, cujuscunque dignitatis, etiam pontificalis exiſtat, ſit à jure præſentandi ea vice ſuſpenſus ------ eccleſiam conferat: &, ſi ipſe negligens fuerit, ſuperior eam conferat ipſa vice: uterque autem ſit excommunicatus ipſa juris ------ & arctius ab omnibus evitetur, donec cum debita ſatisfactione reſtituat ſic ablata.

XXVII. De celebratione miſſarum.

Prædeceſſorum noſtrorum ducti veſtigiis ſtatuimus, inhibentes hujus ſacri approbatione concilii, ut nullus ſacerdotum novitiorum illa die, qua primam miſſam celebrare voluit, in exordio publicationis ſanctiſſimi ſui officii oblaturus Deo primitias gratiæ, ac ſalutis ſibi collatæ, aliquos ad convivium invitare, aut invitatos habere, aut procurare per ſe, vel per alium, ullo modo præſumat: ſed ad ſolum Deum, cujus

cujus militiæ eſt adſcriptus, dirigat aciem ſui cordis, maxime die illa devotus, curis & ſolicitudinibus temporalium, quibus mentes hominum diſtrahuntur, exutus, remotis vanitatibus hiſtrionum, qualibus tumultibus & inſolentiis reproborum, qui etiam ſæpe venire aſſolent non vocati.

XXIIX. De Baptiſmo.

Baptiſmus cum ſumma reverentia celebretur, maxime in diſtinctione & prolatione verborum, in quibus ſacramenti Virtus exiſtit; his ſcilicet verbis: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Doceant igitur ſacerdotes tam mares, quam fœminas, in neceſſitate debere (illos) parvulos baptizare eadem forma in ſuo idiomate. Et quod patres & matres proprios infantes, ſi ſumma neceſſitas exigat, poterunt baptizare. Et, ſi ſacerdotes ſuper hoc diligenter requirentes debitam formam in baptiſmo invenerint, quod factum eſt, approbent, ſupplentes circa baptizatum, quoad unctionem olei in pectore & in ſcapulis & chriſmatis in vertice, quod a laicis eſt omiſſum. Si autem in baptiſmate debitam formam non invenerint obſervatam, non differant parvulos baptizare.

Item ſtatuimus, ut in cunctis eccleſiis baptiſmus, chriſma, oleum & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clavibus adhibitis aſſerventur, ne poſſit ad illa manus temeraria extendi. Pallæ quoque altaris, vaſa, corporalia & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida conſerventur, Nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecent etiam in profanis.

XXIX. De emunitate eccleſiarum.

Quanquam dudum eccleſiarum advocati, ut ab indebitis vexationibus earum abſtineant, & conſuetis juribus ſint contenti, ſaluberrimis monitionibus antiquorum conciliorum ſint cauſati: quia, cum plerique domini temporales, & laici alii, provinciæ Saltzburgenſis, in eccleſiis, monaſteriis, ſeu quibuslibet piis locis, in quibus jus advocationis prætendunt, ſuis juribus non contenti, inconſuetas & enormes novitates exercent ac attentant in eccleſiaſticæ libertatis non modicum detrimentum. Nos huic morbo occurrere cupientes, auctoritate hujus concilii ſtatuimus, ne advocati eccleſiarum, monaſteriorum & aliorum piorum locorum quorumcunque dictæ noſtræ provinciæ quocunque etiam nomine cenſeantur, de cetero talia præſumant, nec eccleſias, monaſteria, & alia pia loca, ultra conſueta & debita onera ullatenus aggravent & infeſtent, quocunque quæſito colore. Alioquin ipſos, & eorum quemlibet, auctoritate hujus ſacri concilii excommunicationis volumus ſententiæ ſubjacere ipſo facto: a qua, donec de hujusmodi indebite extortis ac illatis violentiis eccleſiis, monaſteriis, atque locis aliis piis, competenter ſatisfecerint, nullatenus abſolvantur.

Abuſum quoque, ſeu conſuetudinem quorundam laicorum, imo potius corruptelam ſacris canonibus & legibus inimicam, quam quidam judices & poteſtates ſæculares, ad inſtantiam ſe præcedentium, habent, contra prælatos ac clericos beneficiatos noſtræ provinciæ, ſeu etiam contra tales ex officio procedentes, licet de facto ipſos prælatos ac beneficiatos in bonis immobilibus, ſpectantibus ad eccleſias, monaſteria & beneficia eorundem, quaſi quodam citationis edicto publico ſolent ad judicium evocare, licet nulliter & de facto, allegantes, quod non contra clericos, ſed ipſorum bona duntaxat judicent & procedant: non attendentes, quod clerici & clericorum bona eodem gaudeant privilegio, & nulla ſit eis de rebus & perſonis eccleſiarum attributa judicandi facultas. Nos hanc conſuetudinem ſacro approbante concilio, penitus reprobantes, decernimus, præfatam conſuetudinem fore iniquam, rationi & juri penitus inimicam: ſtatuentes ſub pœnis præmiſſis, quas contra facientes incurrere volumus ipſo facto, ut nullus, cujuscunque ſtatus, conditionis, aut ordinis exiſtat, etiamſi pontificali, aut ducali præfulgeat dignitate, præfatam reprobatam conſuetudinem obſervet, aut obſervari faciat, nec ipſius prætextu perſonas eccleſiaſticas prædictarum diœceſium in ipſorum bonis & poſſeſſionibus perturbare, inquietare, aut judicare præſumat: decernentes irritum & inane, ſi ſecus contra præmiſſa a quoquam fuerit attentatum, ſententiasque latas licet de facto ac - - - - impoſſibiles, cum omnibus inde ſecutis nullius exiſtere roboris vel momenti.

XXX. De Simonia.

Ut labes pravitatis ſimoniacæ in noſtra provincia penitus exſtirpetur, nos, ſacro approbante concilio, ordinamus, ut conſtitutio generalis concilii Conſtantienſis inferius deſcripta in ſingulis eccleſiis cathedralibus & aliis eccleſiis collegiatis per ordinarios, aut eorum inferiores ter in anno publice intimetur; ut in pœnarum afflictione nullus valeat crimen prædictum ignorantia excuſare: adjicientes, ut ad locum ordinarii & executionem ipſius & aliorum jurium, pro extirpatione pravitatis præfate procedant contra negligentes executionem hujusmodi, & Simoniam active, vel paſſive committentes, in futuris provincialibus conciliis acrius, auctore domino, procedemus. Tenor

vero conſtitutionis Conſtantienſis ſequitur in hunc modum.

Martinus &c.

Multæ contra ſimoniacam pravitatem abolim factæ ſunt conſtitutiones, quibus morbus ille non potuit competenter extirpari. Nos volentes de cetero, ut poſſumus, attentius providere, ſacro approbante concilio declaramus, quod ordinati ſimoniacæ ab executione ſuorum ordinum ſint eo ipſo ſuſpenſi. Electiones autem, poſtulationes, confirmationes & quævis proviſiones ſimoniacæ eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, perſonatuum, officiorum & beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque deinceps factæ, nullæ ſint ipſo jure, nullumque per illos jus cuiquam acquiratur: nec promoti, confirmati aut proviſi faciant fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem, tanquam inique ablatorum, percipientes teneantur. Statuentes inſuper, quod dantes & recipientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiamſi pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate.

XXXI. De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti.

Item in quibusdam locis, ut accepimus, in tantum accrevit temeritas & præſumtio laicorum, quod ſi quando auctoritate ordinarii, ſeu delegati, in terram, villam aut caſtrum interdictum generale ponatur, iidem laici officium ſacerdotum, imo quod ipſis ſacerdotibus eſt prohibitum, uſurpant, curantes, ut eccleſiaſticam per hoc magis cenſuram elidant, apud loca taliter interdicta ſepelire præſumunt in cœmeterio corpora defunctorum. Licet autem jám pridem contra præſumptores hujusmodi inter alia ſit proviſum, ut non reſumantur divina, quam quæ tumulata ſunt corpora, fuerint exhumata: quia tamen per illos, contra quos interdictum ponitur, antequam ſatisfaciant, frequenter in pactum deducitur, ut exhumationis pœna ab ordinario ſeu delegato ante omnia ſimiliter remittatur: ne forte hujusmodi delinquentium temeritas hac actione impunita remaneat & per hoc ceteris detur audacia ſimilia præſumendi, ſacri approbatione concilii ſtatuimus & mandamus, ut quicunque amodo intra cœmeterium loci interdicti aliquod corpus, ſeu corpora defunctorum ſepelire præſumpſerint, aut qui talia præſumentibus opem vel operam quocunque modo adhibuerint, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto; a qua non niſi per ſolum metropolitanum vel diœceſanum, aut cui ſuper hoc ſuas vices ſpecialiter commiſerit, abſolvantur. Metropolitanus vero, vel ejus diœceſanus, aut eorum in hac parte vicarii, nequaquam ad impendendum talibus abſolutionis beneficium procedant, niſi prius ſepultis taliter corporibus exhumatis, eccleſiæ & perſonis, quibus ex hoc injuria dignoſcitur irrogata, ſatisfactum fuerit competenter: & niſi ſuper facta exhumatione & ſatisfactione præſtita, ordinarii, aut ſi copia ipſius haberi non valeat, officialium ſuorum literas abſolutionis ipſis pro teſtimonio exhibeant & oſtendant, ad communionem eccleſiæ nullatenus admittantur.

XXXII. De hæreticis.

Cum nonnulli (quod dolenter referimus) Wicleffiſtarum & Huſſitarum hæreſibus & erroribus infecti, & de eisdem infamati & ſuſpecti, terminos noſtræ provinciæ, ſub agni ſpecie gerendo lupum, latenter intrantes, auſu temerario præſumunt prædicare, tenere & docere occulte & publice prædictorum errores & hæreſes dudum ab univerſali eccleſia & generali Conſtantienſi concilio tanquam erroneos & hæreticos condemnatos: nos gregis dominici nobis commiſſi, ſaluti animarum & huic morbo periculoſo pervigili cura providere volentes, ne ſcintilla modica in principio ſuccreſcat in flammam, & fermentum modicum totam maſſam corrumpat, ſacro approbante concilio, ſub interminatione maledictionis æternæ, ac ſub excommunicationis ſententiis in ſingulares perſonas, & interdicti in loca, ſi communitates aut domini locorum in infra ſcriptis negligentes aut culpabiles fuerint, quas contra facientes ac negligentes incurrere volumus ipſo facto; inhibemus, ut nulla eccleſiaſtica mundanave perſona noſtræ provinciæ, cujuscunque ſtatus, conditionis, aut ordinis exiſtat, etiamſi pontificali, aut ducali præfulgeant dignitate, præfatis erroribus & hæreſibus infectos, infamatos, aut ſuſpectos, in ſuis eccleſiis, monaſteriis, parochiis, dominiis, terris, civitatibus, oppidis, villis, caſtris aut domibus, ac locis aliis quibuscunque, ad prædicandum, docendum aut dogmatizandum publice, vel occulte admittant, ſeu aſſumant, quovis quæſito colore: nullusque præfatorum eorundem prædicationem audire, aut prædicationibus intereſſe præſumat quoquo modo. Ordinamus, ut omnes Chriſti fideles utriusque ſexus memoratæ noſtræ provinciæ, poſtquam audiverint, ſciverint, aut eis conſtiterit, præfatis hæreſibus & erroribus infectos, infamatos ac ſuſpectos, in præfata noſtra provincia morari, docere, dogmatizare errores prædictos, ipſos ſtatim ſuis ſuperioribus, quorum præſentiam commode adire poterunt, ſine omni excuſatione & negligentia, ſub pœnis, ut ſuperius exprimitur, denuntiare nullatenus omittant. Omnibus Ducib9, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Burgra-

graviis, Caſtellaneis, magiſtris civium, conſulibus, judicibus & officialibus aliis quibuscunque diſtricte præcipimus & mandamus, ſub pœnis præmiſſis, ut, ad requiſitionem ſuffraganeorum noſtrorum, eorundem vicariorum, ſeu inquiſitorum pravitatis hæreticæ, ſeu cujuscunque alterius prædictorum, taliter de hæreſi infectos, infamatos, aut ſuſpectos, incarcerare, captivare, aut detinere debeant & teneantur. Et ſi tales ſe prætenderent in ſacris ordinibus conſtitutos, nobisque ac noſtris ſuffraganeis, archidiaconis, vicariis, & eorundem officiis, ac hæreticæ pravitatis inquiſitoribus deputaris, pro nunc autem in noſtra provincia poſtea deputandis, tradant & aſſignent taliter denunciatos & ſuſpectos, ut pro extirpatione tam periculoſi criminis libere procedant & procedi faciant juxta canonicas ſanctiones. Receptatores quoq; fautores & defenſores eorundem, pœnis, ut præmittitur, volumus ſubjacere. Et quia tales infecti, infamati & ſuſpecti de erroribus ſupradictis, ut plurimum per ſimulatam converſionem, ad unitatem eccleſiæ redeunt fraudulenter, ſacro approbante concilio ordinamus, ut ultra pœnas talibus poſt converſionem ipſorum & errorum adjurationem a jure inflictas, per annum poſtquam abjuraverint, carceribus mancipentur, nec relaxentur ab eisdem, donec de vera & ſincera ipſorum converſione veriſimiliter præſumatur. Adjicientes, ut omnes & ſinguli noſtri ſuffraganei ad extirpationem tanti mali viriliter aſſurgentes, omnia & ſingula jura contra hæreticos ac de hæreſi ſuſpectos & infamatos, contra ipſorum receptatores, fautores & defenſores, ac poteſtates ſeculares, qui requiſiti legitime, neglexerint ſua dominia a pravitate hæretica extirpare, promulgata provide exequantur & obſervent, & a ſuis ſubditis faciant inviolabiliter obſervari, paterne, ut tenemur, in hoc ipſorum officium excitantes.

XXXIII. De Judæis.

Non ambigui juris eſt, Hebraicam gentem a fidelium crucifixi populo aliquo diſcretionis extrinſecæ ſignaculo debere eſſe ſeparatam. Unde, ſanctæ memoriæ Guido, titulo ſancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, in hanc noſtram provinciam a ſacroſancta apoſtolica ſede legatus, provide decrevit, ſtatuendo, ut judæi in publicum ſe exhibentes, pileum deferre debeant cornutum: non portantes pœna pecuniaria præcipimus mulcta puniri. Nos autem volentes prædicti legati bonam intentionem, quantum in nobis eſt, effectui mancipare, omnibus ſæcularibus poteſtatibus, cujuscunque conditionis & præeminentiæ exiſtant, quocunq; nomine cenſeantur, ſive communitates, ſive ſingulares reipublicæ præſidentes exiſtant, ſub excommunicationis ſententia præcipimus & diſtricte injungimus, ut per ſe, vel per alios ſuos familiares, quemcunque judæum pileum talem in publico non deferentem pecuniaria pœna, juxta eorum arbitrarium taxanda, quacunque conditione, provocatione, vel excuſatione frivola non obſtante, protinus puniant.

Præcipimus etiam pro meliori hujus providi ſtatuti executionis effectu, ut prædictæ poteſtates per ſe, vel per alios poſſint & debeant judæum ſic pileum cornutum non portantem aliqua Veſte, vel alia re, publice & ſtatim in itinere quo viſus eſt, pignorari, ut ſic eo citius pœnam exſolvat antedictam. Et quoniam non tantum maſculos judaicæ ſuperſtitioni inhærentes a Chriſtiano populo convenit ſeparari, ſed etiam ejusdem ſuperſtitionis fœminas atque virgines a catholicorum gente volumus eſſe ſegregatas. Unde præcipim9 ſub eisdem pœnarum exactionibus, ut mulieres, vel virgines dictæ ſuperſtitioni inſudantes, cum ſe in publicum exhibent Chriſtianorum noſtræ provinciæ, nolam ſonantem in aliqua ſui corporis deferant parte: alioquin ipſas per dictas poteſtates pœnis & modis præſcriptis in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus affligi.

XXXIV. De prohibito & illicito veſtitu mulier.

Cum in partem ſolicitudinis & paſtoralis officii ad hoc ſimus aſſumpti, - - uti gregem dominicum rite gubernemus, & in eo vitia extirpemus & virtutes inſeramus, debemus non ſolum removere peccata, ſed etiam cujuslibet mali & peccati ſpeciem & imaginem, ac etiam ſcandaloſum quodlibet & exempli continens perniciem, curabimus, quantum poterimus, provincia exulare. Unde (quod dolenter referimus) multorum querelis ſumus excitati, ac etiam in parte noſtris propriis percipimus oculis, quod in nonnullis noſtræ provinciæ partibus mulieres habitu induuntur ſatis inhoneſto, utputa caudam ad modum aſpidis ac alias Ornatum exquiſitiſſimum, & ſupra modum ſumptuoſum habentes. Faciunt enim quædam mulieres ſuis peplis, crinibus, atque aliis capitis ornamentis, ac ſi ante & poſt facies habeant monſtroſos. Conſiderantes ideoq; quod ex his & conſimilibus vanitatibus ſcandala, oblocutiones, detractiones, quæ in cordibus ſimplicium generantur, ac nihilomin9 per hæc patrimonialia exhauriuntur, furta, rapinæ & alia innumeroſa peccata, & demum ſpectacula luxuriam provocantia in domibus, plateis & eccleſiis, aliisque locis damnabiliter proveniunt. Nos igitur volentes, ſicut tenemur, his periculis occurrere, ſacro approbante concilio, ſub excommunicationis ſententia, & obteſtatione divini judicii, univerſos & ſingulos laicos noſtræ provinciæ per viſcera Jeſu Chriſti obſecramus ac rogamus & nihilominus diſtricte præcipiendo mandamus, ut uxores ſuas & filias & alias mulieres

lieres in ſua patria, ſeu familiari poteſtate exiſtentes faciant honeſte incedere, prohibentes, ne nimiam in veſtibus & aliis mulierum ornamentis ſuperfluitatem habeant: Eisdem etiam mulieribus ſub excommunicationis ſententia præcipimus, ut in hoc maritorum ſuorum obtemperent mandatis. Quod ſi ſecus fecerint, noſtris ſuffraganeis & aliis eccleſ. viris noſtræ diœceſis & provinciæ curæ animarum præexiſtentibus præcipim9, rebelles mulieres communione privare, ac eas aliis eccleſ. ſupponere cenſuris. Univerſis etiam ſæcul. poteſtatibus ſub ejusdem diſtrictionis pœna injungim9, ut ad corroborationem & executionem hujus neceſſarii ſtatuti faciant ſtatuta pœnalia, quib9 hanc ſanctionem faciant exactiſſime obſervari, &c. Deo gratias.

XLVIII.

Des Probſts und Archidiaconi zu Saltzburg Declaration derer Statuten des Ertz-Stiffts Saltzburg, de Anno 142.

JOannes, Dei gratia præpoſitus, & archidiaconus eccleſiæ Saltzburgenſis, univerſis & ſingulis dominis, abbatibus, præpoſitis, cæterisque prælatis, archidiaconis, parochialium eccleſiarum rectoribus, plebanis ac clericis quibuscunque per diœceſin Saltzburgenſem conſtitutis.

Quamvis per ſacrorum canonum & provincialium conciliorum ſtatuta recte ac honeſte vivendi norma adeo ſit ſufficienter comprehenſa, quod ſi eorundem negligeretur executio, quodammodo de cetero aliqua nova conderentur ſtatuta; quia tamen eorundem tam ſaluberrimorum ſtatutorum noſtris temporibus memoria quaſi evanuit, cæcaque ipſa quodammodo offuſcavit oblivio, tanquam prodita nunquam extitiſſent. Et quia, juxta ſapientis cujusdam dictum, nunquam nimium dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur. Subſcriptæ ordinationes juris communis, ac provincialium ſtatutorum innovationes & declarationes in epiſcopali ſynodo in civitate Saltzburgenſi nuper celebrata, cui de mandato reverendiſſimi in Chriſto patris, domini noſtri, Eberhardi ſanctæ Saltzburgenſis eccleſiæ Archiepiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati, & ex commiſſione ejus ſpeciali præſedimus, alias emanarunt. Ad quorum humilem ac devotam obſervantiam: executionem q; promptam & debitam, vos omnes & ſingulos in domino exhortamur, prout divinam ex hoc reportare remunerationem, præfati q; Rev. Dni noſtri Archiepiſc. pœnam & ultionem debitas & condignas voluerit is evitare.

I. Declaratio pœnæ ſtatuti provincialis contra notorios concubinarios &c.

Contra crimen concubinatus clericorum plurimum ſcandaloſum, & hinc merito deteſtandum, non aliter, nec melius, quam dudum in provinciali concilio ſtatutum fuit videmus poſſe provideri. Innoteſcim9 tamen, & ad memoriam revocamus ejusdem concilii ----. Omnes namque, qui a die publicationis ſtatutorum provincialium, infra duos menſes concubinas ſuas, quas notorie tenuerunt, a ſe prorſus non removerint, ſi beneficiati fuerint, ſciant ſe ſuis beneficiis ſtatim ipſo facto, abſq; alia privationis ſententia, auctoritate ejusdem concilii eſſe privatos; nec aliquid juris amplius competere, aut aliquem ſe titulum habere in eisdem: tenerique ſe idcirco ad reſtitutionem omnium fructuum & proventuum quos levaverunt, ſeu in futurum levabunt ex eisdem. Poſſuntque eorum beneficia per habentes poteſtatem libere aliis conferri, vel a curia etiam impetrari. Qui vero beneficiati non fuerint, ſciant ſe auctoritate ejusdem concilii ad habendum quæcunque eccleſiaſtica beneficia perpetuo inhabilitatis.

II. Quod clerici non debent ſecum tenere mulieres juvenes & de incontinentia ſuſpectas.

Et quoniam juxta apoſtolum non ſolum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali debemus abſtinere, prohibemus, ne clerici in domibus ſuis habeant fœminas juvenes, de quibus ſuſpicio poſſit merito oboriri. Qui autem fœminarum famulatur carere nequiverint, tales ſibi aſſumant, quæ propter ætatem, morumq; gravitatem, aut, ſi fieri poteſt, conſanguinitatem, omnem merito ſuſpicionem excludant.

III. Quod clerici in domibus ſuis tabernas tenere, aut tabernas & laicorum convivia accedere non debeant.

Inhibemus inſuper, prout etiam per ſacros canones & provincialium conciliorum ſtatuto prohibitum extat, ne clerici officium tabernariorum exercere præſumant, & ne in ſuis domibus tabernas teneant, aut vinum, more tabernariorum vendant. Tabernas quoque & laicorum convivia) quod valde honeſtatem dedecet clericalem, ipſorumque clericorum vileſcere facit auctoritatem (clerici omnino devitent, niſi neceſſitatis cauſa in itinere conſtituti.

IV. Quod clerici Venationi & ludo alearum & taxillorum inſiſtere non debent.

Venationi quoq; cum canibus, nec non aucupationibus cum falconibus, niſis, aut hujusmodi volucribus clerici omnino non inſiſtant, nec canes tales venaticos, aut aves in domib9 teneant, aut ſecum per viam ducant. Ad aleas etiam & taxillos non ludant, nec huj9modi ludis interſint, nec ludos tales in domibus ſuis exercere permittant.

V. Quales presbyteros debeant ſibi aſſumere plebani in adjutorium exercitii curæ animarum.

Omnibus inſuper Saltzburgenſis diœceſis plebanis prohibemus, ne in adjutorium exercitii curæ animarum, aut ad capellanatum aſſumant presbyteros luſores, potatores, ebrioſos, aut laicorum convivia frequentantes, per quos multum plebs ſcandalizatur fidelis. Nullum etiam ſacerdotum alienigenam & penitus incognitum, ſuæ ordinationis literas, ſeu formatas omni ſuſpicione carentes non habentem; & vero literas commendatitias proprii epiſcopi, aut fide digno teſtimonio, ſeu longi temporis converſatione de vita & moribus ipſius fuerit informatus, aſſumere præſumant.

VI. Quod plebani inducere debent ſibi ſubditos presbyteros ad obſervantiam ſtatutorum provincialium & ſynodalium ordinationum, & ad deferendum habitus honeſtos & clericales, a laicorum habitu diſcrepantes.

Studeant quoque plebani ſuorum domeſticorum, præſertim clericorum ſibi ſubjectorum, diligentem curam gerere, ipſos ad obſervantiam conſtitutionum provincialium, & hujus S. Synodi ordinationem, morum honeſtatem, clericalisque habitus decentiam reſpicientium, inducendo: nec patiantur conferre habitus a ſacris canonibus, vel provincialib9 conciliis interdictos: ſed faciant ipſos deferre veſtes in colore & ſciſſura honeſtatem clericalem decentes; nimia longitudine, vel brevitate non notandas, circa pectus & ſcapulas, ut moris eſt laicis, non ſtrictas, & corpori bene adjacentes; ſed bene amplas, & aliquantum plicatas, manicas decentes, usq; ad contactum man9 protenſas, infra vero brachium deorſum ultra unius palmæ longitudinem minime dependentes, cum goleriis licitis ſaltem uni9 pollicis collo adjacentibus: ſciſſuras, ſeu aperturas a latere omnino non habentes, nec retro: ab anteriori tamen parte, propter majorem ambulandi commoditatem, ad altitudinem unius palmæ cum media, veſtes non prohibemus aperiri. Veſtes etiam ad equitandum deputatos, prout commoditas poſtulaverit, ante & retro poterunt, honeſte tamen aperire. Inſciſſuris huj9modi, in goleriis, ſeu aliis veſtium extremitatib9 foderaturas expoſitas & notabiliter præeminentes non habentibus.

Abuſum quoq; iſtum clericorum, quo ſe ſæcularibus hominib9 conformantes pallia deferunt, nudis joppulis manicas ſtrictas, ut nunc moris eſt, multipliciter plicatas, ſeu rigatas, aut alias laicales habentibus, nulla Veſte manicata coopertis, cum expoſitis brachiis, nequaquam tolerent. Aliasque tam decenter & honeſte clericos ſibi ſubditos incedere faciant, ut per decentiam habit9 extrinſecam morum valeant oſtendere honeſtatem. Hanc autem habitus honeſtatem exhortamur præcipue ipſos plebanos, ſicut & ceteros clericos, obſervare, quatenus in omnibus ſuis ſubditis ſe normam & exemplum præbeant.

VII. Quod ſacramenta eccleſiaſtica, & alia ſpiritualia libere, ſine conventione & pactione præcedente, debent miniſtrari.

Volumus quoque & præcipimus ſingulis Saltzburgenſis diœceſis presbyteris, quatenus circa ſacramentorum adminiſtrationem omnem obſervent puritatem, libere, ſine pactione, aut conventione prævia, eccleſiaſtica ſacramenta, & alia ſpiritualia adminiſtrando. Ex poſt vero antiquas & laudabiles eccleſiarum conſuetudines pia fidelium devotione, per miniſtrorum ſuſtentationem introductas non intendimus prohibere, ad quas etiam obſervandas ſuperioris officii laici eccleſiaſtica poſſunt cenſura compelli.

VIII. Quod non ſunt tolerandi pro aliquo quæſtu publice delinquentes, & quod poteſtate abſolvendi in caſibus reſervatis ſacerdotes abuti non debent.

Diſtricte quoq; prohibemus, ne quis ſacerdotum adulteros, concubinarios, ſeu fornicarios, aut alios quoscunq; publice delinquentes, gratia, vel favore, aut pro aliquo temporali emittat. Nec obtentam a ſuperiori in caſibus reſervatis ad certum perſonarum numerum licentiam, eam venalem exponant, non niſi ad ſolvendum aliquid ex pacto, eadem licentia utendo; ſed gratis & libere, prout expediens fuerit, ad omnes, ſine perſonarum acceptione, hujusmodi ſibi conceſſa utantur poteſtate.

IX. Quod pro ſepeliendis præventis nil eſt extorquendum.

Pro ſepultura quoque præventorum presbyteri nil extorquere præſumant.

X. Qualiter adulteri & concubinarii publici ſint admonendi, & ab ingreſſu eccleſiæ excludendi.

Ad extirpandum quoq; adulterii & concubinatus publica crimina, quæ in diœceſi Saltzb. plurimum ſunt frequentata, hunc volumus & præcipimus ordinem per ſingulas Saltzb. diœceſis parochias obſervari, videlicet, ut infra duorum menſium ſpatium in qualibet eccleſia parochiali aliquo die Dominico, vel feſtivo, quando major adfuerit populi multitudo, publice in ambone admoneantur & requirantur in generali omnes & ſinguli utriusq; ſexus homines præfatis criminibus publice implicati, quatenus ab hujusmodi adulterio & concubinatu penitus & omnino deſiſtant. Si qui vero generali ſpreta admonitione, ſe non correxerint, ſequenti Dominica inſpecie & nominatim, ut ſe emendent, ſic illi, quorum domus inhabitant, quatenus eos ultra non hoſpitent, admoneantur & requirantur. Quod ſi nec taliter moniti ſe correxerint, ſeq. Domin. eosdem, ac illos qui eos hoſpitare præſumpſerint, ab ingreſſu eccleſiæ publice excludant, coram quibus ex poſt presbyteri nullatenus divina celebrare præſumant. Idem quoque de conjugibus utriusque ſexus, qui temere ſibi mutuo cohabitare recuſant & nolunt, & de hoſpitantibus eosdem, etiam ſi non ſit notorium eos alibi adulterari, volum9 per omnia obſervari. Hunc quoq; ordinem perpetuis temporibus

inpoſterum præcipimus obſervari: ita quod generalis iſta monitio in Dominica prima quadrageſimæ publice proponatur, ſpeciali continenter admonitione & excluſione ſequentibus duabus dominicis, prout ſupra diſpoſitum continuatis.

XI. Qualiter ſe debeant habere plebani ad eos, quos ad auctoritatem ſuperiorem remittunt.

Quotiens vero ad ſuperioris auctoritatem aliquos remitti contigerit, plebanus eosdem reverſos, niſi literas teſtimoniales ſuperioris oſtenderit, pro abſolutis nequaquam teneant, nec ſacramenta eis eccleſiaſtica, niſi pœnitentia, aut ſaltem pœnitentiæ parte peracta, adminiſtrent, quod præſertim circa adulteros & alios criminoſos notorios volumus exactiſſime obſervari. Et ut fraudibus via præcludatur, hujusmodi notorios & manifeſtos criminoſos ad auctoritatem ſuperioris literis ſuis clauſis, cauſæ & facti narrationem plene continentibus, transmittant: eosdemque reverſos, non ad ſimplices remiſſionis ſchedulas, ſed ad literas, ſuperioris intentionem continentes, ad eccleſiaſtica remittant ſacramenta.

XII. Quod matrimonia clandeſtine non ſint contrahenda: & quod ſecus aut contrarium facientes ad epiſcop. auctoritatem ſint remittendi.

Et quoniam ex clandeſtinis matrimoniorum contractibus plurima ſæpe inſurgunt pericula animarum, quibus occurrere cupientes, quod ſuper hoc a jure provide ſtatutum extitit, præcipimus obſervari: ut videlicet, cum matrimonia fuerint contrahenda, prius per presbyteros publice in eccleſia proponantur, bono competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat: & ipſi etiam presbyteri infra illum nihilominus inveſtigent, an aliquod impedimentum abſiſtat, ſolicitare. Cum apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec, quid fieri debeat, manifeſtis conſtiterit documentis. Qui vero aliter contrahere præſumpſerint, ad epiſcopalem auctoritatem puniendi ſecundum juris diſpoſitionem remittantur.

XIII. Quod matrimonia in eccleſiis & mediante presbytero contrahi debent: & quod non poſt, ſed ante carnalem copulam nuptiarum ſolenniæ matrimonia ſint benedicenda.

In contrahendis quoque matrimoniis hanc volumus honeſtatem pro reverentia ſacramenti obſervari, ut videlicet non niſi per presbyteros, &, ſi commode fieri poteſt, in eccleſia, aliquando in alio loco honeſto, ſine ſtrepitu, cum honeſtate debita fiant matrimoniorum copulationes. Matrimonia quoque quæ benedicenda fuerint, non poſt, ut moris extitit, ſed ante ipſorum carnalem conſummationem, ac ſolennitatis nuptiarum celebrationem, pro benedictionis ipſius reverentia benedicantur.

XIV. Quod patrini baptiſm. non multiplicentur.

Et quia ex cognatione ſpirituali, ſicut etiam ex carnali, impedimentum oritur matrimonii, impediens contrahendum, & dirimens etiam contractum. Unde, ne nimium inter homines ejusdem parochiæ hujusmodi multiplicentur attinentia mandamus, quatenus presbyteri parentes baptizandorum puerum inducere ſtudeant, ut uno tantum viro, vel una muliere, prout canones diſponunt, ſint contenti. Ad quod ſi forte facile induci non poſſunt, ſaltem ultra duos, unum ſcilicet virum, vel unam mulierem, nequaquam admittant.

XV. Quod presbyteri informare debent populum, qualis & quam lata ſpiritualis cognatio in baptiſmo & confirmationis ſacramento oritur.

Injungimus inſuper omnibus plebanis quatenus populum ſibi commiſſum publice in ambone informare ſtudeant, quod, ſicut inter quemlibet levantem aliquem de ſacro fonte, & ipſum levatum, ſic & inter omnes filios & filias, levantem & ipſum levatum, & inter conjugem levantis carnaliter prius cognitum ſeu cognitam, & ipſum levatum, ac non inter parentes levati & ipſum levantem, & ejus conjugem, carnaliter prius cognitum vel cognitam, cognatio oritur ſpiritualis impediens matrimonium contrahendum, & dirimens jam contractum. Et ea quæ de levante ſunt dicta, etiam de baptizante modis expreſſis declarent eſſe intelligenda.

In confirmationis quoq; ſacramento ratione prius confirmantis & ad confirmationem aliquam tenentis, non autem ratione ligaturam ac faſciam ſolummodo fronti allegantis, ſeu chriſma duntaxat abluentis, eisdem modis, ut in baptiſmate, hujusmodi propinquitatem provenire populo denuncient & declarent.

XVI. Forma juramenti, quam præſtare debent teſtes ſynodales in manibus ſuorum archidiaconorum.

Jurabunt teſtes ſynodales, vel ſaltem fidem loco juramenti præſtabunt in hac forma. Prima, quod per totum annum usq; ad ſynodum proximam diligenter inquirent, ſimpliciter tamen, de plano & absq; ulla jurisdictione, quæ correctionis & reformationis tam in clero quam in populo ſint neceſſaria, & quod illa fideliter referent in concilio provinciali & ſynodo epiſcopali proxime celebrandis, poſtquam fuerint requiſiti, uſurarios, adulteros, concubinarios notorios, ſeu manifeſtos, & quoscunque manifeſte & publice delinquentes, tam in clero, quam in populo, quos debita adhæc adhibita diligentia perquiſiverint, deferre & denuntiare, quando ſuper hoc requiſiti fuerint, denuntiare non omittent.

XVII. Statuta ſummatim & ordinate ſub certis titulis collocata, populo collocanda.

Quo-

Quoniam multa ſtatuta provincialia tam antiqua, quam etiam promulgata, nec non & quæ ſynodales ordinationes laicos concernunt, quorum quæ etiam ſatis dignoſcuntur eſſe pœnalia. Unde, ne ipſos ignorantes contingat detrimentum incurrere, quod dignum eſt eos poſtmodum veritos ſuſtinere, idcirco ſtatuimus & ordinamus, quatenus ſinguli Saltzburgenſis diœceſis plebani eadem ſtatuta laicos reſipiſcentia, prout inferius ſummatim ſubjectis rubricis & titulis ordinate continentur, quam citius poterunt, eorum habita copia, aliquo die dominico, vel feſtivo, & deinceps ſingulis annis bis: ſemel ſcilicet in dominica prima adventus domini, & ſemel in dominica prima quadrageſimæ plebi ſibi commiſſæ publice in ambone vulgari lingua clare & intelligibiliter intiment, publicent & exponent, ad obſervantiam eorundem, prout unumquemque concernere dignoſcuntur, eandem plebem fideliter exhortando.

XIIX. De uſurariis & eorum pœnis, ex ſtatutis domini Guidonis, tituli ſancti Laurentii presbyteri Cardinalis, apoſtolicæ ſedis legati, quod incipit: Item dolentes.

Excommunicati ſunt ipſo facto uſuras exercentes, qui ſic excommunicati, ter in anno, videlicet in cœna domini, in aſſumptione gloriosæ virginis Mariæ, in nativitate domini, per plebanos & majores ſuos debent denuntiari, aliis pœnis contra uſurarios editis nihilomin9 ſalvis.

XIX. De eodem ex ſtatuto Domini Joannis epiſcopi Tuſculani, Apoſtolicæ ſedis legati, quod incipit: Uſurarios actus.

Uſurarii dicuntur etiam, qui ſub titulo emptionis uſuras exercent, emendo ſcilicet pignus pro quantitate, quæ mutuo petitur & revendendo eidem redemtionis tempore pro quantitate eadem adaucto numero uſurarum. Et hæc conſtitutio una cum conſtitutione Gregorii X. in generali concilio edita publicari debet ſingulis annis in quadrageſima, lecto evangelio in ſingulis eccleſiis cathedralibus & collegiatis. Et tunc etiam uſuras exercentes contra dicti concilii tenorem, ac illi qui eos retinent in domibus propriis, nominatim & in ſpecie excommunicati debent denuntiari. Et uſurarium, etiam occultum, dum tamen duorum vel trium fide dignorum teſtium ipſum conſtiterit uſuras exercuiſſe, nec pro eo ſatisfactum fuerit, nullus recipere debet ad eccleſiaſticam ſepulturam. Alioquin eccleſia, in cujus cœmeterio, de conſenſu prælati, ſive capituli tale corpus ſepultum, fuerit exhumatum, eccleſiaſtico ſubjacet interdicto.

XX. Intentio concilii generalis, de quo ſupra fit mentio, quod habetur in cap. uſurarum, de uſuris libro ſexto, in effectu eſt talis, ut ſequitur.

Conſtitutio Lateranenſis concilii contra uſurarios edita debet inviolabiliter obſervari; ſcilicet, quod manifeſti uſurarii ad communionem altaris & eccleſiaſticam ſepulturam & oblationem faciendam, admitti non debent. Et qui eorum oblationes receperint, aut ad eccleſiaſticam eos ſepulturam admiſerint, compelli debent reddere, quod acceperint, & ad arbitrium epiſcopi ab officio ſuſpendi. Item ſecundo præcipitur dominis terrarum & univerſitatibus, ſeu communitatibus, ne permittant alienigenas in terris & locis ſuis conducere domos, & jam conductas retinere ad exercendum uſuras. Contrarium facientes, ſi ſunt epiſcopi, aut eorum ſuperiores, ſuſpenſionem; alii vero inferiores, excommunicationis; communitates autem interdicti ſententias & pœnas incurrunt ipſo facto: quas ſuſpenſionis & excommunicationis pœnas, ſi epiſcopi, & eorum ſuperiores, aut ſingulares perſonæ per menſem ſuſtinuerint animo indurato, eorum terræ, quamdiu hujusmodi uſurarii in ipſis permanſerint, eccleſiaſtico ſubjacent interdicto: & nihilominus laici ab hujmodi exceſſu per ſuos debent ordinarios compeſci.

XXI. Ex eodem concilio generali, quod habetur de uſurariis in cap. Quanquam &c. libro ſexto.

Manifeſto uſurario, licet mandaverit uſuras reſtitui, eccleſiaſtica ſepultura denegari debet, niſi primo, prout facultates patiuntur, ſatisfaciat, vel de reſtituendo idonee caveat illis, quibus reſtitutio facienda, ſi præſentes fuerint: vel ipſis abſentibus, loci ordinario, aut ejus vices gerenti, ſive rectori parochialis eccleſiæ, in qua habitat, coram fide dignis de parochia, in cautione hujusmodi exprimendo quantitatem uſurarum receptarum, ſi hujusmodi fuerit quantitas manifeſta: alioquin, aliam quantitatem ipſius recipientis arbitrio moderandum: qui, ſi ſcienter minorem, quam viſibiliter creditur, moderetur, tenebitur ad reſidui ſatisfactionem. Et eos contra hanc conſtitutionem ſepeliendo, Lateranenſis concilii pœnam incurrunt. Teſtamenta quoque talium uſurariorum alias facta non teneantur: nec debet aliquis intereſſe, nec eos abſolvere, aut etiam admittere ad confeſſionem.

XXII. De conſtitutione concil. Viennenſ. quæ habetur in Clementina (contra eos) de ſepulturis.

Sepelientes ſcienter uſurarios manifeſtos, etiamſi exemti fuerint, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrant: a qua, niſi ſatisfactio prius competenter eis, quib9 ex hoc injuria eſt irrogata, facta fuerit, nullaten9 abſolvi debent.

XXIII. Ex ſtatuto Dni Pilgrini, Saltzburgenſis archiepiſcopi, quod incipit: Apud multos.

Uſurarii, poſtquam a ſuis rectoribus trina monitione fuerint nominatim moniti, ſi infra menſem non deſtiterint, eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrunt. Et eccleſiarum recto-

ros

res & prælati tenentur ſuos ſubditos manifeſtos uſurarios monere & inducere, ut infra menſem ab hujusmodi pravitate deſiſtant,& de perceptis ſatisfaciant cum effectu. Quod ſi non fecerint, eos excommunicatos denuntient, certificantes nihilominus eos, quod ſi in hoc peccato deceſſerint,eccleſiaſtica ſepultura carebunt. Quos ſi rectores ſcienter ſepeliverint, ſimiliter ipſo facto excommunicationis ſententia ſunt ligati.Et manifeſti uſurarii dicuntur, de quibus eſt publica vox & fama,& certa ſunt indicia & argumenta,quod pecunias mutuant ad uſuras,easque recipiunt,vel fructus rei pignoratæ ex pacto, vel alias ſibi imburſant, nec computant in ſortem pecuniæ mutuatæ.

XXIV. De ſpoliatoribus & raptoribus ſtratarum,ex ſtatuto domini Joannis Tuſculani,quod incipit: Spoliatores ſtratarum.

Excommunicati ſunt ipſo facto ſpoliatores ſtratarum,& raptores tranſeuntium per vias & ejusdem dantes auxilium vel favorem.

XXV.De his,qui ſcienter emunt prædam,ex ſtatutis Dni Eberhardi, Saltzburg. Archiepiſcopi.

Nullus prædam aliquam ſcienter emere, vel tenere præſumat: alioqui niſi infra menſem prædam ipſam, aut ejus æſtimationem, ſi deprædata & ablata haberi non poſſit,reſtituat,excommunicationis ſententia percellatur.

XXVI. Qualiter decimæ ſunt perſolvendæ; & qualiter puniri debeant laici decimas uſurpantes,ex ſtatuto Domini Guidonis cardinalis,apoſtolicæ ſedis legati.

Decimæ tam antiquæ,quam etiam de novalibus majores & minutæ, juxta laudabilem conſuetudinem patriæ integraliter ſunt perſolvenda. Et laici decimas, maxime novalium & minutas ſibi uſurpantes,ab ingreſſu eccleſiæ usque ad ſatisfactionem condignam ſunt ſuſpenſi.

XXVII. De his qui imponunt aut exigunt nova paſſagia, vel antiqua augmentant,ex ſtatuto Domini Joannis Tuſculani epiſcopi,quod incipit: Imponentes.

Nova paſſagia imponentes & exigentes, vel antiqua augmentantes, ſingulis annis ſummus pontifex in cœna domini denunciat excommunicationi ſubjacere: quos etiam,ſive fuerint eccleſiaſticæ,ſive ſeculares perſonæ, quocunq; nomine cenſeantur, locorum ordinarii per ſe, vel ſuos vicarios omni anno in eadem die cœnæ domini,pulſatis campanis & accenſis candelis, excommunicatos & ab omnibus evitandos usque ad reſtitutionem integram debent denunciare.

XXIIX. Quod etiam in lecto ægritudinis poteſt quis teſtari, contraria conſuetudine non obſtante, ex ſtatuto domini Eberhardi archiepiſcopi Saltzburgenſis,quod incipit: Adhæc.

Non obſtante conſuetudine, quæ potius eſt corruptela,ubi jura teſtamentorum ſanctionem non prohibent,quilibet,etiam in lecto ægritudinis conſtitutus,legare,diſponere & ordinare poteſt de bonis ſibi collatis a Deo piis locis, aut alias. Et impedimentum præſtantes per prælatos compeſci debent eccleſiaſtica cenſura.

XXIX. De his, qui tempore interdicti ſepeliunt corpora defunctorum, aut ſepelientibus opem præſtant, ex ſtatuto domini Eberhardi, archiepiſcopi Saltzburgenſis, quod incipit: Item in quibusdam.

Excommunicati ſunt laici ſepelientes intra cœmeteria locorum interdictorum corpora defunctorum,aut qui ſepelientibus opem vel operam præſtant: a qua non abſolvantur, nec per ordinarium loci, vel per eum, cui ſuper hoc ſpecialiter commiſerit ſuas vices. Hujusmodi tamen abſolutio non eſt impendenda, niſi prius exhumentur ſic tumulata, & ſatisfactum fuerit eccleſiæ & perſonis, quibus exinde injuria dignoſcitur irrogata. Nec etiam tales ad communionem eccleſiæ admittantur, niſi habeant ſuper exhumatione & abſolutione prædicta literas ordinarii,vel ſui officialis.

XXX. Quod mulieres per excluſionem a communione prohibendæ ſunt ab illicito veſtitu, ex ſtatuto domini Eberhardi Saltzburgenſis archiepiſcopi,quod incipit:Cum in partem:

Mandatur ſub pœna excommunicationis omnibus laicis,& ſub obteſtatione divini judicii, ut uxores ſuas, & filias, & alias mulieres, in præſentia vel familiari poteſtate conſtitutas, faciant honeſte incedere: prohibeantque, ne nimiam in veſtibus longitudinem, & (ab) aliis mulierum ornamentis exquiſitam ſuperfluitatem habeant. Quibus etiam mandatur ſub pœna excommunicationis,ut in his pareant maritis ſuis: alias euchariſtiæ communione priventur,& per cenſuram eccleſiaſticam arceantur. Et in fine mandatur ſecularibus poteſtatibus ſub pœna præfata,ut ad corroborationem hujusmodi ſtatuti faciant hanc conſtitutionem exacte obſervari.

XXXI. De his,qui occidunt, verberant,aut qualitercunque manus violentes in clericos injiciunt,aut eos captivant,ſeu captivatos tenent.Ex ſtatuto domini Guidonis cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legati,quod incipit: Item cum in plerisq;

Occidens,verberans, aut qualitercunque manus violentas in clericos injiciens, ſeu eos capiens,ſingulis annis in ſynodis epiſcopalibus excommunicati denuntiari debent, & nominatim illi,de quibus conſtiterit manifeſte.

XXXII. De eodem,ex ſtatuto ejusdem domini Guidonis,quod incipit: Quodcunque vero.

Vulnerans enormiter eccleſiaſticam perſonam occidens vel captivans, non niſi per ſedem apoſtolicam debet abſolvi. Et ſi quid tenebat ab eccleſia,illud ipſo facto perdit, quod in utilitatem eccleſiæ debet converti. Et generaliter in diœceſi, in qua aliquem canonicum cathedralis eccleſiæ, vel in dignitate eccleſiaſtica conſtitutum capi contigerit, aut captivum detineri, usque ad liberationem ipſius, & debitæ ſatisfactionis exhibitionem. Similiter & in parochia, in qua res clericis violenter ablatas detineri contigerit, usque ad ſatisfactionem & reſtitutionem congruam ceſſari debet a divinis.

XXXIII. De eodem, ex ſtatuto Domini Friderici, Salzburgenſis archiepiſcopi, quod incipit: Statutum.

Captivato Domino archiepiſcopo Saltzburgenſi, aut aliquo ipſius ſuffraganeo, ſeu invaſa eccleſia Saltzburgenſi, aut quacunque alia eccleſia cathedrali provinciæ Saltzburgenſis, hoſtiliter & injurioſe, ut de ſubverſione ſtatus ejus veriſimiliter timeatur, ſtatim, poſtquam hoc innotuerit, per totam provinciam Saltzburgenſem ceſſari debet a divinis. In terris tamen principum ceſſari non præcipitur, niſi ab offenſis hujusmodi ceſſare, & emendam præſtare infra menſem admoniti contempſerint.

XXXIV. De eodem ex ſtatuto ejusdem Friderici, quod incipit: Item cum hi.

Qui violentas manus in clericos injiciunt, debent in parochia, in qua delictum commiſſum fuerit,aut in qua injiciens domicilium habuerit, per rectores eccleſiarum ſingulis dominicis & feſtivis dierum excommunicati denunciati: & qui tales violentos injectores ſcienter ad divina vel eccleſiaſticam ſepulturam receperint, ſunt ab officio ſuſpenſi. Qui vero in prædicta denunciatione, poſtquam ſibi per ordinarium fuerit ſpecialiter demandata, negligens fuerit aut remiſſus, per viginti dies ab ingreſſu eccleſiæ & ab officio eſt ipſo facto ſuſpenſus.

XXXV. De eodem, ex ſtatuto domini Joannis Tuſculani epiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati, quod incipit: Eos qui.

Captivantes, ſeu captivos detinentes clericos & perſonas eccleſiaſticas, ſi infra octo dies poſtquam requiſiti fuerint, eos non relaxaverint, omnibus dominicis & feſtivis diebus per prælatos & rectores eccleſiarum, in quarum limitibus hujusmodi captivantes aut detinentes commorantur & perſonæ hujusmodi eccleſiaſticæ fuerint captivatæ,aut in quibus captivæ detinentur, excommunicati publice denuncientur. Et nihilominus,ubi hujusmodi eccleſ.perſonæ captæ detinentur, quamdiu taliter detinentur,clerici hoc ſcientes ceſſare debent a divinis: contrarium facientes excommunicati ſunt ipſo facto.

XXXVI. De his, qui verberant vel capiunt nuncios legatorum apoſtolicæ ſedis, archiepiſcoporum, delegatorum judicum & aliorum: aut eos, qui de curiis eorum veniunt, aut eos occidunt; ex ſtatuto domini Joannis Tuſculani, quod incipit: Si qui in tant.

Capientes, verberantes nuncios legatorum apoſtolicæ ſedis de latere miſſorum, ſeu archiepiſcoporum,aut epiſcoporum, vel delegatorum & eisdem literas auferentes, vel dilaniantes, ſeu ipſos in jurisdictionem, (aut,) eis commiſſa quomodolibet, manifeſte, vel occulte impedientes: ſimiliter & illi, qui ad curiam eorum legatorum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, vel delegatorum venientes, aut abinde recedentes offendunt in perſonis, aut bonis quæ ſecum habent, ſpoliant, excommunicati ſunt ipſo facto.

XXXVII. De eodem, ex ſtatuto domini Eberhardi, Archiepiſcopi Saltzburgenſis,quod incipit: Præterea.

Reus verberans, ſpolians & captivans nuntium judicis, literas judiciales deferentem, pro convicto debet haberi: & idem in actore in cauſa reconventionis.

XXXIIX. De his qui bona decedentium clericorum occupare præſumunt, ex ſtatuto Domini Gvidonis cardinalis, apoſtolicæ ſedis legati,quod incipit: Item ad aures.

Patroni eccleſiarum tam clerici quam laici, advocati, judices & præcones bona decedentium clericorum occupantes & uſurpantes excommunicationis vinculo, quousque ablata reſtituant, debent innodari.

XXXIX. De eodem, ex ſtatuto domini Friderici, Saltzburgenſis archiepiſcopi, quod incipit: Item ſtatutum. Et ſtatuto Domini Joannis Tuſculani, apoſtolicæ ſedis legati, quod incipit: Nonnulli.

Raptores, invaſores & occupatores bonorum clericorum detinentium, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrunt. Et in locis, ubi talia bona violenter ablata conſervantur, tamdiu ceſſari debet a divinis,poſtquam hoc rectoribus eccleſiarum innotuerit, donec ablata hujusmodi ſucceſſori defuncti reddantur, in priſtino loco reponantur ac alia ſatisfactio competens ſubſequatur.

XL. De eodem, ex ſtatuto Domini Eberhardi Archiepiſcopi Saltzburgenſis, quod incipit: Ad extirpandam.

Eccleſiarum patroni, ſive clerici aut laici, qui rectore eccleſiæ mortuo,dotem & eccleſiam rebus mobilibus ſeu immobilibus ſpoliant, cujuscunque dignitatis fuerint, ſunt a jure putandi illa vice ſuſpenſi, & collatio ad immediatum

superiorem devolvitur. Insuper etiam ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

XLI. De his qui imponunt tallias & exactiones ecclesiasticis personis. Ex statuto Domini Pilgrini Archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Cum ecclesiæ.

Imponentes clericis & ecclesiasticis personis, & recipientes ab eisdem, exactionibus, tallias & collectas; si infra mensem, postquam per ecclesiarum prælatos moniti fuerint, non destiterint, vel de damnis illatis competenter non satisfecerint; excommunicati sunt ipso facto, & terræ ipsorum ecclesiastico subjacent interdicto.

XLII. De his, qui ecclesiasticas personas compellunt solvere pædagia vel quidagia de rebus suis. Ex statuto ejusdem domini Pilgrini, quod incipit: Constitutionem: & in cap. de censibus, lib. 6.

Bonifacius VIII. statuit, quod si universitas, seu communitas, vel singularis quæcunque persona, cujuscunque dignitatis fuerit, per se, vel per alium, suo vel alieno nomine ecclesias, vel ecclesiasticas personas compulerit solvere pædagia, vel quidagia, seu exactiones pro rebus suis, quas causa negotiationis non deferunt universitas talis est interdicta & personæ singulares excommunicatæ. Nec valet contraria consvetudo. Et hæc constitutio per prælatos, archidiaconos & plebanos debet solenniter publicari.

XLIII. De his qui occupant, invadunt aut usurpant sibi ecclesiastica bona. Ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Dignum &c.

Sæculares ecclesiasticæve personæ, quæcunque dignitate præfulgeant, (Romanorum duntaxat Rege & ejus conjuge & filiis exceptis) ecclesias & ecclesiastica bona, jura & jurisdictiones seu ecclesiarum Vasallos publice occupare, aut invadere, vel scienter usurpare, seu occupatoribus, invasoribus, aut usurpatoribus hujusmodi potestatem quomodolibet, auxilium vel favorem præsumpserint: nec non qui bona ecclesiarum titulo pignorum detinent obligata, a quibus receperint ultra sortem: nisi requisiti infra mensem satisfecerint, ipso facto excommunicati, & terræ ipsorum ecclesiastico subjacent interdicto; quod clerici terræ offensorum ad solam denuntiationem prælati offensi observare tenentur: alioquin ante satisfactionem coram celebrante a divinis sunt ipso facto suspensi.

XLIV. De eodem, ex statuto ejusdem Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Nullus de cætero.

Qui prætextu gverrarum, quas habent cum advocatis ecclesiarum, earundem ecclesiarum bona subripuerint, aut ecclesias ipsas, aut earum villas & incendio vel hostilitate devastant, aut homines earum suis bonis spoliant, excommunicati sunt ipso facto; nec possunt, nisi sufficienter emendaverint, absolvi.

XLV. De eodem, ex statuto ejusdem Domini Joannis, quod incipit: Prohibemus.

Qui propter debitum aut fidejussoriam obligationem alicujus personæ singularis, bona ecclesiastica ad ipsam ecclesiam & capitulum communiter pertinentia cœperit, seu spoliaverit, nisi requisitus infra quindecim dies a die requisitionis numerandos restituerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrit.

XLVI. De his, qui ad vacantes ecclesias mittunt armatos, & faciunt ibi expensas. Ex statuto Domini Eberhardi, Saltzburgensis Archiepiscopi, quod incipit: Ad----&c.

Prælati, principes & alii nobiles atque officiales eorundem, qui ad vacantes prælaturas, beneficia, sive officia, mittunt gentes armorum, & inibi expensas faciunt graves, aut compellentes eligere per abusum potestatis secularis, aut potentiæ inordinatæ; seu qui electum & confirmatum non admittunt ad possessionem, nisi pro certa pecuniæ quantitate; nisi infra mensem emendaverint quod fecerint, excommunicati sunt ipso facto: a qua sententia non absolvantur, donec satisfaciant & extorta restituant: in quibus etiam non prodest eis remissio.

XLVII. De laicis recipientibus & occupantibus ecclesiastica beneficia. Ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Laicos.

Laici recipientes & occupantes ecclesiastica beneficia, nisi infra mensem a tempore occupationis computando, ipsa dimiserint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

XLIIX. De advocatis ecclesiarum, qui ultra jura eis debita ecclesiastica, gravant ecclesias. Ex statuto ejusdem Domini Joannis, quod incipit: Nonnulli.

Mortuo ecclesiæ advocato, non omnes ejus filii, sed ille solus, in quem omnes, vel major pars ipsorum consentit, habeatur pro patrono. Et advocati ecclesiarum, qui defendendo & manutenendo personas & bona ecclesiarum, quarum sunt advocati, negligentes fuerint aut remissi, hujusmodi advocationis officio privati sunt ipso facto. Qui vero ab hujusmodi ecclesiis ultra debitum auferre præsumpserint, nisi infra mensem ablata restituerint, singulis mensibus debent excommunicati denunciari.

XLIX.

XLIX. De eodem, ex statuto Domini Eberhardi, Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Quanquam.

Excommunicati sunt laici advocati ecclesiarum, qui suis juribus non contenti, inconsvetas & enormes novitates in ipsas Ecclesias exercent & attentant, & ultra debita onera aggravare non formidant.

L. De patronis ecclesiarum, qui post tempus a jure præfixum occupant ecclesias, aut impediunt superiores in collatione. Ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Ecclesiarum.

Patroni ecclesiarum ad ecclesias vacantes præsentare debent personas idoneas infra tempus a jure statutum. Qui vero post lapsum ejusdem temporis per mensem ecclesias ipsas retinere & occupare præsumpserint, ipso facto sunt excommunicati, & ea vice præsentatione hujusmodi ecclesiarum privati; quas superiores infra tempus eis a jure præfixum conferre tenentur: alioquin a collatione beneficiorum sunt ipso facto suspensi. Laici vero impedientes ordinarium providere volentem, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

LI. Ex statuto Domini Eberhardi Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Quoniam. De patronis, qui partem advocationis, cum præsentant, sibi retinent ex pacto.

Laici patroni ex pacto sibi retinentes partem decimarum, vel aliarum obventionum ecclesiasticarum in beneficiis, cum præsentant clericos ad ea, excommunicari debent, & terra eorum ecclesiastico interdicto supponi, donec ecclesiam liberam dimittant sub suo jure: salvo tamen eis jure patronatus. Clerici autem taliter ab ipsis recipientes beneficia, officio & beneficio priventur; nec ad beneficium vel actus ecclesiasticos admittantur, nisi per sedem apostolicam cum eis fuerit dispensatum. Episcopi vero & Archidiaconi, qui talibus scienter curam commiserint animarum, ab institutione hujusmodi beneficiorum & collatione perpetuo sunt suspensi.

LII. De eodem, ex statuto ejusdem Domini Eberhardi, Archiepiscopi Saltzburgensis, quod incipit: Beneficia.

Clerici qui præsentantur ad ecclesias per patronos cum assignatione alicujus portionis, ut residuum usibus patronorum applicetur, si de hoc non deferunt querelam ad episcopum, hujusmodi beneficiis spoliandi. Patroni vero per episcopum, cum hoc ad ipsum deductum fuerit, ab hujusmodi exactione compescantur. Et si in hoc pertinaces reperti fuerint, ad præsentationem hujusmodi ecclesiarum; cum proxime vacaverint, nullatenus admittantur.

LIII. De laicis, qui sine consensu prælatorum bona fabricæ ecclesiarum deputata administrant. Ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Laicos.

Laici sine assensu prælatorum & capitulorum bona fabricæ ecclesiæ deputata administrare non possunt. Et qui contrarium fecerint, si infra mensem, postquam per ordinarium loci moniti fuerint, non desistunt, excommunicati sunt ipso facto.

LIV. De his, qui ecclesias & earum ædificia violenter & sine prælatorum assensu incastellare præsumunt, aut gentes ibi tenere. Ex statuto ejusdem Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Nonnullos.

Qui ecclesias, campanilia, seu alia ecclesiarum ædificia violentes & sine prælatorum assensu incastellare, aut personis armatis munire præsumpserint, & eorum hæredes hujusmodi violentiæ participes, per suos superiores excommunicationis pœna percellantur.

LV. De his, qui prohibent, ne quis conquiratur coram ecclesiastico judice; aut qui condunt statuta contra ecclesiasticam libertatem. Ex statuto ejusdem Joannis Tusculani, quod incipit: Personas.

Universitates civitatum & locorum prohibentes, ut nullus conquiratur coram ecclesiastico judice, ac statuta contendentes contra clerum & ecclesiasticam libertatem, interdicti: singulares vero personæ talia committentes, quacunque dignitate præfulgeant, excommunicationis sententias ipso facto incurrunt.

LVI. De his qui trahunt ecclesiasticas personas coram judice seculari. Ex statuto Domini Pilgrini, Saltzburgensis Archiepiscopi, quod incipit: Sæpe.

Trahentes clericos & ecclesiasticas personas coram judice seculari, nec non ecclesiasticæ personæ conventæ sponte, coram talibus judicibus secularibus judicialiter respondentes, excommunicati sunt ipso facto.

LVII. De eodem, ex statuto Domini Eberhardi, Saltzburgensis archiepiscopi, quod incipit: Dudum.

Judices seculares, qui personas ecclesiasticas ad judicia sua secularia evocare, aut trahere in

ipſorum contumaciam, ipſis non comparentibus, eccleſiaſtica bona invadenda decernere præſumpſerint, excommunicati ſint ipſo facto. Et quotiens laicus, cujuscunque dignitatis exiſtat, eccleſiaſticam perſonam ad judicium ſeculare trahere, aut judicare præſumpſerit, tamdiu in territorio trahentis & judicantis ceſſetur a divinis, donec ſatisfecerint parti tractæ, & abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

LIIX. De eodem, ex ſtatuto ejusdem Domini Eberhardi, quod incipit: Quanquam. in paragrapho; abuſum.

Invalida & iniqua eſt conſvetudo, qua judices ſeculares trahere conantur perſonas eccleſiaſticas ad judicium ſeculare, etiam ſuper bonis eccleſiaſticis: & contra facientes excommunicati ſunt ipſo facto; & eorum proceſſus ac omnia inde ſecuta nullius ſunt momenti.

LIX. Proviſio contra Huſſitas, ne admittantur ad prædicandum; & quod eos ſcientes ſuis ſuperioribus denuntient. Ex ſtatuto Domini Eberhardi, Saltzburgenſi archiepiſcopi, quod incipit: Cum nonnulli.

Mandatur ſub interminatione maledictionis æternæ, & ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ in ſingulares perſonas, & interdicti in loca, ne quispiam, cujuscunque ſtatus exiſtat, etiamſi pontificiali vel ducali præfulgeat dignitate, Wicleffiſtas & Huſſitas, & de eorum hæreſibus & erroribus infamatos aut ſuſpectos, in quibuscunque locis ad prædicandum, docendum & dogmatizandum admittat, ſeu aſſumat, publice vel occulte. Et omnes utriusque ſexus Chriſti fideles dictæ provinciæ, poſtquam audiverint, ſciverint, aut eis conſtiterit, hujusmodi hæreticos & ſuſpectos in provincia morari vel docere, &c. ſub pœnis prædictis denuntiare tenentur ſuis ſuperioribus, ſi eorum præſentiam commode adire poſſunt. Principes quoque & comites, & eorum judices & officiales, ad requiſitionem epiſcoporum, vel ſuorum vicariorum, tales incarcerare captivare & detinere debent & tenentur ſub pœnis prædictis, etiamſi ſe prætendant in ſacris conſtitutos; quos tamen ſuis ſuperioribus præſentare tenentur. Et contra eos procedatur juxta cannoicas ſanctiones. Receptatores quoque fautores & defenſores eorundem pœnis ſubjaceant præfatis. Inſuper ordinatur, ut ultra pœnas juris, non abjurantes hujusmodi errores per annum carceribus mancipentur; nec relaxentur, donec de vera conſtet ipſorum & non ſimulata converſione. Hortantur demum ſuffraganei, ut contra tales viriliter inſurgant, & jura exequantur & obſervent, & a ſuis faciant ſubditis inviolabiliter obſervari.

XLIX.

Pabſts Martini V. anderweite Bulla Revocationis der dem Hoch-Stifft Paſſau, zum Nachtheil des Ertz-Stiffts Saltzburg, von Pabſt Johanne XXIII. ertheilten Exemtion von der Jurisdictione Metropolitana gemeldten Ertz-Stiffts iedoch, mit dieſem Vorbehalt, daß ſolche Exemtion Zeit Lebens Biſchoffs Georgii zu Paſſau gelten ſolle, de Anno 1422.

MArtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolicæ Sedis circumſpecta benignitas, indulta ſibi deſuper poteſtatis plenitudine, eccleſiarum, præſertim Metropolitanarum & Cathedralium, invigilans profectibus, ea, quæ in ipſarum Eccleſiarum & Prælatorum eis præſidentium detrimentum, ac Juris eliſionem & præjudicium per eandem ſedem, aut alias minus debite conceſſa reperiuntur, revocat & irritat ipſasque eccleſias nunc a ſuorum Superiorum Jurisdictionibus liberat, nunc ligat, nunc elevat, nunc iterum ſubjicit, prout temporum & agendorum qualitas exigit, & ſecundum Deum Eccleſiarum ipſarum ſtatui ſalubri conſpicit melius expedire. Sane dudum attendentes, quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii Papæ XI. Prædeceſſoris noſtri nonnulli Romani Pontifices, aut pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, & in ſuis diverſis obedientiis ſic nominati, pro ſua voluntate, aut ad importunitatem petentium, nonnullas Eccleſias, monaſteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca & perſonas tempore dicti Gregorii nullatenus exemta, ab Ordinariorum Jurisdictionibus exemerunt in grave præjudicium Ordinariorum eorundem.

Nos tunc volentes hujusmodi præjudicio obviare, omnes exemtiones Eccleſiarum Cathedralium, monaſteriorum, capitulorum, conventuum prioratuum, beneficiorum, locorum & perſonarum quorumcunque, etiamſi ex

ex prædictis aliquod monaſterium eſſet exemtum, & poſtea ſubjectum monaſterio diverſi habitus, vel coloris, a tempore obitus dicti Gregorii per quoscunque pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, etiamſi per nos forſitan ex certa ſcientia approbatæ, vel innovatæ fuiſſent, parte non vocata, factas, quæ tamen ante exemtionem hujusmodi nulla exemtione gaudebant, ſed ſimpliciter ſubjiciebantur Jurisdictioni prædictæ, nullumque ante illud tempus habuerant initium, exceptis aliquibus exemtionibus tunc expreſſis, etiam ſuper ipſis lis, quam tunc penitus extinximus, indeciſa penderet, ſacro approbante Conſtantienſi Concilio, revocavimus, ad Eccleſias, monaſteria, & alia loca prædicta in priſtinam Ordinariorum jurisdictionem reduximus, nec intendebamus de cætero tales exemtiones facere, niſi cognita cauſa & vocatis, quorum intereſſet. Et ſubſequenter pro parte venerabilis fratris noſtri, Eberhardi Archiepiſcopi Salisburgenſis Nobis expoſito, quod olim bonæ memoriæ Balthaſar, Epiſcopus Tuſculanus, Johannes XXIII. in ſua obedientia, de qua partes illæ erant, nuncupatus, attendens, ut aſſeruit, quod eccleſia Patavienſis, cui Venerabilis frater noſter Georgius, Epiſcopus Patavienſis tunc præerat, prout adhuc præeſt, in ejus ſtatu, & jurisdictione admodum ſolemnis & famoſa ac Prælatorum, Cleri & populi, nec non vaſallorum & ſubditorum multitudine decorata exiſteret, ex certis rationabilibus cauſis animum ſuum moventibus per ſuas literas motu ſuo proprio, non ad alicujus ſuper hoc ſibi oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de ſua mera liberalitate, dicta obedientia in illis partibus durante, eandem eccleſiam Patavienſem, quæ de Provincia Salisburgenſi exiſtit, ac eundem Georgium Epiſcopum ejusque ſucceſſores, Patavienſes Epiſcopos, qui eſſent pro tempore, nec non Prælatos & Clerum, ac populum Civitatis & Diœceſis Patavienſis tunc præſentes & poſteros, nec non quascunque dignitates, prælaturas, perſonatus & officia, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, ſecularia & regularia in ejusdem civitate & diœceſi conſiſtentia, & quæ in futurum inſtitui, ſeu fundari canonice contingeret, quibuscunque nominibus cenſerentur, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis ac bonis mobilibus & immobilibus, quæ tunc poſſidebant, & in futurum adipiſci valerent, ab omni jurisdictione, ſubjectione, ſuperioritate, Dominio & poteſtate prædicti Archiepiſcopi & ſucceſſorum ſuorum Archiepiſcoporum Salisburgenſium, qui eſſent pro tempore, nec non a jure Legationis, cum Archiepiſcopus Salisburgenſis pro tempore exiſtens Legatus natus fore dicatur, totaliter exemerat, & perpetuo liberaverat, illosque in jus & proprietatem beati Petri & Sedis prædictæ, ac ſub ſua & eorundem beati Petri & Sedis ſpeciali & immediata protectione ſuſceperat, & ipſi Sedi immediate ſubjecerat, ita, quod Eberhardus Archiepiſcopus & ſucceſſores ſui præfati in ipſa, utpote prorſus exemta, deinceps excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias promulgare, ac etiam ratione delicti, vel contractus, ſeu rei, de qua ageretur, ubicunque committeretur delictum, iniretur contractus, vel res ipſa conſiſteret, jurisdictionem, poteſtatem ſeu Dominium, aliqua exercere nequirent, ſed duntaxat coram dicta ſede, vel ejus legatis, ſeu ſubdelegatis, tenerentur de juſtitia reſpondere: nec non Georgio Epiſcopo, ejusque Succeſſoribus prædictis, ut ex tunc futuris perpetuis temporibus, pallio uti poſſint & deberent, indulſerat, ac decreverat omnes & ſingulos proceſſus, nec non excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti ſententias, quas & quos contra eorundem literarum tenorem haberi contingeret, ſeu etiam promulgari, irritos & inanes: quodque nos forſitan circumventi, aut inadvertenter, ſeu ad alicujus vel aliquorum importunam inſtantiam dicebamur hujusmodi exemtionem & indultum ac alia in dictis literis contenta, ex certa ſcientia, aut alias approbaſſe & confirmaſſe, ſeu ea de novo, juxta tenorem literarum earundem conceſſiſſe; ipſaque exemtio, liberatio, ſuſceptio & indultum, & alia in eisdem litteris, ut præfertur, contenta, quæ etiam, aliqua cauſa legitima, quare fieri deberent, non expreſſa, per ipſum Balthaſarem Epiſcopum, tunc Joannem XXIII. facta & geſta eſſent, ſi effectum ſortirentur, in magnum ipſius Eccleſiæ Salisburgenſis dedecus ac ſtatus & honoris tenderent detrimentum. Nos ad ipſius Eberhardi Archiepiſcopi ſupplicationis inſtantiam, per alias noſtras literas exemtionem, liberationem, ſuſceptionem & indultum, prædicta ac alia in præfatis litteris ipſius Balthaſaris Epiſcopi, tunc Joannis XXIII. contenta, ut puta per ipſum absque legitima cauſa, in præjudicium ipſius Eccleſiæ Salisburgenſis, ut prædicitur, minus debitæ facta & conceſſa, ac etiam ea, ſi quæ per nos circa approbationem & confirmationem ſeu conceſſionem earundem, ſub quacunq; etiam forma verborum conceſſa, ſeu facta reperirentur, tanquam inadvertenter, aut

alias circumventi, ad alicujus ſeu aliquorum importunam inſtantiam conceſſa & facta ex certa ſcientia revocavimus & irritavimus, ac nullius decrevimus eſſe valoris, vel momenti, dictosque Archiepiſcopum & Eccleſiam Salsburgenſem in ſtatum priſtinum, in quo ante conceſſionem literarum ipſius Balthaſaris Epiſcopi, tunc Joannis XXIII. prædictarum erant, reſtituimus & repoſuimus, prout in eisdem aliis noſtris litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Eberhardi Archiepiſcopi petitio continebat, præfatus Georgius Epiſcopus ſe jactare, ipſeque & diverſi alii aſſerere dicantur, quod Georgius Epiſcopus ejusque ſucceſſores ac Eccleſia Patavienſis, nec non Prælati, clerus & populus hujusmodi ab omni jurisdictione, ſubjectione, ſuperioritate, Dominio & poteſtate prædicti Archiepiſcopi & Succeſſorum ſuorum prædictorum, nec non a jure legationis hujusmodi, juxta formam earundem litterarum Balthaſaris Epiſcopi, tunc Joannis XXIII. prout ſuperius exprimitur, auctoritate ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum ipſius de novo exemti ac etiam liberati, nec non in jus & proprietatem beati Petri & Sedis Prædictorum, ac ſub eorum immediata ſubjectione ſuſcepti exiſtant, nec non Georgio Epiſcopo & ſucceſſoribus prædictis, quod pallio uti poſſint, ſit indultum, in magnum detrimentum Eberhardi Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Salisburgenſis prædictorum, ac præjudicium & gravamen pro parte ipſius Archiepiſcopi fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi & eidem Eccleſiæ Salisburgenſi ſuper hoc opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati, exemtionem, liberationem, ſuſceptionem & indultum ac alia quæcunque circa exemtionem, liberationem & indultum hujusmodi poſt & contra revocationem, irritationem, reſtitutionem, repoſitionem litteras noſtras hujusmodi auctoritate Apoſtolica, vel legatorum ipſius quomodolibet, acta, geſta, ſeu innovata aut conceſſa ſub quacunque etiam verborum forma reperiantur, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium revocamus, quatenus poſt & contra irritationem & reſtitutionem, repoſitionem & literas noſtras prædictas proceſſerunt, irritamus, & nullius decernimus eſſe roboris vel momenti, dictosque Archiepiſcopum & Eccleſiam Salisburgenſem in ſtatum priſtinum, in quo erant ante Balthaſaris Epiſcopi tunc Joannis XXIII. literarum prædictarum impetrationem, reſtituimus & reponimus per præſentes: nolumus tamen ſub hujusmodi noſtra præſenti revocatione, irritatione & decreto Georgium Epiſcopum & Eccleſiam Patavienſem præfatos, quamdiu idem Georgius Epiſcopus vitam duxerit in humanis, & eidem Eccleſiæ Patavienſi præfuerit, ex certis & rationabilibus cauſis, animum noſtrum ad id moventibus, comprehendi, ſed ipſos ab omni Jurisdictione, ſubjectione, Dominio & ſuperioritate, quibus eidem Archiepiſcopo ſubjecti exiſtunt, volumus eſſe exemtos & penitus liberatos, nec non Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectos; præfato vero Georgio Epiſcopo vita functo, Epiſcopos, qui erunt pro tempore, ac eccleſiam Patavienſem prædictos, eidem Eccleſiæ Salisburgenſi decernimus eſſe in omnibus & per omnia ſubjectos, ſicuti ante Balthaſaris Epiſcopi tunc Joannis XXIII. litterarum hujusmodi conceſſionem, ut præmittitur, exiſtebant, ac Eberhardum & ſucceſſores ſuos Archiepiſcopos Salisburgenſes præfatos, qui erunt pro tempore, ad omnem ſuperioritatem, Jurisdictionem, poteſtatem & Dominium: quibus gaudebant, quoad Epiſcopos & Eccleſiam Patavienſem præfatos ante exemtionem, liberationem & ſuſceptionem hujusmodi in ſtatum priſtinum integre fore repoſitos, pariter & reſtitutos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, irritationis, reſtitutionis, repoſitionis, voluntatis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem IIII. Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſexto.

L.

Pabſts Nicolai V. Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Saltzburg, de Anno 1446.

NIcolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Decens reputamus & congruum, ut Romanorum geſta Pontificum, licet ſuper eis Apoſtolicæ non confectæ fuerint literæ, plenarium ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem felicis recordationis Alexander III. Lucius III. Innocentius III. & Honorius III. Prædeceſſoris noſtri pro ſtatu utilitate, indemnitate ac incremento Eccleſiæ nec non Archiepiſcoporum Salisburgenſium pro tempore exiſtentium nonnullas ſuas literas conceſſerunt. Et deinde pro parte Venerabilis fratris noſtri Frederici, Archiepiſcopi Salisburgenſis, onæ memoriæ Eugenio P.P. IV. Prædeceſſori noſtro expoſito, quod ipſe literas prædictas pro firmiori illorum ſubſiſtentia ac Cantela potiori Apoſtolici muniminis affectabat robore ſolidari, præfatus Eugenius, Prædeceſſor ipſius Friderici Archiepiſcopi III. ea parte ſupplicationibus inclinatus, videlicet ſub data diei Id. Februarii Pontificatus ſui anno ſexto decimo dictas literas, quarum tenores ſuis, ſi deſuper confectæ fuiſſent, literis inſeri voluit, & nos inferius annotari fecimus, characteribus, ſignis & ſubſcriptionibus omiſſis, Apoſtolica authoritate & ex certa ſcientia approbavit & ratificavit, ac illas juxta omnimodas earum continentias & formas roboris firmitate plenarii decrevit ſubſiſtere, exiſtereque ſubnixas. Ne autem de approbatione & ratificatione ac conſtitutione prædictis pro eo, quod ſuper illis ipſius Eugenii Prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, volumus & eadem Apoſtolica authoritate decernimus, quod præſentes literæ ad probandum plene approbationem, ratificationem & conſtitutionem prædictas, ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, tenores vero dictarum conceſſarum literarum ſequuntur & ſunt tales.

Inſerantur Bullæ & Indulta Paparum, quæ continentur ſupra ſub Num. XXIII. XXIV. XXVII. & XXIX.

Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtræ voluntatis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, quarto decimo Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

LI.

Ejusdem Confirmation derer von ſeinen Vorfahren dem Ertz-Stifft Saltzburg ertheilten Freyheit, daß der Ertz-Biſchoff und das Dom-Capitul daſelbſt iederzeit befugt ſeyn ſollen, bey vorfallender Vacanz, zu Chiemſee, Seccau und Lavant, neue Biſchöffe zu erwehlen und einzuſetzen, de Anno 1448.

NIcolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cunctarum, quibus nos prætulit Apoſtolicæ præeminentia dignitatis, curam gerentes Eccleſiarum, ſtudiis efficere perurgemur aſſiduis, ut utiles & idonei dictis eccleſiis præſules deputentur, qui commiſſos eis Chriſti ſangvine mercatos dirigant ſalubriter & informant, ac per quorum geſtus & opera referantur Altiſſimo digna præconia laudum, felicia quoque per amplius in ſpiritualibus & temporalibus Eccleſiæ prædictæ ſuſcipiant incrementa. Dudum ſiquidem, cum tunc diœceſis Salzeburgenſis in tantum longe lateque diffuſa fuiſſet, quod ad ipſius curam unus paſtor plene non ſufficeret, felicis recordationis Innocentio PP. III. Prædeceſſori noſtro pro parte Archiepiſcopi Salzeburgenſis tunc exiſtentis humiliter ſupplicatum, ut in quadam parte dictæ diœceſis novum Epiſcopatum creare dignaretur, ac præfatus Archiepiſcopus in monaſterio tunc Canonicorum Regularium Inſulæ Chiemenſis Epiſcopalem Cathedram inſtitui poſtulavit, ad quam nihil de dicti monaſterii bonis transferretur, & cui dictus Archiepiſcopus quibusdam tunc expreſſis finibus limitandam Diœceſin ad certos annuos etiam tunc expreſſos redditus aſſignari diſpoſuit, ita, quod electio & inveſtitura Chiemenſis Epiſcopi ad Archiepiſcopos Salzburgenſes pro tempore exiſtentes abſque omni contradictione pertinerent: ipſe Prædeceſſor, habito deſuper ſuorum fratrum conſilio, poſtulata hujusmodi conceſſit, ac conſequenter piæ recordationis Honorius P.P. III. etiam Prædeceſſor noſter bonæ memoriæ Eberhardo, Archiepiſcopo Salzeburgenſi, qui ſimiliter certam ipſius Salzeburgenſis Diœceſis partem & quosdam redditus annuos etiam tunc expreſſos ad hoc aſſignavit in Eccleſia Seccovienſi præfatæ Salzeburgenſis Diœceſis Epiſcopalem ſedem creandi conceſſit facultatem, ita quod etiam electio & inveſtitura Epiſcopi Seccovienſis ad Eberhardum Archiepiſcopum prædictum ac ejus inibi ſucceſſores pro tempore exiſtentes pertinerent; in Eccleſia quoque S. Andreæ Laventin. tunc ejusdem Salzenburg. Diœceſ. aſſignatis propterea per Archiepiſcopum Salzenburgenſem etiam tunc exiſtentem certa parte dictæ Salzeburgenſis diœceſ. & quibusdam redditibus annuis Epiſcopalis ſedes auctoritate

ritate dicti Honorii Prædeceſſoris fuit inſtituta, prout in diverſis eorundem Prædeceſſorum inde confectis literis plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Venerabilis fratris noſtri, Frederici, Archiepiſcopi Salzeburgenſis petitio continebat, Archiepiſcopi Salzeburgenſis, qui interim fuerunt de Chiemenſ. Seccovienſ. & Laventinenſ. Eccleſiis prædictis, utpote de bonis Archiepiſcopalis menſæ Salzeburg. dotatis libere diſpoſuerint, illis de perſonis idoneis, quas eis in Epiſcopos & Paſtores præfecerunt, ipſarum vigore literarum providentes, & quibus per prædictos Archiepiſcopos interim exiſtentes, vel eorum authoritate munus fuit conſecrationis impenſum: ac pro eo, quod in concordatis per nos pro natione Alemanica caveri dicitur, quod poſt vacationem cujuslibet in ipſa vacatione cathedralis Eccleſiæ Capitulum ibidem idoneum in Epiſcopum eligere & ille pro confirmatione ſuæ electionis hujusmodi ad ſedem Apoſtolicam mittere debeat, idem Fredericus Archiepiſcopus ab aliquibus adſtrui dubitet, quod ſibi nec ejus ſucceſſoribus Archiepiſcopis Salzeburgenſibus, qui pro tempore fuerint, quo minus ſimiles diſpoſitiones & proviſiones facere poſſint detractum, vel alias ipſarum effectui literarum derogatum exiſtat, unde dictus Fredericus Archiepiſcopus literas ipſas amplioris depoſcit muniminis præſidio ſolidari. Nos equidem perſtringentes, quod præmiſſis attentis per capitula dictarum Chiemenſis, Seccovienſis & Laventinæ Eccleſiarum, propter vacationes earum ad electiones Epiſcoporum ibidem procedi non conſveverit, nec jus aliquod eis ſuper talibus electionibus inibi faciendis per ipſa concordata cenſeri debeat attributum, ejusdem Frederici Archiepiſcopi in hac parte ſupplicationibus inclinati literas prædictas, autoritate Apoſtolica prorſus approbamus, & illas viribus ſubſiſtere, plenamque roboris firmitatem obtinere, nec eis per quascunque dictæ ſedis literas, ſub quavis verborum forma proceſſerint, derogari, vel Fredericum, Archiepiſcopum prædictum, aut aliquem ex ejus ſucceſſoribus præfatis, quo minus ipſis Chiemenſ. Seccovienſ. Laventinenſ. Eccleſiis tempore vacationum cujuslibet earum de perſonis idoneis providere, ac eis illas in Epiſcopos & paſtores præficere, nec non ipſis præfatum munus impendere, vel impendi facere libere valeant, quomodolibet impediri poſſe ſive debere, auctoritate præfata decernimus per præſentes. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe 'noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Potentianam, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo octavo, Calend. Novembr. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

LII.

Biſchoff Friedrichs zu Seckau, Virgilii Ubereckers, und Rudolph Traumers Vertrag und Spruch-Brieff, zwiſchen dem Ertz-Stifft Saltzburg und der Probſtey Berchtesgaden, de Anno 1449.

WIr Bernhardt von GOttes Gnaden Probſt, Laurentius Schweighardt Dechant, und das gantz Capitel des Cloſters zu Berchtesgaden, St. Auguſtin Ordens, Saltzburger Biſtumbs, bekennen für uns und unſer Nachkommen mit dem Brieffe, als zwiſchen des Hochwürdigſten Fürſten und Herrn, Herrn Friedrichen, Ertzbiſchoffen zu Saltzburg, Legaten des Stuels zu Rome, unſers genedigen Herrn und ſeines GOttshauß an einem, und unſer und unſers Gottshauß am andern Thail, etwas Irrung und Zwitracht lange Zeit geweſen ſeyn, von des Saltz-Sieden zum Schellenperg, und von etlicher gemörckt in den Gerichten daſelb, umb auch von Vogtey, und etwo viel anderer Sachen wegen; Alſo haben der Hochwürdig in GOtt unſer gnädiger Herr, Herr Friderich, Biſchove zu Seckau, und unſer beſunder Herrn und Freundt, Virgili Ubereckher, Verweſer der Haubtmanſchafft, und Ruedolph Trauver, Hoffmarſchalck zu Saltzburg, des benanten unſers gnedigen Herrn von Saltzburg, Räthe, darauff wir zu beederſeytte ſolcher Zwitrecht und Irrung kommen ſeyn, Entſchaidung und Verrichtnuß zwiſchen unſer gemacht durch ihren Spruch, mit unſerm guetem Willen und Wiſſen, in maß als hernach geſchriben ſtehet:

Von Erſt, daß nun für an all Unwillen, wie ſich die zwiſchen des benanten unſers gnedigen Herrn von Saltzburg und ſeiner Vorfordern aines, und unſer und unſerer Vorfordern des andern Thails begeben haben, netzt auff heutigen Tag von der Gericht und Herrſchafft wegen am

Heyperg

Heyperg in ſeiner Genaden Gericht ze Tapenpach, und darumb Sichhardt Grueber gegen ſeiner Gnaden Vorfordern und Gotthauß ze Saltzburg in Vehde, und Feindtſchafft und Angruff kommen iſt, auch von etlicher Abgang wegen, ſo wir vermainten gehabt haben zum Schellenberg, die nicht ſolten verraith ſeyn, auch von etlicher Gemörckt wegen, und was ſich darauß zuetragen, oder gemacht hat gantz ab und gericht, und ſoll füran unſer ain Thaill dem andern nicht darumb pflichtig noch ſchuldig ſeyn, wenig noch viel in kain Weiß, ungeverlich.

Item, und das nun füran ewigelich ohn Warzeichen kein Saltz außgefuehrt werde, ſonder wenne die Förtiger Saltz im Hallein kauffen, den ſollen ihre Warzeichen gehn dem Schellenberg in Zeiten gegeben werden, allweg gegen ainer Halfarth, ain und funfftzig Kueffen, alsden mögen die Förtiger ſolch Warzaichen nach ihrer Notturfft gebrauchen, doch daß ſy das Saltz nach Innhalt derſelben ihrer Warzeichen, deſſelben Jahrs vor Weynachten ausführen, was aber Warzaichen über die Weynachten eines ieden Jahrs beleiben, die ſollen darnach ab ſeyn, und nicht ferrer gebraucht werden, damit die newe Saltz-Arbaith dadurch nicht gehindert, und die alte Arbaith inn die new nicht gezogen werde. Wir ſollen auch ſolch Saltz von Schellenberg auf unſers gnedigen Herrn von Saltzburg Schifftung ausfuehren laſſen, und ſoll damit gehandelt und davon gethon werden nach Schöfrechts Rechten, und als mit Gewohnheit herkommen iſt.

Es iſt auch geſprochen, wann man in dem Hellein ein gemaine Sudt an- oder abſchaffen will, das ſoll man geen dem Schellenberg vier Wochen vor verkünden, alſo das daſelb die Saltzſudt auch deßgleichens angehebt und abgelaſſen werde, als in dem Hellein ungefehrlich, und ſoll dabey füran ewigelich alſo beſtehen und gehalten werden, es beſchehe dann daß wir etlich Wochen verſäumbten durch redlich Urſach, und den bemelten unſern gnedigen Herrn von Saltzburg, ſein Nachkommen, oder Anwäldt zum Hellein die wiſſentlich machten, dieſelben mögen wir, nach gemainer Sudt woll erſtatten, doch mit deſſelben unſers gnedigen Herrn von Saltzburg, ſeiner Nachkommen, oder ihrer Anwäldt zum Hellein Wiſſen, begebe ſich dann, welches Jahrs das beſchehe, daß wir oder unſere Nachkommen Abgang gewunnen an Saltz, damit wir der bemelten Ordnung und Außgang nicht genüg gethon mechten, das ſollen wir denſelben unſern gnedigen Herrn, ſeinen Nachkommen, oder Ihr bemelt Anwäldt im Hellein mit redlicher Vrſach unterweiſen, und ſoll dann mit yn beſtehen, ob Sy Vns von Gnaden wegen nach gemainer Sudt deßmals mehr Saltz wöllen ſieden laſſen, oder nicht.

Dann als man nach Ausgang gemainer Sudt durch das gantze Jahr den Huml im Hellein allweg geſotten hat, ze Förderung des Pipenſaltz über die Pruggen auß zum Hellein, und des Scheibſaltz, das von Burckhauſen über Land ausgehet, da das Saltz vom Schellenberg nicht ſeinen Gang hin hat, noch vormallen geführt worden iſt, daſſelb Humelſaltz ſollen und mügen der obbenant unſer gnediger Herr von Saltzburg, oder ſeine Nachkommen ſieden, auch das Pipenſaltz und Scheibfertſaltz auſſer der obgemeldten Ordnung und Außgangs ausführen laſſen, wann das von Alter ye und ye alſo herkommen iſt, darinn wir unſer Nachkommen und Gottshauß ze Berchtesgaden ſeinen Gnaden kain Irrung thun noch widerſprechen haben ſollen, getrewlich und ungeverlich.

Es iſt auch geſprochen, daß die Lintzwägen mügen geen dem Hellein, oder geen dem Schellenberg nach Saltzfahren wo die Fuehrleuth hin verluſt, aber die hohen Wägen und die Bayriſchen Wägen, auch die Sämroß ſollen führan geen Hellein umb Saltz fahren, nach dem und das Schellnberger Saltz an die Ende ſein Gang nicht hat, da dieſelben hohen Wägen und Sämroß hingehen.

Es ſollen auch die Maß der Raiff, Perck-Kuffen im Schellnberg gehalten werden hinfür zu ewigen Zeiten in ſolcher Maß als ſy jetzt gehalten werden, und als ſolch Maß unſer gnediger Herr von Saltzburg in ſeiner Cammer hat. Es mügen auch deß bemeltem unſers gnedigen Herrn von Saltzburg, oder ſeiner Nachkomen Anwäldt und Khuffer zu ſeinem Hellein ye zu Zeiten, wann ſy deß Notturfft bedünckt ſich geen dem Schellenberg fügen, und dieſelben Maß beſechen und übermäßen, damit die ungevehrlich gehalten werde, wir oder unſer Anwäldt zum Schellenberg, ſollen alsdann dieſelben ihr Anwäldt und Khuffer handeln und halten, als auch vorher kommen iſt.

Item, es iſt auch geſprochen, daß wir und unſere Nachkommen zu Berchtesgaden, dem Egemelten unſerm gnedigen Herrn von Saltzburg und ſeinen Nachkommen nun füran auff ſolch Nutz und Gewehr, ſo Sy und Ihr Verforder nach Inhalt ihrer Privilegien herbracht haben, an der Arbaith des Saltzärtzt in den Pergen auff dem Dürnberg, da man jetzt ſeinen Gnaden Aertzt grabt und arbaith, und beſonder in S. Georgenperg, im Lindperg, und im Freydenberg daſelb gelegen, kainerley Irrung thun

ſollen, wenig noch viel, ſonder ſollen wir ſein Gnad und Nachkommen die pawen laſſen, nach ihrer Notturfft. Dann die Schurff, ſo jetzt Lufft und Waſſer tragen durch unſer Gründt, ſollen führan ewigelich alſo beleiben.

Wir und unſere Nachkommen ſullen auch fuhran zu ewigen Zeiten, den obgemelten unſern gnedigen Herrn von Saltzburg, ſeinen Nachkommen, und den Seinen, aus unſern Wäldern vergunnen, Stengle, Geriſtholtz, Putenholtz, Rönnen und Rörn, doch umb ainen gleichen gewöhnlichen Kauff und Gelt, als von Alter herkommen iſt. Wir und unſer Nachkommen ſullen auch das Waſſer auff den Durnperg, ſo ſich auff unſern Gründten erhebt, unſerm gnedigen Herrn von Saltzburg, und ſeinen Nachkommen hinführ ewigelich nemmen, rinnen und führen laſſen, über dieſelben unſer Gründt, zu Notturfft der bemelten ihrer Eertzte und Perge, auch ungeverliche. Da entgegen ſoll der benant unſer gnediger Herr von Saltzburg und ſeine Nachkommen, uns und unſern Nachkommen, und den Unſern vergunnen Pändter zu raiſſen ze khauffen in ihrem Lande, zu unſerer Notturfft, auch der Saltzfur von dem Schellnberg an den Stadl, der auff ſeiner Gnaden, und ſeins Gottshauß Gründten ſtehet, durch ſeiner Gnaden Landt, Gründt und mit ſeinen Leuthen, um ihren gewohnlichen Lohn, ſo ſullen wir und unſere Nachkommen, die Weeg zu dem Städl. und andern Enden von dem Schellnberg auff unſer Coſt inhalten und machen laſſen, als von Alter herkommen iſt. Vns ſoll auch unſer gnediger Herr von Saltzburg und ſein Nachkommen, den Kauff deß Eyſen in Jhrer Gnaden Landt vergunnen, doch zu Zeiten ſo ſy zu Notturfft ihrer Sieden mit Eyſen fürgeſehen ſein, ungeverlich.

Es iſt auch umb Fridts, Ruhe, und Gemachs willen bayder unſerer Gottshäuſer, durch die obbemelten Sprüchleuth in den gemörckten Leutterung gemacht, als hernach begriffen iſt, alſo das nun unſer jeder Thail jnner ſeiner gemörckt ſein weltlich Gewaltſamb, Gericht, Herrligkeit, Zins und Giaidtrecht gebrauchen ſoll und mag, nach ſeiner Notturfft, von erſt ſindt die Gemörckt unſers gnädigen Herrn von Saltzburg, und ſeines Gottshauß Herrſchafft ze Plain gegen uns, und unſerem Gottshauß Berchtesgaden alſo bezaichnet, und erheben ſich in dem Weißpach der da ſchaidt die Gericht geen Plain und geen Hall, von dem Weiſſenpach um den Aſingerpach, von dem Aſingerpach umb hin als die Waſſerſaig ſagt inn den Rotofen, von dem Rotofen auff das Rotel, von dem Rotel auff den hohen Schrackpaumb auff die Jager, von der Jager zu dem Todtenman, von dem Todtenman auff den Stain in dem Haag bey der Maur, von dem Stain auf in die weiß Wandt, von der weiſſen Wandt uns an den hohen Tramb, und von dem hohen Tramb den Vnderperg über an den Khüſtain, von dem Khüſtein an den Khüpach, und von dem Khüpach untz gen Glatgg. So ſindt die Gemörckt von Glantgg, gen Schellenperg werts an der Seyten her dißhalb des Waſſers Albm, do der Thurn anfleit, alſo bezaichent, und heben ſich an in dem Weißpach, der da fleußt her derhalben des Guts genant zum Thor, und gehöret daſſelbe Gut gen Schellenberg, und vom Urſprung des Weißpachs untz an den Urſprung des Pachs genant Rotenman, von demſelben Pach den gemörckten nach in den Unterſperg wider untz an den hohen Tramb, und enhalben des Waſſers Albm nach dem Traffengraben unter S. Georgen-Prunn zu nächſt über durch den Waldt auff untz an den Perg geen der Götſchen, und was enhalben des Graben iſt nach dem Perg umb als das Regenwaſſer ſagt untz auf den Pabenſtain, den man die Marchſcharten nennet, da Kellinger Gericht anſtöſſet, ſoll uns obbenanten Probſt zu Berchtesgaden und unſerm Gotthauß zuegehören; Und was her dißhalb des Graben ligt, als der Teuffenwaldt, die Schwaig, und Gütter zu Obernreüth bey Gutrath, und von dannen herab geen Grefengaden und geen S. Leonhardt werts, ſoll dem obgenanten unſerm gnedigen Herrn von Saltzburg und ſeinem Gottshauß zuegehören inn Jhr Gericht geen Glanegg, dann das Haag vor unſerm Jhurn geen Plain werts das ſoll beſtehn als es jetzt iſt, unſerer beeder Herrſchafften zu ſicherem Willen, Wir ſollen auch das bewahren laſſen, als von Alter herkommen iſt, doch dem bemelten unſerm gnedigen Herrn von Saltzburg, ſeinen Nachkommen, und ihrem Gottshauß an ihren Herrligkeiten und Gerichten unvergriffen, und ſullen beede Herrſchafft nicht geſtatten, das fuhran jemant daſſelb Haag wüſt oder geröüter darinn mach, auch ungeverlich.

Es iſt auch geſprochen, daß unſer Ambtman an dem Heyperg zu Nidernhaim in dem Ambthove umb Clag, ſo unſer Leuth zu einander haben, von ihrer Gründt wegen, auch um Geldt-Schuldt, Ertz- und Trett woll gerichten mag, Hiet, dann ein auſſerer umb Geltſchuldt zu den benenten unſern Leuthen icht ze clagen, das mag unſer Amtman auch richten, wolt er aber in den bemelten Sachen inner ſechs Wochen und dreyer Tag nicht richten, ſo ſoll des benennten unſers gnedigen Herrn von Saltzburg, oder ſeiner Nachkommen Landtrichter richten. Es

ſoll und mag auch derſelb Jhrer Gnaden Landtrichter über unſer Leuth und Gütter ze richten haben, all Sach die das Malefiz antreffen, als blutige Handt, Dycue, Notturfft, und allen Frevel mit Worten oder mit Wercken, auch ungeverlich. Aber das Futter ſullen unſer Leuth geben, nach Jnhalt der Briefe ſo darumb ſindt; Dann Herrſchaw, Ehehafftthaidungen auch andern gemeinen Landtpotten ſollen ſy nachkommen und gehorſamb ſein, als ander Jnwohner des Landes, gethrevlich und ungeverlich. Dann von der Vogthey wegen zu Maurhaimb, Stetten, Egingen und Grefengaden iſt geſprochen, daß unſer gnädiger Herr von Saltzburg, und ſeine Nachkommen von denſelben Leuthen Vogtrecht nemmen, ſy auch halten ſollen als von Alter herkommen iſt, und ſollen keinerley anderer Newerung oder Beſchwerung auff ſy nicht bringen, noch geſtatten ze bringen, auch ungeverlich. Dann unſer Leuth an dem Turnberg auff unſern Gründten angeſeſſen, die werch haben in des benenten unſers gnedigen Herrn von Saltzburg Pergen, ſullen nun führan ewigelich in ſeiner Gnaden Gottshauß Notturfften mitleyden, auch gemaine Hilf und Stewr thun und geben, ohn Widerredt, als ander die in ſeiner Gnaden Pergen daſelb Werch haben, ohngeverlich. Wir und unſer Nachkommen ſullen auch nun führan einem jeden Pfleger des Gſchloß zu Plain wer der zu Zeiten iſt, jährlich zu den Weynachten raichen und geben zwölff Khaß, als wir dann die vorher gegeben haben, auch ungeverlich.

Jtem, es iſt auch geſprochen, daß wir obbenenter Probſt und unſer Capitel ze Berchtesgaden, und all unſer Nachkommen mit uns ſelben, mit unſerm Ländtlein, noch mit den hindern Clauſen zu Berchtesgaden wider den offtgenennten unſern gnedigen Herrn von Saltzburg, ſein Gotthauß, und Nachkommen, noch wider all die Jhren nicht thun, noch ſeyn, ſondern ſollen wir ihn und ihren Nachkommen gehorſamb und gewärtig ſeyn, als von Alter herkommen iſt, und als wir und unſer Vorfordern ſeinen Gnaden und ſeiner Vorfordern des geſchworn und gehuldigt haben, wir ſollen auch nichts verkümmern, noch alieniren, alsdann das alles in dem Pfandtnüß-Brieffe umb den Schellenperg clerlich begriffen iſt.

Wann auch des benanten unſers gnedigen Hn. von Saltzburg Vorfordern unſer Gottshauß ze Berchtesgaden vill genandt und Fürderung beweiſt, und daſſelb unſer Gottshauß von mörcklicher groſſer Geltſchuldt enthebt und erledigt, auch derſelben Geltſchuldt vill nachgelaſſen, und umb die übrigen Summ Gelts das Saltzſieden zum Schellenberg zo ablegen in Pfandtnüß weiß ingenommen, und etwie lang innen gehabt und noch haben, alsdann die Pfandtnüß-Briefe, ſo darumb ſindt lauter ausweiſen, und der bemelt unſer gnädiger Herr von Saltzburg, uns und demſelben unſerm Gottshauß ſonderlich genaigt iſt, und das in Gnaden und Fürderung auch ze haben vermaint, und darumb hat ſein Gnad demſelben Gottshauß zu widerlegen, und auch Nutzbarkeit fürgenommen, und will uns das Häll-Ambt zum Schellenperg inantwortten mit aller Zugehörung, das wir und unſer Nachkommen, dieweil ſolch obgemelt Pfandtſchafft wert, und der gemelt unſer gnediger Herr und ſein Gottshauß ihrer Geltſchuldt die nach Raittung, ſo an heutigen Tag beſchehen iſt, über das vergangen innemmen, ingeſchloſſen die Geltſchuldt-Brieffe, die ſeiner Gnaden Vorfordern erledigt haben von den Haunſpergern, und Conraden, Grafen von Radtſtadt, Gilg Gundtlein und Hanſen Chowtzleins Khinder, und dem Quiutem Burger zu Saltzburg, nach Jnhalt der Pfandtnus-Briefe in Summ bringt, vier und zwaintzig tauſent vierhundert und acht und zwaintzig gut Gulden Unger. und Ducaten, gerecht an Goldt und an Wag, die ſy noch darauff haben, nicht bezahlt iſt, daſſelb Häll-Ambt ſelber innen haben, nach Notturfft hindan richten, doch in des benanten unſers gnedigen Herrn von Saltzburg Namen, und als ſeiner Gnaden Hällinger, auch in ſolcher Maß, daß wir und unſer Nachkommen ſeinen Gnaden und ſeinen Nachkommen Gelüb und Huldigung thun und ſchweren, daſſelb Häll-Ambt in ihrem Namen weſentlich, ſtüfftlich, ehrenlich und erbarlich innen ze haben, alſo daß ſein Gnadt und ſein Nachkommen der obgemelten Geldeſchuldt gantz davon entruht und bezahlt werden mügen, und das wir und unſer Nachkommen zu Bezallung und Ausrichtung ſolcher obgemelter Geltſchuldt dem benannten unſerm gnädigen Herrn von Saltzburg und ſeinen Nachkommen nun führan jährlich zu den Weynachten vierzehen Tag vor, oder vierzehen Tag hinnach, in ſeiner Gnaden Cammer geen Saltzburg ohn alles Vierziehen und Schäden fünffhundert guet Gulden Unger. und Ducaten, gerecht an Gold und an Wag, ausrüchten und bezahlen ſollen, als lang untz die bemelt Geltſchuldt gantz abgericht und würdet; da entgegen uns der benant unſer gnediger Herr von Saltzburg und ſein Nachkommen jährlich gewöhnlich Quitung geben ſüllen, und daß wir allem dem nachgehn ſo oben an und hernach begriffen iſt, gethreulich und ungevehrlich. Es ſoll darauff der Thurn

zum Schellenperg mit ſeiner Zuegehörung dem benannten unſerm gnedigen Herrn von Saltzburg und ſeinen Nachkommen innen beleiben, und ein jeder Pfleger deſſelben Thurns ſoll umb die gewöhnlich Barckhut die jährlich bringt zway und dreyßig Pfundt Pfenning, die wir und unſere Nachkommen Ihm von den Renten des bemelten Häll-Ambts zum Schellenperg ausrichten ſullen, als dan vorher beſchehen iſt, denſelben unſerm gnedigen Herrn von Saltzburg und ſeiner Nachkommen Huldigung thuen, gehorſamb und gewertig ſeyn, auch als lang untz ſolch obgenente Summ Gulden ausgericht und bezahlt würdet. Und wir und unſer Nachkommen ſollen denſelben Thurn auch die Thor und Clauſen mit nottürfftigem Baw fürſehen und verſorgen, alsdann des alles von den Renten des benanten Häll-Ambts vorher auch beſchehen iſt, ungeverlich. Was auch, oder wem der bemelt unſer gnädiger Herr von Saltzburg, oder ſein Vorfordern überſchoß, auff Kuffwerck, oder auff ander Arbaith im Schellenperg zu Leibgeding verliehen haben, die ſollen wir und unſer Nachkommen auch ihr Lebtag darbey beleiben laſſen, auch ungeverlich. Und dem allen, ſo oben an begriffen iſt, ſullen und wollen wir ſchlechtlich nachgehn, und das ungewährlich halten, und darwider nichts reden, handlen, noch thuen, wenig noch viel, weder mit Recht, noch ohn Recht, in kein Weiß, getrewlich und ungeverlich. Thäten aber unſer gnädiger Herr von Saltzburg, oder ſein Nachkommen des nicht, was wir dann des Schaden nemmen, wie der Schadt genant würde, den ſollen ſy uns und unſerm Gottshauß abtragen und wiederkeren, und wir ſollen den haben zu allem ihren und ihres Gottshauß gut getrewlich und ungeverlich. Deßgleichs, ob wir obbenanter Probſt von Berchtesgaden, oder unſer Nachkommen demſelben unſerm gnädigen Herrn von Saltzburg oder ſeinen Nachkommen die funffhundert gut Gülden jährlich zu den Weynachten nicht bezahlten, als oben angemelt iſt, oder der obgemelten Artickulen einen, oder mehr überführen, und der nicht hielten, ee wann ſolch obgemelt Geltſchuldt bezahlt würde, weme dann der benent unſer gnediger Herr von Saltzburg, oder ſein Nachkommen erfordern, ſo ſullen wir in deß on allen verziehen mit aller ſeiner Zugehörung abtrödten, und wiederumb übergeben, in aller Maß als ſein Gnad, uns das ingeantwort hat. Wolten aber wir, oder unſer Nachkommen deß nicht thun, ſo mügen derſelb unſer gnediger Herr von Saltzburg oder ſeine Nachkommen, durch ſich ſelbſt oder ihr Anwäldt, oder wem Sy das bevelchen werden, ſich deſſelben Saltz-Sieden und Hall-Ambts zum Schellenberg mit aller Zugehörung woll underwinden, und das inhalten. Und weme wir deß ſeinen Gnaden abtrödten, oder ob er ſich deß ſelber unterwindet in eegemelter Weiß, ſo ſoll und mag dieſelb ſein Gnaden und ſeine Nachkommen damit handeln, in aller Maß als der Pfandtnüß-Briefe von wellendt unſerm Vorfordern Probſt Petern und dem Capitel ze Berchtesgaden darumb ausgangen inhalt und ausweiſet. Der benant unſer gnädiger Herr von Saltzburg, ſein Nachkommen ſollen auch uns und dem Gottshauß ze Berchtesgaden noch jemants von unſerm umb ſolch Unterwindung nicht pflichtig noch ſchuldig ſeyn, ungevehrlich. Uberführe aber wir obbenent Brobſt, unſer Nachkommen und Gottshauß, oder jemant von unſert wegen, der obgenant Articuln einen oder mehr, oder ychts darwider thäten, vor oder nach Bezahlung der benanten Summ Gulden, und Ablöſung der Pfandtſchafft, was dann der obgenant unſer gnädiger Herr von Saltzburg oder ſein Gottshauß und Nachkommen des Schaden nemmen, wie der Schad genant würdt, denſelben Schaden ſollen wir, unſer Gottshauß und Nachkommen gantz abtragen und wiederlegen. Sy ſollen auch den haben und mügen deß bekommen ob dem bemelten Saltzſieden zum Schellenberg mit aller ſeiner Zugehörung, und ob allen andern unſerem Gut, wo wir das haben, oder gewinnen, und ſoll dannoch in allweeg alles, ſo oben an auff ewig Zeit geſchriben, und zwiſchen unſer mit unſerm Willen und Wiſſen von Ordnung und Ausgangs des Saltzs, gemörckt, und anderer Sache wegen geſprochen iſt, gantz unverrückt und bey Cräfften beleiben, und wir beede obgenandte Thaille ſullen auch dem nachgehen, und dawider nicht thuen in kain Weiß, alles getrewlich und ungeverlich. Und das ze Urkundt geben wir den Brieff, beſiegelt mit unſern obbenanten des Probſt und des Capitels anhangenden Inſigeln, und zu beſſer Zeugnüß, ſo haben wir Sprecher, wir Friderich von GOtts Gnaden, Biſchove ze Seykaw, Ich Virgili Vberägker, Verweſer der Haubtmannſchafft, und ich Ruedolph Trauner, Hoffmarſchalck ze Saltzburg, unſere Inſigel auch an den Brieff gehangen, uns, unſern Nachkommen und Erben ohne Schaden. Geben ze Saltzburg an S. Peterstag ad vincula. Nach Chriſti Geburth, tauſent, vierhundert, und im neun und vierzigſten Jahre.

LIII.

LIII.

Pabſts Nicolai V. Confirmation des vorherſtehenden Vertrags und Spruch-Brieffs, de Anno 1554.

NIcolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Regimini Univerſalis Eccleſiæ, licet immeriti, diſponente Domino, Præſidentes, juxta creditæ nobis diſpenſationis officium ſingulis per quæ Eccleſiarum de Monaſteriorum quorumlibet illisque præſidentium, ac divinis inibi obſequentium perſonarum ſtatui & indemnitatibus conſulitur & ab eis jurgiorum turbationumque ſubmovetur occaſio, ſtudiis præcipuè intendere ſatagimus, & his, quæ propterea proinde facta comperimus, libenter cum a nobis petitur, Apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem. Sanè ſicut pro parte Venerabilis Fratris noſtri Sigismundi Archiepiſcopi Salzeburgenſis, & dilectorum filiorum Bernardi Præpoſiti, & Conventus Monaſterii in Berchtesgaden, per Præpoſitum ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini, Salzeburgenſis Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat bonæ memoriæ Fridericus, Archiepiſcopus Salzeburgenſis, dicti Sigismundi Archiepiſcopi Prædeceſſor ex una, ac Præpoſitus & Conventus prædicti ex altera partibus, ſuper diverſis tunc inter eos diutius agitatis quæſtionibus in certos arbitros, arbitratores, ſeu amicabiles compoſitores concorditer compromiſerunt, ipſique arbitratores, ſeu amicabiles compoſitores hujusmodi in ſe ſponte ſuſcepto compromiſſo æquum tulerunt arbitrium inter partes, prout in diverſis authenticis litteris in eo, quo ſeriem & formam hujusmodi arbitrii concernunt unius & ejusdem tenoris, quarum quædam per Fridericum Archiepiſcop. Præpoſito & Conventui, ejusdem Friderici Archiepiſc. nec non arbitrorum, arbitratorũ, & amicabilium compoſitorũ, reliquæ verò litteræ per Præpoſitum, & Conventum prædictos Friderico Archiepiſcopo prædictis traditæ, & aſſignatæ, Præpoſiti & Conventus, & ſimiliter arbitrorum, arbitratorum, & amicabilium compoſitorum eorundem Sigillis, prout iidem Sigismundus Archiepiſcopus, ac Præpoſitus & Conventus aſſerunt, munitæ exiſtunt, plenius continetur. Quare pro parte Sigismundi, Archiepiſcopi, Præpoſiti, & Conventus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujusmodi arbitrio, cum illud ſit ab utraque parte ſponte ſuſceptum, ipſeque Sigismundus Archiepiſcopus, etiam illud ratum, & gratum habeat pro illius ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui præfatas litteras per prædictos Præpoſitum & Conventum dicto Friderico Archiepiſcopo traditas, ac omnia & ſingula, in illis contenta diligenter examinari, & illis legitimè recognitis illarum tenorem de vulgari illarum partium in latinum fideliter transferri, ipſumque translatum tenorem præſentibus, de verbo ad verbum inſeri fecimus, hujusmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati præfatum arbitrium, ac in dictis litteris contenta rata habentes, & grata illa prout provide, & ſine pravitate facta ſunt, authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & etiam approbamus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſitan intervenerint in eisdem. Tenor verò earundem litterarum, dicto Friderico Archiepiſcopo traditarum ſequitur in hæc verba.

Inſeratur hic Transactio & laudum de Anno 1449. quæ ſub Num præced. L. extant, quorumq; ex germanico Idiomate translatum tenorem parcendæ chartæ ſtudio omiſimus.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, ſuppletionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, A. incarnat. Dominicæ, milleſimo, quadringenteſ., quinquageſimo quarto. 3. Cal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno octavo.

LIV.

Formular desjenigen Eydes, ſo ein Probſt zu Berchtesgaden dem Ertz-Stifft Saltzburg geleiſtet.

EGo N. ab hac hora in antea, usque ad ultimum diem vitæ meæ fidelis ero Reverendiſſimo Domino meo, Domino N. Venerabili Archiepiſcopo Salisburg. ejusque Succeſſoribus Canonicè intrantibus, & S. Eccleſiæ Salisburgenſi, nunquam ero in conſilio, & auxilio,

vel facto, quod amittat vitam, vel membrum aliquod, vel quod recipiat in perſona ſua, vel Eccleſia ſua, aliquam læſionem, injuriam, vel contumeliam, vel quod amittat aliquem honorem, quem nunc habet, aut Eccleſia ſua, aut in antea poſſidebunt. Et ſi ſcivero, vel audivero de aliquo, qui velit aliquod iſtorum contra ipſum, & Eccleſiam ſuam facere pro poſſe meo (ut non fiat) impedimentum præſtabo. Etſi impedimentum præſtare nequivero, quam citò potero, eis nunciabo, & auxilium meum omne, quod potero, præſtabo, auxilium eis cum omnibus munitionibus, & hominibus, & quibuscunque aliis modis utilibus ſemper dabo, & me Vaſallum ſuum, & ſuæ Eccleſiæ recognoſco. Et ſi contingeret eos rem aliquam, quam habent, vel habebunt, injuſtè, vel fortuito caſu amittere, ipſos eandem rem recuperare juvabo, & recuperatam omni tempore retinere. Si etiam percepero, quod ipſi voluerint aliquem juſtè offendere, & inde ſpecialiter, vel generaliter fuero requiſitus, meum ſicut potero præſtabo auxilium. Et ſi quid mihi in ſecreto manifeſtaverit, vel alias ſecretum ſuum cognoverim, illud ſine ſua licentia nemini pandam, vel quod pandatur faciam. Conſilium ſuper quocunque facto à me poſtulatum ſibi dabo, quod videbitur mihi magis expediens & utile, nihil quod eis eſt facile, & poſſibile, faciam eis difficile & impoſſibile, & nunquam aliquid faciam loquendo, ſcribendo, conſentiendo, vel alio modo, quod ſit contra incolumitatem, ſecuritatem, & tutelam, utilitatem, honeſtatem, vel famam ipſorum, vel quod ad ipſorum vel ſuorum pertineat injuriam, vel contumeliam. Jurares, & poſſeſſiones Eccleſiæ meæ non vendam, non infeudabo, non impignorabo, non aliquo alienationis titulo alienabo, abſque voluntate Capituli mei, & manifeſta licentia veſtra, ſeu ſucceſſorum veſtrorum petita & obtenta. Eadem etiam jura Eccleſiæ meæ pro poſſe deſendam & recuperabo, damnum vitabo, & utilitatem procurabo. Sic me Deus adjuvet, & Sancta Dei Evangelia.

LV.

Pabſts Pii II. Breve Commiſſionis an die Biſchöffe zu Freyſingen, Seccau und Chiemſee, das Leben Biſchoffs Vitalis zu Saltzburg, und die von ihm vorgegebene Wunder zu unterſuchen, und ſo dann von der Sachen Beſchaffenheit Bericht zu erſtatten, de Anno 1458.

Pius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus, Friſingenſi & Siccovienſi & Chimenſi Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ut corda fidelium, in ſui amorem Rex cœleſtis accendat & incredulos convertat ad fidem, Sanctos ſuos miraculis magnificat glorioſis. Devotiores etiam fideles ipſi redduntur Altiſſimo, dum vident electos ipſius poſt exitum hujus vitæ ſelicem virtutibus coruſcare: ac reliqui eum ſequi deſiderant, cum ſe ſequentibus æterna præmia largiatur. Sane de meritorum excellentia, quibus Sanctus Rudbertus, quondam Salisburgenſ. Antiſtes & confeſſor Domini glorioſus ſub noſtræ mortalitatis habitu vitam duxit ſanctiſſimam, proceſſit, quod ipſum, poſt obitum ſuum, crebris coruſcantem miraculis, Apoſtolica ſedes Catalogo deſcripſit Beatorum. Et ſicut dilectus filius Burchardus, Præpoſitus & Archidiaconus Salzeburgenſis nobis expoſuit, felicis memoriæ Vitalis, quem Deus, qui Eccleſiam ſuam ſemper nova prole fœcundat, in Eccleſia Salzeburgenſi prædicta, immediate fecit ſuccedere; cum pie vixiſſet in hoc ſeculo viam ſalutis docendo verbis pariter & exemplo, tandem præſentis vitæ curſu feliciter conſumma-

to, multis ab eo tempore miraculis Deus decoravit; ac in præmium ſanctitatis ejus Chriſti fidelibus usque in præſentem diem miniſtrare dignatus eſt: ita ut remanentibus adhuc tam ſanctitatis ejus, quam operum ſuorum veſtigiis Chriſti fideles ipſi reliquias ſuas devota & aſſidua devotione frequentent, ac ſi Catalogo prædicto jam haberetur adſcriptus. Cum itaque non deceat eum apud homines ſine veneratione relinqui, quem merita ſanctum oſtendunt & miracula, nos, quos providentia decet feſtinos in certis, & lentos in dubiis inveniri, dicti Burchardi devotis in hac parte ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ, de qua gerimus in Domino fiduciam pleniorem, præſentium authoritate committimus; quatenus, ſi adeo ſuper hoc publica fama in partibus illis invaluit, quod de ipſius Vitalis, cujus corpus in Eccleſia Monaſterii Sancti Petri Salzburgenſ. requieſcit, vita & miraculis inquirendum videatur: de virtute morum & veritate ſignorum, operibus ſcilicet & miraculis ſecundum interrogatoria, quæ vobis ſub Bulla noſtra intus incluſa mittimus, diligenter inquirentes, quod ſuper præmiſſis invenietis: conſcriptis fideliter ſub veſtris ſigillis, & cum veſtrarum literarum ſerie teſtimonio remittatis. Datum Senis Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo, quinquageſimo octavo XII. Calend. Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

Nota. Inſtrumentum integrum proceſſus ſuper inquiſitione in vitam & miracula S. Vitalis à Judicibus delegatis & ſubdelegatis facta, habetur deſcriptum in M.S. Monaſterii S. Petri Salisburg. ſub lit. W.

LVI.

Kayſers Friderici III. Spruch und Entſcheid zwiſchen dem Ertz-Stifft Saltzburg und der Probſtey Berchtesgaden, worinn aller Unwillen und Feindſchafft zwiſchen beyden Theilen auffgehoben worden, de Anno 1458.

Wir Friederichg von GOtts Gnaden Römiſcher Kaiſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, Hertzog zu Oſterreich, zu Steyer, Kärnden und zu Khrain, Graf zu Tyrol ꝛc. Bekennen und thun kundt öffentlich mit dem Briefe, als bißher etwa viel Zwytracht, Stöß und Mißhellung zwiſchen dem Ehrwürdigen Sygmunden, Ertz-Biſchoffen zu Saltzburg unſerm Fürſten, Rathe und lieben Andächtigen, an ein, und dem Erſamen auch unſerm lieben Andechtigen Bernharden Probſt, dem Dechant und Chorherrn zu Berchtesgaden, am andern Theil geweſen ſeyn; Nemblich von des Spruchs wegen, ſo weilendt Friderich Biſchove zu Seggaw, Virgili Uberräckher, und unſer und des Reichs lieber getrewer Rudolff Trauner, ſamentlich mit einander gethan haben, darumb nun beed jetzt genant Thail ſolcher ihrer Zwytracht u. Stöß auf uns, als R. Kaiſer und Eltiſten und Regierenden Fürſten von Oeſterreich willkürlich kommen ſeyn, ſy mit unſerm Spruch zu entſchaiden; das wir uns dañ auf ihr Bette und Begehrn haben angenomẽn, des wir darumb mit beeder derſelben Thailen Wiſſen und Willen zwiſchen in ausgeſprochen haben, wiſſentlich in Crafft dits Brieffs, in maſſen als hernach geſchriben iſt. Von erſt ſprechen wir, daß aller Unwillen und Feindtſchafft, ſo ſich bißher zwiſchen beeden obgenanten Thailen begeben haben, auch allen denn ſo darinn verdacht oder gewonnt ſeyn, gantz hin und ab ſeyn ſollen.

Darnach ſprechen wir, daß dieſelben obgenanten Thail die Gerichts-Brieff von uns ausgangen, den benanten Spruch berüerent, zwiſchen hin datum des Brieffs und S. Catharein-Tag ſchieriſt künfftigen zu unſern Handen antwurtten ſollen, alſo daß dieſelben Gerichtsbrieff hinfür denſelben Thailen, und jr jedem, keinen Frommen noch Schaden nicht bringen ſollen, in kain Weiß, ungeverlich.

Item, wir ſprechen auch, daß über die gemainen gewöhnl. Ausgang, deß Saltz zum Schellnberg, nach laut der Ordnung des obgemelten Spruchs darüber gemacht, hinfür zu ewigẽ Zeiten der vorgenant von Saltzburg dem eegenanten Probſt und ſeinen Nachkomẽn, Probſten u. dem Gottshauß daſelbs ze Berchtesgaden, auſſerhalb ſolcher Ordnung, jährl. 5. Pfund Khuffen Saltz daſelbs zum Schellenberg außgehen laſſen ſollen, ohn Irrung und Widerſprechen, in ſolcher Beſcheidenheit, daß derſelb von Saltzburg und ſein Nachkommen Ertz-Biſchove daſelbs 2. Pfund von denſelben 5. Pfund Khuffen auf das Freyſchoff der Hertzogen von Bayern, oder andern, wem ſy deß Verluſt mit ihren Briefen jährlich zu verlauben, u. zu führen gegeben haben, ſo mag auch der vorgenant Probſt und ſein Nachkomẽn Probſt daſelbs zu Berchtesgaden die übrigen 3. Pfund Khuffen auch nach ihren Notturfften, weñ ſy Verluſt, führen laſſen, on deß obgenanten v. Saltzburg u. ſeiner Nachkomẽn und der Ihren und menigklichs Irrung u. Hindernüß, daß dann dem Pfleger ze kauffen, wer der je zu Zeiten iſt, mit des vorgenanten Probſts von Berchtesgaden und ſeiner Nachkommen Brieffen, wem ſy das auffgeben, zu ſchreiben und verkünden ſollen, ungevehrlich.

Ob aber Sachen weren, daß ye zu Zeiten die bemelten 5. Pfund Khuffen alſo auſſer der benanten Ordnung jährlich nicht geführt möchten werden, oder der ain Thail was der were ungeverlich ungeführt belieben, derſelb überig Thail der bemelten 5. Pfundt Khuffen, ſoll dem eegenanten Probſt von Berchtesgaden und ſeinen Nachkommen Pröbſten daſelbs in dem andern Jahr nächſt darnach köment, außgehen, damit ihm die Anzahl derſelben 5. Pfund Khuffen gantz erſtat und geführt werden, auch ungeverlich.

Dann von des Ausgangs, wegen des Saltz zum Schellnberg auff Sámbroſſen und Plachenwägen ſoll es gehalten werden, als von Alter herkommen iſt, ungeverlich.

Item, als in dem obberüerten Spruch begriffen iſt, ein merckliche Summ Gulden, die der vorgenannte Probſt zu Berchtesgaden zu Jahren bezahlen ſoll, nemblich iedes Jahr fünfhundert Gulden, nach laut der Articul in dem bemelten Spruch begriffen, ſprechen wir, daß demſelben Probſt an der benannten Haupt-Summ der ehegenannt von Saltzburg, drey tauſent Gulden nachlaſſen, und ihn darumb nach Nothturfften quittiren ſoll, ungeverlich.

Item,

Item, wir ſprechen auch, daß der eegenant Probſt daſelbs zu Berchtesgaden und ſeine Nachkommen Probſt nun hinfür zu ewigen Zeiten bey dem Saltzſieden zum Schellenberg, jr Sudt anheben und außleſchen mögen, wenn in das ye zu Zeiten im Jahr freyet und gefället, ohn männigklichs Irrung und Hindernüß, ungeverlich.

Item von der Eertz wegen auff dem Dürnberg, ſoll es hinführ alſo gehalten werden, daß der benant von Saltzburg und ſeine Nachkommen Ertz-Biſchöve daſelbs, und die Ihren Eertzt aus den dreyen Bergen, genannt S. Geörgen-Berg, der Lyndtberg, und Freydenberg gebrauchen mügen, nach ihren Nothdurfften, ungevehrlich.

Item von des Walds auſſerhalb des Schellenberg darumb ſy zwayg ſindt, auch des Gehägs wegen, ſoll zwiſchen hin und vierzehen Tagen nach Sanct Georgen-Tag ſchierſt künfftigen darumb inn Beſchau geſchickt, und Pletz gethan, damit ſy gütlich veraint werden, mecht das aber nicht geſeyn, daß ſy ſich dann ainß, zwayer, oder dreyer Spruchleuth ainigen, die ſy auff Kundſchafft darumb zu entſchaiden haben ſullen, ungevehrlich.

Item von dem Uberſchuß wegen ſprechen wir, daß vorgenant Probſt und ſein Nachkommen zu Berchtesgaden, dem Landtſchreiber, den zwayen Köchen, und dem langen Urban des vorgenanten von Saltzburg Dienern, dieſelben Uberſchuß hinführ geben und bezahlen, oder ſich darumb mit ihn gütlich vertragen ſullen, und ſoll ſich derſelb von Saltzburg, und ſeine Nachkommen, von anderwegen die vielleicht auch ſolch Uberfluß da hieten, wider den ehegenanten von Berchtesgaden und ſein Nachkommen Pröbſt daſelbs nicht annemmen, auch ungevehrlich.

Auch ſprechen wir, daß der obberüert Spruch durch den von Seggaw, Uberräcker und Tranner vorgemelt beſchehen, in allen andern ſeinen Artickeln und Stücken bey ſeinen Cräfften und und Würden beleiben, und gehalten ſulle werden, alles threwlich und ungevehrlich. Mit Urkundt des Brieffs, geben ze Wien, am Montag nach Sanct Urſulen-Tag, nach Chri-Chriſti Geburthe, im vierzehenhundert und acht und funfftzigiſten, unſers Reichs im neunzehenten, und des Kayſerthumbs im ſiebenten Jahren.

LVII.

Ejusdem Diploma **dem Ertz-Stifft Saltzburg ſo wohl wegen des Saltzes, als unterſchiedener anderer Sachen,** Anno 1548. **ertheilet, ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unter dem Ertz-Stifft Saltzburg,** pag. 121.

LVIII.

Pabſts Pauli II. Confirmation der von ſeinen Vorfahren denen Ertz-Biſchöffen zu Saltzburg ertheilten Freyheit, daß ſie zu Gurck, Chiemſer, Seckau und Lavant, bey ereigneter Sedisvacanz, neue Biſchöffe einſetzen dörffen, de Anno 1466.

PAulus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ex debito Paſtoralis Officii nobis divina diſpoſitione commiſſi tenemur, quantum cum Deo poſſumus, Eccleſiarum quarumlibet & præcipue Cathedralium, Metropolitanarum earundem indemnitatibus ſalubriter providere. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Bernhardi, electi Salzburgenſ. petitio continebat, quod dudum felicis recordationis Alexander III. Lucius III. Innocentius III. & Honorius III. Romani Pontifices, Prædeceſſores noſtri per diverſas eorum literas Archiepiſcopis Salzeburgenſibus pro tempore exiſtentibus, quod cuilibet ex cathedralibus Suffraganeis Gurcenſ. Chiemenſ. Seccovienſ. Laventin. Eccleſiis de fructibus Menſæ Archiepiſcopalis Salzeburgenſ. fundatis, quotiescunque forent Paſtorali ſolatio deſtitutæ, de paſtore utili & idoneo providere & inveſtire poſſent, gratioſe conceſſerunt atque indulſerunt, quas quidem conceſſiones piæ memoriæ Eugenius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter cum inſertione ſingularum literarum Alexandri, Lucii & Honorii Prædeceſſorum hujusmodi deſuper confectarum auctoritate Apoſtolica & ex certa ſcientia confirmavit & approbavit, prout in literis bonæ memoriæ Nicolai P. P. V. etiam prædeceſſoris noſtri ſuper hoc confectis, cum idem Eugenius Prædeceſſor, antequam ſuæ literæ deſuper conficerentur, ſicut Domino placuit, rebus fuit humanis exemtus, plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, à nonnullis aſſeratur, ipſum Archiepiſcopum Salzeburg. vigore dicti Indulti ceſſionem Regiminis & adminiſtrationis dictarum eccleſiarum ab eisdem Epiſcopis recipere & admittere, ac ipſis Eccleſiis per hujusmodi ceſſionem tunc vacantibus providere non poſſe, pro parte dicti Electi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi & ſucceſſoribus ſuis Archiepiſcopis Salzeburgenſibus pro tempore exiſtentibus ſuper hoc opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui dicti Nicolai Prædeceſſoris cum illarum inſertione per alias noſtras literas approbavimus & plenum firmitatis robur obtinere decrevimus, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, tam ipſi Bernhardo Electo, quam Succeſſoribus prædictis, quod cedente aliquo Epiſcoporum Gurcen. Chiemen. Seccovien. Laventin. ceſſionem hujusmodi Apoſtolica auctoritate admittere & recipere, & ex tali ceſſione pro tempore ſingulis Eccleſiis prædictis ſimul & ſucceſſive vacantibus de perſona utili & idonea providere, omniaque alia & ſingula, ut in præmiſſis, & circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna facere, diſponere, & exſequi libere & licite poſſint, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia perpetuo indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus generalibus & ſpecialibus Apoſtolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, quarto Nonas Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

LIX.

Kayſers Friderici III. Diploma, worinn er dem Ertz-Stifft Saltzburg einen Zoll von Weinen und andern Sachen zu nehmen verwilliget, de Anno 1483. **ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter dem Ertz-Stifft Saltzburg,** p. 119.

LX.

Ejusdem Privilegium **dem Ertz-Stifft Saltzburg, wegen des Zoll-Saltzes,** An. 1485. **gegeben, befindet ſich** loco antea citato, p. 120.

LXI.

Interceſſionales der Reichs-Verſammlung zu Nürnberg an Pabſt Innocentium IIX. vor Ertz-Biſchoff Johannem **XIII. zu Saltzburg, in irrigen Sachen mit ſeinen Domherrn,** de An. 1487.

SAnctiſſime ac Beatiſſime in Chriſto Pater, & Domine, Domine clementiſſime! Obedientiam ad devota ſemper oſcula pedum beatorum. Eccleſia Saltzburgenſ. in eam alias fuit conditionem redacta, ut ſedi Apoſtolicæ ſalubrius remedium viſum ſit, adminiſtrationem Reverendiſſimo in Chriſto patri, Domino Johanni, Archiepiſcopo Strigonienſi committere, eundemque futurum deputare ſucceſſorem, juxta modum Apoſtolicæ proviſionis deſuper factæ, acceſſit huic propoſito Sacræ Cæſareæ Majeſtatis voluntas, & præterea ejusdem diligentiſſima opera, cum ſuæ Serenitatis, propter Jus advocatiæ aliasque cauſas non parum intereſſet; Præfatusque Dominus Johannes, Archiepiſcopus, de regalibus Eccleſiæ prædictæ inveſtitus, commiſſam adminiſtrationem usque in finem vitæ Domini Bernhardi, dictæ Eccleſiæ tunc Archiepiſcopi, gubernavit, nihil ſuſpicatus, quo minus juxta Apoſtolicam proviſionem apud dictam Eccleſiam foret quietus. Deinde quidam Canonici capitulares dictæ Eccleſiæ electioni contravenire contendunt, ſpretis monitionibus Archiepiſcopi præfati, & præterea proviſionibus & inhibitionibus Apoſtolicis prædictis, quemadmodum hæc & alia coram nobis relata ſunt, & per literas Cæſareæ Majeſtatis ad veſtram Sanctitatem veriſimiliter plenius deferri credimus. Cum itaque, Pater beatiſſime, dicta Eccleſia inter inſigniores ſit totius nationis, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ plurimum interſit, eam in pacem ponere, & ab impendenti periculo eximere, eandem ſummopere rogamus, ut priusquam Sanctitas veſtra de ſingulis, ad dictam materiam pertinentibus, plene ſit informata, nihil novi circa proviſionem dictæ Eccleſiæ decernere dignetur. Nam etſi Sanctitas Veſtra ſanctaque illa ſedes prudentiſſime id

idem obſervare conſuevit, hic tamen caſus quotidianas patitur alternationes, multaque inſunt, ſcitu & deliberatione digna, quod ſi dictæ Eccleſiæ de perſona præfati Domini Johannis Archiepiſcopi in caſum mortis ſui prædeceſſoris ſuit proviſum, neque aliud Canonicum graviſſimumque obſtet, optimum factu credimus, ſi Sanctitas veſtra Apoſtolicam proviſionem ratam eſſe faciat, hoc maxime, dum Capituli conſenſus a principio acceſſit, Speramus, aliquando fore utilius, & ſimilibus futuris caſibus adimere occaſionem, in laudem S. veſtræ accumulatiorem, quam Deus omnipotens gubernationi Eccleſiæ ſuæ diutiſſime feliciſſimeque conſervet, cui & nos ſemper offerimus, totosque commendamus.

Datæ Norembergæ, de conſenſu totius Conventus, ſub mei Bertoldi, Archiepiſcopi Moguntini, Friderici, Ducis Saxoniæ, & Joannis, Marggravii Brandenburg. Principum Electorum Secretis, vigeſima ſecunda Junii Anno &c. LXXXVII.

E. S. V.

Devoti fideles,

Conventus Electorum aliorumque Principum, Norembergæ exiſtentium.

LXII.

Kayſers Caroli V. Confirmation derer von Kayſer Friderico III. dem Ertz-Stifft Saltzburg, wegen des Weines und Saltzes, ertheilter Privilegien, de Anno 1521. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unter dem Ertz-Stifft Saltzburg p. 123. vorhanden.

LXIII.

Pabſts Clementis VII. Confirmation der den Ertz-Biſchöffen zu Saltzburg von ſeinen Vorfahren ertheilten Freyheit, zu Gurck, Chiemſee, Seckau und Lavant, bey ereigneter Sedisvacantz, neue Biſchöffe einzuſetzen, de Anno 1523.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: In eminenti militantis eccleſiæ ſpecula conſtitutus Romanus Pontifex beati Petri Cœleſtis clavigeri Succeſſor in cunctas Orbis Eccleſias, terræque amplitudinem præcipuum facultatis primatum tenens, ea, quæ per Prædeceſſores ſuos laudabili & provide ratione pro eccleſiarum omnium, præſertim metropolitanarum inſignium & illis præſidentium felici ſucceſſu & decore geſta ſunt, ut majorem obtineant roboris firmitatem, quo ſæpius fuerint Apoſtolico præſidio communita, ſui præſidii munimine roborat & confirmat, ac etiam illa & alia de novo concedit, prout rationabiles cauſæ ſuadent, & id Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, quos in partem Apoſtolicæ ſollicitudinis evocavit Altiſſimus, vota expoſcunt, & etiam id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane pro parte dilecti filii noſtri Matthæi, tit. Sancti Angeli Presbyteri Cardinalis, qui Eccleſiæ Salzburgenſ. ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod licet felicis recordationis Honorius III. & Lucius etiam III. & Innocentius ſimiliter III. Romani Pontifices, Prædeceſſores noſtri nonnulla ſpecialia privilegia dictæ Eccleſiæ Salzburgen. tunc Ordinis S. Auguſtini, nunc vero ad ſtatum Secularem reductæ & Archiepiſcopo Salzburgen. pro tempore exiſtenti continentia: quod quotiescunque Gurcenſ. Seccovienſ. Chiemenſ. & Laventin. Eccleſias dicti Ordinis, quæ de provincia Salzburg. fore noſcebantur, & tunc de novo creatæ ac de bonis ad Menſam Archiepiſcopalem Saltzburgenſ. ſpectantibus dotatæ & in Cathedrales erectæ fuerunt, paſtoribus carere contingeret, Archiepiſcopus Salzburgenſ. pro tempore exiſtens præfatis eisdem Eccleſiis erectis Metropolitica auctoritate de paſtoribus libere poſſet providere, per eorum literas ſucceſſive conceſſerint, ac piæ memoriæ Bonifacius IX. in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, nuncupatus, etiam Prædeceſſor noſter, literas prædictas, ac omnia in eis contenta approbaverit, & cum tunc Archiepiſcopus Salzburgenſ. præfatæ Eccleſiæ Laventin. tunc certo modo vacanti de perſona bonæ memoriæ Conradi, olim Epiſcopi Laventin. præfata autoritate Metropolitica providiſſet, ipſumque illi in Epiſcopum & paſtorem præfeciſſet, ac ſibi munus conſecrationis extra Romanam Curiam impendi feciſſet, poſſeſſione ſubſecuta, idem Bonifacius proviſionem & præfectionem de perſona Conradi Epiſcopi factas hujusmodi & inde ſecuta quæcunque per quasdam confirmaverit: & deinde

de cum dictus Bonifacius ex certis cauſis motu proprio tunc Archiepiſcopo Salzburgenſ. conſtituendi & deputandi bonæ memoriæ Joanni Epiſcopo Seccovienſ. tunc in humanis agenti perſonam idoneam in Coadjutorem, quæ hujusmodi Coadjutoriæ officium usque ad ipſius Archiepiſcopi beneplacitum per ſe, vel alium, tam in ſpiritualibus, quam etiam in temporalibus exerceret, ſub certis modo & forma per alias conceſſiſſet, dictus Bonifacius voluerit, quod propterea Privilegiis Eccleſiæ Salzburgenſ. proviſionem Eccleſiæ Seccovienſ. hujusmodi tangentibus nullum impoſterum præjudicium generaretur: ac ſucceſſive cum bonæ memoriæ Gregorius, tunc Archiepiſcopus Salzburgenſ. dictæ Eccleſiæ Chiemenſ. tunc per obitum Eckardi, olim Epiſcopi Chiemenſ. extra Romanam Curiam defuncti vacanti de perſona Engelmarii, olim Epiſcopi Chiemen. quem antea præfatus Bonifacius præfato Eckardo Coadjutorem, ſic tamen, quod propterea privilegiis diſpoſitionem ipſius Eccleſiæ Chiemenſ. concernentibus præjudicium non generaretur, ſubjectis modo & forma deputaverat, auctoritate Metropolitica providiſſet, præficiendo ipſum illi in Epiſcopum & Paſtorem, præfatus Bonifacius proviſionem & præfectionem de perſona Engelmarii Epiſcopi factas hujusmodi, & quæcunque inde ſecuta per alias ſuas literas confirmaverit, ac pro potiori cautela de perſona Engelmari Epiſcopi Eccleſiæ Chiemenſ. hujusmodi providerit, & ſubſequenter per recolendæ memoriæ Pii P.P. II. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum accepto, quod bonæ memoriæ Burchardus, tit. Sanctorum Nerei & Achillei Presbyter Cardinalis, qui tunc dictæ Eccleſiæ Salzburgenſi præerat, proponebat alicui dictarum Cathedralium Eccleſiarum ad ejus collationem ſpectantium, quam primum illam Paſtoris regimine deſtitui contingeret, de perſona Rudolphi de Ruedeshaim Decani Eccleſiæ Wormacienſ. ipſius Pii Prædeceſſoris Subdiaconi & Referendarii providere, dummodo per proviſionem hujusmodi ipſa Eccleſia poſtmodum per ceſſum, vel deceſſum dicti Rudolphi, etiam apud ſedem Apoſtolicam, non eſſet diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter, vel ſpecialiter reſervata, & idem Archiepiſcopus pro tempore exiſtens illi ſic vacanti, poſſet de perſona idonea providere, dictus Pius Prædeceſſor, motu proprio, ut idem Burchardus, Cardinalis, vel Archiepiſcopus pro tempore exiſtens, ſi eum uni ex cathedralibus Eccleſiis prædictis de perſona ejusdem Rudolphi providere contingeret, eidem Eccleſiæ poſtmodum per ceſſum vel deceſſum ipſius Rudolphi etiam apud ſedem Apoſtolicam vacantibus de perſona idonea quibusvis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus per ſedem eandem de cathedralibus eccleſiis pro tempore factis nequaquam obſtantibus providere poſſet, per ſuas literas indulſerit, & demum cum S. Memoriæ Sixtus P. P. IV. ſimiliter Prædeceſſor noſter dictæ Eccleſiæ Seccovienſ. de perſona Matthæi Scheit providere, eumque illi in Epiſcopum præficere intenderet, idem Sixtus Prædeceſſor privilegia & Indulta hujusmodi in ſuo pleno robore alias permanere volens, motu proprio per proviſionem & præfectionem prædicto eidem Archiepiſcopo nullum præjudicium afferri potuiſſe, quo minus prædictus Archiepiſcopus pro tempore exiſtens Eccleſiis prædictis, cum in antea vocarent de perſonis idoneis juxta privilegia & Indulta prædicta, quæ plenum firmitatis robur obtinere decrevit, valere. Similiter per ſuas literas declaravit, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur, ut Archiepiſcopus Salzburgenſ. pro tempore exiſtens præfatus in pacifica poſſeſſione ſeu quaſi Chiemenſ. & Laventin. Eccleſiis prædictis pro tempore vacantibus dicta Metropolitica auctoritate providendi fore noſcatur: tamen cum a tempore claræ memoriæ Frederici Imperatoris, vel forſan antea aliquando dictus Archiepiſcopus in proviſione earundem Gurcenſ. & Seccovienſ. Eccleſiarum aliquo modo turbatus extiterit, & Gurcenſ. Seccovienſ. Eccleſiis prædictis forſan apud ſedem prædictam tunc vacantibus, per ſedem eandem de paſtoribus proviſum, aut alias de illis diſpoſitum ſuerit, & a nonnullis prætendi poſſet, per hujusmodi turbationes, proviſiones, ſeu diſpoſitiones privilegiis prædictis præjudicatum, aut alias derogatum fuiſſe; præfatus Matthæus Cardinalis, privilegia & literas hujusmodi, ut eo firmiora perſiſtant, quo frequentiori Apoſtolico munimine ſunt ſtabilita, noſtro & ejusdem ſedis præſidio communiri deſiderat. Quare pro parte Matthæi Cardinalis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut privilegiis, indultis ac literis Honorii, Lucii, Innocentii, Bonifacii, Pii & Sixti Prædeceſſorum Eccleſiæ & Archi-Epiſcopo Salisburgenſ. præfatis conceſſis hujusmodi robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur præſati Matthæi Cardinalis ob ſuorum magnitudinem meritorum, quibus eadem Romana Eccleſia peramplius illuſtraretur, deſiderio annuere, & in præmiſſis ſalubriter providere volentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, privilegia, indulta & literas Honorii, Lucii & Innocentii, & ſi opus fuerit Bonifacii, Pii & Sixti Prædeceſſorum Eccleſiæ & Archiepiſcopo Salzburgenſi præfatis, ut præfertur, conceſſa hujusmodi illorum omnium veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, ac in eis contenta quæcunque approbamus & innovamus ac illa perpetuæ firmitatis robur obtinere & firmiter obſervari & ſuffragari debere, ipſumque Matthæum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Salzburgenſem illis uti ac Gurcenſ. Seccovienſ. Chiemenſ. & Lavantin. Eccleſiis prædictis, juxta earundem literarum tenorem Metropolitica auctoritate de Paſtoribus providere & alias de illis diſponere libere & licite poſſe, nec non proviſiones & alias diſpoſitiones de illis alias canonice factas validas & efficaces exiſtere, & ſuos effectus fortiri poſſe & debere, nec non proviſiones & diſpoſitiones de Gurcenenſi & Seccovienſi Eccleſiis prædictis per ſedem præfatam, ut præfertur, factas, præjudicium aliquod Archiepiſcopo, privilegiis & literis Apoſtolicis prædictis generatum fuiſſe decernimus & declaramus. Et nihilominus potiori pro cautela præmiſſa omnia ita, ut dictus Matthæus Cardinalis & pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Saltzburgenſis eisdem Gurcenenſi, Seccovienſi, Chiemenſi & Lavantinæ Eccleſiis pro tempore etiam apud ſedem eandem vacantibus de paſtoribus dicta Metropolitica auctoritate libere, juxta dictarum litterarum continentiam & tenorem providere, & de illis diſponere poſſit perpetuo, de novo concedimus pariter & indulgemus, ac Eccleſiam Salzeburgenſem & Archi-Epiſcopum præfatos, adverſus proviſiones & alias diſpoſitiones, de dictis Gurcenenſi & Chiemenſi factas prædictas in priſtinum & eum ſtatum, in quo antequam illæ fierent, quomodolibet erant, reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus ac reſtitutos, repoſitos & reintegratos eſſe, & ſic in præmiſſis omnibus per quoscunque judices & cauſarum palatii Apoſtolici Auditores, nec non præfatæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quacunque inſtantia, ſublata eis quavis aliter judicandi & interpretandi facultate judicari, ſententionari & diffinire debere, nec non irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibusvis de Cathedralibus Eccleſiis per nos & ſedem eandem pro tempore factis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus, ac præfatarum Gurcenenſis, Seccovienſis, Chiemenſis & Lavantinenſis Eccleſiarum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Approbationis, innovationis, decreti, declarationis, indulti, reſtitutionis & repoſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio. Pridie Idus Martii, Pontificatus noſtri anno primo.

LXIV.

Ertz-Biſchoffs Matthæi zu Saltzburg Manifeſt wider ſeine Auffrühriſche und den mit ihnen auffgerichteten Vertrag entgegen handelnde Unterthanen, de Anno 1526.

WIr Mattheus, von GOttes Gnaden, der heyligen Römiſchen Kirchen Cardinal, Ertz-Biſchoff zu Saltzburg, Legat deß Stuls zu Rom ꝛc. Thun kund männiglich, den dieſer unſer Brieff fürkombt, in was Würden, Standts oder Weſens die ſeyn, Als deß verſchienen Jahrs im Monat September ein Vertrag und Fried zwiſchen uns, unſer dazumal abgefallen Underthanen, durch den Hochgebohrnen Fürſten, unſern beſonder lieben Herrn und Freund, Hertzog Ludwigen in Bayern ꝛc. auffgerichtet werden, den wie unſers Theils

Theils gäntzlich gehalten uns auch verſehen, unſere Underthanen ſolten gleicher Weiſe demſelben gelebt haben, aber unangeſehen, daß in demſelben Vertrag außgetruckt iſt, daß die bemelten unſere Unterthanen, uns gebürlich und Gehorſam leiſten, ſie aller Bündtnus, Brüderſchafft, Empörung, Rottierens und dergleichen Handlungen, darauß Unfrid und Ungehorſam erwachſen möchten, gäntzlich entſchlagen, und hinfür an nicht mehr gebrauchen ſolten, ſo haben doch etlich auß denſelben unſerern Unterthanen, bevorab in dem Gebürg bald nach dem Vertrag in vil Weeg, wie hernach vernommen würdet, demſelben Vertrag faſt in allen Artickeln zuwieder gehandelt, darunder wir, ſambt dem Außſchuß und den Räthen, die von unſer Landtſchafft, in Krafft deß Vertrags, darzu verordnet geweſen, das am meiſten behertzigt, daß durch etwo vil derſelben unſer Underthanen deß Gebürgs, vil verloffen, und Auffrürig Perſohnen, Rädelführer undt Auffwigler auch die bey der böſen That zu Slauming geweſen, und andere frembde Knecht, den gantzen vergangnen Winter enthalten und gelifert worden ſeyn, und das inſonderheit dieſelben unſer Underthanen, die Slauminger über undt wieder, deß durchleuchtigen Fürſten, unſers beſonder lieben Herrn und Freunds, Ertz-Hertzog Ferdinanden in Oeſterreich ernſtliche Mandat und Erſuchung, und darzu über unſern Befelch und offen Mandat, derhalben mit Rath, deß oberührten Außſchuß, und Räthen in all unſere Stätt, Märckt, und Flecken und Gericht, auff ſeiner Lieb Erſuchen, außgeſandt, gewaltiglich auffenthalten, und ſich derſelben keins Weegs haben entſchlahen wöllen, welches kein Anzeigen, daß ſie zu Fried und Ruhe geneigt weren, noch der Vollziehung deß Vertrags, ſonder ein offenbahre Ungehorſam geweſen, dardurch wir verurſacht worden ſeyn, dieſelben unſern Underthanen, hernach durch allerley offen Mandat und etlich brefflich, unſer und deß Außſchuß unſer Landtſchafft, Bottſchafften zu mehrmahlen, gnädiglich, vätterlich, ernſtlich und getreulich zu warnen, zu erinnern und zu erſuchen, damit ſie obgemelter Erzeigung der Ungehorſam abſtünden, Frid, Ruhe und Einigkeit liebten, und was dem zuwider wär, und bevorab ſich der frembden unruhigen Leuth, bey denen nichts dann neue Auffruhr zu ermutten, gäntzlich entſchliegen, daß aber bey ihnen gar kein Anſehen hat haben wollen, wiewol wir auch baldt, und gleich nach dem obbeſtimbten Vertrag, und Laut deſſelben in den vermeinten unſerer Underthanen Beſchwerung, durch unſer Räth, auch den Außſchuß der Landtſchafft, und inſonderheit durch unſerer lieben Herren und Freundt, der Fürſten von Bayrn trefflichen Bottſchafften, Räth und Geſandten darzu wir auch obbemelten unſern lieben Herrn und Freundt, den Ertz-Hertzogen uns etliche Räth erbetten, die ſein Lieb zuſchicken, auch bewilligt, aber auß Ehehafften Urſachen, herzukommen verhindert worden ſeyn, mit allem Fleiß und Ernſt haben handlen laſſen, welcher geſtalt ſie aber daſſelb befunden, daß wir kein Beſchwärdte nie verurſacht noch angefangen, deß ziehen wir uns auff berührter Fürſten Geſandte, aber es hat in etlichen gemeinen Beſchwärdung, derſelben Zeit nichts fruchtbharliches noch ſtattlichs gehandelt werden mögen, auſſerhalb einer guten Landts-Ordnung, die auch an einer gemeinen Landtſchafft nit auffzurichten geweſen iſt; Auß ſolchen oberzehlten undt andern Urſachen, haben wir im nechſt verſchienen Winter, umb Converſionis Pauli alhie zu Saltzburg ein gemeinen Landtag gehalten, darauff dann alle Ständt, von unſer und unſers Stiffts Landtſchafft, nämblich unſer Capittel, die von Prälaten, und die vom Adel in aigenen Perſohnen, und die von Stätten und Märckten, deßgleichen auch die von den Gerichten, durch ihr Geſandte gehorſamblich erſchienen ſeyn, haben wir dazumal im Eingang und Anfang deß Landtags, gemeiner unſer verſambleten Landtſchafft im Beywesen Römiſcher Käyſerlicher Majeſtät, unſers Allergnädigſten Herrn, auch Churfürſten, Fürſten undt ander Löblichen Ständt des Bundts zu Schwaben, auch der obbemelten unſern beſonder lieber Herren und Freundt, Ertzhertzogen Ferdinanden zu Oeſterreich und der Fürſten von Bayrn Bottſchafften, durch unſer treffentlichen Räthe an unſer Statt, under andern fürtragen laſſen, daß wir den Vertrag und Friden ſo hiervon in dem vergangen Herbſt, obgemeldter unſer lieber Herr und Freundt, Hertzog Ludwig, wie oben angezeigt, auffgericht und gemacht, biß auff dieſelb Zeit unſers Thails gehalten haben, und den hinfüranzuhalten auch willens ſeyn, daß ſich auch des all unſer Underthanen zu uns alſo nichts anderſt verſehen, undt wie ihnen anders einbilden wolt, demſelben keinen Glauben geben ſollen, daß wir auch denſelben Landtag allein darumben, und auß keiner andern Urſachen fürgenommen, damit daſelbſt von ſolcher Handthabung des Vertrags und beſtändigen Fridts, auch Erhaltung, Ruhe, Einigkeit undt

gebürliche Gehorsam stättlich gehandelt, darzu darneben, ein gut Landsordnung auffgericht, und in der Unterthanen Beschwehrungen, so vil der noch nicht erlediget, und auff demselben Landtag geschoben gewesen, gebührliche Einsehung fürgenommen wurde. Dagegen hat sich gemein unser Landtschafft von allen Ständten, noch Gehorsam und Danckſagung, dergleichen auch vernehmen lassen, mit dem Anhang, mit sampt uns all ander die solchen Vertrag nicht halten wollen, auff unsern und ihren Kosten, helffen, darzu halten und handthaben, und die Ungehorsamen zu Gehorsamen zu bringen, damit Fried, Ruhe und gebührliche Gehorsam in unsern Stifft erhalten wurden, sie haben auch ferner Mündtlich und durch Schrifftlich Uhrkunden uns entschuldigt, daß wir mit unserer Regierung, unsern Underthanen zu der Auffruhr in dem vergangen Jahr nicht Ursach gegeben, und auch derselben nit Schuldt haben, darzu auch, daß alles das uns die derselben Auffruhr, durch unser wiederwertig unehrlich gezogen werden, unwar sey, und uns darinnen unrecht geschehe, mit viel andern underthenigen und gehorsamen Erbiethen und erzeigen. Daneben ist auch in derselben unserer Underthanen vermeint Beschwerungen, so wie obsteht, vorgehalten Landtag nit erledigt worden, gehandelt, und in etlichen gebührliche Einschung und Wendung beschehen, undt etlich derselben Beschwehrungen, seyn auff ein gemeine Landts-Ordnung die auff demselben Landtag, wo die Verhinderung der Ungehorsamen bey unsern Underthanen nit fürgefallen, erledigt worden were, aber dannoch daß die kürtzlich und auffs ehist, auffgericht werden sollen, angestelt, und derhalben bald darnach ein andern Landtag zu halten fürgenommen worden. Und ist also das alles und viel anders, mit gemeiner unser Landtschafft, in Beyseyn auch mit grossem Rath obbemelter Bottschafften, gehandelt und beschlossen worden, als auch in obgedachtem Vertrag und er andern ausgedruckt, daß unser Zeit wiederwärtig und abgefallen Underthanen und Landschafft an den auffgeloffenen Kriegskosten, den Ständen des Bunds zu Schwaben vierzehen tausend Gulden Reinisch bezahlen, daß auch umb den übrigen unsern auffgeloffenen Kriegskosten, wir und dieselben unsern Underthanen bey Erkandtnuß obgedachter unsern lieben Herrn und Freunden, Ertz-Hertzogen Ferdinanden und beeder Fürsten von Bayern, auch gemelter Stände deß Bundts ungewaigert bleiben solten. So haben wir doch, die und ander unserer Forderungen, so uns vermelter Vertrag austrucklich zugibt, zuruck gesetzt, und den Landtag damit keineswegs verhindern, noch deßhalben an unser Landtschafft gar nichts suchen, noch nichts davon, sonder allein die obbestimbten Artickeln des beständigen Friedens, auch der Gehorsam und Einsehung der Beschwerden durch ein gute Landts-Ordnung fürsetzen und betrachten lassen wöllen. Nichtswenniger, hat uns Gemeine unßre Landtschafft von allen Ständen wie obensteht, zu mehrmaln auffs höchst ersucht, und gebetten, daß wir solch unser Forderung vorberührten Fürsten, undt den Bundtsständen fürzubringen underlassen und sunst in gütliche Handlung und Vertrag derhalben Uns mit ihnen einlassen wolten, daß wir mit Erzehlung etlicher trefflichen Ursachen nit allein uns, sondern vil mehr ihnen zu guten gewaigert, aber zulest, als sie vermeinet, daß ohne das im den andern genöthigen Artickeln durch sie nit beständig gehandelt noch beschlossen werden möchte, haben wir auff das vielfältig ihr Ansuchen, wiewohl etwas wider unser Gutmainung und Fürnehmen uns derhalben mit ihnen, neben den anderen vorbemelten Haupt-Artickeln in Handlung begeben, dergestalt, daß sie aus guten Willen benenntlichen Summa Gelts zu etlichen Fristen und Zihlen, darunder sich das erste Zihl erst auff Lichtmessen negst künfftig anfaht, und doch nit zu unsern Handen sonder zu Erledigung der Verpfändten und Verkümmerten unser, und unsers Stiffts Flecken, Gült, und Güther bewilliget haben zu bezahlen, aber um das alles haben wir von der Zeit derselben ihrer Bewilligung biß auff heutigen Tag nie kein Anhaltung bey niemands auß unser Landtschafft hohes oder niders Standts nie gethan. Noch von deswegen nichts gehandelt, oder zu handeln befehlen. Abermahls in Betrachtung das uns und unser Landtschafft, am meisten und am höchsten an dem beständigen Fried, Erhaltung gebührlicher Gehorsam und guter erbahrer Landts-Ordnung darinnen kein Unterthan beschwehrt gelegen wer. So haben wir auch seythero des obgemelten Hertzog Ludwigs Vertrag alles mit Rath eines Ausschus und etlicher Verordneten vonn unser Landtschafft, und auch nach gehaltenen Landtag bisher mit unser gemeiner Landtschafft vollmächtigen Ausschuß, dem Dieselb unser Landtschafft hinder ihr bey uns gelassen hat, Rath und Wissen und nichts anders gehandlet. Aber zwischen disen Handlungen allen, haben etwa vil Personen

son, an viel Enden der Gericht unßers Stiffts im Gebirg, über ihre gethane Pflicht und Aid, von der Zeit desselben Vertrags, auch inn und nach gehalten Landtag kein Gehorsam thun wöllen, nit allein das wie obsteht, den gantzen Winter hin umb eine grosse Anzahl böser vertribner Leuth, auch die verloffnen Säuminger und ander Auffwigler, bey ihnen unangesehen vorbemelter unser und unser Landschafft Verordneten Außschuß, Ermahnung und Verbott gelieffert und enthalten, sondern haben sich auch für und für zusammen rottirt, und insonderheit bald nach dem Vertrag, und gleich als bemelter unßer lieber Herr und Freundt, Ertzhertzog Ferdinand seiner Lieb ungehorsam Unterthanen zu Slauming gestrafft, und erstanden, zu Alten Marck nahendt bey Radstatt, und auff zwoh Meil bey Slauming, ein freyes Fändlin auffzuwerffen, und seiner Lieb und anderer Freund, auch etlich unßer Leuth nieder zu werffen undt zu berauben, auch die Statt Radstatt, und unser Underthanen zu Alten Marck zu vergewältigen, und zu bezwingen darzu haben sie dazumal und hernach zu mehrmalen verdächtig und verbottene Versamblung gehalten, Kriegsämbter besetzt, den Glocken-Sturm bestellt, auch ein besonder Peen darauff benennt, mit ihren Kriegswehren zusammen geloffen, die Leuth auff freyer Strassen auffgehalten, etlich von der Obrigkeit inn ihren Häussern geschätzt undt geplündert, darzu auch sich mit Außsenden vil falscher Posten und Feindgeschrey fast bemühet, und sich in den anstossenden Landen und Fürstenthumben und sonderlich durch ihre Geschrifften zu Schwatz und Hülff und Anhang beworben, Sie haben auch nicht allein ihr Anlag in die vierzehentausent Gulden, so sie nach läut deß Vertrags, den Ständen deß Bunds wie oben angezeigt schuldig gewesen seyn, zu den angesetzten Fristen nicht bezahlen wöllen, sondern auch etlich gantze Gericht betröhnt, daß sie in dieselbe vierzehen tausendt Gulden, den Ständen deß Bundts nicht geben noch zahlen, noch sich gegen vorgedachten unseren lieben Herren undt Freundt Ertz-Hertzog Ferdinand und demselben Oesterreichischen Landen, der Vorderungen halben von wegen der Slaumischen That in nichten einlassen sollen, undt also, damit den auffgerichten Vertrag augenscheinlich verbrochen, auch daß alles zuvor, und ehe keiner gegen Wehrthat oder Straff gegen ihnen, von uns oder unser Landtschafft, je gedacht worden ist, trutzlich gehandelt. Sie haben auch ferner sich in wehrendem angesetztem gemeinen Landttag eines eigenten Landtags angemast, und ein sondere Versamblung zu Dachsenpach, so under der Rauriß liegt, da dann diser gegenwärtiger Auffstandt durch böß auffrürig Leuth practiciert und beschlossen worden seyn sollen, gehalten, und als auß dem Landstag, von der gantzen Landtschafft, nemlich von Adel, Stätten und Märckten ein treffliche Bottschafft dasselb hin gen Dachßenpach, sie von ihren bößen Fürnemmen gütl. abzuweisen, zu ihnen verordnet undt geschickt worden, haben die dieselben oder etlich auß ihnen spöttlich gehalten, undt trölich abgefertigt, darzu auch einen von Adel auß denselben Gesandten, vnd bald darnach ein trefflichen vermehrten Ritter, auß dem Landt zu Crain, so durch unsere Stifft, seinen Geschäfften nachgezogen, mit selbs zündeten Büchßen und in ander Betrohung Weiße vergweltigt, und daneben sich vernemmen lassen, daß sie allen Adel und Herrschafft, so bald die Stauden rauch, oder grien werden, vertilgen wolten, und darzu unsern Richtern und nachgesetzten Obrigkeiten an etlichen Orthen vil dergleichen Betrohung erzeigt, sie gefängkunst, und verjagt, und etlich mal mit Büchsen auff sie abgeschossen. Wir geschweigen daneben, daß sie seydt deß Vertrags, uns und anderen ihren Gültherren ihre Zins, Zehendt, und ander Gülth, auch zum Theil mit Betrohung vorgehalten, darzu in verboten Waßern gefischt, und das Wildtbrett allenthalben freuenlich gejagt, geschossen und niedergeschlagen, und vil ander unwillig ungehorsam Thaten begangen, alles über und wieder den obgemeldten Hertzog Ludwigs Vertrag, und gemeiner Bundtständen und unser Mandata, Gebott undt Verbott, mit Rath der Verordneten von unßer Landtschafft darwider außgegangen, alles vor, und in wehrendem Landtag und darnach. Es haben auch vil derselben bößen verführischen Leuth, über ihr gegeben verschrieben Gewalt, das Fürnehmen | und Beschluß des gehaltnen Landtags nit allein gar nit annemmen wollen, sonder ander gehorsame Underthanen auch davon gewiesen, auch sich daneben, in dem und andern für und für erzeigt, daß scheinbahrlich abzunehmen gewest, daß ihr Sinn und Gemüth dahin gestanden ist, daß sie zu den schieristen Wettertagen sich wiederumb auffrührig erzeigen und empören wöllen. Daß alles dann meniglich auff dem Landtag mercklich Mißfallen tragen, und nit anders hat außlegen noch verstehen mögen, dann für ein uhedliche, thätliche Handlung und Ungehorsam,

KUnd und zu wissen sey jedermeniglich. Nachdeme der Hochwürdigst Fürst und Herr, Herr Wolff Dietrich, Ertz-Bischove zu Saltzburg, Legat des Stuels zu Rom, und dero Fürstlich Gnad. Ertz-Stifft Saltzburg, in Crafft auffgerichter Verträgen, langwürigen geyebten Inhaben, und habender Kayserlichen Privilegien, guet Recht und Gerechtigkeit hat, und wohl befuegt ist, daß Ihr. Fürstl. Gnaden und ein jeder regierender Ertz-Bischove zu Saltzburg und die Mehrung und Mauth bey und auff dem Schellnperger Saltz, so dem Gottshauß Berchtesgaden zuegehörig ist, setzen und staigern möge und könde, dergestalt und also, Was sein Fürstl. Gnad. und ein jeder Ertz-Bischove zu Saltzburg, bey seinem Saltz zum Hällein für ainen Auffschlag jederzeit machet, das seyn Fürstl. Gnaden und die Ertz-Bischöve zu Saltzburg auch denselben Auffschlag aufgedacht Schellenperger Saltz setzen und schlagen dörffen, dahero und in Betrachtung, daß hochgedachter Herr Wolff Dietrich, Ertz-Bischove, die Zeit seiner Fürstl. Gnaden Ertz-Bischöfflichen Regierung bey dero Saltz zum Hällein zum andern mahl ainen Auffschlag gemacht, hat sein Fürstl. Gnad. dem Hochwürdigen in Gott Herrn Jacoben, Probst und Ertz-Priestern des Gottshauß zu Berchtesgaden, seinen Nachkommen, und demselben Gottshauß aus Genaden diese Bewilligung gethon, und haben sich auch Ihre beyde Fürstl. Gn. und Gnaden, mit und gegen einander also und dahin verglichen, daß von wegen und an stat deren hievor von etlichen gewesenen regierenden Ertz-Bischöven gemachten, und dann auch für die jetzigen von Ihr. Fürstlichen Gnaden von Saltzburg obvermelte fürgenomne Auffschläge, wohlgenanter Herr Probst zu Berchtesgaden, und seine Nachkommen sollen und wöllen hochgedachtem Herrn Ertz-Bischoven zu Saltzburg, und dero Nachkommen am Ertz-Stifft, jährlichen und jedes Jahrs zu gewöhnlichen Raittungs-Zeit auff dero Ertz-Bischoffliche Fürstliche Cammer, altem und biß dahero gehaltenem Gebrauch nach, von jedem Schellnperger Fueder Saltz, fünff Kreutzer Mauth, und von jeder Kueffen, ain Schilling Pfenning, erbarlich und trewlich und ohn alle Ausflucht und Widerred verrayten, erlegen, erstatten und bezahlen.

Dagegen hat hochgedachter Ertz-Bischove aus sondern wohlmainenden gnädigen Willen, Gemuet, und Affection, so sein Fürstliche Gnaden zu mehrgedachtem Herrn Probst, und dem Gottshauß Berchtesgaden träget, diese gnädige Bewilligung gethan, und thuet dieselbe auch in Crafft dits Brieffs, daß nuhn hinführo das Schellnperger Saltz, nach seiner Maß, Halt, und Proportion gegen seiner Fürstlichen Gnaden Saltz zum Hällein am Werth gleich ausgehn, verführt, und verkaufft werden möge, könte und solle, und was sich auch über die hievorbestimmte, ausbedingte, und von jedem Fueder Schellnperger Saltz, ihren Fürstlichen Gnaden zu Saltzburg gehörige fünff Kreutzer, und auch von jeder Kueffen schuldigen Schilling der Werth und das Kauff-Gelt vom Schellnperger Saltz, weiter und mehrers erlauffen würdet, daß die überige Summa, als nemblichen für ain Fueder zehen Kreutzer, und dann für ein Schellnperger Kueffen samt dem Kreutzer, so auf die Sarch und das Holtzwerch geschlagen worden, sechzehen Kreutzer überall den Herrn Probst zu Berchtesgaden, dessen Nachkommen und Gottshauß zueständig und gehörig seyn solle.

Jedoch ist hiebey insonderheit fürsehen, und zwischen beyden Ihren Fürstlichen Gnaden und Gnaden abgeredt und verglichen worden, daß offt wohlgenanter Herr Probst zu Berchtesgaden, sein Capitel, Nachkommen und Gottshauß zu Berchtesgaden, in Ansehung der Gnad, so ihnen hiermit erwiesen würdet, von dato an, und nun hinführo kein weiter Forderung, Recht oder Gerechtsame, gegen Ihren Fürstl. Gnaden dem Ertz-Stifft Saltzburg, und allen andern künfftigen Ertz-Bischöven, der vier hundert Gülden halben, so ihme Herrn Probst und seinem Gottshauß in Crafft etlicher Verträgen, von wegen deren von den hievorigen Ertz-Bischoven zu Saltzburg bey dem Schellnperger Saltz fürgenommen und gethonen Staigerungen, zu Genaden und zu Ergetzlichkeit von den je zu Zeiten regierenden Ertz-Bischoven bewilligt und zugelassen worden, in kainerley Weiß oder Weeg fürwenden, haben und gebrauchen, sondern sich aller dahero habender Ansprachen begeben, verzeihen, und renunciren sollen. Wie dann Herr Probst zu Berchtesgaden und sein Capitel für sich, und ihre Nachkommen, sich dieser aller Forderung und Gerechtigkeit wissentlich und in Krafft diß Brieffs, verzeihen und begeben. Und sollen auch hiemit alle die Articul und Puncten, so in aufgerichten Verträgen, von solcher Gnad und Ergetzligkeit der vierhundert Gulden wegen Anmeldung thuen, hiemit todt, ab, crafftloß und nun hinführan zu ewigen Zeiten unbündig seyn.

Doch sollen ihme Herrn Probst und seinen Nachkommen, die ainhundert funffzig Gulden von weilent Ertz-Bischov Muhacn lobseeliger Gedechtnüß herrüren, und Vermüg daß Vertrags anderer Ursachen halben bewilligt seyn worden, wie vor diesem also auch vorterhin jährlichen aus der Mauth Schellnperg gereicht werden.

Darbey neben aber behaltet Ihme der Herr Ertz-Bischove für sich, und sein Nachkominen, hiemit austrückenlich und bedencklich bevor, da sich in künfftig Zeit über kurtz oder lang befinden, und sich das Saltzwesen also ansehen lassen würde, daß sein Fürstl. Gnaden und dero Nachkommen durch gelegene guete Mittel sein Hällingisch Saltz in mehrern u. höhern Werth, dann es an jetzo ist, bringen würden können, daß sein Fürstliche Gnaden und dero Nachkommen mit dem Herrn Probst zu Berchtesgaden und seinen Nachkommen, von des Schellnperger Saltz und dessen Staigerung wegen, wol möge und könde weitere Handlung pflegen, und daß derohalben diese Vergleichung Ihren Fürstlichen Gnaden, dero Nachkommen und Ertz-Stifft an Ihren Kayserlichen Privilegien, auch andern Recht und Gerechtigkeiten, in kainen Weeg nachtheilig noch vorgreifflich seyn, noch verstanden werden, auch ihme Herrn Probst ausser dieses sonst unpræjudicirlich oder ohnnachtheilig seyn solle.

Dessen alles zu gewissen und beständigen Urkundt, sind dieser Vergleichung zween gleichlauttende Brief auffgericht, und mit Ihr. Fürstlichen Gnaden und wohlgedachts Hn. Probsts zu Berchtesgaden Insigeln bestättigt, und ist auch zu mehrer Sicherhait solches alles mit guten Wissen und Willen aines Hochwürdigen Domb-Capitels des Ertz-Stiffts Saltzburg, und aines Ehrwürdigen Capitels des Stiffts und Gottshauß Berchtesgaden, geschehen und

gehandelt, und zu Becräfftigung deſſen wohlermeltes Domb-Capitels zu Saltzburg, und gedachtes Capitels zu Berchtesgaden, baide Inſiegel gehengt worden. Beſchehen in ſeiner Fürſtlichen Gnaden Stadt Saltzburg den 13. Tag Aprilis, nach Chriſti unſers lieben HErrn und Seeligmachers Geburte, im fünffzehenhundert und neuntzigſten Jahre.

LXXIII.

Vertrag wegen Suſpenſion des Berchtesgadiſchen Homagii zwiſchen Ertz-Biſchoff Wolff Dietrichen zu Saltzburg, und Hertzog Wilhelmen in Bayern, Nahmens ſeines Herrn Sohnes, Ferdinandi, Probſts zu Berchtesgaden, de Anno 1595.

ZU wiſſen, nachdem der Hochwürdig u. Durchleuchtigſt Fürſt und Herr, Herr Ferdinandt, Pfaltzgraf bey Rhein, Hertzog in Ober- und Nieder-Bayern ꝛc. durch Schickung GOttes unlängſt die Probſtey zu Berchtesgaden angetretten, und der Hochwürdigſt Fürſt und Herr, Herr Wolff Dietrich Ertz-Biſchoffe zu Saltzburg, Legat des Stuls zu Rom, ſolcher Probſtey halber ein ſonderbar Jurament und Homagium, in maßen daſſelbige der nechſt abgeleibte Probſt und ſeine Vorfordern, Ihre Hochfürſtliche Gnaden und derſelben geehrten Vorfahren am Ertz-Stifft vor dieſem würcklich geleiſtet, begehrt, auch derwegen etlicher anderer Sachen halber hieher geſchickt, auch Urſachen und Behelff fürbringen laſſen, warum ſeiner Hochfürſtl. Gnaden das Homagium geleiſt werden ſolle; Entgegen aber durch höchſtgedachtes Hertzog Wilhelms ꝛc. hierzu inſonderheit deputirte Räth auch allerhand fürgebracht, und mit Widerſprechung obangeregtes Fürtrags angezogen worden, warum ſolch Homagium nit geleiſtet werden ſoll, oder könte, iſt die Sach letzlich mit beeder Fürſten des Herrn Ertz-Biſchoff und Hertzog Wilhelms in Bayern ꝛc. anſtat und im Nahmen ſeiner Fürſtl. Durchl. geliebten Sohns höchſtgedachtes Hertzog Ferdinanden zeitigem gutem Bedacht, Wiſſen und Willen, zu Erhaltung beſtändiger guter Freundſchafft dahin gemittelt, auch folgender Geſtalt verglichen und vertragen worden, als nemlichen das mehr angeregtes Homagium, oder Jurament ſo lang eingeſtellt ſeyn und bleiben ſoll, biß der Herr Ertz-Biſchoff bey der hohen Obrigkeit durch Erkäntnüß ſolches erhalte, iedoch daß dieſer Vertrag und Einſtellung berührtes Homagii ins künfftig weder dem Ertz-Stifft zu Saltzburg, noch der Probſtey Berchtesgaden an ihres jedweden gebührenden Rechten und Gerechtigkeiten tam in petetorio, quam poſſeſſorio, vel etiam momentaneo judicio nit ſchädlich noch nachtheilig ſeyn, auch für keinen actum, deſſen ſich ein oder ander Theil in künfftig zu behelffen, allegirt oder angezogen werden ſoll oder möge, daß auch durch dieſen Vertrag und Suſpenſion des Homagii denen zwiſchen gemelten Ertz-Stifft und der Probſtey Berchtesgaden hievor auffgerichten Verträgen auſſer ſolches Juraments und Homagii und was demſelben ſeiner Natur und Eigenſchafft nach, anhängig iſt, nichts entzogen und præjudiciret ſeyn, ſondern ſolche Verträg in ihren Kräfften und Würden verbleiben und zu beeden Theilen zu Befürderung guter und richtiger Nachbarſchafft ſteiff vollzogen und gehalten werden ſollen. Nachdem auch mehr und höchſtgedachter Herr Ertz-Biſchoff auff etliche des Capitels zu Berchtesgaden im Ertz-Stifft liegende Güter vor etlichen Jahren einen Arreſt geſchlagen, ſo iſt ferner abgeredt worden, daß ſolcher Arreſt von ſeiner Hochfürſtlichen Gnaden ietzt wieder auffgehebt und relaxirt werden ſolle. Deſſen zu wahrem Urkund, ſeynd zween gleichlautende Brieff auffgericht, und von beeden Fürſten dem Herrn Ertz-Biſchoffen und Hertzog Wilhelm Fürſtl. Durchl. unterſchrieben, auch mit derſelben anhangenden Secreten verfertiget worden. Geſchehen zu München, den neunzehenden Tag Monats Januarii, nach Chriſti unſers lieben HErrn und Seligmachers Geburt, im funffzehen hundert fünff und neuntzigſten Jahre.

Wolff Dietrich, ꝛc.
Wilhelm, ꝛc.

LXXIV.

Vergleich zwiſchen dem Ertz-Biſchoff Marx Sittichen zu Saltzburg, Hertzog Maximilian in Bayern, und des Heiligen Römiſchen Reichs Stadt Regenſpurg, das Saltz-Weſen betreffend, de Anno 1615. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unter dem Ertz-Stifft Saltzburg,** pag. 124. **befindlich.**

LXXV.

LXXV.

Kayſers Ferdinandi II. Diploma, Vermög deſſen er die neuauffgerichtete Univerſität zu Saltzburg confirmiret und in ſeine Protection genommen, de Anno 1620.

FErdinandus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ &c. Dux Luzemburgiæ, ac ſuperioris & Inferioris Sileſiæ, Wirtenbergæ & Teckæ; Princeps Sveviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marckio S. R. Imperii, Burgoviæ ac Superioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ, Sclavoniæ, Portus Naonis & Salinarum.

Ad perpetuam rei memoriam agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis: quod cum demiſſe nobis exponi curavit Venerabilis Paris, Archiepiſcopus Salisburgenſis, Legatus natus, Princeps devotus nobis dilectus, ante triennium circiter Prædeceſſorem ſuum, Marcum Sitticum, Archiepiſcopum recolendæ memoriæ, ſingulari orthodoxæ Religionis Catholicæ, una cum literis humanioribus, in Archidiœceſi ſua, aliisque locis finitimis propagandæ ſtudio incitatum, ad veram divini Numinis laudem & perenne juventutis commodum in Civitate ſua Archiepiſcopali Salisburgenſi ſub tutela atque Patrocinio S. Caroli Borromæi, Collegium ſive Gymnaſium, tanquam certum pietatis Chriſtianæ Seminarium fundaſſe atque erexiſſe, & de redditibus ſufficientibus pro tempore providiſſe ejusque curam, Regimen & gubernationem monachis & PP. Ordinis Sancti Benedicti ea conditione commiſiſſe, ut ibi præter divina Officia & debitam diſciplinæ regalis obſervantiam, in bonis etiam moribus, virtutibus & diverſis artium liberalium ſcientiis & diſciplinis, juventutem aliasque perſonas inſtituerent: hac inſuper promiſſione adjecta, ſi conceptæ fiduciæ ſuæ optatus ſtudiorum progreſſus reſponderet, quam primum pro conditione temporum ac virium ſuarum fieri poſſet, curaturum ſe, ut de jam dictis redditibus in perpetuum eaque liberalitate provideretur, ut quot monachis ac patribus pro Univerſali ſtudio, ſeu academia omnium artium, ac facultatum opus foret, congruam illi ac ſufficientem ſuſtentationem ſuam haberent, nec non effecturum, ut in illa palæſtra ingeniis & diſciplinis debita horum ornamenta ſuo tempore non deeſſent. Quod quidem inſtitutum hactenus usque adeò feliciter ceſſerit, ut juventus exercitiis id genus honeſtiſſimis illecta, aliunde etiam certatim confluens ad majores aliquando functiones in Eccleſia & Republica Chriſtiana dextre adminiſtrandas, ſpem non contemnendam faceret. Unde prænominatus Archiepiſcopus Paris in eundem cum Anteceſſore ſuo pietatis ſcopum collimans & bene cœpta ad felicem exitum deduci & ſecundis auſpiciis, communi ſubditorum ſuorum commodo firmari atque ſtabiliri, magnopere deſiderans, demiſſe nobis ſupplicavit, ut prædictam adeo proſpero ſucceſſu initiatam & à ſe ſuisve ſucceſſoribus quanto citius perficiendam fundationem & erectionem Gymnaſii S. Caroli Bonomæi, à ſuprema quoque Authoritate noſtra Imperiali ex nunc, prout ex tunc & ex tunc, prout ex nunc, non tantum approbare, ratificare & formare, & in Auguſtalem protectionem noſtram ſuſcipere, ſed etiam in univerſitatem ſtudii generalis pro quibuslibet liberalibus diſciplinis & licitis Facultatibus ad inſtar Pariſienſis, Viennenſis, Colonienſis, Friburgenſis, Ingolſtadienſis & aliarum tam Italiæ & Galliæ, quam Germaniæ Univerſitatum ſtudiorum generalium erigere & iisdem privilegiis, honoribus atque immunitatibus Academicis ornare clementer dignaremur.

Nos ſane benigne conſiderantes, opus illud non minus ad Dei gloriam, quam communis Reipublicæ utilitatem & perpetuam animarum ſalutem pertinere, pro benigno noſtro erga Devotionem ſuam affectu, ejusdem petitioni, quippe cui ratio & æquitas ſuffragatur, clementer annuendum duximus, uti vigore præſentium annuimus. Ac proinde ex certa noſtra ſcientia, animo bene deliberato, ſano accedente conſilio, & de Cæſareæ Poteſtatis noſtræ plenitudine memoratam in Urbe Salisburgenſi bene cœpti gymnaſii fundationem & erectionem ſuo tempore competenter ac in perpetuum, uti præfertur, ſtabiliendam ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc benigne approbavimus, confirmavimus, Cæſareaque autoritate noſtra in perpetuum communivimus, quemadmodum hujus Diplomatis noſtri vigore approbamus, confirmamus, communimus, atq; idem

gymnasium ac PP. Benedictinos, quorum Regimini, Administrationi ac Directioni illud commissum est, nec non eorum discipulos & auditores præsentes & futuros in protectionem, tuitionem, defensionem & salvam gvardiam Imperialem clementer recipimus, atque insuper idem Gymnasium in generale publicum studium & plane Universitatem instituimus, ordinamus & hoc nomine deinceps perpetuis futuris temporibus ab omnibus appellari, & iisdem omnino privilegiis & immunitatibus, quibus aliæ quæcunque universitates, uti frui atque potiri solent, gaudere volumus, ita, ut omnes & singuli studiosi & scholares, qui in Albo ejusdem universitatis, sive Academiæ inscripti fuerint, vel in præfata approbata Academia sive universitate lectiones audierint & studuerint, omnibus & singulis privilegiis, exemtionibus, libertatibus, Immunitatibus & indultis, quibus studiosi aliarum quarumcunque Academiarum & Universitatum gaudere, frui & potiri solent, re & nomine gaudeant, fruantur & potiantur.

Et insuper motu, scientia & authoritate, ut supra, concedimus & indulgemus, ut iidem PP. Benedictini & alii Juris Civilis & Medicinæ Professores, ejusdem Universitatis studiosi, qui Academiæ Albo inscripti fuerint, vel in sæpe dicta Universitate, seu etiam in alia quavis approbata lectiones audiverint & digni habilesque, rigoroso examine prævio (in quo conscientias ipsorum Professorum onerari volumus) reperti fuerint, juxta aliarum universitatum privilegia, eis per præsentes à nobis & aliis tum summis Pontificibus, tum Imperatoribus concessa, sive concedenda ad quoscunque gradus Baccalaureatus, Licentiæ, Magisterii, Doctoratus in Artibus, Philosophia atque Sacrosancta Theologia, Jure Canonico, Civili & Medicina ab eisdem sive Rectore Universitatis, sive Cancellario, sive Professoribus promoveri & solenniter creari, modo & solemnitate in aliis universitatibus consvetis possint & debeant, atq; tandem taliter promoti sive promovendi, in omnibus & singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemtionibus, libertatibus, Antelationibus, favoribus, gratiis & indultis, quibus alii in universitatibus studiorum generalium, Italiæ, Galliæ, Germaniæ, juxta illarum Ordinationes, usus, ritus, consvetudines & mores pro tempore promoti de Jure vel consvetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, non solum ad earum instar sed pariformiter & æque principaliter, absque ulla differentia in omnibus & per omnia, perinde ac si gradus ejusmodi in Universitatibus, nec non Collegiis, Gymnasiis, Academiis quibuscunque accepissent, uti, potiri & gaudere re & nomine possint, debeant & valeant. Non obstantibus in prædictis omnibus aliquibus Legibus, Constitutionibus, ordinationibus, prærogativis, decretis, statutis & consvetudinibus & aliis quibuscunque in contrarium, quocunque tempore facientibus. Quibus omnibus & singulis, in quantum præsenti nostræ constitutioni obstant, seu obstare in futurum possent, ex plenitudine potestatis nostræ Cæsareæ derogamus & derogatum esse volumus. Supplentes omnes & quoscunque defectus tam Juris, quam facti, si qui in præmissis omnibus, aut singulis intervenissent, vel intervenisse quovis modo dici, aut allegari possent quovis modo, vel jure, vel consvetudine. Nulli ergo hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ exiterit, liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, erectionis, derogationis, suppletionis, decreti, voluntatis & gratiæ paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire, quatenus gravissimam nostram & Sacri Romani Imperii indignationem & pœnam quadraginta marcharum Auri puri toties, quoties contra factum fuerit, omnisque veniæ spe sublata pendendam & pro semisse quidem fisco, seu ærario nostro Imperiali, pro residuo vero ejusdem Gymnasii usibus applicandam, evitare voluerit.

Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Imperialis appensione munitarum. Datum in Civitate nostræ Viennæ, die nona mensis Martii, anno Domini millesimo, sexcentesimo vigesimo, Regnorum nostrorum Romani primo, Hungarici secundo & Bohemici tertio.

Ferdinandus.

LXXVI.

Pabsts Urbani IIX. Breve Commissionis an den Official zu Chiemsee, in seinem und des Röm. Stuhls Nahmen die Universität zu Saltzburg auffzurichten und zu inauguriren, de Anno 1625.

Urba-

URbanus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Officiali nostro Chiemensi, salutem & apostolicam benedictionem. In supereminenti Apostolicæ Sedis specula meritis licet imparibus, disponente Domino, constituti, & intra mentis nostræ arcana revolventes, quantum de litterarum studiis catholica fides, tenebrosa ignorantiæ caligine ac Hæresum peste expulsa, augeatur, divini numinis cultus protendatur, veritas augeatur, justitia colatur, reliquæ virtutes illustrentur, ad bene beateque vivendum via paretur, ad ea perque utiliter excitentur, & studiosæ personæ ad excelsum doctrinæ fastigium aspirantes, opportunæ subventionis auxilium suscipiant, libenter intendimus, & in his nostræ sollicitudinis partes propensius impartimur, prout pia personarum, Præsulum vota id exposcunt, vosque locorum & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris nostri, Paridis, Archiepiscopi Salisburgensis, petitio continebat: Quod cum alias bonæ memoriæ Marcus Sitticus, dum vixit, etiam Archiepiscopus Salisburgensis, pia meditatione cogitasset, quam longe lateque diffusum undique esset hæresis malum, quantaque incommoda & damna universo orbi attulisset, illi vero tutius & fortius remedium afferri non posse, quam si ubique terrarum, doctorum virorum conventus erigerentur, qui sana doctrina imbuti populos suos propinquos catholicam disciplinam docerent, qua & sibi prodesse & cæteros in vera fide valerent confirmare, tanta in Deum religione commotus, nec non serventi in proximum charitate, collegium, seu Gymnasium in Civitate Salisburgensi, sub invocatione seu titulo S. Caroli Borromæi fundavit, illudque reditibus sufficientibus pro doctorum & magistrorum, qui Grammaticam, humaniores literas, Philosophiam & Theologiam docerent, manutentione, felicique gubernio dotavit, ac Curæ & regimini dilectorum filiorum monachorum Ordinis S. Benedicti commisit & commendavit. Cum autem, sicuti eadem petitio subjungebat, fundatio collegii seu gymnasii prædicti usque adeo feliciter cesserit, ut studiosa juventus exercitiis hujus generis honestissimis allecta, aliunde etiam certatim confluens ad majores aliquando functiones in Ecclesia & Republica Christiana recte administranda spem non contemnendam dederit; quare pro parte prædicti Paridis Archiepiscopi nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus collegium, sey Gymnasium Prædictum in Universitatem studii generalis erigere & instituere aliisque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur attendentes, quod ex literarum studio animarum saluti consulitur, & alia spiritualia & temporalia bona mundi proveniunt, prædictum Paridem Archiepiscopum à quibuscunque excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, nec non collegium, seu gymnasium, ac monachos hujusmodi, eorumque discipulos & studiosos præsentes & futuros sub B. Petri Apostoli, ac nostra ac Sedis Apostolicæ tutela & protectione suscipientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni Tuæ, cum, sicut ipse Paris, Archiepiscopus asserit, Venerabilis frater noster, Episcopus Chiemensis Ordinarius vicinior existat, ex voto congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, decretorum concilii Tridentini Interpretum, per Apostolica scripta mandamus, quatenus collegium, seu gymnasium prædictum in generale publicum studium, Academiam, ac etiam in universitatem cujuscunque facultatis & scientiæ licitæ, cum cathedris facultatum earundem, ac potestate & facultate, capaces & idoneos in facultatibus hujusmodi, servatis servandis, doctorandi, seu magistrandi, auctoritate nostra perpetuo, sine tamen alicujus præjudicio erigas & instituas, illudque sic erectum & institutum ac ejus rectorem aliosque ministros pro illius prospero & felici regimine necessarios, monachorum prædictorum curæ, regimini & administrationi submittas, supponas & subjicias: ac eidem studio & illius universitati, nec non Rectori, doctoribus, scholaribus & personis pro tempore existentibus ac illis, quos inibi ad quoscunque etiam Magisterii gradus in artibus & philosophia, sacra Theologia, jure Canonico, Civili & Medicina ab iisdem sive Rectore Universitatis, sive Cancellario, aut Professoribus hujusmodi, prævio rigoroso examine, ac aliis servatis servandis, ut præfertur, promoveri contigerit, ut omnibus & singulis Privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemtionibus, prærogativis, honoribus, favoribus, gratiis, concessionibus, Antelationibus & Indultis tam à jure communi, quam ex consvetudinibus Apostolicis & imperialibus, vel aliis quomodolibet, in genere, seu specie Italiæ, Germaniæ, Galliæ, ac quibuscunque aliorum studiorum generalium universitatibus illarumque doctoribus, scholari-

laribus & perſonis, ac in eis pro tempore promotis quomodolibet conceſſis ac concedendis, ac quibus illi utuntur, potiuntur & gaudent, non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter & æque principaliter, absque ulla differentia in omnibus & per omnia, dummodo ſint in uſu, nec hactenus revocata, aut ſub aliqua revocatione comprehenſa, uti, frui, potiri, gaudere libere & licite poſſint & valeant, perinde ac ſi illa Univerſitati erigendæ hujusmodi & illis Rectori, doctoribus, ſcholaribus & perſonis, ac in ea pro tempore promotis, quomodolibet ſpecialiter & nominatim conceſſa forent, dicta authoritate indulgeas, nec non dictæ univerſitatis Rectori pro tempore exiſtenti, quæcunque ſtatuta, licita tamen & honeſta, ac ſacris canonibus ac concilii Tridentini decretis & conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria, per Archiepiſcopum Salisburgenſem pro tempore exiſtentem, approbanda, condendi, renovandi & abrogandi licentiam ac facultatem concedas. Cives quoque prædictæ Civitatis & alios quoscunque, qui inibi ſtuduerint & eorum concluſiones & propoſitiones inter doctores ejusdem univerſitatis ſuſtinuerint, & alias idonei & ſufficientes, prævio rigoroſo examine ac aliis ſervatis ſervandis, ut præmittitur, reperti fuerint, eo ipſo in collegium ipſorum doctorum & magiſtrorum receptos & admiſſos eſſe & cenſeri & pro talibus haberi, eisdemque privilegiis, indultis, immunitatibus & habilitatibus ad beneficia eccleſiaſtica & dignitates, aliisq; præeminentiis, aliis univerſitatibus & illarum profeſſoribus & membris quomodolibet conceſſis & concedendis ac præſcriptis, vel præſcribendis, dummodo jurisdictioni pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Salisburgenſis, ac, ut præmittitur Sac. canonibus & Concilii prædicti decretis non repugnent, gaudere & potiri & ad illa recipi & admitti ſtatuas.

Nos enim, ſi creationem & inſtitutionem aliaque tibi commiſſa prædicta per Te, vigore præſentium fieri contigerit, ut præmittitur, ex nunc prout ex tunc & è contra, poſtquam facta fuerint, præſentes literas ſemper & perpetuo validas & efficaces fore & eſſe, ſuosque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ſicque ab omnibus & ſingulis cenſeri & ita per quoscunque judices ordinarios & delegatos, quavis auctoritate fungentes, judicari & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus: Non obſtantibus Apoſtolicis ac in Provincialibus ac Synodalibus editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus ac Collegiorum, univerſitatum, & Ordinis hujusmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſvetudinibus cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod ſinguli magiſtri, doctores & lectores Univerſitatis erigendæ prædictæ in principio cujuslibet anni, ſeu renovationis ſtudiorum, facta prius per ipſos & eorum quemlibet in manibus Ordinarii loci, tanquam delegati Apoſtolici profeſſione fidei, juxta articulos à Sede prædicta propoſitos, ſe nihil, quod eidem fidei quoquo modo repugnet, aut ſit contra bonos mores, lecturos, docturos aut interpretaturos, ſolenni juramento, juxta decreta ejusdem Concilii, ſe ad ſtringere debeant. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat. Domin. MDCXXV. ſexto decimo Calend. Januarias, Pontificii noſtri anno tertio.

LXXVII.

Inſtrumentum, die Find- und Auffhebung derer Reliquien des H. Ruperti, geweſenen Biſchoff zu Saltzburg, betreffend, de Anno 1627.

In nomine Chriſti, Amen.

UNiverſis & ſingulis præſens hoc publicum inſtrumentum viſuris, lecturis aut legi audituris notum ſit & pateat evidenter: quod à nativitate Chriſti anno milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo ſeptimo, Indictione decima, Pontificatus Sanctiſſimi D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno quarto, die vigeſimo ſecundo menſis Junii, hora circiter prima pomeridiana, coram me infra ſcripto Doctore Notario, in antiquiſſimo monaſterio ad D. Petrum Salisburgi Ordinis Sancti Benedicti perſonaliter comparuit Reverendus Nobilis & Clariſſimus Vir D. Chriſtophorus Schreph, ſacro ſanctæ Theologiæ Licentiatus, Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Archi-Epiſcopi, Principis Salisburgenſis Commiſſarius, ordine legitimo inſinuans, placuiſſe eidem Illuſtriſſimo Principi, ut in Reliquias D. Ruperti Bavarorum Apoſtoli, ad admodum Reverendo D. Joachimo S. Petri intra Salisburgum Abbate, non ſolum ad promovendum piæ plebis devotionem verum etiam ad ſancti ipſius amplificandum honorem penitius inquireretur; idque dum

tum ob varia hinc inde animadverſa veſtigia, tum ob tabulam quandam per vetuſtam, octo pedes longam, unum latam; quæ penes antiquiſſimum Polyandrum, ſuggeſtui ejusdem eccleſiæ proximum ſuſpenſa, his antiqui & Germani moris characteribus inſigniebatur:

St. Ruprechts-Grab, h. e.
S. Ruperti Sepulcrum.

Equibus verbis conjecturæ locus patuit B. Rupertum illic locorum aliquando ſitum fuiſſe. Cum vero præfatus D. Abbas Joachimus mortem, antequam rei veritas inveſtigaretur, oppetiiſſet; Succeſſori ejus admodum Reverendo D. Alberto Abbati eadem provincia ab eodem principe commiſſa fuit, ea cum licentia, ut juxta D. Commiſſarium D. Ruperti ſepulcrum, quoad ejus neceſſe eſſet, rimaretur, inventasque B. Confeſſoris reliquias exaltaret ac recognoſceret. Convocatis igitur a me Notario ad X. Calend. Julias ejusdem anni conſtitutis opificibus Martino Altenburger, Martino Holtzner, Wolffgango Buechenberger, & Joanne Egger, mandatum eſt a D. Commiſſario prænominato in præſentia admodum Reverendi. D. Alberti Abbatis, R. P. Melnardi Prioris, P. Pauli Fruеauff Subprioris, multorumque patrum ac fratrum Conventualium, ut prope ſuggeſtum verſus meridiem in medio ferme templi, marmorea Epitaphia ſub fornice removerent.

Amovere igitur tumbam illam vacuam ferreis cratibus ſeu cancellis inſiſtentem, in qua S. Rupertus B. Amandi Corpus Wormatia Salisburgum transtulit: quo facto marmor quoddam apparuit, pedum ſeptem & quadrantis in longitudine, tres latum pedes, dodrantilis vero profunditatis, cui inciſa erat virilis effigies S. Ruperti, cum Inſignibus Pontificalibus. Ipſe lapis quatuor marmoreis & quadratis columnellis ad ſesqui ulnam a terra levatis ſive erectis ſuſtentabatur, cum hoc in marginibus epitaphio.

Anno ab Incarnatione Domini DCXXIII. in die reſurrectionis ejusdem, obiit S. Rupertus, hujus monaſterii fundator & primus Salisburgenſis Epiſcopus hic ſepultus.

Hoc marmore & prædictis quatuor columnellis amotis, gravius adhuc impolitum tamen, & ipſis ſanctis Reliquiis incumbens, ſaxum removendum erat e labio ſepulcri, ſex pedes cum triente longi, duos lati, ad ſeſquipedem profundi, ſolidæque petræ inciſi, niſi quod quartum latus e laterculis conſtabat. In foſſæ hujus medio videndam ſe obtulit arcula quædam e ligno, e ſolido trunco cavata, duos fere pedes longa, dodrantem vero & lata & profunda, cujus e quercu idem operculum erat, & ligaturæ ferreæ, ſic tamen a rubigine conſumtæ, ut ex attacta in pulveres & limaturam pene deſierint. Hæc capſa cum debita reverentia in Aram cunctis cœlitibus dicatam, accenſis cereis ſublata & reſerata eſt: in ea os quoddam præ ceteris eximium fuit, palmum æquans magnitudine; deinde quatuor alia minora juxta lacinias tinctæ ſyndonis & fragmina ligni; unde colligitum eſt, ſacras has reliquias auguſtiore quondam pompa intra querceam illam capſam reconditas fuiſſe. Illud inprimis magni ponderis erat, quod plumbea lamina cum SS. Lipſanis reperta ſit his exarata notis:

Reliquiæ S. Ruberti Epiſcopi 7.
Confeſſ.

Quibus a Commiſſario citato, & me Doctore Notario in præſentia requiſitorum teſtium inveſtigatis, viſis & recognitis, eædem ſacræ Reliquiæ ſeorſim, aliæ ſericis pannis, aliæ mundis linteaminibus involutæ, in priorem arculam per me doctorem Notarium prius obſignatam ſummo ſtudio repoſita ad Sacriſtiam ſuperiorem, ubi cœtera ſanctorum Lipſana ſervantur, cum digna veneratione & proceſſione translatæ ſunt. Ut vero ad tabulam illam, de qua primitus, & quæ inſitioni huic anſam præbuerat, veniamus, hunc ea ſenſum continuit. Cum S. Virgilius anno Chriſti 764. Salisburgum veniſſet, ac biennio poſt Epiſcopus inauguratus eſſet, ocyus animum ad Cathedralem Eccleſiam ædificandam adjecit, cui decimo tertio demum anno ſupremus Colophon impoſitus fuit. Hanc quod S. Ruperto dicaſſet, ex hoc ſepulcro Apoſtoli noſtri, oſſa, quæ a pectore aſcendunt, exemit, rituque ſolenni & Eccleſiaſtico novæ Baſilicæ importavit.

Super his omnibus & ſingulis præmiſſis prædictus Dominus Commiſſarius nomine Illuſtriſſimi Principis a me Notario publico infra ſcripto publicum ſibi confici inſtrumentum petiit. Cui æquiſſimæ petitioni cum e commiſſo mihi officio refragari non debuerim, ideo præſens hoc publicum inſtrumentum ſuper ſuſceptione, exaltatione & recognitione præ inſerta, modis, quibus poteram, optimis ac validiſſimis lubens confeci & expedivi. Acta ſunt hæc in ſæpe nominato monaſterio S. Petri ſub anno, Indictione, die, menſe, Pontificatu & tempore, quibus ſupra. Præſentibus ibidem Reverendis & doctiſſimis viris D. M. Melchiore Scheit Capellano Civico, & M. Joanne Krueg Capellano in

Hohen Saltzburg, utrisque presbyteris, nec non etiam honorato viro D. Joanne Walburger Cive & sculptore Salisburgi, testibus ad id specialiter vocatis & fide dignis

(L. S.)

Georgius Reitter, J. U. D. Notarius.

LXXVIII.

Instrumentum die Find- und Auffhebung, auch Translation derer Reliquien des H. Vitalis, gewesenen Bischoffs zu Saltzburg betreffend, de Anno 1627.

In nomine Christi, Amen.

UNiversis & singulis præsens hoc publicum instrumentum visuris, lecturis, aut legi audituris notum sit, & pateat evidenter: quod cum anno a nativitate Christi millesimo sexcentesimo, vigesimo septimo, Indictione decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac DD. Urbani, divina Providentia Papæ VIII. anno quarto, die nono mensis Julii, admodum Reverendus Dominus Albertus Abbas ad S. Petrum Salisburgi versus plagam templi sui Australem Deo vero, in memoriam S. Andreæ Apost. renovatam aram statuere decrevisset, in opina loci angustia, ut justificarunt opifices, impeditus fuerit, eo quod in angulo ad cornu Epistolæ lapis monumenti obstiterit e rubro marmore, sex columnis æque marmoreis & per intervalla dissitis innixus, quarto latere parietem attingens, novem pedes longus, quinque latus, profunditate pedis unius, cui opere anaglyptico insculpta visitur imago S. Vitalis, temporum tenus irradiata, cujusque margini secundum latus, quod populum respicit, hæc incisa legitur Epigraphe:

Præsul Vitalis cubat hic, ægrisque medetur, anno 646. XIII. Cal. Novembr.

Ut igitur altare decentius constitui posset, retro ad duos fere pedes amotum est marmor, & hoc, ne circa servitium altaris noviter erecti impedirentur ministri. Post hæc apud animum suum reputans admodum R. D. Albertus, Abbas, quantum devotioni plebis accresceret, si. B. Vitalis Reliquiæ piorum Venerationi exponerentur, supplicandum censuit Illustrissimo Principi, ut monumentum, bona ipsius venia resignaretur, & ossa sacra, si quæ superessent, susciperentur. Impetrato a proclivi Principe consensu, & adhibito admodum R. Nobili & Clarissimo Viro D. Christophoro Schrefio Illustrissimi Principis Consiliario & Commissario ad id deputato lapidem illum marmoreum gravissimum artifices & murarii labore magno revolverunt una cum 6. columnis, quibus sustentabatur. Amoliti sunt etiam pavimenti lapidem, qui prætactas columnas fulciebat. Deinde cum omnia impedimenta de medio sublata essent, sudari cœptum est in legenda scriptura antiquissima, notarunt enim artifices, literarum aliquid e cæmentitio sepulchri plano emicare, ut sane erant gybsei characteres per lateritiam incrustationem depicti. Ad hanc famam accurrere prudentes doctique Viri complures, multumque operæ in eruendo scripturæ sensu posuere, oleo pavimentum leniter macerantes, quoad hæc inscriptio luculenter exsculpta fuit.

SCS Vitalis Episcopus & alii Tres.

Fodere de hinc pergentibus duo Saxa, sed rudia, & impolita occurrebant: submotis illis optatæ reliquiæ sese ostenderunt, corpus quidem unum (haud dubie S. Vitalis (honestiore & separato loco versus altare duobus lapidibus a cæteris corporibus divisum. Trium vero anonymorum corpora simul ac velut ad pedes S. Vitalis decumbebant; ea cum reliquiis S. Vitalis in aram D. Andreæ sublevata sunt, rursumque puræ syndoni involuta, ipsas Syndones ego Doctor Notarius meo Sigillo obsignavi. Corpora demum præfata priori sepulcro, distincte tamen, ut ante jacuerunt, remandata fuerunt, interea dum hoc inæstimabili thesauro publice gauderetur, dubitare subiit, num prædicta corpora secundum omnes partes constarent. Proinde ex illustrissimi & Reverendissimi Principis Salisburgensis mandato, admodum Reverendus D. Albertus Abbas & D. Commissarius supra allegatus Nobilem & Clarissimum virum D. Antonium a Colle Medicum Aulicum ad 8. Idus Augusti anni ejusdem advocarunt, ut singula ossa partesque suis locis componeret, serioque numquid requisitorum ossium desideraretur, ediceret; id, quod etiam fideliter præstitit, attestans, de corpore quidem S. Vitalis præter radios brachiorum, partem maxillæ inferioris mediam, os jugale, aurium, temporum & capitis interiora, dextræ spatulæ particulam & ambas claviculas, nil deesse; nec etiam dubitandum, quin omnes prædictæ partes & membra totius Corporis simul fuerint recondita, nec unquam imminuta, nunc vero per diuturnitatem temporis attrita esse, quæ ad supplementum desiderantur, ut e pluribus fragmentis constituit, judicio Medici ad æquandos defectus

defectus sufficientibus. Adhæc ab eodem Medico tria reliqua corpora in ordinem digesta sunt & per omnes partes integra reperta, quæ ut & reliquiæ S. Vitalis, donec solennius exaltentur, in sacrophagum stanneum ex ordine ut prius jacuerunt, repósita, & mei Doctoris Notarii Sigillo aliquot locis denuo obsignata fuere. Super his omnibus antedictus Dominus Commissarius a me Doctore Notario publicum fieri instrumentum petiit; cui æquissimæ petitioni cum e commisso mihi officio libens annuerim, præsens hoc publicum instrumentum super susceptione, exaltatione & recognitione præinserta merito confeci & expedivi.

Acta sunt hæc in sæpe dicto monasterio ad S. Petrum Salisburgi, anno, Indictione, mense, die, Pontificatu & tempore, quibus supra: præsentibus ibidem multum Reverendis & nobilibus, Doctissimis viris Dominis Jacobo Kneisl SS. Theologiæ Licentiato Capellano Salisburg. Domino Augustino Fabro Parocho in Kestendorff & D. M. Melchiore Scheid Capellano Civico, testibus fide dignis, & ad præmissa singulariter accersitis, rogatis & vocatis.

Et quia ego Georgius Reitter J. U. D. Causarum forensium Salisburgi advocatus, nec non utraque authoritate Notarius publicus præinsertæ Sepulchri resignationi, S. Reliquiarum susceptioni, exaltationi ac recognitioni, omnibusque aliis & singulis, dum sic ut præmittitur, fierent, una cum prætactis Dominis testibus semper interfui, depictæ (in fol. II. in originali) figuram ad vivum, quasi ab ipsa incrustatione lateritia ipsemet adumbravi, situm, locumque sepulchri accurate deprehendi, ac demum sacras reliquias in stanneum Sarcophagum ex ordine repositas proprio sigillo aliquoties obsignavi, ideo præsens hoc publicum instrumentum, manu quidem alterius fideliter ingrossatum, exinde confeci, publicavi, & manu hac mea propria subscripsi; nec non etiam solito Notariatus mei signo & sigillo communivi, in fidem & testimonium præmissorum, specialiter vocatus, rogatus & requisitus tempore & loco supra notatis

(L. S.)

Georgius Reitter, J. U. D. Notarius publicus.

LXXIX.

Ertz-Bischoffs Paridis zu Saltzburg Fideicommissum vor die Familie derer Grafen von Lodron, woraus er hergestammet, de Anno 1631.

NOs Paris, Dei gratia, Archi-Episcopus Salisburgensis, sanctæ Sedis Apostolicæ Legatus &c. Hisce præsentibus notum facimus & attestamur, quod ex certis causis animum nostrum moventibus facere deliberavimus & decrevimus infradicendam Donationem vim, & effectum stricti & arcti fidei commissi obtinentem, irrevocabiliter, inter vivos cum vinculis, Conditionibus, Ordinationibus, Declarationibus, Reservationibus, Prohibitionibus &c. infra scriptis, nec non etiam aliis in Instrumento Primogenitura, quam Deo favente in familia nostra erigere constituimus, exprimendis, ad quod primogenituræ Instrumentum in omnibus, & per omnia habeatur Relatio, non secus ac si de verbo ad verbum hisce nostris esset insertum & non alias, aliter, nec alio modo, &c. prout vigore harum Litterarum supradicto, & omnia alio meliori modo, via & forma, quibus de jure validius, & efficacius possumus, Comiti Christophoro Lodrono, fratri nostro germano perdilecto, ejus vita tantum durante, damus, cedimus & donamus irrevocabiliter & inter vivos.

Primo, Pallatium Londrinum nuncupatum, una cum Pristina, Stabulis, Horreis, Horris &c. in hac civitate nostra Metropolitica ultra Pontem juxta Muros, & fossas Civitatis interiores Situm, & a nobis nuper ædificatum, cum omnibus & singulis suis Juribus & pertinentiis secundum veriores suos confimes undique Muris circumspectos, nempe ad partem orientis versus Plateam publicam Lodroniam nuncupatam facies Palatii, & ab utroque ejus latere muri & Domus contiguæ quingentos viginti Pedes circiter in longitudine una cum Palatio comprehendentes: ad meridiem versus novum vicum & Ecclesiam S. Andreæ ac Portam S. Vitalis, Murus &c. ducentos & quatuordecim circiter pedes longus: ad occidentem versus Hortum, seu viridarium novum Archi-Episcopale, ad propugnacula Civitatis & fluvium Salsæ Murus continuus circiter quadringentos & decem pedes longus: ad Septentrionem denique dicta Pristina, & murus versus Hortos & pertinentias Domus olim Maximiliani Stainhauser propriæ, nuper a conjuge Joannis Ludovici Riz Consiliarii nostri Aulici & nobilis provincialis nostri fidelis, dilecti, a nobis pro Camera nostra

noſtra Archi-Epiſcopali emptæ continens per obliquum undique pedes circiter trecentos quadraginta quatuor, & ſic in toto circuitu pedes mille quadringentos octaginta & octo, vel alium veriovem pedum numerum comprehendentes. Intra quos terminos & fines omnes Franchigias, immunitates, Præeminentias & Privilegia concedimus, quæ & qualia habens Domus Canonicorum Metropolitanorum ex hac parte fluvii Sulzæ, ubi Eccleſia Metropolitica ſita eſt, adeo ut etiam a Canonicis Domicellis perpetuis futuris temporibus prima Reſidentia ibidem non ſecus atque in aliis Domibus in hac parte Civitatis circa flumen Salzæ ſitis fieri poſſit. Volumus inſuper, quod vicus ſupradictus verſus Portam S. Vitalis & Eccleſiam S. Andreæ noviter a nobis factus perpetuis futuris temporibus habeat viginti pedes in latitudine & nemini liceat dictum pedum numerum per ullum ædificium, vel alio quovis modo coangustare. Item peculiariter proſpeximus, quod licet omnes Muri ſupradictum Palatium, & pertinentias includentes, proprii ſint, & eſſe debeant dicti Palatii Poſſeſſorem, & nulli unquam ſervituti ſubjecti, nolumus tamen ejusdem Palatii poſſeſſoribus liberum eſſe verſus noſtros & honoratorum noſtrorum in Archi-Epiſcopatu Succeſſorum Hortos feneſtras novas facere; Sed volumus & declaramus in eodem Statu, quo nunc ſunt dictos muros perpetuis futuris temporibus permanere debere.

Secundo duas Domos una cum Horto e regione prædicti Palatii in Platea Pergſtraſſ nuncupata Sitas, olim Samueli Alt, & ejus Heredibus proprias, quarum una a dictis Hæredibus, altera a Chriſtophoro Rexeiſen civibus noſtris empta eſt.

Item omnes muros & Conclavia juxta & ſupra interiorem civitatis portam præfatum Hortum a Rexeiſen emptum & dicti Palatii Confines attingentia, ita ut omnia ſupradicta Conclavia & muri &c. pereptuis futuris temporibus eidem fratri noſtro & ejus in Bonis, Juribus &c harum Litterarum vigore donati juxta Diſpoſitionem noſtram infra dicendum futuris Succeſſoribus in omnibus & per omnia maneat propria. Quibus Domibus, Horto & Conclavibus &c. easdem franchigias, immunitates, præeminentias & Privilegia concedimus quæ jam dicto Palatio conceſſimus.

Cum conditione tamen, quod dicti frater noſter & ejus Succeſſores obligati ſint & permaneant, quotiescunque opus fuerit excubias ad dictam portam ponere, hypocauſtulum inferius juxta eandem Portam Situm, pro dictarum excubiarum commoditate, quamdiu eædem duraverint, absque contradictione cedere. Termini autem, ſive confines harum Domuum & conclavium ac murorum ſupra & juxta dictam Portam ſunt: ad meridiem & occidentem ambæ prædictæ domus in facie dictæ Plateæ Pergſtraſſ, & murus e regione Palatii usque ad dictos muros civitatis, & de hinc ad Palatium ipſum continuus, comprehendentes ſimul pedes circiter trecentos viginti quinque. Ad ſeptentrionem ſupradictæ interioris foſſæ civitatis, usque ad hortum Doctoris Henrici Knot, & ejus Uxoris proprium, centum triginta ſex circiter pedes longæ. Ad orientem demum confines prædicti horti Doctoris Knol centum octaginta tres circiter pedes longe, & murum Joannis Zellner attingentes, & ſic in circuitu comprehendentes undique pedes ſexcentos quadraginta quatuor, vel alium veriorem pedum numerum.

Tertio prædium, vulgo Lehen, vocatum extra Portam S. Virgilii proxime ſitum, cum ſuis pertinentiis, Juribus & terminis, francum prorſus & liberum ab omni Servitute & Dominii directi ſubjectione, continens a parte orientis, verſus Gaſpari Hann hujus noſtræ civitatis Conſulis fundos, circiter trecentos ſexaginta quinque pedes. Ad meridiem, verſus Hortum dicti Doctoris Henrici Knol, quadringentos quadringenta octo circiter pedes: Ad occidentem, verſus viam publicam, quadringentos ſeptuaginta quatuor pedes circiter: Et denique ad ſeptentrionem, verſus Chriſtophori Altenſtraſſers fundos, circiter pedes quadringentos, ſeptuaginta octo. Et in toto circuitu undique pedes circiter mille ſeptingentos ſexaginta quinque.

Quarto omnes redditus, ſubditos, decimas atque bona nuper nobili & nobis fideli dilecto Joanne Chriſtophoro a Nusdorff, Archi-Epiſcopatus noſtri Mareſchallo hæreditario &c. per nos in finem ea omnia ſupradicta Primogenitura applicandi, empta tam feudalia, quam allodialia, prout ſpecialiter & nominatim comprehenſa ſunt in duobus diverſis libellis, ad quos habeatur relatio. Et licet mens, ac intentio noſtra firma & immutabilis ſit, omnia & ſingula ſupradicta & infra dicenda bona, jura &c. perpetuis futuris temporibus, ſemper & ubique permanere debere, inalienabilia ac omnibus & ſingulis alienationum & aliis prohibitionibus, prout latius infra & in dicto Inſtrumento Primogenituræ, Deo dante dicetur, ad quod ut ſupradictum ſemper habeatur relatio:

tio: Nihilominus tamen ſingulariter permittimus, & Licentiam damus, præfato fratri noſtro, & ejus ſucceſſoribus in hac donatione vocatis, quandocunque eis placuit, ex ſupradictis bonis a Joanne Chriſtophoro a Nusdorff &c. emptis, Prædia illa & Bona ad vitam ſolummodo ſubditorum, quod Leibgeding; vel tantum precario, quod Freyſtifft vulgo appellant, conceſſa, in Emphyteuſin perpetuam, vulgo Erbrecht, permutandi & inveſtiendi; hac tamen addita expreſſa conditione, quod certi annui cenſus vulgo Dienſt in Urbario circa dicta bona noviter erecto expreſſi, dictis permutationibus ſeu inveſtituris potius augeantur, quam imminuantur.

Quinto jus Patronatus ad unam ex tredecim Capellaneis a nobis non ita pridem fundatis & dotatis in Capella S. Mariæ ad nives nuncupata, ſita in præfata noſtra Eccleſia Metropolitana, Comitibus noſtræ familiæ Lodroniæ, attributum & conceſſum, prout latius in Litteris fundationis dictarum Capellaniarum die ſexta Januarii hujus currentis anni datis, ad quas habeatur relatio &c. Quæ omnia & ſingula vigore præſentium irrevocabiliter concedimus & inter vivos donamus, ac titulo perfectæ irrevocabilis & irretractabilis, perpetuo valituræ Donationis, quæ fit & fieri dicitur inter vivos, quamque vim & effectum ſtrictiſſimi Fideicommiſſi habere, & obtinere volumus & declaramus &c. & omnia bona ac Jura &c. ſupradicta ſtrictiſſimo Fideicommiſſo ſupponimus & perpetuis futuris temporibus ſuppoſita permanere diſponimus, volumus & mandamus, prædicto Comiti Chriſtophoro Fratri noſtro, vita ejus tantum durante, cum ſupra & infra Scriptis, Reſervationibus, Conditionibus, Prohibitionibus, Declarationibus, Pactis & Ordinationibus, cum quibus &c. ſine quibus &c. & non alios, aliter nec alio modo, prout proteſtamur expreſſe, non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo &c.

Inprimis igitur nobis reſervamus tota noſtra vita naturali durante, uſum & uſumfructum integrum, in & ſuper omnibus & ſingulis prædictis Bonis, ita ut libere de eis diſponere poſſimus & valeamus ad omne noſtrum libitum & beneplacitum.

Præterea una cum poteſtate declarandi omnia, & ſingula, quæ quomodocunque controverti poſſent in hac Donationis pagina, nec non addendi vel tollendi, quidquid magis expedire videbitur nobis reſervamus plenariam auctoritatem transferendi in alias Regiones vel alia loca nobis beneviſa, ſeu etiam in toto vel in parte alienandi prædicta bona, & Jura &c. ac pretium vel pretia convertendi in emptionem aliorum Bonorum ſtabilium, vel aliter inveſtiendi, prout nobis magis expedire videbitur. Si tamen in præjudicium venerabilis Capituli noſtri Metropolitani aliquid addere, vel de novo diſponere voluerimus, novus dicti Capituli Conſenſus requiratur, & ſine ipſo nihil hujusmodi, innovetur: Vel ſi nihilominus innovare placeret, idem Capitulum viciſſim, ea, quæ a ſe dependent, libere revocari poſſit. Secuta vero morte noſtra, uſus, & uſusfructus prædicti eo ipſo cum Bonis ut ſupra, donatis conſolidatus ſit & eſſe debeat, & recenſeatur cum prædictis & infra ſcriptis declarationibus, Reſervationibus, Conditionibus, ordinationibus, prohibitionibus &c. & illis ſemper ſalvis poſt mortem quandocunque ſupravenientem dicti Comitis Chriſtophori fratris noſtri, ſi unum vel pluresFilios maſculos legitimos & naturales habuerit, immediate ſuccedat ejus Primogenitus, ſi ſupererit, ſi autem defecerit, ſuccedat ejusdem Primogeniti filius, aut ex eo nepos Primogenitus; Pronepos & alii Deſcendentes primogeniti, unus poſt alium de primogenito in primogenitum, ſervato ſemper gradu & ordine primogenituræ in perpetuum & in infinitum durante Linea maſculina legitima & naturali dicti fratris noſtri. Quo primogenito, ejusque Linea maſculina deficientibus, & ex ea non extantibus maſculis habilibus ad ſuccedendum juxta diſpoſitionem & ordinationem noſtram: vel extantibus & poſtea quandocunque deficientibus & extinctis: tunc volumus, ut in omnibus ſupradictis Bonis, Juribus &c. Succedat ſeeundo genitus dicti fratris noſtri & ejus filius, nepos & pronepos, cum ſua Primogenitorum ſerie in perpetuum & in infinitum, durante Linea ejusdem ſecundogeniti maſculina legitima & naturali ſimiliter de Primogenito, in Primogenitum, ſervato ſemper gradu & ordine Primogenituræ. Quod ſi non extaret ſecundogenitus vel extaret & poſtea quandocunque deficeret, & pariter ejus Linea maſculina legitima & naturalis extingveretur: Succedant Tertio genitus & ejus deſcendentes maſculi, ſimiliter ſervato grado, & ordine primogenituræ, durante Linea maſculina legitima & naturali dicti Tertio geniti: Et illis non extantibus, vel poſtea extinctis, ſuccedant alii ex linea maſculina ſæpe memorati Fratris noſtri in forma & modo Primogenituræ gradatim ac ordine ſucceſſivo unus poſt alium in perpetuum & infinitum durante Linea legitima maſculina & naturali ejusdem Fratris noſtri & ex ea extantibus maſculis legitimis &

naturalibus ex legitimo matrimonio & de proprio corpore conceptis & natis ex Proſapia maſculina, non autem legitimatis, vel legitimis factis, quos legitimatos, ac etiam legitimos factos a ſucceſsione ſupradictorum Bonorum, ſicut etiam a feudis, quæ familia noſtra Lodronia ab Eccleſia Tridentina recognoſcit, excluduntur, penitus excludimus & excluſos eſſe volumus, etiamſi ex plenitudine ſupremæ poteſtatis Pontificiæ, Cæſareæ, Regalis aut cujusvis alterius ſeu ad hanc quoque ſucceſſionem ſingulariter diſpenſati fuerint, quos nihilominus perpetuo excluſos eſſe mandamus. Sex igitur perpetua & immutabilis eſto, quod Linea una, ſive primo ſecundo, Tertio vel ulterius etiam genitorum cum ſuis Deſcendentibus extincta, ſemper proximior in gradu ultimo defuncto ex Linea extincta, & in concurſu plurium proximiorum in pari gradu exiſtentium, Senior in dictis bonis ſuccedat & ſuccedere debeat nulla habita ratione, an ſit ex ſecundo, tertio, vel ulterius geniorum ſerie, ut latius in Primogenituræ conſtitutione.

Caſu vero adveniente, quo dictus Comes Chriſtophorus Frater noſter poſt ejus mortem non relinqueret ex ſe deſcendentiam legitimam & naturalem maſculinam: vel ſi relinqueret & poſtea viventibus pluribus vel ſaltem una ex dictis filiabus ſuis, hujusmodi Deſcendentia maſculina deficeret: tunc ex ſingulari Privilegio & Diſpoſitione volumus, declaramus & mandamus, quod in dictis bonis Juribus &c. immediate ſuccedat, & ſuccedere debeat, uti dilecta & vocata comitiſſa Claudia Dorothea Filia primogenita dicti fratris noſtri & ejus Conjugis Comitiſſæ Catharinæ, de familia Baronum de Spaur oriundæ, eum hac expreſſa & omnino obſervanda conditione, ſine qua &c. quod dicta Comitiſſa Claudia Dorothea nubat & nubere debeat uni ex Comitibus Lodroni ad ſæpe memoratorum Bonorum & Jurium &c. Succeſſionem ut infra, vocatis, & non alias, aliter nec alio modo &c. Mortua vero quandocunque dicta Comitiſſa Claudia, Dorothea ſuccedat & ſuccedere debeat ejus primogenitus maſculus procreatus in legitimo matrimonio ex ſe & uno ex dictis Comitibus Familiæ noſtræ Lodroniæ, ſi ſupererit; & eo deficiente, ejus filius nepos, Pronepos & alii Deſcendentes maſculi legitimi & naturales in perpetuum & in infinitum, durante Linea maſculina legitima, & naturali primogeniti prædicti ſimiliter de primogenito in primogenitum ac ſervato gradu ac ordine Primogenituræ; & deficiente Linea maſculina dicti Primogeniti, vocati ſint ſucceſſive & ſuccedant ac ſuccedere debeant per modum primogenituræ alii Filii & deſcendentes maſculi legitimi & naturales ejusdem Comitiſſæ Claudiæ Dorotheæ ex matrimonio cum uno ex Comitibus Lodroni, ut ſupradictum eſt & non alias aliter, nec alio modo &c. Deficientibus vero Deſcendentibus, ſemper vocatus intelligatur & ſit & ſuccedere debeat Agnatus proximior ultimo ex prædictis vocatis defuncto & ſucceſſive ejus Linea legitima & naturalis & quatenus plures eſſent in eodem gradu maſculi proximiores unico contextu ſuccedere prætendentes, tunc, & eo caſu Senior, & major natu omnibus aliis præferatur & vocatus intelligatur & ſuccedat & ſuccedere debeat ac ex eo filius, Nepos, Pronepos & alii Deſcendentes maſculi legitimi & naturales in perpetuum & in infinitum durante linea maſculina legitima & naturali Agnati, prædicti ſimiliter de primogenito in primogenitum ſervato Gradu & ordine Primogenituræ, prout ſuperius de Linea maſculina dicti fratris noſtri diſpoſitum eſt. Extincta vero linea maſculina legitima & naturali præfati Agnati, vocatus ſit eodem modo, ut ſupradictum eſt, agnatus proximior ultimo defuncto, & ſucceſſive ejus deſcendentes maſculi legitimi ac naturales, & ſi de Perſona in Perſonam, & de Linea in Lineam ad ſupradicta bona, Jura &c. vocati ſint, & intelligantur omnes maſculi legitimi & naturales ex ſangvine comitum Familiæ noſtræ Lodroniæ procreati & procreandi in infinitum & in perpetuum ita ut extincta unaquaque linea, ſemper præferatur omnibus aliis Agnatus in Gradu agnationis proximior ultimo defuncto & data gradus æqualitate, Senior & major natu excludat Juniores.

Sed caſu quo dicta Comitiſſa Claudia Dorothea nuberet alicui alteri, qui non eſſet ex ſangvine ſæpedictæ Familiæ noſtræ Lodroniæ, vel ſi Profeſſionem emitteret in aliqua religione, tunc eam excludimus & amiſiſſe declaramus, tam in proprietate, quam in uſu & uſufructu omne utile & commodum dictorum bonorum, ut ſupra, a nobis donatorum, nec ipſa, neque Religio aut Monaſterium, nullaque alia Perſona, ſive locus etiam pius, quantumvis Privilegiatiſſimus quicquam aliquo tempore habere, aut prætendere poſſit in dictis bonis, quod quidem non facimus in odium Status Religionis, vel ut dicta filia retrahatur ab ingreſſu Religionis, ſed ſolum ut ad Sacramentum Matrimonii invitetur, quia cupimus prædicta bona, Jura &c. unita conſervari

ſervari medio maſculorum ex ipſa in familia Lodronia.

Ideo cum prædictis caſibus, tum etiam ſi Comitiſſa Claudia Dorothea nuberat uni ex Comitibus Lodroni & ipſe Comes maritus moreretur ſine deſcendentia maſculina ex legitimo matrimonio procreata cum eadem Comitiſſa Claudia Dorothea, & ipſa quoque ex hac vita diſcederet ſine alia convolatione ad ſecundas vel ulteriores nuptias cum alio Comite Lodroni vel nullum poſt ejus mortem reliquis & filium, ut aalium deſcendentem maſculum ex legitimo matrimonio procreatū cum uno ex dictis Comitibus Lodroni, tunc intelligantur, & ſint vocatæ in dicta Primogenitura cum iisdem Pactis & conditionibus Comitiſſa Catharina Clara ſecundogenita ejusdem fratris noſtri & dictæ Comitiſſæ Catharinæ, & ſucceſſive omnes aliæ (ſi quas habebit) filiæ fœminæ legitimæ & naturales dicti Comitis Chriſtophori fratris noſtri, una poſt aliam cum ſuis deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus prcoreatis, & ex proprio corpore conceptis in legitimo matrimonio cum uno ex Comitibus Familiæ noſtræ Lodroniæ ſemper per modum Primogenituræ, ut ſupra diſpoſitum eſt & hac donec & quousq; fuerit purificata ſupradicta conditio ad quam &c. Et dato caſu, quod Comes Chriſtophorus frater noſter vitam cum morte commutaret absque ejus deſcendentibus legitimis & naturalibus filiabus vel caſu quo poſt mortem ipſius vivæ remanerent una, vel plures ex ejus filiabus legitimis & naturalibus, & nulla ipſarum nuberet, vel nupſiſſet alicui ex dictæ familiæ noſtræ Lodroniæ Comitibus, ſed omnes & ſingulæ potius nuberent vel nupſiſſent perſonis extraneis & alterius Familiæ vel ſi quovis accidente, aut imaginabili caſu nulla ipſarum haberet vel habuiſſet, aut poſt ejus mortem nullam relinqueret deſcendentiam legitima & naturalem maſculmam ex ſe, & aliquo Comitum de Lodrono, tunc vocatus ſit & ſuccedat ac ſuccedere debeat, in dictis bonis, Juribus Comes Lodronius in gradu agnationis proximior ſi juxta diſpoſitionem noſtram factam vel fiendam habilis erit ad ſuccedendum & ſucceſſive ejus deſcendentes maſculi legitimi & naturales, ſimiliter de primogenito in primogenitum, & ſervato gradu ac ordine primogenituræ.

Et caſu, quo plures Agnati ejusdem Gradus unico contextu ſuccedere prætendentes ſupereſſent tunc ſuccedat ſolus Senior & ætate major & ſucceſſive ipſius deſcendentes maſculi legitimi & naturales in forma & ratione Primogenituræ, ut ſupra de Deſcendentibus præfati Fratris noſtri diſpoſuimus. Quæ omnia & ſingula obſervari volumus & mandamus in perpetuum & in infinitum durante Proſapia & Familia noſtra Comitum Lodroni ad ſucceſſionem ſupradictorum Bonos Jurum &c. vocatorum. Vocati autem ſint & intelligantur in perpetuum, & in infinitum unus poſt alium, omnes Lodroni Comites cum eorum Deſcendentibus (prout comprehenduntur in Inveſtitura, quam dicti Comites pro tempore ſumere ſolent a Dominis Epiſcopis & Principibus Tridenti ratione Comitatus Lodroni, Caſtri Romani, Caſtellani & Caſtri novi, ac eis annexorum &c. ſemper tamen & quocunque eveniente caſu, ſucceſſio in bonis, ut ſupra, donatis omnino reguletur, & dirigatur juxta præſcriptum præſentis diſpoſitionis & prout etiam, Deo dante, latius explicabitur in ſæpius dictæ Primogenituræ erigendæ Inſtrumento, ad quod ſemper habeatur relatio ut ſupradictum eſt, & non alias, aliter, nec alio modo &c. de quo proteſtamur expreſſe omni meliori modo &c.) videlicet Comes Chriſtophorus Frater noſter cum ſuis deſcendentibus, ut ſupra diſpoſitum eſt. Item Comites Maximilianus & Alphonſus fratres, filii quondam Comitis Caſparis cum ſuis deſcendentibus legitimis & naturalibus maſculis tantum; Comes Petrus Aloyſius filius quondam Comitis Hectoris cum ſuis deſcendentibus maſculis, ut ſupra. Comites Hieronymus Senior Militiæ Tyrolenſis ſupremus Præfectus & Ludovicus fratres, filii quondam Comitis Franciſci cum ſuis deſcendentibus maſculis ut ſupra. Comes Hieronymus Junior, Dominus Caſtri S. Joannis filius quondam alterius Hieronymi, cum ſuis deſcendentibus maſculis ut ſupra. Item Comites Philippus & Joannes Baptiſta millitum Tribunus fratres, filii quondam Comitis Hieronymi dum viveret, Regis Hiſpaniarum Conſiliarii Bellici, Germanicarum Legionum Præfecti & Regiæ Germanica Cuſtodiæ Capitanei, pariter cum ſuis deſcendentibus legitimis & naturalibus maſculis excluſis ſemper fœminis, ſolum exceptis filiabus dicti fratris noſtri, cum pactis tamen, conditionibus & ordinationibus &c. ſupradictis, eveniente caſu, quod ipſe frater noſter decederet absque deſcendentibus legitimis & naturalibus maculis.

Volumus autem & mandamus, quod dictus frater noſter & alii, qui pro tempore ſuccedent in dictis bonis, teneantur & obligati ſint conſervare in bono ſtatu cum ſuis confinibus & nihilo penitus deteriorare, imo potius meliorare Palatium, domos & omnia ac ſingula reliqua bona ſupra donata.

Et ut melius eorundem dictorum bonorum indemnitati, & integrali conſervationi Conſuli poſſit, ſtatuimus & ordinamus, quod Comes pro tempore Poſſeſſor eorundem Bonorum per ſe vel

vel per legitimum ſuum Procuratorem ſufficiens ad id Mandatum habentem teneatur ſingulis quinquemis, ſaltem ſemel vel ſæpius, ſi neceſſitas id exegerit, petere a venerabili Capitulo, noſtro, ut deputet unam perſonam ei bene viſam, & ab aliis Comitibus Lodroni ad dicta Bona vocatis, ut deputent alium, qui ambo una cum præfato Comitis poſſidentis procuratore, Palatium, domos & urbaria ſupradictorum bonorum diligenter perluſtrent ac viſitent, præſentesque donationis litteras, ſeu etiam alias ſcripturas huc ſpectantes attente legant, ac conſiderent, & quatenus deteriorationes, ruinas vel imminentia pericula, ſed damna reperiant, aut probabiliter prævideant, de congruis remediis conveniant, omniaque ſtabilita idem Comes dictorum bonorum pro tempore poſſeſſor prompte, ac nulla interpoſita mora exequatur vel exequii curet. Quod ſi inter ipſum Comitem dicta bona poſſidentem & alios Intereſſe habentes, ſeu eorum deputatos, aliqua pro tempore controverſia & differentia oriri contingat, duo ab eis communiter eligantur arbitri probi viri, unus videlicet pro parte Comitis bona poſſidentis, alter vero pro parte aliorum Intereſſatorum, qui ſummarie absque Strepitu & figura Judicii, ſola facti veritate inſpecta, ſecundum eorum conſcientiam declarent ac ſententient, & quatenus arbitri Prædicti in eorum Sententia concordes non eſſent ipſi iidem Arbitri concorditer eligant tertium, qui declarat ac ſententiet cui ſententia in utroque caſu partes omnino ſtare & acquieſcere debeant, nec ab illa ſub quovis prætextu vel quæſito colore recedere, reclamare, appellare vel quicquam adverſus eam dicere &c. poſſint: ſub pœna florenorum quadringentorum qualibet vice incurrenda, & ſolvendorum a parte contraveniente ac applicandorum Hoſpitali S. Sebaſtiani vulgo **Bruderhauß**, nuncupatum, ultra pontem in hac noſtra civitate exiſtenti.

Declaramus inſuper appellatione primogenitorum: & filiorum non venire Profeſſos in aliqua militia ſeu religione, ſive fuerit militia vel monaſterium capax, ſive non: & ſive religio ſæcularis ſive regularis; & quod monaſterium non veniat appellatione filii, neque aliquid prætendere poſſit monaſterium & Perſona ut ſupra, Profeſſa, neque in proprietate, neque in fructibus, quia omnes Profeſſos & Religiones & monaſteria ſemper & perpetuo excludimus. Et hæc omnia, non quidem odio Religioſorum vel Religionis, neque ut quos retrahatur a Religione, ſed ut dicta bona permaneant in agnatione & Familia noſtra. Admittimus tamen & admiſſos eſſe volumus milites Religionum matrimonium prohibentium Item quia intentio & præciſa ac deliberata voluntas noſtra eſt, quod hujusmodi bona, ut ſupra, donata integre perpetuo remaneant in dicta noſtra Familia, idcirco prohibemus non ſolum prædicto Comiti Chriſtophori fratri noſtro Germano, verū etiam omnibus & ſingulis ejus in dictis bonis Succeſſoribus futuris in perpetuum & in infinitum, ne poſſint de dictis bonis, Juribus &c. vel aliquibus eorum ex quavis cauſa & occaſione quicquam quantumvis minimum, etiam ratione legitimæ vel Trebellianicæ & Falcidiæ, ac inofficioſæ donationis, aut quacunque alia de cauſa, etiam ratione quorumcunque melioramentorum etiam utilium vel neceſſariorum quomodolibet, & per quoscunque fiendorum detrahere vel bona ipſa retinere, quia omnem legitimam Falcidiam & Trabellianicam, & quamlibet aliam portionem & deductionem, prætenſionem vel petitionem quorumcunque melioramentorum &c. perpetuo expreſſe prohibemus.

Item prohibemus quod ullo unquam tempore aliqua via & occaſione dictus Comes Chriſtophorus, nec alii ad præfata bona, Jura &c. vocati, valeant in quacunque ultima voluntate, ſeu inter vivos, ſeu etiam alias bona ſeu Jura &c. ſupradicta & cujuslibet ipſorum aliquam, etiam minimam partem vendere, diſtrahere, donare, permutare in dotem etiam filiabus & deſcendentibus &c. vel pro ipſis dotibus tam conſtituentis quam etiam reſtituendis vel aſſecurandis, neque pro quacunque alia neceſſitate, obligare, hypothecare ſeu quomodolibet alienare &c. etiam alienationis latiſſime ſumpto vocabulo. Quæ omnia ita ut ſupra prohibemus, quia per modum principalis diſpoſitionis volumus, quod dicta bona & Jura &c. ſemper ſint eadem quantitate perpetuo duratura.

Prohibemus inſuper, quod nullo modo poſſit pro derogatione hujusmodi prohibitionis & diſpoſitionis impetrari aliquod indultum, aut diſpenſatio, gratia, vel Derogatio, ſeu quævis alia Licentia vel habilitatio, nec illis ubi etiam proprio, quorumcunque Eccleſiaſticorum vel ſecularium principum ſeu ſuperiorum, etiam cum quibusvis Clauſulis & Decretis, etiam præſentis Donationis & Diſpoſitionis Derogatoriis concederentur, etiamſi de Conſenſu aliorum tunc viventium & vocatorum impetrarentur, & ſi quis talia impetraverit aut etiamſi motu proprio conceſſu fuerunt, uſus fuerit, aut utentibus, quantum in eo erit aſſenſerit in judicio vel extra ſtatim & incontinenti alienationes hujusmodi ſint nullæ ipſo Jure

Jure & facto, etiam absque alia Declaratione Judicis, prout ex nunc pro tunc, illos pro nullis & infectis declaramus & Dominium, ſeu etiam poſſeſſionem transferri prohibemus: Imo illud & illam in alios vocatos reſpective & ordine ſucceſſivo, ut ſupra, transferimus & contravenientes quicunque & impetrantes vel utentes aut aſſentientes, ſi per annum dicta bona alienata recuperare neglexerint, cadant ab omni commodo præſentis Diſpoſitionis & Bona ac Jura &c. prædicta integre ad illum devolvantur, ad quem devolverentur, ſi tales contravenientes non extarent, cui volumus ſtatim, illico & incontinenti Jus & Dominium omnium ſæpedictorum Bonorum ac Jurium &c. quæſitum cenſeri, & ex nunc eundem in Caſum prædictum ad hujusmodi Donationem & Succeſſionem irrevocabiliter vocamus, cum facultate dicto caſu capiendi & retinendi, absque alicujus Judicis, Curiæ & Magiſtratus Decreto vel Mandato, vel vitio Spolii & attentatorum, realem & corporalem poſſeſſionem Bonorum ac Jurium &c. cum eadem prohibitione alienationis ut ſupra dictum eſt. Et nolens vel negligens proximior infra Annum ex tunc proximum in dicto caſu dictæ Contraventionis dictam Caducitatem & devolutionem acceptare & dictam poſſeſſionem capere & retinere, & quatenus opus ſit pro Recuperatione Bonorum ſeu Jurium &c. etiam de facti alienatorum, litem contra alienantem & quoscunque Detentores, & quos opus fuerit introducere & infra duos annos ex tunc proximos quantum in ipſo eſt, terminare facere; tunc & eo caſu ex redditibus & fructibus Bonorum & Jurium ut ſupra donatorum ac etiam aliorum quorumcunque dictæ Primogenituræ applicandorum donamus ex nunc præfato loco pio, vulgo **Bruderhauß** nuncupato, mille florenos ſingulo Anno per dictum locum pium, ſeu illius Præpoſitos vel Miniſtros etiam propria auctoritate percipiendos durante tempore hujusmodi negligentiæ & litis, cum onere, quod dicti Præpoſiti ſeu Miniſtri pro eorum poſſe procurent recuperationem Bonorum alienatorum & reſpective devolutorum & dictæ litis Terminationem ad Favorem Succeſſoris ut ſupra in dicto caſu dictæ alienationis vocati, quanto citius fieri poterit. Et hoc ſucceſſive toties, quoties caſus prædictus evenerit in perpetuum, & in infinitum. Quia, ut etiam ſupra diximus, Mens & intentio noſtra eſt, quod omnia dicta bona Jura &c. integra perpetuo conſerventur in noſtra familia Lodronia & integre tranſeant ſine ulla diminutione, etiam cum melioramentis utilibus, neceſſariis & voluptuoſis in ſupradictos omnes vocatos ordine, ut ſupra, diſpoſito, & Deo dante, latius dicetur in dicto Primogenituræ inſtrumento ad quod &c.

Præterea quia mens & expreſſa voluntas noſtræ eſt quod omnes & ſinguli, ut ſupra, in hac Donatione vocati in Unione Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ vivant, & ſe abſtineant a Delictis & Criminibus, ac in gratia Principis exiſtant; Ideo volumus & expreſſe declaramus, quod in eventum, in quem ſupradicti vocati in præſenti Donatione, etiam eo tempore quo dicta Bona & Jura &c. adhuc non poſſiderint a præfata Catholica Religione deficerent & Hæreſin vel Schiſma aliquod aut aliam Sectam a ſupradicta S. Eccleſia Catholica damnata amplecterentur aut committere cogitarent & cum effectu committerent, vel aliquis eorum Hæreſim vel Schiſma aut aliam Sectam damnatam amplecteretur ſeu committeret aliquod delictum, etiam læſæ majeſtatis, propter quod indignationem Principis mereretur & prædicta bona ſeu Jura &c. in totum vel in parte & tam reſpectu Proprietatis quam quorumcunque fructuum venirent confiſcanda, tunc & eo caſu ex nunc pro nunc, & e contra, poſtquam talis Delinquens cogitaverit tale delictum ſeu delicta & per quindecim dies ante cogitationem delinquendi & contingentiam ſubſequentem quotquot fuerint delicta & qualiacunque propter quod ſeu quæ veniret condemnandus & condemnaretur ac propterea bona ſeu Jura ſupradicta vel in proprietate, vel in fructibus aut quælibet pars ipſorum etiam minima veniret confiſcanda & fiſco cujusvis Dominii & Principis etiam ſupremi ſeu alicui Collegio, Communi & Univerſitati aut loco applicanda, ſive expreſſe ſive tacite & in Conſequentiam & alio quovis modo & ex quacunque lege conſtitutione ſeu Statuto & Decreto edito, vel in futurum edendo, ea omnia ab illo, ſicut ſupra cogitante vel delinquente, eo ipſo absque alia Declaratione & Sententia Judicis aufferantur, & idem Delinquens cogitans, ut ſupra, & Delinquens in Caſu dictæ Confiſcationis & appellationis, eo ipſo cadat ab omni Jure & Commodo præſentis Donationis, tam reſpectu proprietatis, quam fructuum &c. & ad id dicta Bona & Jura &c. admittatur & admiſſus cenſeatur ipſo Jure & facto, absque aliqua Declaratione, quia nos ſic ex nunc declaramus & mandamus ille, qui alias fuiſſet ſucceſſurus & admiſſus, ſi is, qui Delictum commiſit vel committere cogitavit, non fuiſſet in medio, non quidem in odium vel fraudem fiſci ſed ut Bona & Jura &c. ut ſupra donata, ac illorum fructus, Redditus & Proventus integre conſerventur in dicta Agnatione & familia

lia nostra Lodronia secundum ordinem superius descriptum.

Et si dicti in Hæresin Schisma vel aliam sectam damnatam lapsi resipiscerent, Hæresim, Schisma vel aliam Sectam abjurarent, & in Gre. S. Romanæ Ecclesiæ Catholicæ redirent, seu etiam alii civiliter mortui vel privati, ad pristinum statum gratiæ Principis vel alterius potestatem habentis, auctoritate reintegrarentur, quia adhærere intendimus eorum Benignitati & Dispensatione ac in Hæresim vel Schisma, aut aliam sectam damnatam lapsorum Correctioni mandamus & volumus, ut statim eo ipso absque aliqua Declaratione Judicis proferenda intelligantur pariter, & sint ad omnia bona & jura &c. Supradicta restituti, præterquam ad fructus illo medio tempore ab ipsomet Successore perceptos, ad illis utendum, fruendum & gaudendum, sicut ante mortem civilem vel ante Confiscationem, aut antequam laberentur in Hæresim, Schisma vel aliam sectam damnatam utebantur, & fruebantur, cum facultate reassumendi illorum corporalem Possessionem propria auctoritate de facto, absque alicujus Licentia, & hoc servari volumus toties, quoties Casus prædicti evenerint, & jam in perpetuum & in infinitum.

Si Dominus Deus a cujus Nutu cuncta dependent, omnes supradictas Lineas masculinas legitimas & naturales de Prosapia & familia nostra Lodronia penitus extingui permitteret & eo casu, quocunque tempore eveniat, volumus, disponimus & declaramus quod in dictis Palatio, Domibus, Prædiis, Redditibus, Subditis, Decimis, Jure Patronatus unius ex tredecim Capellaniis & omnibus aliis Bonis, Juribus, Pertinentiis & Dependentiis, nullis penitus demptis, uti vocatum succedat & succedere debeat venerabile Capitulum nostrum Metropolitanum & ejus oblaja, taliter ut Palatium supradictum cum suis Pertinentiis & Jus patronatus præfatæ Capellaniæ simul etiam indictas omnium fructuum supradictorum Bonorum &c. in Usum & Commodum solius oblajarii pro tempore existentis cedat & redundet. Altera vero Medietas dictorum fructuum oblajæ permaneat & inter alios Canonicos Capitulares Sacerdotes viritim dividatur.

Peculiari onere & obligatione dicto Capitulo nostro injunctis ut Hæredi seu Hæredibus proximis ultimi ex tota familia nostra Lodronia extincta defuncti, sive ab Intestato sive ex Testamento venientibus. Permittimus enim dicto Comiti Londroni ex tota familia nostra ultimo super hoc pro libitu & Beneplacito suo Dispositionem facere) decem Millia Tallerorum Imperialium pro una vice tantum solvere debeant & teneantur. Durante vero dicta nostra Familia Lodronia, volumus & ordinamus, quod tam prædictus Frater noster, quam ejus Descendentes, vel alii agnati dicta bona Jura &c. possidentes, perpetuis futuris temporibus supra memorato Capitulo nostro Metropolitano singulis annis, incipiendo, a data harum Litterarum numerare teneantur, & re ipsa numerent Ducentos Florenos Rhenenses, qui pro medietate, ut supra de aliis quoque Bonis deficiente tota Prosapia Lodronia dispositum est, sola oblajario pro tempore existente dentur: Altera vero Medietas remaneat oblajæ inter alios Canonicos Capitulares Sacerdotes viritim distribuenda. E converso vero idem Capitulum nostrum in præfata nostra Ecclesia Metropolitana, pro animabus omnium Comitum de Lodrono unquam defunctorum singulis Annis in perpetuum Anniversarium celebrare teneatur & obligatum sit. Reservamus tamen expresse sæpedicto Fratri nostro, & ejus in dictis bonis & Juribus &c. Successoribus perpetuum arbitrium & liberam facultatem quandocunque eis placuerit loco præfatæ summæ Ducentorum Florenorum alias ut supra annuatim numerandæ, quatuor Millia similium florenorum tanquam sortem capitalem solvendi, quæ solutione secuta, statim dicti Comites familiæ nostræ Lodroniæ omnino liberi sunt ab omni onere dictorum Annuorum ducentorum florenorum ulterius solvendorum & præfatum Capitulum obligatum sit & teneatur eandem sortem Capitalem in tot bonis stabilibus fructiferis, seu aliis locis securis investire, & fructus inde percipiendos, ut supra dispositum est, annuatim dividere, & nihilominus etiam prædictum Anniversarium singulis annis in perpetuum peragere.

Nulli igitur hominum liceat hanc nostram Voluntatem & Dispositionem sub quovis prætextu vel causa infringere, vel ei aliquo modo contraire. Quod si quis hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, Gloriosissimæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum se noverit incursurum, & insuper quatenus sit ex vocatis vel comprehensis in hac donatione ab omni Commodo & emolumento, quod ex ea habebit, vel prætendere poterit omnino cadat.

In quorum omnium & singulorum fidem, hanc paginam Sigillo nostro, & suscripta manu propria confirmare voluimus.

Nos quoque Dei gratia Johannes a Krafft de Weittingen Præpositus & Archi-Diaconus, Eusebius a Tuliers, Baro de Froberg Divina pariter gratia Decanus, Wolffgangus Wilhelmus de Scrattenbach Baro de Heggenberg & Osterwiz acta Senior, & totum Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensis fatemur & attestamur, nos totam hanc Donationis & Dispositionis paginam, nec non integrum ejus Tenorem Capitulariter perlegi audisse & diligenter considerasse, & in omnibus ac singulis in ea contentis, quatenus Consensum nostrum quomodolibet requirunt, vel etiam alios non tangunt, matura præhabita Deliberatione & Consilio expresse consensisse, cum gratiarum Redditione respective acceptasse, & Nos ac Successores nostros pro perpetua & inviolabili Observatione obligasse, prout vigore Præsentium omnibus melioribus modo, via & forma, quibus de jure validius & efficacius possumus expresse consentimus, respective acceptamus, & Nos & Successores nostros obligamus. Pro quorum omnium & singulorum majori roboratione, Capituli quoque nostri Sigillo præsentes muniri jussimus, & Nos Supradicti Præpositus, Decanus & Actu Senior manibus propriis subscripsimus. Datæ Salisburgi Sexto Idus Aprilis, Anno ab incarnatione Dominica Millesimo Sexcentesimo trigesimo primo.

Paris, Archi-Episcopus &c.

Johannes Krafft de Weittingen, Præpositus &c.

Eusebius, Baro in Froberg, Decanus &c.

Wolffgangus Guilielmus Baro de Schrottenbach, &c.

LXXX.

Ejusdem Declaration des von ihm bey der Familie derer Grafen von Lodron auffgerichteten Statuti Juris Primogenituræ, de Anno 1645.

In Nomine Sanctissimæ Trinitatis, Patris & filii & Spiritus sancti, Amen.

TEnore præsentis publici Instrumenti cunctis id ipsum intuentibus pateat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate Dni nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo 5to, indictione decima 3tia, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Dni Innocentii hujus nominis Divina providentia Decimi anno primo, Imperante serenissimo, potentissimo ac invictissimo Principe ac Domino Dno Ferdinando 3tio hujus nominis Romanorum Imperatore semper Augusto, Regiminis B. S. Cæsar. Majest. anno nono. Die Lunæ, quæ erat vigesima 1ma mensis Augusti intra horam nonam & decimam antemeridianam in mei infrascripti Notarius publici & jurati, aliorumque Dnorum testium infra scriptorum ad infra scripta specialiter vocatorum ac requisitorum præsentia personaliter constitutus Illustrissimus ac Reverendissimus Princeps ac Dominus, Dnus Paris Archi-Episcopus Salisburgensis, S. sedis Apostolicæ Legatus, volens primogenituram pro sua familia comitum de Lodrono ante hanc erectam tanto firmiorem reddere, & controversiis, quæ aliquando illius Intuitu suscitari possent, obviare, eam declaravit, deposuit & ordinavit, prout in folio per ipsummet Illustrissimum Dominum Archi-Episcopum subscripto, quod pro manibus habens mihi Notario consignavit publice in præsentia Dnorum testium Infradicendorum legendum, & in Instrumentum digendum, prout illud de verbo ad verbum voce alta & intelligibili legi.

Tenor Jamdictæ scripturæ ordine sequitur, & est talis. Videlicet.

1. Nos Paris, Dei gratia Archi-Episcopus Salisburgensis sanctæ sedis Apostolicæ Legatus, notum facimus, cum in fundatione primogenituræ sexta Die mensis Augusti Anno Millesimo sexcentesimo trigesimo septimo pro familia nostra Comitum de Lodrono a nobis erectæ, id imprimis curæ habuerimus, ut modo dicta familia nostra tali Dispositione pacifice fruatur, & Litibus occasio, quantum fieri potest, præscindatur. Interea vero animadverterimus, super uno alterove articulo facile dubium olim oriri posse, & alioquin etiam, præsertim ob mutationes quascunque circa loca montium pro satæ primogenituræ assignata interim factos vel posthac faciendas, e re sore, si mentem nostram ulterius manifestaremus, quod proinde constituerimus, futuras controversias matura Declaratione prævenire, simulque Dispositionem nostram magis perficere ac stabilire.

2. Declaramus itaque statuimus, ordinamus, ut, si primogenituræ possessor, quicunque is sit, fratris 2do vel prius geniti filium & fratrem tertio vel posterius genitum post se reliquerit, Nepos & fratre secundo vel prius genito, quantumvis ætate minor, fratri tertio vel posterius genito per repræsentationem in successione primogenituræ proferatur, exemplum sit: Comes Franciscus Nicolaus primogenituræ olim possessor defunctus absque hæredibus Masculis relinquat superstites fratris sui secundo-

geniti Paridis jam ante mortui filium Maximilianum, & fratrem tertio genitum Veſpaſianum. Volumus ut Maximilianus, licet per ſe Junior & gradu remotior ſit, patrem ſuum Paridem repræſentet, & Veſpaſianum; quamvis Seniorem & defuncto primogenituræ poſſeſſori propinquiorem, non ſucceſſione excludat.

3. Quia ſi & ipſe Veſpaſianus ante Comitem Franciſcum Nicolaum decedat, & filium Aloyſium natumajorem Maximiliano filio fratris ſecundogeniti relinquat, noſtra voluntas & Intentio eſt, ut nihilominus Maximilianus Nepos ex fratre ſecundogenito Aloyſio Nepoti ex tertiogenito etiam ſeniori anteponatur, & nominato Comiti Franciſco Nicolao ſuccedat.

4. Quod non tantum in fratris noſtri comitis Chriſtophori linea, quamdiu ea duraverit, verum etiam in omnium aliorum agnatorum noſtrorum Comitum de Lodrono lineis, ubi extincta præfati fratris noſtri deſcendentia primogenitura juxta noſtram Diſpoſitionem ad illos devoluta fuerit, perpetuo ita obſervari volumus, ut ſemper poſſeſſoris primogenituræ proximo defuncti frater tertio, vel poſterius genitus per fratris ſecundo, vel primogeniti filium, quantumvis ætate Juniorem ut & fratris tertio vel poſterius geniti filius per fratris 2do vel prius geniti filium, licet natu minorem, a ſucceſſione excludatur: non obſtante conſtitutione Imperiali a Cæſare Carolo quinto in comitiis Spirenſibus Anno 1529. promulgata, qua decrevit, in ordinariis ſucceſſionibus ab Inteſtato inter fratrem defuncti filios, ſi ſoli concurrant, Jus repræſentationis amplius non locum habere, ſed hæreditatem in capita dividendam eſſe; cujus Diſpoſitionem inteſtatas ſucceſſiones reſpicientem in hac noſtra primogenitura a noſtra libera voluntate pendenti non reſpicimus.

5. Verum extra hos duos caſus in ſucceſſione collaterali tam in dicti fratris noſtri Comitis Chriſtophori, quam aliorum Comitum de familia noſtra Lodronia ad primogenituram vocatorum lineis, Regulæ in SS. ſit igitur totius Primogenituræ &c. a nobis præſcripta ſtari volumus, ut ſemper agnatus gradu proximior ultimo defuncto primogenituræ poſſeſſori & in concurſu plurium in pari gradu exiſtentium ſenior præferatur.

6. Dato Caſu, quod maſculi deſcendentes a Comitiſſa Claudia Dorothea fratris noſtri filia primogenita & uno ex proſapia comitum de Lodrono per Legitimum Matrimonium procreati, & poſt ipſius comitiſſæ mortem relicti, vel ante extinctam ſtirpem Maſculinam dicti fratris noſtri deficerent, & poſtea etiam deſcendentia Maſculina fratris noſtri extingueretur, vel in comitiſſa Claudia Dorothea ejusve deſcendentes ſemel in primogenitura ſucceſſiſſent, ac deinde deficerent: tunc intelligantur & ſint vocatæ (non minus quam in aliis caſibus in Inſtrumento primogenituræ expreſſis) ad dictam primogenituram cum iisdem partis & conditionibus Comitiſſa Catharina Clara ſecundogenita Comitis Franciſci fratris noſtri & ſucceſſive comitiſſa Eliſabetha, Maria Franciſca Emerentiana, ac omnes aliæ, ſi quas habebit, filiæ legitimæ & naturales dicti Comitis Chriſtophori, una poſt aliam cum ſuis deſcendentibus Maſculis legitimis & naturalibus procreatis cum uno ex comitibus Lodroni, ſemper per modum primogenituræ: adeo, ut tum demum ſucceſſio primogenituræ: ad alios comites familiæ noſtræ Lodroniæ ex fratre noſtro per ejus filios aut filias non deſcendentes pertineat, cum nullus prorſus, quantumvis remotus, ex deſcendentibus Maſculis filiarum præfati fratris noſtri ex aliquo comitum de Lode Lodrono propugnatis amplius ſuperit.

7. Poſito, quod deficiente aliquando fratris noſtri comitis Chriſtophori propagine Maſculina ſuperſint ex una parte filiæ primo vel prius genitæ. V. g. Claudiæ Dorotheæ filius, Nepos vel quicunque alius deſcendens maſculus cum aliquo comite Lodroni procreatus, ex altera parte filia ſecundo vel poſtea genita comiti itidem Lodroni nupta, exempli gratia Comitiſſa Catharina Clara, volumus deſcendentem Maſculum ex filia primo & prius genita, licet gradu ab ultimo poſſeſſore ſtirpis Maſculina remotiorem, filiæ 2dæ & poſtgenitæ, quamvis gradu propinquiori proferri: Ita ut tunc primum ad filiam ſecundo vel poſtea genitam, ejusque deſcendentes maſculos ſucceſſio primogenituræ perveniat, cum nullus amplius deſcendens maſculus familiæ Lodroniæ ex filia primo vel prius genita extiterit.

8. Si in præfato caſu deficientis ſtirpis maſculinæ fratris noſtri concurrant filiæ primo vel prius genitæ V. g. Comitiſſa Claudia Dorothea, ex illius filio primogenito Nepos, Pronepos &c. eſt filius ſecundo genitus Nepos ille, Pronepos &c. licet gradu ab ultimo primogenitura poſſeſſore remotior, tali caſu filium primogenitum eam antea una cum matre defunctum repræſentet, & filium ſecundo genitum ejusdem Comitiſſa Claudia Dorothea excludat.

Idem obtineat, ſi extincta Linea filia primo vel prius genita ſucceſſio primogenituræ ad ſecundo, tertio vel ulterius genitæ filiæ deſcendentes maſculos comites Lodroni devolvatur.

9. Sed ubi ſemel filia v. g. Comitiſſa Claudia Dorothea, vel aliquis ex ejus deſcendentibus maſculis in primogenitura ſucceſſerit, ejusque linea primo vel prius genita extincta alii deſcendentes maſculi ejusdem Comitiſſæ Claudiæ Dorotheæ ſuperſint; tum locum habeat generalis regula alias præſcripta, ut in ſucceſſione transverſali gradu proximior, & in concurſu plurimum in æquali gradu exiſtentium ſenior præferatur idque tamdiu, quamdiu primogenitura in dicta filia ſtirpe maſculina permanſerit. Excipimus tamen denuo caſum ſupra expreſſum, ſi defunctus primogenituræ poſſeſſor ex una parte fratris ſecundo vel prius geniti filii ex altera fratrem tertio aut poſterius genitum, vel ejusdem filium poſt ſe reliquerit: quo caſu ſemper filius fratris ſecundo aut prius geniti patrem ſuum repræſentet.

10. Quod ſi fratris noſtri comitis Chriſtophori filia primo vel prius genita in primo vel priori Matrimonio extra Domum Lodroniam, in ſecundo autem vel ulteriori alicui ex comitibus Lodroni nupſiſſet, primogenitura ratione primi Matrimonii extra familiam Contracti ad filiam 2do 3tio genitam, ejusque deſcendentes Maſculos ab aliquo comite Lodroni ſuſceptos permaneat, quamdiu ejus deſcendentia Maſculina duraverit. Ubi vero illa defecerit ſucceſſio primogenituræ ad filiam primogenitam illiusque deſcendentes cum comite de Lodroni, licet ex ſecundis & ulterioribus nuptiis primogenitos revertatur, ejusve deſcendentia Maſculina extincta ad primogenitum ex tertia & ulterius genita juxta ordinem ſuperius præſcriptam devolvatur.

11. Si ad primogenituram autem ad filiam ſecundo vel poſtea genitam cum effectu nondum devoluta fuerit, & filia primo vel prius genita eo tempore, quo caſus Succeſſionis evenerit, vel vidua, vel in ſecundo vel ulteriore Matrimonio Comiti Lodronio maritata ſit, aut deſcendentes Maſculi ex tali ſecundo ſeu ulteriori matrimonio extent, filia hæc primogenita ejusque deſcendentes Maſculi ex comite Lodronio ſucceſſionis perinde & iisdem conditionibus rapaces habeantur, ac ſi ſub initium ſtatum intra Domum Lodroniam nupſerit.

12. Præterea, quia a tempore porrectæ primogenituræ complura loca montium eidem inſerta, vel ex parte &c. Cameræ Apoſtolicæ redempta, vel a nobis in emptionem Dominii Camundenſis in Ducatu Charinthiæ ſiti \vulgo **Grundt**, aut in alios uſus converſa, partim nova loca interim comparata, vel alia circa præfata loca Montium mutationes factæ, litteræ autem emptionis ſeu obligationis in noſtram propriam perſonam conceptæ ac directæ ſunt, ut & impoſterum alia loca montium a nobis comparari, vel aliæ mutationes circa ea contingere poterunt, idcirco ſingulariter providemus ac diſponimus, ut omnia ac ſingula loca montium, nullis exceptis, quæ tempore deceſſus noſtri ex hac vita mortali relinquemus, dictæ primogenituræ incorporata, ejusdemque Diſpoſitione plene comprehenſa intelligantur, perinde ac ſi in ipſa primogenitura ſpecialis omnium illorum mentio facta eſſet, niſi de ejusmodi Locis montium in totum vel ex parte aliter diſponeremus.

13. Quo caſu eveniente mandamus omnia hoc in Inventario per nos confecto per duos a familia noſtra Lodronia ſecundum tenorem §. & ut melius eorundem dictorum honorum &c. eligendos deſcribi, & addi ſolenniter, ut perpetuo cum aliis remaneant in primogenitura, mensq; & Diſpoſitio noſtra in iis non minus, quam in aliis plenum ſortiatur effectum.

14. Cæterum in omnibus aliis caſibus in hac noſtra vel illa declaratione (quam nobis juxta tenorem Obſervationis in ipſa primogenitura facta deinceps quoque & usque ad mortem reſervamus) non expreſſis firma noſtra & conſtans voluntas eſt, ut præfatæ noſtræ primogenituræ Diſpoſitio exacte & per omnia adimpleatur, cui etiam præſentem Declarationem incorporamus, ejusdemque partem perinde, ac ſi ipſo tempore erectionis illi de verbo ad verbum inſerta fuiſſet, cenſeri ac eſſe, atque omnes ac ſingulas reſervationes, conditiones & clauſulas in Inſtrumento primogenituræ contentas ad eam extendi volumus.

15. Porro ut periculo hanc noſtram declarationem, ut & ipſam primogenituræ noſtræ Diſpoſitionem, aliasque majoris momenti ſcripturas aliquando omittendi, tanto melius & ſecurius obvietur, ſtatuimus, ut Inſtrumenta præfatæ primogenituræ, & præſentis Declarationis, atque alia principalia & majoris momenti Documenta, & Scripturæ intereſſe hujus primogenituræ concernentes, vel earum copiæ authenticæ non ſolum in archivio ſcripturarum ſæpedictæ familiæ noſtræ Lodroniæ, ſed etiam

in Archivio Illuſtriſſimi Dni Epiſcopi & Principis Tridenti, vel in alio aut pluribus locis publicis ad beneplacitum Comitis primogenituræ Poſſeſſoris,& aliorum comitum familiæ Lodroniæ eligendis aſſerventur.

Paris, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis.

Declaro & Diſpono ut ſupra.

Quam Declarationem præſens Dnus Philippus Lib. Baro de Stain, ſupramemorati Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Camerarius, & ego Notarius tanquam perſona publica pro Illuſtriſſimo D. Domino Chriſtophoro de Lodrono abſente, & cæteris omnibus ac ſingulis Donatariis in primogenituræ & præſenti ejusdem Declaratione vocatis,& quorum intereſt, aut quovis modo intereſſe poterit,mediante ſtipulatione acceptavimus.

Super omnibus autem & ſingulis præmiſſis ſupranominatus Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Princeps requiſivit me Notarium,ut inſtrumentum unum vel plura, prout opus fuerit, conficerem Acta ſunt hæc Salisburgi in conclavi ſolitæ audientiæ Palatii Archi-Epiſcopalis Anno, Indictione,Pontificatu,Imperio,Menſe,Die & hora in ſupra.

Dni teſtes, qui ut ſupra, requiſiti actum Hunc præſentia ſua corroborarunt,fuerunt.

Guidobaldus Comes de Thun, comes in Therſchen &c. Eccleſiæ Metropoliticæ Salisburgenſis Decanus &c.

Wolffgangus Wilhelmus de Schrattenbach, Baro de Heggenberg & Oſterwiz , ejusdem Eccleſiæ Canonicus Scholaſticus & cuſtos.

Wenceslaus Wilhelmus de Hoffkirchen, Baro de Colmiz & Dreſudl &c. Canonicus.

Carolus Baro cartri Barci &c. Canonicus.

Joannes Georgius de Tuliers, Baro de Froberg &c. Illuſtriſſimi Dni Archiepiſcopi ſupremus Camerarius.

Franciſcus Comes de Spauer & Valer , ſupremus Stabuli præfectus.

Ludovicus de Ebriovacca Camerarius.

Chriſtophorus Scheff Archi-Epiſcopalis conſiſtorii Director.

Johannes de Blaz conſiliarius.

Volpertus de Motzel Conſiliarius & Vice-Cancellarius.

Et ego Johannes Guilielmus Graß, utriusque Juris Licentiatus, Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi & Principis Salisburgenſis Conſiliarius, Imperiali auctoritate publicus & Juratus Notarius, quia ſupra deprehenſæ Declarationi,ejusque productioni ac publicationi, ejusdemque per me una cum Domino Philippo,Libero Barone de Stain &c. Nomine ac loco Illuſtriſſimi Domini Dni Chriſtophori comitis de Lodrono,aliorumque in ea intereſſentium ac vocatorum, pro tempore abſentium ſubſecutæ acceptationi & approbationi præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri, vidi & audivi; Ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci,in hanc publicam formam redegi, propriis nomine & cognomine ſubſcripſi,ſolitumque Notariatus mei ſignatum appoſui, nec non ſigillum meum appendi; In fidem præmiſſorum ſpecialiter vocatus ac requiſitus. Actum tempore & loco, quibus ſupra &c.

(L. S.)

Johannes Juilielmus Graſs, Notarius qui ſupra.

(Locus Sigilli appenſ.)

LXXXI.

Ausſpruch von der Sancta Rota Romana, Krafft welches dem Ertz-Stifft Saltzburg das Jus Metropolitanum über das Hoch-Stifft Paßau zugeeignet worden, de Anno 1693. ſiehe in des T. Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. I. unter dem Ertz-Stifft Saltzburg, p. 130.

Anhang

Anhang
Zum
Ertz-Stifft Saltzburg
Von dem
Stifft Chiemſee.

LXXXII.

Kayſers Arnolphi Diploma Donationis der Abtey Chiemſee an das Ertz-Stifft Saltzburg, de An. 891.

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Arnolphus, divina favente clementia Rex. Si religioſorum igitur antiſtitum votis clementer annuimus, eorumque petitiones, quibus pro ſibimet commiſſæ Eccleſiæ utilitate noſtram interpellant clementiam usque ad effectum perduxerimus, non ſolum eos ad noſtræ orationis frequentiam in hoc efficaciores exercemus, verum etiam ad æternæ remunerationis præmia feliciter capeſſenda id nobis profuturum eſſe liquido credimus; Quapropter omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſcilicet & futuris agnitum eſſe volumus, quomodo Deotmarus, Venerabilis Sanctæ Juvavenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & Archi Capellanus noſter humiliter excellentiam noſtram precatus eſt, ut quandam Abbatiam quam ipſe in beneficium habuerat,id eſt monaſterium Sancti Salvatoris infra lacum, qui Chiemiſeo vocatur, conſtitutum, quod vulgari vocabulo Owa dictum eſſe conſtat, ad jam fatam Diœceſis ſuæ ſedem principalem, hoc eſt, Eccleſiam in honore Sancti Hrodberti Confeſſoris Chriſti conſtructam traderemus. Cujus itaque ſupplicationem congruam eſſe cognoſcentes, quia a Metenſi Eccleſia, ad quam jam dudum ab anteceſſoribus noſtris tradita fuerat, per recompenſationem Abbatiæ, Luxovium vocatæ, illam exolvimus, ſuggeſtionique ejus libenter aſſenſum præbentes decrevimus ſta fieri, præſcriptamque Abbatiam Owa, vel Chiemineſeo dictam, cum omni integritate ſua,ad ſacroſanctum Archiepiſcopalem memoratum locum perpetuo conſiſtendam tradidimus. Hoc præſens auctoritatis noſtræ præceptum inde conſcribi præcipientes,quatenus eadem crebro dicta Abbatia cum ad eam rite aſpicientibus tam noſtris, quam & futuris volventis mundi temporibus ad ſæpe nuncupatam Eccleſiam pro divorum anteceſſorum noſtrorum noſtraque commemoratione conſiſtat atque pertineat. Eo videlicet rationis tenore, ut idem venerabilis Præſul, qui præſentialiter prælibatæ ſedi præeſſe dignoſcitur, ſucceſſoresque illius deinceps in ævo liberam habeant poteſtatem, ex univerſis ejusdem Abbatiæ rebus, veluti de Epiſcopii ſui honore pro utilitate utriusque loci univerſa diſponere, & illic pro anima beatiſſimi genitoris noſtri Carlomanni,noſtraque annuatim per omne tempus anniverſarii noſtri commemoratio in Eleemoſynarum largitate,& pauperum cura cum ſacrarum adminiſtratione precum omnimodis peragatur. Hæc itaque auctoritas largitionis noſtræ, ut firmior certiorque abſque ullius diſpendio in perpetuum a cunctis fidelibus noſtris habeatur, manu noſtra ſubtus eam roborantes annulo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Domini Arnolfi, Invictiſſimi Regis.

(L. S.)

Aſpertus,Cancellarius, ad vicem Deotmari Archicapellani recognovi &c.

Datæ III. Kal. Jul. Anno Domini DCCCXCI. Indictione VIII. Anno tertio Arnolfi piiſſimi Regis. Actum Reganeſpurg in Dei nomine feliciter, Amen.

LXXXIII.

Kayſers Ottonis I. Confirmation der Schenckung der Abtey Chiemſee an das Ertz-Stifft Saltzburg, de Anno 969.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si erga loca divinis cultibus mancipata,propter amorem Dei in eisdem Domino famulantibus quoddam offerimus beneficii præmium,nobis apud Dominum æternæ remunerationis

rationis rependi non diffidimus. Quocirca noverit omnium fidelium nostrorum, scilicet præsentium ac futurorum industria, qualiter nos, per interventum ac petitionem Henrici, Ducis, nostrique Parentis ad Ecclesiam Sancti Petri, Principis Apostolorum, sanctique Ruodberti confessoris sanctæ Saltzburgensis Ecclesiæ, cui venerabilis Archiepiscopus Fridericus, cura pastorali præesse videtur, donavimus atque concessimus unam abbatiam, quæ Chymisse nuncupatur, cum omnibus suis pertinentiis & adjacentiis, in quibuscunque locis vel Comitatibus consistere vel jacere videantur, Ecclesiis, curtibus ædificiis, servis & ancillis, cæterisque mancipiis terris, cultis & incultis, agris, campis, pratis pascuis, sylvis, vineis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendis, molendinumque locis, venationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, quæsitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus rebus, omnibus pertinentiis & adjacentiis, quæ dici, vel nominari possunt, ad prædictam Abbatiam, quæ Chimissee nominatur, ad præfatam Ecclesiam Sancti Petri Principis Apostolorum, Sanctique Ruodberti Confessoris sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ, cui venerabilis Archiepiscopus Fridericus cura pastorali præesse videtur, ut jam prædiximus, omnia & ex omnibus in integrum donavimus, eo scilicet tenore, ut præfatus venerabilis Archiepiscopus Fridericus ejusque Successores, nostris futurisque temporibus prænominatam Abbatiam Chymisse cum omnibus suis pertinentiis & adjacentiis habeant, teneant, firmiterque in perpetuum possideant, atque in ipsius potestate successorumque ejus perpetualiter nostra imperiali auctoritate, per paginam nostri præcepti donatam atque concessam, permaneat, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc nostræ auctoritatis donatio omni tempore firma stabilisque permaneat, jussimus inde hoc præsens præceptum conscribi, annuloque nostro sigillari. Manu propria subter signavimus.

Signum Domini Ottonis, Invictissimi Imperatoris magni & Augusti.

(L. S.)

Luitgerius, Cancellarius, ad vicem Hattonis Archiepiscopi & Capellani subscripsi.

Datæ III. Kalend. Novembr. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXVIII. Indictione XIII. Anno regni Serenissimi regis Ottonis XXXV. Imperii scilicet sui in Italia VIII. Actum in Tuscania, in loco qui dicitur Monticolo, super fluvium Arne, prope civitatem Luccam.

LXXXIV.

Kayſers Henrici IV. Confirmation der von dem König Theſſalone in Bayern dotirten Abtey Chiemſee, de Anno 1077.

IN nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis, Henricus, divina favente clementia Rex. Ad notitiam, ad memoriam, ad fidem rerum, & firmamentum omne scribitur Testamentum, sub qua ratione & hoc scribi, sed unde & quare jusserimus. Notum facimus omnibus Christi fidelibus: in quo dum cautius perspeximus, dum diligentius consuluimus, eandem rem (res enim alta est) longe supra repetere volumus. Ad solam Dei gloriam & laudem, ob salutem animæ, ob remedium peccatorum suorum, Thessalo Rex, Chiemensem substituit & fundavit Ecclesiam. Substituit, inquam, prædiis his dotavit, Evenhausen, Leuchtental, Schonsteten, Tegingen, Sapienzmunster, Puech, Frauenhoven, Hofhaim, Fridlfingen, Fraundorff, Palchingen. His vero, ut dictum est, dotavit, aliisque pluribus. Dotavit & perfectissimam libertatem digna & religiosa institutione, cum judicio in Insula sua, quæ Nunnuerd dicitur, & in omnibus Hofmarchis suis, rite & legitime habendo, sicut aliud regale Cœnobium tenebitur libere & principaliter eidem Ecclesiæ tradidit, & solis tantum Regibus in tutelam & patrocinatum decrevit. In hac libertate ad Carolum usque Regem Successorem suum pervenit, a Carolo usque ad Ludovicum Regem, qui ob ejusdem Ecclesiæ, quam sibi pro cæteris habuit speciale, filiam suam Irngardam ibidem præfecit Abbatissam. A Ludovico autem ad Henricum, qui quoque sororem suam Gervirgam constituit Abbatissam, ob loci nobilitatem & religionem. Ea ut diximus libertate, a Rege ad Regem descendit, & usque ad nos eandem libertatem habuit & pertulit. Et ut hæc perfectissima regalis libertas, quam ab autore suo Thessalone Rege accepit, firma & inconvulsa omni ævo permaneat, hanc chartam conscribi jussimus, & propria manu, & infra videtur corroboravimus, nostraq; sigillo insignitam omnibus seculis, ut hæc sciant, & credant relinquimq.

Signum Henrici IV. Regis invictissimi, Gebhardus, Cancellarius recognovi, Anno incarnationis Dominicæ MLXXVII. Ind. I. Anno autem Dni Henrici Regis IV. invictissimi ordinationis XXIV. regni XXII. Ratisbonæ actum feliciter.

LXXXV.

LXXXV.

Pabſts Innocentii II. Breve, Vermöge deſſen er die Abtey Chiemſee in ſeinen und des Röm. Stuhls Schutz genommen, de Anno 1141.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, Dilectæ filiæ Machildi, Abbatissæ de Chymsee, ejusque sororibus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum. Quoniam sine vero cultu Religionis, nec caritatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium. Expedit Apostolicæ auctoritati, religiosas personas diligere, & earum loca pia protectione munire. Ea propter dilectæ in Domino filiæ, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus. Et ipsum beatæ Dei genitricis Mariæ Monasterium quod in Salzeburgens. Episcopatu situm est, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentia juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino homini liceat præfatum Cœnobium temere perturbare, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integre conserventur, pro vestra & eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

(L. S.)

Ego Innocentius, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Conradus, Sabinensis Episcopus.
Ego Albertus, Albanensis Episcopus.
Ego Stephanus, Prenestinensis Episcopus.
Ego Gerhardus, presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem.
Ego Anshelmus, presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina.
Ego Chuido, sanctæ Romanæ Ecclesiæ indignus Sacerd.
Ego Boëtius, presbyter Cardinalis tit. Sancti Clementis.
Ego Juo, presbyter Cardinalis S. Laurentii tituli Damasi.
Ego Gregorius, Presbyter Cardinalis tit. Calixti.
Ego Ribaldus, Cardinalis Presbyter S. Anastasiæ.
Ego Goizo, Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ.
Ego Petrus, Presbyter Cardinalis tit. Pastorum.
Ego Thomas, Presbyter Cardinalis tit. Vestine.
Ego Gregorius, Diac. Card. Sanctorum Sergii & Bachi.
Ego Otto, Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum.
Ego Gwido, Diac. Card. Sanctorum Cosmæ & Damiani.
Ego Vasellus, Diaconus Cardinalis S. Eustachii.
Ego Hubaldus, Diac. Card. S. Mariæ in via lata.
Ego Octavianus, Diac. Card. S. Nicolai in Carcere.
Ego Hubaldus, Diaconus Card. S. Adriani.

Datum Lat. per manum Americi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinal. & Cancellarii, XIII. Kal. Maji, Indict. IV. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XLI. Pontificatus vero Innocentii PP. II. anno duodecimo.

LXXXVI.

Biſchoffs Ottonis zu Freyſingen Diploma, Vermöge deſſen er der Abtey Chiemſee verſchiedene Zehenden geſchencket, de Anno 1154.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, Dei gratia Frisingens. Episcopus, Venerabili sorori Walpurg, Chyemensis Cœnobii Abbatissæ, sibique succedentibus regulariter substi-

ſubſtituendis in perpetuum. Quæcunque pietatis & religionis intuitu ſacris locis ſubſidia conferuntur. Pium eſt, ut ea illis ſtabilitate confirmentur, ne in poſterum aliqua tergiverſatione valeant perſtringi, aut in irritum revocari. Ea propter dilecta in Domino ſoror Walpurgis, decimas, quas bonæ memoriæ Mathilde Abbatiſſæ, quæ Cœnobium, cui tu in præſentiarum Præſides ante te regebat. Recognovimus & conceſſimus duas videlicet partes in Eccleſia Buech, duasque in Eccleſia Palding tibi quoque poſſidendas, ob amorem beatiſſimæ Dei genitricis & virginis. Cujus obſequio tu tibique commiſſæ jugiter invigilare debetis. Recognoſcimus & concedimus, præſentisque ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut nemo deinceps vobis eas auferat, aut diminuat, ſed integre vobis, illibateque veſtris veſtrorumque idoneis uſibus jugiter profuturæ. Præterea quod de rebus tui monaſterii noſtræ Eccleſiæ devotè contraditum eſt, videlicet unus cruciferus apud Haching cum molendino, aliisque pertinentiis, & alius apud Pergarennos benigne, ac ſine venalitatis cujuspiam vitio, aut commercio ſuſcipimus. Id Præſenti ſcripto poſteri innuentes, quod ſolo timore Dei & intuitu religionis Chyemenſis monaſterii iſtam hanc inde donationem potius, quam concambium fieri conceſſimus. Ut autem hujus noſtræ benignitatis conceſſio futuris ſemper temporibus firma & inviolata permaneat, literis eam notari & Sigilli noſtri impenſione ſignari fecimus, teſtibus qui præſentibus aderant ſubnotatis: quorum hæc nomina ſunt, Ulricus, Decanus, Magiſter Scholarum Engilſcalcus, Hoholdus, Præpoſitus de Yſine, Albinus, Præpoſitus Moſeburg, Otto, Præpoſitus Sancti Andreæ, Hermannus, Præpoſitus de nova Cella, Hugo, Præpoſitus de Garze, Albertus, Sacriſta, Rudolfus, Diaconus, Dietmarus Decanus S. Andreæ. De laicis iſti: Chunradus de Dachawe Dux Croaciæ, Dalmatiæque. De miniſterialibus Heinrich, de Lothrich, Waldman de Paſtlem, Chonrat de Heidolfing, Rudolf de Puchenhawſen & frater ejus Gerwich Engilwan de Achdorff, Gottefridus Herewitus, & multi alii, Guntherus Abbas de Minſter, Lotharius Abbas de Rothe.

(L. S.)

Signum Domini Ottonis Friſingenſ. Epiſcopi.

Datum Friſingæ per manum Rathunic Notarii Anno ab incarnatione Domini M.C.LIV. Ind. II. Anno Domini Ottonis Friſingenſis Epiſcopi XVI. feliciter, Amen.

LXXXVII.

Pabſts Adriani IV. Breve, Vermöge deſſen er die Probſtey Chiemſee in ſeinen und des Röm. Stuhls Schutz genommen, de Anno 1157.

ADrianus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, Udalrico Præpoſito Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani Chymſee, ejusque fratribus tam præſentibus, quam futuris canonicè inſtituendis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Ea propter, dilecti filii in Domino, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Deum & Beati Auguſtini regulam in eodem loco dinoſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Eckſtette, Bruttingen, Rüderingen, cum omnibus pertinentiis ſuis. Inſulam in qua ipſa Eccleſia ſita eſt, Villam quæ dicitur Stumbe, cum pertinentiis ſuis. Salinas in Halle, cum curtibus, mancipiis, & aliis pertinentiis ſuis. Duas curtes in Graſiaw, cum decimis, quas juſte & quiete in eadem Parochia poſſidetis. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis Apoſtolicæ auctoritate & Diœcæſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtram

ſtram conſtitutionis paginam infringere, vel ſciens contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſangvine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Data Laterani per manus Roberti, S.R.E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, III. Kalend. Januarii, Jndict. ſexta. Incarnationis Dominicæ anno M.C.LVII. Pontificatus vero Domini Adriani Papæ quarti, anno quarto.

(L. S.)

LXXXVIII.

Ertz-Biſchoffs Eberhardi I. zu Saltzburg Privilegium vor die Probſtey Chiemſee, Vermög deſſen er determiniret, wie weit ſich die Gewalt ihres Advocaten erſtrecken ſolle, de Anno 1158.

NOs Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, tenore ſubſcripti Privilegii dilectis in Chriſto fratribus, Præpoſito & Capitulo Chyemenſis Eccleſiæ, olim a venerabili prædeceſſore noſtro, Eberhardo, piæ recordationis Archiepiſcopo traditi, & vetuſtate attriti, proteſtamur nulla in ipſo mutatione facta, non minus eandem diligentes Eccleſiam præſenti pagina innovaſſe, & auctoritate qua fungimur confirmaſſe. In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Eberhardus, Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus dilecto filio, Ulrico, Chymenſi Præpoſito, ejusque Succeſſoribus in perpetuum. Quoniam in hoc ipſum vocatione divina poſiti ſumus, ut utilitati & paci Eccleſiarum præſertim nobis commiſſarum ſolerter, quantum in nobis eſt, ſervire debeamus, illud prima fronte ſubtilius providere nos convenit, ut ea, quæ a nobis rationabiliter & bene pro ſubjectorum utilitate ſtatuuntur, ita literarum monumentis proſequamur, ne quod benefactum eſt, cujusquam temeraria in poſterum uſurpatione poſſit infringi. Inde eſt, quod tibi, dilecte in Chriſto fili Udalrice, Chymenſis Præpoſite, tuisque ſucceſſoribus memoriale per calamum & atramentum edimus, per quod Deo opitulante cunctis retrò generationibus ſuper verbo unde tecum & cum fratribus tuis, pro veſtra nimirum quierè convenimus, omne contradictionis ambiguum poſſe confidimus aboleri. Cum enim Advocatia Eccleſiæ veſtræ vacaret, & ad arbitrium noſtrum Advocati ſubſtitutio, pro tua quidem & fratrum tuorum petitione penderet: Advocatiam loci rogatu veſtro Comiti Sigobotoni de Nuümburck ea lege conceſſimus, ut remoto omni gravamine, quod Advocatorum plerique ſub nomine Patronatus Eccleſiis heu damnabiliter inferre conſueverunt, ipſe vobis & veſtræ familiæ bonus & fidelis Advocatus exiſtat, & nec ipſe, nec ullus de ſuis heredibus, qui ſibi legitime in Advocatia ſuccedent, juſtitiam hac in pagina ſubſcriptam & confirmatam, ſuo quoque ipſius aſſenſu probatam quolibet auſu, qualibet ſubreptionis aſtutia præſumat irrumpere. Quæ talis eſt: In Inſula Monaſterii Placitum niſi a Præpoſito & fratribus evocatus nunquam teneat. A ſingulis monaſterii manſis, qui vulgo appellantur Hubæ, præter modium avenæ nullo genere exactionis aliquid unquam accipiat. Placitum univerſale cum familia Eccleſiæ in anno ſemel habeat. Et quoniam nos circumjacentia bona noſtra eidem Comiti nihilominus tuenda commiſimus, expenſa Monaſterii ad ſumptum menſæ Placiti, nimirum ipſe ſub hac menſura in unum ex noſtra ſimul & fratrum parte recipiat modium tritici & dimidium, modium ſiliginis & dimidium, octo modios de pabulo. Sajomas vini duas, & tres cereviſiæ, unum porcum ſaginatum, vel in redemptione LX. nummos unum porcum paſcualem, in redemptione XXX. nummos. Octoginta Caſeos, octo Anſeres, decem & octo pullos Gallinarum. Ova trecenta, & hæc eſt ſumma totius impenſæ. Poſſeſſiones Eccleſiæ in Stumme ea conditione tuendas ab omni homine pro ſuo poſſe defendendas ſpecialius accepit, ut nullam per ſe, nullam per nuncios ſuos de ipſis exactionem faciat, nunquam illuc, niſi vocatus a Præpoſito, veniat. Et hujus rei gratia Karratam vini a fratribus idem Advocatus expectet. Bannum ſibi de contentionibus & injuſtis contractibus, ſicut aliis Advocatis eſt permiſſum, nos quoque permittimus, ſub ea tamen exceptione, ut quotieſcunque mancipia Chymenſis Eccleſiæ

cum his, qui de noſtro ſunt jure contrahunt, contractus talis nequaquam illicitus, & ad bannum Advocati pertinens exiſtimetur. Quem noſtræ conventionis modum, ne vel ipſe Comes, vel aliquis legitimus hæres ſuus tranſire, injuſta cujuslibet novi juris exactione præſumat, nos hanc inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Actum Chymſee, Anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo, centeſimo, quinquageſimo octavo. Indict. VI. Prid. Idus Septembris, regnante Domino Friderico glorioſo Imperatore Auguſto. Anno regni ejus ſexto. Imperii vero quarto. Pontificatus autem noſtri anno duodecimo, Amen.

LXXXIX.

Pabſts Innocentii III. Breve an Ertz-Biſchoff Eberhardum II. zu Saltzburg, worinn er ihm erlaubet, zu Chiemſee ein Hoch-Stifft auffzurichten, de Anno 1215.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Salzburgenſi Archi-Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Super familiam Domini conſtitutus, ut des ei cibum in tempore, verbum illud tanquam fidelis ſervus & prudens ſolicite cogitaſti: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Unde cum meſſis tua ſit multa nimis & magna, ut ad eam unus tantum operarius non ſufficiat, quoniam Salzburgenſis diœceſis in tantum eſt longe lateque diffuſa, ut ad curam ipſius non ſit plene ſufficiens unus paſtor, tu potius animarum quam rerum lucrum attendens nobis humiliter ſupplicaſti, ut in quadam Diœceſis tuæ parte novum dignaremur Epiſcopatum creare, per quem defectus hujusmodi poſſit ex parte ſuppleri; In Chiemenſe ſiquidem Inſula, quæ per duas diætas à Saltzburgenſ. diſtat Eccleſia, eſt quoddam Canonicorum Regularium monaſterium, in quo de ipſorum conſenſu Epiſcopalem Cathedram inſtitui poſtulaſti, ejusdem monaſterii per omnia jure ſalvo, ut nihil de bonis ipſius ad Epiſcopalem cathedram transferatur, obtento ſuper hoc aſſenſu capituli ſui, ſalvo nihilominus per omnia jure ſuo, ut per hoc in dignitatibus, libertatibus, conſvetudinibus & rationibus ſuis nullum eis præjudicium generetur, cui tu, ſi nobis placuerit, diſpoſuiſti aſſignare diœceſin per unam diætam & dimidiam his finibus limitandam, videlicet à terminis Parochiæ extet usque ad inſulam ſupradictam, deinde per Prien & Selhueben Parochias, ac deinde per Vallem Grazove, & inde per montem, qui dicitur Strichen & per Vallem, quæ vocatur Leuchtentall, claudendo Parochias Chirchtorf & S. Johannis usque in ſummitatem montis Jochperg, & huc erit ipſius Diœceſis longitudo. Latitudo vero extendetur ipſius per Valles Gilerſe Birſchental & Almowe usque ad fines Parochiæ Sel, retentis tibi jure Patronatus in his eccleſiis, in quibus illud prius habebas, & decimis aliarum eccleſiarum & etiam infeudatis: diſpoſuiſti etiam aſſignare annuos reditus trecentarum marcharum percipiendos in Saheranch & omnib9 pertinentiis ſuis cultis & incultis, piſcationibus, ſylvis & paſcuis & in Pinzowe & Willehalmdorff cum poſſeſſionibus aliis, quas emiſti à Nobili muliere Matildi, & item in Auſtria in vineis apud Arnsdorff, quas ab Ortolfo milite comparaſti, nec non in domo infra civitatem Salzeburgenſem juxta Eccleſiam S. Laurentii, quam emiſti à milite ſupra dicto. Et item in Stulfelden Cellæ & Hoven Eccleſiis & eorum reditibus, ſalvo tamen numero Clericorum ſervientium in eisdem; ita quod electio & inveſtitura ejusdem Epiſcopi ad te ac Succeſſores tuos absque omni contradictione pertineat, de quorum bonis idem Epiſcopatus dotatus fuerit & ditatus. Gurcenenſis autem Epiſcopus, qui Vicarius Salzeburgenſ. Antiſtitis in ſua diœceſi eſſe dignoſcitur, in illo quoque ſit Epiſcopatu vicarius, quantum Archiepiſcopalis exigit jurisdictio, ne in hoc etiam jus ipſius grave diſpendium patiatur. Nos igitur habito Fratrum noſtrorum conſilio, quia tuum in hac parte propoſitum ad divini numinis gloriam & Chriſtianæ religionis augmentum intelleximus pertinere, favore illud Apoſtolico proſequentes poſtulata concedimus, ſicut ſuperius ſunt expreſſa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolor. ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani, per manum Thomæ, S. Roman. Eccleſiæ Subdiac. & notarii Neapolitani electi, Indict. III. Incarnationis Dominicæ Anno M.CC.XV. Pontificatus vero Domini Innocentii P.P.III. anno octavo decimo.

XC.

Ertz-Biſchoffs Eberhardi II. zu Saltzburg Fundations-Brieff des Hoch-Stiffts Chiemſee, de Anno 1218.

IN nomine Domini, Amen. Eberhardus, Dei gratia Salisburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in perpetuum. In vinea Domini Sabaoth laborantes ſollicita conſideratione perpendimus, nos ad regimen gregis nobis commiſſi minus ſufficere, & ut onera noſtra in alios partiri debeamus, de licentia & auctoritate Domini Innocentii Papæ III. & aſſenſu Capituli noſtri Saltzburgenſis, in Chymenſi Eccleſia Kathedram conſtituimus Epiſcopalem. Tali adhibito moderamine, ut ſecundum formam privilegii prædicti Domini Papæ ſuper hoc editi Capitulo noſtro Salzburgenſi in dignitatibus, in libertatibus, conſvetudinibus, & omnibus rationibus ſuis occaſione novi Epiſcopatus nullum fiat præjudicium & gravamen: de quibus rationibus ſubſcriptas exceptiones ſpecialiter & nominatim neceſſarium duximus exprimendas. Inprimis videlicet conſtituimus, ut Præpoſitus & Capitulum Chymenſis Eccleſiæ nullo unquam jure quicquam ſibi vendicet de præfati Epiſcopi electione, ſed ipſius Epiſcopi Electio ſimpliciter & pure tantum ad nos & noſtros ſpectet ex ordine ſucceſſores. Idem etiam Epiſcopus a nobis & ſucceſſoribus noſtris electus, & pontificali annulo inveſtitus & beneficiatus, homagium faciat Archiepiſcopo, & ſacramentum præſtet, ſe in omnibus fidelitatem debitam ſervaturum. Statuimus etiam ut electus ante perceptam conſecrationem coram nobis & Canonicis a capitulo Salzburgenſ. deſtinatis juret, nunquam motu proprio idem capitulum ſe gravamine perturbare. Excipimus etiam, ne Chymenſis Epiſcopus Eccleſia Salzburgenſe vacante, nulla penitus ratione electionis Archiepiſcopi ſe debet ingerere ſolennia, quorum divini officii in majori Eccleſia, niſi a capitulo vocatus ullius juris prætextu celebret præter pontificalia officia, quæ vice noſtra nobis abſentibus adimplere ſatagat, & hoc de mandato noſtro ſpeciali. De cauſis etiam cognoſcendis, quarum diffinitio, nobis non præſentibus, de jure communi ſpectat ad capitulum majoris Eccleſiæ extra diœceſin ſuam ſibi collatam Archidiaconi Salisburgenſ. juſſu integraliter conſervet. Volumus etiam ut ſecundum antiquam conſvetudinem & a nobis, & a Prædeceſſoribus noſtris hactenus obſervatam Præpoſitus Eccleſiæ Salzburgenſ. ſive in publico ſive in privato a latere noſtro propter præſentiam Epiſcopi, ſeu Epiſcoporum a nobis creatorum nunquam debeat ſegregari, ſed Præpoſito in ſiniſtro latere poſito, Chymenſis in dextro latere ſecundum cujuslibet Epiſcopatus dignitatem & ætatem in ſuo ordine ſtatuantur. Ne igitur hæc noſtra conſtitutio, ab aliquo in poſterum valeat immutari præſentem inde paginam, inde conſcribi & ſigillo noſtro Pontificali fecimus communiri. Datum Salzburgæ VI. Kal. Martii An. Domini M.CC.XVIII. Pontificatus noſtri Anno XVIII.

XCI.

Ertz-Biſchoffs Eberhardi II. zu Saltzburg Lehen-Brieff vor Pfaltzgraff Otten bey Rhein und Hertzogen in Bayern, über die Schutz-Vogtey des Cloſters zu Chiemſee, de Anno 1244.

NOs Eberhardus, Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus, hoc ſcripto patere volumus, tam præſentibus quam futuris, quod ad petitionem & inſtantiam dilecti & ſpecialis amici noſtri, Ottonis, Comitis Palatini Rheni, Illuſtris Ducis Bavariæ. Advocatiam nobis vacantem a morte nobilis Comitis de Hadmaresperge in bonis Clericorum Inſulæ apud Chymſee ipſi Duci contulimus jure feudi; ita tamen quod idem Dominus Dux nullam poteſtatem habeat eandem Advocatiam alicui feodaliter conferendi, ſed ipſam perſonaliter debeat retinere, nec etiam occaſione ejusdem Advocatiæ jura alia recipere teneatur, niſi quæ in antiquis privilegiis præfati capituli evidentius ſunt expreſſa. Ne igitur in prædictis tempore procedente poſſit aliquod dubium exoriri, pro evidenti teſtimonio & cautela hanc ſcribi juſſimus paginam, noſtrique ſigilli munimine roborari. Datum hujus, Salzburga Cal. Februarii, An. Domini M.CC.XLIII. Ind. III.

XCII.

Kayſers Ludovici Bavari Protectorium vor die Abtey zu Chiemſee, de Anno 1344.

WIr Ludwig, von GOttes Gnaden Römiſcher Keiſer, ze allen Zeiten Mehrer des Reichs. Entbieten allen den Vitztumben, Richtern, und gemainlichen allen unſern Ambtleúten überall in unſern Lande unſer Huld und alles Gut. Wür wellen und gebieten in allen veſtigelichen bey unſeren Hulden, daß ihr der erſamen Abteßine und dem Gottshuß zu Chiemß ſtatt habt und laſſet alle die recht, die ſie durch recht haben ſollen, an ihren Lauten und Gueten, und ſonderlich die Recht die in unſer Vater ſeligen Khünig Otto von Ungern, und Heinrich, Pfallentzgraf bey Rhein und Hertzog in Bayrn der obgenandten Abteßin ihrem Gottshauß und Geiſtlichen und Weltlichen gegeben habent, als die Handveſt ſagt, die ſy Land und Leuten, Edlen und Unedlen gegeben habent, die habt an in ſtatt an ihren Leuten und Guten, und beehrenkhet ſy daran mit nichten, alſo daß ihr Hintz ihren Luten noch Guten nit richtet, dann um die drey Sachen, die an den Todt ziehent, das wellen wür und gebieten euch es als in unſer ſchwär Ungenad darumb veſtiglichen wellet vermeiden, wann wir ſie mit ihren Luten und Guten in unſer beſonder Gnad und Schirm genommen haben, und wellen und biten juch, daß ihr ſy daran ſchirmet in unſerm Nahmen und von unſert wegen. Geben zu München an dem Pfingſt-Tag, in dem dreißigiſtem Jahr unſers Reichs, und in dem ſiebenzehenden des Kayſerthums, Anno Domini MCCCXLIV.

XCIII.

Pabſts Martini V. Confirmation, des vom Pabſt Alexandro beſtättigten Dotations-Brieffs des Hoch-Stiffts Chiemſee, de Anno 1427.

MArtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex Apoſtolicæ ſedis circumſpectione provenire dignoſcitur, ut Rom. Pontifex quandoque Prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innovet, innovationem reſtauret, & auctoritate apoſtolica fulciat innovata. Hinc eſt, quod nos ad Venerabilis noſtri Epiſcopi Chiemenſis inſtantiam quarundam felicis recordationis Alexandri PP. IV. prædeceſſoris noſtri, quæ in Cancellaria noſtra diligenter inſpectæ & examinatæ ſunt, cum incipiant vetuſtate conſumi literarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt: Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo Chiemenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. His, quæ ad laudem divini nominis, & Eccleſiaſtici decoris augmentum ab Eccleſiarum Prælatis proinde ſtatuuntur, libenter adjicimus apoſtolici muniminis firmitatem, ut intemerata conſiſtant, cum noſtro fuerit præſidio communita. Cum igitur, ſicut petitio tua nobis exhibita continebat bonæ memoriæ Salisburg. Archiepiſcopus animabus ſuæ curæ commiſſis cupiens procurare ſalutem, Chimenſem Eccleſiam tunc Salisburgenſ. Diœceſis, de ſui aſſenſu Capituli & licentia felicis memoriæ Innocentii PP. prædeceſſoris noſtri inſtituto ibidem Epiſcopo creaverit Cathedralem certam Dioc. & certos reditus quarundam Eccleſiarum, nec non & alia quædam bona Salisburgenſ. Diœceſis menſæ ipſius Epiſcopi deputando, prout in ejusdem Archiepiſcopi literis confectis exinde plenius continetur. Nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Archiepiſcopo provide factum eſt, ratum habentes & gratum, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem ipſarum literarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt: Eberhardus, Dei gratia Salisburgenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus Rudegero Venerabili Chimenſ. Epiſcopo in perpetuum. Nos ſolicitè cogitantes, meſſis quidem multa, operarii autem pauci, rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam, Domino Innocentio PP. III. una cum Capitulo noſtro obtulimus preces noſtras, quas favore Apoſtolico exaudivit, ut in Inſula Chimenſ. in Monaſterio regularium Cathedram Epiſcopalem poneremus Dominici gregis facilius gubernandam, ita potius animarum quam rerum commodum attendentes, ejusdem monaſterii

naſterii per omnia jure ſalvo, & nihil de bonis ipſius ad Epiſcopalem Cathedram transferatur, & capituli Salisburgenſ. Salvo nihilominus ſuper omnia in jure ſuo, ut per hoc in dignitatib9, libertatibus, conſvetudinibus & rationibus ſuis eis nullum præjudicium generetur. Nos ergo ad beneplacitum apoſtolicæ voluntatis de conſilio capituli noſtri in prædicta Inſula ſedem fecimus Cathedralem, & tibi Rudegero, Venerabili fratri, a nobis electo & etiam inveſtito, & ſucceſſoribus tuis a nobis & ſucceſſoribus noſtris eligendis & inveſtiendis, cum ſacramento fidelitatis, juxta tenorem autem apoſtolici Privilegii Epiſcopatum tuum his finibus limitamus, videlicet a terminis Parochiæ extet usque ad Inſulam Chimenſ. deinde per Prien, & Selhuben parochias, ac deinde per vallem Cruzolben, & inde per montem, qui dicitur Strichen, & per vallem quæ dicitur Linchetal claudendo parochias Chirchdorff & ſancti Joannis, usque in ſummitatem montis Jochberch, & hoc erit ipſius Diœceſis longitudo, latitudo vero ipſius parochiæ tuæ extenditur per valles Pirlſe, & Prichſental & Elimalben usque per fines parochiæ ſolis retentis nobis jure patronatus in his Eccleſiis, in quibus illud prius habuimus & decimis aliarum Eccleſiarum, & etiam in Feudatis. Aſſignamus etiam tibi & ſucceſſoribus tuis annuos redditus Trecentarum Marcharum percipiendos in Sahrauch, & omnibus pertinentiis ſuis cultis & incultis, piſcationibus, ſilvis, paſcuis & hominibus, ad illud officium pertinentibus, & in Puzcolben Wilhalbusdorff, Purch, cum poſſeſſionibus aliis, quas emimus a nobili muliere Machtilde. Et item in Auſtria in vineis apud Arlsdorff, quas comparavimus ab Ortolpho, & aliis qua nobis a Spiſſario noſtro Menchardo vacare ceperunt, nec non in domo infra civitatem Salzburgenſem juxta Eccleſiam S. Laurentii, quam emimus a milite ſupradicto; Et item in Striovelden, Celle, & Hoven & Jahſenpach Eccleſiis, & earum redditibus, & omnibus poſſeſſionibus, quas eidem Eccleſiæ jure communi & etiam ſpeciali hactenus obtinuerunt in decimis & aliis ſuis rebus, ſalvo tamen numero clericorum ſervientium in eisdem. Damus etiam tibi & ſucceſſoribus tuis Eccleſiam Sechirchen, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſalvo nihilominus numero ſervientium in eadem. Hoc tibi & ſucceſſoribus tuis onere impoſito, ut inde victum habeatis. Si quando Chriſma in Salisburgenſi Eccleſia a nobis contigerit conſecrari, & etiam quando pro aliis neceſſitatibus noſtris, ad eandem civitatem acceſſeritis diſponendis, ſalvo in omnibus prædictis Eccleſiis jure Archidiaconi. Numerum autem Clericorum taliter moderamus, in Striolſelde quinque, Celle quinque, Hoven quinque, Thſenpach duos, Sechirchen tres. Volumus etiam, ut ad quamliber illarum nobis & Succeſſoribus noſtris a te & ſucceſſoribus tuis propriusSacerdos præſentetur, cui committamus regimen animarum. Jurisdictionem tamen Eccleſiaſticam, videlicet excommunicationis, vel aliam hujusmodi in omnes in prædictis Parochiis delinquentes tibi, & tuis Succeſſoribus indulgemus, ut ipſa utamini, quando ſecundum Dei amorem videbitis expedire. Præterea damus tibi & Succeſſoribus tuis poſſeſſiones in Citerſtal Urborch, miniſterialis Eccleſiæ noſtræ, ſito dederit Hoſpitali, quod Præpoſito Chimenſ. privilegium commiſerat ordinandum. Ex illis autem ſingulis annis ſex libræ ſororibus in Inſula poſitis tribuantur. Et juxta easdem poſſeſſiones in Caſtro noſtro, quod ibi ædificavimus aream unam pro una domo, & officinis eidem domui neceſſariis, hæc omnia jure feudali tibi & ſucceſſoribus tuis concedimus poſſidenda. Et ut hæc omnia tibi & ſucceſſoribus tuis firma permaneant, hanc donationis noſtræ paginam, cum conſenſu Capituli noſtri ſigilli noſtri robore confirmamus. Nulli ergò hominum liceat hanc noſtræ donationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contrairé. Ego Chuno, Salisburgenſis Eccleſiæ Decanus. Ego Bernardus, Presbyter Subdecanus. Ego Harifridus, Presbyter Scholaſticus. Ego Albertinus, Presbyter. Ego Albertus, Presbyter. Ego Alberhetus, Presbyter. Ego Henricus, Presbyter. Ego Berchtoldus, Presbyter. Ego Volchmarus, Presbyter. Ego Henricus, Presbyter. Ego Hohaldus, Presbyter. Ego Leupoldus, Presbyter. Ego Otto, Diaconus. Ego Fridericus, Diaconus. Ego Sighardus, Diaconus ſubſcripſimus. Dat. Salzburg. III. Kalend. Januarii, Pontificatus noſtri Anno XVIII.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Neapoli VIIII. Kalend, Januarii Pontificatus noſtri anno primo. Nos igitur ipſius Friderici Epiſcopi in hac parte ſupplicationibus inclinati literas Prædeceſſoris hujusmodi auctoritate prædicta tenore præſentium innovamus, & præ-

præſentis ſcripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, ſed antiquum, ſi quod ſit, tantummodo conſervari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, communitionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, II. Id. Januar. Pontificatus noſtri Anno undecimo.

XCIV.

Pfaltzgraff Ludwigs bey Rhein und Hertzogs in Bayern Confirmation aller von ſeinen Vorfahren der Abtey zu Chiemſee ertheilten Privilegien und Freyheiten, de Anno 1451.

WIr Ludwig, von GOttes Gnaden, Pfaltzgrave bey Rhein, Hertzog in nidern und obern Bayrn ꝛc. Bekennen offentlich mit dem Brieff, daß für uns kommen ſein die wirdig, andechtig unſer lieb Getreuen, die Abteßin und Convent unſers Kloſters in Khyemſee, haben uns fürbracht ſolch Brief, Freyheit und Gnad ſo ſy haben von unſern vordern Fürſten von Bayrn löblicher Gedechtnus, und uns darauff diemütiglich gebetten, ihn die auch gnediglich zu beſtetten. Des haben wir betracht und angeſehen ziemblichent ihrer Gebett auch unſern Vordern in allen guten Sachen nachzevolgen, und den die in den Dienſt GOttes ſich fleißigen für andern mit Gnaden wohlgenaigt ſeyn. Darumb ſo haben wir in all und yede ihr Brieff, Freyheit, Gnad, Gab, und Beſtättung, ſo in von unſern benanten Vordern gegeben ſeind, auch ihr altes Herkhommen, wie ſie die biß an uns herbracht, gnediglich verneüert und beſtätt haben, als wären ſie mit allen Punckten und Artickeln hierin von Wort zu Wort verleibet und geſchrieben. Verneuen und beſtätten ihn die auch alſo wiſſentlich und in Krafft diß Brieffs, allen und yeden unſern Hauptleuten, Rentmaiſtern, Landſchreibern, Pflegern, Richtern, Mautnern, Khaſinern, Amtleuten, Jagermaiſtern, und allen andern den unſern gegenwürtigen und künfftigen ernſtlich gebiettund, daß ihr ſy dabey ungeirt bleiben laſſet, in dhainem Khranck daran thuet, noch yemands andern ze thuen geſtattet in dhain Weiß, als lieb trew yedem ſey, unſer Ungnad und ſchwäre Straff zu vermeiden. Zu Urkund geben wir in den Brieff, mit unſern anhangenden Inſigl verſigelt, zu Landshuet am S. Jacobs-Tag, des Heil. Zwelff Potten, nach Chriſti Geburt, da man zelt tauſend vierhundert und ains und funffzig Jar.

Ad mandatum Domini Ducis,

Michael Riedrer, Præpoſitus & Cancellarius.

V. Von

V. Von Biſantz.

I.

Pabſts Nicolai I. Breve an Ertz-Biſchoff Ardvicum zu Biſantz, worinn er ihm auff unterſchiedene Fragen in Religions-Sachen Antwort ertheilet, de Anno 865.

NIcolaus Epiſcopus, ſervorum ſervus Dei, reverendiſſimo & ſanctiſſimo Confratri noſtro, Ardvico, Biſontionenſi Archiepiſcopo. Inter cætera virtutum tuarum inſignia, quæ plurimis ſunt gratiarum actionibus cumulanda, ſummam obedientiam tenere te conſpicimus cum humilitatis faſtigio. Et cum tantam in te circa nos animi admirati cernamus alacritatem, mentem tuam Apoſtolorum ſpiritu tactam non dubitamus. Cui dum a Primate ſuo, cujus nos licet meritis impares vices gerimus, tantum verbo diceretur, Vado piſcari, illico reſponderunt ajentes: Venimus & nos tecum. Ita quoque nunc unanimitatis tuæ fraternitas cum nos pro lucrandis & abſtrahendis & e ſalſis & amaris hujus mundi gurgitibus fidelium animabus ſtudii greſſum ponere ſolo ſermone velle ſentiret, protinus quia nos ſequi, quia per noſtra cupiat veſtigia gratanter incedere, nullam dilationem paſſa ſuggeſſit, & usque ad mortem ſe nobiscum contra hoſtes dimicatura, crebra legatione miſſa ſpoſpondit. Sed oramus omnipotentem Deum, ut cui factus es in hujusmodi promiſſione conſimilis, protegente ipſo efficiaris in negatione diſſimilis. Quamquam etſi tale quid accidiſſet, idem ipſe fuerat in recuperatione forma penitus imitabilis, beatus ſcilicet Petrus, Apoſtolorum Princeps, qui Malchi corporali abſciſſa gladio aure inobedientiam & in Anania & Saphira ſpiritali verbi mucrone mendacium & avaritiam perculit. Cujus dum ſedem veneraris & præcepta ſectaris, credimus quod patrocinia quoque adipiſcaris, & apud Deum interceſſionum ſuarum tegmina conſequaris. Jam vero ad conſulta fraternitatis tuæ, de quibus per literarum tuarum portitorem tibi voluiſti reſponderi, prout Dominus dederit, a quo eſt omne datum optimum & omne domum perfectum, mentis oculum dirigentes, caritati tuæ non ſubtrahemus, ſed potius, tanquam cælitus gratis acceptum donabimus.

Caput. I.

Has igitur quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores uxores acceperint; Concilium Neoceſarienſe usque ad mortem abici, & in exitu ſuo pœnitentiæ remedium diſſolutis duntaxat hujus conjunctionis vinculis conſequi jubet. Hos autem, vel has, qui, vel quæ poſt pœnitentiam nova conjugia & inhibitos appetivere concubitus, beatus Papa Siricius a Dominicæ Menſæ convivio ſeparat, & ſolo Viatico cum ad Dominum cœperint proficiſci per communionis gratiam voluit talibus ſubveniri. Quo ergo pacto aliquo poſſunt uti conjugio, quibus nec inhibitos denuo repetere concubitus, nec rurſus nova conjugia licet contrahere? cum etiam diſſolutis hujusmodi conjunctionis vinculis nonniſi in exitu pœnitentiæ remedium tales conſequi poſſint. Non enim, ut ſancto innuente Præſule Siricio ſupra meminimus, aut nova conjugia, aut inhibitos denuo appetere concubitus hos, qui pœnitentiam reſervare ſtudent oportet. Præter hæc autem quomodo poſſet, duobus ſororibus vir quilibet, aut duobus fratribus quævis mulier copulari, & rurſus viventibus illis ad alias nuptias convolare? cum licet non jure, in duabus tamen perſonis, connubium tractum al. contractum jam fuerit, & ſecundum Evangelium, vivente uno ex matrimonio, alter, ſi conjugem duxerit, mœchatur. Quod ſi mortuæ jam ſunt, illæ duæ ſorores vel fratres, quibus vir vel mulier juncta fuit, & ideo exiſtimatur tertias quemlibet vel quamlibet nuptias contrahere; ſciendum eſt, quia nos non hoc a Salvatore noſtro, non ab Apoſtolis, non ab Apoſtolicis viris accepimus, ſed nec accipiendum mandabimus.

Caput II.

Hos vero, qui de propria conſangvinitate, ac de propria cognatione uxores accipiunt, vel nubunt, quis non reprehendat & arguat? cum etiam Sancti prædeceſſores noſtri Apoſtolicæ Sedis Antiſtites, Gregorius ſcilicet & Zacharias, hos anathematis mucrone percutiant, & diſſolvi hujusmodi copulam, utpote beſtiarum more contractam, omnino voluerint. Jam vero poſtquam diſſoluta copula fuerit, ab invicem ſeparati, ſi poſſint, quod ſciſcitaris, ad melius commeare conjugium, nulla ratio patet. Quoniam cum hi pœnitentiæ ſummittendi ſint, nec hos inhibitos ſibi concubitus, nec

alia nova appetere debent conjugia. Denique ſi Thamar a fratre, & concubinæ David a filio ejus violenter oppreſſæ, propter inceptum coitum nullas nuptias contraxiſſe refertur, & Adonias a Salomone morte punitur, eo quod puellam, quæ cum patre pudice tantum dormierat, uxorem ſibi dari popoſcerit: quanto magis hi, qui ſponte junguntur, & in rationabiliter miſcentur, poſtquam ſeparati fuerint, dignæ pœnitentiæ ſummiſſi, debent nullas nuptias, ſed caſtitatem potius appetere de cætero mentis & corporis? Sane ſi quilibet de hac infauſta commixtione poſt diſſolutionem copulæ obierit, alter, qui ſuperſtes fuerit, & in adoleſcentiæ annis adhuc detinetur, ſi ingruente aliquo forte diſcrimine ait ſ. egit pœnitudinem, & ſe non poſſe continere conqueritur, conjugis valet remedio ſubveniri. Cujus indulgentiæ formam volumus etiam circa fœminas obſervari. In quo tamen non regulam conſtituimus, ſed cum eximia columna Eccleſiæ beato Leone Papa, quid ſit tolerabilius, æſtimamus.

Caput III.

Eos autem, qui cum pecudibus miſcentur, ſancta Synodus non nuptialia fœdera contrahere, ſed inter eos orare præcipit, qui ab Spiritu vexantur immundo. Verumtamen, ſi qui ſunt juvenculi, qui tanto piaculo conſtricti, imminente mortis exitio, vel captivitatis exulatu, pœnitentiam geſſerunt, ac paventes poſt hæc incontinentiæ caſum, ad conjugalis conſortii remedia confugerint, ne in crimen fornicationis fortaſſis inciderent, conſilium dinoſcuntur veniale ſumpſiſſe, ita duntaxat, ſi non modo irrationabilis animantis, pro nefas, de cætero contubernium, verumtamen omnis omnino mulieris, excepto conjugis propriæ conſortium, declinarent. Juſtum videlicet Loth imitati, qui, ut vaſta Sodomorum evadere potuiſſet incendia, Segor parvam civitatulam, ut vel in ea ſalvaretur, elegit. Sane non in hoc regulam, ſicut ſuperius diximus, promulgamus, ſed ne deterius peccetur, quod levius arbitramur, indulgendum, utcumque prævidimus. Denique juxta plenam ſatisfactionem nil eis convenientius eſt, qui tam pernicioſo & omni pœna plectendo ſcelere pœnitudinem gerunt, quam perſeverans caſtitas non ſolum corporis ſed & mentis.

Caput IV.
De Epiſcopo ſemel electo.

Poſt mortem vero Epiſcopi, qui ſemel in loco ejus electus fuerit, ſi in nullo a ſacris Canonibus deviat, & electio ejus non a ſecularibus quibusque, ſed a Clero Eccleſiæ cum conſenſu primorum civitatis ipſius fuerit compoſita, & Sanctorum Patrum in eo conſentiant promulgationes, & tam fidei dogmatibus, quam bonis concordat moribus, nulla debet ulterius ratione removeri. Alioquin ut prævaricatores & tergiverſatores, qui hoc temptaverint, a ſacris regulis arguentur. Et præcipue, qui contra ſuam profeſſionem, vel ſubſcriptionem ierint, canonicis legibus arctabuntur.

Caput V.

De Chorepiſcopis, de quibus conſulis, utrum Presbyteros & Diaconos valeant conſecrare; ſacri te canones ſatis poterunt edocere. Quomodo autem Chorepiſcopos poſſe dicimus Eccleſias conſecrare, quas nulli Epiſcoporum licet, ſine veſtro præcepto, ſecundum ſanctas regulas dedicare? Non ergo Chorepiſcopis dabimus; Unde vos Epiſcopos, tanquam terminos a patribus poſitos transterentes merito reprehendimus. Præterea quis infantes debeat conſignare ſanctus Innocentius oſtendit dicens: De conſignandis vero infantibus manifeſtum eſt non ab alio, quam ab Epiſcopo fieri licere. Et rurſus: Hoc autem, inquit, ſolis Pontificibus deberi, ut vel conſignent, vel Paraclytum Spiritum tradant, non ſolum conſvetudo Eccleſiaſtica demonſtrat, verum illa lectio Actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit, Petrum & Johannem eſſe directos, quia jam baptiſatis tradant Spiritum Sanctum.

Caput VI.

Porro de Presbytero, qui non poſſit reſtaurationem poſt lapſum recipere, ut multa prætereamus, beatus Papa declarat Gregorius ad Sabinianum inter cætera ſcribens Iudertinum Epiſcopum: Presbyterum vero, inquiens, de quo nos fraternitas tua latoris præſentium relatione conſulit, nulla ratione in ſacro ordine, poſt lapſum, aut permanere, aut revocari poſſe, cognoſcas.

Hæc quidem, frater chariſſime, in multis occupati vix ad tua conſulta reſcripſimus. Cætera vero quæ communi conſulant utilitati, cum Arſenio venerabili Epiſcopo Apocriſiario, & Miſſo Apoſtolicæ Sedis, quem illas in partes direximus, cum Deo Duce pervenerit, ſatis valetis abundeque tractare, cui & noſtra credere & tua nobis exponenda, cum redierit, poteris ſine ulla contrectatione committere. Optamus fraternitatem tuam in Chriſto nunc & ſemper bene valere.

Caput

Caput VII.

Si quis ex propria cognatione ſangvinem occiſionis fuderit, ſacri Canones usque ad mortem abjici, & inter rebelles deputari ſanxerunt.

II.

Pabſts Johannis VIII. Breve an Ertz-Biſchoff Theodoricum zu Biſantz, worinn er ihm befiehlt, ſo bald als möglich, zu ihm zu kommen, auch die Einweihung des Biſchoffs zu Lauſanne, biß nach ihrer Unterredung, zu unterlaſſen, de Anno 878.

REverendiſſimo & ſanctiſſimo Theodorico, Archiepiſcopo Biſuntinenſi, confratri noſtro. Igitur, quia fraternitas tua, Apoſtolicæ & univerſalis Dei Eccleſiæ perſecutiones audiens, compati modis omnibus diſtulit, nosque pro eo & cunctis aliis laborem ſumentes, quoquo modo viſitare neglexit, ſatis miramur, & ex parte turbamur, cum in te taliter caritatem frigere cognoſcimus. Nonne veritas ait: Si fratrer fratrem adjuverit, ambo exaltabuntur. Et ſapientia loquitur: Frater & amicus in laboribus comprobatur. Et Prædeceſſor noſter Gelaſius Papa, terrendo in ſuis decretalibus, Epiſcopis parvipendentibus fratrum vexationes ſcribit: Cur non compaſſi eſtis? & reliqua. Quapropter monemus, ut hactenus te negligentem pernoſcas, & ad deſpectam caritatem nihilominus, poſtpoſitis omnibus curis, ad nos viſitandos una cum hoc noſtro Miſſo præſentialiter venire ſatagas. Cæterum audivimus, & auditu dolemus, ut in Eccleſia Lauſanenſi, quæ ſine patre nunc cernitur, ſit orta contentio, ejusque filiorum in electione Antiſtitis ſit nefanda diviſio. Unde monemus, per Deum patrem, & filium, & ſanctum Spiritum obteſtamur, Apoſtolicaque auctoritate expreſſe jubemus & interdicimus, ut quoad ad commune eloquium noſtrum pervenias, ibi Epiſcopum neque juſſu Regis neque expetitu plebis conſecrare præſumas, quatenus cum una allocuti fuerimus, auxiliante Deo, cum communi conſultu, quem utiliorem præviderimus, conſecrare permittamus de more. Quæ hic ſcribere omiſimus huic, Legato noſtro Deus dedit, glorioſo Magiſtro militum, & Duci, conſiliarioque noſtro, ut verbis dicat, injunximus, quem benigne recipite, & quæ vobis ex noſtra parte tulerit, indifferenter audite. Data IV. Idus Junias Indictæ. XI.

III.

Ejusdem Brieff an König Carolum Craſſum in Italien, daß er Biſchoff Hieronymum zu Lauſanne bey ſeinem Stifft mainteniren, einen, Hubo genannt, aber dahin anhalten möchte, dem Ertz-Stifft Biſantz das entwendete zu reſtituiren, de Anno 879.

DIlecto ac ſpirituali filio, Carolo, glorioſo Regi. Magnitudinem veſtram ingenti nobis amore dilectam noſſe volumus, quia Hieronymus ſanctæ Lauſanenſis Eccleſiæ Epiſcopus, apud B. Petrum Apoſtolorum principem, noſtrumque pontificium veniens, humilitatis devotione petiit, quatenus Lauſanenſem Eccleſiam, quam jam olim regendam ſuſceperat, ei deinceps, vobis faventibus, habere liceret. Nos autem ejus precibus moti, juxta quod omnium Eccleſiarum Dei curam habemus commiſſam, & quia noſtra exhortatione illum vobis fidelem in omnibus, propriumque, ſicut cæteri regni veſtri Epiſcopi exiſtunt, eſſe cupientes agnovimus, his Apoſtolatus noſtri literis excellentiæ veſtræ ſuggerimus, ut eum pro amore Dei & Sancti Petri, & noſtro, & benigne recipiatis, & jam dictum Epiſcopatum Lauſanenſem ibi divinitus conceſſum, noſtraque Apoſtolica etiam auctoritate commiſſum, ſub omni integritate recipere, habereque ſecuriter permittatis: ne amplius eadem Eccleſia contra ſtatuta patrum ſine proprio rectore conſiſtat. Nam regulariter illum electum & proprio Archiepiſcopo cauſa firmitatis præbente conſenſum, & Epiſcopos conſecratores illius literis, quas nobis oſtendit, rogante, conſecratum fuiſſe jam dictæ Eccleſiæ Epiſcopum incunctanter agnoſcimus. Et idcirco volumus & rogamus, ut absque temporis protelatione, vel aliqua contradictione ſuum, ut diximus, epiſcopatum habeat, teneat, atque cum Dei reverentia diſponat: Quoniam nos in alterius hominis electione, vel conſecratione, iſto vivente, conſentire nullo modo patiemur; eo quod præcipua ſanctorum patrum auctoritas jubeat, duos

ſimul in una civitate non debere eſſe Epiſcopos. Quamobrem, cariſſime fili, hortamur nihilominus & obſecramus regiam gloriam veſtram, ut Deo auxiliante ipſa Eccleſia, proprio nunc recepto paſtore, ſub veſtræ clementiæ tutamine pacifica jam & quieta conſiſtat: ut ejus precibus adjuti, poſt hoc regnum terrenum vobis conceſſum, ſempiternum percipere mereamini. Præterea & Theodoricus, ſanctæ Chryſopolitanæ Sedis Archiepiſcopus, multas noſtris Apoſtolicis auribus ſuper Hubonem, fidelem veſtrum, querelas direxit, eo quod res Eccleſiæ illius invaſerit. Pro quo etiam precamur, ut easdem res Eccleſiaſticas jam dicto Archiepiſcopo ſub integritate reddere faciatis pro amore Dei & noſtro, & nulla deinceps ei permittatis adverſa, vel contraria inferre. Data XX. die menſis Junii, Indictione XIII.

IV.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Theodoricum zu Biſantz, worinn er ihm referiret, was er ſeinet- und des Biſchoffs zu Luſanne wegen, an König Carolum Craſſum geſchrieben, de Anno 880.

REverendiſſimo & Sanctiſſimo Theodorico, Archiepiſcopo Chryſopolitanæ Eccleſiæ. Pro tot & tantis perturbationibus & calamitatibus, quas ab antiquis & Deum non timentibus viris Eccleſiam tibi commiſſam quotidie pati, veſtris literis referentibus, agnoſcimus plurimum condolemus, & congruum cupimus, Deo favente, vobis præbere ſolatium quatenus ſedis veſtræ vigorem priſtinum indiminuto jure feliciter obtineatis. Nam dilecto ac ſpiritali filio noſtro, Carolo, glorioſo regi pro tuæ cauſa utilitatis, proque veſtræ plebis ſalute ſuggeſſimus, ut pro amore Dei & noſtro ſuo vos auxilio & defenſione in omnibus tueatur, & de his, qui res Eccleſiæ veſtræ invadere præſumpſerunt, juſtitiam facere dignetur, resque ipſas ſub integritate vobis reſtitui jubeat. Vos tamen, more boni paſtoris, ſicut in proſperis humiles, ita quoque in adverſis fortes exiſtite, ut populum Domini tibi commiſſum pro malorum infeſtatione, quam patimini, ſtrenue regere non omittatis. Pro ipſo etiam Hieronymo Epiſcopo eidem Regi direximus, ut Lauſanenſem Epiſcopatum illi divinitus conceſſum, & noſtra Apoſtolica auctoritate largitum, ſecuriter amodo retinere permittat. Et ideo veſtra fraternitas eum in hoc adjuvare pro viribus non prætermittat. Data XX. die menſis Junii, Indictione XIII.

V.

Pabſts Calixti II. Confirmation aller Gerechtſamen und Privilegien des Dom-Capituls zu St. Johannis in Biſantz, de Anno 1120.

CAlixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Canonicis Biſuntinæ eccleſiæ ſancti Joannis Evangeliſtæ, tam præſentibus, quam futuris, in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio. Quamobrem, cariſſimi in Chriſto filii, petitioni veſtræ clementer annuimus, & tam vos, quam veſtra omnia, protectione ſedis Apoſtolicæ munientes, quæ in præſentiarum legitime poſſidere videmini, vobis veſtrisque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus, videlicet, domos veſtras, &c.

(Enumerat illius eccleſiæ poſſeſſiones, deinde.)

Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat eandem eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Porro theſaurum veſtræ Eccleſiæ, niſi forte pro redemptione captivorum, vel famis neceſſitate, aut emptione terrarum, ab aliquo diſtrahi prohibemus.

Sane veſtris Archipresbyteris & Archidiaconis interdicimus, ut eccleſias veſtras, & earum presbyteros, ſeu clericos, præter Archiepiſcopi & totius Capituli veſtri commune conſilium, interdictionis ſententiæ ſubdere non præſumant. Præterea quieti veſtræ Eccleſiæ propenſius intendentes, & ejus ſervare juſtitiam cupientes, conſvetudines, quas beati Stephani eccleſia ei ex antiquo debere cognoſcitur, & quæ continentur in libro, qui nuncupatur regula, confirmamus: ut videlicet in Publicatione beatæ Mariæ, Canonici ſancti Stephani ad proceſſionem conveniant, & cereos ſeptuaginta duos exhibeant. In cœna Domini, cum candelabris, & majori cruce ad ſancti chriſmatis confectionem conveniant. In Sabbato ſancto ſex libras ceræ ad magnum cereum faciendum

endum præbeant: canonicos quatuor ad legendas quatuor lectiones, & præter illos presbyterum canonicum ad collectam. Ipſo die paſchæ, brachium beati Stephani cum proceſſione ſolenniter afferant. In Sabbatho Pentecoſtes duos canonicos ad legendas duas lectiones mittant, & præter illos presbyterum canonicum ad collectam. In meſſione & vindemia Poliaci, ceram, quæ ſufficiat. In feſto S. Stephani in Auguſto, vaccam vel quatuor ſolidos, & modium vini. In Ultrajurenſi vindemia, ceram quæ ſufficiat. Per totum annum, dum erit vinum in cellario ſancti Joannis, cubitum unum candelæ in unoquoque fero tribuant. Si canonici ſimul cœnaverint, candelam in cœna, quantum fuerit: ſin autem, unicuique canonico, qui moratura. Nigra porta usque ad antiquum murum, dimidium pedem candelæ, præpoſito ulnam unam, decano ſimiliter. In nativitate Domini, ſicut in Paſcha, brachium ſancti Stephani cum proceſſione ſolenniter afferant. De toto monte, clerici, ſeu laici, decimam parochiæ veſtræ attribuant: laici tamen omnia jura parochialia eccleſiæ ſancti Joannis Baptiſtæ perſolvant. Si quando fit placitum Dei, oblatio inter ſancti Joannis, & Sancti Stephani Canonicos dividatur. Cœmeterium ſancti Stephani, cum eleemoſyna caſati, utriusque eccleſiæ commune permaneat. In receptione tam Regum, quam Epiſcoporum, clerici ſancti Stephani ad eccleſiam veſtram cum ſericis cappis veniant. In electione Biſuntini Archiepiſcopi, clerus & populus civitatis ſecundum antiquam eccleſiæ veſtræ conſvetudinem, in Capitulo veſtro conveniant: univerſas etiam conſvetudines, & tenores, quos a tempore Salinenſis Hugonis, Archiepiſcopi veſtri, usque ad tempus jam dicti fratris noſtri Hugonis, veſtri ſimiliter Archiepiſcopi, qui in Jeroſolymitana peregrinatione defunctus eſt, veſtra Eccleſia tenuit, & poſſedit, ut deinceps integre quieteque teneat, & poſſideat, firmitate perpetua ſtabilimus. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona, hanc noſtræ confirmationis vel conceſſionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit: ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat: & a ſacratiſſimo corpore ac ſangvine Dei & Domini noſtri redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis ſentiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen.

Ego Calixtus, Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Datum Romanis XV. Kal. Martii Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXX. Pontificatus autem Domini Calixti II. Papæ anno ſecundo.

VI.

Ejusdem Bulla, worinn er die zwiſchen denen Canonicis zu St. Johannis und St. Stephani in Biſantz gemachten Union diſſolviret, auch beyde Theile, von dem deſſentwegen geleiſteten Eyden abſolviret, de Anno 1120.

CAlixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Biſuntinæ Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ canonicis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Inter veſtram, & B. Stephani eccleſiam, quædam poſſeſſionum unitas per confratrem noſtrum Humbaldum, Lugdunenſem Archiepiſcopum facta eſt, quæ grave admodum inferre videbatur utrique eccleſiæ detrimentum: nec omnino ſine animarum periculo, quæ inde facta fuerant juramenta poterant conſervari. Quæ ſupradictus frater noſter, una cum Archiepiſcopo veſtro, Anſerico, diligenter noſtra etiam commotione perſpiciens, utriusque partis juramenta, ex reſervata ſibi & eidem Archiepiſcopo veſtro licentia & poteſtate, prorſus abſolvit. Et nos itaque abſolutionem ipſam utrique eccleſiæ neceſſariam providentes, præſentis decreti, pagina confirmamus, & ratam in perpetuum manere decernimus: authoritate ſedis apoſtolicæ ſtatuentes, & omnimodis præcipientes, ut neque vos ſancti Stephani canonicos; neque ipſi, aut quælibet perſona, vos deinceps ſuper juramento illo præſumat impetere. Nulli etiam omnino hominum liceat, ſibi honores veſtros, prædia & poſſeſſiones, & quæcunque juris eccleſiæ veſtræ ſunt, pro illius unitatis vinculo vendicare, aut ea ulterius commiſcere: ſed omnia vobis, veſtrisque ſucceſſoribus ita ſemper quieta, & integra conſerventur, ſicut a tempore bonæ memoriæ Salinenſis Hugonis, Biſuntini Archiepiſcopi, usque ad tempora fratris Hugonis Archiepiſcopi, qui in Jeroſolymitana peregrinatione ad Dominum migravit, conſervata noſcuntur. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutio-

tutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit: ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſangvine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Ego Calixtus, catholicæ eccleſiæ Epiſcopus confirmo & ſubſcribo.

Datum apud Magalonam, per manum Chryſogoni, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi cardinalis, ac Bibliothecarii II. Kal. Jul. Indict. XII. Dominicæ Incarnationis anno MCXX. Pontificatus autem Domini Calliſti II. Papæ anno II.

VII.

Ejusdem Bulla, worinn er das dem Dom-Capitul zu St. Stephani in Biſantz von ſeinem Vorfahren ertheilte Privilegium maternitatis caſſiret, und die Dom-Kirche zu St. Johannis daſelbſt zur Eccleſia matrice machet, de Anno 1122.

CAlixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri, Anſerico, Manaſſe, Decano, Stephano, Archidiacon, Stephano theſaurario Hugoni Archidiacono, & cæteris Biſuntinæ eccleſiæ B. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ Canonicis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Deceſſorum ſtatuta, ſicut legitima & juſta, ſucceſſorem convenit cuſtodire, ita debet etiam male facta ſalubri proviſione corrigere. ea propter nos ſurreptionem illam, quæ Domini prædeceſſori noſtro ſanctæ memoriæ Paſchali Papæ a clericis S. Stephani de maternitatis judicio facta eſt, ad veritatis & juſtitiæ curavimus ordinem revocare. Inter vos enim, & canonicos S. Stephani, ſuper Epiſcopali cathedra, & eccleſiaſtica maternitate, longo jam fuerat tempore agitata diſcordia. Siquidem canonici S. Stephani, eccleſiam ſuam matricem antiquitus extitiſſe, ſed propter ejus deſtructionem Epiſcopos ad beati Joannis eccleſiam ſeceſſiſſe, prout poterant, allegabant. E contra vos eccleſiam veſtram per longa temporum ſpatia Epiſcopalem ſedem, ſine interruptione legitima, poſſediſſe, ſcriptorum memoria, & veterum virorum atteſtationbus firmabatis. Hæc profecto diſcordia cum ad prædicti Domini noſtri audientiam perveniſſet, noſtro eam commiſit examini finiendam, eo quod ipſius vices illis in partibus gereremus: ita videlicet, ut ſi Canonici S. Stephani quinque idoneis probare teſtibus poſſent, quod poſt redingrationem eccleſiæ ſuæ infra annos triginta ſuper querela hac quæſtionem feciſſent, per quam illorum videretur interrupta retentio; ſcilicet vel ante antiſtitem ſuum, vel ante Romanæ legatum eccleſiæ; in communi audientia hac probatione perfecta, privilegia eorum jus proprium obtinerent, epiſcopalis ſedes apud B. Stephani eccleſiam haberetur: alioquin vos a querela hac liberi maneretis, & Epiſcopalem teneretis ſedem ſicut prius tenueratis. Eandem quoque ipſius negotii deciſionem, usque ad tunc proximam B. Mariæ Aſſumptionem, idem dominus a nobis perfici, conſummarique præcepit. Nos ejus obedientes mandatis, adhibitis fratribus noſtris, & Coepiſcopis, Gauceranno, Lugdunenſi, Hugone Gratianopolitano, Leodegario, Vivarienſi, Berardo, Matiſconenſi, Stephano Eduenſi, Galtero Cabilonenſi, Gauceranno Lingonenſi, Pontione Bellicenſi, Gvidone Gebenenſi, Gulinco Sedunenſi, & Pontio Abbate Cluniacenſi, & decem & ſeptem Abbatibus, atque aliis religioſis viris, apud Trenorcium utramque partem convenimus. Ubi cum pars veſtra juſtitiæ ſuæ allegationes oſtenderet, nos probationis executionem a prædicto Domino conſtitutam, a ſancti Stephani canonicis requiſivimus: qui vix tandem teſtes aliquot, non tamen idoneos produxerunt. Alius enim pro commiſſo perjurio, ſive turpi nativitate, alius pro ſacrilegio, alius pro pretii conductione, alius pro excommunicatione, qua diu alligatus fuerat, reprobatus eſt. Sic præfati beati Stephani canonici, jam ſuæ partis cauſam defendere non valentes, a probatione propoſita in conſpectu omnium defecerunt. Tunc excommuni fratrum judicio definitum eſt, veſtram beati Joannis eccleſiam debere maternitatis prærogativam in perpetuum obtinere. Unde nos una cum eis, eandem veſtram eccleſiam ex tunc a querela illa liberam fore decrevimus, Epiſcopalem in ea ſedem permanere irrefragabiliter ſtatuentes. Autoritate inſuper apoſtolica in cujus vocati partes ſolicitudinis fueramus, ſub anathematis obligatione præcepimus, ut nullus eam ulterius clericus, ſive laicus inde inquietare, aut inquietanti favorem præſumeret miniſtrare. Hac promulgata ex communi deliberatione ſententia, canonici ſancti Stephani ad nos ſecretius acceſſerunt, ut conſtituendæ inter vos & illos pacis diem præfigeremus ſuppliciter poſtu-

poſtulantes. In quorum verbis nos nihil doli, nihil prorſus verſutiæ opinantes, ſupplicationi eorundem annuimus, & diem eis, uti poſtulaverant, conſtituimus. Mox ipſi a nobis fraudis inito conſilio diſcedentes, unum ex fratribus ſuis, Petrum ſcilicet de Moneta, ad prædictum prædeceſſorem noſtrum, furtim, & nobis nihil omnino tale opinantibus, direxerunt. Is poſtquam curiæ ſe præſentavit, multa ferens, & nonnulla confingens mendacia, inter cætera ſuggerere Domino auſus eſt, nos de prædicto negotio nihil feciſſe, neque in ejus executionem, obedire mandato ſedis Apoſtolicæ voluiſſe. In hæc figmenta diſcedens, & rurſus ad curiam rediens, reliquos ſecum deceptores adduxit: congregatisque eis, discuſſio quaſi a principio facta eſt. Noviſſimæ quædam illarum perſonarum, quæ tam celebri, ut prædictum eſt, judicio reprobatæ fuerant, imo & aliæ nequaquam idoneæ, ad præfatam probationem admiſſæ ſunt. Duo ex clericis noſtris, quos pro jam dicti confirmatione judicii miſeramus, advenerant: ſed cum omnia, quæ acta fuerant, diligenter exponerent, proficere nullatenus potuerunt. Canonico quippe S. Stephani ita jam curiam totam figmentorum ſuorum fallaciis, & aſſentationum blandimentis aſperſerant: ut aliis nullum in ea locum habentibus, ipſi ſcriptum maternitatis acceperint. Poſt aliquantum temporis, illorum fraudem idem Dominus, & recognoviſſe aſſeritur, & ſuper ea vehementius doluiſſe. Unde etiam tibi, cariſſime frater, Archiepiſcope Anſerice, per ſui autoritatem ſcripti liberam contulit facultatem, Epiſcopalia in qua velles eccleſia peragendi. Poſtea vero quum nos in Apoſtolicæ ſedis adminiſtrationem Divina fuimus gratia conſtituti, vos aures noſtras ſuper eadem querimonia iterum atque iterum propulſaſtis. Nos autem ſupradictam deceptionem, nec non & cauſam omnem plenius cognoſcentes, utpote qui ab ipſo pueritiæ noſtræ tempore in illis educati partibus fuimus, & noſtris totius rei veritatem oculis vidimus: utramque partem ad noſtram ſecundo præſentiam convocavimus. Vos, ut mandatum fuerat, conveniſtis: ſed illi ſe, nullis præmiſſis excuſationibus, ſubtraxerunt. Tertia tandem, vice terminum tam eis, quam vobis in B. Lucæ feſtivitate præfiximus: ſed in parte altera, etiam hac vice contempti ſumus. Cum enim vos præſentes fueritis, & per quindecim dies in curia permanentes, terminum tranſieritis: illi nec venerunt, nec reſponſales aliquos transmiſerunt. Quamobrem fratribus noſtris Epiſcopis & Cardinalibus, nec non & Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, qui nobiſcum aderant, viſum eſt, B. Stephani canonicos diffugium petiiſſe, ne coram nobis negotium tractaretur, qui & ipſorum doloſitatem, & juſtitiæ veſtræ puritatem certiſſime ſciebamus. Ex communi ergo eorundem fratrum noſtrorum conſilio, illud maternitatis ſcriptum, quod per tantæ fraudis verſutiam ſæpedicto Domino noſtro ſurreptum eſt, apoſtolica autoritate caſſamus: ſtatuentes ut nullum robur, nullam in poſterum vim prorſus obtineat; ſed in tota Biſuntinæ civitatis parochia, ſola B. Joannis eccleſia omnem Epiſcopalis ſedis & matricis eccleſiæ poſſideat futuris temporibus dignitatem, quam priſcis cognoſcitur temporibus poſſediſſe. Porro conſvetudines omnes, quas eccleſia S. Stephani a tempore Hugonis-Salinenſis, bonæ memoriæ Biſuntini Archiepiſcopi, usque ad tempora fratris noſtri Hugonis, qui in Jeroſolymitana peregrinatione defunctus eſt, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, eccleſiæ veſtræ perſolvit, quiete vobis deinceps, & eidem veſtræ Eccleſiæ perſolvantur. Ad hæc, abſolutionem, quæ tam a te, cariſſime in Chriſto frater & Archiepiſcope Anſerice, quam & ab Humbaldo, Lugdunenſi Archiepiſcopo, ſuper juramento illo clericis utriusque eccleſiæ facto, & a nobis, dum adhuc in partibus ultramontanis eſſemus, confirmata eſt, præſentis quoque decreti pagina roboramus, & ratam perpetuo manere decernimus: autoritate ſedis apoſtolicæ ſtatuentes, & omnimodis præcipientes, ut neque vos ſancti Stephani canonicos, neque ipſi, aut quælibet perſona, vos ulterius ſuper juramento illo præſumat impetere. Si noſtræ igitur ſanctioni huic B. Stephani canonici audaci præſumptione contraire tentaverint: tibi, dilecte in Chriſto frater Anſerice, Biſuntine Archiepiſcope, tuisque ſucceſſoribus licentiam damus, de perſonis eorum, & de ipſa etiam eccleſia, cooperante Deo, donec ſatisfecerint, juſtitiam exequendi. Si qua etiam in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit: ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a ſacratiſſimo corpore ac ſangvine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque

atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem B. Joannis eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen.

Scriptum per manus Gervaſii ſcriniarii regionarii, & Notarii ſacri palatii.

Datum Laterani, XIV. Kal. Aprilis Indict. XV. Incarnationis Dominicæ anno MCXXII. pontificatus autem Domini Calixti II. Papæ anno IV.

Ego Calixtus, catholicæ eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.

VIII.

Ejusdem Bulla an die Suffraganeos, Aebte und Cleriſey im Ertz-Stifft Biſantz, daß ſie die Dom-Kirche zu St. Johannis in Biſantz pro Eccleſia matrice halten und ehren ſollen, de Anno 1123.

CAlixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis fratribus & filiis, ſuffraganeis Epiſcopis, & Abbatibus, per Biſuntinam provinciam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Poſtquam nos in apoſtolicæ ſedis miniſterium, diſponente Domino, promoti ſumus, Biſuntinæ eccleſiæ beati Joannis evangeliſtæ canonici, ſæpe ſuam coram nobis querimoniam protulerunt, ſuper controverſia illa, quæ inter ipſos, & beati Stephani canonicos diutius agitatur; de Epiſcopali videlicet cathedra, & matricis eccleſiæ dignitate. Et nos itaque utramque partem ſecundo ad noſtram præſentiam convocavimus. Sed cum beati Joannis canonici ad nos, juxta mandatum noſtrum, venirent, beati Stephani canonici, ſe, ſine excuſatione qualibet, ſubtraxerunt. Tertia tandem vice terminum utrisque in beati Lucæ feſtivitate ſtatuimus. Et quidem prædicti beati Joannis canonici noſtro ſe conſpectui, juſtitiam parati facere & recipere, obtulerunt: verum canonici ſancti Stephani neque ad nos venerunt, neque pro ſe excuſationem quamlibet prætenderunt.

Quamobrem, nos ex communi fratrum noſtrorum Epiſcoporum & Abbatum, qui nobiſcum erant, conſilio, apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut jam dicta B. Joannis eccleſia, omnem Epiſcopalis ſedis, & matricis eccleſiæ obtineret in poſterum dignitatem, quam antiquis dinoſcitur obtinuiſſe temporibus. Unde B. Stephani Canonicis per ſcripta noſtra præcepimus, ut illud nobis maternitatis privilegium redderent, quod a Domino prædeceſſore noſtro ſanctæ memoriæ Paſchali papa, per mendacia, & fraudis verſutiam ſurrepſerunt. Rogamus igitur dilectionem veſtram, monemus atque præcipimus, ut prædictam beati Joannis eccleſiam, matrem veſtram omnimodis cognoſcatis, & obedientiam ei, ac reverentiam humilitate debita impendatis. Nos enim idcirco hoc fecimus, quia & totius rei veritatem noſtris viſam oculis plenius novimus, & ratio id poſcebat; & quia beati Stephani canonici, tertio vocati, venire ad judicium contempſerunt. Datum Tarenti, IV. Idus Novembris.

IX.

Ejusdem Vergleich zwiſchen denen Canonicis zu St. Johannis und St. Stephani zu Biſantz, de Anno 1123.

CAlixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis B. Joannis Evangeliſtæ Canonicis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Diſcordiam, quæ inter vos, & canonicos ſancti Stephani, longo jam tempore perduravit, a nobis in præſentia fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & cardinalium, tali noveritis fine concluſam; ut videlicet in vigiliis feſtivitatis Inventionis corporis S. Stephani, ad veſperas, canonici S. Joannis ad eccleſiam B. Stephani cum proceſſione pergant: & in craſtino ejusdem Inventionis, unum modium vini, & carnem unius vaccæ, vel quatuor Biſuntinæ monetæ ſolidos, a canonicis eccleſiæ loci accipiant. Clerici etiam S. Stephani, in vigiliis S. Joannis ante portam Latinam, ad veſperas, ad ſanctum Joannem veniant. Decanus vero ſancti Stephani hominium ſemper Archiepiſcopo faciat, & per manum ejus archidiaconatum de Dola & Amos perpetuo jure obtineat. Candelæ etiam, quæ in exteris clauſtri domibus Canonicis S. Joannis a Canonicis S. Stephani antiquitus præbebantur, niſi per quadraginta continuos dies poſt Inventionem, & alios quadraginta dies poſt dedicationem altaris B. Stephani alio tempore non ſolvantur. Et cera, quæ mittebatur in vindemiis Lauſannenſis pagi, deinceps non ſolvatur.

tur. Sex autem libræ ceræ in Sabbatho ſancto Paſchæ, S. Joannis theſaurario perſolvantur, & in Purificatione S. Mariæ, ſingulis canonicis S. Joannis, qui ad proceſſionem venerint, cerei ſinguli tribuantur. Et etiam candelæ ſolito more ad cellarium, dum vinum canonicorum commune fuerit, ſingulis noctibus perſolvantur. Cæteræ etiam conſvetudines, tam à clericis S. Joannis, quam à clericis S. Stephani, in ſpiritualibus, & in temporalibus, irrefragabiliter obſerventur. Privilegium ſane, quod à Domino noſtro ſanctæ memoriæ Paſchali Papa de maternitate factum eſt, Canonici S. Stephani Anſerico, Biſuntino Archiepiſcopo, vel Lauſannenſi Epiſcopo reddant, usque ad proximas apoſtolorum Petri & Pauli octavas. Si quis ergo contra hoc mandatum noſtrum, vel privilegium retinere, vel pacem hanc infringere attentaverit: tanquam reus, & ſacrilegus, & pacis eccleſiaſticæ perturbator, excommunicationi ſubjaceat: & in locis quibus fuerit, quandiu ibi permanſerit, Divina non celebrentur Officia, quousq; ad ejusdem pacis redeat unitatem. Qui verò conſervator extiterit, omnipotentis Dei, & Apoſtolorum ejus Petri & Pauli, benedictionem & gratiam conſequatur. Amen.

Ego Calixtus, catholicæ eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.

Datum Laterani, per manum Hugonis S. Romanæ eccleſiæ Subdiaconi, VIII. Idus Aprilis, Indictione I. Incarnationis Dominicæ anno MCXXIII. pontificatus autem Domini Galliſti II. anno V.

X.

Des Päbſtlichen Legati Hugonis Vergleich, Vermöge deſſen die beyden Dom-Capitul zu St. Johannis und Stephani zu Biſantz auff ewig mit einander vereiniget, und zu einem Dom-Capitul gemachet worden, de Anno 1253.

NOs F. Hugo, miſeratione divina T. T. S. Sabinæ Presb. Card. Apoſtolicæ ſedis Legatus, notum facimus univerſis, quod Venerabilis Pater, Archiepiſcopus, Joannes, Decanus totumque capitulum Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ, ac Pontius, Decanus, totumq; capitulum Eccleſiæ S. Stephani Biſuntin. ſuper unione ipſarum Eccleſiarum, & ad ipſam unionem pertinentibus, voluntati & ordinationi noſtræ juramento præſtito ſtare firmiter promiſerunt. Nos itaque cum Archiepiſcopo, Decanis & Capitulis prædictis, tractatu ſuper præmiſſis habito diligenti, de prudentum virorum conſilio volumus, ordinamus & ſtatuimus, quod Eccleſiæ prædictæ, quas animus, una ſint Eccleſia & deinceps Eccleſia Biſuntina ab omnibus in perpetuum cenſeatur, unumque eccleſiæ ſic unitæ ſit capitulum, unus Theſaurarius, unum ſigillum, cujus ſint circumferentiæ, ſigillum Eccleſiæ Biſuntinæ, unum officium eccleſiaſticum, illud videlicet, quod in prædicta S. Joannis eccleſia hactenus exſtitit obſervatum, unus Decanus, unus major Archidiaconus, unus Cantor, unus Theſaurarius, unus Scholaſticus: & cum jam dicto majori, alii quatuor Archidiaconi, videlicet Salinenſis, Grayacenſis, Trevenſis & Luxovienſis: ita quod de Vareſco & de Palma, Majorii de Ledone, de Montanis, Salinenſi; de Dola, de Anjoes, Grayacenſi; de Rubeomonte & de Fuverniaco, Trevenſi; de Grangiis & de Aioya Archidiaconatus, Luxovienſi, Archidiaconatibus, ipſo facto quam cito vacaverint, ſint uniti. Decanus ſuperſtes Decano præ mortuo ſuccedat in Decanatu duntaxat, non in præbendis, ſeu Archidiaconatibus, quos nunc tenent Decani ſuperius nominati: ac ipſo facto Decanatus, qui primo vacaverit, alteri ſit unitus. Et hoc idem de Theſauraria & Cantoria Eccleſiæ utriusque ſic unitæ præcipimus obſervari. Quicquid autem dictarum Eccleſiarum acquireretur alteri, pro indiviſo acquiratur, ipſarumque privilegia ad Eccleſiam ſit unitam in omnibus & per omnia ſe extendant. Perſonis vero & Canonicis viventibus, nullum per hoc præjudicium generentur; quin quamdiu vixerint, dignitates, perſonatus, ſeu officia prædicta, quæ nunc tenent, licite valeant retinere. Succentores quoque in dictis remaneant Eccleſiis, ad regendum choros Eccleſiæ ſic unitæ, & præſentes in anniverſariis & diſtributionibus quotidianis, duplicem percipiant portionem. Statuimus quoque & ordinamus quadraginta quinq; Canonicorum & præbendarum numerum, in Eccleſia ſic unita duntaxat, in perpetuum obſervandum. Canonicis vero præbendas, quæ obedientiæ appellantur, non integre percipientibus, præbendæ quam cito ſe facultas obtulerit, integrentur. Reliquis vero omnino exſpectantibus, præbendæ ſeu obedientiæ cum vacaverint, nullatenus aſſignentur, ſed ſecundum ordinem receptionis ſuæ triginta librarum Stephanienſium penſio pro ſingulis præbendis ſeu obedientiis ſingulos contigentibus, ab unito capitulo annis ſingulis perſolvatur, præbenda ſeu obe-

obedientia cujuslibet apud unitum Capitulum remanente, donec dictæ quadraginta quinque præbendæ vacaverint,& ad manus uniti capituli devenerint, & tunc per unitum capitulum inter dictos quadraginta quinque Canonicos æqualiter dividentur. Præterea domus, vineæ, reditus & cœtera bona dictarum Eccleſiarum à quocunque & quocunque modo teneantur, quæ non ſunt de corpore præbendarum, quæ vacant ad præſens, vel quam cito per mortem eorum, qui ea poſſident, vel ex donatione jam facta poſſidere debent, ſeu alio modo vacaverint, ad unitum capitulum revertantur: viventibus tamen perſonis & Canonicis nullum per hoc præjudicium generetur, quin ea, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſident, ad vitam ſuam licite valeant retinere. Ultra quoque ſtatutum numerum perſonarum & Canonicorum, nullus recipiatur in Canonicum & in Fratrem; nec dignitas, perſonatus, vel officium alicui conferantur, donec prædicta redacta fuerint ad numerum conſtitutum.

Electio autem Archiepiſcopi cum pro tempore fuerit celebranda, in capella S. Eugendi Eccleſiæ prædictæ S. Joannis immediate adhærenti, ab unito capitulo celebretur, ſicut hactenus fuit ordinatum. Conſvetudines quoque ſuæ in omnibus & per omnia in dictis Eccleſiis obſerventur: ordinatis tamen per nos ſuperius nihilominus exceptis, & in firmitate ſua perpetuo duraturis. Ordinationem autem anniverſariorum & aliorum, de quibus non ordinamus ad præſens, diſpoſitioni & ordinationi dicti Capituli duximus relinquendam: interpretationem & declarationem quæſtionis & dubitationis, ſi qua ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum orta fuerit, noſtro arbitrio reſervantes, ac retinentes nobis poteſtatem faciendi recompenſationem Archiepiſcopo memorato, ſuper hoc, quod Archidiaconatus univimus ſupradictos. Univerſa vero & ſingula ſupradicta in virtute præſtiti juramenti, & ſub pœna excommunicationis, quam ex nunc in ſcriptis, auctoritate, qua fungimur, in contradictores ferimus & rebelles, præcipimus inviolabiliter obſervari. Datum Bellicen II. Kalend. Octob. Pontific. Innocentus P P. IIII. anno undecimo.

Nota. Transactionem hanc ſigillo proprio firmavit Wilelmus, Archiepiſcopus Biſuntinus, ſequenti Novembri ejusdem anni 1253. poſtridie Beati Martini.

XI.

Ertz-Biſchoffs Ferdinandi zu Biſantz Patent, ein in ſeiner Archidiœces entſtandenes Wunderwerck betreffend, de Anno 1608.

FErdinandus de Longvy, alias de Rio appellatus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Biſontinus, & S. R. Imperii Princeps, noſtræ Diœceſios Clero ſalutem & benedictionem.

Divinam providentiam, quæ ſapienter omnia diſponit, haud quaquam latuit, hac ultima mundi ætate quamplurimos ſeductores exſurrecturos eſſe, & iniquitatem abundantem fore, ſuperbiamque & inimicam Deo arrogantiam ſingulos paſſim in dies, ſecundum pſalmiſtæ vaticinium, futuram majorem: quinimò jam exiſtentem hæreticorum malignitatem, vel ad filii Dei thronum uſque conſcenſuram eſſe, ut è venerabili Evchariſtiæ ſacramento verè realem Deitatis præſentiam à nobis extorquerent. Hæc itaque Dei ſapientia ſuam Eccleſiam, quæ myſtica Davidis, ut in canticis dicitur, turris eſt, ſexcentis voluit clypeis præmunire contra furioſam gigantum rabiem, hac noſtra ætate exiſtentium: qui de terræ gremio exorti, ſenſus ſui duntaxat & judicii experimentis confidentes nituntur. His autem imprimis annumeranda ſunt ea, quæ omnem vim naturæ exuperantiæ, & inſigni miraculorum nomine cenſenda opera ab incomprehenſibili & omnipotente Deo in lucem edi paſſim conſvevere, ad aſſerendam corporis ejus & ſanguinis eſſentialem in auguſtiſſimo Evchariſtiæ ſacramento præſentiam. Hinc eſt quod idem Deus magnus iſthac noſtra in Archidiœceſi Byſontina ad numeroſum Chriſti fidelium concurſum jam nunc recens operatus ſit generis ejusdem admodum illuſtre miraculum.

Nos igitur recentem illius memoriam ſectantes, ne præſumptionis humanæ malignitas noſtram antevertens operam aliud alius loco ſubornet, reique veritatem adulteret, imò, ne divinitus productorum operum glorioſam famam in obſcuris tenebrarum latibulis perſiſtere patiamur, ſedulo exequi voluimus, quod noſtri paſtoralis officii munus circa hujus rei neceſſitatem à nobis viſum fuit exigere. Adminiſtros enim ſtatim noſtros, Procuratorem ſcilicet generalem, & primarium Advocatum fiſcalem, una cum eo, qui à ſecretis nobis eſt Archiepiſcopalibus conſiliis, eò amandavimus, plenam

nam recens facti miraculi, obſervatis ejusmodi in caſu obſervandis neceſſario conditionibus, notitiam relaturos. Quos demum ſuæ obligationis officio expeditè functos, ac debitè, ad nos adductis, indubitatam facientibus rei fidem, teſtibus quinquaginta duobus, exactam negotii intelligentiam attuliſſe, neutiquam ire poſſumq inficias. Ajunt enim, omnibus & ſingulis, qui in feſtis Pentecoſtes ſupplici divinam Majeſtatem animo adeuntes comparent, vetuſto in templo, quod habetur Favernei, condecoratum titulo Abbatis, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ nomini ſacrum, per ſanctam Sedem Apoſtolicam olim conceſſam fuiſſe delictorum veniam. Quapropter in ipſa prænominati Pentecoſtes feſti vigilia, die vigeſimo quarto, anni modo exiſtentis milleſimi ſexenteſimi octavi, juxta præcedentium temporum conſvetudinem, ad majorem Chriſti fidelium in animis concitandum fervorem, feſti ſolemnitatem hunc in modum fuiſſe. Ad ferreos, inquam, ut ajunt, cancellos, qui deputatam Cleri ſedem è vulgiſtatione ſeparant conſtructam è lignis aliquam, altaris in modum, & cortinis atque aliis id genus undique concinnatam ornamentis, erectam fuiſſe tabulam. Qua in tabula collocatum fuerit ſacrum quoddam ſaxum marmoreum, ſubtiliſſima inſtratum ſindone, quæ vocari ſolet corporale, quod in eam ſacra Hoſtia, poſt ſui conſecrationem verum Chriſti factum corpus, ſeponatur. Huic inſuper ſacro marmoreo ſaxo ſuper impoſitum fuiſſe plus ſedecim uncias ponderans argento fabrefactum Reliquiarium: Eſt autem Reliquiarium ſanctorum Chriſti martyrum reliquias continens receptaculum. In reliquiarii autem umbilico tubulum ſive canalem quendam Chriſtallinum, qui ſitum obtinens transverſum, virgineæ martyris S. Agathæ unum aliquem digitorum ſibi inclutum habuerit, conſervatum fuiſſe. Huic demum Chriſtallino tubulo, argenteum inſertum incubuiſſe circulum, gemina utrinque vitrea complectentem obturamenta, in quorum ſpacio medio ſacroſanctam Evchariſtiæ Sacramentum, verè panis Angelorum, fuerit expoſitum. Eveniſſe autem, quod non ſolum cortinæ, & velamenta deſuper ei imminendo, umbella inducentia (ſalva tamen eorum parte illa, quæ Sacroſanctum Evchariſtiæ Sacramentum cooperuerit) verum etiam lignei illi gradus, quibus una cum reliquiario impoſitum fuerit Sacramentum, fervore æſtus conflagrarint. Huc acceſſiſſe, quod ligneæ tabulæ pars illa, quæ ſupra dictorum cancellorum ferramenta attigerit, cæteraque omnia ſibi ſuper impoſita ſuſtinuerit, incendio penitus ſit abſumpta. Neque ſacrum illud marmoreum ſaxum, cui cum Reliquiario venerabile Evchariſtiæ Sacramentum inſtiterit, intelligi debere, permanſiſſe illæſum, ſed citò raptum corruiſſe. Lignea etiam emblemata, omni ex parte huic inducta ſaxo, una cum prædictæ tabulæ reſiduo, ſuper pavimento in prunis ſimili modo conſummatam nacta fuiſſe corruptionem. Medio tamen illo incendio ſæpè nominatum Reliquiarium, in quo ſacroſanctum Evchariſtiæ Sacramentum fuerit incluſum, haud ſolum permanſiſſe inviolatum, verum etiam prænominatos illos ferreos verſus cancellos unius plus minus palmæ circiter ſpatium ſeſe promoviſſe, & in eadem illa aëris regione ſuſpenſum perſtitiſſe. Et quamvis prædicti cancelli, ob ligneæ trabis, cui, tanquam ſuæ baſi, inſerebantur, ambuſtionem evaſerint infirmi, quinimò prævalidè ab incendio impetiti, conculſi atque agitati fuerint, prædictum nihilominus unà cum venerabili Evchariſtiæ Sacramento Reliquiarium quemlibet impetuoſum eorundem cancellorum aſpernatum inſultum, in aëre ſuſpenſum penitusque immotum permanſiſſe. Conſumptis enim ſubtus omnibus iis, quæ ipſi, excepta virtute divina, firmaminis loco eſſe potuerint, triginta trium plus minq horarum ſpacio hunc in modum in aëre penſile moratum fuiſſe Univerſo inſuper populo, tam urbis incolæ, quam è locis circumvicinis eo confluenti, advenæ, ita fuiſſe viſum. In horum denique plus minus decimam matutinam prædictæ Pentecoſtes tertii feſti diei, qui martis eſt, ita perſeveraviſſe. Ita inquam in aëre pendulum perſeveraſſe, quoad Dominus quidam Cario, evulgata rei novitatis fama commotus, cum ſuo Chriſti nomen profeſſo grege, inſtituta ſupplicationis pompa, ſuperveniens, in ſummo templi iſtius altari, magna coram hominum, Dei cultui intendentium frequentia, rem divinam fecerit. In hujus autem miſſæ officio unum aliquem ante Reliquiarium ſimul cum aliis ardentem cereum, ſine ullo cauſæ manifeſtæ indicio, tribus iteratis vicibus ſpontaneam eſſe paſſum extinctionem. Ad prioris tandem ſacroſancti Evchariſtiæ ſacramenti elevationis momentum, quo prædictus ſacrificans Curio ſeſe inclinans ipſum Sacramentum demiſerit, prænominatum etiam reliquiarium ſenſim ſe dimittens, juſtè ſuperimpoſuiſſe cuidam Miſſali (cui libro, quod arcana Miſſæ contineat, id nominis inditur) corporali quodam inſtrato. Miſſale verò cuidam aſſeri ſuperpoſitum, Reliquiario eum in finem aliquantulo diſtantiæ intervallo ſubditum fuiſſe, ut, ſi aliquo fortunæ caſu concidiſſet, ma-

jori cum venerationis honore ſuerit interceptum.

De his igitur omnibus & ſingulis juxta rei veritatem percepta per nos informatione Theologorum & Canoniſtarū & Juriſconſultorum, ſat juſto numero noſtrum in Epiſcopale conſilium adhibito, univerſum rei negotium ad fidei Inquiſitoris præſentiā ſerio trutinantes expendimus; Prius tamen tam in privato quam publico idoneo pollentium auctoritate virorum Eccleſiaſticorum conventu, Procuratoris noſtri Generalis, atque Advocati Fiſcalis, attenta diligenter induſtria.

Verum enim verò animadvertentes factum ejusmodi ordinarium & conſvetum naturæ curſum multis paraſangis antevertere, ne Dei opera, quæ non ſine maxima hominum admiratione patrantur, & communem Eccleſiæ Catholicæ, Chriſtique fidelium conſolationem concernunt, taciturnitate atque ſilentio videamur ſupprimere, vos, omnesque alios, de hujùs miraculi veritate voluimus facere certiores, ut, quod ad tam inſignis miraculi effectum, ad glorioſum nominis ſui honorem, hoc præcipuè temporis articulo, à nobis Deus exigat, qua par eſt, animi conſideratione examinetur.

Quamobrem noſtri paſtoralis officii munere inſtigati, omnes & ſingulos noſtræ Diœceſeos, utriusque ſexus adhortamur, ut Deum in omnibus ejus operibus, præſertim iſthoc in tam miraculoſo, benedicentes collaudent: Inque fide, & veneratione, quæ huic tam eximiè auguſto debetur Sacramento, magis magisque corroborentur, gratioſis ſeſe beneficiis, quæ illud debitè frequentantibus conferuntur condignos reddentes.

Prælatis inſuper animarumq; curam gerentibus, & aliis, tam ſine certis Canonum legibus, quam ordine præſcriptas, ad regularum normas vitæ rationem exigentibus, ſub Eccleſiaſtica poteſtate noſtra in Archidiœceſi conſtitutis viris præcipimus, ut erga hujus tam auguſti Sacramenti cultum diligentiam adhibentes, templa, altaria, calices, ciboria, tabernacula, atque alia id genus ornamenta, hujus tam venerabilis Sacramenti myſterio decenter coaptent.

Ut inſuper congruo Divinæ Majeſtati miniſterio, competentique hominum comitatu deferatur, ubi ad ægros deferendum dictaverit neceſſitas. Eadem commendamus fraternitatum (ut vocant) Collegiis, in hujus Sacramenti honorem inſtitutis, ſuper omnia requirentes, continuatam alicujus cuſtodum præſentiam, tum ut precibus vacet, tum etiam ut inſolentes fortunæ caſus, ſi qui acciderint, moderetur & corrigat.

Ex intimo denique cordis penetrali profuſis oramus Deum precibus, ut hoc miraculum ter maximum ſui in honorem, hæreticorum converſionem, publicum Eccleſiæ ſuæ emolumentum, tutatricem veritatis defenſionem, præcipuè autem hujus noſtræ Diœceſis uſum & utilitatem, omnium denique profeſſionis Chriſtianæ cultui deditorum Principum, Sereniſſimarum præſertim Celſitud. (in quarum ditionis loco tam illuſtre iſthoc miraculum contigit) tranquillam felicitatem, univerſi ejus populi conſolatoriam, in majus & melius ædificationem, virtutis incrementum & gratiæ, Zelotypum denique erga divinos cultus uniuscujusq; noſtri deſiderium benignus convertat. Datum Veſontioni, noſtro in Archiepiſcopali conſilio, decimo Julii, anno gratiæ milleſimo, ſexcenteſimo octavo.

Anhang
zu denen
Ertz-Stifftern.

SPICILEGIUM ECCLESIASTICUM
des Teutschen
Reichs-Archivs.
Anhang
zu denen
Ertz-Stifftern.

VI. Von Magdeburg.

I.

Käysers Ottonis I. Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg seinen Antheil in der Graffschafft des Grafen Thietmari, wie auch die jenseits der Elbe gegen Abend zu gelegene Güter des Orts Magdeburg schencket/ de Anno 937. stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 338.

II.

Ejusdem Diploma, worinn er der von ihm erbaueten Kirche zu Magdeburg alle Zoll-Einnahme gedachtes Orts schencket/ de Anno 937. befindet sich loco antea citato, p. 339.

III.

Ejusdem Diploma, vermöge dessen er der Kirche zu Magdeburg einige Familien/ freye und leibeigene Knechte an innen benennten Orten geschencket/ de Anno 937.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri, præsentes & futuri, qualiter nos ad Ecclesiam, quam in Magdeburg construximus, & ad nutrimen plebis inibi Deo servientis, res, quæ subnotantur, in proprium damus, h. e. in pago Norturinga in comitatu Cristani, in Germersleve XII. familias colonorum & in Wolmersleve LXIII. familias inter servos & litos, & occidentalem simul cum ista orientali Wilmesleve. Damus in eodem pago in Comitatu Dithmari XII. familias Sclavorum, in villa Buchovv & in Magdeburg una curtis & territorium, & tres familias colonorum & curtem nostram cum ædificio in ea stante, & in Knohartesdorp familias litorum II. & in Otterslebe familias III. & in Suldorp IV. familias colonorum, & in Magdeburg IV. familias servorum, & quicquid in australi Tudulon habuimus, & totam marcam in altera Tudulon & in pago Unimoti in comitatu Wigmari in duo loca Urlaha & Ottingha, cum omnibus ad hæc pertinentibus, & decimam de eisdem locis ab Adaldago nobis Archiepiscopo datam, & omnis census & venundationis & acquisitionis decimam, quæ nobis in Murtsam & Ligzitz & Heveldün debent, & liceat in eis præfatæ congre-

gregationis, ut & ligna & herbæ in uſum ſint, & porci ſaginentur, omnes præfatas familias ſimul cum territoriis, in quibus ſedent, damus, & nulli niſi eidem congregationi ſerviant, & illa niſi Deo & ſanctis, ſcilicet ſingulis annis tantum Regi unum caballum, ſcutum & lanceam, vel duas cruſinas dent, ut ſciant in mundiburdio Regis ſe eſſe. Electionem eis conceſſimus Abbatem inter ſe eligendi & Advocatum quemcunque velint, Abbatem tamen dignum. Quod ſcripto roboravimus, manu noſtra firmavimus, annulo noſtro ſigillari juſſimus. Dat. V. Id. Oct. Anno Dominicæ Incarn. DCCCCXXXVII. Indict. XI. Anno Ottonis piiſſimi Regis ſecundo. Actum in Toremburg, amen. Signum Domini Ottonis invictiſſimi regis. Poppo Cancellarius ad vicem Friderici recognovi.

IV.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirchen zu Magdeburg einige Familien derer Knechte und Sclaven gegeben/ de Anno 939. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 340. vorhanden.

V.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirchen zu Magdeburg innen benannte von dem Stifft Halberſtadt erhaltene Güter geſchencket/ de Anno 940.

VI.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg die Zoll- und Münz-Einkünffte daſelbſt zu ewigen Zeiten eigentlich gegeben/ de Anno 941. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 340. befindlich.

VII.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirche zu Magdeburg ſeine Eigenthums-Güter zu Uplingen/ Roresheim und Nottorp geſchencket/ de Anno 941.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Si quibuslibet donis loca Deo dicata ditaverimus, non ſolum ad temporalem vitam feliciter tranſigendam, verum & ad æterni tripudii palmam promerendam nobis profuturum veraciter credamus. Quocirca noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam & futurorum induſtria, qualiter nos pro Dei amore animæque noſtræ remedio, noſtri etiam ſoſpitate regnique ſtabilitate, ad monaſterium, quod Deo ſanctisque martyribus Mauritio atque Innocentio conſtruximus, quicquid infra marcam hic nominatarum villarum Uplingi, Roresheim & Nethitorp proprietatis habuimus, in pago Hardaga in comitatu Ditmari in hoſpitales recipiendorum uſus pauperum jure perhenni in proprium donavimus, cum omnibus adjacentis & appenditiis ſuis illuc legaliter aſpicientibus, quantum noſtri inde fuit, mancipiis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcatoribus, viis & inviis, mobilibus, & immobilibus, omnia ad cœnobium Deo pro veneratione prælibatorum Martyrum Mauritii videlicet & Innocentii, in loco qui dicitur Magdeburg a nobis fundatum in prædictos uſus hoſpitalitatis pauperum contulimus. Juſſimus quoque hoc præceptum inde conſcribi, per quod regia poteſtate ſancimus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum ullam habeat poteſtatem noſtrum donum infringendi. Et ut inviolabilis hæc traditio per ſuccedentium temporum curricula obſervetur, manu noſtra ſubtus illud firmavimus, & annuli noſtri impreſſione corroborari præcepimus. Dat. VIII. Idus Auguſti Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXLI. Indictione XIV. Anno Domini Ottonis Sereniſſimi Regis VI. Actum Magdeburg in Dei nomine, amen. Signum Domini Ottonis invictiſſimi Regis. Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognovi.

VIII.

Ejusdem Diploma Donationis desjenigen Guths an die Kirche zu Magdeburg/ welches er von einem ſeiner Vaſallen/ Eberhard genannt/ getauſchet/ de Anno 944.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Dei gratia Rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum induſtria, quod nos pro ſalute animæ noſtræ, fratribus monaſterii in honorem Sancti Petri Apoſtolorum Principis, beati quoque Innocentii Matyris in civitate Magdeburg nuncupata a nobis conſtructa prædium omne, quod

quod ab Eberhardo quondam noſtro Vaſallo concambii jure obtinuimus, videlicet quicquid idem ipſe in ſubnotatis hactenus villis habebat proprietatis, Nethitorp, Roreshem, Uppelinga, hoc regali præcepto donamus in proprium cum omnibus ſuis illuc jure pertinentibus ædificiis, mancipiis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, manu noſtra ſignata annuli noſtri impreſſione roborato. Acta II. Idus Febr. Anno incarnationis Dom. DCCCCXLIV. Indictione II. Anno Domini Ottonis VIII. in loco qui dicitur Borfelda. Signum Domini Ottonis Sereniſſimi Regis. Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognovi.

IX.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirche zu Magdeburg ſeine Güter an innen benennten Orten geſchencket/ de Anno 946.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Rex. Quæ locis Dei dedicatis nomini, religionis gratia, contulerimus, nobis noſtrisque, pro quibus hoc agitur, debitoribus æterna recompenſari palma incunctanter confidimus. Proinde in elemoſina Domini ac genitoris noſtri, Heinrici Regis & noſtra, nec non pro anima dilectiſſimæ conjugis noſtræ Edgidis, uſui fratrum Magdeburg cœnobii, quod in honorem Beati Petri, principis Apoſtolorum, ſanctorum Martyrum Mauritii atque Innocentii conſtruximus, quidque hactenus noſtræ proprietatis in ſubtus nominatis habuimus locis Unnesburg, Brunnen, Biſcopſtorp, Mackſtede, Trullinge, Adeſtanſtede, in pago Northuringi nuncupato, in comitatu Geronis, ſancientes anniverſarium ejus venientibus inde reditibus jugiter elemoſinis agi perpetualiter in proprium donavimus cum mancipiis omnibusque appenditiis ſuis, hoc præcepto manu noſtra ſignato & annuli noſtri impreſſione roborato. Dat. IV. Kal. Februarii, Incarnationis Dominicæ DCCCCXLVI. Indictione IV. Anno X. regni Ottonis Sereniſſimi Regis. Actum in Godeburg, palatio regio, in Dei nomine feliciter, amen. Signum Domini Ottonis invictiſſimi Regis. Bruno Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognovi.

X.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg dasjenige ſchencket/ ſo er von Biſchoff Bernhardo zu Halberſtadt erhalten/ de Anno 946. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ p. 340.

XI.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg nebſt denen vom Stifft Halberſtadt erhaltenen/ noch andere benannte Güter geſchencket/ de Anno 946. ſiehet loc. antea cit. pag. 341.

XII.

Ejusdem Diploma, worinn der Kirchen zu Magdeburg ein groſſer Theil der Güter des Kloſters Herolvesfeld gegeben/ de Anno 947. iſt loco ſupra allegat. pag. 341. befindlich.

XIII.

Ejusdem Fundations- und Dotations-Brieff des hernacht an die Kirche zu Magdeburg gekommenen Cloſters Pölde/ de Anno 952.

XIV.

Ejusdem Diploma, krafft deſſen er der Kirche zu Magdeburg in Thüringen und Wend-Land einige Güter gegeben/ de Anno 953.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente gratia Rex. Noverint omnes fideles noſtri, præſentes ſicut & futuri, quod nos pro remedio animæ noſtræ, nec non dilectæ conjugis Adelheide, prædium, quod Bilingus, quidam noſter miles, nobis tradidit proprietate noſtra, quam illi donavimus in patria Slavorum, & in Thuringia, ad monaſterium nominatum Magdeburg, quod conſtruximus in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Sancti Petri principis Apoſtolorum, nec non & ſanctorum Martyrum Mauritii atque Innocentii, ad uſum monachorum inibi Deo famulantium in locis ſubnominatis, id eſt,

Hildeshusen cum tota marca & Helinsungen, Herisle, Dasingaroth, Gelethe, Winlihenhusen Agestorp, Guttingi, cum omnibus ad eandem proprietatem pertinentibus, pratis, pascuis, agris, sylvis, aquis, pascationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, cultis & incultis, mancipiis, ædificiis, curtilibus, jure perenni donavimus. Quæ omnia hoc scripto ad præfatum monasterium firmavimus, & manu propria corroboravimus, ac annulo signari jussimus. Acta anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLIII. Anno Domini Ottonis Serenissimi Regis XVIII. Actum Khidilingaburg. Signum Domini Ottonis Serenissimi Regis. Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognovi.

XV.

Ejusdem Diploma, so mit vorigen gleiches Innhalts ist und nur an den Formalien differiret/ de Anno 953. stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 342.

XVI.

Ejusdem Diploma, worinn der Kirche zu Magdeburg alle Güter nebst denen darzu gehörigen Gerechtigkeiten inn- und ausserhalb des Orts Davindre geschencket worden/ de Anno 954. ist loco antea citato, pag. 342. vorhanden.

XVII.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg innen benennte Stücke in- und um die Stadt Daventria gegeben/ de Anno 956.

XIIX.

Ejusdem Diploma, in welchem er der Kirche zu Magdeburg die Güter Brunon/ Ununesburg und andere mehr geschencket/ de Anno 958. befindet sich in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 342.

XIX.

Ejusdem Diploma, vermöge dessen er der Kirche zu Magdeburg innen benennte Güter zu Buckstadin und Rinckhurst geschencket/ de Anno 959.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri, præsentes scilicet & futuri, qualiter nos ad Ecclesiam quam in Magdeburg construximus, in honorem sancti Mauritii & ad nutrimen plebis inibi Deo famulantis, quasdam res nostræ proprietatis, hoc est, in pago, qui vocatur Helinge & Mosde, in locis sic nominatis Buckstadin & Rinckhurst, in comitatu & legatione Henrici Comitis, omnem justitiam ac censum, qui Saxonicæ Mal vocatur, nec non & omnibus appenditiis, ibidem jure pertinentibus, ædificiis, curtibus, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, cultis & incultis, mancipiis utriusque sexus, in proprium damus, & perpetuo jure posidendos: & hoc præsens indicium jussimus exinde conscribi, annulique nostri impressione muniri, subtusque manu propria firmavimus, ut fidelibus nostris traditio nostræ largitatis firma & immutabilis crederetur. Data Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLVIIII. Indictione II. Regnante Ottone piisimo Rege XXIV. anno VI. Non. Julii. Actum Magdeburg. Signum Domini Ottonis Invictisimi Regis. Ludolfus Cancellarius, ad vicem Wilhelmi Archicapellani recognovi.

XX.

Ejusdem Diploma, krafft dessen er den Zehenden an innen benennten Orten/ jedoch mit Vorbehalt desjenigen Theils/ so dem Bischoff zu Halberstadt davon gehöret/ der Grufft der H. Märtyrer zu Magdeburg gegeben/ de Anno 961.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Dei gratia Rex. Noverint omnes sanctæ Dei Ecclesiæ fideles nostrique præsentes & futuri, qualiter nos ob amorem Dei, regnique æterni mansionem, insuper etiam pro salute nostra ac stabilitate regni nostri remedioque animæ nostræ dilectæque conjugis nostræ Adalheide, atque amantissimæ prolis & æquivoci nostri Ottonis, ad dotem criptæ Magdeb. in honorem sanctorum Mauritii martyris, Valentini Agapiti & Abundii sacratæ, donavimus, atque tradidimus, illa decimatione excepta, quæ Episcopo Halberstad, usque huc data est, omnem alteram decimationem, quam Theutoni, vel Sclavi ad eandem urben Magdeburg pertinentem persolvere debent, nec non etiam omnium Theutonicorum, vel, Sclavorum decimam ad civitatem Frosa pertinentium, & illam, quam Teutonici & Sclavi persolvere debent ad civitatem Barbie pertinentem, & illam decimationem Teutonicorum & Sclavorum ad illam civitatem, quæ dicitur Calva, pertinentium, illa decima excepta, quæ usque huc in præfatis locis finibusque illorum Magdeburgo burgovvarde & Froseri burgovvarde, Barburgeri burgovvarde, Calveri burgovvarde, reliquam omnem decimationem præfatorum locorum, sicut Wilhelmus Moguntinensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus in nostri præsentia nostrorumque fidelium ad præfatam criptam determinavit, eidem criptæ in perpetuam dotem concessimus. Et ut hæc nostræ auctoritatis traditio per succedentium curricula temporum inconvulsa permaneat, jussimus hoc præsens præceptum conscribi, annuli nostri impressione roborari, manuque propria subtus firmavimus. Datum IX. Kl. Maji Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXI. Indictione IV. Anno vero Regni Serenissimi Domini Ottonis XXVI. Actum Walahusen in Dei nomine, amen. Signum Domini Ottonis invictissimi Regis. Ludolphus, Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovi.

XXI.

Ejusdem Diploma, worinn der Kirchen zu Magdeburg den Zehenden/ welchen die Sclavanen in denen Städten Magdeburg Frasa/ Barby und Calva zu zahlen pflegen/ geschencket worden/ de Anno 961. ist in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 343. befindlich.

XXII.

Ejusdem Diploma, vermöge dessen er der Kirche zu Magdeburg die Stadt Sputinesburg mit ihren Pertinentien geschencket/ de Anno 961.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Noverit omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum industria, qualiter nos modo ituri in Italiam cogitantes, pro statu & incolumitate Regni nostri dilectæque conjugis Adelheidis Reginæ, nostrique dilectissimi filii Ottonis, instinctu quoque & monitu Wilhelmi sanctæ Moguntinensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, urbem Sputinesburg, sitam in pago Nudiczi, quam Wichart in beneficium habet, ex integro cum omnibus appendiciis ad eandem urbem pertinentibus, mancipiis utriusque sexus, ædificiis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, & quicquid beneficii ceteri fideles nostri in eodem burgivvardo habere visi sunt, ad monasterium, quod nos construere volumus, in civitate, quæ dicitur Magdeburg, in honorem sancti Petri Apostolorum Principis, nec non sanctorum Martyrum Mauritii & Innocentii, jure perenni in proprium donamus. Et ut hæc nostræ traditionis autoritas plena vigeat firmitate, jussimus hoc præceptum conscribi & annuli nostri impressione roborari: quam subtus firmavimus manu propria. Datum VIII. Kal. Augusti Anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXI. Indictione IV. Anno Regni Domini Ottonis, Serenissimi Regis XXVI. Actum Ordorff feliciter. Signum Domini Ottonis Magni & Invictissiimi Regis. Ludolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani notavit.

XXIII.

Ejusdem Diploma, worinn der Kirche zu Magdeburg die Stadt Guncanstein mit dem darzu gehörigen Salz-Wercke und andern Gütern mehr gegeben worden/ de Anno 961. stehet loco antea citato, pag. 343.

XXIV.

Ejusdem Diploma, krafft dessen in der Kirche zu Magdeburg die Zehenden von allen Früchten und Einkünfften derer Städte Guncanstein/ Wurtzin/ Ilburg/ &c. wie auch derosselben umliegenden Landschafften gegeben worden/ de Anno 961. ist loco supra citato, pag. 344. vorhanden.

XXV.

Ejusdem Diploma, vermöge dessen er der Kirche zu Magdeburg innen benennte Oerter/ nemlich Givickanstein/ Sputinesburg &c. mit ihren Zubehörungen geschencket/ de An. 961.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Dei gratia Rex. Noverint omnes fideles Dei nostrique, præsentes scilicet & futuri, qualiter nos pro remedio animæ beatæ memoriæ

riæ Domini patris noſtri Henrici, Regis, & pro incolumitate Dominæ matris noſtræ, Machtildæ Reginæ, nec non pro ſtatu & incolumitate regni noſtri, noſtrique, dilectæque conjugis noſtræ Adalheide reginæ, noſtrique dilecti filii Ottonis, jam primo anno Regis, inſtinctu & monitu Wilhelmi ſanctæ Moguntinæ ſedis venerabilis Archiepiſcopi, omnem regionem pagumque vocatum Neletice, omnemque utilitatem in eo manentem, urbem ſcilicet Givickanſtein cum falſugine ejus, ceterasque urbes cum omnibus ad eas pertinentibus, aquis ſalſis & inſulſis, terris cultis & incultis, mancipiis Teuthonicis & Sclavanicis, taleque prædium, quale Winchart in beneficium habet, urbem Spitnesburg, ſitam in pago Nudiſici, cum omnibus, quæ ipſe in beneficium habet, & per petitionem Dominæ matris noſtræ Machtildæ Reginæ, taleque prædium, quale Huodo in beneficium habet, in pago Helmingovve in Comitatu Wilhelmi Comitis in loco Breitinga & Bernhardesrotha, cum omnibus ad ea pertinentibus, taleque prædium, quale Adalbertus Comes in beneficium habet in Comitatu ipſius, in pago Northuringorum, in locis ſic nominatis Tunninſteti, Flagitungen, Waſſerdal, Adinga, cum omnibus ad ea pertinentibus ad victum Clericorum monachorumque Magdeburg Deo ſervientium ad Eccleſiam ſancti Petri Principis Apoſtolorum, Sanctorum Martyrum Mauritii, Innocentii, reliquorum Sanctorum inibi congregatorum in perpetuum proprium donavimus. Et ut prædictus Abbas illius monaſterii ſuique ſucceſſores & Clerici & monachi inibi Deo ſervientes liberam poteſtatem omnium prænominatorum locorum habeant utendi, recte commutandi, in beneficium dandi, cum omnibus ad ea pertinentibus mancipiis, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, ſilvis, pratis, paſcuis, agris, molendinis, piſcationibus, ædificiis, urbibus, Eccleſiis, exitibus & reditibus. Juſſimus hoc præſens præceptum conſcribi, annulique noſtri impreſſione corroborari. Signum Domini Ottonis invictiſſimi Regis. Ludolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovit & ſubſcripſit. Data IV. Kal. Auguſti, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXI. Indictione IV. Anno videlicet regni Serenisſimi Regis Ottonis XXVI. Actum in Chriſti nomine feliciter. amen.

XXVI.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg die Oerter Calba in Nord-Thüringen und Boßburg die jenſeits der Sale gelegen/ mit allen Kirchen und Gebäuden und was deme mehr anhängig/ gegeben worden/ de Anno 965. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 344. befindlich.

XXVII.

Ejusdem Diploma, gleiches Innhalts mit vorigen/ ſo aber in formalibus differiret/ de Anno 965. ſtehet loco antea citato, pag. 344.

XXIIX.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirchen zu Magdeburg alle ſeine Güter in Neledice/ wie auch das Burg-Recht der Stadt Sputineburg und anderes mehr gegeben/ de Anno 965. befindet ſich loco ſupra allegato, pag. 345.

XXIX.

Ejusdem Diploma, krafft deſſen er der Kirche zu Magdeburg die Städte Loburg und Tuchim gegeben/ de Anno 965. iſt loco ſupra allegao, pag. 345. vorhanden.

XXX.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirche zu Magdeburg alles/ was er in den Burgen Pechou und Gumbern eigenthümliches gehabt/ geſchencket/ de Anno 965.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Cum Imperatoriæ largitatis munere loca Deo & Sanctis ejusdem data per ones Imperii noſtri partes prædiis & poſſeſſionibus ampliata ſive ſtabilita eſſe noſcuntur, & Sanctorum amplificatio Eccleſiarum ſalus & proſperitas creditur eſſe regnorum, Idcirco nos pro ſtatu & incolumitate regni vel Imperii noſtri, ob ſpem retributionis æternæ, pro remedio quoque & abſolutione noſtra in futuro magni judicii die dilectæque conjugis noſtræ Adelheidis, vel filii noſtri Ottonis quicquid proprietatis in locis vel caſtellis ſubnotatis videlicet Pechouve & Gumbere ad jus regium, ſive Imperatorium pertinere videbatur, cum

cum omni integritate univerſisque appendiciis, aut utilitatibus, vel acquiſitis, vel acquirendis Deo Sanctoque Mauritio in Magdeb. transfundimus atque donamus, & ad uſum vel opus fratrum ibidem Deo ſervientium deputamus. Et ut hoc autoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, hanc cartam conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & propria manu ſubtus firmavimus. Data V. Kal. Julii Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXV. Indictione IIX. Anno Imperii Domini Ottonis IV. regni autem XXX. Actum Magdeburg feliciter, amen. Signum Domini Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Luidolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovi.

XXXI.

Ejusdem Diploma, worinn der Kirche zu Magdeburg die Freyheit einen Jahrmarckt zu Magdeburg anzulegen/ Müntze zu ſchlagen/ und den Zoll ſowohl zu Waſſer als Lande zu heben/ vergönnet worden/ de Anno 965. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. loco ſupra citato, pag. 346.

XXXII.

Ejusd. Diploma, worinn der Kirche zu Magdeburg der Käyſerl. Burg-Bann beſagter Stadt gegeben worden/ de Anno 965. iſt loco ſupra citato, pag. 346. befindlich.

XXXIII.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirche zu Magdeburg die Käyſerl. Einkünffte und den Zehenden vom Honig in denen Oertern an der Spree und in der Lauſitz geſchencket/ de Anno 965. befindet ſich loco ſupra citato, pag. 347.

XXXIV.

Ejusdem Diploma, worinn er der Stadt Getlide das Müntz- und Marckt-Recht mit der Bedingung verſtattet/ daß die Einkünffte davon an die Kirche zu Magdeburg fallen ſollen/ de Anno 965.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos, interventu dilectæ conjugis noſtræ Adelheidis, ob ſpem divinæ remunerationis, pro ſtatu Regni, vel Imperii noſtri, pro ſanitate quoque noſtra dilectique filii noſtri Ottonis, prædictæque noſtræ cariſimæ conjugis Adelheidis, in villa Getlide, in Comitatu Lisgo, cui Burchardus Comes præeſſe videtur, publicam monetam eſſe concedimus, omnesque ex eadem moneta reditus vel utilitates, quoquo acquirendas ad Eccleſiam ſancti Mauritii Magdeb. tradimus & donamus: teloneum vero de mercatu, quod ibi fieri conceſimus in quibuscunque rebus vel mercimoniis accipiendum, prælibatæ Eccleſiæ Sancti Mauritii munifica largitate offerimus, & quicquid inde fructuum, utilitatum ad noſtrum jus pertinere poſſe videbatur, totũm & ex integro eidem Eccleſiæ, vel fratribus Deo ſanctoque Mauritio famulantibus Magdeburg perpetualiter utendum concedimus, ut teneant & poſſideant, & ſuis, ut libuerit, uſibus adjungant. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum & ſtabile permaneat, cartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Dat. II. Idus Decembris, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXV. Indictione IX. Imperii vero IV. Actum Bruggheim in Dei nomine, amen. Signum Domini Ottonis Magni & invictiſsimi Imperatoris Auguſti. Rudolphus Cancellarius, ad vicem Wilhelmi Archicapellani recognovi.

XXXV.

Ejusdem Diploma, krafft deſſen der Kirche zu Magdeburg die Städte Sirtawa/ Grawawa und Buchoe mit ihren Pertinentien gegeben worden/ de Anno 966. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ pag. 347.

XXXVI.

Ejusdem Diploma, worinn er Roßbach in Heßen/ und andere Oerter mehr der Kirche zu Magdeburg geſchencket/ de Anno 966. befindet ſich loco ant. cit. p. 348.

XXXVII.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirche zu Magdeburg die Städte Neuſtadt/ Brogera / Upineng und Brochſtadt mit ihren Pertinentien geſchencket/ de Anno 966.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus Romanorum ac Francorum. Quoniam Regiæ vel Imperatoriæ dignatis officium eſſe conſtat Deo Sanctisque ejus monaſteria vel loca conſtruere, & ſemper auctoritatibus augeri & roborari: idcirco notum eſſe volumus omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium tam præſentium ſcilicet quam & futurorum induſtriæ, qualiter nos monitu & interventu dilectæ conjugis noſtræ Adalheidis, pro ſtatu etiam regni vel Imperii noſtri, filiique noſtri Regis ſcilicet Ottonis, quicquid prædii, vel hæreditatis aliquando Bilingo noſtri Comiti jure concambii in Neletici conceſſimus, ipſe vero e contra quicquid conjux ſua hæreditarii juris habere videbatur, nobis donat, jam rupto concambio fratribus diu noctuque Deo ſanctoque Mauritio in Magdeburg ſervientibus in proprium tradimus in locis ſubnotatis, videlicet Nova urbs & Brogora, Uppineng, & Brochſtad, & omnia, quæ iſtis ſupradictis urbibus juſte & legaliter ſubjacere videntur, tam in villis, quam in curtilibus, Eccleſiis, mancipiis, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, quæſitis & inquirendis, & cum omni integritate ſeu cujuscunque modi utilitatem ad noſtrum jus habere videbatur, prædictis fratribus die noctuque Deo ſanctoque, Mauritio in Magdeburg famulantibus conceſſimus, & ſub perpetua immunitatis noſtræ tuitione eſſe volumus, ita ut nullus noſter Comes vel Judex aut Vicarius, vel publicus fiſci exactor audeat ſe intromittere ad exigendas vel paratas faciendas, aut hominibus inibi habitantibus ullam moleſtiam ingerendi poteſtatem habeant, ſed tantummodo illi idem conceſſum ſit, quem Abbas & fratres voluerunt præeſſe, ea videlicet ratione tradimus, ut prædicti fratres teneant & poſſideant, & ſuis, ut libuerit, uſibus adjungant. Et ut hoc præſens præceptum fixum & immobile permaneat, cartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Dat. V. Kal. Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. Indictione IX. Anno Regni Domini Ottonis XXXI. Imperii vero V. Actum Walahuſen in Dei nomine feliciter, amen. Signum Domini Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludolphus Cancellarius ad vicem Wilhelmi Archicapellani recognovi.

XXXIIX.

Ejusdem Diploma, krafft deſſen er der Kirche zu Magdeburg die Stadt Wiſala mit ihren Pertinentien geſchencket/ de Anno 966.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, qualiter nos interventu dilectæ conjugis noſtræ Adelheidis, & fidelis Archiepiſcopi noſtri, Wilhelmi, civitatem Wiſila nominatam, quæ judicio Optimatum Francorum in noſtrum Imperiale jus devenit, quam Conradus & Eberhardus, qui illam attenus poſſidere viſi ſunt, exheredes & illegales ſunt adjudicati, pro remedio & abſolutione delictorum noſtrorum, pro ſtatu quoque & incolumitate regni, vel Imperii noſtri filiique & cognominis noſtri cariſſimi Regis Ottonis, cum omnibus appenditiis ſeu pertinentiis, vel utilitatibus, tam in mancipiis, quam in ædificiis, vinetis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, aucupiis, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, terris cultis & incultis, viis, & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, Deo, Sanctoque Mauritio Magdeburg perpetualiter ſervitutum Imperiali noſtra munificentia liberaliter offerimus, & noſtro jure in perpetuum illius Eccleſiæ jus transfundimus & donamus, ut Archiepiſcopus ibi a nobis inſtituendus ſuique ſucceſſores, omni contradictione remota, inoffenſe teneant, & poſſideant, & ſuis, ut res Eccleſiaſticas juxta libitum uſibus adjungant. Et ut hoc auctoritatis noſtræ donum eidem Eccleſiæ per ſucceſſura tempora firmum & ſtabile permaneat, & a noſtris ſanctisque Dei Eccleſiis verius credatur fidelibus, chartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Data VIII. Kal. Septembr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. Indict. IX. Anno vero Imperii Domini Ottonis, Imperatoris Auguſti V. Regni autem XXXI. Actum Strasburgo, in Dei nomine feliciter, amen. Signum Domini Ottonis Magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Rudolphus notarius in vicem Wilhelmi Archicapellani recognovi.

XXXIX.

XXXIX.

Ejusdem Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg das Nonnen-Cloſter Keſelenheim geſchencket/ de Anno 966. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ p. 348. befindlich.

XL.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirche zu Magdeburg/ das Cloſter Hagemünſter/ und andere Oerter mehr/ nebſt ihren Pertinentien geſchencket/ de Anno 966.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverint omnes fideles & futuri, qualiter nos pro ſtatu regni noſtri, & pro remedio animæ noſtræ, dilectæque conjugis noſtræ Adelheide, dilectique filii noſtri, Regis Ottonis, tale prædium, quale in noſtrum jus, judicio procerum noſtrorum, Wormatiæ adjudicatum eſt, idcirco quia hic videlicet Conradus & Everhardus, qui idem prædium habuerint antea, judicio omnium Primatum Francorum non legitime eſſe probati ſunt, ſicque fiſco noſtro legaliter addictum demum per admonitionem filii noſtri Willehelmi, Moguntiacenſis Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopi, partem illius prædii totam, quæ ſita eſt in pago Nahgevve, ſcil. infra urbem Magontiæ monaſterium, quod vocatur Hagemunſter, cum omnibus ad id jure pertinentibus, Eccleſiis, territoriis, ædificiis, areis, poſſeſſis & poſſidendis, ſervis regiis, ſervis cenſualibus, ſervis cotidie ſervientibus, terris cultis & incultis aquis, aquarumque decurſibus, navigiis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, pratis, paſcuis, ſilvis, piſcationibus, ſimiliter in præfato pago Nahgevve in Comitatu Emichonis Comitis, in loco, qui dicitur Gogenheim, quicquid idem ibi inſiſtit, viſus habere, cum omnibus ad eundem locum pertinentibus. Item in pago Spirichgeuu, in Comitatu Gorungi Comitis, omne prædium, quod iidem fratres in villa, quæ dicitur Spirdorff, viſi ſunt habere, ad Eccleſiam, quam nos in honorem beati Petri Principis Apoſtolorum & Sancti Mauritii Martyris in Magdeburg conſtruximus in perpetuum proprium donamus. Et ut hoc noſtræ authoritatis præceptum firmum ſtabileque permaneat, hanc cartam conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & propria manu ſubtus firmavimus. Data VI. Kal. Septembr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. Indictione IX. anno vero Regni piiſſimi Ottonis XXXI. Imperii vero V. Actum Rinchach, in Domino feliciter, amen. Signum Domini Ottonis Imperatoris Auguſti. Ludolff notarius, ad vicem Willehelmi Archicapellani recognovi.

XLI.

Ejusdem Diploma, krafft deſſen der Kirche zu Magdeburg Valaresleben und Gimin geſchencket worden/ de Anno 966. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ p. 349.

XLII.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er der Kirche zu Magdeburg das Gut Wulferſtede mit allen ſeinen Zubehörungen geſchencket/ de Anno 967.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si Sanctis Dei & venerabilibus locis Eccleſiæ quoque ibidem in Dei nomine conſtructis & conſecratis aliquid noſtræque proprietatis regia vel Imperiali noſtra majeſtate conferimus, id procul dubio ad præſentis vitæ ſtatum æternæque quietis emolumentum capeſſendum nobis prodeſſe confidimus. Quapropter omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrisque tam præſentibus quam & futuris, notum eſſe volumus, qualiter nos, ob amorem Dei regnique æterni manſionem, inſuper etiam pro ſalute noſtri remedioque animæ noſtræ atque amantiſſimæ prolis & æquivoci noſtri Ottonis, ob interventum ac petitionem caræ dilectiſſimæque conjugis noſtræ Adelheidis, Imperatricis Auguſtæ, atque fidelis Willehelmi, ſanctæ Moguntinæ ſedis videlicet Archiepiſcopi, ad ſanctum Mauritium in Magdeburg donavimus atque tradidimus quoddam noſtræ proprietatis Prædium Wulferſtede nominatum, in pago Hardegovve, & in comitatu Titmari Comitis ſitum, cum omnibus ad hoc rite pertinentibus, hoc eſt, areis, ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, cunctisque aliis omnibus rebus, quæ ad

hoc aliquatenus dici, nominari aut accommodari poſſunt, Deo, ſanctoque Martyri Mauritio in Magdeburg quam a fundamento in ejus honorem conſtruximus, noſtro jure in ejus jus ac dominium perpetualiter ibi manendum, regia vel Imperiali donatione tradimus, atque ad opus, vel uſum cœnobitarum ejusdem almi Martyris Mauritii deputamus. Ea vero ratione, ut nullus hæredum, vel ſucceſſorum noſtrorum, de prænominato prædio aliquam deinceps poteſtatem habeat exercendi, quod velit, aut tradendi, vel commutandi, ſive aliud aliquid faciendi: attamen, ſi quis eorum hæc facere præſumat, omnipotentis Dei vindictam, ejusdemque ſanctiſſimi Martyris Mauritii, ad cujus honorem hoc idem prædium contulimus, in extremo die judicii incurrat. Et ut hæc noſtræ donationis traditio a cunctis fidelibus noſtris, omnibus ſuccedentibus temporibus firma ſtabilisque & inconvulſa habeatur, hoc noſtræ regiæ vel Imperialis Majeſtatis præceptum inde conſcribi juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus, annulique noſtri impreſſione ſigillari præcepimus. Datum IX. Kal. Octobr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVII. Indictione XI. anno vero regni Domini Ottonis XXXII. Imperii vero VI. Actum Romæ in Dei nomine. Amen. Signum Domini Ottonis magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludolphus Cancellarius, ad vicem Brunonis Archicapellani notavit.

XLIII.

Statutum des Synodi zu Ravenna, daß die Kirche zu Magdeburg/ in ein Ertz-Stifft verwandelt werden ſolle/ nebſt Ertz-Biſchoffs Hattonis zu Maintz und Hildivvardi zu Halberſtadt Conſens zu ſolcher Auffrichtung/ de An. 967. (968.)

XLIV.

Statutum des Synodi zu Ravenna, ſo mit dem vorigen gleiches Inhalts/ aber in den Formalibus different iſt/ de Anno 967. (968.)

DUm in Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis habita eſſet Synodus Ravennæ, in eccleſiæ ſcilicet B. Severi Epiſcopi & confeſſoris, reſidentibus Dn. Joanne ſummo & univerſali Pontifice, & pluribus Italiæ, Germaniæ & Galliæ præſulibus, de ſtatu quidem eccleſiæ tractantibus: adſtante etiam innumerabili clero & populo, ſanctiſſimus Imperator, Cæſar Auguſtus, qui eandem ſanctam Synodum, ob communem imperii ſui ſalutem, congregaverat, plurimas Sclavorum nationes ultra fluvium Albiæ in confinio Saxoniæ multo labore & maximis ſæpe periculis ad Chriſtum convertiſſe coram omnibus retulit. Et quia rudes & nec dum ſtabiles erant, qui tuitione & cuſtodia & quotidiana ſolicitatione in fide corroborari deberent, ſanctam Synodum conſuluit rogans, ut quos ipſe ſummo ſtudio Deo mancipaverat, paſtoris negligentia ad vomitum redire non ſineret. Hujus dignam relationem Sancta Synodus benigna aure ſuſcipiens, Deo in his omnibus gratias agens, tot Sclavorum populos ad Deum noviter adductos non niſi per Epiſcopos, in convenientibus locis in unaquaque provincia eorum ſecundum populi quantitatem & rationabilem terræ diviſionem conſtituendos, ad hoc animari & erudiri poſſe cenſuit & ratum æſtimavit. Ad quod agendum ut major firmitas & tutior in Epiſcopis ordinandis ſit oportunitas, archiepiſcopum, ad quem negotium ſuum & controverſiam, ſi quæ orta fuerit, quaſi ad caput referre & diſcutere valeant, eis conſtitui atque proponi communi deliberatione ſtatuit. Et hoc ejus judicio & diſcretioni, in quo maxima reparandæ & confirmandæ religionis poſt Deum fiducia erat, fieri debere omnino judicavit. Eſt præterea locus in parochia Alberſtadenſis Epiſcopi, quem Magdeburg dicunt, in confinio Saxonum & Sclavorum, in ripa prædicti fluminis Albiæ: ubi idem ſereniſſimus Cæſar civitatem mirifice fundavit: populi multitudinem adunavit: eccleſias conſtruxit: plurimorumque martyrum, beatorum ſcilicet Mauritii & Innocentii aliorumque corpora tranſtulit: canonicos quoque ibi Deo famulantes conſtituit, ad quorum victum & eccleſiæ utilitatem caſtra, villas, prædia, decimas, cum univerſis adjacentiis affluenter ex proprio conceſſit. Cujus, quia is locus quaſi ad Sclavos reſpiciens erat, ob loci congruentiam & vicinitatem Saxonum, ut novæ Chriſtianitatis & Catholicæ fidei, quam multo ſudore paraverat, caput, fundamentum, & reparatio eſſet, ſancta intentio erat. Quæ res quia omnibus cognita erat, ſancta Synodus eundem piiſſimum Imperatorem ſumma devotione petiit, ut ejus auctoritate, quia Canonicum & acceptabile erat, illic archiepiſcopalem ſedem ſtatui canonica auctoritate annueret, in qua archiepiſcopus ordinatus ultra flumen Albiæ Epiſcopos, qui ordinati ſunt & ordinandi futuris poſt temporibus erunt, ſubjectos habeat. Ipſe quoque ab eis, qui pro tempore fuerint, poſt primum, qui Romana ſede archiepiſcopalem benedictionem & pallium ſuſcepturus eſt, conſecretur. Ad hæc Imperator precibus & Dei voluntate commotus ſanctæ congregationis voluntati paruit & hoc privilegio Apoſtolicæ ſedis corroborari dignum dixit, quod & actum eſt a ſummo Pontifice, omnibus præſulibus, Italiæ, Galliæ & Germaniæ qui aderant propriis manibus coroboratum. Igitur quia civitas, ubi Magdeburgenſis archiepiſcopatus ſedes eſt, ſita eſt infra parochiam Alberſtadenſis Epiſcopi, ſine conſenſu Epiſcopi ſedis illius, archiepiſcopi Maguncienſis, cui ſubjectionem exhibet, commutationem parochiæ fieri non poſſe, ſancta Synodus decrevit. Eo ergo revoluto anno & altero dimidio tranſacto, cum Hattonem archiepiſcopum Maguncienſem & Hildivvardum Epiſcopum Alberſtadenſem Ravennam convenire contingeret, ſanctiſſimus Imperator ſi bona voluntate commutationem parochiæ Alberſtadenſis eccleſiæ ad Magdeburgenſem fieri vel coram archiepiſcopo Ravennate & Epiſcopis comprovincialibus eos omni dilectione convenit. Tunc venerabilis Hildivvardus epiſcopus in præſenti omnium & prædicti præſulis Hattonis hoc ſe pro Deo nullo modo negare & contradicere poſſe, quia utriusque eccleſiæ & ſuæ maxime augmentum erat, clara voce reſpondit, & quod ad innumeri populi ſalutem pertinet ob alicujus decimæ cupiditatem caſſari abſurdum eſſe profeſſus eſt. Supradictis ergo auditoribus placuit, ut utraque parte ab eis, quibus res cognita erat, commutatio ſub exterminatione fieret. Placuit ergo communis voluntatis conſenſum inter Dn. Othonem, piiſſimum Cæſarem Auguſtum, & Hildevvardum Alberſtadenſis eccleſiæ Epiſcopum, ut in Dei nomine daret, ſicuti in præſenti dedit ipſe Hildivvardus Magdeburgenſi eccleſiæ hujus ſcripti nexu ſuo jure habendum, id eſt, parochiam omnem, quæ rejacet inter fluvios Albeam ſcilicet, Salam, Horam & Bodam, usque ad ea loca, ubi caſtra Unnesburg, Wantzleva, Hoeldesleva, cum omnibus pertinentiis & villis, quas Burgvvart vocant, occidentem verſus longius finem protendunt & terminantur, cum omni decimatione & obedientiis, omnique eccleſiaſtico ordine, ſicut eccleſia Alberſtadenſis hactenus poſſidere viſa eſt, & de dominio & jure ſuæ eccleſiæ in ejus jus & dominium transfudit atque delegavit. Unde ad vicem recepit pro decimatione ipſe Hildevvardus Epiſcopus ad partem ſuæ eccleſiæ omnem decimationem in Hosgovve, ſicut terminatur in fluviis Sala, Willerbech & Wippera, & ut eam abbatia in honore Beati Wipperti in territorio Herolvesfelt inſtructa in integrum poſſedit, quam prædictus Dn. Otto, ſereniſſimus Cæſar ab eadem abbatia ex proprio legali concambio commutavit & Eccleſiæ Magdeburgenſi proprietario jure conceſſit, & quia jam dictus Dn. Cæſar ejus fundator & conſtructor erat, ut omnem in poſterum occaſionem quod in pretio & metu fieret, removeret, ſecundum Deum timendum hominum æſtimationem & ipſius Alberſtadenſis Epiſcopi liberam arbitrii voluntatem hanc commutationem colligari voluit, & eo modo finita eſt cauſa. Unde præſentem notitiam pro ſecuritate, ne unquam in tempore legalis commutatio hæc poſſet ſolvi, juſſione Domini Cæſaris & petitione Dn. Hildivvardi, Epiſcopi Alberſtadenſis, Ego Ambroſius, Palatinus Cancellarius ſubſcripſi, complevi & dedi. Petrus, Archiepiſcopus ſanctæ Ravennatis eccleſiæ interfui & ſubſcripſi. Hatto, Mogontinus archiepiſcopus interfui & ſubſcripſi. Ego Hildivvardus Alberſtadenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Ungfridi ſanctæ Virdinenſis eccleſiæ Epiſcopus & paſtor libens ſubſcripſi. Ego Reginoldus Rubilocenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Ego Evverardus, ſanctæ Leodicenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Ego Adalbertus, Lunenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Ego Rupertus, ſanctæ Feltrenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Ego Albertus, ſanctæ Tarviſianenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Ego Ganslinus, ſanctæ Patavienſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Abraham, ſanctæ Friſingenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui. Martinus, Epiſcopus ſanctæ Fr. Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Vinth, Epiſcopus ſanctæ Mutinenſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Rudolfus, Epiſcopus *** conſenſi & ſubſcripſi. Elberich conſenſi & ſubſcripſi. Johannes, Epiſcopus Eugubienſis Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Ego Lirgiſo, Epiſcopus ſanctæ ordinatæ eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Johannes, Epiſcopus Gallienſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Luto, Epiſcopus ſanctæ Cluſenſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Albertus, Epiſcopus ſanctæ Piſenſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi. Ludini, Epiſcopus conſenſit & ſubſcripſit. Hubertus, Epiſcopus ſubſcripſit. Sichelin, ſanctæ Florentinæ eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Adalbertus, ſanctæ Bononienſis eccleſiæ Epiſcopus conſenſi. Arnolfus, Epiſcopus ſubſcripſi. Joannes, Imolenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Liutprandus, ſanctæ Cremonenſis Epiſcopus eccleſiæ interfui & ſubſcripſi: his juſte peractis Conſtan-

stantinopolin rediens. Odelricus, Pergamensis Episcopus interfui & subscripsi. Grimoaldus, sanctæ Rhegiensis ecclesiæ Episcopus interfui & subscripsi. Antonius, Prisciensis ecclesiæ Episcopus consensi & subscripsi. Sigulfus, Episcopus consensi & subscripsi. Petrus Episcopus subscripsit.

XLV.

Pabsts Johannis XIII. Bulla Erectionis des Ertz-Stiffts Magdeburg/ de Anno 968.

JOhannes Episcopus, servus servorum Dei, Episcopus urbis Romæ, Archiepiscopis, Episcopis, & cunctis timentibus Deum, omnique cœtui Christianorum notum esse volumus, qualiter inspirante sancto Spiritu, meritisque Apostolorum principis Petri, & vasis electionis sanctissimi Pauli, ac millia millium martyrum Christi, Roma caput totius mundi & ecclesia universalis ab iniquis pene pessumdata a Domino Ottone Augusto Imperatore, a Deo coronato, Cæsare & magno & ter benedicto, anno Apostolatus nostri secundo, ipsiusque prænominati nostri spiritualis filii sanctissimi Imperii sexto erepta est, & in pristinum honorem omni reverentia redacta. Ipso namque anno una nobiscum, favente & consentiente invictissimo prædicto Imperatore, acta est magna Synodus Ravennæ XII. Kal. Maji, convenientibus Archiepiscopis & Episcopis circumquaque ex omni Italia, residentibus nobis in Ecclesia B. Severi Confessoris Christi, & ibi statutis omnibus rebus Ecclesiasticis, secundum statuta Canonum & decreta antecessorum nostrorum. Idem sanctissimus Imperator ardentissimo cœpit amore perquirere, quomodo nostra Apostolica auctoritate a primordio nomen Christianitatis in aquilonaribus partibus dilataretur. Nos vero ejus animum in Dei servitio ita mirifice detentum mirantes, connivere ei dignum duximus, statuentes præsente & consentiente sancta Synodo & ipso Imperatore, ut Magdeburg, sita juxta Albiam fluvium, ubi ipse a Deo benedictus Imperator corpus S. Mauritii cum multis Martyribus collocaverat, & miræ magitudinis Ecclesiam construxerat, deinceps metropolis sit & nominetur auctoritate B. Petri Apostolorum Principis, & ea qua prædecessores nostri Constantinopolim statuerunt. Ideo quia filius noster sæpe jam nominatus Otto, omnium Augustorum augustissimus, tertius post Constantinum, maxime Romanam Ecclesiam exaltavit, concessimus, ut non posterior sit cæteris urbibus Metropolitanis, sed cumprimis prima, & cum antiquis antiqua inconvulsa permaneat. Suffraganeos vero eidem metropoli omnes unanimiter præordinavimus Brandenburgensem Episcopum & Havelbergensem, iis cunctis, quibuscunque Imperator voluit in urbe Magdeburg Archiepiscopus consecretur. Postea vero idem Archiepiscopus & successores ejus habeant potestatem per congrua loca, ubi per illorum prædicationem Christianitas creverit, Episcopos ordinare nominatim, nunc & præsentaliter Merseburg, Cici & Misni, a præsenti decima Indictione perpetualiter confirmamus permanendum. Statuentes Apostolica censura, sub divini judicii obtestatione & anathematis interdictionibus, nulli licere nostrorum successorum atque Pontificum vel alii cuilibet personæ, hæc, quæ a nobis pia intentione statuta sunt, in quoscunque convellere, sed potius firma stabilitate inconvulsa manere definimus. Si quis autem, quod non credimus, temerario ausu contra hoc nostrum Apostolicum agere præsumserit decretum, sciat se anathematis vinculis innodatum, & a regno Dei alienum & cum impiis æterno supplicio deputatum. At vero qui pio amore observator hujus nostri privilegii exstiterit, benedictionem a misericordissimo Domino Deo nostro consequi mereatur, & vitæ æternæ particeps atque cum sanctis omnibus sine fine lætetur. Scriptum per manum Stephani Notarii, regionarii & scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Aprili & Indict. X. Johannes sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ præsul huic decreto a nobis facto pro confirmatione subscripsi. Signum Domini Ottonis piissimi Imperatoris. Ego Rudoaldus, Patriarcha sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ interfui, consensi & subscripsi.

XLVI.

Ejusdem Breve an alle Ertz- und Bischöffe/ auch andere Prælaten und gesamte Clerisey in Teutschland und Franckreich/ worinnen er ihnen die Auffrichtung des Ertz-Stiffts Magdeburg bekannt machet/ de Anno 968.

JOhannes Episcopus servus servorum Dei Reverendissimis Confratribus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Monachis, Primatibus, cuncto clero & populo in Saxonia, Gallia, Germania, Bavaria constitutis. Quotiens ad provectum novæ Christianitatis concessionis firmitatisque privilegium a sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore deservimus, expo-

scitur, totiens omni diligentiæ omnique amore impertiri operæ pretium duximus, ne quod erga pia desideria propensius impendi convenit, callidi hostis invidia ob desidiam, indesinenter subripiat. Totis ergo viribus, charissimi confratres, certandum est, ut Christianitatem, quam Deus omnipotens per servos suos cœlesti trophæo quotidie extendit & provehit, nostro quoque per eum adjutorio in eodem solidetur & maneat. Nunc vero Dei operante clementia, Charissimus & Christianissimus filius noster Rex Otto, devictis barbaris gentibus, Avaribus scilicet cæterisque quam pluribus, ut ad defensionem Sanctæ Dei Ecclesiæ triumphalem victorem in Imperii culmen per nos a B. Petro Apostolorum principe susciperet coronam, summam & universalem, cui Deo auctore præsidemus, adiit sedem, quam paterno affectu suscipientes ad defensionem Sanctæ Dei Ecclesiæ in Imperatorem cum B. Petri Apostoli benedictione unximus cumque in Ecclesia B. Petri Apostoli de statu & regimine totius Christianitatis tractantes, quæ utiliter secundum Deum tractarentur, præfatus piissimus Imperator Otto, qualiter Sclavos, quos ipse devicit, in catholica fide noviter fundaverat, nostræ paternitati innotuit, deprecans & obnixe postulans, ne oves, quas ipse Christo acquisiverat, ob pastoris defectionem antiqui serpentis versutia damnarentur. Ad hanc itaque petitionem assensum, fratres charissimi, merito præbuimus. Totis ergo medullis cordis, prout dignum est, ut novella plantatio super verticem montis in petra, quæ Christus est, fundetur, intendamus. Dabit vires, qui neminem vult perire, cujus annuente clementia volumus & per hanc privilegii paginam jubemus, ut Magdeb. Monasterium in regno Saxonum juxta Albiam constructum, quod prælibatus sanctissimus Imperator ob novam Christianitatem construxit, quia vicinius id locorum gentibus est, in Episcopalem (*procul dubio leg.* Archiepiscopalem) transferatur sedem, quæ per subditos suffraganeos totum Dei gregem regere & gubernare valeat. Volumus, & per hanc privilegii paginam jubemus, ut Merseburgense Monasterium, quod ipse piissimus Imperator, qua Ungros prostravit, futurum Dei devovit, in Episcopalem debeatur sedem, quæ Magd. sit subdita sedi. Et quia tot gentes sub uno pastore regi minime possunt, volumus & per nostræ auctoritatis privilegium censemus, ut censum & decimationem omnium gentium, quas prædictus piissimus Imperator baptizavit, vel per eum suumque filium æquivocum regem, successoresque eorum, Deo annuente, baptizandæ sunt, ipsi successoresque eorum potestatem habeant distribuendi Magdeburgensi, Merseburgensi, vel cuicunque velint futuræ unicuique sedi. Volumus etiam, charissimi Confratres, & ex B. Petri jussione Apostoli præcipimus, ut Monguncienſ. Treverenſ. Colonienſ. Salsaburgenſ. Hamaburgensis Ecclesiæ Archipræsules Magdeb. Monasterii in Archiepiscopalem & Merseburgensis in Episcopalem translationis sedem, totis cordis corporisque viribus consentanei fautoresque persistant. Cum vero omnipotens Deus per prætaxatum servum suum, invictissimum Imperatorem suumque filium regem successoresque eorum vicinam Slavorum gentem ad cultum Christianæ fidei perduxerit, per eosdem in convenientibus locis, secundum oportunitatem, Episcopatus constitui & in eisdem per consensum prædictorum quinque Archipræsulum, successorumque eorum ab Archiepiscopo Magdeb. Episcopos consecrari volumus suffraganeos. Sic tamen si præfati filii nostri piissimi Imperatoris suique filii æquivoci regis successores eorum statuta frangere tentaverint aut prædictarum Ecclesiarum cæterosque Præsules successoresque eorum Magdeb. Archiepiscopo suisque suffraganeis successoribusque eorum adjutores, consentaneique non fuerint, anathematis mucrone feriantur, summoque retributore damnationem sine fine recipiant. Omnipotens itaque Deus Serenissimo Imperatori Ottoni suoque Nato, regi æquivoco spiritualibus filiis nostris longævam tribuat vitam, quatenus in hoc seculo tranquille viventes in futuro immarcescibili gloria percipiant. Scriptum per manum Leonis, scriniarii Sanctæ sedis Apostolicæ in mense Febr. Indict. XII.

XLVII.

Ejusdem Bulla, krafft welcher er Ertz-Bischoff Adalberto zu Magdeburg den Primat über alle Ertz- und Bischöffe in Teutschland gegeben/ auch verordnet/ daß er mit den Frantzösischen/ und besonders Maintz/ Trier/ und Cölln gleiche Ehre genießen solle/ de Anno 968.

JOhannes Episcopus, servus servorum Dei, dilecto nobis in Christo confratri, Adalberto, S. Magdeburg. Ecclesiæ Archiepiscopo in Domino æternam salutem. Si ea loca, quæ ad salutem maxime populi & gentis ad Deum conversionis fundata sunt, privilegio nostræ

ſtræ auctoritatis munimus & decoramus, hoc ad provectum & divinæ religionis cultum pertinere nullo modo dubitamus. Igitur quia ſedem Magdeb. cui Deo auctore præſides, noſtra tuorumque comprovincialium authoritate Archiepiſcopalem eſſe decrevimus, quem inter cæteras Eccleſias ordinem, vigorem, *Primatum* & æquitatem habere in poſterum debeat, Apoſtolicæ ſedis privilegio muniri ſanximus. Dei igitur omnipotentis auctoritate, & B. Petri Apoſtolorum Principis, & noſtra, te tuosque ſucceſſores in perpetuum & Eccleſiam tuam omnium Eccleſiarum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, qui in Germania ſunt ordinati, in ſedendo, in judicando, in confirmando, in ſubſcribendo, in ſententiis dandis, omnique Eccleſiaſtico ordine *Primatum* habere volumus. Eorum vero, qui ſunt in Gallia, item Mogoncienſ. Trevirenſ. & Colonienſ. Eccleſiæ, in omnibus parem honorem & ſimilem vigorem præſenti privilegio confirmamus. Cæterum more Romanæ Eccleſiæ, Eccleſiam tuam duodecim Presbyteros & ſeptem diaconos, & viginti quatuor ſubdiaconos Cardinales, qui ſandaliis & liſinis utantur, habere volumus. Super hoc vero iisdem Presbyteris & Abbatibus Eccleſiæ Sancti Johannis Baptiſtæ in ſuburbio ejusdem civitatis conſtructæ tunicis uti concedimus. Quibus exceptis & Epiſcopis ſuper altare in honorem B. Mauritii dedicatum miſſam celebrare aliquis nullo modo præſumat, quod non ad ſuperbiam, ſed ad loci ſanctitatem ſpeciali reverentia præſenti privilegio munimus & decoramus. Quapropter frater fraterrime, Dominicorum ſalubriter reminiſcens mandatorum ita in commiſſæ plebis regimine lucrandisque animabus invigila, ut Redemtori noſtro fructum bonæ operationis, in quo lætari poſſis, exhibeas. Scriptum per manum Stephani ſcriniarii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in menſe Octobri Indict. XII.

XLVIII.

Ejusd. Bulla, **worinn er verſtattet/ daß Ertzbiſchoff Adalbertus zu Magdeburg ſeine Suffraganeos nach Belieben ordiniren und einweihen/ aber dabey auf tüchtige Subjecta ſehen ſollen/** de Anno 968.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo confratri noſtro Adalberto ſanctæ Magdeburgenſis Eccleſiæ Archipræſuli in Domino æternam ſalutem. Ita te, frater chariſſime, & Coëpiſcope noſter, vita moresque tui hactenus idoneum reddidere, ut multa tibi credere, plura etiam committere, ſicut bono diſpenſatori, non hæſitemus. Igitur quia ad paſtorale culmen plebis tuæ & comprovincialium tuorum & noſtra poſt Deum te auctoritas promovit, & quia tanta Sclavorum plebs ultra fluvios Albiam & Salam ſcilicet Deo noviter acquiſita paucis paſtoribus minime tueri poteſt, qualiter Epiſcopi tuæ ſedi ſubjectis parochias rationabiliter & caute dividas & diſtribuas, tuæ diſpenſationis & diſcretionis examini committo, & hoc Sereniſſimi ſpiritualis filii noſtri Imperatoris Auguſti, qui ejusdem tuæ Eccleſiæ fundator & auctor eſt, cura, diligentia & judicio fieri, per præſentis Privilegii munimen ſtatuo & confirmo. Sit ergo ab Apoſtolica ſede, cui, Deo auctore, præſideo, Eccleſiæ tuæ conceſſum, ut ab ejus Rectoribus Epiſcopi, qui ultra Albiam & Salam conſtituti & conſtituendi ſunt, poſt futuris temporibus conſecrentur, & ipſi ejusdem tuæ ſcilicet Eccleſiæ Archiepiſcopos, ſicut pro tempore fuerint, conſecrent, qui pallium, ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ, a noſtra ſede recipiant. Unde frater chariſſime, dilectationem tuam admoneo & obteſtor, ut animo ſis ſollicitus, ne aliquid ſibi commodi dato aut gratia, quæcunliber ſupplicatio perſonarum in ſacris ordinibus vendices, ſed ad hoc officium ille perducatur, quem morum gravitas commendet, & vitæ præteritæ actio. Oramus autem omnipotentem Deum, ut ſua te munitione circumagat, & ſacerdotii ſuſceptum officium operibus imple re concedat. Actum per manum Stephani, ſcriniarii & Bibliothecarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Octobri, Indictione ſtatutum duodecima.

XLIX.

Ertz-Biſchoffs Hattonis II. zu Maintz Conſens-Brief/ daß die bißher unter ſeiner Archidiœces geſtandene Biſchoffthümer Brandenburg und Havelberg hinführo/ nebſt dem neu-fundirten Biſchoffthum Merſeburg unter dem Ertz-Stifft Magdeburg ſtehen/ und von ihm ihrer bißherigen Pflicht erlaſſen ſeyn ſollen/ de An. 968.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Hatto, divina auxiliante clementia ſanctæ Mogonciacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Quia ſollicitudo paſtorum in augmento gregis probatur, nec tantum eccleſiiis noſtris præeſſe, quantum prodeſſe jubemur. Idcirco nos onus

onus nobis impoſitum in plura dividendum cenſuimus, ut dum in plures participatur, ab unoquoque noſtrum jugum Chriſti, quod ſuave, & onus ejus, quod leve eſt, æquius & portabilius portetur. Ad dilatandos quippe fidei Chriſtianæ terminos & Sclavorum indomitas gentes ultra Albiam & Salam jugo Chriſti ſubdandos in Magdeburg ſedem Archiepiſcopalem fieri, & in Merſeburg Epiſcopum, Magdeburgenſi Eccleſiæ ſubjiciendum, & ab ejus Archiepiſcopo ordinandum, Archiepiſcopali noſtra auctoritate cenſemus & inſtituimus. Epiſcopos vero ultra Albiam, Brandenburgenſem ſcilicet & Havelbergenſem noſtræ hactenus Eccleſiæ ſubjectos a debita nobis obedientia abſolvimus, & præſcriptæ Magdeburgenſi Eccleſiæ ejusque Archiepiſcopo obedituros æque permittimus & conſentimus. Ne quam vero ſancta Magdeburgenſis Eccleſiæ futuris, quod abſit, temporibus a noſtris ſucceſſoribus inde moleſtiam patiatur, Cartam conſentaneam conſcribi juſſimus, & in præſentia Sereniſſimi Domini Auguſti Imperatoris, vel venerabilium Epiſcoporum, quorum nomina inferius inſerentur, legi vel recitari, & ſubſcriptionibus corroborari & confirmari rogamus. Ego Hatto, Sanctæ Moguntinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus manu propria confirmavi & ſubſcripſi. Ego Everardus, Sanctæ Leodicenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. Ego Reginoldus, Sanctæ Rubilocenſis Epiſcopus conſenſi ac ſubſcripſi. Oldericus, Pergami Epiſcopus interfui & ſubſcripſi. Hubertus Epiſcopus ſubſcripſi. Milo Epiſcopus ſubſcripſi.

L.

Käyſers Ottonis I. Diploma, vermöge deſſen er das Gut Bodenhuſen mit ſeinen Pertinentien dem Ertz-Stifft Magdeburg geſchencket/ de Anno 968.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum induſtria, qualiter nos interventu dilectæ conjugis noſtræ, Adelheidis, filiisque & Coimperatoris noſtri Ottonis, tale noſtræ proprietatis prædium, quale nos in Bodenhuſen usque ad hanc diem habuimus, cum omnibus appenditiis ſuis tam in mancipiis, quam in ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, in mobilibus & immobilibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, Sancto Mauritio in Magdeburg liberaliter offerimus, & Archiepiſcopis illius Eccleſiæ perpetualiter concedimus, ut teneant & poſſideant, & ſuis uſibus, ſicuti res Eccleſiaſticas, juxta libitum adjungant. Et ut hoc noſtræ munificentiæ munus eidem Eccleſiæ fidelibus noſtrisque verius credatur, hanc cartam ſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & propria manu ſubter firmavimus. Data VII. Non Octob. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII. Indictione X. Anno vero regni Domini Ottonis XXXIV. Imperii autem VII. Actum Ravennæ in Domino feliciter. amen. Signum Domini Ottonis Magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludigerus Cancellarius ad vicem Haddonis Archicapellani recognovi.

LI.

Ejusdem Diploma, **worinn er das Cloſter Bebera mit ſeinen Zubehörungen dem Ertz-Stifft Magdeburg geſchencket/** de Anno 968.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum induſtria, qualiter nos interventu dilectæ conjugis noſtræ Adelheidis, filiique & Coimperatoris noſtri Ottonis, Monaſterium Bebera quod Bilingus Comes in prædio, vel fiſco noſtro Imperatorii juris a fundamento in honorem beati Johannis Baptiſtæ ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli conſtruxit, cum caſtello & villa, & omnibus appenditiis, vel proprietatibus, quas prædictus Bilingus de ſuis eidem monaſterio contulit & tradidit, tam in mancipiis, quam in ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus ſcilicet & immobilibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis Sancto Mauritio in Magdeburg liberaliter offerimus, & Archiepiſcopis illius Eccleſiæ perpetualiter utendum concedimus, ut teneant & poſſideant, & ſuis uſibus illud, ſicuti res Eccleſiaſticas, juxta libitum adjungant. Et ut hoc noſtræ munificentiæ munus eidem Eccleſiæ firmum & ſtabile per ſucceſſura tempora permaneat, & a ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtrisq; verius credatur, hancc artam conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod & manu propria ſubtus firmavimus. Dat. VII. Non. Octobr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII. Indictione XI. Anno autem regni Domini Ottonis XXXIII. Imperii vero VII. Actum Ravennæ in Domino feliciter, Amen. Signum Domini Ottonis magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludigerus Cancellar. ad vicem Haddonis Archicap. notavi.

LII.

Ejusdem Diploma, worinn dem Ertz-Stifft Magdeburg die Abtey Angerin mit ihren Pertinentien gegeben worden/ de Anno 968. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ p. 349.

LIII.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg die Abtey Weiſſenburg im Speyeriſchen geſchencket/ de Anno 968. iſt loc. antea citato, pag. 350 befindlich.

LIV.

Pabſts Johannis XIII. Bulla, als er Ertz-Biſchoff Adalberto zu Magdeburg das Pallium überſchicket/ de Anno 968.

JOhannes Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, reverendiſſimo confratri noſtro, Adelberto, ſanctæ Magdeburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, æternam in Domino ſalutem. Si paſtores ovium ſolem geluque pro gregis ſui cuſtodia die ac nocte ferre contenti ſint, ne qua ex eis, aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, oculis ſemper vigilantibus circumſpectant: Quanto ſudore quantaque cura debemus ſemper pervigilare nos, qui paſtores animarum dicimur? Attendamus, & ſuſceptum officium exhibere erga cuſtodiam Dominicarum ovium non ceſſemus, ne in die divini examinis propterea deſideria noſtra ante ſummum paſtorem negligentiæ reatus excruciet, unde modo honoris reverentia ſublimiores inter cæteros judicamur. Igitur quia glorioſiſſimus ſpiritualis Otto Imperator Auguſtus civitatem, quam Magdeburg dicunt, in confinio Saxonum & Sclavorum in ripa fluminis Albiæ, in parochia ſcilicet Halberſtadenſis Epiſcopi fundavit & Eccleſiam inibi conſtruxit, Canonicosque conſtituit, ad quorum ſubſidium ſatis contulit, & innumeram multitudinem Sclavorum ad divinæ regionis cultum conduxit, Confratres Hatto ſanctæ Maguncienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus & Hildevvardus Halberſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & comprovinciales Epiſcopi, ſicut per conſentaneas & petitorias literas ab ipſis propriis manibus roboratas, quæ in præſentia noſtra ante corpus B. Petri Apoſtoli relectæ ſunt, didicimus, in prædicta Magdeb. civitate Archiepiſcopalem ſedem privilegio Apoſtolicæ ſedis ſtatui ordinaverunt, quæ ultra Albiam & Salam in congruentibus locis ſubjectos Epiſcopos, qui non ordinati ſunt, & ordinandi futuris poſt temporibus erunt, habeat, noſtro poſt Deum judicio, qualiter eadem Archiepiſcopalis ſedes ordinari debeat, deliberandum precantes, ne per invidiam fidei tanta Sclavorum plebs Deo noviter acquiſita callidi hoſtis, quod abſit, rapiatur inſidiis. Unde quia confrater, coëpiſcope noſter, clerus & populus ſanctæ Magdeb. Eccleſiæ de te olim ad gentes miſſum ad Archiepiſcopalem ſedem promoveri, & eidem ſedi inthronizari quærit, ſicut bonæ memoriæ prædeceſſorem noſtrum Zachariam Papam, beatum Bonifacium ad gentes deſtinatum Eccleſiæ Mogoncienſi inthronizaſſe ſciunt, religioſis deſideriis nihil tarditatis impendo, ſed privilegio noſtræ auctoritatis dignum te eis eſſe Archiepiſcopum judico. Unde quia ob hoc agendum ad Apoſtolicam ſedem ipſe veniſti, pro amore beatorum Mauritii & Innocentii Martyrum & aliorum ſanctorum qui Magdeb. requieſcunt, & prædicti ſpiritualis filii noſtri Ottonis, Imperatoris Auguſti petitione, qui ejusdem Eccleſiæ auctor & fundator eſt, & quia ad perfectum Chriſtianæ religionis & innumeri populi ſalutem valere ſcimus, ipſi pallium tibi ad miſſarum ſolennia celebranda damus, ipſi nimia dilectione commoti circa te ponimus, & eo te, ſicut Archiepiſcopum Moguncienſem & Trevirenſem, uti concedimus. Præterea ſtatutis his diebus, Natalis Domini, Epiphaniæ, Reſurrectionis Domini, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Natalitiis Apoſtolorum, S. Laurentii, & feſtivitate S. Virginis Mariæ & eorum Sanctorum, qui Magdeb. requieſcunt, & in conſecratione ſuffraganeorum tuorum Epiſcoporum, & dedicationibus Eccleſiarum, in die natalitii tui, & ita tuis impoſterum ſucceſſoribus ex auctoritate Apoſtolicæ ſedis præſenti privilegio concedimus, & confirmamus, ita tamen ut unusquisque, qui pro tempore fuerit, ab Apoſtolica ſede, ſecundum morem illud recipiat. Itaque vita tua filiis tuis ſit regula, in ipſa ſi quæ fortitudo illis injecta eſt, dirigantur, in ea, quod imitentur, aſpiciant, in ipſa ſe ſemper conſiderando perficiant, ut tuum præter Deum judicatur eſſe bene, quod vixerint. Cor ergo neque proſpera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adverſa dejiciant, ſed quicquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur, nullum favor indiſcretus inveniat, diſtrictum mali cognoſcant, inſontem apud te culpabilem ſuggeſtio mala non faciat, nocentem gratia non excuſet. Sancta Trinitas fraternitatem noſtram gratiæ ſuæ protectione circumdet, atque ita in timoris ſui via nos dirigat, ut poſt vitæ hujus amaritudinem ad æternam ſimul pervenire mereamur dulcedinem. Scriptum per manum Stephani, Regionarii & ſcriniarii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, in menſe Octobri, & Indictione XII. Bene vale. Dat. XV. Kal. Nov. per manum Widonis Epiſcopi ſanctæ Sylvæ Candidæ Eccleſiæ, & Bibliothecarii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, anno, Deo propitio, Pontificatus noſtri Domini ſummi Pontificis & Univerſalis XIII. Papæ in ſanctiſſima ſede B. Petri, quarto, Domino noſtro Auguſto Ottone a Deo coronato magno Imperatore anno VII, filioque ejus anno primo, Indict. XII. Dominicæ Incarn. DCCCCLXVIII. anno.

LV.

Käyſers Ottonis I. Patent an alle Geiſt- und Weltliche Reichs-Vaſallen/ die Erection des Ertz-Stiffts Magdeburg betreffend/ de Anno 96-

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus noſtris, Epiſcopis ſcilicet & Comitibus, cæterisque comprovincialibus noſtris, æternam in Domino ſalutem & omne bonum. Quoniam augmentum divini cultus ſalutem & ſtatum eſſe regni, vel imperii noſtri credimus, idcirco cunctis, quibus poſſe ſuppetit, modis hoc amplificare rendimus & deſideramus. Igitur in Magdeburg civitate fratrum omnium noſtrorum noverit caritas, Archiepiſcopalem ſedem fieri deſiderantes, oportunum vero & jam temporis ad hoc peragendum tempus invenientes, conſilio venerabilis Archiepiſcopi Hattonis & Hildevvardi Epiſcopi cæterorumque fidelium noſtrorum, virum venerabilem Adalbertum, Epiſcopum olim Rugis prædicatorem deſtinatum & miſſum, Archiepiſcopum & Metropolitanum totius ultra Albiam & Salam Sclavorum gentis modo ad Deum converſæ vel convertendæ fieri decrevimus pariter & elegimus, quem & Romam pro pallio a Domino Papa ſuſcipiendo direximus. Et ut hæc noſtra electio firmior & ſubnixior fiat, eum veſtræ caritati dirigimus, & ut a vobis omnibus & vocum acclamatione & manuum elevatione electus ſuæ ſedi inthroniſetur, omnibus modis deſideramus. Ne vero hæc ejus electio, vel inthronizatio futuris, quod abſit, temporibus valeat invidia moleſtari, tres ab illo Epiſcopos, unum Merſeburgenſem, alterum Cicæ, tertium Miſnæ, in præſentia legatorum Domini Papæ & veſtra volumus ordinari, ut hæc eadem præſentia veſtra ante Deum & Sanctos ejus intentionis noſtræ ſit teſtis futura. Et quia vir venerabilis Buſo, multum in eadem Sclavorum gente ad Deum convertenda ſudavit, inter Merſeburgenſem & Citicenſem Eccleſiam, quam velit, electionem habeat. Altera vero ſecundum convenientiam noſtram in diſpoſitionem Archiepiſcopi noſtri cedat. Vos autem Marchiones noſtros Wigbertum ſcilicet, Wiggerum & Güntherum fidelitate nobis debita obteſtamur & admonemus, ne quid in hac ordinatione Archiepiſcopo noſtro in vobis obſiſtat, ſed ſecundum diſpoſitionem noſtram & ſuam, ut vobis direxit, fiat, & quæcumque ab illo audieritis, nos velle ſciatis. Ne vero iidem Epiſcopi, qui ordinandi erunt, pauperes & villanis ſimiles æſtimentur, volumus caveatis, & conſilio Archiepiſcopi & eorum, qui cum illo in Natali Domini erunt, Epiſcoporum & Comitum, qualiter ſuſtententur, inveniatis. Quicquid enim illis impenditur, pro noſtra Deo ſalute offertur, veſtraque pro hoc merces apud Deum non minorabitur. Super hoc Domini Epiſcopi Dudo & Dudolinus in Archiepiſcopi noſtri electione volumus ut ſubſcribant, & fidem ſubjectionemque illi promittant. Et ut hæc noſtra veſtraque poſt Deum electio firma & ſtabilis perſeveret, chartam vel notitiam hanc in Eccleſia Magdeburgenſi perpetualiter manſuram, & eorum, quæ prædiximus, teſtem jugiter futuram ſcribi juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

LVI.

Ejusd. Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg das Gut Hunoldshauſen mit ſeinen Pertinentien geſchencket/ de An. 969.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Dei gratia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos, ob ſpem divinæ retributionis, more Anteceſſorum, Regum vel Imperatorum, qui munificentiæ ſuæ donis Eccleſias ditaverunt, pro ſtatu Regni, vel Imperii noſtri, & pro incolumitate noſtræ dilectæque conjugis noſtræ Adelheidis, filiique & Coimperatoris noſtri Ottonis, inſtinctu & monitu venerabilis Epiſcopi Annonis, quoddam prædium Hunoldeshuſen nominatum, ſitum in provincia Haſſorum, quod idem venerabilis Epiſcopus in benefi-

cium habere videtur, ſancto Mauritio Martyri Chriſti in opem & ſupplementum operis Magdeb. incepti cum omnibus appenditiis & utilitatibus ſuis tam in ædificiis, quam in mancipiis utriusque ſexus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, Imperiali noſtra munificentia in perpetuam proprietatem transfundimus & donamus, ut Archiepiſcopi illius Eccleſiæ ſecure & inoffenſe teneant, & ſuis, ut Eccleſiaſticas res, uſibus adjungant. Et ut hoc autoritatis noſtræ donum firmum & ſtabile permaneat, hanc cartam conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, & manu propria ſubtus firmavimus. Datum VII. Kal. Auguſti, anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXIX. anno Imperii Domini Ottonis VIII. Filii autem ejus tertio. Actum Papiæ in Dei nomine, amen. Signum Domini Ottonis Junioris invictiſſimi Imperatoris Auguſti, Ludigerus Cancellarius, ad vicem Hattonis Archicapellani recognovi & ſubſcripſi.

LVII.

Ejusdem Diploma, **krafft deſſen er dem Kloſter zu St. Johannis Baptiſtæ in der Vorſtadt zu Magdeburg ſeine Güter in den Dörffern Wickere und Norenſtede geſchencket/** de Anno 970.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverint omnes fideles noſtri, tam præſentes ſcilicet, quam futuri, qualiter nos, interventu dilectæ conjugis noſtræ Adalheidis, filiique & Coimperatoris noſtri Ottonis, pro ſtatu vel incolumitate regni & Imperii noſtri, quoddam prædium, quod Guntramus fidelis noſter ex ſuo ſuæque conjugis proprio, in villis Wikkara & Noranſtat nominatis, nobis tradidit, ad monaſterium S. Johannis Baptiſtæ, quod in ſuburbio Magdeburg ſitum, & cum omnibus appenditiis & utilitatibus, ſicut idem Guntramus attenus poſſidet, tam in mancipiis, quam ædificiis, & tertia parte unius Eccleſiæ, vinetis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, in pago & Comitatu Kunigeſundra, cui Numat Comes præeſſe videtur, ad opus Monachorum in præfato monaſterio Deo ſub regula S. Benedicti ſervientium liberaliter obtulimus, ut teneant & poſſideant, & ſuis, ut res monaſticas, juxta libitum, uſibus adjungant. Et ut hoc munificentiæ noſtræ munus firmum & ſtabile permaneat, & a noſtris ſanctæque Eccleſiæ Dei fidelibus verius credatur, cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Datum XVI. Kal. Februar. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX. Indictione XIII. Anno Imperii Domini Ottonis Imperatoris Auguſti majoris IX. Filii autem ejus IV. Actum Papiæ in Dei nomine feliciter. amen. Signum Domini Ottonis Regis Magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludigerus Cancellarius ad vicem Haddonis Archicapellani notavi.

LVIII.

Ejusdem Diploma, **worinn er dem Ertz-Stifft Magdeburg alle ſein Eigenthum zu Guddenſtein abgetreten/** de Anno 970.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Noverint omnes fideles noſtri, tam præſentes, quam & futuri, qualiter nos interventu dilectæ conjugis noſtræ Adelheidis filiique & Coimperatoris noſtri Ottonis, pro ſalute & remedio animarum noſtrarum, pro ſtatu quoque regni, vel Imperii noſtri, Deo ſanctoque Martyri Mauritio, quicquid hactenus in Guddenſtein habere viſi ſumus, tam in ædificiis, quam in mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, cum omni utilitate liberaliter offerimus, & in jus perpetuum transfundimus & donamus, eo ſcilicet tenore, ut Archiepiſcopus ſanctæ Magdeb. Eccleſiæ ſuique Succeſſores teneant & poſſideant, & ſuis juxta libitum, ut res Eccleſiaſticas, uſibus adjungant. Et ut hoc liberalitatis noſtræ munus eidem Eccleſiæ per ſucceſſura tempora firmum & ſtabile permaneat, & a noſtris fidelibus verius credatur, cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Datum X. Kal. Febr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX. Indictione XIII. anno regni Sereniſſimi Regis Ottonis XXXV. Imperii ſcil. ſui in Italia VIII. Actum in civitate Papia infra Palatium, in Chriſti nomine. amen. Signum Domini Ottonis Magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Luitgerus Cancellarius ad vicem Archiepiſcopi & Capellani recognovi & ſubſcripſi.

LIX. Ejus-

LIX.

Ejusdem Diploma Donationis **über Sputne mit ſeinen Pertinentien / ſo er an das Ertz-Stifft Magdeburg geſchencket/** de Anno 970.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente gratia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos pro remedio & abſolutione animæ noſtræ, & pro ſtatu & incolumitate regni, vel Imperii noſtri, dilectæque conjugis noſtræ Adalheidis, filiique & Coimperatoris noſtri Ottonis, municipium Spuitne dictum in orientali parte Salæ fluminis ſitum, cum omni burgivvardo ſuo, quicquid noſtri juris inibi eſſe videtur, ex toto & ex integro cum omnibus appenditiis ſuis, tam in ædificiis, quam in familiis, vel mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, Sancto Mauritio Magdeb. in perpetuam poſſeſſionem liberali munificentia offerimus & donamus. Et ut hoc largitatis noſtræ donum eidem Eccleſiæ firmum & ſtabile permaneat, hoc autoritatis noſtræ præceptum conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod & manu propria ſubtus firmavimus. Datum IX. Kal. Febr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX. Indictione XIII. Anno Imperii Domini Ottonis IX. Filii autem ejus IV. Actum Papiæ. In Dei nomine amen. Signum Domini Ottonis Magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludigerus Cancellarius ad vicem Ruperti Archicapellani notavi.

LX.

Ejusdem Diploma, **vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg alle ſeine Güter zu Bornſted geſchencket/** de Anno 970.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos, interventu dilectæ conjugis noſtræ Adelheidis filiique cariſſimi Coimperatoris & coæquivoci noſtri Ottonis, quidqdui prædii habere viſi ſumus in Brunningiſtede, in pago Northuringa, in Comitatu Geronis Comitis, quem hactenus Folcmarus, Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus in beneficium habuit, noſtra ex parte cum omnibus appenditiis ſuis, mobilib9 & immobilibus, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, vel omnibus utilitatibus ad idem prædium jure pertinentibus, ad opus & ſervitium ſancti Mauritii Martyris liberaliter in perpetuam proprietatem in Magdeburg tradimus & donamus, ut Archiepiſcopi illius Eccleſiæ, omni contradictione remota, inoffenſe teneant & poſſideant, & ſuis, ut Eccleſiaſticas res, juxta libitum uſibus adjungant. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum, vel munificentiæ noſtræ donum firmum & inconvulſum maneat, per ſucceſſura temporum curricula cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Data VIII. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX. Indictione XIII. anno Imperii Domini Ottonis IX. filii autem ejus IV. Actum Papiæ in Dei nomine amen. Signum Domini Ottonis Magni & invictiſſimi Auguſti. Ludigerus ad vicem Ruperti Archicapellani recognovi.

LXI.

Ejusdem Diploma, **worinn er dem Ertz-Stifft Magdeburg das Gut Retha mit ſeinen Pertinentien geſchencket/** de Anno 970.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina providente clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, tam præſentibus quam & futuris, qualiter nos, ob ſpem divinæ remunerationis, pro ſtatu quoque & incolumitate regni, vel Imperii noſtri, pro ſanitate etiam noſtra dilectæque conjugis noſtræ Adelheidis filiique & Coimperatoris noſtri Ottonis quoddam prædium, Retha nominatum, in confinio Vulde & Wiſare ſitum, quod Erp Domino genitori noſtro regi Heinrico, concambii jure tradidit, cum omnibus appendiciis ſuis, tam in mancivenis (*forte:* venationibus) piſcationibus, apiis, quam in ædificiis, pratis, paſcuis, ſilvis, quis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, vel omnibus utilitatibus illuc jure pertinentibus, & quendam noſtræ Imperatoriæ proprietatis litum, Opoldum nuncupatum, cum omni ſua familia, petitione & interventu noſtri cariſſimi Epiſcopi Annonis, qui idem prædium in beneficium habere videtur, ad opus & ſervitium ſancti Mauritii Martyris liberaliter in perpetuam proprietatem tradi-

mus & donamus in Magdeburg, ut Archiepiſcopi illius Eccleſiæ, omni contradictione remota, inoffenſe teneant & poſſideant,& ſuis, ut res Eccleſiaſticas, juxta libitum, uſibus adjungant. Et ut hoc noſtræ autoritatis præceptum, vel munificentiæ noſtræ donum ſtabile & inconvulſum permaneat, cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus,quam & manu propria ſubtus firmavimus. Data VIII. Kal. Febr. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX. Indictione XIII. Anno Imperatoris Domini Ottonis IX. Filii autem ejus IV. Actum Papiæ in Dei nomine amen. Signum Domini Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ludigerus, Cancellarius ad vicem Rodberti Archicapellani, notavi.

LXII.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg das Gut Köteritz mit ſeinen Pertinentien geſchencket/ de Anno 971.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente gratia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos ob ſpem divinæ remunerationis, pro ſtatu quoque & incolumitate regni vel Imperii noſtri, pro ſanitate etiam noſtra dilectæque conjugis Adelheidis, filiique & Coimperatoris noſtri Ottonis, quoddam prædium Chotirodizi nominatum, in pago Northuringa, in Comitatu Huodonis Comitis ſitum, cum omnibus appenditiis ſuis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus,quæſitis & inquirendis, vel omnibus utilitatibus illuc pertinentibus, ad opus & ſervitium Sancti Mauritii Martyris liberaliter in perpetuam proprietatem tradimus & donamus in Magdeburg: ut Archiepiſcopi illius Eccleſiæ omni contradictione remota inoffenſe teneant & poſſideant,& ſuis uſibus,ut Eccleſiaſticas res, juxta libitum adjungant. Et ut hoc noſtræ autoritatis præceptum firmum & ſtabile permaneat, cartam hanc conſcribi,& annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Data Kal. Decembris. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXI. Indictione XIV. Anno Imperii Domini Ottonis XI. Filii autem ejus V. Acta Ravennæ in Dei nomine. Signum Domini Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Willigiſus Cancellarius ad vicem Roberti Archicapellani notavi.

LXIII.

Käyſers Ottonis II. Confirmation aller Schenckungen / Privilegien und Freyheiten/ ſo ſein Herr Vater / Käyſer Otto I. dem Ertz-Stifft Magdeburg gethan und ertheilet/ de Anno 973.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Quoniam loca Deo & ſanctis ejus dicata a noſtris Anteceſſoribus, Regibus ſcilicet & Imperatoribus, & poſſeſſionibus ampliata & privilegiis, vel decretis eſſe munita noſcuntur. Idcirco nos pia Dominicæ & cariſſimæ Genetricis noſtræ Adelheidis admonitione, ob memoriam & remedium animæ piiſſimi Genitoris noſtri Ottonis, privilegia, ſeu decreta Magdeburgenſis Eccleſiæ, quam ipſe a fundamento conſtruxit, noſtræ etiam autoritate roborare & confirmare decrevimus. Statuentes inprimis, ne quis Comes,vel Judex, vel Vicarius publicus in Magdeburg civitate, vel territoriis ejus aliquam poteſtatem, aut bannum habeat nisi Advocatus, quem Archiepiſcopus illius eccleſiæ, ſecundum ſuum libitum ſibi elegerit. Et negociatores,vel Judæi ibi habitantes, omnesque familiæ litorum & colonorum, vel ſervorum, vel Sclavorum illuc pertinentes a nullo alio, niſi eodem advocato, ſecundum leges conſtringantur, vel judiciales ſententias patiantur. Præterea Magdeburg civitatem eandem, cum teloneo & mercatu, ſeu moneta,municipium ejus, quod nos Burgvvardum dicimus, curtem quoque cum omnibus appendiciis, territoriis ſcilicet, vel ædificiis ex occidentali parte Albiæ fluminis, illuc pertinentibus, ſicut beatæ memoriæ noſter piiſſimus Genitor ex ſuo proprio in jus & proprietatem ſancti Martyris Chriſti Mauritii, pro remedio animæ ſuæ liberaliter obtulit, noſtra quoque nos munificentia vel autoritate eidem Eccleſiæ roboramus & confirmamus, in locis ſubnotatis, hoc eſt, Fridimaresleba, Pretalike, Buchumii, Froſa, Roddarteſtorp, Haptareſtorp, Bremeneſtorp, Thiederiſtorp, Ottersleba, Oſtervvadinga, Suldorp, Immervvadinga, Ichtesdorp, Dudelou, Wodeneneg, Mendesleba Mendeleba, Undrideſtorp, Unondiſconburg, Pizimizi, Lienoldesdorp, Trumplike, & quatuor manſos in Valdorp,caſtrum quoque Unnesburg, Burnon,Biſcopesdorp, Wilmerosleba, Rodenvordi, Numkildorp, Adeſtendendorp, Makteſtedi, Curlingen, Aldevvaddinge, cum pertinentiis ſuis Brunxſtedi, Dunenſtedi, Attinge, vel quicquid ſuæ proprietatis ad hæc loca in pago Nordthuringo pertinere videtur, ex aquilonari parte Oræ fluminis in locis ita nominatis Moſau, Pelmizi, Dudixi, Nuboro, Velbuſi, Zelici, cum pertinentiis ſuis. Mercatum quoque in Gettige & monetam cum teloneo & bannum, ſicut piiſſimus Genitor noſter, ita & nos quoque eidem ſanctæ Magdeburgenſi Eccleſiæ offerimus & concedimus. Etiam Medabeki, Rinthorſt, Binocſtaden cum appenditiis & in pago Hardogſtarii, Roveshem, cum pertinentiis ſuis, Varesleba, Barsdorp, Duttenſtedi cum appendiciis, vel quicquid ex occidentali parte Muſore fluminis ſancto Mauricio liberaliter obtulerat, hoc eſt, Rosbeki, Uſlon, cum pertinentiis ſuis, Brilon cum appendiciis,& in Arpesfelt XXX. manſos. Hæc & omnia a beatæ memoriæ genitore noſtro præfatæ eccleſiæ collata hoc præſenti autoritatis noſtræ præcepto roboramus & confirmamus. Et ut hæc munificentiæ noſtræ traditio ſeu confirmatio certa permaneat, chartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus.

(L.S.) Signum Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Willegiſus Cancellarius,ad vicem Rodoberti Archi-Cancellarii ſubſcripſi.

Data II. Non. Junii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIII. Indict. XIV. anno Imperii Domini Imp. Ottonis ſecundi VII. Actum Magdeburg. Amen.

LXIV.

Ejusdem Diploma, worinn er dem Ertz-Stifft Magdeburg den leibeigenen Chagan mit ſeiner gantzen Familie überlaſſen/ de Anno 974. **ſiehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/** p. 350.

LXV.

Ejusdem Confirmation des zwiſchen Ertz-Biſchoff Adelberto zu Magdeburg/ und Abt Werinhario zu Fulda getroffenen Tauſches über einige Güter in Thüringen/ de Anno 973.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Quum utilitatibus Eccleſiarum Imperatoria auctoritate nos providere oportet,& ſi quid commodi faciendi in poſſeſſionibus ad easdem pertinentibus Eccleſias ab earum rectoribus intendatur, a nobis roborari decet idcirco nos, rogatu fidelium noſtrorum,Adalberti ſcilicet, ſanctæ Magdeburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi & Werincharii, venerandi Abbatis ſancti Vuldenſis cœnobii, concambium ab illis in præſentia piiſſimi genitoris noſtri Triburiæ factum noſtra idem auctoritate roborare decrevimus. Dedit ſane Archiepiſcopus mutuaria concambii lege de rebus Eccleſiæ ſuæ in jus & proprietatem S. Martyris Chriſti Bonifacii quicquid in provincia & Comitatibus Auſtralis Thuringiæ dono & munificentia ejusdem Sereniſſimi genitoris noſtri, noſtroque in locis ſubnominatis proprium Eccleſiæ ſuæ viſus eſt habere, hoc eſt Dungede, & Donaha, & Brochem, & Oſtunlunge, & Ruczeborg, & Weſtelinge, & Tachenbeche & Walesleve (Walehesleba) & Cameri (Corneri) & Helinge & Rockenſtede & Saltzunge cum omnibus appenditiis & utilitatibus ſuis tam in Eccleſiis, quam in aliis ædificiis & mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incültis, vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, venationibus, piſcationibus, ſalinis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus ſcilicet & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus,quæſitis & inquirendis, & omnibus utilitatibus, vel pertinentiis ſuis. Et ut hoc concambium firmum & ſtabile permaneat, rogatu ejusdem Archiepiſcopi noſtri, quicquid in Drakkenſtede utilitatis vel proprietatis viſi ſumus habere in eandem mutationem munifica largitate transfundimus & donamus. Item e contra de poſſeſſionibus S. Bonifacii martyris præſcriptus venerabilis Abbas Werinharius pari mutatione concambii dedit in jus & proprietatem S. Mauritii martyris, quicquid in Freckenleba & Scheckenſtede & Orner & Lemebeke & Faderesrod, & Kerlingerod, & Manvesfeld, & Duddondorp & Rodenvvalli, & Menſtede & Purtin & Elesleva aliisve villis, vel villarum partibus, quas Sclavoniæ familiæ inhabitant,ad hæc loca pertinentibus, cum omnibus utilitatibus & appendentiis & reditibus ſuis, tam in Eccleſiis, aliisve ædificiis, quam mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus,molendinis,mobili-

bilibus ſcilicet & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis viſus eſt habere. Quoniam igitur utriusque loci tuitio & defenſio nobis pertinet, id ipſum concambium, ſicut in præſentia piiſſimi Genitoris noſtri per manus Advocatorum Bichdagi ſanctæ Magdeb. Eccleſiæ, & Adalberti S. Vuldenſis Cœnobii traditum & confirmatum eſt, noſtra item autoritate roboramus & confirmamus. Et ut hæc auctoritatis noſtræ confirmatio utrique parti firma & ſtabilis permaneat, hanc concambii chartam conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Signum Domini Ottonis Magni & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Quilliſſus (Willegiſus) Notarius vice Rotberti Archicancellarii ſubſcripſi. Datum XI. Kal. Nov. anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXXIII. Indict. II. Anno regni minoris Ottonis invictiſſimi XIII. Imperii autem VI. Actum Alſtedi, feliciter in Dei nomine, Amen.

LXVI.

Ejusdem Diploma, krafft deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg den Käyſerlichen Burg-Bann zu Magdeburg/ in- und auſſerhalb der Stadt über alle Bürger/ Handels-Leute/ Juden/ auch alle und jede Innwohner geſchencket/ de Anno 978. befindet ſich loco antea citato, pag. 350.

LXVII.

Ejusdem Privilegium, vor das Dom-Capitul zu Magdeburg/ die freye Wahl eines Ertz-Biſchoffs betreffend/ de Anno 979.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnibus Chriſtianæ fidei religioſis cultoribus, ac regiæ & imperialis excellentiæ magnitudinem fidelitate debita jure honorantibus, præſentibus ſcilicet & futuris per ſubjectum adhibitæ ſcriptionis titulum pateat, qualiter nos, interventu dilectæ conjugis noſtræ Theophanu, Imperatricis Auguſtæ, ac rogatu fidelis noſtri Adelberti videlicet Archiepiſcopi Eccleſiæ Magdeburgenſis, quem divæ ac ſanctæ memoriæ genitor noſter Dn. Otto, approbatione & conſenſu Romanæ urbis, tunc Papæ Joannis omni veneratione digni clero a ſe noviter ibi congregato proviſorem præfecit, ob ſpem æternæ nobis a Deo donandæ mercedis, ac remedium animæ jam dicti cari genitoris noſtri, Eccleſiæ ipſius primi ædificatoris, ut Colonienſis, & alia per noſtrum Eccleſiæ regnum diffuſæ Regum & Imperatorum præceptis & privilegiis in poteſtate conceſſum tenent, præfati loci clero, Deo diu nocteque ac S. Mauritio ibi militaturo jus ſpeciale, quotiescunque ſucceſſionis uſus exigat ac ſingulare arbitrium eligendi inter ſe paſtorem, quod rex nullus, aut imperialis poteſtas deinceps, niſi ſub anathemate a ſuo jure demere poſſit, hoc privilegio firmiter conceſimus, ea videlicet ratione, ut divina per ſingulos dies ſervitute congregatio ejusdem loci præſens ac futura devotior exiſtat, ac pro ſtatu Imperii ac pro animabus parentem & proprie noſtræ, vel etjam pro aliis fidelibus jugiter eam exorare, Deum melius delectet. Et ut hæc noſtra conceſſionis devotio in futuris temporibus, a cunctis certior habeatur, noſtræ autoritatis privilegium hoc inde conſcribi, manuque propria ſubtus notatum ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

(L.S.) Signum Dom. Ottonis Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius ad vicem Willigiſi Archi-Capellani recognovi.

Data XIII. Kalendar. Decembris Anno DCCCCLXXIX., Indict. VI. anno vero regni ſecundo Ottonis XVIII. Imperii autem XII. Actum Walbechi feliciter, Amen.

LXIIX.

Ejusdem Diploma, worinn dem Ertz-Stifft Magdeburg die leibeigenen Waltzan mit ihrem Sohne zu Bracla/ und was ſolchem mehr anhängig/ geſchencket worden/ de An. 980. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special, Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ p. 351. befindlich.

LXIX.

Ejusdem Privilegium vor das Ertz-Stifft Magdeburg/ worinn er demſelben den Gerichts-Zwang über die von ſeinem Herrn Vater geſchenckte Güter concediret/ de An. 981.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus, animadvertat omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futu-

futurorum ſolers induſtria, qualiter genitor noſter atque æquivocus Otto S. Auguſtæ memoriæ Imperator Auguſtus, poſtquam Magdeburg. Eccleſiæ Sedem, Apoſtolica dictante ſententia ad Archipræſulatus honorem ſublimaverat, quædam ſui Juris prædia tam infra, quam extra eandem Civitatem poſita, quæ quolibet locorum ſita, ex iſta parte Albiæ fluminis ſuis uſibus privata illuc pertinere videbantur, eidem Eccleſiæ per ſuæ traditionis paginam in perpetuum proprietatis uſum conceſſerat, & quædam loca ſupra dictorum inibi morandi gratia ſibimet pro beneficio retinuerat, atque poſtquam Regimen Imperii, Patre ſopito, noſtræ diſpoſitionis curam ſuſcepérat, quicquid idem genitor noſter pius de eadem traditione in ſuos uſus occupaverat, rogatu dilectæ noſtræ Conjugis Theophany, nec non Giſalharii, ejusdem Eccleſiæ Archipræſulis amore commoniti, ex toto & integro per hoc noſtræ autoritatis præceptum jam dictæ ſedi perpetim tenendum remiſimus, ea videlicet ratione, ut nullus Comes, vel Judex, aut publicus exactor, aut aliqua cujuslibet dignitatis perſona judiciariæ poteſtatis ſeveritatem in illud exercere præſumat, niſi quem prædictæ ſedis Archiepiſcopus elegerit Advocatum. Et ut hæc noſtræ conceſſionis autoritas apud omnes noſtræ dignitatis ſucceſſores ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc chartam ſcribi, eamque ſubtus notando annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum Domini Ottonis Imperatoris Auguſti, Hildibaldus Cancellarius, ad vicem Willigiſi, Archi-Capellani notavi. Dat. IX. Cal. Octobr. Domin. Incarnationis DCCCCLXXXI. Indictione X. Anno vero Regni ſecundi Ottonis XXI. Imperii autem XIV. Actum Luceriæ in Domino feliciter, Amen.

LXX.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg die Abtey Völde mit ihren Nutzungen/ingleichen etliche Güter in Frießland geſchencket/ de Anno 981.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imp. Auguſtus. Noverint cuncti Chriſti fideles præſentes atque futuri, qualiter nos divino amore contacti, carique genitoris noſtri memoria commoniti, & dilectæ conjugis noſtræ Theophaniæ precibus rogati, Abbatiam in honore S. Servatii confeſſoris Chriſti, jam olim a noſtris bonæ memoriæ parentibus in noſtra proprietate Palithi conſtructam, cum omnibus utilitatibus ad eandem reſpicientibus, ſancto Mauritio & ſanctæ Magdeburgenſi Eccleſiæ, Archiepiſcopis in perpetuum militaturis tradidimus, ea ſcilicet ratione, ut nullus comes, vel judex, aut quælibet excellens perſona, ullum negotium exercere audeat in jam dicta Abbatia, ſine præfatæ Eccleſiæ Archiepiſcopi licentia. Et ut hæc charta traditionis noſtræ firma & absque omnium hominum læſione in futurum ſtabilis permaneat, noſtri ſigilli impreſſione & propriæ manus adnotatione juſſimus eam corroborari. Ad hoc etiam prædium in Friſia eidem Eccleſiæ per manus anteceſſorum noſtrorum, pro ſalute animarum noſtrarum traditum, ſigno etiam noſtro atque teſtimonio confirmavimus. Hoc eſt: in Witebord I. manſus XXXII. paſcua boum & V. talenta. In Retzvvord I. Virga. XL. ſolidos in Beſtlau, una dimidia, XX. ſolidos. In Thunevverd. XXX. paſcua boum, V. talenta. In Colimehornon, Hilderedeszericon V. talenta. Quod ſi quis arte aliqua, ſive dolo, ſeu etiam violentia abſtulerit, anathema ſit, & a regno Dei, & conſortio Eccleſiæ ſanctæ nunc & ſemper ſegregatus, & ſit portio ejus cum ſatana & angelis ejus usque in æternum, Fiat! fiat!

Signum Domini Ottonis Imper. Auguſti. Datum VIIII. Kal. Octobr. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXXI. Indict. X. Anno vero regni ſecundi Ottonis XXI. Imperii autem XIV. Actum Luceriæ.

LXXI.

Ejusdem Diploma, worinn er dem Ertz-Stifft Magdeburg die Stadt Corin geſchencket/ de Anno 983. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special, Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 351.

LXXII.

Kayſers Ottonis II. Confirmation aller von ſeinen Vorfahren/ Kayſer Ottone I. und II. dem Ertz-Stifft Magdeburg gethanen Schenckungen und ertheilten Privilegien und Freyheiten/ de Anno 985.

IN nomine ſanctæ & individuæ Triniratis. Otto, divina favente clementia Rex. Si Eccleſiis Dei de noſtræ Majeſtatis regia munificentia aliquid accommodaverimus, id pro cul dubio ad præſentis Vitæ ſtatum & æternæ beatitudinis præmium capeſſendum nobis prodeſſe confidimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futu-

futurorum pateat induſtriæ, quia vir venerabilis Giſalharius, Magdeburgenſis Eccleſiæ ſecundus Archiepiſcopus, ad nos venit, ſecum deferens præcepta avi noſtri bonæ memoriæ Ottonis Imperatoris Auguſti, nec non & piæ recordationis genitoris noſtri, filii æquivoci illius, Coimperatoris Auguſti, in quibus continebatur, quomodo ipſe antedictus avus noſter præfatam Magdeburgenſem eccleſiam a fundamento conſtruxit, ac multis prædiis ſuis, & aliis quamplurimis rebus pretioſis adornavit & condonavit regali & imperiali ſua autoritate illuc a ſe, vel ab aliis religioſis viris tradita omnia confirmans: & qualiter prænotatus genitor noſter multa prædia & alia eidem Eccleſiae contulit, ac ſuas & patris aliorumque fidelium traditiones dominationis ſuae autoritate & præceptione poſtea corroboravit, pro rei tamen firmitate idem jam dictus Giſalharius, prædicti loci ſecundus magnae reverentiae Archiepiſcopus, petivit celſitudinem noſtram, ut nos denuo ab avo, vel genitore, Imperatoribus Auguſtis, ſeu ab aliis aliquibus tradita, ſive tradenda, regiae magnificentiae noſtrae dono ac præcepto confirmaremus. Cujus rei petitionem benigne ſuſcipientes, quidquid præſcripti Imperatores Auguſti, avus ſcilicet & genitor noſter, ſive alii Viri religioſi in prædiis, aut mancipiis, vel aliis rebus ad eandem Eccleſiam pro divino amore condonaverunt, ſeu quae adhuc a catholicis viris divini inſtinctus aliqua traditione illuc condonari poſſunt, regia noſtrae donationis munificentia noviter tradimus, confirmamus & approbamus, regia firmiter jubentes potentia, ut nullus Comes, vel judex, vel alia quælibet judiciaria perſona, ſive regis exactor, aliquem deinceps in prædiis, vel locis ab avo vel patre noſtro, vel a nobis, ſeu ab aliis aliquibus prædictae Eccleſiae datis vel dandis, poteſtatem habeat, aut prædictum Archiepiſcopum ſuosque ſucceſſores cum omnibus præceptionibus ſubintroductis, vel aliis machinationibus invidis inquietare audeat, aut homines ipſius Eccleſiae diſtringere, ſive paratas ac manſiones facere, vel alias illicitas redhibitiones exigere, praeſumat, præter eum, quem ipſe, qui modo ut Eccleſiae præſidet Archiepiſcopus, ſuique ſucceſſores, elegerint advocatum. Et ut hæc noſtrae donationis traditio & confirmatio præſenti ac futuro tempore firma a cunctis fidelibus habeatur, hoc regiae magnitudinis præceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

(L. S.) Signum Dn. Ottonis, glorioſiſſimi Regis.

Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archi-Capellani recognovi.

Data XV. Kalend. Martii anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXXV. Indict. XIV. anno vero regni tertii Ottonis ſecundo. Aleſtedi in Dei nomine feliciter, Amen.

LXXIII.

Ejusdem Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Giſalhario zu Magdeburg und der Stifftерin des Cloſters Burghurſt/ietzt gemeldtes Cloſter betreffend/de Anno 989.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto, divina Clementia Rex. Omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet & futuris notum eſſe volumus, quomodo quædam nobilis matrona, Berhta nominata, in quodam Cœnobio Burghurſt dicto, a fundamento cœpit aedificare eccleſiam in honore ſancti Nicomedis martyris conſecratam, & illuc omnia praedia ſua ſibi juſte inhaeredata cum conſenſu & comprobatione cohaeredum ſuorum condonavit. Pro rei tamen firmitate praefatam Eccleſiam cum omnibus appendiciis ſuis, ne ab invidis avelli aliquid inde poſſit, in jus & tuitionem bonae memoriae avi noſtri Ottonis Imperatoris videlicet auguſti tradidit deprecans illius gratiam, ut jam dicta Eccleſia & omnia illuc ab ea tradita in mundiburdium ſanctae Magadaburgenſis Eccleſiae per ejus praeceptionem & privilegium donarentur. Ille autem ejus votum benigne ſuſcipiens eandem Eccleſiam cum omnibus illuc traditis, vel donandis Magadaburgenſi Eccleſiae ſui praecepti auctoritate ſubjugavit & confirmavit. Ea ſcilicet ratione, ut ſub ejus patrocinio perpetim conſiſtat & Archiepiſcopus Parthenopolitanus, quando opus evenerit, Abbatiſſam, & Advocatum ibi conſtituat atque a praefato monaſterio cenſus decem ſolidorum ſicut eadem matrona ſtatuit ac fieri rogavit propter ſubjectionem ad ſuam Eccleſiam quotannis perſolvatur. Sed cum poſt mortem ſupra ſcriptae Berhtae inter filiam ejus Bertheidam & fidelem noſtrum Giſalharium praelibatae urbis Parthenopolitanae, ſecundum Archiepiſcopum, altercatio quaedam magna oboriretur de praediis, quae ipſa Eccleſiae a ſe conſtructae tradidit eousque excrevit eadem contentio, quod finiri non potuit niſi in noſtra praeſentia. Nos autem fidelium noſtrorum, Willigiſi videlicet Moguntini Archiepiſcopi, & Rhetarii Paderburnenſis Epiſcopi, pium conſilium aliorumque quam plurium rectas, ſuaſiones ſequentes, ut lis oborta diſſolveretur, & Dei ſervitium non deficeret in praefato monaſterio, noſtra regia poteſtate fecimus inter eos reconciliationem utrinque comprobatam ita ut archiepiſcopus jam dictus Giſalharius ob noſtrum votum & juſſum comprobaret, quod eadem Bertheid. a manu advocati ejus Wigmanni pro reconciliatione ſuſciperet omnem haereditatem ſui patris Liutberti in ſua --- tura ſemper tenendam, & econtra, ut ſanctimoniales præſcripti monaſterii ad Dei ſervitutem præbendam deinceps habeant per ſuam manum ipſa filiis ejus Bernhardo & Thuringo conſentientibus pro noſtro voto & juſſu in Eccleſiæ jus ad integrum dimitteret, ac redderet cunctam proprietatem Vitrici eis Berennadi perpetua --emendam, excepto uno loco, qui dicitur Curtii, quem ipſa, concedente Archiepiſcopo & ejus Advocato jam dicto Wigmanno cum decem manſis & familiis pro ſtabilitate reconciliationis ſemper poſſedendum accepit. Hac itaq; reconciliatione utrimq; comprobata & facta ipſius & filiorum ejus rogatu atq; prædictis fidelibus noſtris Willigiſo Archiepiſcopo & Rherio Epiſcopo cæterisque perplurimis intercedentibus, quæ in Eccleſiæ jus pro reconciliatione dereliquit, nos noviter noſtra auctoritate ad eandem Eccleſiam donavimus, & ne inde ab aliqua perſona invida, quod a nobis illuc donatum eſt, ſeu ab aliis traditum, ſive donandum unquam divelli poſſit, hac noſtra præceptione confirmavimus, & inſuper noſtro Regio juſſu omnino interdicimus, ut nullus Dux, vel Comes, aut regius exactor, ſeu alia quælibet judiciaria perſona, magna ſive parva in agendis rebus ipſius Eccleſiæ, aut prædiis illuc traditis aliquam dehinc poteſtatem exerceat, ſolummodo poteſtativus advocatus ab Archiepiſcopo Magadaburgenſi ſuper idem Monaſterium conſtitutus. Et ut hæc noſtræ donationis traditio & confirmatio præſenti ac futuro tempore firma ſtabilisque permaneat, hoc præceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propria, ut infra videtur corroboravimus. Signum Dom. Ottonis glorioſiſſimi Regis. Hilibaldus, Epiſcop. & Cancellar. vice Willigiſi Archiepiſcopi, recognovi.

(L. S.)

Data V. Idus Febr. Anno Dominicæ incarn. DCCCCLXXXVIII. Ind. II. An. autem tertii Ottonis regnantis ſexto, actum Arvite, feliciter Amen.

LXXIV.

Ejusdem Confirmation eines Tauſch-Brieffes zwiſchen Ertz-Biſchoff Giſalhario zu Magdeburg und Graf Bicilino über einige Güter/ de Anno 991.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Sciat univerſa multitudo fidelium noſtrorum præſens & futura, qualiter fidelis noſter Giſalharius, Magadaburgenſis Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus cum noſtra licentia concambium quoddam fecit contra Becilinum Comitem de proprietatibus ſuæ Eccleſiæ. Dedit igitur præfatus Archipræſul ex ratione ſui Epiſcopatus villam quandam Nerichova nominatam, ultra fluvium Moldaha dictam ſitam, prædicto Bicilino Comiti in concambium, cum omnibus utenſilibus ad eandem villam pertinentibus, in areis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis, & inviis, exitibus & reditibus, cunctisque aliis, quæ dici poſſunt appenditiis. E contra ex parte beneficii prælibati Becilini Comitis, ejus comprobatione noſtraque licentia & conſenſu in ſuum & Eccleſiæ, cui præſidet, jus recipiens villam quandam Buszi nuncupatam, in ipſius Comitatu ſitam cum omnibus rebus ad eam rite aſpicientibus, in areis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis cunctisque aliis quæ adhuc nominari poſſunt utenſilibus. Ea videlicet ratione, ut locus ille, quem jam dictus Giſalharius Archiepiſcopus a prædicto Comite noſtro licite commutando recepit cum omnibus ſuis utilitatibus, ſub ſuo & Eccleſiæ, cui præeſt, ſucceſſorumque illius jure perpetualiter per noſtram munificentiam conſiſtat, & quod ante dictus Becilinus ex portione Archiepiſcopatus ipſius jam ſcripti Archipontificis per concambium ab eo accepit, noſtro conceſſu per ſuæ vitæ tempora beneficiario uſu poſſideat, & illa villa ſuperius jam Buſzi nominata, ſicut a noſtris nunciis & Archiepiſcopi & prædicti Bicilini Comitis legatis certis limitibus determinata eſt, ſub archiepiſcopi præſentis & Eccleſiæ ſucceſſorum illius poteſtate perenniter perſiſtat, & altera villa Nerichova cum ſuis determinationibus ſub jure Comitis antedicti beneficiaria poteſtate permaneat. Et ut hæc commutationis auctoritas ultra inviolabilis perſeveret, hoc præceptum ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus manuque propria, uti infra videtur, corroboravimus.

Signum Domni Ottonis glorioſiſſimi Regis.

(L. S.)

Hilibaldus Epiſcopus ut Cancellarius vice Willichiſi Archiepiſcopi recognovi.

Data XIII. Kal. Octobris An. Dominicæ Incarn. DCCCCXCI. Indict. V. Anno autem tertii Ottonis regnantis octavo. Actum Merſaburg.

LXXV.

Ejusdem Diploma, worinn er dem Ertz-Stifft Magdeburg die Burg-Voigtey zu Belizi gegeben/ de Anno 997. ſiehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ p. 352.

LXXVI.

Käyſers Ottonis III. Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg das Städtlein Rieth und Dorff Drefurt in Thüringen geſchencket/ de Anno 1000.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto tertius, ſervus Jeſu Chriſti & Romanorum Imperator Auguſtus. Secundum voluntatem Dei Salvatoris noſtrique liberatoris omnibus noſtris fidelibus, tam præſentibus, quam & futuris notum eſſe volumus, quod nos quandam civitatem noſtræ proprietatis nomine Riede intra Thuringium ſitam, in Comitatu autem Wilhelmi Comitis habitam, cum omni ejusdem civitatis Burgvvardio, & cunctis, quæ ad eum pertinent, hoc eſt mancipiis utriusque ſexus, villis, ædificiis, areis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, campis, ſylvis, aquis, aquarumve diverſionibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, cunctisque appenditiis, quæ adhuc dici & nominari poſſunt, pro anima venerabilis Aviæ noſtræ Adelheidis, omniumque noſtrorum commemoratione parentum, præſenti noſtri honoris ſtatu, & futuræ felicitatis emolumento, ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Magdeburgenſi in proprium tradidimus ex noſtro jure Sancti Mauritii Dominio penitus condonantes, excepta villa & marcha quadam nomine Vocſtede, quam videlicet villam idcirco excepimus, quia pro eadem tantum prædii in villa, quæ dicitur Crigſtede, & in villa quæ dicitur Edisleve, per manum noſtri Advocati concambientes Sancto Mauritio donamus, Giſelerio Archiepiſcopo cum ſuo Advocato conſentiente. Inſuper eidem ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Magdeburgenſi villam intra Thuringiam nomine Dribur in Comitatu Ekkihardi marchionis ſitam, ob eandem noſtrorum parentum & noſtri nominis commemorationem, in proprium donavimus, de his quæ ad eam pertinent, nihil omnino prætermittentes. Et ut hæc noſtra donatio nunc & in poſterum inconvulſa permaneat, hanc cartam, ut infra videtur, manu propria corroborantes, ſigillo noſtro ſignari juſſimus. Signum Domini Ottonis invictiſſimi Imperatoris Auguſti, Heribertus Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognovi. Data XVI. Kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis M. Indictione XIII. anno tertii Ottonis regnantis XVIII. Imperii IV. Stapulſe feliciter Amen.

LXXVII.

Käyſers Henrici II. Diploma, worinn er dem Ertz-Stifft Magdeburg die Stadt Arnaburg geſchencket/ de An 1006. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ p. 352.

LXXVIII.

Ejusdem Confirmation und Extenſion aller Schenckungen/ Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Magdeburg/ de Anno 1009.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Rex. Rectori Regum gratulantes, & remedio animæ noſtræ conſulendo, fidelium noſtrorum petitionibus aurem piam accommodantes ſtatum & ordinem omnium eccleſiarum firmare atque roborare congruum & ſalubre dijudicavimus. Maxime autem ea loca ſacrata, quæ ab anteceſſoribus Regibus, parentibus ſcilicet noſtris fundata, conſtructa & penitus ædificata huc usque vigere noſcuntur, noſtri mundiburdii tutamine ſigillare decrevimus. Quapropter caritativa noſtræ contectalis Chunigundæ admonitione circumventi, & fidelium noſtrorum, venerabilis videlicet Heriberti, Colonienſis eccleſiæ & Bernhardi Ducis ſupplici poſtulatione inſtigati, Magadaburgenſem Archiepiſcopatum, quem Daginoni Archiepiſcopo ſervitute devota nunquam devicto gubernandum commiſimus ſicut anteceſſores noſtri, Reges videlicet & Imperat. ante fecerunt, iterum ei roborare omni devotione ſtudemus. Idcirco omnibus fidelibus noſtris notum eſſe volumus, quod omnia, quæ pius parens noſter magnus & pacificus Otto Imperator Auguſtus ſuique ſucceſſores vel cujuscunque dignitatis perſona ſancto & Principi Apoſtolorum Petro ſanctisq; martyribus Mauricio atque Innocentio ſociisque eorundem tradiderunt, vel nosmet ipſi tradidimus, ſive jam in poteſtate

te ſupradictæ eccleſiæ habeantur, ſive ad nos, aut alium aliquem noſtrorum fidelium aliquo modo reſpiciat, reiterata affirmatione Sancto & ſupradictis ſanctis tradimus & manus noſtræ gratuito munere roboramus, Regalis præcepti peſſulum apponentes, ne nunc, aut imposterum alicujus dignitatis perſona res ejusdem eccleſiæ cum aliqua temeritate infirmare, aut imminuere, vel aliqua inquietudine infirmare præſumat, ſed cum tanta plenitudine ſint ubicunque locorum ſive provinciarum ſub poteſtate Magadaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi Daginonis & ſucceſſorum ejus, ſive Advocatorum, quos ipſi elegerint, ſicut ſenior noſter, vel parens maximus Imperatorum, Otto, eas poſſedit, tradidit, roboravit, ac deinde ſucceſſoribus ſuis & nobis pro remedio animarum noſtrarum ad utilitatem ſupra memoratæ eccleſiæ posſidentes reliquit. Inſuper quoque regia poteſtate præcipimus, ut liberas familias ad civitates Schideri & Angeri pertinentes, nullus Comes aut aliqua judicialis perſona inquietare, aut ſuæ ſervituti ullo modo ſubigere præſumat, ſed cum tanta plenitudine numeri atque tributi ſerviant Epiſcopo Magadaburgenſi prædicto, ſucceſſoribusque ejus: Et his advocatis obediant, qui voluntaria electione eorum eis aliquo modo præponuntur, ſicut fecerunt magno Imperatori pioque parenti noſtro, Ottoni & advocatis, quos ſuper eos ipſe conſtituit. De foreſtis autem, theloneis, mancipiis, decimis, pertinentibus & terminis ubique locorum, aut provinciarum ſitis, ad præfatam eccleſiam Magadaburgenſem pertinentibus, jam firmam Sancto & ſupra nominatis Sanctis facimus roborationem ut unusquisque fidelium hæc cum aliqua temeritate invadere pertimeſcat. Et ut hæc noſtræ roborationis auctoritas nunc & inpoſterum firma & inconvulſa permaneat, ſigillo noſtro hanc cartam fecimus ſigillari, manus propriæ ut infra videtur notam addentes. Foreſtum quoque, quod ultra Albiam fluvium jacet, de quo ſuperius ſpecialiter non fecimus mentionem, his terminis aquarum ſilvarumque deſignatum, hoc eſt, in occidente cum Albia flumine in Septentrione cum Nætar hic & durn & vinar ſilvis, in oriente vero Gebo flumine & Chabria montibus ad meridiem cum Nud flumine eodem ſigillo noſtro ad Magadaburgenſem eccleſiam roboramus.

Signum Domni Henrici & gloriosiſimi Regis ſecundi

(L. S.)

Guntherus Cancellarius, vice Wilgiſi Archicapellani recognovi. Data - - Indict. VII. anno Dom. Incarn. milleſimo VIIII. Anno vero Domni Henrici II. Regis VIII. Actum Kirchberg feliciter amen.

LXXIX.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Magdeburg die Stadt Froſa mit ihren Pertinentien geſchencket/ de Anno 1012.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Rex omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris notum eſſe volumus, qualiter nos, pro remedio vitæ perpetuæ feliciter cum ſanctis & fidelibus adipiſcendo ac pro memoria patris noſtri, ac omnium parentum noſtrorum curtem regalem, ſeu etiam civitatem Froſa cum omnibus, quæ ad eam pertinent, quæſitis perquirendisque, villis, areis, ædificiis, mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, ſilvis, venationibus, pratis, paſcuis, agris, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus cum reditibus interventu conthoralis noſtræ Chunigundæ Reginæ, ac ſororum noſtrarum, Adelheidæ Abbatiſſæ, atque Sophiæ Abbatiſſæ, imo etiam pro ſtrenuiſſima ac fideliſſima ſervitute Archiepiſcopi Daginonis tertii, Deo ſanctoque martyri Mauritio condonavimus, noſtro videlicet ſpeciali patrono, ea ſcilicet ratione quatenus fidelis noſter prædictus Archi-Præſul ſuique ſucceſſores liberam habeant ſibi advocatum eligendi, prædictam curtem posſidendi, ſeu etiam in uſum Eccleſiæ Magdeburgenſis commutandi, poteſtatem. Si quis autem imposterum hanc donationem inquietare præſumſerit ſummi judicis vindictæ puniendus exponatur. Sed ut hæc noſtra traditio nunc & in futurum inconvulſa permaneat, hanc cartam manu Erici Epiſcopi, noſtra juſſione conſcriptam noſtra & imagine ſigillari præcepimus, inſuper etiammore parentum noſtrorum, Regum videlicet & Imperatorum manu propria, ut infra videtur, corroboravimus.

(L.S.) Signum Domni Henrici invictiſſimi Regis.

Guntherus Caocellarius vice Herchambaldi Archicapellani recognovi.

Data XII. Kal. Febr. Anno Dominicæ incarnationis M. XII. indict. X. Actum Magdeburg.

LXXX.

Ertz-Biſchoffs Geronis zu Magdeburg Fundations- und Donations-Brief des Stiffts zu St. Marien in der Stadt Magdeburg/ de Anno 1015.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Gero, ſolo nomine Archiepiſcopus licet indignus omnibus Catholicæ Eccleſiæ fidelibus. Noverit univerſitas fidelium tam præſentium quam futurorum, qualiter nos ad augmentum divini cultus pro ſalute animæ noſtræ & Prædeceſſorum Archiepiſcoporum, Eccleſiam in honorem B. Mariæ a fundamento ereximus & in ea congregationem Clericorum collocavimus, quos & in noſtræ congregationis fraternitatem ſanctorum Mauritii & Innocentii Martyrum ſuſceptos noſtra diligentia ſtabilivit firmiter. Hæc ſunt autem, quæ ad ſuſtentationem eorum & poſt ipſos futurorum perpetuo poſſidenda contulimus. In villa Rotenvorde 22. Manſos: in villa Winkeldorp 7. Manſos; in Biere 9. Manſos: Biere totum decem ſcilicet Manſos; in villa Muligenslavo Hobas 7. in villa Welsleben 7. Manſos cum poſſeſſoribus eorum. Villam Walize totam 10. ſcilicet Manſos cum colonis eorum, Civitatem Froſe cum omnibus, quæ ad eam pertinent, quæſitis inquirendisque areis, ædificiis, pratis, paſcuis atque ſalſis & inſalſis, & quicquid in ea utilitatis eſſe poterit, in mercatu Theloneo & moneta & capellam ejusdem civitatis in honorem S. Laurentii dedicatam cum dote ſua 7. ſcilicet manſis & decima eorum, & prato, quod adjacet Albi, quod Froſigge Biſche dicitur. Villam quoque Clavoldesdorp cum decimis & mancipiis utriusque ſexus in ea commorantibus. Manſum unum in villa Evendorp, cum tota decima ejusdem villæ cum dote ſua. In villa Moſe 5. Manſos 15. ſolidos ſolventes. In villa Salbke 10. Manſos cum ſylva quæ includitur antiqua & nova Albi certis terminis diſpoſita a Viro Nobili Harterado centum talentis comparata legitimis ejus hæredibus conſentientibus, in præſentia Domini Henrici Regis ſecundi conſiſtente eo Walehuſen anno regni ejus duodecimo. Item villam Volckmarsdorp, a quadam nobili matrona Emmeke vocata, pretio centum ſeptuaginta Marcarum comparatum, ut quidquid ex ea utilitatis proveniri poterit, tam in areis, quam in ædificiis, terris cultis & incultis, ſylvis, pratis, paſcuis, rivis rivorumque decurſibus, mancipiis totum in uſus fratrum novellæ plantationis cedat. Addimus huic donationi noſtræ quasdam res proprietatis noſtræ in villa Oldenheim & Oldendorp 64. Manſos & 15. Manſos in villa Rotmersleve, 4. quoque Manſos in Carelesbach & in Careleſtad ſitos, dedimus Cœnobitis in Heroldesveld pro decima ejusdem villæ Barlingæ dictæ in Parochia Halverſtadienſi ſita, ut de ipſa decima ea quæ vetuſtas in ſignorum inſtrumentis conſumſerit, reparentur. Prædictæ vero Caniæ familiam hoc donavimus privilegio libertatis, ut nullius, aut alterius ſervitii incommoda exactione graventur. Canonici autem defuncto præpoſito, vel Decano non cogantur alios recipere, niſi quos probatos vita & moribus elegerint, quodſi in eligendo partium vota ſe diviſerint aliis alium clamantibus, ſanior pars favente gratia Epiſcopi, quem elegerit, obtineat. Idem vero qui & Præfectus eſt urbi Magdeburgi, Advocatus eorum ſit, nullumque pro ſe ſub advocatum niſi rogatu Canonicorum ſubſtituat. Hujus rei teſtes ſunt confratres noſtri & Epiſcopi Mennerus, Hildenardus, Erico Wigo & Sarazo. Fratres de Sancto Mauritio, Hermannus Decanus, Helmericus Presbyter, Hildebrandus Presbyter, Coddo Presbyter, Theodoricus Presbyter, Ericus Presbiter, Fridericus, Diaconus, Syvart; Diaconus, Meynſor, Diaconus, Gero Presbiter, Ericus ſubdiaconus. His igitur definitis & certis teſtibus aſſignatis auctoritate Spiritus S. in virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti excommunicamus & æterno anathemate a ſocietate ſupernorum civium ſequeſtramus, ſi quis hanc noſtram ſanctionem præſumſerit violare & temeritatis auſu in aliquo tentaverit annullare, Dat. Idib. Decembr. Ann. Domin. Incarn. 1015. Ind. 14. præſidente univerſali Romanæ Eccleſiæ Benedicto Papa VIII. Anno glorioſiſſimi Regis Henrici II. regn. 15, Imperii 3. anno quoque Pontificatus Geronis Archiepiſcopi 3. Actum Magdeburgi feliciter. Amen.

LXXXI.

Käyſers Conradi I. Confirmation derer Privilegien des Ertz-Stiffts Magdeburg Ertz-Biſchoff Hunfrido daſelbſt ertheilet/ de Anno 1025. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/** p. 353. **vorhanden.**

LXXXII.

Pabſt Gregorii VII. Breve an Ertzbiſchoff Wezelinum zu Magdeburg und Biſchoff Burchardum zu Halberſtadt/ wie auch den Marggraff Leonem, worinn er ihnen mit Käyſer Henrico IV. biß er ihren Streit durch ſeinen Geſandten würde unterſuchet haben/ Friede zu haben gebietet/ de Anno 1073.

Grego-

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Wezelino Magdeburgenſi Archiepiſcopo, Burchardo, Halberſtadenſi Epiſcopo, & Letoni, Marchioni, cæterisque Saxoniæ principibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quanta violentia quantaque fratrum impulſione univerſalis eccleſiæ multis perturbationum fluctibus concuſſæ, & pene quaſi quodam naufragio periclitatæ, onus & regimen ſuſcipere ſum coactus, occultum vobis & inauditum eſſe non credimus. Teſtis enim mihi eſt conſcientia mea, quam imparem me tanto ponderi judicaverim, & quanta ſolicitudine nomen Apoſtolicæ dignitatis evitare concupiverim. Sed quoniam via hominis non in manu ejus, ſed illius eſt diſpoſitione, a quo greſſus hominum diriguntur, impoſſibile mihi fuit contra divinam voluntatem concepta vota defendere. Unde mihi ſollicite vigilandum atque penſandum eſt, qualiter ea, quæ ad profectum eccleſiaſticæ religionis, & ſalutem Dominici gregis attinent, adjuvante Deo, annunciare & fideliter adminiſtrare valeam; urgente me præ omnibus, tum eo timore, ne ſuſceptæ me apud ſupernum judicem negligentia dispenſationis accuſet, tum debito amore apoſtolorum Principis, qui me ab infantia mea ſub alis ſuis ſingulari quadam pietate nutrivit, & in gremio ſuæ clementiæ fovit. Verum inter cæteras curarum anxietates eo nos maxime ſolicitudo coarctat, quod inter vos & Henricum regem, veſtrum videlicet Dominum, tantam diſcordiam & tam inimica ſtudia exorta eſſe cognovimus, ut exinde multa homicidia, incendia, deprædationes eccleſiarum & pauperum, ac miſerabilem patriæ vaſtitatem fieri audiamus. Quæ de re regi miſimus exhortantes, & ex parte Apoſtolorum Petri & Pauli reum admonentes, ut interim ſeſe ab armis & omni bellorum infeſtatione contineat, donec tales ad eum ab Apoſtolica ſede nuncios dirigamus, qui tantæ diſſenſionis cauſas, & diligenter inquirere, & annuente Deo ad pacem & concordiam æqua valeant determinatione perducere. Atque itidem vos exoratos, & Apoſtolica auctoritate commonitos eſſe volumus, ut ex veſtra parte omni motione ſopita, easdem pacis inducias obſervetis, nec aliqua occaſione nobis cum Dei adjutorio adſtruendæ pacis impedimentum opponatis. Cum etenim (ut ſcitis) nobis mentiri, ſacrilegium; deſerere juſtitiam, animæ ſit naufragium; neminem veſtrum dubitare volumus, quin ſuper hac re veritate diſcuſſa, quidquid æqvum videbitur, providente Deo, decernere, & ſtabili pactione ſtudeamus efficere; & quamcunque partem injurias & conculcatæ juſtitiæ violentiam pati cognoverimus, illi procul dubio omni timore & reſpectu perſonalis gratiæ poſthabito, favorem, & Apoſtolicæ auctoritatis præſidia conferemus. Data Romæ XIII. Kalendas Januarii, indictione duodecima.

LXXXIII.

Ejusdem Breve an Ertz-Biſchoff Wizelinum zu Magdeburg/ worinn er denſelben ſeinem Amte treulich vorzuſtehen ermahnet/ de Anno 1075.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Wezelino, Magdeburgenſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Legimus Joſue, cum in populo Dei magiſtro ſuccedens Ducatum ſuſcepiſſet, ita ſolicita & vigilanti obedientia exercuiſſe officium, ut, quod de aliis raro ſcriptum eſt, cœleſti fretus virtute, mentis potentialiter imperaret. Nam & fluvium Jordanem ad tranſitum exercitus curſum naturalem ſiſtere fecit, & ſolem volubili mobilitate in occaſum anhelantem, donec adverſarios ulciſceretur, quaſi alter creator ſtare præcepit. Is etiam muros Jerico ſepteno perluſtrans circuitu ſacerdotalium clangore tubarum ſubruit & evertit. Vides, cariſſime frater, quid fervens in divinis cauſis animus, quid prompta obedientia meruerit. Ad hujus ſimilitudinem facti nos, qui populum Chriſtianum inſtituendo Magiſterium ſuſcepimus, mentem vigilanter intendere debemus, ne adverſariæ poteſtatis muros, contra verum Joſue rebellantes, & erectos, ſilentio noſtro ſtare, aut roborari patiamur. Quamobrem fraternitati tuæ Apoſtolica auctoritate injungimus atque præcipimus, ut ad caſtitatem clericorum prædicandam & ſtudioſius inculcandam buccina ſacerdotali vehementius & inſtantius inſtrepas, donec Jerico muros, id eſt defectionis opera, & ſordidæ libidinis polluſiones, diſipes & ſubvertas, ſicut ad prophetam: Poſui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Non noſtra Decreta (quanquam licenter ſi opus eſſet, poſſemus) vobis proponimus, ſed a ſanctis patribus ſtatuta renovamus: ne noſtro ſilentio ſervi Dominicam pecuniam abſcondentis ſententiam incurramus. Elabora igitur, inſta opportune, importune, ut Domus Dei tibi commiſſa purificetur; quatenus & a nobis de obedientia tua gratias merearis, & tui laboris præmium recepturus in Domini tui gaudium lætus introducaris. Data Romæ IV. Kalendas Aprilis, Indictione XIII.

LXXXV.

LXXXIV.

Ertz-Biſcheffs Norberti zu Magdeburg Diploma, vermöge deſſen er mit dem Stifft zu St. Marien in Magdeburg/einige Aenderung vorgenommen/ de An. 1129.

EGo Norbertus, Dei gratia Magdeburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Notum ſit omnibus, tam futuris, quam præſentibus, quod ego ſtatum Eccleſiæ Magdeburgenſis attendens, & ſublimare in religione cupiens & immunitate integrare & minus correcta reformare vel in melius mutare ſtudens in ipſa Civitate Eccleſ. B. Mariæ Genetrici Dei perpetuæ virgini dedicatam interius & exterius adeo attenuatam, ut & ſarta tecta ipſius eccleſiæ omnino fere eſſent annihilata, & duodecim Clericis in eo Deo deſervire conſtitutis non ſufficerent alimenta. Ex his enim quæ ad illam pertinebant eccleſiam plurima erant in militib9 diſtributa, quædam per negligentiam jacebant inculta, quædam in aliorũ uſus uſurpata, ita ut eccleſia fere irrecuperabiliter eſſet deſtituta. Nos itaq; paupertati eorum & frequenti eorum quærimoniæ condolentes & eccleſiam magis creſcere, qnam decreſcere cupientes, monendo, exhortando, ſuadendo hoc ab eis obtinuimus, ut de illa exeuntes eccleſia religioſis viris communi Vita ſub regula B. Auguſtini deſervientibus cederent & ſe proviſioni noſtræ, ſine omni conditione cederent. Ut autem ipſi clauſtrali ſicut prius diſciplina ſub Decano viverent, Eccleſiis aliis in civitate eos attitulavimus, quosdam in Eccleſia B. Nicolai collocavimus, quosdam de bonis ipſius Eccleſiæ ſuſtentavimus, fratres etiam noſtros eccleſiæ ſubſtitutos priſtinis eccleſiæ poſſeſſionibus & juſtitiis donavimus, & pro ampliore pace & quiete eos ad neminem, niſi ad nos & ſucceſſores noſtros reſpectum habere ſtatuimus. Ut igitur hæc in perpetuum inconvulſa permaneant banno Apoſtolorum P. & P. noſtro confirmamus. Conſervantibus pax & remiſſio peccatorum. Si vero aliqua conditionis alicujus perſona ſtudii noſtri laborem caſſare præſumſerit, temerario auſu Pauperes Chriſti diſturbare, ſit anathema maharamota usque in diem Domini Ego Cluderus ſubſcribo, Ego Wernerus ſubſcribo, Ego Sedagius ſubſcribo, Ego Anſelmus ſubſcribo, Ego Theodoricus ſubſcribo, Ego Sigeldo ſubſcribo, Ego Godeſcalcus ſubſcribo. Actum eſt ab incarnatione Domini 1129. Ind. 7. Kal. Nov. in ſuburbio civitatis Magdeburgenſis, in Abbatia S. Johannis Baptiſtæ.

LXXXV.

Pabſts Honorii II. Approbation der Aenderung/ ſo Ertz-Biſchoff Norbertus zu Magdeburg mit den Religioſen im Stifft zu St. Marien in Magdeburg vorgenommen/ de Anno 1130.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri, Norberto, Magdeburgenſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quæ a fratribus noſtris juſte & rationabiliter ſtatuta eſſe cognoſcimus animo lubenti, autoritate Apoſtolica confirmamus. Quemadmodum autem ex Scriptorum Tuorum, quæ ad nos direxit Tua fraternitas, inſpectione & nuntiorum Tuorum relatione percepimus, te Clericos, qui in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Magdeburgo minus religioſe vivebant, & ob hoc etiam bonæ ipſius Eccleſiæ fuerant imminuta, in locis aliis neceſſitatibus ſuis, tanquam pius pater providens poſuiſti & in eadem eccleſia B. Mariæ religioſos viros Canonicam vitam profeſſos ſtatuiſti, quod quia a prudentia Tua zelo Dei in religionis intuitu juſte factum eſſe dignoſcitur, ratum jubemus. Dat. Lateran. &c.

LXXXVI.

Tauſch-Brieff/ vermöge deſſen der Römiſche König Lotharius III. das Cloſter Alsleven an der Sale mit ſeinen Pertinentien **an Ertz-Biſchoff** Norbertum **zu Magdeburg/ dieſer aber jenem die Burg Schartfeld auf dem Hartz abgetretten/** de Anno 1130.

IN nomine S. & individuæ Trinitatis. Ego Lotharius tertius, Dei gratia Romanorum Rex. Quoniam divina clementia regni nobis commiſit gubernacula, Eccleſias Dei reſtaurare, exaltare, atque corroborare juſtum duximus. Quapropter notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus quod ob divinum amorem & charisſimæ conjugis Rikze, dilectique ac fidelis noſtri Venerabilis Magdeb. Archiepiſcopi, Norberti, petitionem eccleſiæ in honorem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Sanctorum Martyrum Mauritii ſociorumque ejus Magdeburg conſtructæ legitimo concambio commutavimus & tradidimus Abbatiam quandam Alsleve nuncupatam plurimum tam in interioribus quam in exterioribus dilapſam in ripa fluminis Sala nominati ſitam, cum omnibus ad eam pertinentibus quocunque modo, animatis & inanimatis, mobilibus ſeu immobilibus acquiſitis & acquirendis, quæſitis & inquirendis. E contra vero a præfato fideli noſtro Magdeb. Eccleſiæ Epiſcopo Norberto per manum Henrici, ejusdem urbis præfecti, in concambium, ad uſum regni ſuſcipimus caſtrum quoddam Schartfeld nominatum in montanis, quae Harz dicuntur, ſitum, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ut itaque hoc concambium & hæc noſtra traditio omni contradictione ſublata jugiter perſeveret inconvulſa, privilegium hoc inde conſcribi ac noſtræ imaginis impreſſione juſſimus corroborari. Hujus autem rei teſtes præſentes affuerunt hi ſubſcripti. Norbertus ſupra nominatus Archiepiſcopus, Udo, Cicenſis Epiſcopus, Anſelmus, Havelburgenſis Epiſcopus, Bernardus Hildeſemienſis Epiſcop. Obertus, Cremonenſis Epiſcopus, Cardinalis, Anſelmus, Cardinalis, Albero, Abbas de Nüenburg, Arnolphus, Abbas de Monte, Fridericus, majoris domus præpoſitus, Bodo, magiſter ſcholarium, Lambertus, Præpoſitus de Halla, Unigerus Presbyter, Anthonius] Presbyter: Ex Laicis, Heinricus, Præfectus præfatæ urbis, Fridericus, Palatinus Comes, Conradus, Marchio de Within, item Marchio Conradus de Plorzeca, Ludevicus, Comes Thuringiæ, Sifridus Comes, Florentius de Holland, Ludolphus de Weltingerode, Bernardus Vice-Dominus de Hildenſem, Wedechinus de Swalvenberg, Hademarus, Conradus.

(L.S.) Signum Domini Lotharii tertii, Dei gratia Romanorum Regis invictiſſimi Ego Tidmarus, ad vicem Adalberti Archi-Cancellarii recognovi.

Actum Goslariæ IX. Febr. Anno Incarn. Domin. MCXXX. Ind. VIII. anno vero Domini Lotharii ex quo regnare cœpit VI.

LXXXVII.

Pabſts Innocentii II. Ausſpruch/ gewiſſe Biſchofthümer/ ſo dem Ertz-Stifft Magdeburg um und an der Oder/ auch in Polen unterworffen/ betreffend/ de Anno 1133.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Norberto Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, ex quo Te in filium ſpecialem aſſumſit tuæ devotionis fervorem atque induſtriam in ſuis opportunitatibus certis indiciis comprobavit. Ceterum noviſſime diebus iſtis cum divinæ diſpoſitionis providentia nos licet indignos & minus idoneos ad Apoſtolatus adminiſtrationem placuit evocare id ipſum in perſona Tua magis ac magis enituit, Tuæque fidei & religionis conſtantia non tantum vicinis, ſed remotis etiam nationibus evidenter innotuit. Siquidem nec labor aliquis temporalis nec alicujus minæ ſeu blanditiæ efficere potuerunt, quin adverſus Petri Leonis tyrannidem murum inexpugnabilem Te opponens & ad ipſius regis & aliorum principum corda in B. Petri obedientiam inducendo efficaciter laborans. Dignum eſt, igitur, ut ſedes Apoſtolica, quæ de tam devoto filio plenis viſceribus gratulatur, tuis obſequiis atque laboribus debita benignitate reſpondeat, & Te ad ſuum ſervitium exequendum amplius obnoxium faciat. Proinde venerabilis frater, Norberte Archiepiſcope, querimoniam illam, quam adverſus Epiſcopos Poloniæ in noſtra præſentia depoſuiſti ſcripturæ & atramento duximus committendam. Afferebas equidem præfatæ regionis Epiſcopos ex antiqua inſtitutione Magdeburgenſi Eccleſiæ jure metropolico ſubjacere & ad confirmationem Tuæ partis auctoritatem Prædeceſſorum noſtrorum Joannis, Benedicti & Leonis beatæ memoriæ prætendebas. Quos nimirum Epiſcopatus, qui ultra Salam, Albiam & Oderam eſſe tunc temporis videbantur, ſeu qui ibidem in antea divina eſſent cooperante clementia diſponendi interventu Ottonis piiſſimi Auguſti ſuppoſuiſſe Magdeburgenſi eccleſiæ aſtruebas, quorum videlicet epiſcopatuum nomina hæc ſunt: Inter Albiam & Oderam Stetin & Lubus, ultra Oderam vero Pomezania, Potztuan, Gnezen, Cracow, Wratislavia, Cruciwiz, Maſania & Lodilacum, unde legitimis datis induciis earundem eccleſiarum Epiſcopos, ut Tibi de Tua querimonia reſponderent, tam per literas, quam per nuncios ſemel atque ſecundo ad noſtram præſentiam invitavimus, ipſi vero non venerunt, nec ad nos reſponſales aliquos transmiſerunt. Viſum eſt igitur nobis & fratribus noſtris, quod nec ipſi de contumacia ſua lucrari deberent, nec Magdeburg. Eccleſia diutius propria juſtitia privaretur. Ideoque, chariſſime frater Norberte, Archiepiſcope ex Apoſtolicæ ſedis benignitate atque juſtitia de prædictis epiſcopatibus & terminis, quos jam dicti prædeceſſores noſtri Anteceſſoribus Tuis conceſſiſſe & eccleſiæ Tuæ pertinere noſcuntur, te in poſſeſſionem

sionem misimus & investivimus, ut de cetero iidem episcopi fraternitati Tuæ obediant per scripta nostra præcepimus, nihilominus Tibi Tuisque successoribus & per vos Magdeburgensi ecclesiæ, quemadmodum prænominatos Episcopatus, sic etiam qui in posterum inibi, auxiliante Domino, fuerint ordinandi irretractabiliter posidendos jure perpetuo confirmamus. Tua igitur, frater dilectissime, interest, in amore & obedientia Sanctæ ecclesiæ Romanæ persistere, & pro his, quæ ad honorem & utilitatem ejus spectare cognoveris, attenta diligentia vigilare. Ut autem hoc, quod a nobis canonice institutum est, stabile maneat, apostolica censura sub divina judicii attestatione jubemus, ut nulla persona parva vel magna, aut quilibet successorum nostrorum hæc, quæ statuimus infringere præsumat, hujus privilegii violator cum Juda proditore æternis suppliciis deputandus damnetur. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Wilhelmus Prænestinensis Episcopus. Ego Joannes, Hostensis episcopus. Ego Conradus Sabinensis Episcopus. Ego Joannes tit. Sancti Chrysogoni Presbyter Cardinalis. Gerhardus Presbyter Cardinalis tit. Sanctæ Crucis. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina. Ego Lucas, Presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Joannis & Pauli. Ego Martinus Presbyter Cardinalis tit. Sancti Stephani in Cœlio monte. Ego Romanus, Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in porticu. Ego Gregorius, Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bachi. Ego Otto, Diaconus Cardinalis Sancti Georgii. Ego Guido, Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmæ & Damiani. Datum Laterani, per manum Almerici, Sanctæ Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis & Cancellarii II. Non. Jun. Indict. XI. Incarnat. Dominic. anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae II. Anno IV.

LXXXIIX.

Kayſers Conradi II. Confirmation **des zwiſchen Ertz-Biſchoff** Friderico **zu Magdeburg und** Hartvvico, **Grafen in Ditmarſen/** Canonico **am Ertz-Stifft Magdeburg getroffenen Vergleichs / Krafft deſſen der letztere dem erſten und deſſen Ertz-Stiffte ſeine Väterliche Erbſchafft/ doch mit Vorbehalt der Nutzung auf Lebens-Zeit/ und einer jährlichen** Penſion **abgetreten/** de Anno 1145. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-**Archivs Part. Special. Continuat. II. pag. 354.

LXXXIX.

Ertz-Biſchoffs Friderici **zu Magdeburg Vergleich mit dem Dom-Probſt zu Halberſtadt/ wegen etlicher Güter zu Gelverſtide/** de Anno 1147.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Ego Fridericus, Dei gratia Magdeburgensis Ecclesiae Archi-Episcopus, tam futuris, quam praesentibus in perpetuum. Cum jam olim ab Apostolo prænunciata tempora periculosa per multorum malorum incrementa in nos devenisse sentimus, ut nullam posteris nostris disceptandi occasionem relinquamus, tanto magis ad quæsita sive ad quærenda Ecclesiarum bona & possesiones privilegiis confirmare festinamus, quo malitiam & nequitiam filiorum excedere mensuram Patrum suorum pervidemus. Notum itaque fieri volumus cunctis tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus, quod venerabilis Norbertus, Prædecessor noster, Magdeburgensis Ecclesiæ Archi- Episcopus, præsentibus Ecclesiae nostrae Clericis & Laicis comparavit X. mansos, sitos Gelverstide XXX. marcis a Friderico Nobili de Snetlinge consentiente ac laudante Theodulfo de Luppene, legitimo heredi suo, cui scilicet Theodulfo idem Fridericus dedit II. mansos sitos Burnettere, ea videlicet conditione, ut eandem venditionem laudaret & confirmaret. Quæ etiam venditio ut rata & inconvulsa in perpetuum permaneat in placito populi Aschersleve a Comite Adalberto de Aschersleve jure legitimo confirmata est. Præfato vero Friderico defuncto, Martinus, Halverstadensis Ecclesiæ quondam Præpositus, sed ejusdem Ecclesiæ Canonicis insolentiam ejus accusantibus a Romano Pontifice depositus, eandem venditionem legitime factam, quasi consanguinitatis occasione infringere optavit. Nos itaque Ecclesiæ nostræ paci providentes fidelium nostrorum consilio, eundem Martinum Aschersleve cum Marchione Adelberto ac cæteris fidelibus nostris quamplurimis convenimus, & ambitiones ejus machinationes iujustas esse legitimis assertionibus ostendimus. Ac sic ipso Martino consentiente & laudante, & omnibus prorsus objectionibus, quas prius adversus eadem bona habere visus est, postpositis, Benigne etiam consentiente ac laudante Marchione Adalberto, qui mundiburdus ejus erat, assentientibusque filiis ejus Hermanno, Adalberto, Theodorico, qui præsentes erant, omnibusque, qui defueruut, quoquo modo pertinere videbantur, in communi placito populi eadem venditio denuo ab eodem Comite Adalberto justo ac legali ordine firmata est. Ut autem de cætero nulla de his controversia oriatur, & fratres de gratia Dei eadem bona a præfato Norberto Archiepiscopo juste sibi collata deinceps in perpetuum quiete & sine omni molestatione possideant, hanc cartam conscribi fecimus & sigilli nostri impressione roboravimus. Si quis autem hujus confirmationis & nostri scripti transgressor extiterit, & eosdem fratres inquietare, vel bona eorum alienare tentaverit, omnipotentis Dei & Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis & Mauritii Victoris indignationem incurret, & excommunicationi subjaceat. Hujus rei testes sunt Schultetus. Rudolphus de Snetlingen &c. Data VI. Idus Aug. An. Dominicæ Incarnationis MCXLVII. Indict. X. anno autem Pontificatus Domini Friderici, Magdeburgensis Archiepiscopi VII. Actum Aschersleve in Dei nomine feliciter Amen.

XC.

Pabſts Innocentii III. Breve **an Ertz-Biſchoff** Ludolphum **zu Magdeburg/ daß er König** Richardo I. **in Engelland/ wegen ſeines Arreſts und** Ranzion **in Teutſchland zur** Satisfaction **verhelffen möchte/** de Anno 1198.

IN eo sumus officio, disponente Domino, constituti, ut singulorum & omnium saluti consulere debeamus, & universis petentibus, tam majoribus, quam minoribus, in executione justitiæ providere.

Sane quam potenter & magnifice carissimus in Christo filius noster Richardus illustris Rex Angliæ se ad obsequium Domini in partibus transmarinis habuerit, ita ut nec rebus suis pepercerit, nec personæ, sed seipsum multis & variis discriminibus pro exaltatione Christiani nominis exposuerit, quamque graves & enormes injurias & jacturas ab H. quondam Imperatore pertulerit inde revertens, per totum fere orbem fama notissima divulgavit. Quæ res tanto profundius Romanam tangit Ecclesiam, quanto injuriæ & gravamina Regi eidem illata, in ejus ignominiam & injuriam noscuntur gravius redundare.

Quia igitur tam gravem Domino & Apostolicæ sedi, nec non & ipsi Regi injuriam irrogatam salva conscientia dissimulare non possumus nec debemus, fraternitati Tuæ per Apostolica scripta mandamus & districte præcipimus, quatenus nobilem virum, Ducem Sveviæ, ad cujus manus thesaurus præfati Imperatoris pervenit, & patrimonium ejus, vel jure successionis, vel saltem tutelæ nomine noscitur devenisse, diligenter admoneas & quam efficacius poteris procures inducere ut eidem Regi de ablata pecunia satisfaciat competenter; alioquin noverit quod nos tantam injuriam non poterimus sub dissimulatione transire, quin in eum & terram ejus nostri officii debitum, sicut justum fuerit, exequamur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum 2. Kalend. Junii.

XCI.

Käyſers Ottonis IV. Privilegium **dem Ertz-Biſchoff** Alberto **zu Magdeburg ertheilet/ worinn ihm die Einkünffte derer unter ſeiner** Archi-Diœceſi **verſtorbenen Biſchöffe/ nebſt andern Freyheiten zugeſtanden worden/** de Anno 1209. **iſt in des Teutſchen** Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. **unter dem Hertzogthum Magdeburg/** pag. 355. **vorhanden.**

XCII.

Käyſers Friderici II. Privilegium **dem Ertz-Biſchoffe** Adalberto **zu Magdeburg ertheilet/ worinn ihm die Einkünffte derer unter ſeiner** Diœceſi **verſtorbenen** Prælaten **einzuziehen erläutert worden/** de Anno 1216. **ſtehet** loco antea citato, p. 356.

XCIII.

Ertz-Biſchoffs Rudolphi **zu Magdeburg** Diploma, **den Antheil ſeines Ertz-Stiffts an der Burg Ramenenburg betreffend/** de Anno 1259.

ROdolphus, Dei gratia Sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus præsentes literas inspecturis salutem in Domino. Cum labilis hominum sit memoria, ne ea, quæ rite aguntur, a nobis tollat oblivio, placuit ipsa scripturæ testimonio commendari.

dari. Recognoſcimus itaque & tenore præſentium proteſtamur, quod nos ſuper ea parte Caſtri in Rammenenborch, quam olim bonæ memoriæ Dominus Albertus prædeceſſor noſter emit a nobili Viro Domino A. de Arneſten, quam nobilis Vir, filius ſuus Dominus W. de Arneſten nunquam fuiſſe datam ſecundum morem terræ coram Comite de Anhalt affirmabat, cum quo, ut omne dubium amputaremus, concordavimus iſto modo, quod partem caſtri cum ſuis attinentiis ſupradictam dedit nobis & Eccleſiæ noſtræ in jus & proprietatem perpetuam, heredum ſuorum accedente conſenſu. Nos vero Curiam, quam pater ſuus habuerat, & aliam Curiam, quam Fratres S. & Ch. cognomine Wucken de manu noſtra tenuerant, conceſſimus jam dicto Domino W. in feudum caſtrenſe, quod vulgariter Borchlen vocatur, ita quod de utraque curia nunc Caſtrenſis ſit ibid. & Caſtrum liberum maneat nobis & Succeſſoribus noſtris, ut, cum neceſſe fuerit, homines noſtros pro defenſione Eccleſiæ noſtræ ibidem mittere & tenere poſſimus, ſicut in aliis caſtris nobis vacantibus, ipſe etiam cum neceſſe habuerit contra hoſtes ſuos ſe poterit defenſare. Teſtes hujus ſunt Wernerus de Kerbere. Vice-Dominus C. de Sterenberg Cellarius. A. de Arneſten Archi-Diaconus. H. de Grunenberc Præpoſitus St. Nicolai Canon. Magdeburg. Everhardus Plebanus de Glinde, Capellanus noſter, Arnoldus Can. Sanct. Nicolai Lanci, G. de Gruneberc, G. Wederde & G. Filius ſuus, R. de Cornvviſt, R. de Vriſach, Otto Glucer, Johannes de Hardesdorp, Otto de Hendorp, Henricus Ber, milites & alii plures, & ne hæc cuiquam futuris temporibus veniant in dubium præſentes literas conſcribi & noſtro & illuſtris Principis Domini Ottonis Marchionis Brandenburgici & Domini Wolteri de Arneſten Sigillis fecimus roborari. Data ſunt hæc Strucebere in Domo Fratrum prædicatorum, Anno Domini MCCLIX. V. Idus Decembr. Pontif. noſtri Anno ſeptimo.

XCIV.

Graf Burchardi zu Mannsfeld Brieff/ worinn er bekennet/ daß er einige ſeiner Güter zu Walderode dem Ertz-Stifft Magdeburg geſchencket/ und ſie ſodann von ſelbigem wieder zu Lehen empfangen/ de Anno 1298.

IN Nomine Domini, Amen. Burchardus, Dei gratia Comes de Mansfeld, omnibus præſentes literas audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Recognoſcimus tenore præſentium proteſtantes, quod proprietatem de tertio dimidio manſo ac de tribus jugeribꝰ, ſitis in Campis Villæ Vulderode, ad quos in eadem Villa dinoſcuntur quatuor Curiæ pertinere, quam quidem proprietatem cum pecunia noſtra comparavimus a militibus ſtrenuis J. Warnō videlicet & Hennigo de Monte, donavimus & tenore præſentium donamus, tradidimus & tradimus Eccleſiæ Magdeburgenſi perpetuo poſſidendam, omne jus, quod in hujusmodi proprietate habuimus in ipſam Eccleſiam totaliter transferentes, ita quod manſos, jugera atque curias prædictas, de quibus nobis & hæredibus noſtris, a Reverendo Domino noſtro, Burchardo, Archiepiſcopo Magdeburgenſi nomine Eccleſiæ jam facta eſt collatio feudalis, nos cum Hæredibus noſtris ab Eccleſia Magdeburgenſi debemꝰ feudaliter poſſidere Renunciantes omnibus exceptionibus, quæ nobis aut hæredibus noſtris contra dictam proprietatis donationem competere poſſent aliqualiter in futurum. In cujus rei teſtimonium ſigillo noſtro præſentes literæ muniuntur. Actum Anno Domini MCCXCVIII. Vet. Idus Januarii.

XCV.

Land-Graffs Theodorici Junioris in Oſt-Thüringen und Marggrafen zu Lauſitz Brieff/ vermöge deſſen er das Marggrafftum Lauſitz an das Ertz-Stifft Magdeburg verkaufft/ de Anno 1301. befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Marggrafthümern Ober- und Nieder-Lauſitz pag. 4.

XCVI.

Marggraff Woldemars zu Brandenburg Diploma, worinn er dem Ertz-Stifft Magdeburg den Ort Bredenborg geſchencket/ de Anno 1306.

NOverint univerſi, ad quorum audientiam pervenerit præſens ſcriptum; Quod nos Woldemarus Dei gratia Brandenburg. & Luſatiæ Marchio dedimus venerabili in Chriſto Patri & Domino noſtro, Domino Borchardo, Sanctæ Magdeburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ejusque ſucceſſoribus nec non Eccleſiæ ipſi proprietatem Comitiæ Vredebrog cum univerſis

verſis honoribus & juribus, ſicut eandem dinoſcuntur poſſediſſe, renunciantes eidem ſolempniter quoad Nos, Heredes noſtros, nec non quoad quoslibet noſtri Dominii ſucceſſores, omniq; Juri, quod nobis, aut noſtris ſucceſſoribꝰ poſſet competere ad eum ex cauſa licet quacunque. Mittentes quoque prædictum Patrem & Dominum noſtrum, Dominum Borchardum ſuo, Succeſſoresque ejus & Eccleſiæ ſuæ prædictæ nomine, in quaſi poſſeſſionem proprietatis, Honorum & Jurium Cometiæ prædictæ, miſſione ſolempni conſveta & debita, literas per præſentes. Et ne prædictæ noſtræ donationis contractus rite per nos habitus, poſſit in quoquam ſubverti, præſentem literam inde confici fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari, Teſtes quoque hujus rei ſunt: Reverendus in Chriſto Pater, Domiuus Johannes, Brandenburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Nobiles Viri Guntherus de Kenerenberg & Henricus de Luchwe Comites Bartholdus Schencke, Dronſeko, Hermannus de Wederden, dictus Peper, Borchardus de Berthensleve, Heinricus de Crakovve, Heinricus de Rochovv, Arnoldus Sack, Gherhardus de Kerkovve, noſtri milites, Slotego Segerus, Præpoſitus in Stendal, Everhardus Præpoſitus in Stolpa & Hermannus de Luchovve, noſtræ Curiæ Capellanus, cum aliis pluribus fide dignis. Actum & Datum Tangermund in noſtra & prædictorum fidelium noſtrorum præſentia. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, decimo die beati Severini Confeſſoris.

XCVII.

Einung und Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Burchardo zu Magdeburg an einem / und der Stadt Magdeburg andern Theils/ worinn etliche bißher obhanden geweſene Differentien entſchieden worden/ de Anno 1309. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 357. vorhanden.

XCIIX.

Käyſers Caroli IV. Conſtitution der Kirchen-Freyheit derer Ertz-Stiffter Magdeburg und Bremen betreffend/ de Anno 1359.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Etſi imperialis clementia quorumlibet devotorum fidelium, quos Sacrum Romanum ambit imperium, ex officii debito teneatur neceſſitatibus & in juſtis operationibus conſulere & de oportunis remediis providere; ad illos tamen permaxime dirigitur noſtræ mentis affectio, quos indebite pati cognoſcimus, quorumcunque oppreſſionibus, ſtatus eccleſiaſticæ libertatis, quem ſemper noſtris temporibus augeri volumus, non nihilum minuitur, & minus debito pergravatur. Sane ad Imperialis majeſtatis audientiam pro parte honorabilium prælatorum Canonicorum & prælatorum Clericorum inferioris Saxoniæ, Magdeburgenſis, Bremenſis, & vicinorum locorum ac provinciarum, inſinuatione quæruloſa ſpecialiter eſt deductum, quod ſeculares quidam in Poteſtatibus & officiis publicis conſtituti, videlicet Duces, Comites, Barones & alii Domini temporales, nec non Conſules Civitatum, oppidorum, villarum & locorum rectores, dictarum Magdeburgenſis & Bremenſis provinciarum, timore poſtpoſito ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra perſonas Eccleſiaſticas, eccleſiarum & locorum religioſorum libertates & privilegia condiderunt, eisdemque publice & de facto inſiſtere præſumſerunt contra legitimas civiles & canonicas ſanctiones, ut puta quod nulla bona temporalia in poteſtate eccleſiaſtica transferantur: Nec non Clerici in ſacris conſtituti ad agendum, ſeu teſtificandum in civilibus & maxime in piis cauſis aliquatenus admittantur. Quodque excommunicati laici & publice denunciati in civili foro minime repellantur. Item prædicti Domini temporales, conſules & rectores per ſecularem poteſtatem res & bona clericorum occupant & arreſtant. Oblationes fidelium diminuunt & reſtringunt. Exactiones & tallias indebitas de bonis & reditibus eccleſiarum exigunt & extorquent. Poſſeſſiones eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtant incendiis & rapinis. Contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatis villarum & locorum recuſant inſcribere ac ſigillare. Donata & legata ad fabricas & eccleſiarum ſtructuras contra voluntatem prælatorum & aliorum, quorum intereſt, uſurpare præſumunt contra juſtitiam, in fraudem & odium clericorum. De bonis etiam & in rebus clericorum, quas non cauſa negotiationis, ſed pro uſibus propriis per terras ducunt ſeu duci faciunt, theloneum exigere & recipere non verentur. Et confugientes ad eccleſias & cemiteria inde extrahere, contra ſanctiones im-

periales præſumunt. Quæ omnia & quælibet obinde ſecuta, cum per ſacras Civiles & Canonicas ſanctiones expreſſe reprobata ſint, & in fraudem eccleſiaſticæ libertatis de facto præſumta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum fideliumque noſtrorum conſilio, ex certa ſcientia & imperiali autoritate caſſamus, irritamus, annullamus, caſſaque & irrita & nullius eſſe momenti penitus dicimus & expreſſe pronunciamus. Præcipientes ſub indignatione imperialis banni univerſis & ſingulis dictarum Magdeburgenſis & Bremenſis provinciarum & locorum vicinorum Dominis temporalibus, conſulibus & poteſtatibus & in officiis publicis conſtitutis, quatinus mox viſis, aut intellectis præſentibus, dicta ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita ſunt, omnino revocent & de luce tollant: quodque ſecundum ea non judicent amplius, nec ſententias dictent, aut eisdem in Judicio vel extra judicium quomodolibet per ſe & contra eccleſiaſticam libertatem potiantur.

Item pronunciamus & declaramus Imperiali autoritate, quod quicunque laicus cujuscunque ſtatus, vel conditionis extiterit, auſu ſacrilego & propriæ temeritatis audacia, ſacerdotem, vel clericum ſecularem, vel religioſum diffidaverit, proſcripſerit, captivaverit, ſpoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit ac hujusmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaverit, vel favorem in his præſtiterit præter pœnas a ſacris Imperialibus & canonicis ſanctionibus eis inflictas, ſunt ipſo facto infames, & omni honore privati, nec ad placita vel conſilia nobilium aliquatenus admittendi. Volumus etiam, hortamur & requirimus Epiſcopos & prælatos Canonicos, ut hanc noſtram legem & conſtitutionem in Synodis & eccleſiis publicari procurent, ne in præmiſſis excidentes per ſimulatam ignorantiam ſuas malitias valeant excuſare. Nulli ergo omnino hominum liceat noſtræ caſſationis, irritationis, annullationis, nec non pronunciationis & declarationis paginam quovis auſu temerario infringere, aut eis quomodolibet contraire, ſub pœna quinquaginta marcarum puri auri, quas ab eo, qui contrafecerit totiens, quotiens contra factum fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & earum medietatem noſtri imperialis ærarii, ſive fiſci, reſiduam vero partem injuriam paſſorum uſibus applicari.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli IV. Romani Imperatoris invictiſſimi & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis.

Teſtes hujus rei ſunt venerabilis Arneſtus, Pragenſis Archiepiſcopus Johannes, Olmmucenſis, Johannes Luchomiſlenſ. ſacræ imperialis aulæ Cancellarius, & Theodoricus Mindenſis eccleſiarum Epiſcopi. Illuſtres Rodolphus, Saxoniæ, Balbo, Opulienſis, Primislaus, Theſinenſis, Duces & Principes ſpectabiles, Burchardo, Burggravius Magdeburgenſis, magiſter noſtræ Curiæ, Henricus de Montfort. Comites & nobiles, Sblinco de Haſenburg, Jeſco de Wilharceitz, & alii quam plures, noſtri Principes nobiles & fideles, præſentium ſub bulla aurea typario noſtro impreſſa teſtimonio literarum. Datum Pragæ anno Dom. MCCCLIX. Indictione XII. III. Idus Octobris, Regnorum noſtrorum anno XIV. Imperii vero V.

Ego Johannes, Dei gratia Olommucenſis Epiſcopus, ſacræ imperialis aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Chriſto patris Domini Hludovici, Moguntini Archiepiſcopi, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarii recognovi.

XCIX.

Käyſers Caroli VI. Mandatum an die Stadt Magdeburg / daß ſie ihren neu-ankommenden Ertz-Biſchoff Theodoricum mit geziemender Ehrerbietung auf- und annehmen ſollen/ de Anno 1361.

KArolus IV. Divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Bohemiæ Rex, Magiſtro Conſulum, Conſulibus & univerſitati Civitatis Magdeburgenſis, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam & omne bonum. Cum ſedes Apoſtolica venerabili Theodorico, pridem Mindenſi Epiſcopo, Principi & conſiliario noſtro dilecto, de Eccleſia Magdeburgenſi providerit, & Archiepiſcopali pallio per ſedem eandem ſibi transmiſſo in præſentia noſtra nuper cum omni reverentia digne recepto, etiam regalia Eccleſiæ ſuæ prædictæ a nobis, tanquam a Romano Imperatore ac Domino ſuo, ſuſcepit, ut decebat: nos eundem Archiepiſcopum, habito reſpectu ad multiplicia merita probitatis ipſius, una cum Eccleſia ſua caſtris, civitatibus, munitionibus, & Dominiis in noſtram & Imperii ſacri protectionem & tuitionem aſſumſimus gratioſe, volentes ipſum & eandem Eccleſiam ſuam in juribus, privilegiis & libertatibus & gratiis obtentis ab Imperatore benigno favore potegere, & Imperialis tuitionis præſidio conſervare, ſicut hæc omnia nuncii ſive procuratores præfati Archiepiſcopi, quos idem ad vos pridem promiſiſſe di noſcitur, ad veſtram, ut credimus, notitiam plenius perduxerunt. Quia vero dictus Archiepiſcopus ſedem ſuam, vosque ac loca ſingula ſibique & Eccleſiæ ſuæ ſubjecta jam viſitare, accedere & videre decreverit propria in perſona, fidelitatem veſtram ſerioſe requirimus, & hortamur, vobis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ipſum, tanquam ordinarium & verum Dominum veſtrum cum reverentia condigna recipere, ſibique fidelitatis & homagii juramenta præſtare, obedire fideliter & parere, & in omnibus ad ipſum & Eccleſiam ſuam ſpectantibus debito ſubjectionis reſpectu efficaciter intendere debeatis, nullam in his ſub pœna graviſſimæ indignationis noſtræ renitentiam facientes, præſentium ſub imperialis Majeſtatis noſtræ ſigilli teſtimonio literarum. Datum Nurenbergæ, anno MCCCLXI. Indictione XIII. die XX. menſis Octobris, regnorum noſtrorum anno ſexto decimo, Imperii vero ſeptimo.

C.

Graf Burchardi zu Manßfeld Revers/ daß er das Hauß und Gerichte zu Gedersleven an Ertz-Biſchoff Burcharden zu Magdeburg vor eben die Summa/ wie er es gekaufft/ innerhalb 4. Jahren überlaſſen wolle/ de Anno 1362.

WE Borchard/ Greve von Manßfeld/ bekennen und betügen in dieſem gegenwirdigen Breve/ dat we geloven hebben/ und loven mit uſene Schwager/ Greven Otten von Falckenſtein/ vor Uns und uſe Erven. Dat we dat Huß und Gerichte to Gedersleven mit de Dorpen/ und mit ſo daneme Rechte/ alſe we es gekofft hebben/ weder laten willen und verkopen ſoolen unſeme Herrn Ertz-Biſchop Borchard von Magdeburg oder ſyneme Nachkommlinge von ſente Johanns-Dage de nu kemet vort over vier Jahr vor Joffteyn hundert Marck ſtend als adie Fribergs Silvers/ oder binnen dieſer tyt/ wanne ſee etweder kopen wollen. Op eine Orkunde und Betug hinge dieſer Dinge. So heb we Greve Otto von Valckenſtein und Greve Buße dieſe Breve gegeven uſene Herrn von Magdeburg under unſen Ingeſiegeln. Dat iſt geſcheen zu Magdeburg von Goderbort Duſend und druhundert Jahr in dem twyndechſten Jahr in der Midewocken vor ſend Vites Dage.

CI.

Käyſers Caroli IV. auffgerichteter Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Petro zu Magdeburg/ und dem Rath und Bürgerſchafft der Stadt Magdeburg/ unterſchiedener Irrungen halber/ de Anno 1377. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 360.

CII.

Ejusdem Sanctio Pragmatica, das Ertz-Stifft Magdeburg betreffend/ de Anno 1377. iſt loco antea citato, p. 361. befindlich.

CIII.

Orkittung/ worinn ſich Hans von Gronendorff aller ſeiner Anſprüche an Ertz-Biſchoff Albrechten zu Magdeburg/ und ſonderlich wegen des Wein-Zolls zu Lauchſtedt begeben/ de Anno 1390.

GEh Hans von Gronendorff/ bekenne offentlichen in diſſen Briffe/ daß ich mich genzlich begeben habe und verzeiche mit Krafft diſſes Briffes aller Anſprache und an - - die ich oder myne Erben haben oder in zukunfftigen Getzigen haben möchte widder den Erwürdigen in Gott Vater und Herrn Herrn Albrechts Ertz-Biſchoffs und ſeines Dom-Stiffts zu Magdeburg und ſonderlichen umb die Ausſprache der ich op dem Wyn-Zolle zu Lauchſtädt hatte und habe. Das zu Orkandt myn Ingeſigel in diſſen Briff laßen hengen. Dies geſchen iſt nach Gots Gebort Dreyntzehundert Jahr in dem Neinzigiſten Jare an der Mittewochin in den Phingiſten.

CIV.

Käyſers Sigismundi Declaration gegen Ertz-Biſchoff Guntherum zu Magdeburg/ daß die Befreyung derer Städte Magdeburg und Halle vor auswärtigen Gerichten/ denen Gerechtſamen ſeines Ertz-Stiffts zu keinem Nachtheile gereichen ſollen/ de Anno 1424. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Magdeburg/ pag. 362.

CV. Do-

CV.

Derer Grafen von Mannsfeld Recognitions-Schein/ daß ſie Seeburg/ Schrapelau und Rommelburg vom Ertz-Stifft Magdeburg zur Lehen empfangen/ de Anno 1440.

WIr Vulrad/Günther und Gebhard/Gevettern/Graven und Herrn zu Manßfeld/ bekennen in duſen uffen Brieve/vor yder mennlichen/ unde thuen kund alle die anſehen a die hören leſen/ daß wir Seburg mit Schraplau und Rommelburg mit eren Zubehorungen von dem Ehrwerdigeſten in God Vater und Herrn/ Hern Günthern Ertz-Biſchoff zu Magdburg uſerm gnedigen liben Herrn/ und ſynen Capiteln vor Uns/ unſe Erben zu Lehne entpfangen haben/ unde wollen den genannten gnedigen Herrn und ſynne Capittele getreuwe und gewarſien/ſo eyn Man von Rechte ſynen Herrn ſyn ſoll/ unde der gute unſe gnedige Here/ und ſin Capittel ſullen widderumb uns und unſe erben getreulich ſchützen/ ſchirmen/ vortedingen/und ſich gerne Uns holden/ ſo Heren gen Ore Mane von rechte und bilche thun ſollen/ und des unſe Hern und Rechte gewere ſin/wann unde wur uns des noid iſt/ ane alle Geverde und Argeliſt. Des zu waren Bekenntniße haben wir Grave Vullrad unſe Siegel wißentlich vor Uns unde unſe Erben laßen hengen an duſen Brieff/ des Wir Günther und Gebhard Graven und Hern zu Manßfeld vor Uns und unſe Erven mitte bruchen. Der geben iſt nach Gottes Gebord virzehn hundert Jahr/ darnach in dem virtzigeſten Jahre am Suntage vor Dionyſii.

CVI.

Eorunden Recognitions-Schein/ daß ſie die Lehen über die Burg Wipphra vom Ertz-Stifft Magdeburg empfangen/ de Anno 1440.

WIr Vulrad/ Gunther unde Gebhard/ Graven und Hern zu Manßfeld/Bothe/ Grave zu Stollberg und Here zu Wernigerode/ bekennen in deſem uffenen Briefe vor jedermenlichen/und thun kund allen/die om ſeen oder horen leſen/ daß wir Wipphra die Burg mit Ihr Zugehörunge von dem Ehrwerdigeſten in God Vater und Hern/ Hern Günther/ Ertz-Biſchoffe zu Magdeburg/unſem gnedigen lieben Herrn und ſyme Capittele vor uns unde unſe Erben zu Lehene entpfangen haben/ und wullen deme genannt unſem gnädigen Hern und ſyme Capittele getrewe und gewere ſyen/ ſo eyn Mann von Rechte ſynem Hern ſien ſol/ unde der genannt unſe gnedige Here und ſyn Capittel ſullen wedderumme uns unde unſe Erben/getreulich ſchützen/ ſchirmen/ vertheidingen/ unde ſich gein Uns halden/ſo Hern gein Ihre Man von Recht und bilche thun ſullen/ unde des unſe Hern und Rechte gewere ſien/ wann und wor uns des wit iſt/ ane alle Geverde und Argeliſt; daß zu warem Bekenntniße haben wir Graff Vulrad und Grave Günther/ unſe Ingeſiegele/ der Grave Giebehard unſer Vetter mit uns gebrucht/unde Wir Grave Bathe auch unſe Ingeſegel vor Uns unde unſe Erben an deſen Brief wißentlich hengen laſſen. Gegeben nach Chriſti unſes Hern Geburth Vierzenhundert Jar/darnach in dem Virtzigeſten Jahre/ipſa die Jheronimi Confeſſoris.

CVII.

Des Päbſtlichen Legaten in Teutſchland Mandatum an Ertz-Biſchoff Fridericum zu Magdeburg und die Cleriſey ſeines Ertz-Stiffts/ daß die Clöſter und Cleriſey in ſelbigem binnen Jahres-Friſt reformiret werden ſollen/ de Anno 1451.

Chur-Fürſt Friedrich Wilhelms zu Brandenburg Bericht / wegen derer Primariarum precum **an die Regierung und das Dom-Capitul zu Magdeburg/** de Anno 1682. **ſtehet in des Teutſchen Reichs-**Archivs Part. Special. Continuat. II. **unter Chur-Brandenburg/** pag. 175.

Adden-

Addenda ad pag. 4. ſub Num. V.

Kayſers Ottonis I. Diploma, vermöge deſſen er der Kirchen zu Magdeburg innenbenannte vom Stifft Halberſtadt erhaltene Güter geſchencket/ de Anno 940.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles Dei noſtrique tam præſentes quam futuri, qualiter nos ob amorem Dei, animæque noſtræ, omniumque debitorum noſtrorum remedium ad S. Petrum apoſtolorum principem, & ad S. Mauricium atque ad S. Innocentium, ad nutrimen monachorum in loco Magdeburg dicto, Deoque illic ſervientium, quem & ipſum locum Romano ſubjecimus mundiburdio, in proprium dantes, quod a Bernhardo Halberſtadenſi Epiſcopo pro prædio, quod nos ejus Eccleſiæ in Winedehuſionomarco, dantes cum Advocati ejus traditione accepimus, hoc eſt, in pago Northuringia, in Comitatu Ditmari, quicquam in Magdaburgara marco ad S. Stephanum in Halberſtadenſi eccleſia in territoriis & mancipiis, omnique re, & decimam de hominibus Magdeburgenſis Eccleſiæ, & Erps cujusdam nobilis viri in locis ſic nominatis, Magdeburg, Vroſa, Mantesleba, Natarites-dorp, Dudolon, item Dudulon, Nartesdorp; Nuwenwadinge, Oſtervvadinge, Sudolf, Otaresleba, Apendorp, Ruordhardesdorp, inſuper & plebani eccleſiam in Magdeburg, Buchum, Predulize, Fridumaresleba, Trumſice; Wutirisdesdorp, Bobelſtorp. Quæ omnia hoc ſcripto ad præfatam Magdeburgenſem Eccleſiam in proprium firmavimus, & ad certificationem manu propria confirmavimus, corroboravimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum Domini Ottonis invictiſſimi Regis. Poppo, ad vicem Friderici, recognovi: Datæ IX. Kal. Maji, anno Dominicæ incarnationis DCCCCXL. Indictione XIV. Anno Ottonis V. Actum in Magdeburg.

Addenda ad pag. 5. ſub Num. XIII.

Kayſers Ottonis I. Fundations- und Dotations-Brief des hernach an die Kirche zu Magdeburg gekommenen Kloſters Pölde/ de Anno 952.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnium fidelium tam præſentium quam futurorum piæ devotioni pateat, quod nos ob amorem regni æterni noſtrique imperii ſtabilitate, nec non ſanitate noſtra, ac dilectæ conjugis noſtræ, & dilectiſſimæ ſobolis, atque pro remedio animarum parentum noſtrorum, in quodam loco noſtro, Palithi nominato, Abbatiam Monachorum in honorem S. Johannis Baptiſtæ ſanctique Confeſſoris Servatii conſtructam, conſenſu ac voluntate venerabilis Hattonis, Maguntinenſis Eccleſiæ videlicet Archiepiſcopi, fieri conceſſimus, ac noſtra regia vel imperiali munificentia ſtabilire decrevimus. Ad hujus ergo Abbatiæ præfatæ augmentum, & perpetuæ ſoliditatis firmitatem, tertiam partem curiæ noſtræ Palithi, cum omnibus ad hanc rite pertinentibus, eidem eccleſiæ in perpetuum perdurandum donamus; hoc eſt, areis, terris cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, piſcationibus, venationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, & etiam mancipiis utriusque ſexus, cunctisque ailis rebus, quæ ad hæc aliquatenus dici, vel accommodari poſſunt, ad eandem Abbatiam, & ad ſuſtentationem monachorum in eadem Deo famulantium, noſtra regia, vel imperiali majeſtate integra ac perpetualiter tradimus. Ad hæc vero ſupradicta eandem ſupra dictam Eccleſiam per diverſa loca augmentare, & honorifice ditare devotiſſime curavimus, atque ab omni vexatione, ſeu oppreſſione liberam permanere decernimus; unde etiam Eccleſias & nova, ad eandem prædictam curiam rite pertinentes, cum prædiis & novalibus eidem Eccleſiæ aſſignavimus. Placuit vero nihilominus ſcripto noſtro confirmare prædia vel reditus prædictæ Eccleſiæ, ſive per nos ſeu per alios quoque fideles collatos, in his ſcilicet locis. Schartfelde, Alvingenpunrod, Runigerod, Monickerod, Abbaterot, Rudeſrot, Tuſerot, Ammekerod, Watterod, Erringen, cum omnibus ad hæc rite pertinentibus, ſilvis, paſcuis, agris, piſcationibus, ſive aliis quibusque commoditatibus, tertiam partem villæ Bereveld, tertiam partem villæ Hattorf, tertiam partem **Bilſhuſen**/ in Herſte Eccleſiam, & ſeptem manſus in Lengede, ſex manſus in Popſum, ſex manſus in Grone, capellam regalem, & quinque manſus in Gottingen, Eccleſiam & telonium & unum manſum in **Seborch**/ unum manſum in Weſtpalia, in Brakele & Thunede, decem manſus in **Drutmunde**/ duas curias in Culuſin, unum manſum & quatuor Vineas ad ſacrificium altaris, in Friſia, in Wicfort, in Unerverde, in Colmerhorn, viginti quatuor talenta, in Franckenhuſen unum manſum

ſum & duas patellas. Hæc omnia vel per nos, vel per alios quosque fideles Palidenſi Eccleſiæ tradita, ad ſtipendium fratrum regia vel imperiali munificentia corroboramus. Decimas ſane per parochiam Palidenſis Eccleſiæ, & per quædam nova alia ejusdem Eccleſiæ a monachis novellata, a venerabili Hattone Moguntinenſi Archiepiſcopo noſtra admonitione & utili Moguntinenſis Eccleſiæ recompenſatione eidem prænominatæ Eccleſiæ irretractabiliter conceſſa, nihilominus ſancimus. Statuimus autem, ut nullus comes, nullus miles, nullus judex, nulla prorſus perſona, in præfata Eccleſia ſive in ejus bonis exinde habeat poteſtatem exercendi quid velit, vel ejus bona quoquo modo injuſte invadere, minuere, vel alienare, ſed omnia integra conſiſtant, & ad eorum uſus, quorum ſuſtentationi tradita ſunt, perpetualiter permaneant. Quod ſi quis arte aliqua ſive dolo, ſive violentia quoque bona prænominatæ Eccleſiæ minuere præſumſerit, anathema ſit, & a regno Dei & conſortio ſanctæ Eccleſiæ nunc & ſemper ſegregatus; & ſit portio ejus cum Satana & Angelis ejus, usque in æternum. Fiat! Fiat! Ut autem hæc noſtræ auctoritatis traditio a cunctis fidelibus omni tempore ſtabilis, firma & inconvulſa permaneat, hoc præceptum inde conſcriptum, ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus. Signum Domini Ottonis invictiſſimi Imperat. Aug. Datum XVI. Kal. Maji, Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLII. Anno regni Ottonis Magni XIX. Actum Palithi feliciter, Amen!

Addenda ad pag. 6. ſub Num. XVII.

Kayſers Ottonis I. Diploma, worinn er der Kirche zu Magdeburg innen benennte Stücke in- und um die Stadt Davendria gegeben/ de Anno 956.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, Dei gratia Rex. Noverint omnes fideles noſtri præſentes ſcilicet & futuri, quod nos, propter remedium animae noſtrae & dilectiſſimae conjugis, & omnium quas conſervare debemus in noſtra oratione & eleemoſina in proprium donamus XXX. caſas in urbe, quae vocatur Daventria & undecim menſa circa urbem in Comitatu Vviemanni Comitis, ad domum Sancti Mauricii Magetheborg, ad auxilium fratrum Stipendii & VII. in villa, quae vocatur Tunegurum, in Comitatu Everhardi Comitis, cum omnibus appenditiis, mancipiis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, ſylvis, quæſitis & inquirendis. Et ut jam dicta noſtræ auctoritatis oratio firma permaneat, juſſimus hoc præceptum conſcribi & annuli noſtri impreſſione muniri.

Signum Domini (L.S.) Ottonis, invictiſſimi Regis.

Luitolfus Cancellarius, ad vicem Brunonis Archi-Capellani recognovit.

(L.S.)

Dat. VII. Non. Jul. Anno incarnationis Domini DCCCCLVI. Indict. XIIII. regnante pio rege Ottone Anno XXI. Actum in Daventria feliciter.

Addenda ad pag. 12. ſub Num. XLIV.

Statutum des Synodi zu Ravenna, daß die Kirche zu Magdeburg in ein Ertz-Stifft verwandelt werden ſolle/ nebſt Ertz-Biſchoffs Hattonis zu Maynz und Biſchoffs Hildivvardi zu Halberſtadt Conſens zu ſolcher Aufrichtung/ de Anno 967. (968.)

ANno incarnationis Dominicæ plus minusve nongenteſimo ſexageſimo ſeptimo, regnante Ottone Imperatore Auguſto, Chriſtianæ religionis, ac Divinæ ſervitutis propagatore ſolertiſſimo, ejusdem Imperatoris induſtria habita eſt Synodus Ravennæ in Suburbio, in eccleſia ſcilicet B. Severi Epiſcopi & confeſſoris, reſidentibus Dn. Joanne ſummo & univerſali Pontifice, & pluribus Italiæ, Germaniæ & Galliæ præſulibus, de ſtatu quidem eccleſiæ tractantibus; adſtante etiam innumerabili clero & populo. Idem ergo Sereniſſimus Imperator Auguſtus, Otto, qui eandem ſanctam Synodum ob communem Imperii ſui ſalutem congregaverat, plurimas Slavorum nationes ultra fluvium Albiæ in confinio Saxoniæ multo ſe labore & maximis ſæpe periculis ad Chriſtum convertiſſe coram omnibus retulit. Et quia rudes & nec dum ſtabiles erant, qua tuitione quave cuſtodia & quotidiana ſolicitatione in fide corroborari deberent, ſanctam Synodum conſuluit rogans, ut quos ipſe ſummo ſtudio Deo mancipaverat, paſtoris negligentia ad vomitum redire non ſineret. Hujus dignam relationem & tantam fidei confeſſionem ſancta Synodus benigna aure ſuſcipiens, Deoque in his omnibus gratias agens, tot Slavorum populos ad Deum noviter converſos non niſi per Epiſcopos, in convenientibus locis in unaquaque provincia eorum ſecundum populi quantitatem in rationabilem terræ diviſionem con-

conſtituendos, ad hoc animari & erudiri poſſe cenſuit & ratam æſtimavit. Ad quod agendum ut major firmitas & tutior in Epiſcopis ordinandis ſit oportunitas, Archi-Epiſcopum, ad quem negotium ſuum & controverſiam, ſi quæ orta fuerit, quaſi ad caput referre, & diſcutere valeant, eis conſtitui atque præponi communi deliberatione cenſuit. Et hoc ejus judicio & diſcretioni, in quo maxima reparandæ & confirmandæ religionis poſt Deum fiducia erat, fieri debere omnino judicavit. Eſt præterea locus in parochia Alberſtadenſis Epiſcopi, Magdeburg dicta, in confinio Saxonum & Slavorum, in ripa prædicti fluminis Albiæ; in qua idem Sereniſſimus Cæſar populi multitudinem adunavit: eccleſias conſtruxit: plurimorumque martyrum, beatorum ſcilicet Mauritii & Innocentii aliorumque innumerabilia corpora Sanctorum illuc transferens canonicosque inibi Deo famulantes conſtituens, ad eorundem victum & eccleſiæ utilitatem caſtra, villas, prædia, decimasque cum univerſis adjacentiis, affluenter ex proprio conceſſit. Cujus, quia is locus, quaſi ad Slavos reſipiſcens erat, ob loci congruentiam & vicinitatem Saxonum, ut novæ Chriſtianitatis & Catholicæ fidei, quam multo ſudore paraverat, caput, fundamentum, & reparatio eſſet, ſancta intentio erat. Quæ res quia omnibus cognita erat, ſancta Synodus eundem piiſſimum Imperatorem ſumma devotione petiit, ut ejus autoritate, quia Canonicum & acceptabile erat, illic archiepiſcopalem ſedem ſtatui canonica autoritate annueret, in qua archiepiſcopus ordinatus ultra flumen Albiæ Epiſcopos, qui ordinati ſunt, & ordinandi futuris poſt temporibus erunt, ſubjectos habeat. Ipſe quoque ab eis, qui pro tempore fuerint, poſt primum qui a Romana ſede Archi-Epiſcopalem benedictionem & pallium ſuſcepturus eſt, conſecretur. Ad hæc Imperator precibus & Dei voluntate commotus ſanctæ congregationis voluntati paruit & hoc privilegio apoſtolicæ Sedis corroborari dignum duxit, quod & actum eſt, & a ſummo Pontifice, omnibus Præſulibus, Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, qui aderant propriis manibus corroboratum. Igitur quia civitas, ubi Magdaburgenſis archiepiſcopatus ſedes eſt, ſitus eſt infra Parochiam Alberſtadienſis Epiſcopi rejacet, ſine conſenſu Epiſcopi ſedis illius archiepiſcopi Magoncienſis, cui ſubjectionem exhibet, commutationem parochiæ fieri non poſſe, ſancta Synodus decrevit. Anno igitur integro & dimidio jam evoluto cum Hatto Archi-Præſul Magoncienſis cum præfato Hildivvardo, ſuo videlicet ſuffraganeo, eo deveniſſet, & Imperator illos pro prædicta cauſa blanda petitione conveniſſet: Hildiwardus epiſcopus in præſentia omnium & prædicti præſulis Hattonis, hoc ſe pro Deo nullo modo negare, & contradicere poſſe, quia utriusque eccleſiæ & ſuæ maxime augmentum erat, clara voce reſpondit, & quod ad innumeri populi ſalutem pertinet, ob alicujus decimæ cupiditatem caſſari abſurdum eſſe profeſſus eſt. Supradictis ergo auditoribus placuit, ut ex utraque parte ab eis, quibus res cognita erat, commutatio ſub exterminatione fieret. Placuit ergo communis voluntatis conſenſum inter Dn. Othonem piiſſimum Cæſarem Auguſtum & Hildivvardum Alberſtadenſis eccleſiæ Epiſcopum, ut in Dei nomine daret, ſicut in præſenti dedit ipſe Hildivvardus Magdeburgenſi Eccleſiæ hujus ſcripti nexu ſuo jure habendum, id eſt, parochiam omnem, quæ rejacet inter fluvios Albeam ſcilicet, Salam, Horam & Bodam, usque ad ea loca, ubi caſtra Unnesburg, Wantzleba, Hoeldesleva, cum omnibus pertinentiis & villis, quas Burgvvart vocant, occidentem verſus longius protenſo fine terminantur cum omni decimatione, banno, ſubjectione, obedientiis, in omni eccleſiaſtico ordine, prout Alberſtadenſis eccleſia viſa eſt, eatenus poſſediſſe. Recepit autem ad vicem ab Imperatore in partem & utilitatem ſuæ Eccleſiæ omnem decimationem in Hofgovve terminatur in fluviis Sala, Willerbiche & Wipperæ cum omni poſſeſſione, quam de abbatia in honore Beati Wipperti in territorio Heroluesfelt conſtructa idem Imperator æqua commutatione acquiſierat, cujus etiam Abbatiæ ipſe fundator erat. Huic autem concambio confirmando juſſione Domini Joannis ſummi & univerſalis pontificis, & Cæſaris Auguſti Ottonis, petitione quoque Hildevvardi Halberſtadenſis antiſtitis, Ambroſius Palatinus Cancellarius, & Petrus ſanctæ Ravennatis eccleſiæ archiepiſcopus, alii quoque quam plurimi epiſcopi Italiæ, & Germaniæ ſubſcripſere, quorum etiam nomina in præſenti paginula ſtuduimus annotare:

Ego Ambroſius Palatinus Cancellarius ſubſcripſi, complevi & dedi.

Petrus Archiepiſcopus ſanctæ Ravennatis eccleſiæ interfui & ſubſcripſi.

Hatto Moguntinus Archiepiſcopus interfui & ſubſcripſi.

Ego Hildivvardus Alberſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.

Ungfridus ſanctæ Virdunenſis eccleſiæ Epiſcopus & paſtor libens ſubſcripſi.

Ego Reginoldus Rubilocenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Eberardus ſanctæ Leodicenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Adelwardus Lunenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Rubertus ſanctæ Feltrenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Albertus ſanctæ Tarviſianenſis eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Ganslinus ſanctæ Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Abraham ſanctæ Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Martinus Epiſcopus ſanctæ Fr. Eccleſiæ interfui & ſubſcripſi.
Vinth Epiſcopus ſanctæ Mutinenſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.
Rudolphus Epiſcopus —— conſenſi & ſubſcripſi.
Elberich conſenſi & ſubſcripſi.
Joannes Epiſcopus Egubienſis Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.
Ego Lirgiſo, Epiſcopus ſanctæ ordinatæ Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.
Johannes, Epiſcopus Callienſis Eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.
Luto Epiſcopus ſanctæ Cluſenſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.
Albericus Epiſcopus ſanctæ Piſenſis eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.
Ludini Epiſcopus conſenſit & ſubſcripſit.
Hubertus Epiſcopus ſubſcripſit.
Sichelmus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Adalbertus ſanctæ Bononienſis eccleſiæ Epiſcopus conſenſi.
Arnolfus Epiſcopus ſubſcripſi.
Joannes Imolenſis Eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Liutprandus ſanctæ Cremonenſis Epiſcopus Eccleſiæ interfui & ſubſcripſi, his juſte peractis Conſtantinopolin rediens.
Odelricus Pergamenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Grimoaldus ſanctæ Rhegienſis Eccleſiæ Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Antonius Priſcienſis eccleſiæ Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Sigulfus Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Sigulfus S. Placentinæ eccleſiæ Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Petrus Epiſcopus ſubſcripſit.

VII. Von Bremen.

I.

Kayſers Caroli M. Fundations-Brief des Stiffts Bremen/ de Anno 788.

IN nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Carolus, divina ordinante providentia Rex. Si Domino Deo exercituum ſuccurrente in bellis victoria potiti ſumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc ſeculo pacem & proſperitatem, & in futuro perpetuæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Chriſti fideles, quod Saxones, quos à progenitoribus noſtris ob ſuæ pertinaciam perfidiæ ſemper indomabiles, ipſique Deo & nobis tamdiu rebelles, quousque illius, non noſtra virtute ipſos & bellis vicimus, & ad baptiſmi gratiam, Deo annuente, perduximus, priſtinæ libertati donatos, & omni nobis debito cenſu ſolutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubjugales devote addiximus, videlicet, ut qui noſtræ poteſtatis jugum hactenus ferre detrectaverunt, victi jam (Deo gratias) & armis & fide Domino & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto & Sacerdotibus ejus, omnium ſuorum jumentorum & fructuum totiusque culturæ decimas ac nutrituræ, divites ac pauperes legaliter conſtricti perſolvant, proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in provinciam redigentes, & inter Epiſcopos certo limite diſterminantes, Septentrionalem illius partem, quæ eſt piſcium ubertate ditiſſima & pecoribus alendis habetur aptiſſima, pio Chriſto, & Apoſtolorum ſuorum Principi Petro pro gratiarum actione devote obtulimus: Sibique in Wigmodia in loco Bremon vocato, ſuper flumen Wirraham Eccleſiam & Epiſcopalem ſtatuimus cathedram. Huic Parochiæ decem pagos ſubjecimus, quos etiam abjectis eorum antiquis vocabulis & diviſionibus, in duas redegimus provincias, his appellantes nominibus, VVigmodiam & Lorgoe. Inſuper ad præfatæ conſtructionem Eccleſiæ in ſupradictis pagis LXX. manſos cum ſuis colonis offerentes totius hujus parochiæ incolas decimas ſuas Eccleſiæ, ſuoque proviſori fideliter perſolvere, hoc noſtræ majeſtatis præcepto jubemus, donamus & confirmamus. Adhuc etiam ſummi Pontificis & Univerſalis Papæ Adriani præcepto, nec non & Moguntiacenſis Epiſcopi Lullonis, omniumque qui affuere pontificum conſilio, eandem Bremenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis appendiciis Willehado, probabilis vitæ viro, coram Deo & Sanctis ejus commiſimus. Quem etiam primum ejusdem Eccleſiæ, III. Idus Julii, conſecrari fecimus Epiſcopum, ut populis divini ſemina verbi, ſecundum datam ſibi ſapientiam, fideliter diſpenſando, & novellam hanc Eccleſiam canonico ordine & monaſteriali competentia, utiliter inſtruendo, interim plantet & riget, quousque precibus ſanctorum ſuorum exoratus, incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam idem venerabilis Vir ſerenitati noſtræ eam, quam duximus, parochiam propter barbarorum infeſtantium pericula, ſeu varios eventus, qui in ea ſolent contingere, ad ſuſtentacula ſive ſtipendia Dei ſervorum inibi militantium Deo, minime ſufficere poſſe. Quam ob rem, quia Dominus omnipotens in gente Freſonum ſicut & Saxonum, oſtium fidei aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicet Freſiæ, quæ contigua huic parochiæ eſſe dinoſcitur, eidem Bremenſi Eccleſiæ, ſuoque proviſori Willehado Epiſcopo ejusque ſucceſſoribus, perpetualiter delegavimus retinendam. Et quia caſus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus, aliquam ſibi in eadem diœceſi uſurpet poteſtatem, certo eam limite fecimus terminari, eique hos terminos, mare Oceanum, Albiam fluvium, Liam, Steinbach, Haſalam, Wimarcham, Schneidbach, Oſtam, Mulinbach, Motam paludem, quæ dicitur Sigefridesmor, Quiſtinam, Cheſenmor, Aſchbroch, Wiſebroch, Bivernam, Vternam iterumque Oſtam. Ab Hoſta vero usque quo perveniatur ad paludem, quæ dicitur Caldenbach. Deinde ipſam paludem usque in Wempnam fluvium. A Wempna vero Biccinam, Farſtrinam usque in Wirraham fluvium. Dehinc ab Orientali parte ejusdem fluminis viam publicam, quæ dicitur Heſſevveg, Sturmegoe & Lorgoe diſterminantem Sechbaſam, Alapam, Caldhovva, iterumque Wirraham: ex occidentali autem parte viam publicam, quæ dicitur Folcvveg, Deroe & Lorgoe dividentem, usque in Huntam flumen. Deinde ipſum flumen & Amrivum lucum ſylveſtrem, quem incolæ loci Wildloch nominant, Finolam, Waldesmoer, Berepol, Eddenri, ad paludem, Emisgoe & Oſtergoe diſterminantem, Bruſtlacho, Biberlach, iterumque mare, firmos & intransgreſſibiles circumſcribi juſſimus. Et ut hujus donationis, ac circumſcriptionis auctoritas noſtris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domini Caroli, Regis invictiſſimi.
Hildebaldus Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri palatii Capellanus recognovi.

Data II. Idus Julii, anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo octuageſimo octavo, Indictione XII. Anno autem Regni Domini Caroli XXI. Actum in Palatio Nemetenſi feliciter, Amen.

II.

Kayſers Ludovici Pii Fundations-Brief des Ertz-Stiffts Hamburg/ de Anno 834.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus, divina favente & propitiante clementia Imperat. Auguſtus. Si ſpecialibus cujusq; fidelium noſtrorum neceſſitatibus proſpectius ſubveniendum eſſe Imperialis autoritas monſtrat, quanto magis ad debitam generalitat. providentiam æqvum dignumq; pertinet, ut Eccleſiæ Cathol. atque Apoſtolicæ, quam Chriſtus pretioſo ſangvine redemit, eamque nobis tuendam regendamque commiſit, piam ac ſollicitam in cunctis oportet gerere curam, & ut in ejus proſpectu vel exaltatione congruam exhibeamus diligentiam, novis ad ejus neceſsitatem vel utilitatem atque dignitatem pertinentibus rebus, nova imo neceſſaria & utilia provideamus conſtituta. Idcirco ſanctæ Eccleſiæ filiis præſentibus & futuris certum eſſe volumus, qualiter divina ordinante gratia noſtris in diebus, Aquilonaribus in partibus, in gentibus videlicet Danorum, Svecorum, Norweorum, terræ Gronlandon, Hallingalandon, Islandon, Scredevindon, & omnium Septentrionalium & Orientalium nationum magnum cœleſtis gratia prædicatione ſive acquiſitione patefecit oſtium; Ita, ut multitudo hinc inde ad fidem Chriſti converſa, myſteria cœleſtia Eccleſiaſticaque ſubſidia deſiderabiliter expeteret. Unde Domino Deo noſtro laudes immenſas perſolventes extollimus, qui noſtris temporibus & ſtudiis ſanctam eccleſiæ ſponſam videlicet ſuam in locis ignotis ſinit dilatari atq; proficere. Quam ob rem una cum ſacerdotibus cæterisque Imperii noſtri fidelibus hanc Deo dignam cernentes cauſam valde neceſſariam atque futuræ Eccleſiæ dignitati proficuam, dignum duximus, ut locum aptum noſtris in finibus evidentius eligeremus, ubi ſedem Archiepiſcopal. per hoc noſtræ autoritat. præcept. ſtatuerem9, unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum facilius uberiusq; capere valerent, & ſitientes ſalutis gratiam præ manibus vel oculis haberent, inſuper & magnorum progenitorum noſtrorum ſacra lucrandi ſtudia noſtris in diebus

bus nunquam deficerent. Progenitor etenim noſter glorioſæ memoriæ, KAROLUS omnem Saxoniam Eccleſiaſticæ religioni ſubdidit, jugumque Chriſti ad usque terminos Danorum atque Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ubi inter has utrasque gentes Danorum ſive Winedorum ultimam Saxoniæ partem inſitam, & diverſis periculis temporalibus videlicet & ſpiritualibus, interjacentem perſpiciens, Pontificalem ibidem ſedem fieri decrevit trans Albiam, unde poſtquam terram Transalbinorum, laxata captivitate, quam ob multam perfidiam, in ipſis Chriſtianitatis initiis patratam, per ſeptennium paſi ſunt, ne locus ille a barbaris invaderetur, Ekeberto Comiti reſtituere præceperat, non jam vicinis Epiſcopis locum illum committere voluit. Sed ne quisquam eorum hanc ſibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus quendam Epiſcopum, Amalarium nomine direxit, qui primitivam Eccleſiam ibidem conſecraret. Sed & eidem Eccleſiæ ſacras reliquias ac plura Eccleſiaſtica munera pia largitate ſpecialiter deſtinare curavit. Poſtmodum vero captivis optatam ad patriam undique confluentibus, eandem parochiam cuidam Presbytero, Heridag nomine ſpecialiter commendarit, quem univerſæ Transalbinorum Eccleſiæ, ne ad ritum relaberetur gentilium, vel quia lucrandis adhuc gentilibus locus ille videbatur aptiſſimus, diſpoſuerat conſecrari Archiepiſcopum, ut ipſi occaſione vel autoritate ſumma in ipſis terminis gentium ſedulitate prædicandi ſancta multiplicaretur Eccleſia, dum vicinorum ipſius novitatis Epiſcoporum multa latitudinis cura non ſufficiebat diſcurrere per omnia. Delegavit etiam eidem Presbytero quandam cellam Rodenach vocatam, quatenus eidem loco periculis circumdato fieret ſupplementum. Sed quia conſecrationem jam dicti viri, velox ex hac luce tranſitus pii genitoris noſtri fieri prohibuit; Ego autem, quem divina Clementia in ſedem Regni ejus aſciverat, cum in multis Regni negotiis inſiſterem, hoc quoque prædictum patris mei ſtudium, velut Regni in finibus minus caute attenderem, prædictam parochiam vicinis Epiſcopis interim commendavi. Nunc autem, tam propter ſupra ſcripta Eccleſiaſtica lucra in gentibus demonſtrata, quam & propter votum pii genitoris noſtri, ne quid ejus imperfectum remaneat, ſtatuimus una cum conſenſu eccleſiaſtico præfata ultima in regione Saxonica trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum univerſa Transalbinorum Eccleſia, proprii vigoris conſtituere ſedem Archiepiſcopalem, cui & primum præſe atque ſolenniter conſecrari per manus Dragonis Metenſis & ſummæ ſanctæ Palatinæ dignitatis præſulis Ansgarium fecimus Archiepiſcopum, adſtantibus Archiepiſcopis Ebbone Remenſi, Hetti Treverenſi, & Otgaro Moguntienſi, cum plurimis aliis generali in conventu totius Imperii noſtri præſulibus congregatis: aſſiſtentibus quoque ſpecialiter & conſentientibus atque conſecrantibus Hellingando, ſive Willerico Epiſcopis, a quibus jam dictæ parochiæ partes, a nobis & a patre noſtro ſibi olim commendatas recepimus. Cui videlicet Ansgario tam noſtro, quam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ autoritate hanc Deo dignam in præfatis gentibus commiſimus legationem ac proprii vigoris adſcribere decrevimus dignitatem. Et, quia caſus præteritorum cautos nos facit, in futurum, ne quisquam Epiſcoporum aliquam ſibi trans Albiam, vel alicubi in prædicta parochia vindicet poteſtatem, certo limite circumſcriptam eſſe volumus, videlicet ab Albia flumine deorſum, usque ad mare Oceanum, & ſurſum per omnem Slavorum provinciam usque ad mare, quod Orientale vocant, & per omnes prædictas nationes Septentrionis. Omnes quoque paludes, infra ſive juxta Albiam poſitas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ ponimus; ut Transalbani ſe & ſua ab incurſu paganorum, qui ſæpe timendus eſt, ſecurius in his locis occultare queant. Et ut hæc nova conſtructio periculoſis in his locis cœpta, ſubſiſtere valeat, quandam cellam Turholt vocatam, tam huic novæ conſtructioni, quam Archiepiſcopi ſucceſſorumque ſuorum in gentibus legationi perenniter ſervituram ad noſtram noſtræque ſobolis perpetuam mercedem divinæ offerimus Majeſtati. Res itaque præfatæ ſedis & jam dicti monaſterii ſub pleniſſima defenſione & immunitatis tuitione volumus ut conſiſtant, ut liceat venerabili Archiepiſcopo prædicto ſuisque ſucceſſoribus ac omni clero ſub eorundem regmine conſtituto, quiete in Dei ſervitio gerere, & pro nobis proleque noſtra atque ſtatu totius Imperii divinam miſericordiam exorare. Et ut hæc autoritas ſui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus.

Signum Hlodevvici, piiſſimi Imperatoris,
Hincmarus Notarius ad vicem Theodonis recognovi.

Data Idus Maji, Anno XXI. Imperii Domini Hlodevvici, piiſſimi Auguſti, Indictione XII. Actum Aquisgrani in Palatio Regio, in Dei nomine feliciter, Amen. Anno Domini Jeſu Chriſti DCCCXXXIV.

III. Pabſts

III.

Pabſts Gregorii IV. Confirmation des in das neu-fundirte Ertz-Stifft Hamburg eingeſetzten Ertz-Biſchoffs Ansgarii, worinn er ihn zugleich mit einem Pallio beſchencket/ de Anno 84.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnium fidelium dinoſcentiæ certum eſſe volumus, qualiter beatæ memoriæ præcellentiſſimus Rex, KAROLUS, tempore prædeceſſorum noſtrorum, divino afflatus Spiritu, gentem Saxonum ſacro cultui ſubdidit, jugumque Chriſti, quod ſvave ac leve eſt, ad usque terminos Danorum, ſive Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ultimamque regni ipſius partem trans Albiam inter mortifera paganorum pericula conſtitutam, videlicet, ne ad ritum relaberetur gentilium, vel etiam quia lucrandis ad huc gentibus aptiſſima videbatur proprio Epiſcopali vigore fundare decreverat. Sed quia mors effectum prohibuerat, ſuccedente ejus præcellentiſſimo filio Hlodovvico, Imperatore Aug. pium ſtudium ſacri genitoris ſui efficaciter implevit. Quæ ratio nobis per venerabiles Ratolfum, ſive Vornoldum, Epiſcopus, nec non Geroldum Comitem, vel miſſum venerabilem relata eſt, confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam ſtatutam providentiam cognoſcentes, inſtructi etiam præſentia fratris filiique noſtri Anſcharii, primi Nordalbingorum Archiepiſcopi, per manus Dragonis, Metenſis Epiſcopi conſecrati, ſanctum ſtudium magnorum Imperatorum, tam præſenti autoritate, quam etiam pallii donatione, more prædeceſſorum noſtrorum, roborare decrevimus, quatenus tanta autoritate fundatus prædictus filius noſter, ejusque ſucceſſores lucrandis plebibus inſiſtentes adverſus tentamenta diaboli, validiores exiſtant, ipſumque filium noſtrum, jam dictum Anſcharium, & ſucceſſores ejus legatos in omnibus circumquaque gentibus Danorum, Sueonum, Nortvvehorum, Farriæ, Gronlandon, Halſingolandon, Islandon, Scridevindum, Slavorum, nec non omnium Septentrionalium & Orientalium nationum quocunque modo nominatarum delegamus. Et poſito capite & pectore ſuper corpus & confeſſionem Sancti Petri Apoſtoli, ſibi ſuisque ſucceſſoribus vicem noſtram perpetuo retinendam publicamque evangeliizandi tribuimus autoritatem, ipſamque ſedem Nordalbingorum, Hammaburch dictam, in honore ſancti Salvatoris ejusque intemeratæ genetricis Mariæ conſecratam Archiepiſcopalem eſſe decernimus. Conſecrationem vero ſuccedentium ſacerdotum, donec conſecrantium numerus ex gentibus augeatur, ſacræ palatinæ providentiæ interim committimus. Strenui vero prædicatoris perſona, tantoque officio apta in ſucceſſione ſemper eligatur, omnia vero a venerabili Principe ad hoc Deo dignum officium deputata, noſtra etiam autoritate pia ejus vota firmamus, omnemque reſiſtentem, vel contradicentem, atque piis noſtris ſtudiis his quolibet modo inſidiantem, anathematis mucrone percutimus, atque perpetua ultione reum diabolica ſorte damnamus, ut culmen Apoſtolicum, more prædeceſſorum noſtrorum cauſam Dei pio affectu zelantes ab adverſis hinc inde partibus tutius muniamus. Et quia te, chariſſime fili Anſchari, divina clementia nova in ſede primum diſpoſuit eſſe Archiepiſcopum, nosque pallium ad miſſarum ſolennia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, uti & Eccleſiæ tuæ perpetuo ſtatu manentibus privilegiis uti largimur. Sancta Trinitas vitam tuam conſervare dignetur incolumem, atque poſt ſeculi amaritudinem ad perpetuam perducat beatitudinem. Amen.

IV.

Pabſts Leonis IV. Beſtetigung und Extenſion vorherſtehender Confirmation Pabſts Gregorii IV. vor Ertz-Biſchoff Ansgarium zu Hamburg/ de Anno 84.

LEo Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, beatiſſimo Anſchario, ſanctæ Hamburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, æternæ vitæ beatitudinem. Quoniam Apoſtolicæ dignitatis eſt, non ſolum Eccleſias fundare, ſed & ab aliis Eccleſiarum ſpiritualibus architectis fundatas ſublimare, dignum duximus, frater chariſſime, pro petitionis tuæ voto, aures debitæ benignitatis tuæ inclinare. Concedimus igitur a prædeceſſore noſtro, beato Gregorio conceſſum eſt, ſcilicet ut Gentes Wenediorum, Nordalbingorum, Danorum, Norvvenorum, Svecorum, vel quascunque ſeptentrionalium nationum jugo fidei prædicatione tua ſubdideris, ad ſedem Hamburgenſem ſpirituali dominatione poſſideas & omnibus ſucceſſoribus tuis ad eandem ſedem perpetuo poſſidendas relinquas. Decernimus quoque tibi & omnibus ſucceſſoribus tuis, ad ſedem Hamburgenſem, uſum pallii in feſtis & temporibus, a prædeceſſore noſtro tibi denominatis, ſcilicet in Paſchate, in Pentecoſte, in Natali Domini, in

Aſſumptione, in Nativitate, in Purificatione Sanctæ Mariæ, in Natalitiis Apoſtolorum & dominicis diebus, & omnibus feſtis, in diœceſi tua celebribus; Ornari quoque caput tuum mitra, portari ante te crucem. Age ergo, frater beatiſſime, opus bonum, quod incœpiſti, nec deſiſtas, donec perficias. Funda in locis oportunis Eccleſias, conſecra presbyteros, & per diſterminatos terminos ordina Epiſcopos, quorum omnium tu Archiepiſcopus exiſtas, omnesque ſupradictarum nationum amplius profuturi Epiſcopi, cum ſubjectis ſibi plebibus tibi & omnibus ſucceſſoribus tuis ad ſedem Hamburgenſem perpetua ſubjectione & obedientia ſubjecti permaneant. Præterea tibi & ſanctæ Hamburgenſi Eccleſiæ, & omnibus ſucceſſoribus tuis autoritate Apoſtolica firmamus, quæcunque Eccleſiæ tuæ jam a Chriſticolis tradita ſunt, vel amplius delegata fuerint in parochiis, in prædiis, in omnibus rebus mobilibus & immobilibus, in mancipiis utriusque ſexus, ut ea Eccleſia prædicta inviolabili poteſtate perpetuo poſlideat. Si quis autem contra hujus noſtræ autoritatis privilegium ita tentaverit, & quoquo modo in parte, vel in toto frangere niſus fuerit, etiamſi ſic Apoſtolicæ dignitatis perſona, æterna excommunicatione cum Juda traditore Domini pereat, niſi reſipiſcat, & Eccleſiæ Hammaburgenſi ſatisfaciat. Data per manum Stephani, Cancellarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, menſe Martio, indictione XII.

V.

Kayſers Ludovici II. Fundations-Brief des zu Conſervation des Ertz-Stiffts Hamburg und Nordiſchen Apoſtolats erbaueten Cloſters Ramesloe/ de Anno 862.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovicus, divina favente gratia Rex &c. Notum eſſe volumus omnibus Sanctis Dei fidelibus, noſtrisque præſentibus & futuris, qualiter beatæ memoriæ præcellentiſſimus Rex, avus noſter Karolus, tempore prædeceſſorum noſtrorum, divino afflatus Spiritu, gentem Saxonum ſacro cultui ſubdidit, jugumque Chriſti, quod ſvave ac leve eſt, usque ad terminos Danorum ſive Sclavorum, corda ferocia perdomans, docuit, ultimamque Regni ipſius partem Transalbeam, inter mortifera Paganorum pericula conſtitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur Gentilicium, vel quia lucrandis adhuc gentibus aptiſſima videbatur, proprio Epiſcopali vigore fundare decreverat. Sed quia effectum mors prohibuerat, ſuccedente ejus filio, Hludovico Imperatore Auguſto, pium ſtudium ſacri genitoris ſui efficaciter implevit. Cujus etiam auctoritate in Nordalbingorum populo ſedes conſtituta eſt Archiepiſcopalis, in Caſtello Hammeburg nuncupato, in eadem ſede Archiepiſcopus, accepto a ſede Apoſtolica pallio, primus eſt nominatus Ansgarius, cui delegata cura ſeminandi verbi Dei, & animas lucrandi Deo. Delegavit etiam genitor noſter eidem Archiepiſcopo quandam cellam Turholt vocatam, quatenus eidem loco periculis undique circumdato fieret ſupplementum. Cumque ego, quem divina clementia in ſedem regni ejus aſciverat, in multis regni diſponendis negotiis inſiſterem, hoc quoque prædictum patris mei ſtudium, velut Regni in finibus peractum, minus caute attendi. Unde contigit, ut peccatis populi exigentibus, Deoque permittente, occulto judicio, ipſa metropolis Hammeburg penitus devaſtaretur. Cumque prædictus Archiepiſc. in multis eſſet preſſuris & calamitatibus, & fratres congregationis ejus una cum ſanctis pignoribus per varia loca circum eundo huc illucque vagarentur, & nusquam ſedem haberent quietam, matrona quædam Ikia, divino amore tacta, ex ſua hæreditate poſſeſſiunculam tradidit, in Sylva Ramesloa nominata, in pago Bardengoa in Epiſcopatu Waldagari Verdenſis Eccleſiæ Epiſcopi, ubi & cellam conſtruxit, & reliquias Sanctorum una cum fratribus, ſupererant, collocavit. Quam ob rem adiit Celſitudinem noſtram, miſeriarum ſuarum ordinem lacrimabiliter exponens; unicum namque refugium, monaſterium videlicet Turholt nuncupatum, quod illi genitor noſter ad ſupplementum & victum ſibi ſuisque Clericis dederat, ex parte fratris noſtri Caroli Regis ablatum, non ſine magno dolore conqueſtus eſt; unde & nos paterna ſimul & Regali poteſtate commoti, quærere cœpimus, quomodo ei ſolatium ſubſiſtendi faceremus, quo legationis ſuæ mandatum perficere poſſet. Et quia in eadem provincia cellam nullam huc Legationi habebamus congruam, ſuggerere ſtuduimꝰ prædicto Waldagario, Verdenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ut ejus permiſſione ei liceret in ſupradicto loco Ramesloa monaſterium ex ſuis impenſis conſtruere, ubi & fratres, qui tantæ cladi ſuperfuerant, noſtro cæterorumque Dei fidelium auxilio ſuſtentarentur, & ipſe locum reſpirandi, & ſi unquam facultas ſuppeteret, propter vicinitatem ejusdem loci Hammeburgenſem Eccleſiam reſtaurandi haberet, ſub ſuo ſucceſſorumque ejus regimine manſuram. Cui quidem rei ipſe admodum contrarius extitit. Poſtmodum vero Wormatiæ habito generali Conventu, in noſtra noſtrique fratris, Lotharii Regis, præſentia, præſentibus Archiepiſcopis, Ebone Remenſi, Hetti Trevirenſi, & Otgario Moguntinenſi cum pluribus aliis utriusque Regni Præſulibus, hæc eadem Res, noſtro juſſu diligentiſſime ventilata eſt. Quæ cum ab omnibus licita & concedenda probaretur, ut prædictus Pontifex Waldagarius hoc ipſum ſua auctoritate concederet & confirmaret, cuncti rogavimus. Qui primum quidem fortiter reniti cœpit, non eſſe juſtum multipliciter aſſerens, ut honorem ſuæ ſedis in aliquo minueret: Poſtremus tamen & nobis ipſis & cunctis Epiſcopis ibi aggregatis pro hoc ipſo eum rogantibus, & omnino cauſa neceſſitatis id licitum fore dicentibus, evictus conceſit & conſcripſit. Quapropter conſilio fidelium noſtrorum, tam noſtra quam ſanctæ Romanæ ſedis autoritate per hoc noſtræ Regiæ dignitatis præceptum præcipimus firmiter atque jubemus, ut prædicta cellula Ramesloa nuncupata, ſub poteſtate ac regimine Ansgarii, Hammaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ejusque ſucceſſorum absque omni contradictione perpetualiter maneat. Homines quoque, qui eidem cellulæ ſervire videntur, ob amorem Dei & Sancti Sixti, Confeſſoris ejus, ad noſtram noſtræque ſobolis perpetuam mercedem ab omni expeditione, vel militia, ſeu qualibet occupatione abſolvimus, ut idem venerabilis Archiepiſcopus ad hanc dignam Deo peragendam in proviſis temporibus Legationem, nullum in hoc patiatur impedimentum. Res quoque ſedis & præſcripti Monaſterii ſub plenisſima defenſione & immunitatis tuitione volumus ut conſiſtant ac tueantur, ita ut nullus judex publicus, aut alia quælibet poteſtate publica prædita perſona de eorum rebus freda, tributa, manſionaticos, vel paratas, aut teloneum, vel fidejuſſores tollere, aut homines ipſorum tam litos, quam & ingenuos, ſuper terram eorum commorantes, diſtingere, nec ullas publicas functiones aut redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirere vel exigere præſumat. Sed liceat venerabili Archiepiſcopo ſuisque ſucceſſoribus, ac omni Clero ſub eodem regimine conſtituto, quiete in Dei ſervitio degere, ac pro nobis proleque noſtra atque ſtatu totius regni noſtri divinam miſericordiam exorare. Et ut hæc autoritas ſui vigoris perpetuam habeat firmitatem, manu noſtra propria ſubter eam firmavimus. Datæ VI. Idus Junii, Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXII. & VI. Hludovici Sereniſſimi Regis. Actum in Francofurdt palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

VI.

Pabſts Nicolai I. Confirmation des vom Kayſer Ludovico II. zu Erhaltung des Hamburgiſchen Ertz-Stiffts und des daran haffteaden Apoſtel-Amts in Nordeen/geſtifteten Cloſters Ramesloe de Anno 86-

NIcolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, præſentis ſcilicet temporis & futuri. Quisquis Dominum & Redemptorem noſtrum Jeſum Chriſtum de ſinu patris ad terram, pro demonſtranda cordibus hominum vera & certa fide deſcendiſſe non dubitat, profecto non ignorat, omnes, qui ejusdem fidei per gratiam ipſius participes facti ſunt, & præcipue nos, qui per primum tantæ virtutis miniſtrum locum præcipuum retinemus, nominibus debere lucrandis inſiſtere, & per univerſas gentes verbi ſemina ſerere, & ſolatia ſerentibus miniſtrare. Nunc autem quia Hludewicus, ſublimiſſimus Rex, per Salomonem, venerabilem Epiſcopum civitatis Conſtantiæ noſtro ſtuduit Apoſtolatui intimare, quod piæ memoriæ Hludewicus Imp. genitor ſuus, quendam monachum, nomine Anſcharium, de monaſterio Corbeja tuliſſet, & collocaſſet eum juxta Albiam fluvium, in confinibus Sclavorum & Danorum atque Saxonum, in Caſtello Hammaburg, annuente ac ſolennia ſedis Apoſtolicæ privilegia præbente prædeceſſore noſtro, beatæ memoriæ Papa Gregorio, cujus etiam autoritate in ſupradicto Nordalbingorum populo ſedes conſtituta eſt Archiepiſcopalis, in Caſtello ſuperius nuncupato Hammaburg, & in eadem quoque ſede accepto a ſede Apoſtolica pallio, Archiepiſcopus primus eſt ordinatus Anſcharius. Cui a præfato Pontifice delegata eſt cura ſeminandi verbum Dei, & animas lucrandi Deo. Cujus delegationis & autoritatis & pallii acceptionis pagina nobis eſt a præfato filio noſtro, Hludevvico Rege, per jam dictum Salomonem Epiſcopum, deſtinata, juxta morem ſanctæ Romanæ Eccleſ. bullata. Per cujus tenorem paginæ hæc ita fuiſſe comperimus, ſicut pietas nobis jam fati regis per fidelem virum Salomonem, ſcilicet Epiſcopum, intimavit. Verum quia Karolus Rex, frater ſæpe dicti Regis Hludovvici, abſtulit a prænominato loco, qui dicitur Hamburg, monaſterium, quod appellatur Turholt, utpote quod poſt partitionem inter fratres ſuos in regno ſuo conjacere videbatur, ſitum in Occidentali Francia, quod illic genitor ſuus, ad ſupplementum & victum Epiſcopo & Clericis ejus dederat, cœpere, ſicut fertur, omnis miniſtri altaris recedere. Deficientibus quippe neceſſariis ſumptibus ab ipſis receſſerunt gentibus,

bus, & eadem ad gentes legatio per hujusmodi factum deficit, Ipſa quoque metropolis Hammaburg, Dei permittente occulto judicio, per barbarorum ſævitatem prorſus devaſtata eſt: Contigit namque ex improviſo piratas advenientes civitatem navigio circumdediſſe, filius vero noſter, Archiepiſc. Anſcharius, ibi poſitus, cum his, qui aderant in urbe, ipſa, vel in ſuburbio manentibus, primo quidem, audito adventu eorum, locum ipſum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium, ſed impellentibus paganis, & civitate jam obſeſſa, cum eis reſiſti non poſſe conſpexit, quomodo pignora ſanctarum reliquiarum aſportarentur præparavit, ſicque ipſe clericis ſuis huc illucque fuga diſperſis etiam ſine cappa ſua vix evaſit. Denique hoſtes, arrepta civitate ac ſuccenſis omnibus & direptis, egreſſi. His itaque peractis, cum filius noſter jam dictus Anſcharius multis eſſet preſſuris & calamitatibus oppreſſus & fratres congregationis ejus una cum ſanctis pignoribus per varia loca circumeundo huc illucque vagarentur, & nusquam ſedem haberent quietam, matrona quædam, nomine Ikia, divino amore tacta, ex ſua hæreditate poſſeſſiunculam ei tradidit in ſylva Ramesloa nominata, in pago Berdahgo, in Epiſcopatu Waldgarii, Verdenſis Eccleſiæ Epiſcopi, ubi & cellam conſtruxit, & reliquias ſanctorum una cum fratribus, qui ſupererant, collocavit. Quamobrem Clementiſſimus Rex jam ſæpe dictus Hludovvicus quærere cœpit, quomodo ei ſolatium ſubſiſtendi faceret, quo legationis ſuæ mandatum perficere poſſet. Et quia in eadem provincia cellam nullam huic legationi habeat congruam, ſuggerere ſtuduit prædicto Waldgario, Verdenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ut ejus permiſſione ei liceret in ſupradicto loco Ramesloa monaſterinm ex ſuis impenſis conſtruere, ubi fratres, qui tantæ cladi ſuperfuerant, ſuſtentarentur, & ipſe locum ſuſpirandi, &, ſi qua unquam facultas ſuppeteret, propter vicinitatem ejusdem loci Hammaburgenſem Eccleſiam reſtaurandi, haberet ſub ſuo ſucceſſorumq; ejus regimine & poteſtate manſurum. Cui quidem rei ipſe admodum contrarius extitit. Qua de cauſa poſtmodum in Wormatia civitate poſitus duobus Regib9 Hludovvico & Hlotario, præſentibus Archiep. Ebone, Remenſi, Hetti, Trevirenſi, & Otgario, Moguntiacenſi, cum plurimis aliis, generali interventu utriusque regni præſulibus congregatis hæc eadem res poſita eſt. Quod cum omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut prædictus Pontifex Walgarius hoc ipſum ſua autoritate concederet & firmaret, cuncti rogaverunt. Qui primo quidem fortiter his reniti cœpit, juſtum non eſſe multipliciter aſſerens, ut honorem ſuæ ſedis in aliquo minueret; poſtremo tamen & ipſis Regibus, & cunctis Epiſcopis ibi aggregatis pro hoc ipſo eum rogantibus & omnino cauſa neceſſitatis id licitum fore dicentibus reſpondit, ſi Apoſtolica autoritate firmaretur, ex ſe quoque ratum eſſe. Unde per ſæpe nominatum venerabilem miſſum Salomonem, videlicet Conſtantiæ Civitat. Epiſc. hoc relatum eſt confirmandum ac poſtulatum eſt noſtra autoritate roborandum. Nos igitur id ſubtili perpendentes examine, animadvertimus, propter inſtantem neceſſitatem & animarum lucra in gentibus demonſtrata utile fore. Omnia enim quæ proficua Eccleſ. probantur exiſtere, & divinis non reſultare præceptionibus, licita & facinoenda eſſe non dubitamus: maxime in tam vella Chriſtianitatis plantatione, in qua varii ſolent eventus contingere. Quamobrem omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & hoc noſtro decrevimus decreto, ſecundum reverendiſſimi Regis Hludovvici votum, & prænominati Epiſcopi Waldgarii, aliorumq; Epiſcoporum conſenſum, ut prædictum monaſterium Ramesloa nuncupatum, ſub poteſtate & regimine Anſcharii, Hammaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ejusque ſucceſſorum perpetualiter conſiſtat. Nullus igitur Verdenſis, vel quilibet Epiſcopus ullam ſibi deinceps in eodem monaſterio vindicet poteſtatem. Quin imo & ipſi & omnibus ſvademus, & veræ religionis cultoribus, ut ſacra hac legatione fungentibus adjutorio & ſolatio ſint, quatenus pro gratia hujus beneficii plenam mercedem recipere mereantur, ab eo, qui dixit: Ite, docete omnes gentes, &: quicunque receperit vos, me recipit. Itaque omnia a dilecto filio noſtro Rege Hludovvico ad hoc Deo dignum officium deputata, noſtra etiam pia ejus nota autoritate firmavimus. Et quia caſus præteritorum nos cautos faciunt, in futurum, omnem quoque adverſantem, vel contradicentem, atque piis his noſtris ſtudiis quolibet modo inſidiantem anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ ultionis reum diabolica ſorte damnamus, ut culmen Apoſtolicum, more prædeceſſorum noſtrorum, cauſamque Dei pro affectu Zelantes ab adverſis hinc inde partibus tutius muniamus. Obſervator vero & cuſtos hujus noſtræ præceptionis benedictionis gratiam a B. Petro Apoſtolorum Principe, & cœleſtis retributionis æternæ gaudia a juſto judice Domino Deo noſtro conſequi meretur. Scriptum per manum Leonis notarii, regionarii, & ſcrinarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Majo, Indict. XII. Datum Kalend. Junii per manus Tiberii primicerii ſanctæ ſedis Apoſtolicæ. Imperante Domino Nicolao, piiſſimo Papa, Anno pontificatus ejus V. Indictione XII.

VII.

Ejusdem Bulla, **Krafft welcher er die beyden Stiffter Hamburg uud Bremen auff ewig mit einander vereiniget und von der** Jurisdictione Dioœceſana **des Ertz-Stiffts Cölln eximiret/ auch ſelbe in ſolcher Qualität/ als ein Ertz-Stifft/ dem H.** Ansgario conferiret/ **und das daran hafftende** Apoſtolat **im Norden beſtätiget/** de Anno 85-.

Nicolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, præſentis temporis ſcilicet & futuris. Quisquis, Dominum & redemtorem noſtrum Jeſum Chriſtum de ſinu patris ad terram, pro demonſtranda cordibus hominum vera & certa fide deſcendiſſe non dubitat, profecto non ignorat, omnes, qui ejusdem fidei per gratiam ipſius participes facti ſunt, & præcipue Nos, qui per primum tantæ virtutis miniſtrum locum præcipuum retinemus, hominibus debere lucrandis inſiſtere, & per univerſas gentes verbi ſemina ſerere, & ſolatia ſerentibus miniſtrare. Nunc autem, quia Ludovicus, ſublimiſſimus Rex, per Salomonem, venerabilem Epiſcopum civitatis Conſtantiæ, noſtro ſtuduit Apoſtolatui intimare, quod piæ memoriæ Ludovicus Imperator, genitor ſuus, quendam monachum, nomine Anſcharium, de monaſterio Corbeja tuliſſet & collocaſſet eum juxta Albiam fluvium, in confinibus Danorum & Slavorum, ſive Saxonum, in caſtello Hammaburg, inter duos Epiſcopatus, Bremen & Verde, de quibus tollens Eccleſias & decimas, ad ſuſtentationem provehendi jam fati Epiſcopi Clericorumque ejus condonaſſet in prædicto loco, annuente ac ſolemnia ſedis Apoſtolicæ privilegia præbente prædeceſſore noſtro, Beatæ memoriæ, Papa Gregorio: cujus etiam autoritate in ſupradicto Nordalbingorum populo ſedes conſtituta eſt Archiepiſcopalis, in caſtello ſuperius memorato Hammaburg; & in eadem quoque ſede Archiepiſcopus, accepto a ſede Apoſtolica Pallio primus eſt ordinatus Anſcharius, cui a præfato Pontifice delegata eſt cura ſeminandi verbum Dei & animas lucrandi Deo, cujus delegationis & autoritatis & Pallii acceptionis pagina nobis eſt a praefato Filio noſtro Ludovico Rege, per jam dictum Salomonem, ſanctiſſimum Epiſcopum, deſtinata, juxta morem ſanctae Romanae Eccleſiae ebullata; per cujus tenorem paginae haec ita fuiſſe comperimus, ſicut pietas nobis jam praefati Regis, per fidelem virum, Salomonem ſcilicet Epiſcopum, intimavit. Unde nos veſtigia tanti Pontificis & praedeceſſoris noſtri ſequentes Gregorii, omnemque ibidem Deo dignam ſtatutam providentiam agnoſcentes, magnorum principum votum, Ludovici videlicet, divae recordationis Auguſti, & aequivoci ejus filii, excellentiſſimi Regis, tam hujus Apoſtolicae authoritatis praecepto, quam etiam Pallii datione, more praedeceſſorum roborare, decrevimus. Quatinus tanta fundatus authoritate praenominatus Ansgarius, primus Nordalbingorum Archiepiſcopus, & poſt ipſum ſucceſſores ejus lucrandis plebibus inſiſtentes adverſus tentamenta diaboli validiores exiſtant: Ipſumque filium noſtrum jam dictum Ansgarium Legatum, in omnibus circumquaque Gentibus Sveonum, ſive Danorum, nec non etiam Slavorum, vel in caeteris, ubicunque illis in partibus conſtitutis divina pietas oſtium aperuerit, publicam Evangelizandi tribuimus autoritatem, ipſamque ſedem Nordalbingorum, Hammaburg dictam, in honorem ſancti Salvatoris, ſanctæque ejus intemeratæ genetricis ſemper Virginis Mariæ conſecratam, Archiepiſcopalem deinceps eſſe decernimus: Atque ut ſtrenui prædicatoris Epiſcopi, poſt diſceſſum crebro dicti Ansgarii Archiepiſcopi, perſona tantoque officio apta eligatur ſemper ſucceſſura, ſub divini judicii obteſtatione ſtatuimus. Verum quia Karolus Rex, frater ſæpe dicti Regis Ludovici, poſt diſceſſum Imperatoris patris ſui piæ memoriæ Ludovici, abſtulit a præfato loco, qui dicitur Hammaburg, Monaſterium, quod appellatur Tarholt, utpote quod poſt partitionem inter fratres ſuos in regno ſuo conjacere videbatur, ſitum in occidentali Francia, quod illic genitor ſuus ad ſupplementum & victum Epiſcopo & Clericis ejus dederat; cœpere, ſicut fertur, omnes miniſtri Altaris recedere, deficientibus quippe neceſſariis ſumtibus, ab ipſis receſſerunt Gentibus, & eadem ad Gentes Legatio per hujusmodi factum defecit; ipſaque Metropolis Hammaburg pene deſerta facta eſt. Igitur dum haec agerentur, mortuus eſt Bremenſis Epiſcopus, quae huic contigua eſſe dicitur: cumque ſæpe dictus Rex, & hanc Dioœceſin vacantem, & illam novellam inſtitutionem deficientem, inſuper & utramque hanc Eccleſiam, Dei permittente occulto judicio, per barbarorum ſævitiam admodum attenuatam, quærere cœpit, qualiter prædicta Bremenſis Eccleſia, prædictæ quoque novellæ Archi-Epiſcopali uniretur, ac ſubderetur ſedi, noſtro hoc votum roborante decreto: Unde perſæpe nominatum miſſum, Salomonem videlicet Conſtantiæ civitatis

Episcopum, nobis hoc confirmandum ac postulatum est nostra autoritate roborandum. Nos igitur id subtili perpendentes examine animo advertimus propter instantem necessitatem & animarum lucra in gentibus demonstrata utile fore. Omnia enim, quæ proficua Ecclesiæ probantur, existere, & divinis non resultant præceptionibus, licita & facienda esse non dubitamus: maxime in tam novellæ Christianitatis plantatione, in qua varii solent eventus contingere. Quamobrem omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri ac Pauli, & hoc nostro decreto decernimus, secundum Reverendissimi Ludovici votum, ipsas prædictas Diœceses, Hammaburgensem & Bremensem scilicet, non deinceps duas, sed unam esse & vocari, subdique sedi, quæ prædecessoris nostri decreto Archi-Episcopali est munere sublimata, restituta duntaxat de Bremensis Ecclesiæ rebus Episcopatui Verdensi parte inde ante ablata. Nullus vero Archi-Episcopus Colonienſis ullam sibi deinceps in eadem Diœcesi vindicet potestatem. Quinimo & ipsis & omnibus omnino suademus veræ religionis cultoribus, ut sacra hac Legatione fungentibus adjutorio & solatio sint; quatenus gratia hujus beneficii plenam mercedem recipere mereantur ab eo, qui dixit: Ite, docete omnes gentes, & quicunque receperit vos, me recipit. Itaque omnia a dilecto nostro filio, Rege Ludovico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus vota autoritate firmamus. Et quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque adversantem, vel contradicentem, atque piis nostris his studiis quolibet modo insidiantem, Anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus; ut culmen Apostolicum, more prædecessorum nostrorum, causamque Dei pro affectu zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus. Et quia te, charissime Fili Ansgari, divina clementia nova in sede primum disposuit esse Archi-Episcopum, nosque Pallium tibi ad Missarum solemnia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, uti & Ecclesiæ tuæ perpetuo statu manentibus privilegiis, uti largimur. Quocirca hujus indumenti honor morum a te vivacitate servandus est. Si ergo pastores ovium sole geluque pro gregis sui custodia, ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant; quanto sudore quantaque cura debeamus esse pervigiles nos, qui Pastores animarum dicimur, attendamus, & ne susceptum officium in terrenis negotiis aliquatenus implicare debeamus, admonemus. Vita itaque tua Filiis tuis sit via: in ipsa, si qua torritudo illis inest, dirigant: in ea, quod imitentur, aspiciant, in ipsa te semper considerando, proficiant, ut tuum, post Deum, videatur esse bonum, quod vixerint. Cor ergo tuum neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa dejiciant: districtum mali cognoscant, pium benevoli sentiant, insontem apud te culpabilem malitia aliena non faciat, reum gratia non excuset, viduis ac pupillis injuste oppressis defensio tua subveniat. Ecce, Frater charissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotii, ista sunt Pallii, quæ si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Veruntamen ista omnia superius annexa ab Apostolica sede beatitudini tuæ indulta agnosce, si a fide & decretis Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ in nullo penitus declines: Quod si a fide & institutis, aut sanctionibus te tanto sublimantis honore sedis Apostolicæ, declinare studiose præsumseris, his nostris tibi collatis careas beneficiis. Porro te Pallio uti non nisi more sedis concedimus Apostolicæ, scilicet, ut successores tui per semetipsos, vel per legatos suos & scriptum, fidem nobiscum tenere, ac sanctas sex Synodos recipere, atque decreta omnium Romanæ sedis Præsulum, & Epistolas, quæ sibi delata fuerint, venerabiliter observare atque perficere omnibus diebus suis scripto se & juramento profiteantur. Scriptum per manum Zachariæ Notarii, Regionarii & Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Majo, indict. XII. Bene valete. Data pridie Calend. Junii per manum Tiberii, Primicerii sanctæ sedis Apostolicæ, imperante Domino piissimo Augusto Ludovico a Deo coronato magno Imperatore, anno quinto decimo, indictione duodecima.

IIX.

Pabsts Stephani VII. Confirmation Ertz-Bischoffs Adalgarii zu Hamburg/de Anno 89-.

STephanus Episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo & sanctissimo Adalgario, sanctæ Hamburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopo & compatri meo, & post te in eadem ecclesia in perpetuum. Cum piæ desiderium voluntatis & laudanda devotionis intentio Apostolicis sit semper studiis adjuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, quæ legaliter geruntur & æquitatis formæ conveniunt, nulla valeant refragatione perturbari, sed irrefragabili

gabili jure Deo Authore debent permanere, & ab hoc, Apostolicis promulgatis Sanctionibus, propriaunicuique, quæ rationi subpetunt, possidenda, fas exigit confirmari. Et quem postulasti, ut privilegium tuæ faceremus Ecclesiæ & Apostolica tuitione roboravissemus, eandem in pristinum manere statum concedimus & Apostolico jure firmamus tibi tuæque sanctæ Hamburgensis Ecclesiæ, Successoribusque tuis illam dignitatem, & fines proprios cum prædiis omnibus & Parochiis, & omnibus rebus mobilibus, vel immobilibus, cum mancipiis utriusque Sexus possidere & tenere, quam piæ memoriæ Gregorius, antecessor noster Ansgario antecessori tuo, quem Archiepiscopum ordinavit in Ecclesia tua, concessit, stabilito scilicet jure & cunctis finibus quo Lodowicus, piæ memoriæ Imperator, & Ludowicus ejus filius tuam voluerunt habere Ecclesiam & Imperiali definierunt . . . . . Decernimus autem, ut potestatem habeas ordinandi Episcopos intra tuam Parochiam & Diœcesin. Ita tamen ut sub tua tuæque Ecclesiæ, salva dignitate ipsius, maneant dignitate. Si quis autem contra hujus nostræ authoritatis privilegium ire temperaverit & quoquo modo in parte vel in toto frangere visus fuerit, sit excommunicatus a Corpore & vivifico sanguine Domini nostri JEsu Christi & sanctæ Dei Ecclesiæ aditu & conventione separatus. Observator autem hujus nostræ ammonitionis & jussionis habeat benedictionem omnipotentis Dei beatorumque Apostolorum & nostrum, qui eorundem fungimur Vicariatione. Scriptum per manum Joannis Secretarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Majo, indictione undecima.

IX.

Pabsts Sergii III. Confirmation alles desjenigen / was seine Vorfahren / wegen des Ertz-Bischöffl. Sitzes zu Hamburg verordnet und concediret / nebst Cassation aller widrigen Attentatorum, de Anno 909.

SErgius Episcopus, servus servorum Dei, Reverendissimo, & Sanctissimo Adalgario, Hamburgensis Ecclesiæ Episcopo, Apostolicam benedictionem & paternam consolationem susceptis tuæ fraternitatis literis, cognitis in eis injuria Ecclesiæ tuæ & tibi illata, non solum de ea, sed & de iniquo Formosi Papæ consensu & Hermanni, Colonienſis & Moguntini Archiepiscopi, & aliorum Episcoporum iniqua circumventione, & invidia contristati sumus. Quid namque injuriosius? quam privari Ecclesias juste sibi traditas honoribus. Quid enim injustius, quam violare & infringere Imperatorum & Regum cartis tradita plurima Apostolorum Privilegia, nil amplius a nobis vel successoribus nostris ratum, firmum, aut stabile statuetur in Ecclesia, sed quum juxta hæc verba Dominica: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & juxta hæc verba: Apostoli estis superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum in ipso angulari lapide Christo Jesu: constat sanctam & universalem Ecclesiam fundatam esse supra petram & fundamentum Prophetarum & Apostolorum & compactam in ipso angulari & firmissimo lapide Christo Jesu, necesse est, ut sit ipsa petra & Apostolica fundatio & sancta angularis compactione firma æterna & immobilis: ita omnis Ecclesiastica superædificatio fit rata & stabilis & ab omni humana præsumptione inviolabilis; Nos ergo, juxta vocem Dominicam & Apostolicam, & juxta hanc beati Georgii sententiam quæcunque Ecclesiæ privilegio semel indulta fuerint, rata amplius & stabilia permanere debent, quicquid igitur iniquo consensu Formosi Papæ & Arnolphi Regis & machinatione Hermanni Archiepiscopi in te & Ecclesiam Hamburgensem temere perpetratum est, authoritate quoque nostra & judicio plurimorum confratrum nostrorum & sub anathemate contradicimus & omnino destruimus. Quicquid autem a Nicolao Papa & cæteris prædecessoribus nostris & Hamburgi Ecclesiæ concessum est, scilicet habere Archi-Episcopalem potestatem in Regnum Danorum, Norvenorum, Suevorum & omnium septentrionalium nationum & Bremensem Ecclesiam & ipsam Hammaburgensem Ecclesiam non duas, sed unam esse Ecclesiam & Parochiam decernimus & confirmavimus; Authoritate ergo Apostolica & censura sub divini judicii obtestatione & Anathematis interdictu statuimus, ut nulla persona cujuscunque ordinis aut dignitatis sit, ea, quæ vel in Archi-Episcopali dignitate, vel quæ in conjunctione Bremensis & Hammaburgensis Ecclesiæ a prædecessoribus nostris Ecclesiæ tuæ & tibi concessa sunt, & a nobis reformata sunt, violet. Quicunque autem mutaverit, vel in aliquo violare præsumpserit, authoritate Dei & beati Petri Apostoli & nostra, qui ejus fungimur vicariatione, perpetuo Anathematis vinclo sit innodatus. Hermannum autem Colonienſem Archi-Episcopum, & Haddanum, Moguntinum Archipræsulem, pro satisfactione pœnitentiæ, usque

ad præfinitum a nobis tempus a divino suspendimus officio, quoniam apud Triburiam per eos inique cassata sunt concessa Ecclesiæ tuæ & tibi Apostolicæ sedis privilegia & glorioſorum Imperatorum annullata sunt testamenta, nos quoque, quemadmodum precatus es, monuimus Apostolicis literis Wigebertum & Bisonem reverendissimos & tuos convicinos Episcopos, quatenus te adjuvent, & ad te convenientes ordinare Episcopos, in quibus canonice inveneris locis & competens desiderit ratio; Tua ergo, sanctissime frater, sanctimonia oret pro nobis, & pro universali Sancta Romana Ecclesia & nobis remanda, qualiter & ubi Episcopos ordinaveris. Datæ per manum Petri, Cancellarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, V. Nonas Februarii, indictione III.

X.

Ejusdem Breve **an Ertz-Bischoff Hogerum zu Hamburg / worinn er ihn unterrichtet / wie und zu was Ende er sich des von ihm überschickten Ertz-Bischöffl.** Pallii **bedienen solle/** de Anno 910.

SErgius Episcopus servus servorum Dei, Reverendissimo & sanctissimo Confratri nostro, Hogero, Archiepiscopo sanctæ Hamburgensis Ecclesiæ. Diebus vitæ suæ tantummodo pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die nocteque ferre contenti sunt, & ne qua ex eis, aut errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant: quanto sudore, quanta cura debeamus esse pervigiles nos, qui Pastores animarum dicimur, attendamus; & susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne in die divini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem negligentiæ reatus inde exurgat, unde modo honoris reverentia sublimiores inter cæteros judicamur. Pallium autem fraternitati Tuæ ex more, ad Missarum solemnia celebranda, transmisimus, quo tibi novaliter Ecclesiæ tuæ privilegiis in statu suo manentibus uti largimur non nisi solummodo in die sanctæ ac reverendæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu in Natalibus Apostolorum, nec non & Beati Johannis Baptistæ, atque in assumptione sanctæ Dei genetricis Mariæ Dominæ nostræ: imo & Nativitatis Domini nostri Jesu Christi die, nec non natalitia Ecclesiæ tuæ die, simul & in ordinationis tuæ concedimus die, & quando reconduntur reliquiæ Sanctorum, a te, sicut a Beatissimo prædecessore nostro, Domino Gregorio, hujus almæ Sedis Præsule, sancitum est. In Secretario vero Fraternitas tua Pallium induere debeat, & ita ad missarum solemnia proficisci. Cujus quomodo indumenti honor modesta actuum vivacitate servandus est, hortamur, ut & morum tuorum ornamenta conveniant, quatinus autore Deo recte utrobique possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula: in ipsa, si qua torritudo illis injecta est, dirigant, in ea, quod imitentur, aspiciant, ut tuum post Deum videatur esse bonum, quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa dejiciant; Sed quicquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te odium, nullum favorem indiscretum inveniant, districtum mali cognoscant, insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset, remissum te delinquentibus non ostendas, nec quod ultus non fueris perpetrari permittas; Sit in te & boni Pastoris dulcedo, sit & judicis severa districtio; unum scilicet quod innocenter viventes foveat, aliud, quod inquietos feriendos a pravitate compescat. Sed quoniam nonnunquam Præpositorum zelus, dum districtius vult malorum vindex existere, transiit in crudelitatem correptio, iram judicio refrena, & censuram disciplinæ secuturæ: ut & culpas ferias, & a dilectione personarum, quas corrigis, non recedas. Misericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibe: oppressis defensio tua subveniat: opprimentibus modesta correctio contradicat; nullius faciem contra justitiam adspicias; nullum quærentem justa despicias; custodia in te æquitatis excellat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud vos extra viam suadeat rationis audere, nec pauperem de re sua faciat humilitas desperare: quatinus Deo miserante talis possis existere, qualem sacra lectio præcipit, dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus salubriter uti poteris, si magistram Charitatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce, Frater carissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotii, ista sunt Pallii, quæ si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta Trinitas Fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem ad æternam simul dulcedinem pervenire mereamur. Scriptum per manum Johannis Scrinarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Majo, Indictione XIV. Bene vale.

vale. Data in Kalend. Junii per manum Theophylacti, Sacellarii Sanctæ sedis Apostolicæ, Anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Sergii Summi Pontificis, & Universalis Papæ in sacratissima sede Beati Petri Apostoli VIII. indictione XIV.

XI.

Kayſers Henrici I. Confirmation **eines zwischen Ertz-Bischoff** Unnone **zu Hamburg / und einem von Adel/** Willarias **genannt / unterschiedener Güter halber / getroffenen Tausches/** de Anno 935.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri, tam præsentes quam etiam & futuri, qualiter nos, rogatu Vnnonis, Hamburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, quandam commutationem inter se, & quendam nobilem virum, nomine Willarium, fieri permisimus. Tradidit enim præfatus Willar cum manu Rosmade conjugis suæ, & Thoadulfi filii ejus, ad prædictum Episcopatum in manum ipsius Ecclesiæ Episcopi Vnnonis & Vifridi, sui etiam advocati, quicquid proprietatis in locis Holtgibutli, Holthem, Fokaresha, Niantorp, Omanthorp, Walle, Magulum, Rikinburgi & Damista nuncupatis habere visus est, cum curtilibus, ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, & omnibus, quæ dici, aut nominari possunt appendiciis, contra eam recompensationem, quam ab eodem Episcopatu sibi traditam accepit, & nostræ auctoritatis scripto confirmatam acquisivit, eandem vero commutationem ejusdem Episcopi petitione hoc scripto confirmari jussimus, & ut hoc nostræ confirmationis præceptum a fidelibus nostris verius credatur, & diligentius observetur, manu nostra subtus illud firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari præcepimus. Data IX. Kalend. Junii, Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXV. Indictione VIII. Anno autem Henrici Regis XVII. Actum Diusburg in Dei nomine. Amen.

XII.

Kayſers Ottonis I. Privilegium, **welches er Ertz-Bischoff** Adaldago **zu Hamburg und Bremen ertheilet/** de Anno 937. **stehet in des Teutschen Reichs-**Archivs Part. Special. Continuat. II. **unter dem Hertzogthum Bremen/** pag. 429.

XIII.

Ejusdem **anderweites** Privilegium, **so er Ertz-Bischoff** Adaldago **zu Hamburg und Bremen gegeben/** de Anno 937. **befindet sich** loc. antea citato, pag. 430.

XIV.

Pabſts Agapiti II. Confirmation **aller** Privilegien **und Freyheiten derer zu einem Ertz-Bischoffthum vereinigten Stiffter Hamburg und Bremen / nebst** Cassation **aller widrigen** Attentatorum, de Anno 94-.

AGapitus Episcopus, servus servorum Dei, Reverendissimo & Sanctissimo Adalgago, sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopo tuisque successoribus in perpetuum. Convenit Apostolicæ moderationi, pia religione pollentibus benevola compassione succurrere & poscentium animos alacri devotione impertire, ex hoc enim lucri potissimum præmium apud conditorem omnium Deum procul dubio promeremur, dum venerabilia loca oportune ad meliorem fuerint statum sine dubio producta. Igitur quia postulastis a nobis quatenus Archi-Episcopatum Hammaburgensis Ecclesiæ totum integrum vobis confirmaremus, sicut a prædecessore nostro, Domino Nicolao, hujus Apostolicæ sedis decretum est, inclinati precibus Hadumari, Fuldensis Abbatis, Apostolica authoritate concedimus cum omnibus generaliter atque specialiter locis ad eundem vestrum præfatum Archiepiscopatum pertinentibus, scilicet omnia, quæ vestri Antecessores suis laboribus acquisiverunt, vel etiam amor æternæ patriæ ibi a Christicolorum fidelibus largita sunt vel largiuntur, cum illis etiam, qui nunc suo tempore divina protegentia ad Christi conversi sunt fidem, videlicet Episcopis Danorum, Norvenorum, Suevorum, nec non omnium Septentrionalium partium; Pallium quoque & ejus usum in prænominatis a prædicta Papa factis habendum tibi & omnibus Successoribus tuis perpetuo decernimus. Deinceps vero nullum Archi-Episcoporum, vel Colonienſem, vel alium quemlibet in vestra Diœcesi ullam sibi vendicare decernimus potestatem, quin imo & ipsis & omnibus omnino suademus, cultoribus veræ religionis, ut adjutorium & Solatia vobis in omnibus administrent, quatenus pro gratia hujus beneficii

plenam recipere mercedem a Domino mereantur, cum omnia quæ proficua Eccleſiæ probantur exhibere & divinis non impugnantur præceptionibus efficienda & præbenda omnipotentis Dei authoritate & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli eſſe non dubitamus & hoc noſtro decreto decernimus ſecundum prænominati bonæ memoriæ Nicolai Papæ Sanctionem & reverendiſſimi Regis Ludovvici votum ipſas prædictas Diœceſes, Hamburgenſem ſcilicet & Bremenſem, non deinceps duas, ſed unam eſſe & vocari, omnem quoque adverſantem, vel contradicentem atque piis noſtris ſtudiis quolibet modo inſidiantem anathematis ſermone percutimus perpetuæque Apoſtolorum, more prædeceſſorum noſtrorum, cauſamque Dei pro affectu celantes ab adverſis hinc inde partibus muniamur, Apoſtolica itaque authoritate & Bernardo Epiſcopo Alverſtendenſis, Thidardo Hildenenſis Eccleſiæ & cœteris conterminalibus Epiſcopis inſuper jubemus & eos monemus, ut te in omnibus adjuvent, quatenus Sacerdotale miniſterium explere & animarum lucra Domino Jeſu Chriſto facilius acquirere valeas. Authoritate ergo Apoſtolica & cenſura ſub divini judicii obteſtatione & anathematis interdictu ſtatuimus, Ut nulla perſona magna vel parva cujuscunque ordinis aut dignitatis ſit, omnia, quæ a nobis, vel prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ tuæ & tibi conceſſa ſunt, violet. Quicunque autem mutaverit, vel in aliquo violari præſumpſerit, niſi reſipuerit authoritate Dei & beati Petri & noſtra, qui ejus fungimur vicariatione, perpetui anathematis vinculo ſit innodatus. Qui vero cuſtos & obſervator ejus exſtiterit benedictionis gratiam & cœleſtis retributionis à juſto judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur. Scriptum per manus Arronis Notarii Regionarii atque Scriniarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe Januario, indictione 6. Data 4. Nonas Januar. per manum Andreæ Accarii, Sanctæ ſedis Apoſtolicæ in Sacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli, indictione ſexta.

XV.

Käyſers Ottonis I. Privilegium vor die unter das Ertz-Stifft Hamburg gehörigen und neu auffgerichteten Hoch-Stiffter Schleßwig/ Rüpen und Arhus/ de Anno 965.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente Clementia Imp. Aug. Quum Imperatoriæ dignitatis officium eſſe conſtet, ut erga divini cultum officii pervigili cura inſiſtant, & quicquid augmentum ſanctæ Chriſtianæ religione adhibere potuerint, indeſinenter in hoc ſtudeant. Idcirco nos interventu dilecti Archiepiſcopi noſtri, Adaldagi, pro proſperitate & incolumitate Imperii noſtri, quicquid proprietatis in marca vel regno Danorum ad Eccleſias, in honorem Dei conſtructas, videlicet Slesvvigenſem, Ripenſem, Arhuſenſem pertinet vel adhuc pertinere videtur, vel futurum adquiratur, ab omni cenſu vel ſervitio noſtri juris abſolvimus, ut & Epiſcopis præſcriptarum eccleſiarum absque ulla Comitis, vel alicujus Fiſci noſtri exactoris infeſtatione ſerviant & ſuccumbant, volumus & firmiter jubemus. Servos vero & colonos in eisdem proprietatibus habitantes, nulli, niſi eisdem Epiſcopis ſervituros ab omni etiam noſtri juris ſervitio abſolvimus, & ſub nullius banno vel diſciplina illos, niſi ſub illarum Eccleſiarum advocatis eſſe volumus. Et ut hoc autoritatis noſtræ præceptum firmum & inconvulſum permaneat hanc chartam conſcribi, annulique noſtri impreſſione ſigillari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus.

Data VI. Kalend. Julii Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXV. indictione VIII. Domini Ottonis Imperii IV. Regni autem XXX. Actum Magdeburg in Dei nomine, Amen.

XVI.

Ejusdem Confirmation **derer Ertz-Biſchoff** Adaldago **zu Hamburg und Bremen ertheilten** Privilegien/ **worinn ihm zugleich die Gerechtigkeit Müntze zu ſchlagen/und einen Zoll anzulegen vergönnet wird/** de Anno 966. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. **unter dem Hertzogthum Bremen** p. 430. **vorhanden.**

XVII.

Käyſers Ottonis II. Confirmation **derer vom Kayſer** Ottone I. **Ertz-Biſchoff** Adaldago **zu Hamburg und Bremen ertheilten** Privilegien/ de Anno 967, **ſiehe** loco antea citato, p. 431.

XIIX. Ejus-

XIIX.

Ejusdem **anderweitige** Confirmation **derer Ertz-Biſchoff** Adaldago **zu Hamburg und Bremen gegebenen** Privilegien / de Anno 974. **befindet ſich** loco ſupra citato, pag. 431.

XIX.

Ejusdem Confirmation **des unter das Ertz-Stifft Bremen gehörigen und neu-fundirten Cloſters Ripesholt/** de Anno 983.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imp. Auguſtus. Si ſpecialibus fidelium noſtrorum neceſſitatibus pie ſubveniendum eſſe Imperatoria auctoritas monſtrat: quanto magis pro his, quæ ad divinum cultum pertinent, oportet nos gerere curam. Quapropter omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ filiis noſtrisque fidelibus compertum eſſe volumus, quia Adaldagus, Bremenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus per ſuum miſſum innotuit ſerenitati noſtræ, quod duæ ſorores, una Reyngerd vocata, altera Wendila in Freſia, in pago Aſtringa, in comitatu Bernhardi ducis tradidiſſent omnem hereditatem ſuam ad eccleſiam Bremenſem cum ſuis advocatis: ea ſcilicet conditione, ut eam diebus vitæ ſuæ poſſidere debuiſſent. Quo facto, una earum Reyngard divino juſſu obiit. Qua defuncta, alia quæ ſupervixit Wendila, divino amore compuncta, totum quod habuit præfatæ Bremenſi eccleſiæ dimiſit, duas videlicet curtes Hrepeſholt & More, cum omnibus ſuis pertinentiis, aliisque omnibus rebus, in diverſis locis jacentibus, petens ab eodem Archi-Epiſcopo, ut in eadem hereditate monaſterium conſtrueretur & congregatio clericorum. Hoc libenter faciens ceſſit eidem monaſterii Hrepesholt nominato quandam partem decimarum, eo ſcilicet modo, ut clerici quos illic divinus amor aggregaſſet, regulam & ordinem clericorum in Bremenſi eccleſia Deo ſervientium perpetua ſua in converſatione ſervarent: Super quare prædictus Venerabilis Archiepiſcopus per ſuum miſſum, Wigbertum nomine, poſtulavit celſitudinem noſtram, hæc pia ſtudia, noſtra etiam auctoritate roborare. Cujus videlicet petitioni, quia nobis pia ac rationabilis viſa eſt, aſſenſum præbentes, decernimus atque jubemus, ut prædictus locus, vocabulo Hripesholt, habitatio clericorum perpetuo fiat, pertinens ad Eccleſiam Bremenſem, ſub cura ac diſpoſitione ejusdem loci Archiepiſcopi, cum omnibus, quæ eidem eccleſiæ, vel à prædicto Archiepiſcopo de rebus Epiſcopii collata, vel ab aliis fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ nunc collata, aut deinceps conferenda ſunt. Inſuper & omnes res præfatæ eccleſiæ ab omni cenſu noſtri juris abſolvimus. Concedimus, ut res prædictæ eccleſ. ipſi libere ſerviant, omni judiciaria poteſtate remota. Et ut hæc noſtra auctoritas firma atque inconvulſa permaneat, juſſimus hanc cartham conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari quam & manu propria ſubtus firmavimus.

Data V. Idus Junii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. anno vero Regni II. Ottonis XXV. Imperii autem XV. Actum Veronæ feliciter, Amen.

XX.

Käyſers Ottonis III. Confirmation **aller dem Ertz-Stifft Bremen und Hamburg von ſeinen Vorfahren gethanen Schenckungen und ertheileten Freyheiten/** de An. 985.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Aug. qui mundiali poteſtate præditi quibuscunque neceſſariis regentium ſuffragari feſtinant, divinam ſibi nihil refragari Clementiam certiſſime ſciant. Ideoque non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum clementer, quia ab hoc temporalis regni modificationem nobis pariter ſperamus & amplificationem æternalisque proventuram perpetuo perennitatem, unde noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum ſagacitas, quod Adalgagus, Sanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus, adiens excellentiam noſtræ Serenitatis, expetivit a noſtra pietate talem libertatem & tuitionem Monaſteriorum in ejus Epiſcopiis conſiſtentibus, qualem cœtera Archiepiſcoporum per noſtrum regnum Monaſteria noſcuntur habere; Ejus namque quia juſta & rationabilis eſſe petitio videbatur, ob remedium & memoriam animæ piiſſimi genitoris noſtri, Domini Ottonis Sereniſſ. Imp. Aug. atque intuitu dilectiſſimæ genitricis noſtræ Dominæ Adelh. adhonorem S. Dei genitricis Mariæ, cui ille locus Hammaburg eſt conſecratus, eidem loco ſupradicto concedimus omnes conceſſiones, quas conceſſerunt anteriores Francorum Reges & Imperatores, cæterisque monaſteriis ad hanc Diœceſin pertinentibus, id eſt, Rameslahum, Bremun, Birchiſium, Bakkum videlicet, ita ſcilicet

cet ut ſemper noſtra ſubtuitione ſint perpetualiter & quidquid modo habeant vel deinceps aliquo modo adquirere poſſint ut eis eorumque Epiſcopo libere ſerviant, omni judiciaria poteſtate remota. Concedimus inſuper, ut nullus Dux neque Marchio, vel Comes, aut alia quælibet judiciaria poteſtas aliquam ſibi vindicet poteſtatem in ſupradictorum hominibus monaſteriorum litis videlicet & Colonis, atque jam undilingis, vel eos aliquis capitis banno, obcapit. furtum, vel capitis, vel alio quolibet banno conſtringat, aut aliquam juſtitiam facere cogat, niſi Advocati Archiepiſcopi ſupranominati, quos ipſe velit & conſtituat Advocatos, ipſi vero Advocati prædictos homines banno noſtro ob capitis furtum recte faciendi conſtringant, donamus quoque Clericis Hammaburgenſis Eccleſiæ poteſtatem inter ſe ſive aliunde eligendi Epiſcopum, cum neceſſitas popoſcerit. Et ut noſtræ auctoritatis hoc præceptum firmum & ſtabile permaneat, cartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus.

Data V. Kal. Octobr. Dominicæ incarnationis DCCCCLXXXV. indictione I. Anno Regni Domini Ottonis XI. Imperii autem VI. Actum Magdeburgh in Domino feliciter, Amen.

XXI.

Ejusdem Confirmation derer Freyheiten des dem Ertz-Stifft Bremen gehörigen Cloſters Rippesholt/ de Anno 987.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divina favente clementia Rex. Si ſpecialibus fidelium noſtrorum neceſſitatibus pie ſubveniendum eſſe regia auctoritas monſtrat; quanto magis his, quæ ad divinum cultum pertinent, oportet nos gerere curam. Quapropter omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ filiis, noſtrisque fidelibus compertum eſſe volumus, quia Adaldagus, Bremenſis Eccleſiæ Venerabilis Archiepiſcopus, innotuit Serenitati noſtræ, quod duæ Sorores, una Reyngart vocata, altera Wendila in Freſia, in pago Aſtringa, in Comitatu Bernhardi Ducis, tradidiſſent omnen hereditatem ſuam ad Eccleſiam Bremenſem, cum ſuis patronis & advocatis, ea ſcilicet conditione, ut eam diebus vitæ ſuæ poſſidere debuiſſent. Quo facto una earum Reyngart divino juſſu obiit; qua defuncta alia, quæ ſupervixit, Wendila, divino amore compuncta, totum, quod habuit, præfatæ eccleſiæ dimiſit, duas videlicet curtes Repesholt & in More, cum omnibus ſuis pertinentiis, ædificiis, terris cultis & incultis, mancipiis utriusque ſexus, areis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, piſcationibus, aucupiis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, cunctisque aliis appenditiis, quæ adhuc dici aliquo modo aut nominari poſſunt. Petens ab eodem Archiepiſcopo, ut in eadem hereditate monaſterium conſtrueretur, & congregatio clericorum. Hoc libenter faciens conceſſit eidem monaſterio Ripesholt nominato, quandam partem decimarum, eo ſcilicet modo, ut clerici, quos illuc divinus amor congregaſſet, regulam & ordinem clericorum in Bremenſi Eccleſia ſervientium, Deo perpetuo ſua in converſatione ſervarent. Super qua re prædictus Venerabilis Archiepiſcopus adiit Celſitudinem noſtram poſtulans hæc pia ſtudia noſtra etiam autoritate roborari. Cujus videlicet petitioni, quia nobis pia ac rationabilis viſa eſt, maxime ob hoc, quod piæ memoriæ genitorem noſtrum Ottonem, ſcilicet Imperatorem, hæc eadem ſuo præcepto firmaſſe cognovimus, aſſenſum præbentes, prædictum monaſterium in noſtram tutelam ſuſcipimus atque mundiburdium; præcipientes hoc regali decreto, ut præfatus locus vocabulo Repesholt habitatio clericorum perpetuo fiat, pertinens ad eccleſiam Bremenſem, ſub cura ac diſpoſitione ejusdem loci Archiepiſcopi, cum omnibus, quæ eidem eccleſiæ de rebus Epiſcopii collata, vel ab aliis Dei fidelibus nunc collata, aut deinceps conferenda ſunt. Inſuper & omnes res præfatæ eccleſiæ ab omni cenſu juris noſtri abſolvimus; & ut eidem eccleſiæ libere ſerviant, omni judiciaria poteſtate remota firmiter hac regali præceptione jubemus. Donamus etiam ad hæc præfato Archiepiſcopo, interventu Bernhardi Ducis quædam noſtri juris mancipia, litam videlicet Thietſuiden dictam, cum filiis ejus & filiabus omnique progenie, quæ ex his per ſucceſſura tempo fuerit procreata. Omnem etiam eorum poſſeſſionem ſeu adquiſitionem ei in propriam tradimus, eo ſcilicet tenore, ut ipſe dehinc poteſtatem habeat ſive retinendi, dandi, vendendi, commtuandi, ſeu quodcunque ſibi libitum fuerit inde faciendi. Si quis autem hæc noſtra decreta ſubdolis machinationibus, falſisve diſputationibus aliquo modo irritaverit, regiæ noſtræ majeſtati ſe rebellare certiſſime noverit. Et ut hæc noſtra auctoritas firma & inconvulſa permaneat, hanc chartam conſcribi, manuque propria confirmatum annuli noſtri impreſſione juſſimus aſſignari.

Data XIII. Kalend. April. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXXVIII. Indictione I. Ottonis regnantis V. Actum Wigeldeshuſen feliciter in Dei nomine, Amen.

XXII.

Ejusdem Privilegium vor die unter dem Ertz-Stifft Hamburg ſtehende Hoch-Stiffter Schleßwig/ Rypen/ Arhus/ und Ottenswyck/ de Anno 988.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, Dei clementia Rex. Omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum piæ devotioni pateat, quomodo nos, ob petitionem & interventum dilecti noſtri Adaldagi Bremenſis eccleſiæ videlicet venerabilis Archiep. ac pro ſtatu & incolumitate regni noſtri, quidquid proprietatis in regno Danorum ad Eccleſias in honorem Dei conſtructas, videlicet Sliesvvicenſem, Ripenſem, Aruſenſem, Ottonesvvigenſem, vel adhuc pertinere videtur vel in futurum adquiratur, ab omni cenſu vel ſervitio noſtri juris abſolvimus; & ut epiſcopis præſcriptarum eccleſiarum absque ulla comitis, vel alicujus fiſci noſtri exactoris infeſtatione ſerviant & ſuccumbant, volumus & firmiter jubemus. Inſuper concedimus prædictarum eccleſiarum Epiſcopis, ut poteſtatem habeant emendi agros, poſſeſſiones & prædia in omnibus regni noſtri partibus, ubicunque velint aut poſſint. Servos vero & colonos in eorum proprietatibus habitantes, nulli niſi iisdem Epiſcopis ſervituros, ab omni etiam noſtri juris ſervitio abſolvimus, & ſub nullius banno vel diſciplina illos, niſi ſub illarum eccleſiarum advocatis eſſe volumus. Ad hoc etiam omnes fideles noſtri dinoſcant, quod nos Folgberti, Slesvvicenſis Eccleſ. Epiſcopi - - ſive qualicunque paratu euntibus in noſtri regni finibus theloneum prorſus perdonavimus. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum atque inconvulſum permaneat, hanc cartam conſcribi, annulique impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria . . . . firmavimus.

Data XV. Kal. Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVIII. Indictione I. anno autem III. Ottonis regnantis V. Actum Wildeshuſen in Dei nomine feliciter, Amen.

XXIII.

Ejusdem Conſtitution, wegen einiger an das Ertz-Stifft Bremen geſchenckten Leibeigenen/ de Anno 988.

OTto, divina favente clementia Rex, Adaldago Bremenſi Archiepiſcopo. Mancipia, litam videlicet, cum filiis ejus & filiabus omnique progenie, quæ ex his per ſucceſſura tempora fuerint procreata: omnem etiam eorum poſſeſſionem, ſeu adquiſitionem tibi in proprium tradita, eo tenore donata cenſentur, ut ipſe dehinc poteſtatem habeas, ſive retinendi, dandi, vendendi, commutandi, ſeu quodcunque tibi libitum fuerit inde faciendi.

Data Wildeshuſen XIII. Kal. Aprilis anno Dom. incarnat. DCCCCLXXXVIII. Indict. I. Anno autem regni noſtri V.

XXIV.

Ejusdem Diploma Traditionis und Confirmationis des Cloſters Rannesloe an das Ertz-Stifft Bremen/ de Anno 1000.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, ſervus aliorum omnium fidelium Chriſti & noſtri Imperii. Solers ſciat intentio, quod nos interventu Maginvvardi, ſanctæ Aquisgranenſis Eccleſiæ Cardinalis, noſtrique Capellani amabilis, maxime autem propter Dei omnipotentis amorem ipſius, juſtitiam intuentis per hoc noſtrum Imperiale Privilegium largimur & confirmamus ſanctæ Brimiacenſi Eccleſiæ ad honorem ſancti Confeſſoris Chriſti Willoldi conſtructæ, monaſterium Ramesloh dictum, ſicut ſui Rectores habuerunt cum omnibus illi rite aſpicientibus & integritate ſua, eo tenore, ut Archiepiſcopus Liebitzo omnesque ſui ſucceſſores eodem monaſterio fruantur & prout voluerint, diſponant, tamen timorem Dei præ oculis habentes. Et ut hujus noſtræ auctoritatis confirmatio firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes ſigillare præcepimus.

Data VIII. Kal. Auguſti. Anno Dominicæ incarnationis Milleſimo, Indictione XIV. Anno III. Ottonis Regni XIV. Imperii VI. Actum Paleſno feliciter, Amen.

XXV.

Ejusdem Diploma Donationis den Ort Stipenlo in Weſtphalen betreffend / de Anno 1001.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto ſuperna favente Clementia Romanorum Imper. Aug. omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum noverit univerſitas, quod nos, interventu ac petitione B. noſtri amabilis ducis & dilectiſſimi Capellani noſtri Maginvvardi, Luitgero Comiti dedimus curtem, quæ vocatur Stipenlo, in Comitatu ipſius Luitgeri Comitis,& in pago Weſtfalon ſitam, quam cum omnibus utilitatibus, areis, ædificiis utriusque Sexus, mancipiis, terris cultis,& incultis, agris,pratis,campis, paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarum decurſibus, ſive reditibus, tam quæſitis, quam inquirendis ſibi in proprium tradidimus, eo tenore, ut idem Luitgerus Comes de eodem prædio liberam habeant faciendi,quod velit poteſtatem ſive illud tradere,commutare, vendere ſeu magis ſibi obtinere voluerit. Et ut hæc traditio firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Data V. Kal. Maji, Anno Dominicæ incarnationis Milleſimo primo, indictione XIV. Anno tertii Ottonis regni XIV. Imperii VI. Actum Ravennæ feliciter, Amen.

XXVI.

Kayſers Henrici II. Ertz-Biſchoff Libizoni zu Hamburg und Bremen ertheiltes Privilegium, de An. 1003. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ pag. 432.

XXVII.

Ejusdem Privilegium dem Ertz-Biſchoffe zu Hamburg und Bremen/ Unato genannt/ gegeben/ de Anno 1014. befindet ſich loco antea citato, p. 433.

XXIIX.

Kayſers Conradi II. Privilegium Ertz-Biſchoff Becelino zu Bremen/wegen eines Marckts ertheilet/ de Anno 1035. iſt loc. ſupr. cit. p. 433. vorhanden.

XXIX.

Ejusdem Privilegium, welches er dem Ertz-Biſchoff Becelino über die Auffrichtung eines Marckts Anno 1038. gegeben/ ſiehe loc. ſupr. cit. p. 434.

XXX.

Kayſers Henrici III. Privilegium vor Ertz-Biſchoff Becelinum zu Hamburg und Bremen/ über der Jahr-Marckt und Zoll zu Heßlingen/ wie auch daß er zu Stade dergleichen auffrichten möge/ de Anno 1040.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, divina favente Clementia Rex. Sollicitudo regalis potentiæ, quæ nos poſt exceſſum divæ memoriæ Regum & Imperatorum divinæ diſpoſitionis cuncta regentis non ignara reſpexit, monet & inſtigat eccleſiis Dei in regno noſtro circumquaque conſtructis, tanto vigilantius prudentiæ noſtræ,curam impendere,quanto conſtat in noſtri ordinis promotione cœleſtis gratiæ beneficio nos indulgentius præcepiſſe. Exhoc enim potiſſimum lucri præmium apud conditorem omnium dominum promereri confidimus, ſi venerabilia loca opportuno tempore ad meliorem fuerint ſtatum, Deo adjuvante, a nobis perducta. Quapropter noverint omnes Chriſti noſtrique fideles, qualiter nos, pro remedio animæ patris noſtri piæ memoriæ Imperatoris Chuonradi, Becilino, viro venerabili, Hammaburgenſi Archipræſuli, ſuisque ſucceſſoribus licentiam à prædeceſſoribus noſtris datam confirmamus, conſtruendi mercatum in loco Heslingoa nuncupato, in pago Eilongoa, eo ſcilicet tenore, ut advocatus ejusdem eccleſiæ hiis diebus, quibus annualis mercatus inibi celebrari, & confluentia populi maxime ſolet fieri,videlicet in feſtivitate ſancti Viti martyris, poteſtatem habeat banno noſtro conſtringendi omnes qui illuc conveniunt ad omnem juſtitiam faciendam. Theloneum autem & quicquid ad noſtrum regale jus pertineat, ob amorem prædicti martyris, cui idem locus eſt conſecratus, eidem eccleſiæ & ſanctimonialibus ibidem degentibus libere utendum pro noſtra perpetua memoria ſtabiliendo corroboramus & confirmamus. Sub hac etiam confirmatione pro voto & petitione ejusd em venerabilis viri, quoniam eum fidelem in omni negotio noſtro comperimus,ut poteſtatem habeat, ſi quando rei neceſſitas expoſcat vel utilitas in loco,Stadum nominato,in prædio eccleſiaſtico mercatum conſtituendi ex integro, bannum & theloneum, nec non etiam monetam & quicquid inde regius Reipublicæ fiſcus obtinere poterit, prælibatæ eccleſiæ Hammaburgenſi ſtabilimus. Homines vero, qui in prædicto prædio quoquo modo habitacula faciunt ſub banno & conſtrictione advocati Epiſcopalis, nec alicujus alterius manere decernimus. Et ut hanc noſtræ benevolentiæ confirmatio ſtabili & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc cartam conſcribi, manuque propria roboratam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Data III. Idus Maji, indictione VIII. anno Dominicæ incarnationes MXL. anno autem Domini Heinrici Regis tertii ordinat. XIII, regni primo.

XXXI.

Ertz-Biſchoffs Alberti I. zu Bremen Fundations-Brieff des ſeinem Ertz-Stifft unterworffenen Cloſters Gozeck/ de Anno 1053.

NOtum ſit omnibus tam futuris, quam præſentibus Chriſti fidelibus, quod ego Albertus, Sanctæ Bremenſis eccleſiæ metropolitanæ Archi-Epiſcopus, fratresque mei Dedo & Fredericus, Paladini præſides, hoc cœnobium Gozeka, quod in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti & in honorem Sanctiſſimæ Mariæ Virginis, genitricis Dei, & beati Michaelis Archangeli, pro remedio animarum noſtrarum & patrum noſtrorum vel parentum ex patrimonio noſtro conſtruximus, cum omnibus pertinentiis ſuis ſanctæ Eccleſiæ Bremenſi tradidimus, hoc videlicet ſtatuentes & officii noſtri autoritate confirmantes, ut ordo monaſticus, quem ſecundum beati Benedicti regulam hic inſtituimus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Præterea fratres hic ſervientes, ſecundum Dei timorem & regulam Beati Benedicti liberam habeant electionem, ſed electus Bremenſi Archi-Epiſcopo præſentetur. Decrevimus inſuper, ut quisquis in hac ſtirpe noſtra laicus cæteris ætate proveCtior fuerit, hic noſtra conſtitutione huic loco advocatus conſtituatur. Si vero evenerit, quod abſit, ut talis de ſtirpe noſtra deficiat, quemcunque Abbas, cum conſilio fratrum, ad defenſionem & utilitatem loci expetierit, hunc Archiepiſcopus Bremenſis advocatum conſtituat. Qui advocatus non quæ ſua ſunt, quærat, nec populum ſuæ tuitioni commiſſum violenter aut injuſte opprimat, ſed omnia cum conſilio Abbatis agat, atque diſponat, nec extra ejus voluntatem aliquid in populo præſumat. Ordinamus etiam atque ſtatuimus, ut in momentum & confirmationem hujus deditionis, ad ſupplementum monachorum, hic Chriſto Regi militantium, quadraginta libræ argenti Friſicæ monetæ levioris & totidem lanei pannei ex ærario Bremenſis Archi-Epiſcopi annuatim perſolvantur. Ut autem hæc rata & inconvulſa permaneant per ſuccedentem generationem in teſtimonium poſteris, literis juſſimus commendari, & ſigilli noſtri impreſſione firmari. Teſtes hujus rei ſunt iſti: Burchardus Halberſtadenſis Epiſcopus, Eppo, Cicenſis Epiſcopus, Wintherus Merſburgenſis Epiſcopus; Hatolfus, Adelbertus, Suidegerus, Adolfus Canonici Bremenſes. Dedo Marchio & fratres ejus Gero, Timo, Comites de Bren. De liberis hominibus Rudolfus de Goſtilice, Fridericus de Leſuick, Helinpertus de Wideſendorpe, Sigeboto de Stuuen. Miniſteriales Bremenſes, Sibecko & frater ejus Gerungus & Gödeſcalcus, Mecelinus.

Datum III. Kalend. Octobr. anno incarnationis Domini MLIII. indict. III. Epiſcopatus Domini Alberti Archiepiſcopi, Anno VIII. Actum Gozeka in Chriſti nomine feliciter, Amen.

XXXII.

Kayſers Henrici IV. Diploma Donationis einer Grafſchafft an das Ertz-Stifft Bremen/ de Anno 1057.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, divina favente clementia Rex. Si loca divinis cultibus mancipata, more anteceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum ditare & ſublimare curamus, æternam retributionem nobis inde futuram liquido credimus. Quocirca omnium Chriſti noſtrorumque fidelium tam futurorum, quam præ-

præſentium noverit induſtria, qualiter nos pro remedio beatæ memoriæ patris noſtri Heinrici Tertii, Regis ſecundi, Romanorum Imperatoris Auguſti, & ob interventum dilectæ matris noſtræ Agnetis, Imperatricis Auguſtæ, nec non ob petitionem & devotum ac fidele ſervitium Adalberti, venerabilis Hammaburgenſis Eccleſiæ Archi- Epiſcopi, quæ eſt conſtructa in honorem ſancti Salvatoris & ſanctiſſimæ ejus genitricis Mariæ virginis, quendam noſtri juris Comitatum, ſcilicet in pagis Hunesga & Fiuilga cum eodem jure omnique utilitate, quam anteceſſores noſtri habuerunt, vel ullo modo in futurum inde poterit provenire, ad uſum ejus dictæ eccleſiæ in proprium tradidimus & condonavimus. Inſuper etiam eidem Archiepiſcopo licentiam & poteſtatem conceſſimus, in eodem comitatu duos mercatus conſtituendi, unum videlicet in Wincheum & alterum in Gerleuiswert, cum monetis & theloneis tam in aqua, quam in terra, & in omni diſtrictione, quæ ad forum & regiam pertinet poteſtatem; ita quidem, ut nullus judex, aut exactor, vel ulla alia perſona, præter libitum prædicti Archi-Epiſcopi regiam noſtram traditionem invadere, aut irritam facere præſumat. Hanc autem traditionem tali ratione firmavimus, ut præfatus Archiepiſcopus & ſucceſſores illius de prænominatis rebus liberam deinceps poteſtatem habeant tenendi, vel quicquid illis ad uſum Eccleſiæ prænominatæ placuerit inde faciendi. Et ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc chartam inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data VII. Kalend. Maji anno Dominicæ Incarnationis MLVII. Indictione X. Anno autem Domini Heinrici IV. Regis ordinant. III. regni primo. Actum Werede, in Dei nomine feliciter, Amen.

XXXIII.

Ertz-Biſchoffs Adelberti I. zu Bremen Confirmatio Fundationis und Dotationis der Kirche zu Raſtede/ de Anno 1059.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Adelbertus, ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis Legatus, nec non univerſarum Orientalium ac ſeptentrionalium nationum Archi-Epiſcopus, Hammaburgenſis quoque Eccleſiæ proviſor indignus, univerſis natis videlicet & naſcituris in Chriſto fidelibus fidelem orationem & ſempiternam ſalutem in Chriſto. Sicut Eccleſiaſticæ Religioni derogantes zelo juſtitiæ accenſi debemus arguere, ita piis fidelium affectibus etiam in omnibus conſenſum præbere verum eſt & neceſſarium ad honeſtiſſima quæque appetenda divinitus illos allicere, tum ſi quæ petierunt cumulo dilectionis augere, unde præſentium & futurorum ſciat univerſitas, qualiter nos Hunonis glorioſi Comitis, ſuæ Conjugis æque venerabilis Guillæ petitionem adimplentes, Baſilicam in pago Amnini, in loco Raſtede appellato, ſub invocatione ſanctiſſimi Confeſſoris & Epiſcopi Odalrici conſtructam, a noſtra auctoritate ſtabilem & in perpetuum legalem eſſe decrevimus, determinantes ad eam villas, quarum hæc ſunt nomina: Netene, Hana, Bekenhuſen, Lemede, Bredehorne Loyge, Oſtenharſt, Hannichus, Mirihuſen, Raſtede, ea conditione, ut ſalvo honore & debito jure matris Eccleſiæ in Wivelſtede, ad præfatum Raſtedenſem Eccleſiam hæ villæ pertineant, & absque omni contradictione ſubjaceant, ita tamen, ſi Advocatus ipſius Eccleſiæ nobis noſtrisque ſucceſſoribus ſcilicet Archi- Epiſcopis ſuis obedientiam exhibuerit, nec prævaricatione Doctorem juſtitiæ conturbaverit, & ut hæc per omnia ſuccedentium tempora firma & inconvulſa permaneant, chartam hanc ſcribi & ſigillo noſtro corroborari præcepimus. Data anno incarnationis Dominicæ M. LIX. indictione XIII. III. Idus ſeptembr. ordinationis vero ejusdem reverendiſſimi Archi - Epiſcopi Adalberti XVI.

XXXIV.

Ejusdem Diploma Donationis des Guts Liſtmuone an das Ertz-Stifft Bremen/ de Anno 1062. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ pag. 435.

XXXV.

Ejusdem Diploma Donationis einer gewiſſen Grafſchafft an das Ertz-Stifft Bremen/ ſo vorhin einer/ Namens Bernhardus beſeſſen/ de Anno 1062.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus, divina favente clementia Rex. Cum regiæ dignitatis ſit, jus cuilibet ſervare ſuum, præcipue tamen eccleſiaſtica jura nobis

obſervanda videntur, quia ſi peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum, ſi non peccandum, reverentius tamen Deo, quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præcedentium veſtigia imitari optantes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroque, in quantum poſſumus patrocinio, tueri debemus, quatenus noſtra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri ſperans, & dandi in Deo gloriam aſſequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Univerſis igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisque fidelibus, tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter Dominus Adalbertus, ſanctæ Hamburgenſis eccleſiæ Archi-Epiſcopus, patronus & fidelis noſter, clementiæ noſtræ ſerenitatem adiit ſupplicando, quatenus eidem eccleſiæ, quæ eſt in honore ſancti ſalvatoris ejusque intemeratæ genitricis perpetuæque virginis Mariæ & beati Jacobi Apoſtoli conſecrata, Comitatum Bernhardi Comitis daremus in proprium. Unde ad promerenda patriæ cœleſtis gaudia, & ad prolonganda ſub divina ſemper defenſione noſtræ vitæ curricula & ad explendam noſtrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti magiſtri noſtri, Annonis, Archi-Epiſcopi Colonienſis, Sigifridi, Archi-Epiſcopi Moguntini, Burchardi, Haluerſtadenſis, Gutharii, Babenbergenſis, Adalberonis, Wurziburgenſis Epiſcoporum, Ottonis Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici, Comitis Palatini, Eckkiberti Comitis, conſentire decernentes, remunerantes quoque prædicti Archi-Epiſcopi juge ſervitium, quod patri noſtro & nobis inceſſibili devotione exhibuit, eundem Comitis prænominati comitatum in pagis Emisgoa, Weſtfala & Angeri ſitum, cum univerſis appenditiis ejusdem comitis beneficia reſpicientibus, hoc eſt utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, mercatis, monetis, theloneis, foreſtum etiam cum noſtro banno regali per omnem Comitatum, hiis tantum venationibus exceptis, quas nos, aut prædeceſſores noſtri, Romanorum ſcilicet Imperatores, vel Francorum Reges Eccleſiis vel Principibus, per regii auctoritatem præcepti largiendo contulimus, ſanctæ Hamburgenſi Eccleſiæ pro noſtræ, ut diximus noſtrique progenitoris animæ remedio, perpetuo jure poſſidendum, omni præſentium vel ſuccedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atque donavimus. Confirmamus igitur munificentia regia eidem eccleſiæ libertatem per omnia retinendam & bona omnia, quæ a Carolo Magno Prædeceſſores noſtri, Romanorum ſiquidem Imperatores vel Francorum Reges usque ad tempora noſtra prænominatæ eccleſiæ conceſſerunt, & nos habendum ei omni tempore atque jure perpetuo poſſidendum, per noſtri præcepti paginam concedimus, omni noſtra & noſtrorum ſucceſſorum, cunctorumque mortalium minorum, vel majorum inquietatione remota. Parochias ſcilicet, decimas, terras cultas & incultas, comitatus, mercatos, monetas, thelonea, foreſta cum omni utilitate quæ deſcribi vel quoquomodo inde provenire poterit. Et ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa per ſuccedentium monumenta temporum permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data IX. Kalend. Novembris, anno Dominicæ incarnationis MLXII. Indictione II. anno autem ordinationis D. Heinrici Quarti Regis VIII. regni vero VI. Actum Ratisbone, in Dei nomine feliciter, Amen.

XXXVI.

Ejusdem Diploma Donationis derjenigen Grafſchafft an das Ertz-Stifft Bremen/ ſo vorher Marggraf Udo im Beſitz gehabt/ de Anno 1062.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, divina favente clementia Rex. Cum regiæ dignitatis ſit, jus cuique ſervare ſuum, præcipue tamen eccleſiaſtica jura nobis obſervanda videntur, quia ſi peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, ſi vero non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præcedentium veſtigia imitari optantes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere noſtroque, in quantum poſſumus patrocinio tueri debemus, quatenus noſtra tenera ætas ad virile robur anhelantes promoveri ſi promoverit ſperans & dandi in Deo gloriam conſequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Univerſis igitur ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrisque fidelibus, tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter Dominus Adalbertus ſanctæ Hammaburgenſis eccleſiæ Archi-Epiſcopus, patronus & fidelis noſter, clementiæ noſtræ Serenitatem adiit ſupplicando, quatenus eidem eccleſiæ, quæ eſt in honore Dei Salvatoris ejusque intemeratæ genitricis perpetuæque virginis Mariæ & beati Jacobi Apoſtoli conſecrata, comitatum Vdonis Marchionis, quem pater ſuus habebat antequam

tequam daremus in proprium. Unde ad promerenda patriæ cœleſtis gaudia & ad prolonganda ſub divina ſemper defenſione noſtræ temporalis vitæ curricula, & explendam noſtrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti magiſtri noſtri Annonis, Archi-Epiſcopi Colonienſis, Sigifridi Archi-Epiſcopi Moguntini, Burchardi Halverſtadenſis, Gutharii, Babenbergenſis, Adalberonis Wurziburgenſis Epiſcoporum, Ottonis Bajuariorum Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici Comitis Palatini, Eckkiberti Comitis decernentes conſentire; remunerantes quoque prædicti Archi-Epiſcopi juge ſervitium, quod patri noſtro & nobis inceſſibili devotione exhibuit, eundem prænominati Vdonis Marchionis Comitatum in Augeri ſitum, cum univerſis appendiciis ejusdem Marchionis beneficia reſpicientibus, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, aquis & aquarum decurſibus, molis & molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, mercatis, monetis, theloneis, foreſtu etiam cum noſtro banno regali per omnem comitatum, iis tantum venationibus exceptis, quas nos, aut prædeceſſores noſtri Romanorum ſcilicet Imperatores, vel Francorum Reges, eccleſiis vel principibus per Regii auctoritatem præcepti largiendo contulimus, ſanctæ Hammaburgenſi Eccleſiæ pro noſtræ, ut diximus, noſtrique genitoris animæ remedio, perpetuo jure poſſidendum, omnium præſentium vel ſuccedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atque donavimus. Confirmamus autem eidem Eccleſiæ munificentia regia libertatem per omnia retinendam, & bona omnia, quæ a Carolo Magno prædeceſſores noſtri, Romanorum ſiquidem Imperatores vel Francorum reges usque ad tempora noſtra prænominatæ Eccleſiæ conceſſerunt & nos habendum & omni tempore atque jure perpetuo poſſidendum per noſtri præcepti paginam concedimus, omni noſtra & noſtrorum ſucceſſorum cunctorumque mortalium majorum vel minorum inquietatione remota. Parochias ſcilicet, decimas, terras, cultas & incultas, comitatus, mercatos, monetas, thelonea, foreſta, cum omni utilitate quæ deſcribi, vel quoquomodo inde provenire poterunt. Et ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa per ſuccedentium momenta temporum permaneat, hoc inde conſcriptum manu propria, ut intra videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data eſt IX. Kalend. Novembr. anno Dominicæ incarnationis MLXII. Indict. II. Anno autem Domini Heinrici ordinationis Quarti regis VIII. regni vero VI. Actum Ratisponæ feliciter, Amen.

XXXVII.

Uberſetztes Creditiv, welches Pabſt Alexander II. Ertz-Biſchoff Alberto I. zu Bremen/ als ſeinem Vicario, an den König in Norwegen gegeben/ de Anno 106-.

ALexander Biſchup / Knecht der Knechte Gotes, dem Könige van Norwegen / Eroht en Paureſtlichen Segen. Dewile gy noch unwetent und groff im geloven ſyn und hincket in der kercklichen Lehre / ſo iſt van Nöden / dem dat Regimente der Kercken bevahlen iſt / mit Göddelicker Vermanunge yuer Vaken beſocken, Averſt dewyle wy umme des langen wegen willen dat ſülveſt nicht dhon können / ſo wetet dat wy dat Alberto, dem Ertz-Biſchoppen tho Bremen unſen Vicario althomahle vüllen kamen befahlen hebben / deſülnige hefft uns in ſeinen Breuen geklaget / dat juwe Biſchuppe in Juwen Landen nicht ſind gewiet / offte weder de Römiſchen Privilegien / mit Gelde in Italien / oder in Engeland gewynt ſind / darumb vermahne wy juer uth Authoritet S. Peters und Pauels / ſo gy dem Stohle tho Rome underdanige Reverentie plichtlich ſind / tho bewiſende, alſo doht und bewieſet unſer Ehrwerdigen Vicario den Ertz-Biſchoppe tho Bremen / de unſe macht darinnen gebrucket plichtige underdenichheit. Dat.

XXXIIX.

Ejusdem Diploma Donationis eines Guts mit ſeinen Pertinentien / zu Winethe gelegen / an das Ertz-Stifft Bremen / de Anno 1064.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, divina favente clementia Rex. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, qualiter nos ob interventum ac petitionem fidelium noſtrorum Sigfridi Magontini Archi-Epiſcopi, Annonis, Colonienſis Archi-Epiſcopi, ſimulque pro devoto ac fideli ſervitio dilecti noſtri Adalberti, Hammaburgenſis Archi-Epiſcopi, quendam ſervientem noſtrum, Nannonem nuncupatum, una cum filio ſuo Hildiberno vocato, atque filia ſua Lucia, nec non prædiis, quæcunque habere viſus eſt, in loco Winethe dicto, in pago Lacne, in Comitatu Heinrici Comitis, ac univerſis bonis ſuis, eisdem ſcilicet prædiis pertinentibus, id eſt, utriusque ſexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, campis, ſylvis,

ſylvis, venationibus, aquis, aquarum decurſibus, rivis, piſcationibus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poteſt, ad ſanctam Hammaburgenſem eccleſiam, in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ conſtructam dedimus atque tradidimus, ea videlicet ratione, ut prædictus Archi-Epiſcopus Adalbertus ſuique ſucceſſores de prænominatis mancipiis, eorumque poſſeſſionibus, liberam dehinc poteſtatem habeant, ita ſicuti de ceteris eccleſiæ ſuæ proprietatibus ejusdem loci Archiepiſcopi hucusque habuerunt, ac deinceps habituri ſunt. Ipſi quoque prænominati ſervientes Nanno ſcilicet, ejusque heredes tali deinceps lege ac jure utantur, quali ceteri eorum conſervi prædia ſua liberali poteſtate tenendi, infra eccleſiaſtica dandi, vendendi, commutandi, precariandi, heredibus ſuis relinquendi. Et ut hæc noſtra regiæ traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc cartam inde conſcriptam manu propria corraborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data XVI. Kalend. Februarii. Anno dominicæ incarnationis M. LXIV. Indictione II. Anno autem ordinationis Domini Heinrici IV. Regis IX. regni vero VII. Actum Triburiæ, in Dei nomine feliciter, Amen.

XXXIX.

Ejusdem Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Bremen die Abtey Lautrißheim mit allen ihren Pertinentien eigenthümlich geſchencket und übergeben / de Anno 1065.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, divina favente clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis ſit jus cuique ſervare ſuum, præcipue tamen eccleſiaſtica jura nobis obſervanda videntur, quia, ſi peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum; ſi non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus obſequendum: Nos quidem patrum præcedentium veſtigia imitari optantes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroque, in quantum poſſumus, patrocinio tueri debemus, quatenus noſtra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveatur, ſi promoverit ſperans & dandi in Deo gloriam aſſequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter bene erga nos promerentem Adalbertum, Hammaburgenſem Archi-Epiſcopum, digne remunerantes, ad Archi-Epiſcopalem eccleſiam ſcilicet Hammaburg in honore Domini & Salvatoris noſtri ejusque intemeratæ genetricis Mariæ & Beati Jacobi Apoſtoli, ſancti quoque Viti martyris conſtructam abbatiam, Loriſſa dictam, in pago Lobetengowe, in comitatu Popponis Comitis ſitam, cum omnibus appendiciis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, præpoſituris, eccleſiis, decimis, villis & vineis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, foreſtis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, omnique utilitate, quæ vel ſcribi vel dici, vel ullo modo inde poteſt acquiri, in proprium dedimus atque tradidimus, nec non omni jure ac libertate, qua nos eam habuimus, ſibi habendam conceſſimus, perpetualiter tuendam confirmavimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus Albertus, ejusdem ſedis Archi-Epiſcopus ſuique ſucceſſores, eandem, quam de cæteris eccleſiæ ſuæ bonis legaliter acquiſitis liberam, & de hac Abbatia poteſtatem habeant tenendi, conſtituendi, vel quicquid ad communem utriusque eccleſiæ utilitatem voluerint, faciendi. Et ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc cartam inde conſcribi manuque propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Quarti Regis.

Sigehardus Cancellarius Vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi.

Data VIII. Idus Septembris, Anno Domini Incarnationis ML.V. Indictione III. Anno autem ordinationis Domini Heinrici Quarti Regis XI. Regni vero IX. Actum Ochkerſlevo, in Dei nomine feliciter, Amen.

XL.

Ejusdem Diploma Donationis der Abtey Corvey mit allen ihren Pertinentien an das Ertz-Stifft Bremen / de Anno 1065.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente Clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis ſit, jus cuiquam ſervare ſuum: Præcipue tamen eccleſiaſtica jura nobis obſervanda videntur, quia, ſi peccandum, tolerabilius in homine [illegible], quam in Deum, ſi non peccandū, reverentius tamen Deo quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præceden-

dentium veſtigia imitari optantes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroque, in quantum poſſumus patrocinio tueri debemus, quatenus noſtra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveatur. Si promoverit ſperans & dandi in Deo gloriam aſſequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter bene erga nos promerentem Adalbertum Hammaburgenſem Archiepiſcopum digne remunerantes, ad Archiepiſcopalem eccleſiam, ſcilicet Hammaburch in honore Domini & Salvatoris noſtri, ejusque intemeratæ genitricis Mariæ & Beati Jacobi Apoſtoli, Sancti quoque Viti martyris conſtructam abbatiam Corbeja dictam in pago Angera, in Ducatu Ottonis Ducis ſitam, cum omnibus appendiciis hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, præpoſituris, eccleſiis, decimis, villis, vineis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, foreſtis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus exitibus, vel reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, omnique utilitate, quam vel ſcribi, vel dici, vel ullo modo inde poteſt acquiri, in proprium dedimus atque tradidimus: nec non omni jure ac libertate, qua nos eam habuimus, ſibi habendam conceſſimus perpetualiter tenendam confirmavimus. Ea videlicet ratione ut prædictus Adalbertus, ejusdem ſedis Archiepiſcopus ſuique ſucceſſores eandem, quam de ceteris eccleſiæ ſuæ bonis legaliter adquiſitis, liberam & de hac abbatia poteſtatem habeant tenendi, conſtituendi, vel quicquid ad communem utriusque eccleſiæ utilitatem voluerint, faciendi. Et ut hæc noſtra omni permaneat tempore, hanc cartam inde conſcribi, manuque propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Quarti, Regis. Sigehardus Cancellarius vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi.

Data XIV. Kalend. Novembris Anno Dominicæ incarnationis MLXV. Indictione III. anno autem ordinationis Domini Heinrici Quarti Regis XI. Regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

XLI.

Ejusdem Diploma, krafft deſſen er dem Ertz-Stifft Bremen den Ort Sintziche mit ſeinen Pertinentien geſchencket / de Anno 1065.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, divina favente clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis ſit, jus cuiquam ſervare ſuum, præcipue tamen eccleſiaſtica jura nobis obſervanda videntur, quia ſi peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum, ſi non peccandum, reverentius tamen Deo, quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præcedentium veſtigia, imitari cupientes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroque in quantum poſſumus patrocinio tueri debemus, quatenus noſtra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveatur, ſi promoverit ſperans & dandi in Deo gloriam aſſequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter bene erga nos promerentem Adalbertum, Hammaburgenſem Archi-Epiſcopum digne remunerantes, ad Archiepiſcopalem eccleſiam, ſcilicet Hammaburch in honore Domini & Salvatoris noſtri, ejusque intemeratæ genitricis Mariæ, & Beati Jacobi Apoſtoli, ſancti quoque Viti martyris, conſtructam villam unam, Sinziche dictam, in pago Archouve Pertoldi comitis ſitam, cum omnibus appendiciis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, monetis quoque mercatis, theloneis, omnique diſtrictu in proprium dedimus atque tradidimus & perpetualiter poſſidendam conceſſimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus Adalbertus, ejusdem ſedis Archiepiſcopus, ſuique ſucceſſores eandem, quam de cæteris eccleſiæ ſuæ bonis legaliter acquiſitis, liberam & de hac poteſtatem habeant tenendi, commutandi, precariandi, faciendi, & ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa, omni permaneat ævo, hanc cartam inde conſcribi, manuque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Heinrici Quarti Regis. Sigehardus Cancellarius, Vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi.

Data XIV. Kal. Nov. annō Domini Incarnationis MLXV. Indictione III. anno autem ordinationis Domini Heinrici Quarti Regis XI. regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

XLII. Ejus-

XLII.

Ejusdem Diploma Donationis des Guts Tußburg mit ſeinen Pertinentien an das Ertz-Stifft Bremen/ de Anno 1065.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis ſit, jus cuiquam ſervare ſuum, præcipuum tamen eccleſiaſtica jura nobis obſervanda videntur, quia ſi peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum, ſi non peccandum, reverentius tamen Deo, quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præcedentium veſtigia imitari optantes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroque in quantum poſſumus patrocinio tueri debemus, quatenus noſtra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri ſi promoverit ſperans, & dandi in Deo gloriam aſſequatur, data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter bene erga nos promerentem Adalbertum Hammaburgenſem Archi-Epiſcopum digne remunerantes, ad archiepiſcopalem eccleſiam ſcilicet Hammaburg, in honore Domini & Salvatoris noſtri, ejusque intemeratæ genetricis Mariæ & Beati Jacobi Apoſtoli, ſancti quoque Viti martyris conſtructam, curtem noſtram, Tusburg dictam, in pago Ruriggouve in Comitatu Herimanni Comitis Palatini ſitam cum omnibus appendiciis hoc eſt utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, foreſtariis, venationibus, terris, cultis & incultis, agris, aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, monetis quoque, theloniis omnique diſtrictu in proprium dedimus atque tradidimus. Addimus inſuper cum banno noſtro prædictæ eccleſiæ foreſtum unum in triangulo trium fluminum ſcilicet Regin, Thuſſale & Ruræ, poſitum, ita quoque determinatum, per Ruram ſe ſurſum extendens usque ad pontem Wirdinenſem & exinde per Stratam Colonienſem, usque ad rivam Tuſſale, & per deſcenſum ejusdem rivi ad Renum & per alveum Reni, usque quo Rura influit Renum; Ea videlicet ratione, ut prædictus Adalbertus, ejusdem ſedis Archiepiſcopus, ſuique ſucceſſores eandem quam de ceteris eccleſiæ ſuæ bonis legaliter acquiſitis liberam & de his poteſtatem habeant, tenendi, commutandi, precariandi, vel quicquid ad eccleſiæ ſuæ utilitatem voluerint faciendi. Et ut hæc noſtra regalis traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc cartam inde conſcribi manuque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Heinrici Quarti, Regis, Sigehardus Cancellarius, vice Archi-Cancellarii recognovi.

Data XVII. Kalend. Novembris, Anno Domini Incarnationis MLXV. Indictione III. anno autem Ordinationis Domini Henrici Quarti Regis XI. Regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

XLIII.

Ertz-Biſcheffs Adalberti zu Bremen Diploma die Alienation einiger Güter ſeines Ertz-Stiffts auf Lebens-Zeit betreffend/ de Anno 1068.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Adalbertus almæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis legatus, Vicarius Papæ, nec non omnium ſeptentrionalium nationum Archi-Epiſcopus, ſanctæ quoque Hammaburgenſis Eccleſiæ proviſor indignus. Notum eſſe volumus omnibus præſentibus, quam futuris Chriſti fidelibus qualiter Domina Gysla noſtra videlicet Birxemenſis Canonica, de prædio ſuo duos manſos ſitos in loco qui dicitur Aldinbughin, tres vero in loco, qui dicitur Staphorſt, cum omnibus appendiciis, id eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, agris, ædificiis, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, ſylvis, venationibus, quæſitis & inquirendis & cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poſſunt, Hammaburgenſi Eccleſiæ in proprium donavit atque contradidit. Eo ſcilicet tenore ut in precariam duplicem ab eccleſia commutationem reciperet. Unde nos tam religioſis affectibus dignum prębentes aſſenſum, prædictæ ſcilicet Dominæ Gysle, ad commutationem ſui, quod eccleſiæ tradidit, patrimonii, de bonis eccleſiæ decimas villarum, Rithram & Beuinhuſen donavimus, & ad tenendum in diebus, vitæ ſuæ conceſſimus. Si vero aliquis ſucceſſorum noſtrorum commutationem hanc, quam nos inſtituimus, infringit, præfata ſcilicet Domina Gysla, ſua retineat. Igitur, ut hæc traditio ſtabilis & inconvulſa omni ævo permaneat, bannum noſtrum impoſuimus, & hanc cartam inde conſcribi & impreſſione ſigilli noſtri roborari juſſimus.

Ego Adalvvardus, Sictonenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Thiedo, Brandenburgenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Hiltinus, Abbas Garziacenſis interfui & ſubſcripſi.
Ego Thancmarus, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Gero, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Meginvvardus, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Gotebaldus, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Cynnamus, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Bertholdus, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Arnoldus, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Thieto, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Berim, Præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Lindgerus Decanus interfui & ſubſcripſi.
Ego Adalbertus Decanus interfui & ſubſcripſi.
Ego Adam, Magiſter ſcholarum ſcripſi & ſubſcripſi.
Ego Hemmi, Presbyter ſubſcripſi.
Ego Meinhardus, Presbyter ſubſcripſi.
Ego Leo, Presbyter ſubſcripſi.
Ego Adaldagus, Presbyter ſubſcripſi.
Ego Ansfridus, Presbyter ſubſcripſi.
Ego Bertolfus, Diaconus ſubſcripſi.
Ego Waldo, Diaconus ſubſcripſi.
Ego Eilo, Diaconus ſubſcripſi.
Ego Liudger, Diaconus ſubſcripſi.
Ego Habbico, Diaconus ſubſcripſi.
Ego Alderadus, Diaconus ſubſcripſi.
Ego Thedico, Diaconus ſubſcripſi.

Anno ab incarnatione Domini M. LXX. VIII. Indictione VI. Anno vero Domini Adalberti Archi-Epiſcopi XXVII. Data per manum Meginvvardi Archicapellarii III. Idus Junii, Actum Bremæ, feliciter.

XLIV.

Pabſts Gregorii VII. Breve **an Ertz-Biſchoff** Liemarum **zu Bremen/ worinn er ihn/ unterſchiedener Dinge wegen/** reprimandiret/ **ihm auf den** Synodum **nachzukommen befiehlt/ und denſelben ſo lange/biß er nach Rom gekommen/von ſeinem Amte** ſuſpendiret/ de Anno 1074.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Liemaro, Bremenſi Archi-Epiſcopo. Quia ſuſcepti beneficii, quo te ſancta Romana eccleſia voluit honeſtare, te immemorem potius ingratum cognovimus, oblitum etiam promiſſionem canonicamque obligationem, qua ſanctæ Romanæ Eccleſiæ te fidelem, te diligere, eique ex corde obedire canonice obligaſti, non immerito ſuper te dolendo movemur, non ſine cauſa tibi, quem fidelem filium credebamus, iraſcimur. Heu inverſi mores, & tempora immutata! Quem murum inexpugnabilem pro ſancta romana eccleſia, cui licet indigni præſidemus, putamus, quem ſcutum fidei, quem gladium Chriſti ſumere debere, ſi oporteret, tum officio tuo, tum prædicto debito pro ſancta Romana Eccleſia, pro nobis etiam noſtrisque ſucceſſoribus credebamus, jam eum noſtrumq; inimicum noſtrumque oppugnatorem invenimus: tuasque injurias, à te turpiſſimam & inauditam repulſam licet injuſte patimur. Legatis quippe noſtris Alberto Præneſtinenſi & Giraldo Oſtienſi Epiſcopis, quos ad partes illas ad id deſtinavimus, ut in unum Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, religioſisque clericis convocatis, vice & autoritate noſtra fulti, quæ corrigenda eſſent corrigerent, quæ religioni addenda eſſent adderent, pro viribus impediſti. Adhæc ut & Concilium fieret prohibuiſti. Ab eisdem etiam Romam vocatus, ad inſtitutum terminum, feſtivitatem ſcilicet ſancti Andreæ, non veniſti. Ad hæc igitur & quam plura etiam alia corrigenda ad proximam Synodum, quæ proximæ quadrageſimæ prima hebdomada celebrabitur, Deo annuente, apoſtolica auctoritate tibi venire præcipimus, & invitamus. Prædictis etiam delictis nobis perſvadentibus ab omni Epiſcopali officio prædicta auctoritate, donec ad nos venias, te ſuſpendimus. Data Romæ, ſecundo Idus Decembris, indictione decima tertia.

XLV.

Kayſers Henrici IV. Diploma, **vermöge deſſen er die Abtey Altene mit ihren** Pertinentien **dem Ertz-Stifft Bremen geſchencket/** de Anno 1083.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus, Heinrici filius Imperatoris Secundi, divina favente clementia Rex. Exemplum juſtitiæ & honeſtatis à patribus noſtris divæ memoriæ Auguſtis accipientes, tum ex proprio ſenſu per nos ipſos quæ ſint juſta ac Deo

Deo placita intelligentes, regiam noſtrā Majeſt. decere perſpeximus, ut fideles noſtros fidem ac juſtitiam ad nos ſervantes, dignis retributionibus muneremur. Quam ob rem Liemarum, Sanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ venerabilem Archi-Epiſcopum, nominis noſtri præcipuum amatorem, atque optime de nobis merentem, dignum duximus, ut pro ſua in nos fide egregia ac perpetua devotione magno . . . . . munere donaremus. Cum enim gens Saxonum, ob ſuperbiam, temeraria à nobis rebellione recederet, & bellum adverſum nos toto de . . . eo amplius ſumeret, ille fidem ſemel nobis juratam pure & quam ſancte conſervans, ſuos ac ſua, certe divitias magnas, reliquit, ſeparatus ab illis atque ad nos veniens, lateri noſtro fidus & irremotus comes toto illo tempore adfuit: niſi forte noſtræ juſſiones ac publicæ actiones aliquo ablegaſſent, aut propriæ ipſius utilitates & rationes ad horam hoc expoſtulaſſent, ut abeſſet, non illum tenuitas rei familiaris, non laborum fatigationes, non vitæ diſcrimina aliqua dimovere. Eodem bello Saxonico duabus pugnis graviſſimis maximo periculo nobis adfuit, ſed & apud ſedem Apoſtolicam, contra Hildebrandum perturbatorem orbis . . . magnis difficultatibus & anxietatibus legatione noſtra functus eſt, tribus vicibus ad expugnandam urbem Romam & capiendam nobiſcum venerat. Huic ob fidem in nos tantam & voluntatem quam optimam, ſpontanea conſideratione benefacere volentes Abbatiam Altene, in honore Sancti Viti martyris conſtructam, juxta Rhenum fluvium in pago Hamaland, Gerardi Comitatu ſitam, ſanctæ Hammaburgenſi Eccleſiæ in venerationem ſalvatoris atque ejus genitricis perpetuæ virginis Mariæ, nec non etiam ſupradicti Sancti Viti, pretioſiſſimi martyris conſecratæ perpetuo jure poſſidendam tradidimus, eidemque Liemaro præfatæ eccleſiæ proviſiori & paſtori digniſſimo, ac ſuis deinde ſucceſſoribus in omne ævum perfruendam conceſſimus, quo tali libertatis noſtræ exemplo facilius ceteros ad ſimilem devotionē & noſtrum ſervitium attraheremus. Nos tamen à multis retro diebus Hammaburgenſem Eccleſiam præ omnibus fere diligentes, temporibus Adelberti, ejusdem ſedis venerabilis Archiepiſcopi, Viri eruditiſſimi atque egregie fidelis, curtem illi noſtram Liesmundi dictam, complura alia prædia comitatus & donaria multa atque ornamenta contulimus, quo ipſius Domini noſtri Salvatoris petitionem, qua in re ſumma ſalus & vita eſt, atque ejusdem genitricis intemeratæ virginis opitulationem habere poſſemus. Dedimus autem eo more, quo Reges & Imperatores ſolent cum omnibus appenditiis, miniſterialibus mancipiis utriusque ſexus, nundinis, theloneis, monetis, mercatis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, viis & inviis, exitibus & reditibus, foreſtis, venationibus, aquis, aquarum decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, quæſitis & inquirendis, eccleſiis, capellis, decimis, & cum omni jure, quod ad hæc tempora habuit & utilitate, quæ in futurum inde juſte provenire poterit. Et ut hæc noſtræ traditionis autoritas omni tempore rata & ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc cartam facti noſtri ſignificationem ac teſtem ſuper ea reconſcribi & ſigilli noſtri ſignari impreſſione juſſimus.

Data X. Kalend. Julii, anno Dominicæ incarnationis MLXXXIII. Indictione VI. Anno autem ordinationis Domini Heinrici IV. Regis XXIX. regni XXVII. Actum Romæ poſt urbem captam feliciter, Amen.

XLVI.

Ejusdem Diploma Donationis **der Abtey Fredena mit ihren** Pertinentien **an das Ertz-Stifft Bremen/** de Anno 1085.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum eſſe volumus & præſentibus & omnium ſeculorum populis, qualiter fidelis noſter Liemarus Sanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus, petitionem faciens noſtræ Celſitudinis Serenitatem adiit. Habebat is ex noſtra munificentia, qua utebatur, Abbatiam quandam, quam ei in rebellione Saxonum fidem nobis ſervanti, ac ſuis omnibus relictis, arma noſtra ſequenti, in ſuſtentationem indulſimus, Abbatia Fredena nuncupata, ad honorem ſanctiſſimæ ac pretioſiſſimæ martyris Felicitatis, matris VII. Filiorum, ſub Principe Chriſto conſtructa, ac canonicis monialibus commiſſa in pago Weſtfala dicto, in Comitatu Gerhardi Comitis ſita eſt. Quam cum præfatus Venerabilis Archiepiſc. Liemarus Eccleſiæ ſuæ in honorem Sancti Salvatoris, ejusque genitricis perpetuæ virginis Mariæ, aliorumque Sanctorum Jacobi Apoſtoli & Viti Martyris conſtructæ, concedi & perpetuo jure contradi ſummiſſis precibus poſtularet. Cui etiam Romæ ante biennium, capta urbe Leoniana, abbatiam aliam Eltdene dictam, in pago Hamalant, juxta Rhenum ſub honore Sancti Viti ſitam, ac temporibus fidelis noſtri ſanctæ memoriæ Adalberti Archi-Epiſcopi prædia multa noſtris ex reditibus con-

tulimus, nunc in hac petitione fideliſſimos noſtros Wecelonem Moguntinum, Egilbertum Trevirenſem Archi-Epiſcopos, Conradum Trajectenſem, Robertum Babenburgenſem, Meynhardum Wirceburgenſem Epiſcopos, Fridericum Ducem Svevorum Adjutores ſibi adhibuit. Nos ergo adjutorum dignitatem, fidem, devotionem conſiderantes, ſimul etiam ipſius Archi-Epiſcopi Liemari juge ſervitium & perpetuos pro nobis labores retractantes, voluntati eorum pro pietate noſtra, ac liberalitare deeſſe noluimus. Igitur decernentes eorum petitionibus acquieſcere, eandem Abbatiam Fredena nominatam, ſanctæ Hammaburgenſi Eccleſiæ Imperatoria manu conceſſimus ac in proprium tradidimus, ut eam jure perpetuo teneat, poſſideat, ordinet & utatur; ſperantes hoc factum in ſalutem animæ & vitæ ſubſidium nobis futurum. Dedimus autem ſicut mos eſt dare Regibus & Imperatoribus, cum miniſterialibus, cum mancipiis utriusque ſexus, cum clericis, eccleſiis, eccleſiarum dotibus decimis, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, ſylvis, foreſtis, venationibus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, viis & inviis, molis, molendinis, paſcuis, mercatis, theloneis, monetis ad hæc cum omni utilitate, quæ exire eisdem ex bonis juſte poterit. Sic autem illam tradentes, hanc cartam in teſtimonium poſteritati conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, ne qua deinceps poteſtas hanc noſtram traditionem temerare & convellere in perpetuum audeat. Data eſt autem V. Kalend. Januarii, Anno ab incarnatione Domini M.LXXXV. Indictione octava, Domini autem Heinrici anno regni XXXII. Imperii II. Actum Wormatiæ feliciter, Amen.

XLVII.

Ertz-Biſchoffs Liemari zu Bremen Transaction mit Gerharden von Stumpenhuſen/ welcher ſeinem Ertz-Stifft vor allen zugefügten Schaden Satisfaction gegeben/de Anno 1088.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Liemarus, Dei gratia Bremenſis Archi-Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris ſalutem dicit. Notum eſſe volumus, caritati veſtræ, qualiter Gerhardus, filius Gerberti de Stumpenhuſen, poſt mortem patris, fervore juventutis multas rapinas, multas captiones in homines Eccleſiæ noſtræ ſine exemplo commiſerat. Quod cum faceret diutiſſime, eſſetque jam intolerabilis omnibus, nos & Dux Magnus, quem non minus in ſuis hominibus offenderat, uſi ſumus in eum nos mucrone anathematis, ille perſecutionis infeſtatione facta. Ergo hac voce ille a nobis animæ, a Duce periculum pertimeſcens vitæ, timore coactus eſt, ut declinationem faceret Duci, nobis autem ſatisfactionem damnorum. Cui ergo optio illi daretur, quidnam in compoſitione & optione nobis offerret, ſummam aliquam denariorum, an partem prædiorum, poſt multam deliberationem, videns ſibi copiam argenti nullam eſſe, nec ſpem in amicorum præſidiis aliquam, dedit ex paterna hæreditate manſos aliquot, cum mancipiis VIII. Quod cum apud Bremam die ſtatuto faceret & daret ſuper reliquias ſanctorum in prædio Aſanthorp dicto manſos VII. cum mancipiis VIII. factum eſt, ut in ea villa pars manſorum deeſſet vel dimidia. Deinde cum in villa, quæ dicitur Acheim, nos & Dux Magnus, & reliqui milites Eccleſiae noſtrae, quibusdam de cauſis, colloquium haberemus, aderant autem Dux Magnus, ut dixi, Udo Marchio, Udonis Marchionis filius, tunc adoleſcens, Comes Fridericus, tunc Advocatus Eccleſiae noſtrae, Comes Ekkibertus, Comes Egilmarus, Lambertus Comes de Weſtfali, Adolphus, frater ipſius Gerhardi, Thidericus Svevus, Fr. noſter Marcellinus, & filius fratris noſtri Adalbero, quidam Udo de Weſtfala, nobilis adoleſcens Flocbertus. Hi omnes milites Eccleſiæ noſtrae. De militibus Ducis Comes H. de Hammaburg, Comes Reynoldus, Hermannus de Imma. De militibus Marchionis, Gerbertus frater ipſius. G. Doulricus de Statha, & alii quam plures, tum ex liberis hominibus atque ex familia Eccleſiæ plus quam trecenti. Ibi Gerhardus præſens laudantibus fratribus ejus Gerberto & Adolfo, videntibus & audientibus his, quos nominaveram, atque omnibus, qui in conventu illo aderant, nam publice actum eſt, ſuper reliquias noſtras cum chirotheca, ſicut mos eſt liberis Saxonibus, tradidit in Aſant orp curtim ipſam & manſos IV. & dimidium, cum areis, ædificiis, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, pratis, paſcuis, piſcationibus, aquis aquarumve decurſibus, ſylvis, foreſtis, venationibus, paſtionibus porcorum, inciſionibus arborum, molendinis atque omnibus utilitatibus, quæ inde jure provenire poſſunt, mancipia dedit VIII. filiam Preſbyteri Lamberti, & alia VII. Ut autem impleret numerum manſorum ſeptenarium, quem promiſerat, dedit in villa, quæ dicitur Ulfhuſen, manſos II. & dimidium cum area una. Aderat Comes Fr. advocatus Eccleſiæ, qui chirotecam tra-

traditionis ſacris reliquiis impoſitam, ut mos eſt, abſtulit, & ab ipſo Gerhardo per digitorum extenſionem promiſſionem confirmationis accepit. Poſt idem G. decimo die ex condicto noſtro in ſylva apud Aſbeke, ubi nos calcem ad ædificandam Eccleſiam noſtram parabamus, matrem ſuam, veriſſimam ejus hæredem nobis præſentavit, quæ ex lege Saxonum donationem ejus ore laudavit & digito confirmavit. In hujus rei teſtimonium, ut nobis mos eſt, ſignavi. Actum eſt anno ab incarnatione Domini M.L.X.X. XVIII. anno ipſius Liemari Archi-Epiſcopi Epiſcopatus & ordinationis XVII. indictione XIV. regnante & imperante IV. Rege & Imperatore Henrico, Waldo ſenex & vetulus Archi-Cancellarius recognovit.

XLIIX.

Ejusdem Vergleich mit Gerharden von Stumpenhuſen / worinn er dem Ertz-Stifft Bremen Alarbecke abgetreten / und ſich deſſen Vaſall zu ſeyn erkläret / de Anno 109[illegible].

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis; Liemarus, Dei gratia Bremenſis Archi-Epiſcopus, omnibus Chriſti Eccleſiæque fidelibus tam futuris, quam præſentibus ſalutem dicit. Noſſe volo charitatem veſtram, qualiter quidam G. Nobilis homo, filius Gerberti de Stumpenhuſen, qui ut in ſuperiori chirographo continetur, quædam prædia, Eccleſiæ noſtræ pro emendatione quarundam culparum contradidit. Poſt ea non coactus ſed ſponte ſua prædium quoddam Alarbeke dictum in pactione quadam eidem eccleſiæ noſtræ in proprietatem dedit. Hoc autem habuit in pacto nobis laudantibus, ut fieret homo noſter per manus, & acciperet de camera noſtra VIII. libras denariorum Goſlarienſium & hoc ante Pentecoſten illis diebus, quibus mercatum apud Bremam habetur. Hanc etiam oblationem & voluntariam pactionem nos tunc laudavimus, accepimus eum in hominem, beneficium dedimus, omnia ſecundum voluntatem ejus perfecimus. Hoc ſcire volumus ſucceſſores noſtros hanc pactionem ſervari debere ſibi ſoli dum vixerit, non filiis ejus, non heredibus. Tradidit autem illud idem prædium in Bremenſi crypta veteri ſuper altare, numero manſorum N. cum mancipiis, & ſicut mos eſt, cum areis, ædificiis, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, cum molis, molendinis, aquis, aquarumve decurſibus, pratis, paſcuis, ſylvis, lignorum & arborum inciſionibus & omni tali utilitate, & eo jure, quo ipſe illud idem poſſederat & parentes ejus. Aderant præſentes & hæc videntes multi ex militibus eccleſiæ, Comes Ekkibertus, Atholfus ipſius frater G. Folcbertus, frater noſter Macellinus, Adſtabant de ſervientibus Eccleſiæ multo plures, Th. Villicus, Suieko, Ecbertus, Rambord, Thietwit, Odico, Burchard, Thiedheri, Athelbero, Conſtantinus, Reinwardus. Facta ſunt omnia legaliter; Sed hiis ita geſtis, acceſſerunt amici noſtri & ſubmonuerunt nos, ipſum G. in poteſtate Ducis fuiſſe eodem tempore, propter impietates & rapinas ac vaſtationes, quas fecerat in ducatu, nihil autem poſſe facere legitime, nec dare, nec accipere, niſi exiret de poteſtate Ducis. Tunc nos Ducem Magnum in nativitate Domini invitantes pro eo interpellavimus, exoravimus, exire de poteſtate ejus fecimus, ut liber eſſet ex toto. Deinde cum poſt tres ſeptimanas nos cum quibusdam militibus Eccleſiæ & ſervientibus quam pluribus, ad villam Aſbeke proficiſceremur ad calcem ad eccleſiam noſtram fabricandam pararemus, ipſe nobis cum matre ſua, quæ tum vivens erat, ejus heres veriſſima, in villa Haſela, in domo Goteſcalci ſervientis noſtri occurrit, traditiones omnes ex novo fecit & eorum prædiorum, quæ prius pro emendatione dederat & ejus prædii, quod in hoc chirographo pro pactione beneficii dediſſe eum apud Alarbeke commemoravimus, ipſe cum chirotheca, ſicut mos eſt, tradens hæc omnia prædiola ſuper crucem & reliquias noſtras ex novo dedit. Ekkibertus Comes ex promiſſo F. Comitis, qui tunc erat Advocatus, chirothecam abſtulit, G. confirmationem digito, ut mos eſt Saxonibus, fecit, matre ejus confirmante, ſicut juſtum erat; frater ipſius G. Atholfus præſens laudavit, quanquam ad eum laudare non pertineret. Ita omnia acta ſunt legaliter ſecundum omnem modum. Præſentes ibi fuerunt Comes Ekkibertus. Th. advocatus, Anſhelmus, Folebertus, Atholfus, Servientes autem Ekkebertus, Mathelinus, Burchardus, Thiedericus, Athelbero, Rheingoz, Reinward, Conſtantin, Thiederic, Gerfrith, Rathard & alii multi. Et ut hæc ejus traditio & pactio firma ſit & inconvulſa in perpetuum, placuit nobis & ſibi ſcriptum ſuper hoc fieri, & bulla noſtra ſignari in perpetuum teſtimonium earum rerum.

XLIX.

Ejusdem Diploma Reſtitutionis der dem Ertz-Stifft Bremen entriſſenen Grafſchafft/ſo ehemahls Graf Bernhardus beſeſſen / de Anno 1096.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus, Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus universitati Christi nostrique fidelium, qualiter Dominus Adalbertus, Venerabilis Archi-Episcopus Serenitatem nostram adiit, petens & postulans, quod Ecclesiæ Hamburgensi, cui ipse pastor & rector præerat, donare vellemus Comitatum, quem in Emescowa & Westfale situm, Bernhardus Comes, Vir nobilis & nobis genere propinquus, regendum utendumque susceperat. Habuit secum adjutores in petendo complures: ex principibus Sigefridum, Mogontinum, Annonem, Colonienſem, Archi-Episcopos, aliquos etiam ex Ducibus & Marchionibus, numeravit suos pro nobis domi forisque labores, ostendit perpetuam ejus in nos voluntatem. Et quia ipsius Bernardi Comitis ad hanc rem quærendus erat assensus, ipsum vir sapiens pretio & precibus adduxit, ut præsens laudator & assensor existeret. Tunc nos ipsi Archi-Episcopo Adalberto, ob merita sua, benevolenter ad hoc petitionibus fidelium nostrorum adquiescentes, maxime etiam cum remunerationem nobis speramus a Domino Salvatore & sanctissima ejus genitrice Maria & sancto Vito martyre glorioso, a quibus locus ille evidenter incolitur, Comitatum eundem, ipso Bernardo Comite laudante & adsensum præbente, Ecclesiæ Hammaburgensi donavimus & tradidimus. Addidimus etiam ei, sicut mos est, nostræ auctoritatis scriptum, sigillum ei imprimentes, quod hoc in longum fieret posteritati testimonium. Verum deinde procedente tempore, cum novæ in regno perturbationes surgerent, dolis & invidia quorundam factum est, ut ecclesia supra memorata eodem comitatu ad aliquod tempus privaretur. Veniens autem successor ejusdem Domini Adalberti, venerabilis Archi-Episcopus Liemarus, qui non minus in nostro servitio laboravit, rem nobis in memoriam reduxit, preces adjungens, judicium postulavit; atque id sæpe faciendo tandem effecit, ut in Purificatione inter ipsa solemnia missarum eundem comitatum Deo Salvatori & sanctæ Mariæ offerentes recognosceremus ac in perpetuum redderemus. Factum est in Italia Veronæ in monasterio S. Zenonis, videntibus & cognoscentibus Erpone, Monasterienſi Episcopo, atque aliis Episcopis & principibus compluribus, auxiliante etiam Domino Papa Clemente, quanquam tum præsens corpore non adesset. Itaque hoc facto jussimus hujus recognitionis & redditionis cartam fieri, & signari ut esset in omne tempus firmum & ratum, atque omnibus notum. Humbertus Cancellarius Vice Archi-Episcopi Moguntini Routhardi atque Archi-Cancellarii recognovit. Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXXVI. Indictione IV. Heinrico anno XLIII. regnante. Imperante vero XIII. Data est Patavii, præsente & laudante ac confirmante Domino Papa Clemente. Recognoscebant ex Principibus Episcopus Monasterienſis Eripo; Episcopus Veronensis Wolstrigel; Vincentinus Episcopus Ecelo; Tarvisianus Episcopus Eumpoldus; Episcopus Veltrensis Aribo; Episcopus Faventinus Routpret. Marchiones, Azo, Burchardus, Comites, Megenfridus, Wido, Houc & alii complures.

L.

Ertz-Bischoffs Friderici zu Bremen Vergleich mit etlichen Holländern / wegen Anbauung des so genannten Holler-Lands / de Anno 1106. **stehet in des Teutschen Reichs-Archivs** Part. Special. **unter dem Hertzogthum Bremen** / pag. 435.

LI.

Ertz-Bischoffs Friderici zu Bremen Diploma, **die Kirchen zu Bramstädt / Sanstädt und Edesdorp betreffend** / de Anno 1110.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus, Dei gratia sanctæ Hammaburgensis ecclesiæ Archi-Episcopus, omnibus Christianis salutem dicit. Notum esse volumus tam præsentibus, quam futuris, tam natis, quam nascendis, qualiter duæ Capellæ ad ecclesiam Bramstede terminatæ, jussu & nutu venerabilis Adalberti, nostri prædecessoris sint constructæ: hac tamen ratione, ne matri Ecclesiæ aliquod cresceret detrimentum. Dux enim Saxoniæ Bernardus sæpius difficultatem itineris & paludosa loca conquestus, Thieldolfestorp capellam impetravit construi. Dum magis & magis tumultus querimoniæ augeretur, quod Ecclesia certis temporibus, raris vel nullis e plebanis peteretur. Ille prædictus Archi-Episcopus Adalbertus Sanstedi oratorium consensu presbyteri de Bramstede fecit dedicari. Hæc filia matri injusta potentia fuit adempta. Nos quoniam matrem dedicavimus, ipsi omnia appendicia sua banni nostri edicto alligavimus, has ad prædictam ecclesiam Bramstedi, sine omni contradictione villas pertinere notificamus: Bursati, Dreptisati, Vrlide, Hascwrte, Wrtflete, Rechtebe, Wirsebe, Uffen Wrthe, Santstedi, Butli, Rechtenstede, Brechusen, Nigelande, Aligwerfen, Cremelle, Aldendorp, Thiedelinstorpe, Eidenvvrth, Butli, Nienlant, Wimersthorp, Flietsette, Lunenti, Stotle, Scathenebutli, Lindenessa, Witteneſtede, Holena, Bochla, La, Lubberstedi, Achenstedi, Hornendorp, Feneno, Alpenstede, Hagan, Waldesbutli, Hlidenstedi, Sethorp. Hoc factum ut maneat stabile, sigilli nostri attestatione firmavimus. Anno ab incarnatione Domini M. CX. primo anno ordinationis ejusdem venerabilis Archi-Episcopi Friderici. Bremæ actum, indictione II. feliciter, amen.

LII.

Pabsts Innocentii II. Breve **an die Bischöffe in Schweden / daß sie Ertz-Bischoff** Adelberoni **zu Hamburg und Bremen / als ihrem** Metropolitano, **den schuldigen Gehorsam erweisen sollen** / de Anno 113-.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribns, universis Episcopis Suediæ salutem & Apostolicam benedictionem. Æquum est, ut qui aliis præesse desiderat suis prælatis revereri humiliter non erubescat. Ceterum Venerabilis frater noster Adelbero, Hammaburgensis Archi-Episcopus ad sedem Apostolicam veniens, graviter questus est, quod cum vobis, sicut in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai & Adriani, Romanorum Pontificum continetur, metropolitico jure præsideat, debitam ei obedientiam subtrahatis. Quod profecto a vobis tanto est studiosius corrigendum, quanto subjecto populo etiam in hoc bonæ conversationis exemplo debitores estis impendere. Per præsentia itaque scripta fraternitati vestræ mandamus, quatenus præfato fratri nostro Adelberoni, Hamaburgensi Archi-Episcopo, tanquam metropolitano vestro, obedientiam & reverentiam deferatis, & nullam ei super hoc molestiam de cetero irrogetis. Datum apud montem Aventinum VI. Kalend. Junii.

LIII.

Ejusdem Bulla, **vermöge welcher er Ertz-Bischoff** Adelberoni **zu Hamburg und Bremen sein** Jus Metropolitanum **über die Bischöffe in Dännemarck / Norwegen und Schweden bestätiget** / de Anno 1133.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, Venerabili fratri, Adalberoni, Hammaburgensi Archi-Episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis salutem & Apostolicam benedictionem. Ad hoc in B. Petri cathedra disponente Domino constituti esse conspicimus, quatenus singulis ecclesiis & ecclesiasticis personis, suam conservemus justitiam, & qualiter tam temporaliter, quam spiritualiter earum status integer perseveret, salubriter providere curemus. Dignum etenim & rationabile est, ut sicut sacrosancta Dei ecclesia universitatis ac fidei perpetua mater existit, ita nimirum ejus privilegia custodiantur illusa & nullis molestiis, nullis oppressionibus pravorum hominum fatigetur. Sæpe utique Venerabilis Adalbero, Hammaburgensis Archi-Episcopus, in præsentia prædecessorum nostrorum felicis memoriæ Calixti & Honorii, ac nostra, questus est, Aserum Lundensem & alios Episcopos Daciæ tibi debitam, sicut Metropolitano suo, quemadmodum in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Romanorum Pontificum continetur, obedientiam denegare: frequenter autem & a prædictis prædecessoribus nostris, Calixto & Honorio & a nobis eis mandatum est, ut aut ad tuam & Hammaburgensis Ecclesiæ redirent obedientiam: aut si quam super hoc justam se habere considerent rationem, ad sedem Apostolicam venirent ostendere parati. Ipsi vero Apostolicis contemnentes obedire mandatis, nec venerunt, nec responsales miserunt. Quia igitur nemo lucrum debet de sua contumacia obtinere, ex deliberato fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium consilio, tam Lundensem, quam alios Episcopos Daciæ tibi restituimus. Ad formam itaque privilegiorum Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai & Adriani Episcopatus Daciæ, Svvediæ, Norvvegiæ, Fratriæ, Gronlandiæ, Halsingalandiæ, Islandiæ, Scridivindiæ & Slavorum, chariſſimi filii nostri Lotharii Regis precibus inclinati, tibi & per te Hammaburgensi Ecclesiæ, suæ videlicet metropoli, præsentis scripti pagina confirmamus. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione commoda emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemtoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc statuta nostra servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actio-

actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Romæ apud montem Aventinum, per manum Almerici, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii, VI. Kalend. Junii, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentiii Pp. II. anno III.

LIV.

Käyſers Lotharii Confirmation des unter Ertz-Biſchoff Adelberonis zu Hamburg und Bremen Direction erbaueten Cloſters Neumünſter/ de Anno 113-.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, divina favente clementia Lotharius Tertius, Romanorum Imperator Auguſtus. Cum omnibus debitores ſimus, ſpecialius tamen pauperes Chriſti reſpicere debemus,& eorum bonam intentionem in omnibus promovere & manu tenere. Noverit itaque tam futurorum, quam præſentium induſtria, qualiter ſanctæ converſionis frater Vicelinus, ex legatione Athelberonis, Venerabilis Archiepiſcopi Hammaburgenſis, per totam Slaviam, quæ in ipſius ſita eſt parochia, curam & vicem ſuſceperit prædicandi verbum Domini. Qui cupiens in vice legationis ſuæ permanentibus, ſicut novellæ plantationis agricola fructum adferre, eccleſiam in eadem Slavia, quæ novum monaſterium vocatur, inchoavit, & fratres in ea ſecundum Sancti Auguſtini regulam ſatis devote circa religionem inſtituit,ſperans commendatione divini officii & regulari converſatione rudes illius gentis mentes ad agnitionem veritatis molliri & inflecti. Cum ſicut eccleſiaſticæ plantationis operario, in temporalibus providere cupientes, rogatu dilectæ noſtræ Rikenze & principum hoc conceſſimus, ut illius terræ habitatores liberam habeant poteſtatem offerendi, ſive vendendi bona ſua præfatæ eccleſiæ, & altius quam prædictus frater Vicelinus, Domino annuente in eadem terra fundere ſtuduit. Item concedimus ipſi de Holtzatis,in quorum confinio prænominata eccleſia fundata eſt. Ut autem præfatæ Eccleſiæ fratres,tam oblatis, quam exemtis quiete uti poſſint: omnia quæ ipſis quoquomodo collata fuerint, ab omni exactione abſolvimus, præcipiendo jubentes ut nullus Archiepiſcopus,Epiſcopus,Dux, Marchio Comes, Vice-Comes, nulla denique magna privatave perſona in his conceſſis eos inquietare, deveſtire, moleſtare præſumat. Si quis vero contra hanc, quod nunc concedimus,conatus fuerit, centum libras auri, medietatem cameræ noſtræ & medietatem cameræ noſtræ & medietatem prædictis componat fratribus. Quod ut verius concedatur & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, præſentis decreti paginam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Hujus rei teſtes ſunt Athelbero, Hammaburgenſis Archiepiſcopus, Thietmarus Verdenſis Epiſcopus, Athelbertus Marchio, Adolfus Comes & Conradus Comes, Eilmarus Comes & alii Comites, Sifridus Rotholfus, Gerbertus, Frithericus, Chriſtinus, Lindolfus, Bernhardus.

LV.

Ertz-Biſchoffs Adelberonis zu Hamburg und Bremen Fundations-Brief des Cloſters Neumünſter/ de Anno 1136.

A Thelbero, Dei gratia Hammaburgenſis Archiepiſcopus, dilectis filiis eccleſiæ ſibi in Domino commiſſæ tam futuris, quam præſentibus, gratia vobis & pax à Domino multiplicetur. Quia noſtri juris eſt,non tantum filios Domini, vel bene incedentes ſemper ad ulteriora verbo & exemplo provocare, vel nutantes conſolidare, vel omnes, qui aliquo modo deſolati & contribulati ſunt divinis momentis roſocillare: ſed in eccleſiæ ſanctæ decus eos, qui extra ſunt pro poſſe noſtro incorporare, dilectioni veſtræ notum eſſe volumus, quod nos cognito bono Zelo ejus fideli ſcilicet diſpenſatori Chriſti, Vicelimo, cum quibusdam fratribus ei in Domino conhærentibus, legationem verbi Dei in Slavia, quæ noſtræ diœceſi usque ad flumen Peuum pertinet, vice noſtra prædicandi commiſimus. Verum quoniam præ feritate gentis barbaricæ illius in prædicta terra ſtabilem manſionem habere non poterant, ad repenſationem & ſuſtentationem eis conceſſimus eccleſiam quandam in fine Holzatiæ, quæ apud veteres Wipenthorp, apud modernos vero Novum monaſterium nuncupatur, cum decimis & prius eo pertinentibus, & quandam villam Dragereſthorp; cum omni utilitate ejus, ſive in agris, ſive in pratis, ſive in ſylvis, quæ nos in dedicatione altaris baſilicæ novæ ibidem ab ipſis inchoatæ uſui ſupradictorum fratrum mancipavimus. Plenam inſuper libertatem præfato Novo monaſterio contulimus, ita ſcilicet, ut præter nos & ſucceſſores noſtros & prælatos eorum, quos ſanior pars congregationis elegerit, neque pvæpoſitus, neque Archipresbyter neque Archi-Diaconus, nulla denique vel magna, vel parva perſona, aliquid eccleſiaſticæ poteſtatis ibi habeat. Præterea eosdem fratres ab omni itinerali labore & fatigatione omnino abſolvimus, non cogente neceſſitate infra terminos Hammenburgenſis Epiſcopii, eorum opera & conſilio ad eccleſiaſtica diſponenda indigeamus. Ut autem apud ſucceſſores noſtros & poſteros eorum hæc inconvulſa & rata permaneant, hanc devotionis noſtræ collationem ſervis Dei & amicis noſtris hac præſenti charta ſigilli noſtri impreſſione inſignita ſtabilimus. Si quis vero contra hæc eniti præſumſerit,excommunicationis ſententiæ ſubjaceat.

Data Hammaburg VII. Kalend. Auguſti, Anno ab incarnatione Domini M. CXXXVI. Indictione XIII. anno Archiepiſcopatus Domini Athelberonis XIV.

LVI.

Ertz-Biſchoffs Adelberonis zu Bremen Privilegium vor das von ihm fundirte Cloſter Neumünſter/ worinn ihm einige Zehenden abgetreten werden/ de An. 1141.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris,& Filii, & Spiritus Sancti; Adalbero Dei gratia Hammaburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Pontificalis officii culmen à nobis frequenter exigit famulis Dei præſentis etiam vitæ ſumtus ex noſtra ſollicitudine,qvantum facultas admittit, providere, ne pro illis laborioſe forſitan acquirendis foris occupati, cogantur intus in laudem Dei debita minus exercere. Quapropter ſanctæ converſationis fratri cariſſimo Vicelino & fratribus ejus, qui ſerviunt in novo monaſterio, in villa Wippenthorp nuncupata, in pago Holſatia, ejusdem villæ decimam cum aliarum quarundam villarum ſubter poſitarum decimis, veluti in villa Straveram, Horegon, Brachtenvelde, Tvventhorp, Tadeſthorp, Godlant, Wilberſon, Bojenebutle, Husberge, Cummernelde, Padevvrthe, Withorpe, Padenſtide, Bullingſtide, ſed & alias decimas juxta fluvium Lieſtere in utroque litore, à villa Elmeshorne usque ad locum Wicflet, divinam promereri cupientes retributionem omni dando concedimus, & ut in uſus prædicti monaſterii fratrum perpetuo redigantur, & redactæ permaneant diligenti deliberatione ſtatuimus. Addimus autem & hiis decimas juxta Wieſtram fluvium, ſcilicet à lacu, qui dicitur Scladen, usque ad fluvium, qui vocatur Waltburgovv, nec non & illas,quæ ſunt in auſtrali plaga fluminis Sturæ, videlicet à fluvio Luteſou usque ad montem Bredenberg, ſvadentes illis ex fraternæ caritatis plenitudine, ut quæ Deo donante & conſervante, quamque videbunt ad neceſſarios uſus ſibi non deficere, ſtudeant & aliis in ea, quam gratis acceperunt caritate, gratiã hoſpitaitatis liberaliter impendere. Præterea de omnibus quæ in ſylvis ſive paludibus per ſe vel colonos ſuos, usque quam iidem fratres elaboraverunt, tam in frugibus, quam in animalibus ipſi decimationes accipiant, &, ſecundum quod ſibi viſum fuerit, ad laudem Dei & utilitatem fratrum ſagaciter inde diſponant. Ut autem hæc donatio omni ævo rata ac firma permaneat, hanc cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari præcepimus, rogantes & obſecrantes in nomine Domini & ſalvatoris noſtri Jeſu, ut nullus eam in toto, vel in parte deteriorare præſumat. Si quis vero huic pio facto contraire, ſeu derogare tentaverit, ſive Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, ſeu Dux, vel Marchio, Comes vel Vice-Comes, ſive advocatus, ſeu quæcunque alia eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, ſi ſecundo tertiove commonita non ceſſaverit, anathema ſit, Amen. Hujus rei teſtes ſunt Sivardus, Obſalenſis Epiſcopus, Occo, Slesvvicenſis Epiſcopus, Bertholdus, Abbas de Sancto Paulo, Adalbertus Præpoſitus de domo Sanctæ Mariæ & Sancti Petri Bonifacius, præpoſitus Hartmannus, Præpoſitus, Thetmarus Decanus, Capellani Liutfridus, Odbertus, Anshelmus, Anno Dominicæ incarnatiouis MCXLI. regnante Chonrado Rege III. anno vero ordinationis ejusdem Venerabilis Archiepiſcopi Adalberonis XVIII. Indictione IV. Acta ſunt hæc Bremæ Idus Julii feliciter, Amen.

LVII.

Ertz-Biſchoffs Adelberonis zu Bremen Diploma, worinn er den Miſionarium Vicelinum zum erſten Probſt des Cloſters Neumünſter ernennet/ und ihm den Rang unter den vornehmſten Prælaten ſeines Ertz-Stiffes ertheilet/ auch was demr mehr anhängig/ de Anno 1142.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti,Amen. Sanctæ caritatis evidens indicium eſt, non ſolum propriis, verum etiam alienis, juxta poſſibilita-

 infudare profectibus; ut qui pluribus ſtudeant in nomine Dom. proficere, pro pluribus mereantur benefactis æternæ retributionis præmia recipere. Quapropter Venerabilis frater Viceline, ſuſceptæ à nobis obedientiæ, gratias

tias Deo, observator solertissime, ad laudem Dei & honorem tuum & ecclesiæ in pago Holtsatiæ, in villa quondam Wipenthorp dicta tibi commissæ ampliare cupientes, nomen prælationis tibi & post te successoribus tuis, ejusdem Ecclesiæ congregationi canonice præficiendis, perpetuo confirmamus, quatenus in antea nomine & dignitate Præpositus de Novo monasterio dicaris, atque inter reliquos honoris fidos & idoneos consultores, scilicet Hammaburgensis, seu Bremensis Ecclesiæ priores habearis. Sed & Parochianos ad eandem Ecclesiam prænominatam antiquitus & nunc pertinentes, tuæ sollicitudini committimus, nostraque autoritate sancimus atque decernimus, quatenus à te baptizentur, verbis salutis erudiantur, synodali lege informentur, mortui sepeliantur. Præterea & quia te in partem nostri laboris, ex paternæ benignitatis plenitudine, stabilem & devotum cooperatorem assumsimus, Ecclesiam Bishorst in ripa fluminis Albiæ sitam cum banno simul & cum omnibus appenditiis ejus, acquisitis, vel acquirendis, tibi concedimus, ut nullam in hac vel illa ulterius Eccles. Præpositus Hammab. vel alia quælibet persona potestatem habeat, nisi tu & qui tibi in eodem supra dicto novo monast. Præpositi, per liberam fratrum electionem, successerint, & a me, vel à meis successoribus Hammenburg. Ecclesiæ Archiepiscopis investituram acceperint. Et ut hoc nostræ benignitatis liberale decretum, omni ævo ratum maneat & inconvulsum, præsentem paginam conscribi, & sigilli nostri impressione signari jussimus, & eorum nomina, qui hujus rei fautores & testes fuerunt, adnotari decrevimus. Siwardus, Episcopus Obsalensis, Bertholdus, Abbas de S. Paulo, Conradus, Abbas de Rossenvelde, Athelbertus, Præpositus Bremensis Ecclesiæ majoris, Athelbertus, Præpositus de S. Willehado in monte, Hartmannus, Præpositus de Rameslo, Bonifacius Præpositus de Ripesholte, Luidmundo Præpositus de Heslinga. Thietmarus, Decanus cum reliquis fratribus omnibus. Capellani, Odbertus, Hartwicus, Peregrinus. Si quis huic paginæ in toto vel in parte contraire præsumserit, si secundo tertiove commonitus cessare noluerit, anathema sit. Amen. Observator autem benedictionem consequatur, Amen. Acta sunt Bremæ felic. Amen. An. incarn. Dom. MCXLII. Anno vero ejusdem Domini Athalberonis, Venerabilis Archiepiscopi XIX. Indict. V.

LVIII.

Ejusdem Vergleich mit der Hertzogin Gertrudis zu Sachsen/ und ihrem Sohne Henrico Puero, mit was vor Bedingungen das an seinem Ertz-Stifft gelegene sogenannte Viehland angebauet werden solle/ de Anno 1142. stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ p. 436.

LIX.

Ejusdem Diploma, die Schenckung eines Guts zu Elmeshorn an das Closter Neumünster betreffend/ de Anno 1144.

IN nomine Domini omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Adalbero, Dei gratia Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam præsentibus salutem in perpetuum. Notum vobis facimus, qualiter divina majestate suggerente religiosa Domina Richardis, nobilis illa Comitissa famosissimi principis Ratholfi Comitis vidua, una cum carissimis filiis suis Hartvvico, Præposito Bremensis Ecclesiæ & fratre ipsius Rotholfo Comite, sanctæ Dei genetrici & perpetuæ Virgini Mariæ & venerabili fratri nostro, Vicelino, Præposito, ac fratribus ipsius in Novomonasterio, scilicet in villa antiquitus Wipenthorp dicta, Deo famulantibus, eorumque successoribus prædium suum, quod habuit in pago Holsatia, in villa Elmeshorn, juxta Giesteram fluvium sita, cum omnibus attinentiis, hoc est, sylvis, pratis, pascuis, viis & inviis, aquis, aquarumve decursibus, exitibus & reditibus, cum paludibus à prædicta villa Elmershorn tendentibus usque ad locum, ubi lacus Wicflet fluit in Giesteram, cum duobo mancipiis Siberno, Odelino perpetuo jure possidendum tradidit, ea videlicet conditione, ut sui suorumq; parentum apud eosdem fratres jugis & inextricabilis ad Deum memoria consistat. Et ne quisquam heres eorundem, vel alia quælibet ecclesiastica secularisve persona ipsis, vel mortuis hoc factũ in toto vel in parte violare præsumeret, auscultantibus & aspicientibo tam nobis ipsis, quam multis aliis gratuitam & apertam ejusdem prædii in supradictorum fratrum usus resignationem fecerant, & hoc nostræ auctoritatis & banno, & privilegio stabiliri postularunt. Sed quia spe retributionis æternæ hæc visi sunt emoliri, decrevimus & nos piæ petitioni eorum propensius adsentiri. Præterea & hoc præsenti paginæ necessarium duximus adnotari, quod mater Domini Henrici Marchionis, nobilis & religiosa Domina Erminigardis, super memorato Novo monasterio suum quoque in villa eadem Elmeshoren prædium, nihilo minus ob recordationem sui & suorum in perpetuum dedit, quod & nostra auctoritate confirmari rogavit. Ut ergo utrorumque bono affectui pium præbere videremur assensum, præsentem paginam conscribi & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, perpetuam eis annuntiantes pacem, qui eam inviolatam servaverint: si mo à communione omnium fidelium excludentes, qui aliquo modo ipsam infirmare seu deteriorare tentaverint. Hujus rei testes sunt: Hartvvicus, Præpositus, Vicelinus, Præpositus, Hartmannus Præpositus, Liudmundus Præpositus, Vicelinus, Præpositus, Liudfridus Præpositus, Erpo, Præpositus; Capellani, Odbertus, Anshelmus; Nobiles Folradus, Thidericus, Widekindus; Ministeriales: Adico, Ricbertus, Manegoldus, Werno, Edo, Liuderus, Evervvinus, Wolcmarus, Liudolfus, Sigero, Herimannus, Hardericus, Thietmarus, Godefridus, Everhardus. Acta sunt hæc Staden. Anno ab incarnatione Domini MCXLIV. Anno vero ejusdem venerabilis Adalberonis XX. Indictione VI. VIII. Kalend. Augusti. Amen.

LX.

Ertz-Bischoffs Adelberonis zu Bremen Diploma, krafft dessen er dem Closter Neumünster den Zehenden zu Bißhorst geschencket/ de Anno 1146.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Ego Athelbero, Hamburgensis, seu Bremensis Ecclesiæ, Deo propitiante, vocatus Archiepiscopus, fratribus in Novo monasterio, quod est in pago Holsatiæ, in villa videlicet Wipenthorp dicta, sub regulari disciplina victitantibus, sustentationum oportunitatem providere cupiens, paludem quæ est versus Bishorst, & jam non raro incolitur ab habitatore, distincte describi jussi & decimationes tam frugum, quam animalium, quæ inde proveniunt, eorundem usibus fratrum deputavi, & non solum plurimorum testium, verum & præsentis paginæ sanctione firmavi, ne quis in posterum hæc audeat infringere, quod hic potest propter Deum à nobis bene & deliberate factum, intelligere. In Orientali ergo plaga palus supradicta termiuum habet marcham Holtsatorum, in australi marcham Romersflet: in boreali autem lacum Wicflet, in occidentali vero fossam tendentem usque ad marcham Romesflet. Quæcunque itaque decumationes his prænotatis terminis concluduntur, à supra memoratis ejusdem novi monasterii fratribus auctoritati Domini nostri Jesu Christi, & nostra perpetua irrefragabili possessione suscipiantur, & in usus Deo familiantium dispensentur. Si quis autem hoc factum nostrum infregerit, anathema sit. Hujus rei testes sunt Hartvvicus Bremensis Ecclesiæ Præpositus, Stadensium Dominus, Hartvvicus, Hammaburgensis, Præpositus, Vicelinus, Præpositus, Hartmannus, Præpositus, Liudmundus, Præpositus, Liudfridus Præpositus, Bonifacius, Præpositus, Erpo, Præpositus, Odbertus Capellanus. Nobiles, Adolfus Comes, Adolfus & Thiedericus fratres ejus. Ministeriales Liuderus, Thiedericus, Gerungus, Hadebertus, Albero, Vdo, Willo, Arnoldus, Frithericus, Henricus. Acta sunt hæc Bremæ, Anno incarnationis Domini MCXLVI.

LXI.

Ejusdem Diploma, vermöge dessen er innenbenannte Marâste des Ertz-Stiffts Bremen/ mit Vorbehaltung des Zehenden verkaufft/ de Anno 1149.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Ego Hartvvicus Deo donante Bremensis seu Hammaburgensis Archiepiscopus paludem quandam partim Præposito & fratribus majoris Ecclesiæ Bremensis, partim vero mihi ac ministerialibus admodum paucis pertinentem, duobus viris Johanni videlicet & Simoni vendendam & excolendam fratrum omnium atque eorum, qui participes erant, ministerialium deliberato assensu tradidi, & justitiam, quam affectabant, scilicet qualem Holandensis populus circa Stadium habere consvevit, concessi. Quo vero termino eadem palus omni ex parte includatur, diligenti distinctione describi tam illis, quam nobis necessarium duximus, ne vel illi plus suo juri quam sit justum adjicere præsumant, vel de nobis, si forte quod pactum est mutare vellemus, injuria sustineatur. Habet enim in plaga Orientali fluvium, Hursebe dictum, in Occidentali alium, Berna vocatum, in Septentrionali vero Aldena fluit, in Australi autem palus, quæ Hursibberemor nuncupatur, præmemoratam Paludem claudit. Cæterum quia ligna ad comburendum Præposito à populo inibi manente & ad præpositurum pertinente ex institutione pristina sunt administrata & eadem, propter agricukuram à colonis

eradicanda, ex paternæ proviſione benevolentiæ ſtatuimus, quatenus omnes eorundem novalium decimæ in uſus partim Præpoſiti, partim fratrum, ſicut in privilegio inde conſcripto continetur, ex noſtra largitione perpetuo poſſidenda tranſeant, & defectum lignorum per utilitatem ſui fructuoſe ſuppleant. De decima vero frugum hoc ex gratia concedimus, ut undecimum acervum, quem Hollandenſes lingua ſua Vimmen vocant, perſolvant. De animalibus autem, veluti polledris, denarium, de vitulis obulum, de reliquis quoque juſtam decimationem adminiſtrent & quolibet anno denarios ſingulos pro ſingulis manſis reddant. Placita quoque tribus anni vicibus celebrent, & qui incuſati in hiis non ſatisfecerint, ad alia poſtmodum vocati ſua lege reſpondeant. Diſtrictum autem Joanni Emtori, quem ſupra recitavi jure beneficiali conceſſi, ea videlicet ratione, ut ſuo eodem jure liceat relinquere ſucceſſori. Ut autem rei hujus diſpoſitio omni ævo ſtabilis & inconvulſa permaneat, præſentem cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari & teſtium nomina annotari juſſimus. Hujus igitur rei teſtes ſunt; Præpoſitus Liudfridus, Præpoſitus Erpo, Bonifacius Præpoſius. Canonici, Godeſcalcus, Thedtwartus, Liudvvartus, Eluericus, Rederus, Othalricus, Albero, Thetmarus, Ercambertus, Sibertus, Eilhardus. Nobiles, Albertus Marchio, Bernardus, Adolphus, Hermannus, Hodo, Thidericus, Hogerus. Miniſteriales, Liuderus advocatus, Albero, Chriſtianus, Fridericus, Sibertus, Gerungus, Vdo, Dudo, Willo, Hadebertus, Arnoldus. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini MCXLIX. Anno quoque Chunradi regis IX. anno vero ejusdem venerabilis Archi-Epiſcopi I. Actum Bremæ.

LXII.

Hertzogs Henrici zu Sachſen und Bayern Diploma, worinn er die Schenckung derer Maräſte zu Wilſter und Stur an das Cloſter Neumünſter approbiret/de Anno 1149.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Henricus, Dux Bauwariæ & Saxoniæ. Ad hoc in culmen poteſtatis nos per gratiam Dei collocatos juſte recognovimus, ut quo auxilii noſtri manum protendere, & quibus conſilii curam impendere neceſſarie, propter Deum, debeamus, facilius & manifeſtius proſpicere valeamus. Sed cum omnibus debitores ſimus, præcipue tamen puſillos Chriſti qui mundo ſuisque ambitionibus renunciantes, ſub umbra alarum divinæ protectionis ſe contulerunt, nos manu tenere, eisque in neceſſariis rebus ſubſervire debere digne perpendimus. Notum ergo eſſe volumus, tam futuris, quam præſentibus, quod & nos pia vota parentum noſtrorum in memoriam revocare utile duximus, & eorum bonum propoſitum in his, quibus honorem Dei promovere ſtuduerunt confirmare proponimus. Si quidem a Venerabili Athelberone, Hammaburgenſi Archi-Epiſcopo, per ſtudium & laborem reverendi patris Vicelini, in provincia Holtſatiæ, in villa ab antiquis Wipenthorp dicta, novum monaſterium inchoatum, & ſervientes Deo inibi coadunitos & videmus & ſcimus, patrem vero meum Ducem Heinricum, & avum meum Imperatorem Lotharium, locum ipſum oblationibus promoviſſe, donis honoraſſe, & res eidem Eccleſiæ collatas privilegiis ſuis confirmaſſe, veraci relatione didicimus. Pro eo denique, quia vineam Dei ibi plantatam bene fructificantem, in odore ejus multos poſt Deum currentes rudes illius gentis homines ab impietatibus ſuis priſtinis correctos vicinas gentes Slavorum ab incredibilitate jam converſas ad fidem gratanter aſpicimus, locum ipſum digno honore amplectendum arbitramur, & eos, qui ſe ibidem Deo ſervituros devoverunt, etiam ex noſtra benevolentia fovendos, & munificentia conſolandos judicamus. Qua propter paludem, quæ eſt juxta Wilſteram inter Sladen & Wallburgou & alteram, quæ eſt juxta Sturiam inter Luteſou & Aldenou, a Comite Adolfo & omnibus Holſatis eidem eccleſiæ collatas adprobamus, & in uſus fratrum ejusdem prædicti Novi-monaſterii cedendas in perpetuum auctoritate noſtra decernimus. Et ut hæc collatio rata & inconvulſa omni ævo permaneat, cartam hanc conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus, & nomina eorum, qui affuerunt aſſignari mandavimus. Teſtes & fautores & cooperatores hujus rei ſunt: Athelbero, Hammenburgenſis Archi-Epiſcopus, Hartvvicus, Bremenſis Eccleſiæ major Præpoſitus, Vicelinus prædicti Novi-monaſterii Præpoſitus, Athelbertus, Marchio, Comes Adolphus, Comes Heinricus de Bodvvide, Comes Chriſtianus de Aldenburg, cum aliis multis principibus, nobilibus & miniſterialibus, e numero Holſatorum hi ſunt: Marcradus, ſignifer provinciæ, cum filiis ſuis, Vergotus, filius Daſonis de Ennigge, cum fratribus ſuis, Wluardus de Renkigge, Wicbertus de Wekkigge, Imico cum filio ſuo Reimaro & fratribus ſuis, Ethelerus de Vrige, Godeſcalcus de Gereſthorp, Haſſo filius Henrici advocati de Ottenebotte, Thiedbernus de Ho, Heinricus advocatus de Barmizſtide, Marcradus de Buſele cum filiis ſuis, Eluericus & Hiddo de Eidera, hi judices terræ, Otherus ſignifer Sturmariorum. Quatuor etiam qui denominati ſunt Legati eſſe provinciæ, Marcradus de Stenuelde, Toto de Kerleggehuſe, Rothmarus de Hanſtide, Aluardus de Eiderſtide & reliqui plures. Acta ſunt hæc Heikenbutle, coram frequentia totius exercitus, qui nobiſcum erat, quando reverſi ſumus accepta victoria de hoſtibus regni Thiedmarskienſibus; qui Rotholfum Marchionem, Principem & Comitem ſuum, jam pridem interfecerant, & confirmata eſt hæc collatio favore & acclamatione totius exercitus, qui ibidem in Caſtris erat aggregatus. Anno incarnati verbi M. CXLIX. Indictione XII. Data Idibus Septembr.

LXIII.

Kayſers Friderici I. Confirmation eines von Kayſer Henrico IV. dem Ertz-Stifft Bremen gegebenen Privilegii de Anno 1158. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ pag. 437.

LXIV.

Ejusdem Ertz-Biſchoff Hartvvico I. zu Bremen ertheiltes Privilegium, worinn ihm die um Bremen herum gelegene maraſtige Oerter anbauen und nutzen zu laſſen/ vergönnet worden/de Anno 1158. iſt loco antea citato, pag. 438. vorhanden.

LXV.

Kayſers Friderici I. Confirmation des von Kayſer Ludovico Pio geſtiffteten Ertz-Stiffts Hamburg/ de Anno 1158.

IN Dei nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. In examine cuncta Dei conſpicientes æquali, meritum fore credimus dantis & corroborantis. Credimus etiam ad Imperialem Majeſtatem noſtram pertinere totius Imperii curas, præcipueque omnium ſanctarum Dei eccleſiarum commoda conſiderare, & omnia eis adverſantia ſub omni feſtinantia abolere, ne vel gravi incommoditate vileſcant, vel qualibet nacta occaſione a priſtino cultu & religione recedant, quatenus dum hoc pro amore pariterque timore Dei fideliter peragimus, illorum, qui bona ſua pio affectu Deo contulerunt, meritis & gloria communicemus. Noverint igitur omnium Chriſti Imperiique noſtri fidelium, tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, qualiter dilectus noſter Hartvvicus Hammaburgenſis Archi-Epiſcopus obtulit Majeſtati noſtræ privilegium Divi & Auguſtiſſimi Imperatoris Hludovici, primi fundatoris & conſtructoris Hammaburgenſis Eccleſiæ, ſupplicans nobis, ut bona, poſſeſſiones, jura, immunitates, terminos, ſicut præfatus glorioſiſſimus Imperator inſtituit, nos æternæ ſtabilitatis vigore prædictæ eccleſiæ confirmaremus. Nos itaque pia facta prædeceſſoris noſtri clarius intuentes, & divinæ dexteræ opus per manum Chriſti ſui completum debita affectione cordis amplectentes, quicquid in Hammaburgenſi Eccleſia ſtatuit, ſtatuimus, quod donavit, donamus, & noſtra Imperiali auctoritate confirmamus. In memoriam revocantes, omnibus tam futuræ, quam præſentis vitæ fidelibus, quod cella Rodenach vocata, a ſanctiſſimo Imperatore Carolo Magno prænominatæ Eccleſiæ ſit donata, & cella Turholt in comitatu Flandriæ ſita, donatione Hludovici Imperatoris ad perennem Hammaburgenſis Eccleſiæ jurisdictionem debeat pertinere. Recolimus quoque rem magna veneratione digniſſimam, quod in eodem loco trans Albiam Hammaburch nuncupato, idem glorioſiſſimus Imperator Hludewicus proprii vigoris Archi-Epiſcopalem, & ſuper omnes eccleſias Danorum, Sueonum, Norwegiorum, Farriæ, Gronlandonum, Hallingolandonum, Islandonum, Scredeuindonum & omnium Septentrionalium partium metropolitanam ſedem conſtituit, & in futurum omnibus caſibus ſæpedictæ Eccleſiæ obviare poſſet, ne quisquam Epiſcoporum aliquam ſibi trans Albiam, vel alicubi in prædicta parochia vindicare debeat poteſtatem, certo limite eam circumſcripſit. Terminos itaque, quos Imperator Hludovicus poſuit, & eos, quos Otto Imperator poſtmodum ex conſilio Principum præfatæ Eccleſiæ deſignavit, juxta temporum æquam conſiderationem immutatos conſervamus, & noſtra Imperiali auctoritate confirmamus, quod ſint videlicet termini ejusdem eccleſiæ ab Albia flumine deorſum, usque ad mare Oceanum, & ſurſum per Slauorum provinciam usque ad fluvium Pene, & per ejus decurſum usque ad mare Orientale, & per omnes prædictas Septentrionis nationes. Omnes quoque paludes infra ſive juxta Albiam poſitas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ ſicut ab Imperatore Hludovico poſitæ ſunt, & nos ponimus, ut trans Albiam ſe

& ſua ab incurſu paganorum ſecurius in his locis occultari queant. Et ut hæc confirmationis auctoritas ſui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, præſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum hæc ſunt nomina. Arnoldus, Maguntinenſis Archi-Epiſcopus, Euerhardus, Bambergenſis Epiſcopus, Geberhardus, Wirzeburgenſis Epiſcopus, Albertus, Aquenſis Præpoſitus, Gerhardus, Magdeburgenſis Præpoſitus, Fridericus, Dux Sueonum, Chonradus, Palatinus Comes de Rheno. Hludovicus, Provincialis Comes Thuringiæ, Marquardus de Gumbach.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris.

Ego Reinwaldus Cancellarius, vice Maguntinenſis Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Data Franckenvvort XVII. Kal. April. Indict. VI. Anno ab Incarnatione Domini MCLVIII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, anno regni ejus VI. Imperii vero III.

LXVI.

Ejusdem Confirmation des von Ottone I. dem Ertz-Stifft Bremen ertheilten / und von Ottone II. beſtätigten Privilegii, de Anno 1158. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Bremen / pag. 439. befindlich.

LXVII.

Ejusdem Confirmation der von Kayſer Henrico VI. dem Ertz-Stifft Bremen ertheilten Forſt-Gerechtigkeit zu Ertnebroch und in andern umliegenden Wäldern / de Anno 1158.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fredericus, divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Cum Regiæ dignitatis ſit, jus cuilibet ſervare ſuum, præcipue tamen eccleſiaſtica jura nobis obſervanda videntur: quia, ſi peccandum, tolerabilius in hominem, quam in Deum, ſi non peccandum, reverentius tamen Deo, quam hominibus obſequendum. Nos quidem patrum præcedentium veſtigia imitari optantes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere, noſtroque in quantum poſſimus, patrocinio tueri debemus. Univerſis igitur Chriſti noſtrisque fidelibus, tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter venerabilis Adalbertus, ſanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus ſerenitatem clementiæ Heinrici IV. regis adiit ſupplicando, quatinus foreſtum in Ertnebroch atque in ceteris circumjacentibus ſylvis, quod divæ memoriæ avus ejus Chunradus, Romanorum Imperator Auguſtus, prædictæ ſanctæ Hammaburgenſi Eccleſiæ perpetuo proprietatis jure poſſidendum contulerat, id ipſum amplificando confirmaret. Qui precibus ejus inclinatus prædicto foreſto adjunxit, quicquid inter Warmenovv, Wiſeram, Aldenam & Huntam fluvios venationis fieri poteſt & præfatæ Eccleſiæ, ſub regiæ tuitionis banno, in proprium condonans tradidit atque confirmavit, praeſentium cunctorum, vel ſuccedentium contradictione remota. Addidit etiam eidem Eccleſiae ſuae proprietatis foreſtum in pago Ameri ſitum, in Comitatu Udonis perpetuae poſſeſſionis jure retinendum. Inſuper etiam omnibus ſanctae Hammaburgenſis Eccleſiae ſervis & ancillis, ipſo Archi-Epiſcopo ſupplicante conceſſit, ut extra poſſeſſionem eccleſiaſticam, quidquid terrarum, vel mancipiorum acquiſierint, liberam habeant poteſtatem, infra ipſius Eccleſiae familiam hereditandi communi, poſſidendi, vendendi, tradendi, vel quidquid eis infra eccleſiaſticam poſſeſſionem placuerit inde faciendi. Confirmamus & nos munificentia Imperiali eidem eccleſiæ liberalitatem & bona omnia quæ a Karolo Magno prædeceſſores noſtri Romanorum Imperatores vel Francorum Reges usque ad tempora noſtra prænominatæ Eccleſiæ conceſſerunt & nos ei habenda omni tempore atque perpetuo jure poſſidenda, per noſtri præcepti paginam concedimus, omni noſtra noſtrorumque ſucceſſorum cunctorumque mortalium, majorum & minorum inquietatione remota: Parochias ſcilicet decimas, terras cultas & incultas, aquas & aquarum decurſus, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, foreſta, cum omni utilitate, quæ deſcribi aut ullo modo inde poterit provenire. Et ut hæc imperialis noſtræ conceſſionis ac confirmationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni ævo permaneat, hanc cartam inde conſcribi corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri, addita ſubſcriptione teſtium Principum, tam clericorum, quam laicorum, quorum nomina hæc ſunt:

F. Colonienſis Archi-Epiſcopus; Got. Trajectenſis Epiſcopus; F. Monaſterienſis Epiſcopus; Philippus, Merſeburgenſis Epiſcopus; Al. Aquenſis Præpoſitus. Thibaldus, Sanctenſis Præpoſitus. Arnoldus, Præpoſitus in Colonia apud S. Andream. Bruno, Præpoſitus in Colonia apud S. Georgium. Otto Bremenſis Eccleſiæ ſummus Præpoſitus; Hartvvicus, Hammaburgenſis Præpoſitus; Vdo, Præpoſitus Rameslenſis. H. Notarius. H. Dux Saxoniæ. Chun. Comes Palatinus de Rheno. Hludevvicus, Comes de Are. Th. Comes de Cleue; Her. Comes de Cuke. Adolphus, Comes de Monte. Symon Comes de Thekeneborch. Otto, Comes de Rauensberch & frater ejus H. Marquardus de Gronbach. Ego Reynaldus, Cancellarius, vice Arnoldi, Moguntinenſis Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii, recognovi. Data in Verda Sancti Svviberti X. Kal. Maji, Indictione VI. Anno Dominicæ Incarnationis MCLVIII. regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore Auguſto, Anno Regni ejus VI. Imperii vero III.

LXIIX.

Ejusdem Privilegium vor das Ertz-Stifft Bremen / die Befreyung vom Heerzug und andern Beſchwerden / auch deſſelben Streitigkeiten mit den benachbarten Reichs-Ständen betreffend / de Anno 1159.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam divina clementia Romani titulo Imperii & corona ſublimare nos & inſignire dignata eſt, ideo ſtudioſius honori & promotioni Eccleſiarum Dei invigilare debemus & efficacius inſiſtere. Inde eſt quod venerabilem Harvvigum nobis per omnia dilectiſſimum ſanctæque Hammenburgenſis Eccleſiæ paſtorem & Archi-Epiſcopum inter ſpeciales noſtros præ ceteris Principibus familiarius colligentes, ad perſonæ ipſius promotionem, honorem & omnimodam gloriam, ſtudium adhibebimus, ſanctamque Hammaburgenſem Eccleſiam ipſius providentiæ commiſſam, fovere, manutenere, omnibus modis exaltare operam dabimus. Primum igitur dilectos noſtros Dominum Bremenſem & Bajoariæ, ac Saxoniæ Ducem tantæ dilectionis vinculo unire dignum cenſemus; ut ſi alteruter in alterum exceſſerit, per ſe ulciſci non præſumat, ſed dictante ſententia ad examen noſtræ juſtitiæ, prout decet, recurrere feſtinet. Aliam quoque cauſam, quæ inter dilectum noſtrum Bremenſem & Verdenſem, honorabiles perſonas agitur, juxta tenorem privilegiorum utriusque, adhibito Principum & aliorum ſapientum conſilio, componere ſatagemus. In hac quoque parte fideliſſimo noſtro Bremenſi non poſſumus deeſſe, nec volumus; quia pro recuperanda ipſius hereditate, quam Magdeburgenſis ſuæ poteſtati aſcribit, prout melius & honeſtius poterimus, laborare curabimus. Præterea ut præfatus Bremenſis, noſtræ erga eum dilectionis emolumentum experiatur, ab expeditionibus & a debitis ſervitiis & a ceteris laboribus eum juxta velle ſuum ſupportabimus. Cum etiam univerſalem Eccleſiam Romanam viſitare poterimus, debitum honorem Hammaburgenſi Eccleſiæ pro jure noſtro per omnia requiremus. Adjicimus inſuper, quod Waltero de Arneſtede omni cum benevolentia dimittemus, quæ ab eodem Archi-Epiſcopo eum habuiſſe in beneficio cognoſcimus. Dabimus quoque dilecto noſtro Bremenſi Archi-Epiſcopo vini carratas XX. quolibet anno, de Bobarden X. & de Maguntino X. Pro ejus etiam dilectione Bouonem in gratia Ducis pleniter reſtituemus, & quam diu vivet, ipſum ad omnia ſibi pertinentia ſub noſtra imperiali tutela conſervabimus. Ego Reynoldus Cancellarius, vice Domini Arnoldi Moguntini Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Datum Auguſtæ, anno Dominicæ incarnationis MCLIX. Indictione VI. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Auguſto. Anno regni ejus VII. Imperii vero IV. Amen.

LXIX.

Diploma, vermöge deſſen die Abtey Herßfeld dem Ertz-Stifft Bremen incorporiret worden / de Anno 1160. ſiehet unten in des Spicilegii Eccleſiaſtici des Teutſchen Reichs-Archivs III. Theil / pag. 187.

LXX.

Pabſts Victoris IV. Breve, vermöge deſſen er dem Abt zu Herßfeld notificiret / daß er ſeine Abtey dem Ertz-Stifft Bremen incorporiret / de Anno 1160.

VIctor Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio B. Abbati Herſſeveldenſi & univerſo conventui ejusdem Monaſterii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Venerabi-

rabilis frater noſter H. Bremenſ. Archi-Epiſcopus multo ſervitio multaque devotione promeruit, ut a ſede Apoſtolica charus habeatur, inde eſt, quod perſonam ſuam intima dilectione amplectentes Herveldenſem Abbatiam ei & Eccleſiæ Bremenſi conceſſimus & donavimus & Apoſtolicæ ſedis Privilegio confirmavimus. Tibi ergo & fratribus tuis, tam futuris, quam præſentibus, autoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & noſtra, per præſentia ſcripta præcipimus, ut memorato fratri noſtro ſuisque ſucceſſoribus, tanquam Domino & Paſtori veſtro, debitum obſequium & reverentiam exhibeatis. Data Papiæ XII. Kal. Martii.

LXXI.

Ejusdem Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Bremen/ wie auch der Incorporation derer Abteyen Herßfeld und Radeſtadt/ de Anno 1160.

VIctor Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Hartvvico, Bremenſi Archiepiſcopo ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & juſtitiæ convenire monſtratur, animo nos decet libenti concedere & petentium deſideriis celebrem conſenſum. Ea propter, chariſſime in Chriſto frater, tuis rationibus diligenter auditis & eccleſiæ tuæ privilegiis ſolerter inſpectis, honorem ſeu dignitatem, quam tui prædeceſſores ſuper tribus Epiſcopatibus Sclavorum, videlicet Altenburc, Michelenburc, Racesburc habuiſſe noſcuntur, & perſonæ & eccleſiæ tuæ duximus confirmanda. Igitur ſecundum formam privilegiorum beatorum Gregorii, Sergii, Nicolai, Benedicti, Adriani, Victoris, Stephani & Innocentii, tibi tuisque ſucceſſoribus canonice intrantibus, & ſanctæ Hammaburgenſi ſeu Bremenſi Eccleſiæ prædictis patribus per memorata privilegia conceſſa ſunt, præſenti pagina confirmamus. Abbatiam quoque de Herſevelde tibi tuisque ſucceſſoribus concedimus & donamus, cenſu pro eadem Eccleſia IV. Byzantiis ſedi Apoſtolicæ, per te & per tuos ſucceſſores, per annos ſingulos perſolvendis. Præterea Abbatiam de Radeſtad, quam Eccleſiæ tuæ tempore felicis memoriæ Adriani prædeceſſoris noſtri . . . . novimus eſſe ſubtractam, tibi & Eccleſiæ tuæ reſtituimus, & præſenti privilegio confirmamus. Statuentes, ut nulla Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hoc noſtrum privilegium infringere, vel violare præſumat. Sed hæc & omnia quæcunque largitione Regum, conceſſione Pontificum ſeu aliis juſtis modis Bremenſis Eccleſia conſecuta eſt, & quæ in poſterum, favente Domino poterit adipiſci, habeat, teneat & poſſideat, perpetuo profutura. Si quis autem huic noſtræ inſtitutioni temere contraire tentaverit, niſi præſumationem ſuam ſecundo tertiove commonitus, congrua ſatisfactione correxerit, reum ſe exiſtere divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo ſangvine & corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem Bremenſis Eccleſiæ jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ exactionis recipiant & in futurum æternæ pacis præmia ſortiantur, Amen.

Datum Papiæ per manum Godofredi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarii, Anno Dominicæ Incarnationis MCLX. Indict. VII.

LXXII.

Ertz-Biſchoffs Hartwici I. zu Bremen Statutum, daß jährlich ein Provincial-Synodus zu Hamburg und Bremen gehalten/ und ſeine Suffraganei zu Lübeck/ Ratzeburg und Schwerin dabey erſcheinen ſollen/ de Anno 1160.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hartvvicus, Dei gratia ſanctæ Hamburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Paſtoralis officii noſtri ſollicitudo nos admonet pia anteceſſorum noſtrorum ſtudia conſiderare, & ne ipſorum religioſa facta ulla poſſint refragatione perturbari, vigili cura providere. Notum igitur cupimus tam præſentibus, quam futuris, quod cum venerabilis pater & anteceſſor noſter, Adalbero, totius parochiæ ſuæ diligentiſſimam curam gereret, præelegit metropolim ſuam Hamborgh per ſævitiam barbarorum propter Evangelium Jeſu Chriſti ſæpius vaſtatam, & jam quaſi jure poſtliminii reverſam reformare, & in ſtatum priſtinum revocare, fœcundiſſimam illam matrem gentium conſiderans omnique devotionis officio venerandam, proteſtatus ei tanto majorem offerri debere conſolationem, quanto majori, plaga & propioribus inſidiis, & tam longiturna paganorum infeſtatione turbaretur. Quæ qualis & cujus ſit meriti, quibusve eam dignitatibus præferre debemus, Pontific. & Principum Romanorum apud nos depoſita nos inſtruunt privilegia; quæ

quæ idem venerabilis pater noſter diligentius intuens licet eadem eccleſia in ſui vaſtatione nominis conſervaſſet dignitatem, ut plene tamen in ea priſtinum remanſiſſe declararet honorem, ne propter temporis lapſum, & frequentem paganorum inſultum de libertatis ſuæ titulo poſſet ſuboriri dubium, canonicos in ipſa reſtituit in omni libertate & jure metropolitico ipſis à Sancta Romana Eccleſia Pontificibus & piiſſimis Principibus conceſſo, usque ad vitæ ſuæ exceſſum cum debita conſervans reverentia. Nos igitur, qui eandem eccleſiam licet indigni gubernandam ſuſcepimus, factum ejus per omnia commendantes & confirmantes, ut ex laboris noſtri ſolicitudine eidem aliquid addicere videamur, quia jam ſuffraganeos habere deſierit, in quadam parte Slaviæ adjutorio nobilis Viri Hinrici, Ducis Saxoniæ, devicta, tribus ſuffraganeis ſcil. Lubic. Racezburg. & Zvverin. ipſam decoravimus auctoritate ſedis Apoſtolicæ, cujus legatione fungimur, ſtatuentes, quatenus prædictæ eccleſiæ novellæ ad Hamburgenſ. eccleſiam, tanquam ad metropolim ſuam in omnibus reſpectum habeat, & ut matrem debito honore venerentur, nec non ejusdem ſedis Archiepiſcopo tantum, ſecundum canonum ſanctiones, exhibeant debitam obedientiam, & reverentiam, jura etiam & conſvetudines tam Bremenſis, quam Hammaburgenſis eccleſiæ, quæ poſt unionem ipſarum fideliter ab anteceſſoribus noſtris ſuo tempore ſervatæ ſunt, & quæ maxime propter viarum, & aquarum pericula, & locorum diſtantiam ad commodum utriusque provinciæ provide inſtituæ ſunt in perpetuum ſervandas decernimus, ita ut in Hamburgenſi Eccleſia ſemel in anno cum ſuffraganeis, prælatis, clericis, Nobilibus, liberis, tantum ciſalbinis, provincialis Synodus; In Bremenſi vero, ſicut conſvetum eſt, uno rempore tantum cum tranſalbinis generalis Synodus celebretur. Ut autem prædicta omni ævo rata permaneant, præſentem cartam ſcribi, & ſigilli noſtri impenſione ſignari fecimus. Ne quis autem noſtræ confirmationis paginam infringere præſumat, ſub anathemate & diſtricti judicii interminatione prohibemus. Actum Hammenburg anno Deminicæ incarnationis MCLX. Indictione octava.

LXXIII.

Ertz-Biſchoffs Hartvvici I. zu Hamburg und Bremen Confirmation und Extenſion derer Privilegien und Freyheiten des ſeinem Ertz-Stifft ohnmittelbar unterworffenen Cloſters Neumünſter/ de Anno 1164.

HArtvvicus, Dei gratia Hammaburgenſis Archiepiſcopus, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis natis & naſcituris in Domino S. Ordo rationis & eccleſiaſticæ prælaturæ depoſcit officium, ut ſicut mala quæ videmus in ſubditis indicare debemus & auferre de medio, ſic bene ordinata benigne reſpicere, gratanter adprobare curamus, & omni promovere ſtudio. Siquidem occaſione novæ baſilicæ conſecrandæ pervenimus ad clauſtrum in diœceſi noſtra in Holſatia, quod Novum monaſterium appellatum eſt, ubi ſanctæ converſationis hominibus inventis, tanto majus acceſſit nobis gaudium, quanto propenſius de ſalute fratrum conſtat eſſe gaudendum. Inde eſt, quod ipſum locum & inhabitantes plena charitate duximus amplectendos, poſſeſſa confirmare, poſſidenda tribuere, & quicquid ad ſalutem & commodum operari videtur, exhibere parati. Ad formam itaque privilegii Domini & anteceſſoris noſtri, beatæ memoriæ Adalberonis Archiepiſcopi quæcunque bona vel ipſius acceſſione vel ex propriis eorum laboribus, & aliorum fidelium collatione, in poſſeſſione prædictæ congregationis invenimus, auctoritate Dei & B. Petri, & Romanæ ſedis & noſtra confirmamus, ſtatuentes, ut ad nullum, niſi ad Hammaburgenſem Archi-Epiſcopum præſignati clauſtri Præpoſitus & fratres reſpectum habeant, ut & aliquid à nobis conſolationis acciperent, & noſtri memoriam in ſuis habeant orationibus, quædam, quæ ſubſcriptæ ſunt, de noſtra benevolentia præbendis eorum adjicimus, tam ipſis quam ſucceſſoribus eorum uſu perpetuo retinenda; ſcilicet eccleſiam Brishorſt cum prædiis adtinentibus & banno ſuo & filiis Volemari. Item Eccleſiam Ichhorſt cum decima & banno. Et decimam tum villarum Botele, Rocolingge Harge. Item, decimam in auſtrali parte Wilſtere, Imneſſe, item Stocflete & Dammeflete e regione Eccleſiæ, & in agrum adjacentem duodecim jugera continentem, & decimam ejusdem agri quam præfatam, & decimam & agrum Hartvvicus nobis reſignavit, & nos ea præfatis fratribus contulimus. Quæcunque etiam novalia à tempore hujus actionis in parochia prædicta Novi monaſterii culta fuerint, ex noſtra charitate conceſſimus iisdem fratribus & ſucceſſoribus eorum, hæc & alia, quæ præſcripta ſunt, jure perpetuo retinenda. Quæcunque ergo Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona huic noſtræ rationabili conſtitutioni contraire præſumens, ali-

aliqua in parte immutare tentaverit, anathema ſit. Teſtes aderant Præpoſitus Hammaburgenſis Hartvvicus, Præpoſitus Bremenſis, Otto, Odbertus Decanus, Donatus, Abbas de Rathe, Adalvvardus Abbas de Stadeo, Liudmundus Præpoſitus Keuena. Liudolfus Præpoſitus de Sigeberge. Miniſteriales Marcvvardus, Gero, Sigero, Othenicus, aliique quam plures. Anno incarnationis Domini MCLXIV. Actum Bremæ feliciter.

LXXIV.

Ertz-Biſchoffs Balduini zu Bremen Diploma Donationis des Zehenden zu Dammeſlet an das Cloſter Neumünſter/ de Anno 1174.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Baldevvinus, gratia Dei Bremenſis Archi-Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus perpetuam Salutem. Quoniam tempora prætereunt more fluentis aquæ, & per temporum ſucceſſionem receditur in rerum ſeu actionum oblivionem, provida diſcuſſione ſtatutum eſt, ut in omnibus honeſtarum diſpoſitionum contractibus, qui poſterorum deſervire habent utilitatibus, tam viva quam ſcripta teſtimoniorum adhibeantur munimenta. Nos igitur ex officio regiminis divinitus nobis collati eccleſiarum noſtrarum utilitalibus intendentes, ſtatum earum pro poſſibilitate noſtra in melius conducere, conſervare, & roborare ſatagimus. Notum ergo eſſe volumus tam poſteris, quam præſentibus, quod quidam homo noſter Hildevvardus omnem decimam, quæ lacui, quæ Dammeflet dicitur, in parte occidentali adjacet, tam in frugibus, quam in animalibus, ſed & nummum Cenſus pro remedio animæ ſuæ nobis reſignavit, ut eandem cum eodem nummo cenſus fratribus in Novomonaſterio Deo militantibus conferremus. Huic itaque devotioni benigne annuentes, & præfatæ Eccleſiæ decimam prænominatam item, & nummum cenſus conferentes, ut hæc donatio permaneat inconvulſa, Paginam ſigilli noſtri impreſſione munitam ſuper hac actione conſcribi fecimus. Hujus autem rei teſtes ſunt: Sibertus Decanus, Erckenbertus, Hecelo, Franko, Alebrandus, Erpo, Joannes, Gregorius, Laici, Guncelinus Comes, & ejus filius Heinricus. Miniſteriales, Sigero, Othelricus, Ethelerus, Herimannus, Manegoldus. Godefridus. Hildewardus & alii quam plures. Anno incarnationis Domini MCLXXIV. Indictione VI. Actum Bremæ, Kal. Julii.

LXXV.

Käyſers Friderici I. Diploma, vermöge deſſen er dem Ertz-Stifft Bremen das Schloß und Burg Stade mit ſeinen Pertinentien geſchencket/ de Anno 1180.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Digna animi conſideratione attendentes quam piam quamque ſollicitam circa facta Eccleſiarum anteceſſorum noſtrorum divæ recordationis Imperatorum & regum devotio ſe exhibuerit, quantumque divinum per eos obſequium diſponente Domino ſuſceperit incrementum, nos, qui Dei ordinatione eadem majeſtate, & per ejus clementiam non minori temporum felicitate pollemus, ipſorum veſtigia imitantes, de imperiali quoque munificentia venerabiles Dei eccleſias, pro rerum & temporum oportunitate duximus adjuvandas: ut ſicut de factis priorum celebris habetur memoria, ita & noſtri in benedictione nonnunquam recordari debeat poſteritas ſucceſſura. Hoc profecto intuitu univerſis Imperii fidelibus, præſentibus & futuris, notum fieri volumus, quod nos attendentes honeſtatem, prudentiam & diſcretionem dilecti Principis noſtri, Sigfridi, Bremenſis Archiepiſcopi ad Preces ipſius & fratrum ſuorum, accedente etiam conſilio & multa petitione aliorum Principum & Magnatum, in ſolemni curia noſtra Erbsfordia exiſtentium, caſtrum Stadii & Burgum, cum miniſterialibus, & univerſis pertinentiis & omni jure ſuo, Eccleſiæ Bremenſi, cum libera donatione contulimus, quatenus ipſa inde Eccleſia honoris & utilitatis incrementum percipiat, nobisque penes ipſam de impenſæ beneficentiæ gratia memoriale perpetuum reſervetur. Factam itaque Donationem, quo plenius ac certius ætas ſuperventura cognoſceret, præſentis privilegii auctoritate cum ſigilli noſtri impreſſione roborandam duximus & confirmandam. Statuimus igitur, & Imperiali firmiter auctoritate decernimus, ut nulla omnino perſona humilis vel alta, ſecularis, vel eccleſiaſtica, prædicto Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ejus, in ſupradicta donatione injuriam aut aliquam audeat moleſtiam inferre. Quod qui auſu temerario attentaverit, majeſtatis noſtræ offenſam cum perſonæ & rerum ſuarum periculo, usque ad condignam emendationem ſe novecnoverit incurſurum. Hujus rei teſtes ſunt; Philippus, Colonienſis Archiepiſcopus, Wichmanus, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Otto, Babenbergenſis Epiſcopus; Th. Halverſtadenſis Epiſcopus; Vdo, Cicenſis Epiſcopus, Adelhogus, Hildenſemenſis Epiſcopus, Eberhardus Merſeburgenſis Epiſcopus, Martinus, Miſſenenſis Epiſcopus, Arnoldus, Osnaburgenſis Epiſcopus, Sigfridus, Abbas Hersveldenſis. Otto, Marchio Miſnenſis, Otto, Marchio de Brandenburch. Th. Marchio de Landesberch. Comes Dedo de Grozce, Bernardus Dux Saxoniæ, Comes Sigfridus de Orlamunde, Chon. Burggravius de Nurenberg, Comes Adolfus de Schowenburg. Comes Bozde Walſingerodhe & Comes Hogerus, frater ſuus, Comes Albertus de Veltheim. Comes Widekinus de Stumphene, Comes Hludevvicus Sivesdorff ambo fratres de Halremund, Burchardus, Burcgravius Magdeburgenſis & frater ſuus. Chon. de Bockesberch; Crafto, frater ejus. Albertus de Grombach. Wernerus de Ponlant. Cono de Nuncenberg. Hugo de Warda. Themo de Coldiz, item de civitate Bremenſi Otto, major Præpoſitus. Jacobus, Th. Hartvvicus, Rodolfus Præpoſitus Burchardus. Miniſteriales quoque Gerungus, Hs. filius ejus Ericus. Egelbertus, F. Thielvvardus, Adelhardus, Arnoldus, Albertus. H. F. Conſtantinus, Th. & alii quam plures. Ego Got. imperialis Aulæ Cancellarius in vice Chriſtiani, Maguntini Archiepiſopi, Germaniæ Archi-Cancellarii, recognovi.

Actum anno Domin. incarnat. MCLXXX. Indict. XIV. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo & ſemper Auguſto. Anno Regni ejus XXIX. Imperio vero XXVII.

Datum apud Herbsfordiam in ſolenni curia XVI. Kalend. Decembris feliciter, Amen.

LXXVI.

Pabſts Clementis III. Breve an Ertz-Biſchoff Hartvvicum II. zu Bremen/ krafft deſſen er demſelben ſeines Ertz-Stiffts Jura beſtätiget/ de An. 1188.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Hartvvico Bremenſi Archi-Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, fratres & coepiſcopos noſtros, tam vicinos, quam longe poſitos ſinceræ caritatis affectu debemus diligere & eccleſiis in quibus, auctore Domino, militare noſcuntur, ſuam dignitatem & juſtam integram conſervare. Eapropter venerabilis in Chriſto frater, tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam ipſam, cui auctore Domino præſides, cum omnibus pertinentiis ſuis, Lubecenſem quoque Zvverinenſem, Racesburgenſem & Ixſcolanenſem Epiſcopatus cum univerſis bonis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, ſicut juſte & ſine controverſia poſſides, tibi & eccleſiæ tuæ, auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnium hominum liceat hanc noſtri paginam confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam VII. Kalend. Octobr. Pontificatus noſtri anno primo.

LXXVII.

Käyſers Henrici VI. Reſcriptum an die Prælaten und Bedienten des Ertz-Stiffts Bremen/ die Aemter der Bedienten in dem Ertz- und Stifftern betreffend/ de Anno 119-.

HEnricus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Ceciliæ, univerſis Eccleſiæ Bremenſis Prælatis, Canonicis, Nobilibus, Miniſterialibus & univerſis, ad quos hæ literæ pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum. Notum eſſe volumus omnibus vobis, quod præſentibus multis Magnatibus & ſapientibus coram nobis per ſententiam diffinitum eſt, quod mortuo uno Epiſcopo & alio ſubſtituto omnia officia vacant, exceptis quatuor principalibus, Dapiferi, videlicet & Pincernæ, Mareſchalci & Camerarii. Præterea omnia, quæ anteceſſor alienaverit, ſine conſilio Eccleſiæ & authoritate Imperii, libera redibunt & ſine contradictione ad ſucceſſoris poteſtatem & ordinationem. Nullus præterea offi-

cialium aliquid ſibi dicere juris poteſt in rebus Epiſcoporum morientium: imo liberum erit cuilibet Epiſcopo morienti diſponere de rebus ſuis mobilibus,& dare cui voluerit, prout ipſe ſaluti ſuæ & animæ viderit expedire. Datum Hagenovve 7. Kalend. Octobris, Indictione Octava.

LXXIIX.

Pabſts Cœleſtini III. Breve **an innenbenannte/ worinn er ihnen** Commiſſion **ertheilet/ die Bedienten des Ertz-Biſchoffs** Hartvvici II. **zu Bremen zu ſchuldigem Gehorſam gegen ihren Herrn anzuhalten**/de Anno 1195.

CEleſtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Monaſterienſ. & Oſnabrugenſ. Epiſcopis & dilecto filio Raderſtadenſi Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.Sicut in audientia eſt noſtra propoſitum, dilecti filii Alardus Henricus, Otto, Fredericus miniſteriales Bremenſ. Eccleſiæ quamplures reditus, alia bona ipſius eccleſiæ ac venerabilis fratris noſtri Hartwici Archi-Epiſcopi in ſalutis ſuæ periculum detinere nequaquam verentur,in quorum utique detentione tanto ampliùs ſuum creatorem offendunt, quanto illis utilius adeſſe poſſunt & contra quorumlibet violentiam magis tenentur auxilium & præſidium fortius impertiri. Unde nos eis dedimus in mandatis, ac ſub interminatione anathematis diſtricte injunximus, ut reditus & bona illa eidem Archi-Epiſcopo & eccleſiæ ſuæ ſine dilatione vel difficultate reſtituant & permittant ſine perturbatione percipere ac tenere. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus & diſtricte injungimus, quatenus hi prænominati miniſteriales mandatum noſtrum diſtulerint, vel neglexerint adimplere Vos ad Bremenſ. civitatem accedentes ipſos, nullius contradictione vel appellatione obſtante, anathematis vinculo innodare minime differatis & terras eorum ſubdatis interdicto & utramque ſententiam usque ad congruam ſatisfactionem authoritate noſtra publice nuncietis ac nunciari faciatis inviolabiliter obſervandam pœna debita percellentes. Si qui alterutrum temere præſumſerint violare; nullis literis obſtantibus, ſi quæ apparuerint a ſede Apoſtolica iſtarum mentione non habita impetratæ. Quod ſi omnes his exequendis nequiveritis intereſſe,duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. Laterani X. Februarii,pontificatus noſtri anno quarto.

LXXIX.

Kayſers Philippi II. Privilegium **vor das Ertz-Stifft Bremen / die Burg und Grafſchafft Stade betreffend**/ de Anno 1199.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Philippus ſecundus divina favente clementia Romanorum ſemper Auguſtus. Innatam nobis regalis pietatis liberalitatem tenere volentes, eccleſiis omnibus & eccleſiarum perſonis jura ſua conſervare, & ab iniquorum incurſibus ſummopere decrevimus defenſare, præſertim eos, quorum fidei & devotionis ſinceritas circa regalis magnificentiæ noſtræ ſublimationem pura nobis conſtat & immaculata. Quapropter notum facimus univerſis Imperii fidelibus tam præſentibus quam futuris, quod nos attendentes devotionem dilectorum ac fidelium noſtrorum Hartwici ſecundi Bremenſis Archi-Epiſcopi cleri & totius familiæ Bremenſis eccleſiæ, caſtrum Stadii cum Comitatu & univerſis pertinentiis ſuis Patrimoniumque Rodulphi Marchionis & fratris ſui Hartvvici Bremenſis Archiepiſcopi, Patrimonium Henrici Marchionis, nec non hæreditatem nobilis fœminæ Idæ,Patrimonium Comitis Frederici de Stadio, quod quondam Dux Henricus per violentiam occupaverat, ſed Sereniſſimus pater noſter Fridericus divæ memoriæ Romanorum Imperator Auguſtus poſtmodum in ſolemni Curia apud Erfordiam celebrata per ſententiam principum & totius Curiæ ſuæ eidem Duci abjudicatum eccleſiæ Bremenſi reſtituit; donavit,& confirmavit; Nos igitur feliciter ac juſte paternam imitari cupientes æquitatem, prædictum caſtrum Stadii cum comitatu & omnibus pertinentiis ſuis ſimiliter & ſupra dicta patrimonia Rodulphi Marchionis & H. Marchionis, Comitis F. de Stadio atque hæreditatem nobilis matronæ Idæ, cum omni jure & integritate omnique utilitate & honore eccleſiæ Bremenſi perpetuo jure poſſidenda confirmamus. Statuentes & regali autoritate diſtricte præcipientes, ut nulla unquam perſona humilis, vel alta, eccleſiaſtica, vel ſecularis hanc noſtræ confirmationis divalem paginam infringere audeat, vel ei aliquo improbitatis auſu contraire, quod ſi quis attentaverit facere, in vindictam temeritatis ſuæ auri examinati libras centum componat dimidiam fiſco noſtro & reſiduum Bremenſi Eccleſiæ. Ad cujus rei indicium & perpetuum robur præſens exinde privilegium conſcriptum

ptum ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Teſtes hujus rei ſunt Garboltus, Halverſtadenſis Epiſcopus, G. Oſnaburgenſis, B. Dux Saxoniæ, H. Landtgravius Thur. Th. Marchio Miſnenſis, Comes H. de Ravenſberg, Comes F. de Solre, Comes Adolphus de Schowenborg,Comes Burg de Mansfelt, Comes de Hartispurc, Comes Adolphus de Dalis, B. de Hurſtimar, H. Dapifer de Walpurck, & alii quam plures. Ego Conradus Hildenſehemenſis Epiſcopus, Wirziburgenſis electus, & Imperialis aulæ Cancellarius recognovi. Acta ſunt hæc Anno ab Incarnatione Domini 1199. Indictione III. regnante Domino Philippo II. Romanorum,Anno regni ejus ſecundo. Datum apud Hildesheim XIIII. Kal. Februarii.

LXXX.

Grafens Alberti **an der Nordlichen Seite des Elb-Stroms** Diploma Donationis **einiger Intraden und Zehenden an die Kirche zu St. Marien in Hamburg**/ de Anno 1212.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albertus, Dei gratia Comes Nordalbingiæ, omnibus tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Sicut ex verbis diſcretorum & Deo dilectorum ſæpius intelleximus, quod qui clauſtra conſtruit, vel dilapſa reparat, cœlum aſcenſurus ſcalam ſibi facit: Sic profecto non ignoramus, quod ſi quis contrarium circa eccleſiam Dei operare ſtuduerit, ultionem debitam omnipotentis & iram terribilem extremi judicii non evadat. Ne igitur eccleſia B. Mariæ Virginis in Hamborch, quæ aliquando prima & præcipua fuerat inter omnes eccleſias occidentales, licet poſtmodum multis attrita ſit doloribus, aliquod per nos patiatur detrimentum, notum eſſe cupimus tam præſentis temporis, quam futuræ ſucceſſionis hominibus,quod quatuor marcas argenti,quas Comes Adolphus eidem eccleſiæ ad uſus unius præbendæ deputaverat; duas in theloneo ſingulis annis in feſto beati Johannis exolvendas, ad prædictos uſus conferimus. Pro reliquis vero duabus marcis,& pro viginti tribus marcis argenti,quas Domino Fromoldo ſolvere tenebamur, nec non pro ſalute animæ noſtræ & ob reverentiam Domini noſtri JEſu Chriſti,& piæ Matris ejus Mariæ,decimam totam in Schipbeke, decimam totam **tor Aldenborg** & in palude,totam prope Stenbeke decimam præfatæ eccleſiæ libere contulimus. Ne igitur hujus ſancti memoria per tractus temporis alicui deveniat in oblivionem, in monumentum veritatis hanc chartam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri impreſſione muniri. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1212. Teſtes Henricus, Decanus Hamburgenſis & Canonicus,Gerhardus, Cuſtos, & Manegoldus, Lambertus & Wilkinus Scholaſticus, Eilardus. Laici vero,Henricus de Barmſtede, Otto de Wittenborg, Theodoricus Dapifer noſter, Ulricus Cuſæ,Baldravvinus de Hamme, & alii multi.

LXXXI.

Vergleich zwiſchen Ertz-Biſchoff Gerhardo II. **zu Bremen und Hertzog** Henrico **zu Sachſen/ Pfaltz-Graf bey Rhein/ worinn dieſer jenem die Stadt Stade/ und was derſelben anhängig/ abtritt/ jener aber dieſem ſolches auff Lebens-Zeit zu nutzen vergönnet** / de Anno 1219. **iſt in des Teutſchen Reichs-** Archivs Part. Special. Continuat. II. **unter dem Hertzogthum Bremen**/ pag. 440. **vorhanden.**

LXXXII.

Vergleich/ welcher durch Vermittelung Ertz-Biſchoffs Gerhardi II. **zu Bremen/ zwiſchen beyden Dom-Capituln zu Bremen und Hamburg/ wegen der Wahl eines Ertz-Biſchoffs und der dabey zu obſervirenden Ordnung getroffen worden**/de Anno 1223.

GErhardus, Dei gratia S. Bremenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, Johannes, Præpoſitus S. Stephani,& Johannes de Beverſethen Canonicus Bremenſis. L. de Barmſtede, & A. Canonici Hamburgenſes,arbitri conſtituti,omnibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in vero ſalutari. Noverint ſinguli & univerſi, has literas inſpecturi, quod, cum Bremenſes & Hamburgenſes diſcordias, quas habebant ſuper jure eligendi pontificem, aliisque multis articulis noſtro arbitrio,quod juramento omnium prædictorum vallatum extitit, commiſiſſent, nobis mediantibus totaliter ſunt ſopitæ, quod videlicet Eccleſia Hamburgenſis recognoſcit titulum & Archi-Epiſcopalem dignitatem apud Eccleſiam Bremenſem remanere. Bremenſis & Hamburgenſis Eccleſiarum Canonici renunciabunt actionibus & judiciis hinc inde præpoſitis,& quicquid ex eis, vel propter diſcordias inter dictas eccleſias motas eſt ſubſecutum.

Similiter & inſtrumentis obtentis & obtinendis. Archi-Epiſcopus Bremenſis ſynodum & capitula celebret & officia eccleſiaſtica in Bremenſi & Hamburgenſi eccleſiis exerceat, ſicut anteceſſores ſui. Transalbiani de Bremenſi diœceſi ad præpoſituram Hamburgenſem pertinentes, ad Synodum & capitulum non trahantur Bremenſe, niſi per appellationem. Præterea tres Canonici Hamburgenſes, ſcilicet Præpoſitus, Decanus, & Scholaſticus, vacante ſede Bremenſi, competenti tempore vocati ad Bremenſem Eccleſiam habeant jus eligendi Bremenſem Archi-Epiſcopum, nomine Hamburgenſis Eccleſiæ, ſicut Canonici Bremenſes pleno jure, nec plures quam dicti tres habeant jus eligendi. Si autem hi vocati non venerint careant ea vice jure eligendi. Præpoſitus Hamburgenſis poſt Præpoſitum Bremenſem, Decanus Hamburgenſis poſt Decanum Bremenſem, ſcholaſticus Hamburgenſis ultimo loco poſt Canonicos Bremenſes eligent. Sæpedictæ eccleſiæ ſunt conſorores & ſervant eam confraternitatis viciſſitudinem, quas Bremenſis eccleſia ſervat cum Hildesheimenſi. Acta ſunt hæc anno gratiæ 1223. præſentibus & conſentientibus Bremenſibus & Hamburgenſibus Canonicis, quorum nomina ſunt hæc: Burchardus, major Præpoſitus, magiſter Bernhardus quondam Decanus, Henricus Scholaſticus, Magiſter Godeſcalcus, Theodoricus de Walle, Sipodo Præpoſitus de Repesholte, Albertus Cellarius, Johannes, Præpoſitus S. Stephani, Gerardus, Cuſtos, Johannes de Beverſethen, Magiſter Arnoldus, tres Hermanni, Daniel, Henricus & Albertus Canonici Bremenſes. Hermannus, Præpoſitus, Wulfardus Decanus, Eilardus Scholaſticus, Lambertus de Barmſtede, Alardus, Manegoldus & Helpradus Hamburgenſes Canonici hujus rei factum ſigillis noſtris roboramus.

LXXXIII.

Graf Adolphs zu Hollſtein Diploma Donationis **einer Capelle mit ihren** Pertinentien **an die** Canonicos **zu St. Mariä in Hamburg**/ de Anno 1227.

IN Nom. S. & individuæ Trinit. Ego Adolphus, Dei grat. Comes Wagriæ, Holſatiæ & Stormariæ, omnibus tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Quamvis ſegnes ſimus & puſillanimes, Eccleſiarum Dei & Deo inſervientium indigentiis de impenſis, noſtris ſuccurrere: honeſtum tamen & pium arbitramur, ſicubi eos in his, quæ juris eſſe noſtri videntur, gravari forte vidimus, commodis eorum conſulere & indemnitati provideri. Ad notitiam igitur univerſorum pervenire cupimus, quod cum caſtrum noſtrum novum in Hamborg, quod in occidentali parte civitatis ſitum erat, a mercatoribus de voluntate noſtra per fidelem noſtrum Wiradum in areas diſtributum inhabitaretur, iidem mercatores a nobis petiverunt, ut in loco competenti eis Capellam, propter navium affluentiam in honorem S. Nicolai conſtruere liceret. Quorum petitio, ut rationabilem ſortiretur effectum, quia ſine voluntate Capituli Hamburgenſis, cujus erat parochia, id fieri non potuit, nos fundum Capellæ prædictæ, & omnes, quod ad nos ſpectabat, vel de jure ſpectare poterat, beatæ Mariæ ad uſus Canonicorum, ibidem Deo ſervientium, perpetuo jure poſſidendum liberaliter contulimus. Et ut hæc noſtra donatio omni ævo inconvulſa permaneat, præſentem chartam ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione teſtiumque munimine roborari fecimus. Nomina teſtium ſunt hæc: Henricus Reingerus, Hermannus Cuſtos, Hartungus, Bernardus, Manegoldus Canonici: Laici vero Willebrandus Advocatus, Wiradus, Fromoldus, Siſridus, Sandardus, Eſicus & alii quam plures.

LXXXIV.

Pabſts Gregorii IX. Breve **an innen benennte Biſchöffe/ daß ſie dem Ertz-Stifft Bremen wider die Stedinger hülffliche Hand leiſten ſolten**/ de Anno 122-.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Paderburnenſi, Hildeſemenſi, Verdenſi, Monaſterienſi & Oſnaburgenſi Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Clamante ad nos dudum Bremenſi Eccleſia contra perfidiam hereticorum, qui Stedingi vocati, fideles populos regionis illius ferali more lacerant & extinguunt, nos venerabilibus fratribus noſtris, Raceburgenſi, Mindenſi & Lubecenſi Epiſcopis, quibus prædicationis officium eſt in diœceſibus veſtris ab Apoſtolica ſede commiſſum mandavimus, quod per easdem diœceſes peccatorum veniam fidelibus pollicendo, ipſos contra præfatos hæreticos concitarent, ut per eorum auxilium illi, auctore Deo ad gratiam converſionis accelerent, vel in confuſionis foveam deducantur. Ut ergo dicti Epiſcopi plenius & efficacius valeant, quod mandavimus adimplere, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus cum agatur fidei negotium, quod cunctis debet eſſe fidelibus & prælatis præcipue ſpeciale in eodem negotio dictis Epiſcopis efficaciter adſiſtatis, impendentes eis utile conſilium & auxilium oportunum. Datum Anagniæ XIV. Kalend. Februarii Pontificatus noſtri anno VI.

LXXXV.

LXXXV.

Ejusdem Breve **an den Ertz-Biſchoff und Dom-Capitel zu Bremen/ daß ſie die Bußfertigen und ſich zur** Satisfaction **bequemenden Stedinger vom Kirchen-Bau** abſolviren **ſollen**/ de Anno 122-.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri, Archi-Epiſcopo & dilectis filiis, capitulo Bremenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte univerſitatis Stedingorum in Bremenſi diœceſi exiſtentium, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ſuper eo, quod vobis in obedientes & rebelles diutius extiterunt, veſtris cupiant parere mandatis, faceremus excommunicationis ſententiam, qua propter hoc tenentur aſtricti, miſericorditer relaxari. Cum igitur pulſantibus ad eccleſiæ januam non ſit minime gratia deneganda, præſentium vobis autoritate mandamus, quatinus ab eis ſufficienti cautione recepta, quod vobis de præteritis congruam ſatisfactionem impendant, & eccleſia ac veſtris in poſterum pareant præciſe mandatis, injunctis ſibi quod de jure fuerit injungendam, ſententiam ipſam, juxta formam eccleſiæ, relaxatis.

Datum Peruſii XII. Kalend. Septembr. Pontificatus noſtri anno IX.

LXXXVI.

Ejusdem Breve **an das Dom-Capitul zu Bremen/ die Wiedereinweihung der Kirch-Höfe in dem** Diſtrict **der Stedinger betreffend**/ de Anno 122-.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Capitulo Bremenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Devotius veſtris precibus inclinati præſentius vobis auctoritate concedimus, ut cum in cemiteriis Eccleſiarum terræ Stedingorum multa ut aſſeritis hæreticorum & excommunicatorum corpora ſint ſepulta, quæ non poſſunt à fidelium corporibus ſeparari, faciatis de novo præfatas conciliari eccleſias, & dicta cemiteria benedici.

Datum Peruſii IV. Kalend. Decembris, Pontificatus noſtri anno VIII.

LXXXVII.

Kayſers Friderici II. Confirmation **derer dem Ertz-Stifft Bremen ertheilten** Privilegien/ de Anno 1231. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. Continuat. II. **unter dem Hertzogthum Bremen**/ pag. 442.

LXXXVIII.

Kayſers Friderici II. Confirmatio **des zwiſchen Ertz-Biſchoff** Gerhardo II. **zu Bremen/ und Hertzog** Henrico **zu Sachſen/ Pfaltz-Grafen bey Rhein**/ Anno 1219. **gemachten Vergleichs**/ de Anno 1232. **ſiehe** loc. antea citato, pag. 442.

LXXXIX.

Ertz-Biſchoffs Gerhardi II. **zu Bremen** Diploma, **vermöge deſſen er die Zehenden an innen benannten Orten der Abtey Neumünſter überlaſſen**/ de Anno 1238.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Gerhardus, Dei gratia ſanctæ Bremenſis Eccl. Archiepiſc. ſecundus, omnibus Chriſti fidelibus Salutem. Ne rerum geſtarum memoria per ſucceſſiva temporum langveſcat ſpatiatia, non improvide humana ſolertia ſcripturarũ ſibi conſvevit adhibere remedia. Hinc eſt itaque quod ad notitiam tam futurorum, quam præſentium volumus pervenire, quod nos decimas novalium parochiæ Novi monaſterii & capellarum inibi conſtructarum, ſcilicet Brugge, Vlintbeke, quas Dominus gener noſter Adolphus, Comes Holtſatiæ de manu noſtra tenuit, ipſo Comite jam denuo nobis reſignante, & id fieri poſtulante, præfatæ Eccleſiæ Novi-monaſterii libere contulimus & abſolute. Sunt autem hæc nomina villarum, in quibus decimæ continentur; Muthebroge, Smalenſtede, Sprenge, Vorde, Mulueſſen, Drachſe, Mylekenthorpe, Belekenthorpe, Vlintbeke, Bojenhuſen, Schonehorſt, Luderſtorpe, Byllikisle, Bocwaede, Brogge, Ludeſtesharge, Wulvardesharge, Budeſtenthorpe, Bochorſt, Rouelſtorpe, Scyphorh, Holenbeke, Willenrode. Si quæ etiã novæ villæ intra dictarum villarũ terminos conſtruentur ſive de loco ad locum transferentur, non minus tamen ad eandem eccleſiam pertinebunt. Ut igitur hoc noſtrum factum ratum & inconvulſum permaneat, præſentem paginam ſigilli noſtri appenſione & teſtium ſubſcriptione fecimus roborari, contradictores auctoritate Dei omnipoten-

potentis anathematis rigore ferientes. Teſtes autem hii ſunt: Albertus, Abbas S. Mariæ, Gerardus, Præpoſitus S. Gregorii in Staden, Bernhardus Theſaurarius Eccl. Bremenſis. Milites vero, Heinricus de Barmierſtede. Gerlaus decimus de Gropelinge, Godefridus advocatus, Vkvvanus de Blicherſtorpe. Acta ſunt hæc anno Domin. Incarn. MCCXXXVIII. Ind. XII. Data Staden per manus Hieron. noſtri ſcriptoris, Idib. Octobr. ¶ Pontificatus noſtri anno XIX.

XC.

Graff Adolphs zu Holſtein Confirmation einiger Schenckungen/ ſo ſein Herr Vater an die Canonicos zu St. Mariä in Hamburg gethan/ de Anno 1238.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Adolphus, Dei gratia Comes Holſatiæ, omnibus hanc literam inſpecturis in perpetuum. Cum piæ voluntatis amonitu & hortatu aliquid de bonis noſtris ad honorem Dei & Eccleſiam convertimus, ſolerter præcavendum eſt, ne alicujus quæſtionis dubietas exinde proceſſu temporis valeat ſuboriri. Notum itaque eſſe volumus, tam præſentis, quam futuri temporis Chriſti fidelibus univerſis, quod, cum aſſumpto ſacroſanctæ crucis ſignaculo in Livoniam peregre provecturi eſſemus, Canonici Hamburgenſes renovationem quorundam Eccleſiæ ſuæ privilegiorum per nos fieri poſtulabant. Quorum precibus annuere cupientes, ea nobis fecimus exhiberi, inter quæ quoddam privilegium bonæ memoriæ patri noſtri fuit exhibitum, cujus tenor talis eſt: Ego Adolphus Dei gratia Wagriæ, Stormariæ, & Holſatiæ comes præſenti proteſtor, quod cum in prima fundatione Capellæ Sancti Nicolai in nova urbe, lis ſuper jure ejusdem inter Canonicos Hamburgenſes, & me verteretur, victus dilectione ac precibus eorum, omne jus, quod in ea habui, vel videbar habere, de conſenſu Domini mei Hartvici, Archi-Epiſcopi, contuli B. Mariæ in perpetuos uſus Canonicorum pro animæ meæ & meorum remedio. Proteſtor etiam me contuliſſe eccleſiæ B. Mariæ virginis in Hamborch ſex magnas manſuras ſiliginis, quæ vulgariter Wiſchepel dicuntur, in molendino ejusdem civitatis. Tres ad ſtructuram monaſterii & tres ad præbendas Canonicorum feſto S. Michaelis perpetuo perſolvendas, in recompenſam damni, quod feci Eccleſiæ in ædificatione ejusdem molendini. Adjicimus, ut quando nuncii Canonicorum ad id molendinum molere venerint, primo & ſine mora expediantur. Contuli etiam dictæ Eccleſiæ de hæreditate mea duas villas, ſcilicet Arnesfelde & Bergfelde, cum earum decimis, ut de fructibus earundem duo Canonici choro deſerviant quousque cum adjectione aliorum bonorum, duas præbendas integras faciam, ut autem hæc donatio rata permaneat, præſentem cartam ſigilli mei impreſſione ſignavi, offerens per hanc ipſa prædicta ſuper altare B. Virginis Mariæ.

Nos igitur donationem patris noſtri in tribus choris Canonicis deputatis, in quorum poſſeſſione a tempore donationis eos fuiſſe conſtituerat, & in Capella ſancti Nicolai ratam habentes, privilegium approbavimus. De reliquis vero tribus choris ad ſtructuram collatis & de duabus præſcriptis villis, quarum ipſos aliquando fuiſſe in poſſeſſione nobis non conſtitit, ita duximus providendum ut iidem tres chori, quos pater noſter, ut dictum eſt, ſtructuræ aſſignaverat, ad ſtructuram cedant. Ita tamen, quod ſi Domino adjuvante, memoratæ Eccleſiæ fabricæ tempore futuro conſumpta fuerit, dicti chori tres in uſum Canonicorum inibi Domino ſervientium convertantur, & ipſi Canonici a requiſitione villarum de cætero conquieſcant. Si qua etiam tum temporis vertebantur inter nos & ipſos penitus ſint ſopita. Ut autem hæc Patris noſtri, noſtraque donatio rata permaneat, præſentem paginam inde confectam, ſigilli noſtri munimine roboravimus. Hujus rei teſtes ſunt Alardus, Decanus, Theodoricus, Præpoſitus Zuverienſis, Manegoldus, Helpradus, Bartholdus, Canonici Hamburgenſes. Laici, Henricus de Barnſtede, Vereſtus præfectus, Henricus de Hamme, Wernerus Lerhorn, Volradus Dapifer, & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Domini 1238. II. Kalend. Auguſti.

XCI.

Des Dom-Capituls zu Hamburg Diſpoſition, wie es mit dem an ihre Stiffts-Kirche überlaſſenen Zehenden in der Landſchafft Oldenburg gehalten werden ſolle/ de Anno 1245.

BRuno, Dei gratia Præpoſitus, Alardus Decanus, totumque Hamburgenſe Capitulum, omnibus hanc literam inſpecturis notum eſſe cupimus, quod de decima percepta de terra Oldenborch, quam frater Adolphus, de puerorum ſuorum conſenſu, Hamburgen: Eccleſiæ aſſignavit, diſpoſitum eſt hoc modo cum centum marcis denariorum Dormitorium &

& Ambitus inchoabitur: De reliqua pecunia ementur poſſeſſiones, de quarum proventibus dictum Dormitorium & Ambitus conſummentur. Quibus perfectis, calix feſtivus cum præparamentis bonis, caſula, dalmatica & ſubtili cappa, palla altaris & duobus thuribulis argenteis cum quibus ad majus altare præcipuis ſolennitatibus miniſtratur, ad uſus ipſius Eccleſiæ comparentur. Deinde fiant de ipſis proventibus duæ præbendæ, vel plures, quot fieri poſſunt; hac debita conſideratione, quod quælibet præbendarum iſtarum circa triginta marcas denariorum valeat annuatim, & ſic octo præbendis majoribus coæquentur. Has præbendas unus ex hæredibus puerorum Comitis Adolphi, qui tunc fuerit Dominus civitatis, vel ſenior, ſi plures hæredes fuerint, conferendi poteſtatem liberam retinebit. Teſtes hujus rei Bruno, Præpoſitus, Alardus, Decanus, Manegoldus, Bertholdus, Johannes Scholaſticus, Johannes Frodoldi, Johannes, Tideri filius, Sifridus, cuſtos, Canonici Hamburgenſes: Georgius Advocatus, Gernandus de Stachen, Henricus de Hamma, milites: Hulnebernus, de Boycenborch, Conſules & Burgenſes. Ne ergo tantæ pietatis factum dubium ſucceſſu temporis valeat revocari, Eccleſiæ noſtræ & dictorum puerorum Comitum Holſatiæ ſigillis præſens eſt litera ſigillata. Actum in Hamborch Anno gratiæ MCCXLV.

XCII.

Vergleich zwiſchen der Stadt Bremen und Ertz-Biſchoff Gerhardo II. zu Bremen/ worinn dieſe in- und auſſer der Stadt nichts an den Ertz-Biſchöfflichen Juribus zu fränncken verſprochen/ de Anno 1246. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. IV. unter der Stadt Bremen/** pag. 220.

XCIII.

Vergleich zwiſchen dem Magiſtrat zu Bremen/ und Ertz-Biſchoff Gerhardo II. zu Bremen/ die Beſtraffung der Injurien und Schlägereyen in der Stadt Bremen betreffend/ de Anno 1248. **iſt** loco antea citato, pag. 222. **vorhanden.**

XCIV.

Diploma, krafft deſſen die Advocatie zu Bramſtädt mit ihren Pertinentien an das Ertz-Stifft Bremen verkaufft worden/ de Anno 1248.

NOtum ſit univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, ad quos præſens pagina pervenerit, quod ego Gerbertus de Stotle, advocatiam de curia, Bramſtede, quam de manu Domini mei Gerardi, venerabilis Archiepiſcopi & ab Eccleſia Bremenſi jure feudali in beneficio tenui, eidem Domino meo vendidi & reſignavi cum omnibus utilitatibus & attingentiis ad eandem advocatiam, per centum & quinquaginta marcas Bremenſis argenti & ſimiliter uxor mea Salome, ſi redierit ad me, ſicut ego feci, advocatiam reſignabit eandem. Ut autem plenior notitia habeatur eorum, quæ vendidi, & quæ ad dictam pertinent advocatiam, præſenti ſcripto ea feci annotari; videlicet tota villa Bramſtede, cum quibusdam areis, & quicquid pertinet ad eandem villam, decem ſcilicet manſi & dimidius manſus, Witteſtede novem manſi, Acſtede dimidius manſus cum homine Walderico, & quicquid ibi eſt. Olenſtede dimidius manſus, Borſeten unus manſus, & dimidius, Eilerdingelo unus manſus, Wortulette novem terræ, Rechtibbe unus manſus & dimidius, Utlede decem quadrantes. Broke unus quadrans, Scattenbutle villa dimidia, quatuor quadrantes & amplius, Svveghe tora villa domus Syrici in Meda. Item Johannem Strom cum matre & ſororibus ſuis, & quicquid inveniri poteſt, quod pertineat ad eandem advocatiam, ſicut præmiſſum eſt, libere reſignavi. In hujus facti firmitatem & robur, perpetuo valiturum præſentes literas ſigillis prædicti Domini Archiepiſcopi & Capituli Bremenſis & meo feci roborari; & nomina teſtium, qui præfatæ venditioni & reſignationi interfuerunt, hæc ſunt. Magiſter Otto Decanus, Heinricus Archi-Diaconus Hatheleriæ, Bernardus Theſaurarius, Theodoricus de Louenborch, Canonici Bremenſes. Miniſteriales Eccleſiæ Bremenſis, Borchardus de Svvanevvede, Martinus, Luderus, Heinricus de Hudha, Heinricus & Thidericus de Oumunde, Albero & Frederícus & Amelungus de Stelle, Sifridus de Brema, Chriſtianus & Heinricus de Werſebe, Johannes de Dunenvvort, Heinricus de Vtlede, Joannes, Luderus, Gerardus, Heinricus Joannes & Wirandus de Merszelo, Joannes de Stelle, Symon & Henricus de Heine, & alii quam plures clerici & laici. Actum juxta caſtrum Haghen, prope quercum vulgariter Staleke nuncupatam, in die beatæ Luciæ virginis & martyris. Anno Domini MCCXLVIII.

XCV.

Derer Gebrüder von Barmſtede Diploma, **vermöge deſſen ſie ihrem Adel und Freyheit renunciiret/ und ſich in Dienſte des Ertz-Stiffts Bremen gegeben/** de Anno 1257.

NOs Henricus & Otto milites fratres, dicti de Barmſtede renunciantes nobilitati & libertati noſtræ ſpontanea voluntate facti ſumus miniſteriales Eccleſiæ Bremenſi beatæ Virgini Mariæ, Sancto Petro Apoſtolo in Brema, & Venerabili Domino noſtro G. Secundo, Archiepiſcopo Bremenſi, & Eccleſiæ ſuæ Bremenſi, facientes corporaliter juramentum, ſicut Bremenſis Eccleſiæ miniſteriales facere conſueverunt jurantes nos ipſi ac Eccleſiæ antedictæ, ſicut miniſteriales fideliter perpetuo ſervituros. Vxores noſtræ, liberi noſtri jam nati & adhuc naſcituri idem facient, quando prædictus Dominus noſter Archiepiſcopus, vel ſuus nuncius ipſos duxerit requirendos. In cujus rei teſtimonium præſentem ſcedulam conſcribi fecimus & ſigillis noſtris communiri in perpetuum roboris munimentum.

Actum Bremæ VII. Idus Junii, Anno Domini MCCLVII. Pontificatus Domini noſtri Archiepiſcopi G. Secundi, An. XXXVIII.

XCVI.

Derer Grafen Johannis und Gerhardi zu Hollſtein Diploma, **krafft deſſen ſie denen Dom-Herren zu Hamburg das Ungeld daſelbſt geſchencket /** de Anno 1258.

JOhannes & Gerardus, Dei gratia Comites Holſatiæ & de Schouvvenburg, omnibus hoc ſcriptum viſuris, notum eſſe volumus, Ungeldi noſtri in Hamburg, poſtquam Hermannus de Brochuſen ſummam, quam ipſi ſolvere tenemur, de ipſis proventibus receperit, Canonicis Hamburgenſis Eccleſiæ aſſignavimus & aſſignamus, volentes, ut nullus officialium noſtrorum, nec nos ipſi de dicti Ungeldi proventibus quicquam recipiamus, donec dicti Canonici, ad plenum recipiant, quicquid adhuc reſtat de pecuniæ ſumma, quam Pater noſter frater Adolphus ad creationem duarum præbendarum in ipſa Eccleſia aſſignaverat Canonicis antedictis. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Teſtes ſunt Dominus Georgius de Hervverdeshuſen, Dominus Hartis, Dapifer noſter, Dominus Henricus de Hamme, milites. Brynnii (legendum Bertramus) Eſici filius, Leo Hamburgenſis in Hamburg & alii quam plures.

Datum in Hamburg, an. gratiæ MCCLVIII. quarto Idus Septembris.

XCVII.

Vertrag Ertz-Biſchoffs Hilleboldi zu Bremen mit der Stadt Bremen/ de Anno 1259. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Special. Contin. II. **unter dem Hertzogthum Bremen/** pag. 443.

XCIIX.

Des Päbſtlichen Legaten in Nieder-Sachſen Statuta Provincialia **vor das Ertz-Stifft Bremen/** de Anno 1266.

FRater Wido, miſeratione divina in Lucina Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus. Ad perpetuam rei memoriam. Humanæ naturæ ſauciata conditio, quam hoſtis antiqui invidia gratuitis ſpoliare & in naturalibus vulnerare fraudulentis conatibus elaborat ligamenta requirit ſalutarium præceptorum. Infuſionem quoque olei, per quod intelligitur pia ammonitio, & vini, per quod pungitiva correptio, vel increpatio figuratur, ſicut in homine, qui deſcendit ab Hieroſolyma in Jericho & incidit in latrones, pio ſcemate declaratur. Hinc eſt, quod cum Dominus noſter ſummus Pontifex, Vicarius Jeſu Chriſti, Nos, ad Bremenſem Eccleſiam, cum plenæ legationis officio duxerit deſtinandos, ea libenti & diligenti animo cogitamus, ordinamus atque ſtatuimus, quæ libertati Eccleſiaſticæ conveniunt, animarum ſaluti proficiant, finem imponant vitiis, remiſſionem peccati vitæ ordinem, moribus diſciplinam. Verum quoniam expedit, ut ſacramenta eccleſiæ, in quibus, tanquam in vaſis medicinalibus populus devotus & humilis antidotum gratiæ recipere conſvevit, in honore & reverentia ab omnibus habeantur, cum ea plerumque contingat effici vilia, propter vilem & abominabilem miniſtrorum Eccleſiæ converſationem: Univerſis perſonis Eccleſiaſticis Provinciæ memoratæ diſtricte præcipimus, ut in victu, veſtitu, geſtu & aliis operibus & circumſtantiis ſtatus ſui ſic honeſte ſe habeant & decenter, ne propter ipſos nomen Eccleſiaſticum inter Laicos blasphemetur. Eisdem inprimis diſtrictius inhibentes, ne de Patrimonio crucifixi inimicos ſe faciant crucis Chriſti. Sicuti illi, quorum Deus venter eſt, & qui terrena ſapiunt, non divina. In Conviviis ſuis modeſtiam & mediocritatem obſervent, ſuperfluitatem indebitam reſecantes. Ebrietatem omnium vitiorum Comitem & nutricem devitent. Prælati vero à gravaminibus abſtineant ſubditorum, & maxime cum Eccleſias viſitant moderentur expenſas, coerceant evectionem, numerum, prout in generali conſilio extitit diffinitum, ſibi & gregi ſuo taliter intendentes, ut Zelatores juſtitiæ & modeſtiæ amatores, & generaliter omnium ſectatores bonorum operum oſtendantur. Præſentis igitur conſilii approbatione præcipimus, ut continenter & caſte vivere ſtudeant, ut puro corde & mundo corpore Domino poſſint in offertorio Eccleſiaſtico miniſtrare. Si qui de cætero deprehenſi fuerint detinere publice concubinas, niſi ſe ab eis, & earum conſortio ſeparaverint, ita quod in domibus ipſarum, aut ipſis, aut aliis quibuscunque non cohabitent, nec ad illas accedant, ex tunc omni beneficio eccleſiaſtico, & per eos, ad quos dictorum beneficiorum ſpectat collatio perſonis idoneis conferantur. Illis exceptis, qui noſtræ collationi hac vice duximus reſervanda. Illi vero, qui Subdiaconi, aut aliis ſuperioribus ordinibus inſigniti, fornicariam aliquam ſub uxoris ſpecie animo ſibi præſumſerint, de facto matrimonialiter copulandi, omni officio eccleſiaſtico perpetuo ſint privati. Et ſicut ob culpam omnis ejus poſteritas legitur condemnata: Si pœnam talibus infligendam in progenie, quæ de coitu ſic damnato naſcitur duximus protendendam, ſtatuentes, ut filii, nec non qui tam inceſtuoſum & ſacrilegum concubitum duxerint eligendum, ab omnibus bonis eorum mobilibus habeantur penitus alieni, & quidquid eis fuit ab ipſis relictum in morte, vel in vita donatum, inter Epiſcopum & civitatem loci ejusdem æqualiter dividantur. Præfatos vero filios nota ſemper infamiæ comitetur. Et quia, ſicut intellexerimus, aliqui prælati tales, in ſcandalum totius eccleſiæ ipſius, iniquitatibus & immunditiis, obtentu pecuniæ, confovent & defendunt, qui eos deberent à ſuis iniquitatibus & immunditiis ex injuncto ſibi officio revocare; Excommunicamus in ſcriptis & anathematizamus omnes illos, tam clericos, quam laicos, tam Prælatos, quam ſubditos, tam minores, quam majores & medios, qui hujus cohabitatores, ſive clam, ſive palam, in ſuis iniquitatibus præſumſerint defenſare, nec non & illos qui præſtabunt conſilium vel auxilium, opem vel operam quo minus obſervetur iſtud nimirum ſalutare ſtatutum, quod legi præcipimus annis ſingulis in Synodis Epiſcopalibus & provincialibus, ne aliquis prætextu ignorantiæ ſe valeat excuſare. Illi vero, ſive laici, ſive clerici fuerint, qui de cætero filias, ſorores, aut cognatas perſonis in ſacris ordinibus conſtitutis ſive ratione matrimonii quod multi errore cæcati, fieri poſſe credunt, ut dicitur, ſeu ratione concubinatus duxerint contendendas, ſive mediatores extiterint, aut fautores introitum Eccleſiæ ſibi noverint interdictum, ſi vero aliqui clerici tanti furoris arrepti fuerint, ut in prælatos ſuos, aut alios, quos ad exequendum tam ſalubre ſtatutum contigerit deputare, præſumant inſurgere, aut ſe in ſua turpitudine viribus temperalibus defenſare, ſicut nonnulli jam feciſſe dicuntur, ipſo facto officio & beneficio eccleſiaſtico ſint privati, nec reſtitui valeant, niſi cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum. Et cum in pleriſque locis quorundam iniquitas tantum invaluerit, quod in rebus Eccleſiæ furtum reputetur ſagacitas, rapina probitas & violentia fortitudo: Synodali judicio diffinimus, ut quæ bona Eccleſiarum ſcienter detinent occupata niſi infra inſtantem Quadrageſimam eadem reſtituerint & de damnis aut injuriis ſatisfecerint, competentur, ex tunc introitum Eccleſiæ ſibi noverint interdictum, nec ab Epiſcopis, aut aliis Eccleſiarum prælatis ad communionem Dominici corporis admittantur. Qui vero obſtinata mente, dum vixerint, ſatisfacere non curaverint, nullus clericus ſeculáris, vel regularis ſepulturæ ipſorum intereſſe præſumat. Adjicientes, ut ſingulis annis in Synodo illi, qui Clericos rapuerint, verberant vel occidunt, vel alias in ipſos manus injiciunt, violantes, excommunicati denuncientur, & nominatim illi, de quibus conſtiterit manifeſte. Quicunque vero perſonam Eccleſiaſticam enormiter vulneraverit, mutilaverit, vel occiderit, vel captivaverit, non niſi per ſedem Apoſtolicam abſolvatur. Et in ipſo facto, ſi quid tenebat, illud perdat & res ſuæ in utilitatem Eccleſiæ convertantur. Adjicientes, quod in illa diœceſi, in qua aliquod canonicum cathedralis Eccleſiæ vel in dignitate eccleſiaſtica conſtitutum capi contigerit, vel captum detinere, usque ad libertatem ipſius & exhibitionem debitæ ſatisfactionis ceſſetur generaliter à divinis. Similiter & in illa Paro-

chia, in qua res Clericis violenter ablatas capi, vel detineri contigerit, usque ad reſtitutionem & ſatisfactionem congruam à divinis ceſſetur. Item cum matrimonii ſacramentum non ſit in continentiæ præcipitium, ſeu potius remedium contra illud, non absque dolore cordis audivimus quosdam in hac Provincia ſic à ſuæ carnis voluptate, vel terrena cupiditate deceptos, quod in gradu prohibito de facto temere contrahentes, quod non tam matrimonium, quam contubernium cenſeri dicitur, ſe inceſtuoſæ luxuriæ vilitati immergere, & ſacramentum matrimonii, quantum in ipſis eſt, polluere non verentur. Nos itaque tantum exceſſum conniventibus oculis pertranſire non valentes, ſub pœna excommunicationis diſtrictius prohibemus, ne absque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ tale de cætero matrimonium ſeu contubernium contrahatur. Alioquin ſacerdotes, qui tales conjunxerint, à ſacerdotali officio ſe noverint eſſe ſuſpenſos. Illi vero, qui ſcientes ſic permiſerint ſe conjungi, ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendantur, ſub eadem pœna, qua illis, qui jam absque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ tale matrimonium contraxerunt, diſtricte præcipimus, ut à cohabitatione invicem abſtinentes diœceſano ſuo, ſeu alio prælato, ad quem de jure vel conſvetudine pertinere dignoſcitur talium cauſarum cognitio, rei veritatem inſinuare non tardent, convocatis, qui fuerint evocandi, & cauſa diligenter examinata, quod canonicum fuerit, ſtatuat, faciens quod decrevit per cenſuram eccleſiaſticam inviolabiliter obſervari. Epiſcopi vero, ſeu alii Prælati de cauſis matrimonialibus cognoſcentes omnino caveant, ne cupiditate devicti, non ſolum dirimenda non dirimant, verum etiam ſeparanda redintegratione, prætextu pecuniæ & alterius commodi non præſumant. Si quis autem contra hoc venire præſumſerit interdictum, eo ipſo ſe noverit officio beneficioque privatum. Laici vero, qui de pœnis inferendis perſonis conjunctis in cauſa matrimoniali, ſeu accuſatoribus ſe intromiſerint, cum ad ipſos non pertineant, ſed ad judicem Eccleſiaſticum, coram quo negotium ventilatur, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur, cum ex hoc multi ab accuſatione matrimonii retrahantur. Item cum derentores plurium perſonatuum vel dignitatum, ſeu beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, ſint ſacrorum canonum transgreſſores, & fructus talium beneficiorum percipiendo furtum committere dignoſcantur. Statuimus, ut omnis, qui hujus dignitatum, perſonatuum, vel dignitatum, ſeu beneficiorum cum cura pluralitatem retinent, niſi ſuper hoc diſpenſatum fuiſſe coram nobis infra proximam Quadrageſimam doceant manifeſte, aut ſi cum eis non fuit diſpenſatum, eligant ergo unum de prædictis beneficiis retinendum, & alia infra terminum memoratum libere in manibus eorum reſignent, ad quos illorum collatio dignoſcatur pertinere, alioquin extunc ab omnibus eccleſiaſticis beneficiis, dignitatibus, ſeu perſonatibus ſe noverint eſſe privatos. Præcipimus autem illis, ad quos illorum beneficiorum, dignitatum, ſeu perſonatuum collatio pertinet, ut aliis perſonis idoneis eadem conferant & aſſignent. Quod ſi infra terminum determinatum à jure hoc adimplere non curaverint, ad proximum ſuperiorem collatio devolvatur. Item cum judiciorum vigor, jurisque publici tutela ſit in medio conſtituta, ne quis ſibi ſumere audeat ultionem, præſenti decreto ſtatuimus, ut ſi quis aliquid contra quemcunque Clericum, vel Laicum de jure competere crediderit, nequaquam in ipſum ſponte inſurgere, aut res ejus propria autoritate occupare præſumat, ſed ipſum vocari faciat coram judice competente. Adjicientes, quod ille, tanquam contumax puniatur, qui ne ad ipſum citatio perveniat, inferendo minas vel injurias præſumſerint impedire. Item ad aures noſtras quorundam Laicorum gravis exceſſus pervenit, quod Eccleſias parochiales de facto detinent, contra canonicas ſanctiones, qui niſi infra proximam nativitatem Domini dimiſerint libere & abſolute, ipſos excommunicamus in his ſcriptis diſtricte præcipientes, ut illi, ad quos prædictarum Eccleſiarum ordinatio pertinet, ex tunc perſonas idoneas inſtituant in eisdem. Item cum Eccleſia, ad quam fideles ad audienda Divina conveniant, domus ſit orationis, non negotiationis, nec ſpelunca latronum, nec locus armorum, ſeu materialium gladiorum. Statuimus, ut quicunque ad Eccleſias ad audienda divina convenerint, inter ipſas, vel Cœmiteria eorum arma non inferant, ſed extra dimittant, cum tales Judæis ſimiles videantur, qui ad capiendum Chriſtum cum gladiis & fuſtibus convenerunt, transgreſſores hujus ſtatuti per excommunicationis ſententiam compeſcantur. Item cum, ſicut perpendimus Bremenſem viſitando Provinciam, homines ejusdem Provinciæ ad committendum homicidium proni ſint ac proclivi, volentes tantum refrenare nequitiam, ut inter ipſos improbos tuta ſit innocentia & malignorum coërceatur audacia, præſenti decreto ſtatuimus, ut quicunque laicus in publico hominem interfecerit, pœnitentiam agat privatam & publicam, & carenas ſimiliter, & hoc ſecundum arbitrium diœceſani ſui. Alioquin eccleſiaſtica careat ſepultura, niſi forte jam incepta pœnitentia, morte ſit præventus. Nihilominus

ominus præcipientes ſub pœna excommunicationis judicibus, ſecularibus, ſub quorum jurisdictione homicidium à laicis contigerit perpetrari, ut homicidas requirant, & eos puniant ſecundum legitimas ſanctiones, & ſi quis in hoc negligens apparuerit, per diœceſanum Epiſcopum auctore hujus conſilii per cenſuram eccleſiaſticam compellatur. Item ſicut intelleximus fama crebreſcente beneficia eccleſiaſtica a nonnullis prælatis hujus provinciæ per vitium Simoniæ conferuntur. Nos ergo huic morbo peſtifero congruum remedium adhibere volentes, diſtricte præcipimus, ne id de cætero fiat, & quicunque ſentit morſum conſcientiæ hominis ſuper beneficio per Simoniam dato, vel recepto, illud infra inſtans paſcha reſignet, qui ſimoniace recepit, & qui obtulit pœnitentiam agat, & ſi quid accepit, pro eo reſtituat. Alioquin dantem ſcilicet & recipientem ex tunc excommunicationis vinculo innodamus. Item ſtatuimus ut unusquisque liberam teſtamenti factionem habeat, & liberam teſtandi voluntatem, non obſtantibus quibuscunque ſtatutis per quoscunque editis, videlicet, quod non valeat teſtamentum, niſi fiat parentibus conſulibus, vel laicis aliquibus de ipſo municipio, vel loco teſtantis, cujusmodi ſtatuta decrevimus nullius fore momenti, abolerique præcipimus & abradi. Conſervatori vero horum ſtatutorum & apparitoribus eorundem, niſi reſipiunt, introitum Eccleſiæ denegamus. Sub eadem interminatione injungentes eisdem, ut etiam ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem edita ab ipſis, præmoniti a diœceſanis epiſcopis, ſtudeant revocare. Item cum raptus & corruptionis Dinæ filiæ Jacob exemplo periculoſum eſſe noverimus vel diſcurſum, vel egreſſum mulieribus religioſis, præſenti decreto ſtatuimus, ut moniales, quæ evidenti neceſſitate exire debuerint, maturæ ſint & honeſtæ, & cum tali ſocietate ſe teneant, ut non ſolum propriæ ſalutis periculum, ſed & ſiniſtra ſuſpicio inde non valeat exoriri. Adjicientes, ut illis monialibus, quæ præpoſitos habere conſueverunt, religioſi, ſeu regulares præficiantur, ſi perſonæ idoneæ de talibus potuerunt inveniri, ſi vero, propter defectum regularium, perſonas eis oportuit præfici ſeculares, tales inſtituantur, qui morum maturitate præfulgeant, & probata diutius caſtitate. Acta fuerunt hæc in Conſilio Bremenſi, menſe Novemb. Anno Domini M. CC. LXVI.

C.

Des Dom-Capituls zu Bremen Brief an Ertz-Biſchoff Hildeboldum daſelbſt/ deſſen Jura über die Abtey Herßfeld betreffend/ de Anno 1270.

VEnerabili ſuo Domino Hildeboldo, Dei gratia ſanctæ Bremenſis eccleſiæ Archi-Epiſcopo E. Decanus, totumque ejus Eccleſiæ Capitulum ad beneplacitum paratum, obſequium & orationes in Chriſto. Cum confirmatio Abbatum Hersveldenſium & ipſa Eccleſia ad nos ſpectet pleno jure, quod jus anteceſſores noſtri a tempore, cujus non extat memoria, juſte & pacifice poſſederunt; Supplicamus veſtræ reverentiæ devotione qua poſſumus, ut, ſicut tenemini, jus noſtrum & Eccleſiæ noſtræ in dicta Eccleſia Hertzeveldenſi, prout inveniſtis, illæſum ſalvum in omnibus conſervetis; proinde toto Conatu & poſſe vobiſcum labores ſubire volumus & expenſas. Alioquin, ſi vellet ad partem aliquam aliam declinare, quod abſit, ut jus noſtræ Eccleſiæ læderetur, hoc ſalva veſtra gratia non poſſemus aliquatenus pertranſire. Imo jus Eccleſiæ veſtræ & noſtræ, pro loco & tempore, ſi neceſſe fuerit apud ſedem Apoſtolicam defendemus unanimes & concordes, & propter hoc ſi in ea parte a nobis diſcordare volueritis, dominationem veſtram nolumus offendiſſe. Datum Bremæ ultimo die menſis Aprilis Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo.

CI.

Vergleich/ welcher zwiſchen den Kirch-Geſchwornen zu St. Nicolai in Hamburg/ und dem Scholaſtico bey der Stiffts-Kirche daſelbſt/ wegen Beſoldung der Schule zu S. Nicolai, durch Vermittelung Ertz-Biſchoffs Giſelberti zu Bremen im Jahr 1289. aufgerichtet worden/ befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. IV. unter der Stadt Hamburg/ pag. 931.

CII.

Ertz-Biſchoffs Gyſelberti zu Bremen Provincial-Statutum wider diejenigen/ ſo eine Biſchöffliche/ oder andere Geiſtliche Perſohnen arreſtiren würden/ de Anno 1292.

GYſelbertus, Dei gratia ſanctæ Bremenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ad perpetuam rei memoriam. Execrabilis horribilium ſcelerum & multa præſumptio, per importunitatis licentiam, contractorum, noſtris temporibus ſic excrevit, ut quidam perditionis filii, qui obſtinatis animis ad exercenda quæque nefaria velociter currere ſunt edocti, nunc ad illam crudelitatis ſævitiam non verentur manus extendere, quod Epiſcopos capere audeant, includere, & carcerali cuſtodiæ mancipare. Propter hoc clericalis dignitas contemnitur, dum Eccleſiarum prælati, filii Syon incliti, velut vaſa teſtacea conteruntur. Certe ne in his magis inſoleſcat crudelis cervicoſitas impiorum & ſuperbia Deum odientium libere ſemper aſcendat. Nos una cum Razzeburgen. Zverinen. & Lubicen. Eccleſiarum Epiſcopis, ſuffraganeis noſtris, nec non totius provinciæ prælatis, tam regularibus, quam ſecularibus, & pluribus Clericis, tam religioſis, quam aliis in noſtra Bremen. Eccleſia, in provinciali Conſilio congregatis, deliberatione diligenti habita, conſenſu & approbatione prædictorum omnium accedente, ſtatuimo, ut ſi in noſtra aliquos, vel Coepiſcoporum noſtræ provinciæ in ſua, vel aliena dioc. capi contigerit, in illa dioceſ. in quo captus tenetur, & in ſua ceſſetur generaliter à divinis. Similiter à divinis ceſſari præcipimus & in territorio, in quo capitur, vel per quod captus deducitur, ſi captioni, vel deductioni hujusmodi Dominus dicti territorii conſenſum præſtiterit, vel juvamen. Quod ſi infra menſem à Captivitate idem Epiſcopus detentus fuerit, totam provinciam ſupponimus per ſententiam, quam nunc ferimus eccleſiaſtico interdicto. Item cum hujusmodi ſcelerum pertractores ipſo facto ſint excommunicatione ligati à Canone ſententiæ promulgatæ, volumus & præcipimus, ipſos ab omnibus Eccleſiarum rectoribus noſtræ provinciæ excommnnicatos expreſſis eorum nominibus nunciari ſingulis diebus Dominicis & feſtis, & à Chriſti fidelibus, usque ad ſatisfactionem condignam, certius evitare. Illos etiam, qui ipſis communicare præſumpſerint, præterquam in caſibus à jure conceſſis ſi Canonice moniti à communione talium ſe non abſtraxerint, ſive laici fuerint, ſive Clerici religionis vel ordinis cujuscunque, præcipimus à locorum ordinariis, auctoritate noſtra & dicti conſilii excommunicationis vinculo innodari. Inſuper dicti ſacrilegi perſonam ſtandi in judicio non habeant, teſtimonium eorum nihil fidei afferat, & tanquam rei crimine læſæ Majeſtatis inter vivos ab omnibus prorſus legitimis actibus ſint excluſi, & poſt mortem, niſi ſibi à ſede Apoſtolica de abſolutionis beneficio providerint beſtialem cum beſtiis recipient ſepulturam. Feuda ſi qua ab Eccleſia tenuerint ipſo facto amittant nec infeudentur à novo, qui talibus beneficiis ex eorum maleficio ſe reddiderunt indignos filiis etiam patratorum hujusmodi ſcelerum capientium ſcilicet, quam raptos detinentium in Clericatu poſitis, ad eccleſiaſticos ordines, beneficia eccleſiaſtica, & honores, niſi parentes eorum celeri ſibi ſatisfactione proſpexerint, prohibitus ſit aſſenſus. Ad hoc ſtatuimus & firmamus in his ſcriptis, ut ſi qui Clerici, monachi, aut regulares, cujuscunque ordinis, religionis, ſtatus, conditionis, aut gradus exiſtant, qui prædictos, ſacrilegos ad eccleſiaſticam ſcienter receperint ſepulturam, ſint ſuis officiis, beneficiis, locisque privati, & à clericali ordine penitus alieni. Item de Epiſcopis alienis per noſtram provinciam tranſeuntibus ſic volumus obſervari, quod in territorio noſtræ dioc. vel provincia, in qua eos capi contigerit, ſi Dominus ejusdem territorii captioni eorum aſſenſum & opem præſtiterit, ac per totam Dioc. in qua capti detinentur, donec ad eorum libertationem divina officia intermittantur, & capientes ac ipſos captos detinentes per totam noſtram provinciam usque ad ſatisfactionem condignam excommunicati publice denuncientur. Statuimus inſuper & inviolabili conſtitutione firmamus, ut ſi qui domos, vel Curias Epiſcoporum, aliorum Prælatorum, vel Canonicorū per vim confregerint, aut alias dotes Eccleſiæ in ruinam, quive ad hoc conſilium & auxilium, opem, vel operam præſtiterint efficacem, ut ſacrilegi invaſores à dioceſano loci, cum ad ejus notitiam pervenerit, excommunicentur & per totam dioc. usque ad condignam ſatisfactionem excommunicati publice nuncientur. Si vero usque ad vitæ ſuæ exitum in ſua pertinacia perſtiterint, eccleſiaſtica carent ſepultura, quos ſi parochialium Eccleſiarum Clerici ex certa ſcientia ad ſepulturam receperint, pro ipſo ſuis beneficiis ex hac noſtra ſententia, quā in his ſcriptis ex nunc ferimus, ſunt privati & is ea libere confecerit, ad quem Collatio pertinet eorundem. Si vero religioſi monachi, vel Canonici eos ſepelire præſumpſerint in eo loco, in quo ſepulti fuerunt, eccleſiaſticum ponimus interdictum, donec corpus effodiant. Et ſuper noſtri transgreſſione ſtatuti emendam exhibebant competentem dioceſano & eccleſiæ, in cujus loci injuriam hanc fecerunt. Addentes ut ſi Dominus terræ Civitas oppidum, aut quæcunque communitas, in domibus, curiis, aut præmittitur terrarum Domini ejusdem pœnis contra ſingulares perſonas annotatis ſuperius ſubjacebant. Nec non &

& ipſius terra, civitas, communitas vel oppidum, niſi monitione præmiſſa ſatisfecerit à dyoceſano loci ſupponitur eccleſiaſtico interdicto quod usque ad condignam ſatisfactionem per totam dioc. præcipimus inviolabiliter obſervari. Item ſi Canonicum Cathedralis Eccleſiæ, aut alterius Collegii, vel perſonam Eccleſiaſtica m alias in dignitate, vel perſonatu capi contigerit, & captum detineri ſtatuimus, ut usque ad liberationem ipſius & exhibitionem debitæ ſatisfactionis in dioc. in qua captus detinetur, ceſſetur generaliter à divinis. Sacrilegi quoque expreſſis eorum nominibus per totam provinciam ſingulis diebus dominicis excommunicati publice denuncientur. Item ſi quisquam de Prælatorum vel Canonicorum familia captus fuerit nulla adverſus eum, coram ipſius Domino, vel prælato, ſcilicet & Canonico, inſtituta querela, taliter diffinimus, ut ejus captivatores, vel detentores, canonica monitione præmiſſa, ab ordinario loci excommunicationi ſubdantur, donec captum libertati priſtinæ reſtituant, & ei ac Domino ſatisfactionem exhibeant competentem. Inſuper ſtatuimus, ut in ſingulis noſtris ſuffraganeorum noſtrorum ac Archi-Diaconorum noſtrorum noſtræ dioceſ. & provinciæ Synodis, ab his, qui eis præſident, Clerici prophani excommunicentur, anathematizentur, & una cum laicis contra libertates Eccleſiaſticas Statuta edentibus, ac eis utentibus, qui ipſo facto canonis ſententia ſunt ligati, excommunicati publice nuncientur, prout ſecundum Deum videbitur expediens & conſultum. Item ſtatuimus, ut Eccleſiarum, monaſteriorum, aut aliorum piorum locorum advocati in perſonis, aut bonis earundem eccleſiar. monaſteriorū, aut piorum locorum ſibi debito uſurpantes contenti his, quæ ipſi jura permittunt, hoc eſt pœnis delinquentium moderatis, ex juſto judicio provenientibus ab injuriis & injurioſis gravaminibus omnino deſiſtant, & perſonas eccleſiaſticas, procuratores, aut nuncios Eccleſiarum, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum in petendis, aut percipiendis decimis, cenſibus, vel aliis redditibus eorundem, & in pignoribus pro eisdem decimis, cenſibus, ſeu redditibus, ut in quibusdam locis aſſolet, capiendum non impediant & requiſiti eos impediri à ſuis ſubditis modo aliquo non permittant. Quod ſi à dictis advocatis, vel eorum nunciis ſecus fuerit attemptatum, Canonica contra ipſos, ubi commode fieri poſſit & veriſimile ſit ad eorum poſſe notitiam pervenire, admonitione præmiſſa, ex abundanti tribus Dominicis diebus de ambone majorum Eccleſiarum illis Dioc. in qua dicti Advocati delinqvunt, publica fiet mentio, ut ab injuria deſiſtant & commiſſo infra terminum de ambone ſibi ſtatuendum ſatisfactionem exhibeant congruentem. Alioquin ex tunc ab ordinario loci excommunicentur, ac per totam Dioc. excommunicati publice nuncientur. Cæterum ſi Dominus terræ fuerit advocatus, & per ſe, vel ſuos deliquerit in præmiſſis, tota illius terra; vel ſi ſingularis ſit perſona, parochia, in qua moratur per menſem de ambone ſtatutum, ab eodem loci ordinario ſupponitur Eccleſiaſtico interdicto. Præterea raptores & invaſores & detentores rerum mobilium, ſeu immobilium ad menſam Epiſcopalem, monaſteria, Capitula, alia pia loca, ſeu perſonas Eccleſiaſticas pertinentium ſi continua monitione infra terminum præmiſſa à loci ordinario ſibi ſtatutum reſtitutionem & ſatisfactionem plenariam cum effectu non duxerint faciendam. Hoc obſervatum volumus & teneri, quod ſupra de Advocatis terrarum Dominis & perſonis ſingularibus eſt ſtatutum. Cæterum ut fortiori caritatis vinculo uniti, alter alterius onera portantes, contra præmiſſorum ſtatutorum transgreſſores ac alios delinquentes inſtantius procedamus, & ut ipſi majori rubore ſuffuſi citius reſipiſcant, hac Synodali conſtitutione ſanximus, ut nos & ſucceſſores noſtri, & quilibet ſupradictorum Coëpiſcoporum, noſtrorum ſuffraganeorum invicem tenere debeamus & obſervare noſtras ſententias, & per noſtras Diœc. exequendam ab earum latore ſumus requiſiti. Verum ſi in perſonas ſpectabiles, illuſtres, aut alios nobiles, ſcilicet terrarum Dominos, ſententias proferre contigerit, poſtquam à ſede metropolitana, cui nunc favente Domino præſidemus, fuerint confirmatæ, ipſa mandata per totam noſtram provinciam fideliter exequantur. Archi-Diaconorum etiam per noſtram dioc. & provinc. conſtitutorum ſententias, nec nos, nec ſucceſſores noſtri, nec aliquis Coëpiſcoporum noſtrorum absque cauſæ cognitione relaxabimus ullo modo. Item omnibus & ſingulis Prælatis ac Clericis noſtræ dioceſ. & provinciæ prohibemus, ne in domibus ſuis, vel commeſtionibus ſcolares vagos, qui Goliardi, vel Hiſtriones alio nomine appellantur, per quos non modicum vileſcit dignitas Clericalis ullatenus recipiant. Illos maxime, qui in ſacris conſtituti ſunt ordinibus, à clericali habitu apoſtatantes & ordine, Laicalem habitum aſſumpſerunt. Quod cum præmiſſis Statutis omnibus & ſingulis ſub excommunicationis pœna præcipimus firmiter obſervari. Poſtremo ne circa hæc aliquis occaſionis vel ignorantiæ poſſit velamen prætendere, ſtatuimus, volumus & mandamus, ut hæc ſalutaria ſtatuta ſemel quolibet anno in Epiſcopali Synodo, vel capitulo, publice reciten-

tentur. Verum quia plus firmitatis afferre videtur, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur, suprascriptis omnibus etiam includimus & inclusum esse volumus Dioc. nostræ honorabile Capitulum Eccl. Hamburg. In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium & approbationem totius consilii accedentis consensu sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum.

Datum & actum an. Dom. MCCLXXXXII. feria secunda post Dominicam, qua cantatur Lætare.

Nota. Simile Statutum per omnia de verbo ad verbum, excepto dato, loco & nomine statuentis, fecit Dominus Johannes, Archiepiscopus Bremens. in provinciali Concilio, in Ecclesia Hamburg. celebrato. Anno Domini M. CCCC. VII. die Lucæ mensis Maji post Dominicam Exaudi.

CIII.

Vergleich/ so durch Vermittelung Bischoff Burchardi zu Bremen zwischen dem Stifft und der Stadt Hamburg im Jahr 1337. auffgerichtet worden/ stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. IV. unter der Stadt Hamburg/ p. 933.

CIV.

Vergleich zwischen Stifft und Stadt Hamburg/ worinn aller Mißverstand und Irrungen unter ihnen untersuchet/ und gäntzlich auffgehoben worden/ de Anno 1355. befindet sich loco antea citato, pag. 935.

CV.

Neben-Vergleich zwischen Stifft und Stadt Hamburg/ unterschiedene Puncte/ so in vorherstehenden Vergleiche entweder undeutlich/ oder gar nicht enthalten sind/ betreffend/ de Anno 1355. ist loco supra citato, pag. 937. vorhanden.

CVI.

Anderweiter Neben-Vergleich zwischen Stifft und Stadt Hamburg/ wegen einiger unter des Stiffts Jurisdiction gelegener Häuser/ daß sie dem Rathe keinen Schoß bezahlen sollen/ de Anno 1355. ist loco supra allegato, p. 937. befindlich.

CVII.

Ertz-Bischoffs Gottfrieds zu Bremen Statutum Synodale, de Anno 135-.

NOs Godfridus, Dei gratia sanctæ Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus, recognoscimus, quod præsidentibus nobis sacrosanctæ Synodo Ecclesiæ nostræ Bremensis, quæsitum fuit per venerabilem virum, Dominum Erponem, Abbatem monasterii S. Pauli extra muros Bremenses, diffinitum & sententialiter intimatum, quod si patulum dandum fuerit pro villa, Rector Ecclesiæ pro dote nihil dabit. Item si curia deserta fuerit, de agris curiæ dabitur præbenda. Item parochiani Rectori Ecclesiæ ipsorum domum septem distinctionum, quæ Vake dicuntur, comparare & construere tenebuntur: Item laquear super ignem viginti quatuor pedum in longitudine, duæ cameræ per omnia bene concluſæ, una bona fenestra. Et dos bene debet esse cooperta & tecto & parietibus, sicut decet plebano. Item si campanarius non convenit plebano, potest eum deponere, & alium sibi conducere. Item jurati Ecclesiæ non debent petere nisi cum licentia Rectoris illius Ecclesiæ, & debet hæc petitio fieri post offertorium, & dabunt Rectori tertiam partem quinque temporibus anni: Scilicet in festo Paschæ, Pentecostes, Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Christi, & Dedicationis Ecclesiæ; & omnibus aliis temporibus, quando rogaverunt, debent Rectori tertiam partem. Et quicunque ad annos discretionis pervenerit, in dictis quinque festivitatibus anni, tenetur satisfacere unum offertorium. Item si jurati cum consensu Rectoris Ecclesiæ posuerunt carbonem, vel triticum ad aliquem locum pertinentem ad ecclesiam, de illo sumat sibi Rector tertiam partem: & si in ecclesia aliquid positum fuerit, habebit Rector tertiam partem: Si vero præter ejus voluntatem positum fuerit, sumat Rector totum. Item jurati non debent eligi, nisi cum consensu Rectoris Ecclesiæ, & iidem Jurati debent facere computum de bonis Ecclesiæ, semel in anno & nihil debent disponere in eisdem bonis, nisi cum consilio & consensu Rectoris, & jurare ad reliquias Sanctorum, quod justum computum fecerunt. Si jurati non conveniunt, Rector potest eos deponere, & alios eligere. Item si Ecclesiæ aliquid datum fuerit, Rectori nihil assignatum fuerit, idem Rector habebit dimidiam partem in hoc dato. Item tres debent esse Ecclesiæ claves ad bona Ecclesiæ: duas debent habere jurati, tertiam vero Rector. Idem Rector tertiam de imaginibus Sanctorum accipiet, & habebit de jure Ecclesiæ. Acta sunt hæc in Synodo nostra prædicta approbante.

Datum & actum Bremis anno Domini millesimo trecentesimo feria quarta post Lætare, nostro sigillo præsentibus impresso.

CIIX.

Vertrag zwischen Ertz-Bischoff Alberto zu Bremen und der Stadt Bremen unterschiedener Irrungen halber/ de Anno 1366. stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ p. 445.

CIX.

Ejusdem Renunciation gegen die Stadt Bremen/ de Anno 1366. siehe loco antea citato, pag. 446.

CX.

Ejusdem Renunciation wegen einer an die Stadt Bremen gehabten Schuld-Forderung/ de Anno 1366. ist loco supra citato, pag. 447. befindlich.

CXI.

Vertrag zwischen Ertz-Bischoff Alberto zu Bremen/ und der Stadt Bremen/ de An. 1366. befindet sich loco supra allegato, pag. 447.

CXII.

Einigung zwischen dem Dom-Capitul zu Bremen/ auch Städten und Uuterthanen des Ertz-Stiffts Bremen/ de Anno 1397.

WIr Dohmprauwest/ Decken/ und Capitel/ der hilligen Kercken tho Bremen/ Borgermeister und der gantze Gemeenheit der Stede Bremen/ Stade/ und Burtehude und Mildeshusen/ Johan de Clüver/ Ridder/ Geverd de Schülte/ Mauritius de Marschalck und de menen Borchmanne tho Horneborch/ Diederich van Armunde de Junger/ Johann Berend Cortt/ und Lüder van Schönebeke/ Hillmar van der Hude/ Diederich van Recken/ Cord Steddinck/ Johan de Olde/ Carsten Voßlage/ Marten Hinrich/ Johan de Brummer und Gysecke/ alle geheten de van Versabeh/ und Hinrich van Versabeh/ Lahmen Johans Sohne/ de van Lunebergen/ Menlicken/ Erich van Elme/ Johan Bockshövet/ Hinrich und Diederich van Stinstede/ Herman und Eler Nagel/ und der Gemene Borchmanne tho Nincklen/ Diderich van Ellen/ Woler Lappe/ Wilcken und Clauwes Bröder van der Gula/ Diderich Barlehade/ Diderich Anendop/ Eggert van Borßloh/ Gerd van Relle/ Roelff Klencke anders geheten Bodde/ und de Gemene Borchmanne tho Tedinghusen/ Johan Buck/ Hinrich Brevenberg/ Schweder van Wisch/ und de Gemene Borchmanne tho Wildeshusen/ de Schwarnen/ und dat mene Land des Oster Stades/ des Olden Landes/ des Landes tho Bedingen/ und des Carspels tho der Osten/ bekennen und betügen apenbahr in dussen Breve/ dat wy mit freyen Willen und mit berahdenen mode/ beholden malck siner olden Fryheit/ Rechlichheit/ Privilegien/ Wanheit und seden uns gantzliken vereiniget und verbunden hebbet umme müttigeit des gantzen Landes van stund an wente tho winnachten nechst kamende vohrt auer 8 Jahren binnen dem Stifte Bremen tho holdende und thofolgende alse hiernah geschreven steit. Wo dat unseren Gnädigen Herren/ Herren Otten/ Ertz-Bischup der hilligen Kercken tho Bremen duchte/ dat wy vorbenohmten offt unser jenig öhne woran verunrechteden/ dat schall zu verklagen lathen/ wo sich dat van Rechte geböhret/ were dat öhme dar neen recht wedderfahren könde/ so schall dat verklagen lathen vor den Schedes Lüden/ de dartho schicket sind offte werdet/ könnet de dar öhne ock nenes Rechtes inne helpen/ so schöle wy vorbenöhmten alle des truwelicken by unsen Herren thosamen bliven/ nahseggende die Schedes Lüde/ alse hiernah geschreven steit. Also dat wir öhme/ Rechttes helpen können/ dat schall he vo nehmen. Were ock dat unse Herr vorbenöhmpt/ offte de sine/ und vorbenöhmte alle/ offt jemand besondrigen edder de unse woran beunrechteden/ dat schall men verklagen vor den Schedes Lüden/ de dartho settet sind/ der schölet dat word vorbringen van unsen Herrn daraner nicht berichten könden/ de öhme dede des Rechtes wehre/ so schole wy vorbenöhmpten alle/ und willen des truwelicken thosamen de bliven/ by den jennen den nen recht geschehen kan vegen unsen Herren/

nach ſeggende der vorbenöhmbten Schedes-Lüde mit Folge ſo hiernah geſchreven ſteit/alſo lange dat wy öhme Rechtes helpen können/dat ſchall he yo nemen; Ocken ſchal unſer nener den anderen verunrechten offte beſchedigen binnen düſſen vorgeſchreven Jahren/ wehre averſt dat idt jemand ſchuade(dat Gott nicht wolde)dat ſchall he vorklagen vor den Schedes Lüden/de öhne negeſt belegen ſind/ de ſchölet dat ſcheden binnen den negeſten 14. nachten/wehre dat ſe dat nicht ſchededen; ſo ſchölen ſe öhme leggen ein tidt tho Bremen in/ und ſchölet dartho verbadē de anderen Schedes-Lüde/de dartho ſatet ſind/ und ſchölet ſe yo ſcheden - - - edder an rechte / und dat ſchall malck den anderen yo dohen. Wehre ock dat jemand des nicht dohen wolde/und daran verhardede/des ſchöle wy alle Fiend werden/ und ſchölet Hülpe und Folge up den jennen dohn/ nahſeggende der Schedes-Lüde alſo lang dat he ohne Frundſchup oder Recht dohe / dut ſind de Lüde dar men mede folgen ſchal. Ehe dem erſten / unſe Here ſchal föhren 30 gewapende Gude Lüde / dat Capittel van Bremen 7. wapend/ de Raht und de Stadt van Bremen 38. wapent/ de van Stade 20. wapent/ de van Buxtehude 10. wapent/ Herr Johan Cluver und de van der Hude 6 wapent/ de van Schönebeck 5 wapent/ Dürich van Quirmund/ und de van Blomendahel 6 wapent/ Geverd und Johan Brocksbergen/und Hillmar van Zeſterflete 4. wapend / Erich van Elme 2. wapend / Woler Lappe 4. wapent / dat Carſpel tho der Oſten 6. wapent/ dat Land tho Khedingh 20. wapent / dat Olde Land 20. wapent / de Schulten van Borch/ und de menen Rahtmanne tho Horneborch 20. wapent/ Lippolt van der Helle 2. wapent / de Borchmanne van Tedingfuſen 10. wapent/ de van Wildeshuſen Borchmänne und Bürgere 12. wapent / Johan van Gröpeling / Hermann ſin Söhne / Diederich und Hinrich van Stinſtede/ Herman und Eler Nagel/Diederich van Elme/Wilcken und Clauß van der Buhla Heinekind / Hinrich und Herman van Itzendorpe/ Hinrich van der Lithe und Gerverd van Oſterſtede düſſe folget ſülven/ wehret ock/ dat de ſacke alſo danich wehre / dat des vor der tho dohnde wehre / dat ſchal averſtahn tho ſeggende des Schedes Lüde beyde tho mehren und tho minnerende. Wehre ock dat idt tho folge queme / ſo ſchal malck folgen mit ſinen eigen Koſten/ und ſchal win up boren na antal wapender Lüde de he darmede hefft/ und ſchal ſin Verluſt ſülven ſtahn. Wehre ock dat de Schedes-Lüde ſich nicht verdragen könden in allen düſſen vorgeſchreven Stücken/ offte derjenich mit wehme de Raht van Bremen mede tho falt dar ſchal idt dan by bliven. Düt ſind de Schedes Lüde / Herr Johan Schlamſtorp Prauweſt tho Hadeln / Hr. Arp van Lünebergen Sangmeiſter/ Herr Johan de Cluver/ Ridder/ Johan van Werſſabeh/ de Older/ Geverd Schulte/ de Olde. Mauritius de Marſchalck / Reinward Dene/ Frederich van Walle/ Jacob van Hägen / Daniel van den Kerckhaue Cord Banecll/ Heine Schole/ und Berend van der Moelen / wehret dat düſſer welcke offlinich würden / offte dat upgeven/ dar ſchal einen andern vor in de ſtede keſen / dar ſchal düſſe Breff unverbrocken mede weſen/ wehre ock dat jemand de hier vorbenöhmt ſteit / düſſen Breff nicht beſegelen wolde/und nicht folgen wolde/alſe he geſatet wehre/ de en dörffte ſich van/ und vorbenöhmt alle / offte unſer jenigen / nener folge Vermodende weſen/ und dar ſchall düſſe Breff unverbrocken mede weſen. Tho einer apenbahren Bekäntnuſſe aller duſſer vorgeſchreuenen Stücke / und der ein jewelick / ſo hebbe wy unſe Ingeſegele witlicken und mit gutem Willen gehangen tho düſſen Breve / ipſo die Nicolai Epiſcopi, in Anno Domini M. CCC. Nonageſimo Septimo.

CXIII.

Statutum des Ertz-Stiffts Bremen das Gnaden-Jahr / nach Abſterben der Geiſtlichen/ bey den Wurſaten und im Hadler-Land betreffend / de Anno 1398.

JOhannes Schlanerſtorff, Archi-Diaconus Terrarum Hadeleriæ & Wurſatiæ & Vice-Dominus in Eccleſia Bremenſi, Vniverſis & ſingulis, ad quos ſequentes literæ pervenerint, & quos præſens tangit negotium & tangere poterit quomodolibet in futurum, Salutem in Domino & notitiam rei geſtæ: Cum ex antiqua, laudabili, approbata & honeſta conſvetudine legitime præſcripta, & hactenus inconcuſſa & absque interruptione obſervata Rectores Eccleſiarum in dictis terris decedentes Synodalia ſeu mortaria, poſt ipſum obitum, Archi-Diacono ipſarum terrarum pro tempore exiſtente, dare teneantur, & ſi eadem Synodalia non habeant, dare teneantur loco eorundem Synodalium certam pecuniæ quantitatem. Cumque multi rectores eccleſiarum in dictis terris obierunt, qui propter ipſorum inopiam, nec Synodalia nec pecuniam loco Synodi dari potuerunt, propter quod ipſis Synodalibus vel etiam pecunia pro iisdem hactenus ſæpe caruimus, & forte carebimus in futurum: Et eſt veriſimile, quod ſucceſſorem noſtrum in iisdem Synodalibus & etiam pecunia pro iis danda carere oportet, in ipſius damnum & jacturam: Præterea ex dicta conſvetudine Rectores Eccleſiarum Terræ Hadeleriæ prædictæ, qui Eccleſias de novo aſ-

ſeqvuntur, ædificia in dote, ſeu immunitate Eccleſiæ conſtructa Executoribus Teſtatorum, Rectorum Eccleſiarum defunctorum pro magna ſumma pecuniæ exſolvere conſveverunt & exſolvunt; quæ quidem ædificia in multis locis diœceſeos Brem. per Parochianos Eccleſiarum ad certam quantitatem & valorem ædificantur: Cum igitur propter præmiſſa & propter inundationes aquarum fluentium, & propter ſuperfluitatem aquarum pluvialium ac rupturas aggerum ad ſterilitatem frugum, Rectores prædictarum terrarum communiter ad tantam inopiam perveniant, ac in futuris temporibus veriſimiliter pervenire formidantur, quod credidit in ſuis debitis poſt obitum eorundem Rectorum continuo defraudantur, ac incolæ ipſarum terrarum Rectoribus Eccleſiarum in iſtis terris propter inopiam, quæ, ut perfertur, ſæpe evenit, pecuniam ac res mutuo tradere, ac contractus ſuper debita cum iisdem inire denegarunt & recuſarunt, ac denegant & recuſant. Inde præfati Rectores nobis, quanta potuerunt inſtantia, ſupplicarunt, ut ſuper his de celeri remedio eis providere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod juſtis petitionibus non eſt conſenſus denegandus, & pro iisdem Rectoribus ſuper præmiſſis ſit merito de opportuno remedio providendum, ſupplicationibus ipſorum, tanquam rationabilibus duximus annuendum, unde matura & diligenti deliberatione præhabita ſuper his cum Juris peritis, cum Conſilio & Conſenſu Rev. in Criſto Patris & Dni Ottonis Archi-Epiſcopi, & Venerabilium Virorum, Domini Gotſchalki, Decani & Capituli Eccleſiæ Bremenſis præſenti ſtatuto perpetuo & inviolabiliter valituro, ſtatuimus & ordinavimus in his ſcriptis, quod Rectores Eccleſiarum in dictis terris decedentes poſt ipſorum obitum habeant annum gratiæ, prout Rectores decedentes in præpoſitura Hamburg. Brem. Diœceſeos, quæ longa eſt & lata, hactenus ex conſvetudine antiqua, laudabili & honeſta & legitime præſcripta, ac inconcuſſe & absq; interruptione obſervarunt, poſt eorum obitum habuerunt, habere conſveverunt & habent in hunc modum, quod omnes & ſinguli fructus, reditus, proventus ad Rectores Eccleſiar. in iisdem terris decedentes per unum annum, a die obitus ipſorum continuo computandum, integraliter & ex toto, absque diminutione perpetuo ſpectare debent, ſicuti ſi iidem Rectores vitam ducerent in humanis: quos quidem fructus, reditus, proventus, obventiones & oblationes, teſtamentarii rectorum, durante dicto anno percipient & levabunt. Si vero aliquis eorundem Rectorum obierit inteſtatus, extunc Archi-Diaconus, qui ipſos perceperit & lavaverit, præſſe debet Eccleſiæ in divino officio & in adminiſtratione Sacramentorum, Parochianis ipſius Eccleſiæ miniſtrandorum adeo diligenter, ut de negligentia in his nullatenus poſſit deprehendi: Et inde Synodalibus Archi-Diacono prædicto, & de debitis, in quibus iidem Rectores tenebantur, credd. ſatisfacere debent juxta poſſe: In quorum teſtimonium ſigillum præſentibus duximus appendendum. Et nos Otto, Archi-Epiſcopus, Gottſchalkus Decanus, & Capitulum prædictum, quia præſens ſtatutum per præfatum Dominum Johannem, Archi-Diaconum, cum Conſilio & Conſenſu noſtro ſtatutum eſt, ac ipſum ſtatutum præſentibus ratificamus, approbamus & confirmamus perpetuis temporibus duraturum, præſentes literas in majus teſtimonium præmiſſorum, etiam ſigillis noſtris duximus roborandas.

Datum Bremæ Anno Domini 1398. ipſo die Beati Magni Martyris.

CXIV.

Ertz-Biſchoffs Ottens zu Bremen Schuld-Verſchreibung gegen die Stadt Bremen / de Anno 1404. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Contin. II. unter dem Hertzogthum Bremen / pag. 448.

CXV.

Revers des Magiſtrats zu Bremen / worinnen bekennet wird / daß er Ertz-Biſchoff Nicolao zu Bremen die Müntze auf 10. Jahr lang abgepachtet / und ſolche / nach Verlauff derſelben / ohnweigerlich wieder abtreten wolle / de Anno 1423.

WY Burgermeiſter und Rath der Stadt Bremen / bekennet und betöget apenbahr in deßem Breve vor als weme / dat uns de Ehrwerdige unſe gnädige Herr / Nicolaus / Ertz-Biſchop tho Bremen / mit Willen und Vullbohrt der Erbarn Herrn Gerlinge / Deckens und Capituls der Kercken tho Bremen / hefft gelenet de Winte mit aller Rechticheit und Thobehöringe alſe öhme de thobehöret in dem gantzen Stiffte von Bremen / uthgeſpracken de Münte tho Stade / der wy mögen bruckhafftig weſen to teyn Jahren / to unſer leven Frouwen Dage öhrer Gebohrt negeſt vorleden antorecken / dat wy alle Jahr den Erbarn Herrn Decken und Capittul vorbenoemt/vor ſchölen geven ein und twintig Bremer Marck in dem hilligen Avende

Avende Sünte Willehardi / binnen Bremen/ wy laten münten offte nicht / to deßen teyn Jahren/und wann er deße vorſchreven teyn Jahren umme kamen und geſchleten ſind / ſo en hebben wy an Unſes Herren Münte nenerley Innſage und Rechtichheit / des tho Tüge ſo hebben wy Borgermeiſter und Rathmanne vorbenoembt unſer Stadt Ingeſegel to deßem Breve hangen heten / Gegeven na Gades Bohrt Duſend Veerhundert Jahr / darna in deme drey und twintigſten Jahr in deme Dage Sünta Gorgonii des billigen Mertelers.

CXVI.

Inſtrumentum, worinn der Ertz-Biſchoff Nicolaus zu Bremen/ ein gebohrner Graf von Delmenhorſt/ alle Gerechtigkeit/ ſo das Ertz-Stifft Bremen zu der Grafſchafft Delmenhorſt zu haben vermeinet/ wiederrufft/ de Anno 1436. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hauſe Hollſtein / pag. 5. befindlich.

CXVII.

Ertz-Biſchoffs Henrici II. zu Bremen Eyd/ die Koſtbarkeiten und Privilegien in der Dom-Kirche zu Bremen betreffend/ de Anno 1464.

EGo Hinricus de Svvartzborch, Adminiſtrator & Archiepiſcopus, juxta tenorem literarum Apoſtolicarum, Sanctæ Bremenſis deputatus &c. Præterea ad hoc, quod tabula ſeu Majeſtas argentea majoris altaris Eccleſiæ Bremenſis, aut tumba, in qua corpora Sanctorum Coſmæ & Damiani in eadem Eccleſia quieſcunt, ac etiam imagines argenteæ, videlicet caput Sancti Bartholomæi Apoſtoli in qua reliquiæ, de capite ipſius Apoſtoli reconditæ ſunt, & Salvatoris noſtri de ſepulchro reſurgentis lapidem de Sancto ſepulchro Dominico in ſe repoſitum continens; nec non brachium Sancti Petri Apoſtoli, in qua reliquiæ de ſuo brachio conſervantur; ſeu quicquam ex illis in toto, vel in parte, aut quisquam ex lapidibus pretioſis in tumba, vel imaginibus ipſis poſitis impignorentur, vel vendantur aut quomodocunque alienentur, ſeu extra Civitatem Bremenſem, præterquam in proceſſionibus ſolennibus, ſub periculo perditionis vel alienationis portentur, nunquam conſentiam vel aſſentiam, directe vel indirecte, nutu, ſigno, vel facto, niſi forte tanta Calamitas adverſus Eccleſiam Bremenſem inſurgeret, quod ipſius Clerum propterea ab ipſa Civitate recedere contingeret; Quo caſu licebit tabulam, tumbam & imagines hujusmodi non alienationum cauſa, ſed conſervationis duntaxat extra dictam Civitatem transferri. Quin imo ne tabula, tumba & imagines ipſæ ut præmittitur, impignorentur, vendantur, alienentur, ſeu deportentur, pro poſſe impediam; nec a ſede Apoſtolica vel alias quidquam ſupra hujusmodi relaxatione juramenti impetrabo, aut per alium impetrato ſeu etiam motu proprio conceſſo utar. Præmiſſa omnia & ſingula juro ad Sancta Dei Evangelia, per me corporaliter manu mea tacta fideliter & firmiter obſervanda. Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia. In cujus rei teſtimonium Ego Henricus prædictus, præſentem paginam ſive formam Juramenti Sigillo meo roboravi.

Datum Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, die vero viceſima prima Menſis Martii.

Ego Henricus manu propria ſcripſi usque ad Sigilli appenſionem.

CXIIX.

Käyſers Friderici III. Mandatum an König Chriſtiernum in Dännemarck / daß er das Ertz-Stifft Bremen in der Poſſeß des Landes Ditmarſen nicht turbiren / auch ſeine Prætenſion darauf die innen beſtimmten Termine am Käyſerl. Hofe rechtlich ausführen ſolle / de Anno 1483.

WY Frederich / van GOttes Gnaden Römiſcher Käyſer / tho allen Tieden Mehrern des Rikes / tho Hungarn / Dalmatien / Croatien / König / Hertzog tho Oſterreich / tho Stier / Cärnden / und tho Krähnen / Grave tho Tyrol ꝛc. Endbeden dem Dorchlüchtigen Fürſten Chriſtiernen / Köninqh tho Dennemarcken / Unſen leven Broder / Unſe broderlicke Leve und Frundſchup thovoren. Dorchlüchtige Forſtl. Broder / alſe we juer van verſchenen Tiden up juere flitige bede und etlicke Thoſage / Uns dorch juer vorgebracht des Landes Dettmarſchen ſe ahne Middel Uns und dem hilligen Rike tho hören und ſonſt nenen Heren noch ordentlicke Regimente hebben ſcholde / tho Lehne verlehnet hebben / de Rede deſſülven Landes Uns umb öhre und deſſülven Landen wegen vorbringen lahten / wo gyſe up ſülcke Belohninge under jueren Gehorſam tho dringen underſtahn / dat juer / nah dem ſe van Olders hero under dem Stiffte

Stiffte van Bremen gehöret hebben und noch hören / öhren Pflichten / darmede ſe demſülven Stiffte verbunden wehren / unleidig ſy / nnd Uns darup demotiglick anroepen und bidden lahten / ſe hierinne tho verſehen. Und wan Gy nu ſülckes öhres Vorbringens idtlicken geloffliken ſchin van Unſen Vor-Vaderen am Rikke daraver gegeven / geſehen und aver in Verlehnunge des gemelden Landes des neue Underrichtunge van ohne endtfangen noch gehadt hebben / iß unſe Wille und Meinunge nu geweſen / und noch nicht / dat men den Stiffte Bremen datſülve Land dorch unbillicke Wiſe ſchal endtagen werden / und begehren darup als Römiſcher Käyſer an juwerl broderlicke Lieve und Frundſchup ernſtlich befehlende / dat Gy ſolch Vornehmet unvertogentlich affſtellen / und dat gemelte Land Oettmarſchen / noch de Underdahnen und Guter darthо behörende / in Krafft de Ehrberorden beleninge forder nicht anlangen / beſchweren noch van juerentwegen tho dohnde geſtaden / ſundern ſe by dem Stiffte Bremen / wo ſe von Oldershero geweſen ſyn ungeervet lahten / alſe Gy ſülven verſtaht billigh iß. Wo Gy averſt des nicht ſchuldig tho ſyn gedencken und darwedder jenigerly rechticke Jnrede tho hebben vermehnen / ſo eſchen und laden wy juer ock ernſtlick dat Gy up den 63. doch den negeſten nah dem juer düſſe Unſe Breeff geantworttet edder verkündiget werd / deren wy juer 21. vor den erſten / 21. vor den andern und 21. vor den drüdden und leſten Richte doch ſetten und benohmen / peremptorie, odder offt deſülve nicht ein Gerichts-dach ſyn würde / up den negeſten Gerichts-Dag darnach vor Uns odder denjennen / den Wy dat an Unſer ſtatt befehlen / wo Wy den im Ricke ſyn würden / ſülveſt odder dorch jureen vollmechtigen Anwaldt Antwort und Rohtturfft der Sake vorbringen; Wan Gy kamen und erſchienen als dan alſo odder nicht / ſo werd doch nicht deſto min up des gehorſamen Diels / odder ſines vollmechtihen Anwaldes anropent und erforderend im Rechten vüllenfahren und procederen / als ſich dat nah ſiner Ordeninge gehöhret / darnach wete ſich juere Leve tho richten / Geven tho Wien mit Unſen Käyſerlicken anhangenden Segel vorſegelt / am leſten Dage des Mandes Junii Unſere Ricke des Römiſchen im 42. des Keiſerdohms im 29. und des Hungariſchen im 23. Jahre.

CXIX.

Raimundi Päbſtlichen Legati a latere in Teutſchland und den Nordiſchen Königreichen Confirmation des zwiſchen Ertz-Biſchoff Gerhardo zu Bremen im Jahr 1246. aufgerichteten Vergleichs / de Anno 1503. befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Contin. IV. unter der Stadt Bremen / pag. 235.

CXX.

Käyſers Maximiliani I. Confirmation des von Kayſer Carolo M. Anno 788. dem Stifft Bremen ertheilten Fundations-Brieffs auch anderer Privilegien deſſelben / de Anno 1512.

MAximilianus, Div. fav. Clement. Electus Romanor. Imperator ſemper Auguſtus Germaniæ, ac Hungariæ, Dalmatiæ, ac Croatiæ Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carniolæ, Carinthiæ, Limburgi, Lucemburgiæ & Geldriæ, Landgravius Alſatiæ, Princeps Sveviæ, Palatinus in Habſpurg & Hannoniæ Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, Arteſiæ, Hollandiæ, Sehelandiæ, Ferretis, Kyburgiæ, Nannoiſi & Sutphaniæ, Marchio Sacri Imperii Romani ſuper Amaſum & Burgoviæ, Dominus Friſiæ, Marchio Schlavoniæ, Mechliniæ, Portus Naonis & Salinarum. Recognoſcimus & tenore præſentium profitemur, univerſis, cum Imperatoriæ Majeſtatis ea potiſſimum gratia, in Romani Imperii Culmine conſtituta ſit, ut circumquaque aciem ſuæ conſiderationis dirigens, quos promereri digne animadverterit, ſingularibus gratiis ac libertatum prærogativis præ cæteris extollat, in eo tamen omnium maxime debet intendere, ut priſcorum Romanorum ab ipſis pene urbis initiis & fundamentis cœptam Religionem & deinde ſucceſſive ab Imperatoribus Chriſtianis Sacramentis imbutis ad verum Dei cultum redactum, & poſtremo a Germanis, in quos Imperium quod ipſi virtutibus promevere, translatum eſt ad hanc reverentiam, qua undique per latitudinem ipſius Imper. celebratur, perductam, non modo non conſervet, ac manu teneat, ſed & amplioribus indies augeat incrementis. Hinc nos Prædeceſſorum noſtrorum veſtigia imitantes, ad ea imprimis, quæ ſtatum felicem & quietum, conſervationemque Jurium & libertatum, ac gratiarum Perſonarum Eccleſiaſticarum & Religioſarum concernunt, cura intendimus diligentiori. Cum itaque pro parte venerabilis Chriſtophori, Archiepiſcopi Bremenſis & Adminiſtratoris Ver-

denſis, Principis devoti nobis dilecti, nobis humiliter fuerit ſupplicatum & expoſitum, quod cum jam dudum ipſius Epiſcopatus & Eccleſia Bremenſ. ab olim Divo Rom. Imperatore, Carolo Magno, prædeceſſore noſtro ſingularibus ſit Privilegiis, gratiis & libertatibus fundata & donata, vigore literarum emanatarum, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:

Inſeratur Diploma Fundationis a Carolo M. de Anno 788. quod ſupra Num. I. exſtat.

Quare ex ſolita noſtræ benignitatis Clementia, ejusmodi literas approbare, innovare, ratificare & confirmare dignaremur. Nos igitur prænominato Bremenſi Archiepiſcopo & ipſius Eccleſiæ commodis & quieti inclinati, cupientes ipſius juſtis deſideriis & petitionibus acquieſcere, ut & ipſe Archiepiſcopus ſuique ſucceſſores in ipſo Epiſcopatu Eccleſiam Bremenſem Canonico & debito ordine & competenti melius & tranquillius regere, ſalutique populi ſui liberius proſpicere & incumbere poſſint, prædictas literas, univerſaque & ſingula jura, libertates, præeminentias, conceſſiones, donationes, immunitates & gratias a divo Romanorum Imperatore Carolo Magno Prædeceſſore noſtro, ut præmittitur, conceſſas atque donatas, conceſſa, tradita & donata, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, tenoribus, articulis, ſententiis & expreſſionibus approbavimus, confirmavimus & ratificavimus, ac tenore præſentium, motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, approbamus, confirmamus & ratificamus, decernentes & volentes, atque hoc Imperiali ſtatuentes edicto expreſſe ejusmodi literas, omniaque ſupradicta, & has noſtras perpetuis temporibus obtinere roboris firmitatem, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque, ſupplentes omnes defectus, ſi qui in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum quomodolibet contingeret reperiri. Noſtris tamen & Imperii Sacri, ac cujusque alterius juribus in his ſemper ſalvis. Nulli ergo hominum liceat hunc noſtræ approbationis, confirmationis & ratificationis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumſerit, noverit ſe indignationem noſtram & Imperii graviſſimam, ac pœnam centum marcarum auri puri, pro dimidia parte fiſco, ſive ærario noſtro Cæſareo, pro reliqua vero dimidia præfato Archiepiſcopo Bremenſi & ſucceſſoribus ſuis uſibus applicandarum irremiſſibiliter incurſurum. Harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datæ in Civitate noſtra Imperiali Colonienſi, die undecima menſis Auguſti, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, duodecimo, Regnorum noſtrorum Romani viceſimo ſeptimo, Hungariæ vero viceſimo tertio

Maximilianus.

(L.S.)

Ad mandatum Dni Imperatoris proprium.

CXXI.

Vertrag zwiſchen Ertz-Biſchoff Chriſtophoro zu Bremen und der Stadt Bremen/ de Anno 1533. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Contin. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ pag. 448.

CXXII.

Käyſers Caroli V. Mandatum an die Stadt Bremen/ daß ſie dem Ertz-Biſchöfflichen Privilegien und Freyheiten keinen Eintrag thun ſolle/ de Anno 1544. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. IV. unter der Stadt Bremen/ pag. 448. befindlich.

CXXIII.

Vergleich zwiſchen dem Magiſtrat der Stadt Bremen und dem Stifft St. Wilibaldi und Stephani daſelbſt/ die Collationen der Præbenden und was deme mehr anhängig/ betreffend/ de Anno 1545. iſt loco antea citato, pag. 251. vorhanden.

CXXIV.

Kayſers Caroli V. Confirmation aller und jeder Privilegien und Freyheiten des Ertz-Stiffts Bremen/ dem Ertz-Biſchoff Chriſtophoro zu Bremen und Adminiſtratoren des Stiffts Verden gegeben/ de Anno 1556. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ pag. 450.

CXXV.

CXXV.

Bremiſcher Vertrag/ zwiſchen dem Dom-Capitul zu Hamburg und dem Rath daſelbſt/ in geiſt- und weltlichen Sachen/ de Anno 1561. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. unter den geiſtlichen Fürſten/ p. 496.

CXXVI.

Käyſers Maximiliani II. Confirmation der von Käyſer Carolo V. dem Ertz-Stifft Bremen im Jahr 1544. gegebenen Erklärung/ daß die der Stadt Bremen ertheilten Privilegien/ demſelben ohnnachtheilig ſeyn ſollen/ de Anno 1566.

WIr Maximiliam der Ander/ von GOttes Gnaden/ erwehlter Römiſcher Kayſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/ zu Hungarn/ Böheimb/ Dalmatien/ Croatien und Schlavonien ꝛc. König/ Ertz-Hertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgundien/ Steyer/ Kärndten/ Crayn und Würtenberg/ Graff zu Tyroll ꝛc. Bekennen öffentlich mit dieſem Brieff/ und thun kund allermänniglich/ daß uns der Ehrwürdig und Hochgebohrner Georg/ confirmirter der Ertz- und Stifftter Brehmen und Verden/ Biſchoffe/ Adminiſtrator des Stiffts Minden/ und Hertzog zu Braunſchweig Lüneburg ꝛc. Unſer lieber Oheimb/ Fürſt und Andächtiger/ in glaubwürdigem Schein unterthäniglich fürbringen laſſen/ einen Declaration-Brieff/ ſo weyland der Durchlauchtichſte Fürſte/ Herr Carl der Fünffte Römiſcher Kayſer/ Unſer lieber Herr Vetter und Schwager/ Hochlöblicher Gedachtnüß/ Weyland Ertz-Biſchoff Chriſtophen zu Bremen ꝛc. Seinem Vorfahren am Ertz-Stifft/ über etliche Privilegien und Freyheiten/ ſo die Erſamen Unſere und des Reichs liebe Getrewen/ Burgermeiſter und Rath der Stadt Bremen zur Zeit/ als ehe gemeldter Ertz-Biſchoff Chriſtoph zu Bremen etlicher an Unſerm Kayſerlichen Cammer-Gerichte rechthängigen Sachen halber in die Privation gerathen/ erlanget und ausgebracht/ miltiglichen mitgetheilet und gegeben/ von Wort zu Worten hernacher folgend und alſo lautend:

WIr Carl der Fünffte/ von GOttes Gnaden Römiſcher Käyſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ König zu Germanien/ zu Hiſpanien/ beeder Sicilien/ Jeruſalem/ Hungarn/ Dalmatien/ Croatien/ Ertz-Hertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgundien/ Graffe zu Habſpurg/ Flandern und Tyroll ꝛc. Bekennen für uns und unſere Nachkommen am Reich öffentlich mit dieſem Briffe/ und thun kund allermänniglichen/ als vff vnſerm Reichs-Tag/ den wir in den verſchienen ein und viertzigſten Jahr in Vnſer und des heiligen Reichs Stadt Regensburg gehalten/ die Erſamen Unſer und des Reichs liebe Getrewe/ Burgermeiſter und Rath der Stadt Bremen/ von Vns/ als dem Römiſchen Kayſer/ auf ihr Fürbringen etliche Freyheiten/ Privilegien und Confirmationen/ vnd ſonderlich unter andern der Müntz/ des Waſſers/ der Weſer und ander Ström und Flüſſe in dem Stifft Bremen/ auch Gerichts-Zwang/ Gebott und Verbott und Obrigkeiten halben/ inn- und auſſerhalb der Stadt Bremen erworben und erlanget haben/ alles nach Inhalt Vnſerer Briefe darumben ausgegangen/ und vns aber ietzo der Ehrwürdig Chriſtoph Ertz-Biſchoff zu Bremen/ und Adminiſtrator des Stiffts Vehrden/ unſer Fürſt/ Rath und lieber Andächtiger fürbracht hat/ wie das obbeſtimbte Unſere Freyheiten/ Privilegien und Confirmationen/ wie obſtehet/ den von Bremen alſo gegeben/ ſein und ſeines Stiffes Regalien/ Freyheiten Privilegien und Confirmationen/ damit ſeine Vorfahren Ertz-Biſchofe/ ſein Stifft zu Bremen/ und er/ von Weyland unſern Vorfahren/ Römiſchen Kayſern und Königen/ dem Reiche und andern löblichen begabet/ und verſehen/ auch deſſelben ſeines Stiffts Obrigkeiten/ Gerechtigkeiten/ Herkommen und Gewohnheiten gantz zuwider abbruch- und nachtheilig/ und daß er und ſein Ertz-Stifft in Krafft derſelben Freyheiten/ von gemeldten Bürgermeiſtern und Rath der Stadt Bremen/ des meiſtentheils ihrer Regalien/ Gerichtlichen und andern Obrigkeiten/ Gerechtigkeiten/ Gebräuchen und Gewohnheiten/ inner und auſſerhalb der Stadt Bremen entſetzet und entwehret weren/ wodurch Uns/ als Römiſchen Käyſern/ gebührlich Einſehens nit geſchehen/ daß die von Bremen an deme nicht erſettiget ſeyn/ ſondern auf obgemeldte Unſere gegebene Freyheiten und Privilegien weiter/ und ſo viel zu handeln und fürzunehmen unterſtehen/ das berührtes Stifft Bremen zu letzt zu gantzen Abfall/ Zerrüttung und Verderb kommen würde/ und Uns darauf demüthiglich angeruffen und gebeten/ ſeinem Stiffte und ihme hierinnen gnädiglich zu bedencken/ und vor ſolchen Nachtheil und Schaden zu verhüten; Wann nun in Gebung der obbeſtimbten Unſer Freyheiten/ Privilegien, Confirmationen/ Unſer Will und Meynung nicht geweſen/ und noch nicht iſt/ daß dieſelben den gemeldten Unſerm Fürſten/ dem Ertz-Biſchoffen/ ſeinem Nachkomen und Stiffte Bremen/ an ihren Freyheiten/ Privilegien Obrigkeiten/ und Gerechtigkeiten zu einigen Nachtheil oder Abbruch gebrauchet werden ſollen; So haben wir demnach aus oberzehlten

und

und andern trefflichen Ursachen / uns darzu bewegend / mit wohl bedachtem Muth / gutem Rath und rechter Wissen declarirt und erkläret / declariren und erklähren / und thun das alles hiemit von Römischer Käyserlicher Majestät Vollkommenheit wissentlich in Krafft dieses Briefes; Und meynen / ordnen / setzen und sollen / daß ehrgemelte Freyheiten / Privilegien und Confirmationen / so Bürgermeister und Rath der Stadt Bremen / von uns und wie obstehet / erworben und erlanget haben / dem genandten unserm Fürsten und Rath / dem Ertz-Bischoffe / seinen Nachkommen und Stifft Bremen / an ihren Freyheiten / Privilegien / Rechten und Gerechtigkeiten keinen Nachtheil oder Abbruch bringen / oder gebehren / auch von denen von Bremen des Ertz-Bischoffs und Stiffts-Freyheiten und Gerechtigkeiten zu Nachtheil nicht gebrauchet werden sollen / noch mögen / in keine Weise noch Wege / ohne Gefehrde. Mit Vrkundt dieses Brieffes / besiegelt mit Unserm Käyserlichen anhangenden Insiegel. Geben in Unser und des Heil. Reichs Stadt Speyer am zehenden Tag des Monats Martii / nach Christi unsers lieben HErrn Geburth 1544. Unsers Käyserthums im vier und zwantzigsten und Unserer Reiche im Neun und zwantzigsten Jahren.

Carolus V.

Vt, Naves.

Ad Mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium

Johann Obernburger ꝛc.

Und uns darauf demüthiglich angeruffen und gebethen / daß wir obeinverleibten weil. Käyser Carls Declarations-Brieff / als Römischer Kayser zu erneuren / zu confirmiren und zu bestättigen / gnädiglich geruheten / das haben wir angesehen / gedachtes unsers lieben Oheims und Fürsten / des Ertz-Bischoffen zu Bremen / demütig ziemblich Bitte / und darumb mit wohlbedachtem Muthe / gutem Rath und rechter Wissen obinserirten Weyland Käyser Carls Declarations-Brieff in allen seinen Worten / Puncten / Clausuln / Inhaltungen / Meynungen und Begreiffungen / als Römischer Käyser gnädiglich erneuert / confirmiret uud bestättiget; Erneuern / confirmiren und bestättigen den auch hiemit von Römischer Kayserlicher Macht / wissentlich in krafft dieses Brieffes / was wir von Rechts und Billigkeit wegen daran zu erneurn / zuconfirmiren und zu bestetten haben / erneuern / confirmiren und bestetten sollen und mögen / vnd meynen / setzen und wollen / von obberührten Unser Käyserlichen Macht / daß obinseriter Weyl. Käyser Carols Declarations-Brieff in allen seinen Worten / Puncten / Clausuln / Articuln / Inhaltungen / Meynungen und Begreiffungen kräfftig und mächtig seyn / stett / fest / und ohnverbrüchlich gehalten und vollenzogen werden / und sich obgemelter Ertz-Bischoff zu Bremen / und seine Nachkommen am Stifft sich desselben alles seines Inhalts frewen / gebrauchen und geniessen / und gäntzlich dabey bleiben sollen und mögen / von allermänniglich ohngehindert. Vnd gebieten hierauf allen und ieden Churfürsten / Fürsten / geistlichen und weltlichen / Prälaten / Grafen / Freyen / Herren / Rittern / Knechten / Haupt-Leuten / Vietzthumben / Vögten / Pflegern / Verwesern / Ambt-Leuten / Schultheissen / Bürgemeistern / Richtern / Räthen / Burgern / Gemeinden / und sonsten allen andern Unsern und des Reichs Unterthanen und Getreuen / was Würden / Stands oder Wesens die seyn / ernstlich und festiglich mit diesem Brieff / und wollen / daß sie gedachten Ertz-Bischoffen zu Bremen / und seine Nachkommen am Ertz-Stifft / bey angeregter Weyland Käyser Carls Declaration / und dieser unser Erneuerung / Confirmation und Bestellung nicht irren / noch hindern / sondern sie deren geruhlich freuen u. geniessen / und gäntzlich dabey bleiben lassen / und hinwieder nichts thun / noch iemands andern zu thun gestatten / in keine Weise noch Wege / als lieb einem iedem sey / unser und des Reichs schwere Ungnad und Straffe zu vermeiden / das meynen wir ernstlich. Mit Uhrkundt dieses Brieffes / besiegelt mit vnserm Käyserlichen anhangenden Insiegel. Geben in Unser und des Reichs-Stadt Augspurg / den fünff und zwantzigsten Tag des Monaths Maji / nach Curisti unsers lieben HErrn Geburth funffzehen hundert und im sechs und sechtzigsten / Unserer Reiche des Römischen im vierdten / des Hungarischen im dritten / und des Böhmischen im achtzehenden Jahren.

Maximilian.

Vt Tho. Schober. D. Imp.

Ad Mandatum sacræ Cæsareæ Majestatis proprium

Haller m. p.

CXXVII.

Käysers Maximiliani II. Patent an die Unterthanen des Ertz-Stiffts Bremen / daß sie Henricum postulirten Administratorem des dasigen Ertz-Stiffts vor ihren rechten Herrn erkennen sollen / de Anno 1574. ist in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. Contin. II. unter dem Hertzogthum Bremen / pag. 451. vorhanden.

CXXIIX.

CXXIIX.

Kaysers Rudolphi II. Confirmation und Prorogation des dem Postulirten Administratori des Ertz-Stiffts Bremen Henrico ertheilten Lehens-Indults / de Anno 1577. stehet loco antea citato, pag. 452.

CXXIX.

Vergleich / welcher durch Vermittelung innen benennter Herren Mediatorum zwischen dem Dom-Capitul zu Bremen an einem / dann einigen vornehmen Ständen selbiges Ertz-Stiffts andern Theile / wegen Regierung des Ertz-Stiffts / Wahl und Postulation eines Ertz-Bischoffs / auch Capitulation mit demselben Anno 1597. getroffen worden.

IN Nom. Sanct. & indiv. Trinit. Amen. Notum sit omnibus, quod post CHRISTUM natum Anno millesimo Sexcentesimo, quadragesimo septimo, Indictione decima tertia, sub Imperio Serenissimi, Potentissimi & Invictissimi Principis & Domini, Dn. Ferdinandi, hujus nominis Tertii, Electi Imperatoris Romani, semper Augusti, in Germania, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Sclavoniæ Regis, Archi-Ducis Austriæ Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Crain & Würtenbergh, Comitis Habsburgi, Tyrol & Görtz, Cæsareæ suæ Majestatis Imperii Romani undecimo, Hungarici vigesimo primo & Bohem. vigesimo, die decimo quinto Mensis Julii, hora decima antemeridiana in Conclavi superiori Capituli, quod Campana vocatur, Archi-Episcopalis Ecclesiæ in urbe Brema, ibidem Residentes ac in consessu Capitulari præsentes Canonici, habita rei, quæ post describetur, matura deliberatione, mihi indicarunt, quemadmodum Reverendum Capitulum, propter aliquam interponendam protestationem, officio meo Notariatus, & idcirco me, quoad hunc actum, mei Secretariatus, uti & requisitos & præsentes testes respective Vicariatus & custodis juramenti religione, quo adm. Reverend. Capitulo essemus devincti, solutos esse vellent, postea decenter requirendo, ut dictam protestationem, cujus schedulam mihi ad prælegendum exhibuerunt, in instrumentum redigerem, ut quamprimum Dn. Cancellario & Consiliariis Oldenburgicis intimari posset, cujus mihi exhibitæ & ad legendum porrectæ schedulæ tenor hic est: Coram vobis, Dn. Notario & testibus, (quos ex singularibus causis, vestri Secretariatus, Vicariatus & Custodis juramento, quo nobis devincti estis, ad hunc actum liberamus:) Nos Decanus, Senior & Capitulum Archi-Episcopalis Ecclesiæ in urbe Bremensi debito modo notum facimus, ac significamus, quod secundum Dei voluntatem & sapientissimam providentiam, piæ memoriæ Comes Christianus Oldenburgicus, nuper die vigesimo tertio Maji fato functus sit, ob cujus mortem merito dolemus, & eidem gloriosam resurrectionem ac vitam æternam in novissima illa beatitudinis luce adprecamur. De cætero intelligimus, Illustrem Comitem ac Dominum, Dn. Anthonium Gunter, Comitem Oldenburgicum, possessionem vel quasi domus & ditionis Delmenhorst adprehendisse, ac Landsassios, vel subditos juramento fidelitatis sibi devinctos fecisse, qua in re Nostrum interesse maxime versatur propter notoriam litis pendentiam in Camera Imperiali Spirensi, utpote in qua probatum, sive deductum, quod dictio Delmenhorst ab Archi-Episcopatu Bremensi super utile Dominium sex millia florenorum Rhenanorum sub hypotheca acceperit, quæ ea ratione abolita, & obligatio restituendi recipiendique exstincta, quod Comes Otto & Nicolaus, qui etiam Archi-Episcopali titulo insignitus fuit, hæc feuda Anno MCCCC. & decimo quarto refutavit, & omne id, in quo summam creditæ pecuniæ hypothecæ valor excesit, Archi-Episcopatui remisit. Uti & probatu facile est, Comitem Ottonem & Nicolaum se non Comites Oldenburgenses, neque etiam Comitem Didericum, se Comitem Delmenhorstensem vocasse & scripsisse: Pontificem quoque Eugenium Comiti Nicolao, quoniam Archi-Episcopatum iterum dereliquit & Baldewinus succesit, Ditionem Delmenhorst, præfecturam Hagen, molendina Buxtehudæ & jurisdictionem in districtu Stedingensi quoad vitam tantum indulsisse & reservasse. Uti etiam probatu facile est, quod Burgimanni & Senatus Delmenhorstanus Archi-Episcopo Bremensi homagium præstiterint, referturque in brevi testato, vel literis Weichbildum sive Diœcesin Delmenh. sub Archi-Episcopatu Bremensi esse sitam; Imo indubitatum est, Comitem Henricum Schwartzburgensem, veluti Archiepiscopum Bremensem, possessionem vel quasi, arcis & ditionis Delmenhorstensis

ſis adeptum, poſtea vero à Monaſterienſibus & Comite Anthon. piæ memoriæ, uti & Bremenſibus ex poſſeſſione vel quaſi contra jus dejectum. Cum itaque nos nomine Capituli Dominium adſeramus, eique firmiter innitamur, & ei veluti fundamento inhæreamus, proceſſus etiam in Camera Imperiali eo perduxerimus, ut Dania, Brema, Holſatia, Monaſterium & Oldenburgh procuratores ſuos debito modo legitimarint, & jam ab anno M. CCCCC. nonageſimo ſeptimo in utraque cauſa Bremen contra Münſter: & Oldenburg ratione Delmenhorſt & Wilshauſen ad Decretum utrinque litigantes ſubmiſerint: nulli dubitamus, quin in cauſa obtineamus & juxta votum definitivam ſententiam impetremus; E contrario vero cum poſt obitum piæ memoriæ, Comitis Chriſtiani præſens Comes Oldenburgenſis poſſeſſionem arripuerit, non poſſumus, quin pro conſervando noſtro jure, huic actui omni meliori modo contradicamus, proteſtemur & omnia jura nobis integra reſervemus, uti hoc ipſo id facimus, omnique meliori modo contradicimus, proteſtamur & competentia reſervamus, requirentes ut pro debita mercede hæc omnia notentur, & ſuper iis inſtrumenta unum vel plura conficiantur. Actum Bremæ ſub ſigillo majori noſtræ Eccleſiæ ad Cauſas, ſeptimo Julii, Anno 1647.

(L. S.)

Decanus, Senior & Capitulum Archiepiſcopatus ibidem.

Ad quæ memor mei officii Notariatus dictam proteſtationis ſchedulam publice prælegi, & in cætero factæ requiſitioni annui, meque ad eam paratum ac promtum declaravi. Huic negotio intererant præſentes Reverendi & Honeſti, Albinus Kirchdorff/ Vicarius & Subburſarius, & Andreas Haucken/ Cuſtos prædictæ Eccleſiæ Archiepiſcopalis, tanquam fide digni teſtes & ad id ſingularier rogati.

Quandoquidem ergo coram me infra nominato Notario & prædictis teſtibus hæc contradictio & proteſtatio ante memorato modo facta & peracta eſt, deſuper præſens hoc inſtrumentum merito confeci, ſcripſi atque ſubſcripſi, inſuper ſubſignavi, edidi, exhibui ad id ſingulariter requiſitus & rogatus.

(L. S.)

Theodorus Vosfeld,
Imp. auth. N. Mpr.

CXXXVII.

Kayſers Ferdinandi III. Protectorium, welches er dem Dom-Capitul zu Bremen An. 1652. ertheilet/ iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Cont. II. unter dem Hertzogthum Bremen befindlich/ pag. 456.

CXXXIIX.

Königlich Schwediſches Patent, daß denen Capitularen zu Bremen keine Gefälle und Intraden mehr abgefolget werden ſollen/ de Anno 1652. ſiehe loco antea citato, p. 457.

CXXXIX.

Königliche Schwediſche Proteſtation wider die von der Stadt Bremen geſuchte Admiſſion ins Reichs-Städtiſche Collegium, de Anno 1654. ſtehet loco ſupra allegato, p. 459.

CXL.

Kayſers Ferdinandi III. Mandatum an die Land-Stände der beyden Fürſtenthümer Bremen und Verden/ daß ſie an denen Hoſtilitäten der Cron Schweden wider die Stadt Bremen keinen Antheil nehmen ſollen/ de Anno 1654. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Contin. IV. unter der Stadt Bremen vorhanden/ p. 288.

CXLI.

Stadiſcher Receß und ausführlicher Vertrag zwiſchen der Cron Schweden und der Stadt Bremen/ nebſt Königs Caroli Guſtavi in Schweden und der Stadt Bremen Ratificationen/ de Anno 1654. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Parr. Spec. Continuat. II. unter dem Hertzogthum Bremen/ pag. 460.

CXLII.

Vertrag zwiſchen der Cron Schweden und der Stadt Bremen/ de Anno 1666. befindet ſich loco antea citato, pag. 466.

CXLIII.

Vergleichs-Puncta zwiſchen König Carolo XI. in Schweden/ als Hertzogen zu Bremen/ und der Stadt Hamburg/ wegen des Stader Zolles auffgerichtet/ Anno 1691. iſt loco ſupra allegato befindlich/ pag. 740.

Vom Teutſchen und Johanniter-Orden.

SPICILEGIUM ECCLESIASTICUM
des Teutschen
Reichs-Archivs.
Das Dritte Capitel/
Vom Teutschen und Johanniter-Orden.

I. Vom Teutschen Orden.

a) Käyser- und Königliche Privilegia, auch andere Documenta und Urkunden.

I.

Kurtzer Bericht von dem Ursprung/ Auffnehmen und Bestätigung des Ordens der Brüder vom Teutschen Hauß unser lieben Frauen zu Jerusalem.

IM Nahmen der Heiligen unzertheylten Dreyfaltigkeit/ GOttes des Vaters/ des Sohns/ und des Heiligen Geists/ sey Männiglich kund/ und zu wissen/ was massen sich erhoben hat/ und von weme/ und wann/ und wie der Orden des Spitals St. Marien des Teutschen Hauses von Jerusalem; Nach der Geburth unsers HErrn/ ein Tausend/ ein Hundert/ und Neuntzig Jahr/ zu den Zeiten/ da Ackhers von den Christen belagert/ und von den Händen der Ungläubigen mit GOttes Hülff wieder gewunnen ward/ waren zu derselben Zeit in dem Christlichen Heer etliche gute Leuth von Bremen und Liebeck/ die von wegen der Mildigkeit unsers HErren sich erbarmeten über die mannigfältige Gebrechen/ so die Krancken erlitten/ und fingen an obberührtes Spital unter einem Segel eines Schiffs/ so ein Kocke geheissen ist/ darinn sie die Krancken mit grosser Andacht unterbrachten. Dieser kleine Anfang erbarmte Herzog Friederichen von Schwaben/ so wohl auch andere grosse Herren/ deren Nahmen hernach geschrieben seind/ als nehmlich der Erbare Patriarche von Jerusalem/ und desselben Reichs König/ Heinrich/ und Herzog Heinrich von Braband/ welcher ein Haupt des Heers war/ und der Meister von dem Spital S. Joannis, und der Meister von dem Tempel/ die Ertz-Bischoffen/ und hohen Leuthe desselbigen Reichs; Mit welcher Rath vorgemelter Herzog von Schwaben seine Gesandten über Meer zu seinen Bruder Heinrich/ als damahls regierenden Römischen Käyser/ abfertigte/ daß er bey dem Pabst Celestino bemelts Spitals Bestätigung werben lassen wolte/ daß Sie nehmlich im Leben den Siechen des Spitals S. Joannis, in der Ritterschafft aber dem Orden des Tempels nachfolgen möchten/ und dieser beyden Orden leben/ auch ihr Freyheit ward demselben Spital von Gnad unsers HErrn/ und Mildigkeit des Pabsts gegeben und bestätigt; Diß Leben ist nit allein von den Menschen auf Erden/ sondern es ist auch von GOtt in dem Himmel bekräfftiget; denn wir lesen in den alten Büchern/ daß Abraham/ der Groß-Patriarcha, stritt für seinen Bruder Loth/ der gefangen war/ ihn auch mit streiten von der Gefängnüß erlösete/ an der Widerfarth begegnete Ihm Melchisedech

dech mit ſeinem Opfer / und offenbahret Ihme den H. Geiſt / wie derjenig / welcher die höchſte Statt in der Chriſtlichen Kirchen hat / ſich gegen der Ritterſchafft verhalten / und wie er Sie mit dem Seegen in der Beſchirmung der Kirchen mit ſonderlichen Gunſten empfahen / und die geiſtlichen Gaben des Ablaß / und Privilegien / und was weiters von guten Leuten gegeben wird / beſtättigen ſolle. Dieſe Ritterſchafft iſt auch die vorderiſte / die da gelobt hat / daß Sie GOttes und ſeines Creutzes Verſchmähung rechnen / und um das heilig Land / ſo der Chriſten ſeyn ſoll / die Heyden aber unter ſich bezwungen haben / ſtreitten wollen. S. Joannes ſahe auch in ſeiner Offenbahrung / daß ein neue Ritterſchafft von dem Himmel herab gienge; welches Geſicht uns bedeutet / daß die Chriſtliche Kirch Ritter haben ſolle / welcher Pflicht ſey / die Feind der Kirchen mit Gewalt zu vertreiben. Zu dieſem Gezeug nüß ſich wohl füget / daß zu Moyſes und Joſue Zeiten auch unter den Juden Ritter waren / welche da Streit verrichteten / die GOtt wohlgefielen / denn Sie haben die böſen und ungläubigen Menſchen / ſo das heilig Land beſeſſen / und nach Arth der Löwen eingenommen gehabt / biß auf den Grund ausgetilget. Der heilich David war ein König / welchen GOtt ſelbſt zu dem Reiche / wie auch zu einen groſſen Propheten erwehlet hatte / der hatte etliche unter ſeinen Dienern / deren Amt war / daß Sie allem ſeinen Leib verhüeten / und alle diejenige / ſo des Königs Haupt nachſtelleten / umbringen ſolten; welches ein Vorbedeutung war / daß GOtt der HErr / der ein Haupt der Kirchen iſt / auch bey dieſen jüngſten Zeiten Hüeter haben ſolle. Wir gedencken auch des löblichen Streits der Ritter / ſo die Machabæi genannt waren / was maſſen derſelbig GOtt angenehm und wohlgefällig war / welche von wegen ihres Eyfers / und Glaubens / mit den Heyden / ſo ſie Ihren GOtt zu verleugnen bezwingen wolten / kämpffeten / und ſie mit ſeiner Hülff dermaſſen vertilgeten / daß Sie die heiligen Oerther / ſo ſie verunreinigt hatten / wieder vereinigten / und den Frieden in ſelbigen Landen wiederum aufrichteten. Dieſen Streitten hat der hohe und Ritterliche Orden des Spitals S. Mariæ von dem Teutſchen Hauſe treulich nachgefolgt / und dadurch verdienet / daß Er mit vielen anſehnlichen Gliedern iſt gezieret worden; Denn ſie ſind erwehlte ſtreitbahre Ritter / die aus Liebe Ihrer Pflicht und des geliebten Vaterlands die Feind mit ſtarcker Hand vertilgen / und aus überflieſſiger Liebe die Frembden und Pilgrim / wie auch die armen Leuth aufnehmen / und den Siechen / ſo in dem Spitale liegen / aus Mildigkeit mit einem brennenden Eyfer dienen. Unter dieſen Gliedern ſeind auch Prieſter / welche einen würdigen Stand haben / daß Sie in der Zeit des Friedens die Lay-Brüder ermahnen ſollen / daß ſie ihre Regel veſt halten: daneben aber ihnen den GOttesdienſt verrichten / und die heiligen Sacramenta reichen ſollen; wofern man aber ſtreiten ſoll / ſo ſollen Sie die Brüder zum Streit ſtärcken und ermahnen / daß GOtt auch den Tod vor ſie am Creutz gelitten; Alſo ſollen Sie bewahren beede / Geſunde und Krancke / und Ihren Dienſt verrichten in Sanfftmüthigkeit. Derowegen die Päbſt / Römiſche Käyſer und König dieſen Orden / ſo ſich zu Nutz und Aufnehmen der Heil. Chriſtlichen Catholiſchen Kirchen anerbeut / mit frölichen Augen angeſehen / denſelben erleuchtet / beſtätigt / und mit mancherley Freyheiten und Privilegien begabt / allerhand Immunitatibus, Beneficiis und Prærogativis decoriret und dotiret / in demſelben die Ordens-Verwandte mit herrlichen Elogiis, als Athletas Dei in obſequio Crucifixi ferventes & robuſtos, Nominis Chriſtiani & Eccleſiæ Catholicæ pugiles, plantulam & facturam Imperatorum, Milites JEſu Chriſti, in ſangvine glorioſi martyrii ſtrenue dimicantes pro Romano Imperio, & pro Domo Iſrahel ſe murum exponere non reformidantes, & in proprio ſangvine pallia ſua rubicantes, und dergleichen mehr ſtattlichen Encomiis und Inſcriptionibus intituliret haben.

II.

Privilegium, welches Käyſer Fridericus II. dem Teutſchen Orden Anno 1221. ertheilet / ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Teutſchen Orden / p. 3.

III.

Hertzogs Conradi in Maſovien Donation einiger Landſchafften in Preuſſen / an Biſchoff Chriſtianum in Preuſſen / ſo hernach an den Teutſchen Orden kommen / de Anno 1222.

EGo Conradus, Dux Maſſoviæ & Cujaviæ, notum facio omnibus fidelibus, tam præſentibus quam futuris, quod venerabili Domino Chriſtiano, Epiſcopo Pruſſiæ primo, & ſuis ſucceſſoribus; pro eo, quod H. Ducem Sileſiæ L. L. Uratislavienſem L. L. Lubecenſem Epiſcopos cruce

cruce ſignatos, & eorum Barones, cæterosque cruce ſignatos, verſus Pruſſiam, ad petitionem meam meorumque Baronum, Caſtrum Culmen, per multos annos a Prutenis deſtructum, & totaliter deſolatum reædificare, cum ejus bona voluntate permiſit; partem prædicti Culmenſis territorii, quondam caſtra Graudenz, Wabsko, Koprinen, Willisas, Colno, Ruch, Ryſin, Glambocki, Turne, Pin, Ploch, cum omnibus eorum villis & attinentiis, cum utilitate libera, & cum jure Ducali, in remiſſionem peccatorum meorum liberrime donavi. Dedi etiam ſibi in eodem Dominio Culmenſi centum villas ac poſſeſſiones & hæreditates, cum earum attinentiis, jure prædictorum caſtrorum, quarum poſſeſſionum & villarum, villas iſtas ad præſens confero, videlicet, Coſelko, Naorſine, Mirſche, Harneſe, Volmuno, Oſtromeres, & omnes villas, quas Comeſyro circa Colmen habuit, Samko-lenis, Croſcino, Paſceno, Wezwino, Wnyslau, Benkono, Glonino, (Glomno,) Polanſche, Nenaugenitz, Nedalino, Grobno, Tuſeph, Kelz, Dambenz, Selnovis, Poſtolzo, Pomzino, Duc, Pojeſib, Ceredche, Unizhe, Parchenne, Gelencz, Gleſzowar, Oſtrowich, omnesque hæreditates meas, circa Loram, cum earum attinentiis, usque ad centum hæreditates in Culmenſi terra, cum omni libertate contuli. Ut autem prædicti Epiſcopi Pruſſiæ, ad reædificandum Caſtrum Culmen, bona voluntas ac conſenſus accederet, Reverendus Dominus Glechko, Epiſcopus Plocenſis, cum ſuo Capitulo de Tarnavvo & Papavvo, & de omnibus villis & poſſeſſionibus, & de omni jure, tam ſpirituali, quam temporali, quod idem Epiſcopus & ſuum Capitulum in prædicto Culmenſi Dominio olim habuerunt, videlicet ab eo loco, ubi Drevanza de Pruſſia egreditur, juxta terminos Pruſſiæ in Oſſam, & ſic inferius per Oſſam in Viſtam, & ſic per Viſtam ſurſum ad Drewanzam, & ſic per Drewanzam ſurſum ad locum, ubi Drevanza egreditur de Pruſſia, ad Epiſcopatum ſæpe dicti Epiſcopi, reſignarunt.

Præterea autem in Caſtro Culmenſi Curiam propriam, & quicquid ad Dominium Culmenſis Territorii pertinet, exceptis bonis prædictis, quæ ſupra dictus Epiſcopus Pruſſiæ ibi habet, aut impoſterum, quocunque juſto titulo aut emptione, aut fidelium donatione habiturus eſt; quicunque Terram Culmenſem habuerit, omnes proventus ipſius Terræ cum Epiſcopo Pruſſiæ dimidiabit. Inſuper decimam temporalium, de parte ſua, Epiſcopo Pruſſiæ dabit, excepto Duce Sileſiæ H. qui faciet cum Epiſcopo, ſecundum quod iis duobus viſum fuerit expedire. Ne itaque mea & ſupradicti Epiſcopi Plocenſis & ſui Capituli donatio impoſterum, quod abſit, duci poſſit in irritum, ipſam præſentis ſcripti atteſtationem tam mei ſigilli, quam etiam Plocenſis Epiſcopi & ſui Capituli, nec non Illuſtrium Ducum L. L. Poloniæ & H. Ducis Sileſiæ, & venerabilium Patrum V. Gnesnenſis Archiepiſc. conſentient. J. Cracovienſ. P. Pozonanſ. V. Wratislavienſ. L. Lubecenſ. M. Cujaviæ, eorum ſigillorum impreſſione, dignum duxi roborare; Imo & aliis teſtibus ſubnotatis, Gothardo, Cancellario Mazoviæ, Nicolao, Cancellario Cracoum. Arnoldo, Mazoviæ, Marco, Cracoum, Jacobo, Sandomiriæ, Birſcone, Wratislaviæ Palatinorum. Paccoslao, Cracoum, Miſtvvino, Sandomiri, Oſtaſio, Wisliciæ, Clemente Plocinenſ. Theodoro, Cruſivic. Stephano Poleslav. Petriconæ, Lenciniæ, Caſtellanorum. Acta ſunt hæc in Lonys, Anno ab incarnatione M. CC. XXII. Nonis Auguſti, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

IV.

Käyſers Friderici II. Conceſſion, daß Hermannus, Meiſter Teutſchen Ordens / das Ihm und ſeinen Ordens-Brüdern von Hertzog Conrado in Maſovien einzuräumende Land einnehmen / auch alles / was er von den unglaubigen Preuſſen erobern / als Reichs-Lande unter Käyſerlichem Schutze beſitzen möge / de Anno 1226.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

FRidericus II. Divina clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Iheruſalem & Siciliæ Rex. Ad hoc Deus Imperium noſtrum præ Regibus Orbis Terræ ſublime conſtituit, & per diverſa Mundi Climata noſtræ ditionis terminos ampliavit, ut ad magnificandum in ſeculis nomen ejus, & fidem in gentibus propagandam, prout ad prædicationem Evangelii Sacrum Romanum Imperium præparavit, ſollicitudinis noſtræ cura verſetur, ut non minus ad depreſſionem, quam ad converſionem gentium intendamus, illius proviſionis gratiam indulgentes, per quam viri Catholici, pro ſubjugandis Barbaris nationibus, & divino cultui reformandis, inſtantiam diuturni laboris aſſumant, & tam res, quam perſonas, indeficienter exponant; Hinc eſt igitur, quæ præſentis ſcripti ſerie notum fieri volumus modernis Imperii,

& poſteris univerſis, qualiter Frater Hermannus, Sacræ domus Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum in Hieruſalem venerabilis Magiſter, fidelis noſter, devotam ſui animi voluntatem attentius reſerando propoſuit coram nobis, quod devotus noſter Conradus, Dux Mazoviæ & Cujaviæ promiſit & obtulit ei providere, & Fratribus ſuis, de Terra, quæ vocatur Culmen, & in alia Terra, inter Marchiam ſuam videlicet, & Confinia Prutenorum, ita quidem, ut laborem aſſumerent, & inſiſterent opportune ad ingrediendum, & obtinuendum Terram Pruſſiæ ad honorem, & gloriam veri Dei, quam promiſſionem recepiſſe diſtulerat, & Celſitudinem noſtram ſuppliciter implorabat, quod ſi dignaremur annuere votis ſuis, ut autoritate noſtra fretus inciperet aggredi & proſequi tantum opus, & ut noſtra ſibi & Domui ſuæ conceederet & confirmaret Serenitas, tam terram, quam prædictus Dux donare debebat, quam totam terram, quæ in partibus Pruſſiæ, per eorum inſtantiam fuerit acquiſita, & inſuper Domum ſuam immunitatibus, libertatibus & aliis conceſſionibus, quas de dono Terræ Ducis præfati, & de Pruſſiæ conquiſitione petebat, noſtræ munificentiæ privilegio muniremus, ipſe oblatum donum dicti Ducis reciperet, & ad ingreſſum & conquiſitionem terræ continuis & indefeſſis laboribus bona Domus exponeret & perſonas. Nos igitur attendentes promptam & expoſitam devotionem ejusdem Magiſtri, qua pro terra ipſa ſuæ Domui acquirenda fervens in Domino æſtuabat, & quæ terra ipſa ſub Monarchia Imperii eſt contenta, confidentes quoque de prudentia Magiſtri ejusdem, quod homo ſit potens opere & ſermone, & per ſuam & ſuorum fratrum inſtantiam potenter incipiet, & conquiſitionem terræ viriliter proſequetur, nec deſiſtet inutiliter ab inceptis, quemadmodum plures multis laboribus in eodem negotio fruſtra tentatis, cum viderentur proficere, defecerunt, autoritatem eidem Magiſtro conceſſimus, terram Pruſſiæ cum viribus Domus, & totis conatibus invadendi, concedentes & confirmantes eidem Magiſtro, ſucceſſoribus ejus & Domui ſuæ in perpetuum, tam prædictam Terram, quam a præſcripto Duce recipiet, ut promiſit, & quamcunque aliam dabit, nec non totam Terram, quam in partibus Pruſſiæ conquiret, Domino favente, velut vetus & debitum Jus Imperii, in montibus, planitie, fluminibus, nemoribus, & in mari, ut eam liberam ab omni ſervitio & exactione teneant, & immunem, & nulli reſpondere proinde teneantur. Liceat inſuper eis de conceſſione noſtra per totam terram conquiſitionis eorum ſicut acquiſita, per eos & acquirenda fuerit, ad commoda Domus, paſſagia, & theolonea ordinare, nundinas & fora ſtatuere, monetam cudere, talliam & alia jura taxare, directuram per terram in fluminibus & in mari, ſicut utile viderint, ſtabilire, fodinas, mineras auri, argenti, ferri ac aliorum metallorum, ac ſalis, quæ fuerint & invenientur in ipſis Terris, poſſidere perenniter & habere. Concedimus inſuper eis Judices & Rectores creare, qui ſubjectum ſibi populum, tam eos videlicet, qui converſi ſunt, quam omnes alios in ſua ſuperſtitione degentes, juſte regant & dirigant, & in exceſſus maleficiorum animadvertant & puniant, ſecundum quod Ordo exegerit æquitatis. Præterea civiles & criminales cauſas audiant & dirimant, ſecundum calculum rationis. Adjicimus inſuper ex gratia noſtra, quod idem Magiſter & ſucceſſores ſui Jurisdictionem & poteſtatem illam habeant & exerceant, in terris ſuis, quam aliquis Princeps Imperii melius habere dinoſcitur in terra ſua, quam habet, ut bonos uſus & conſvetudines ponant, aſſiſias faciant & ſtatuta, quibus & fides credentium roboretur, & omnes eorum ſubditi pace tranquilla gaudeant & utantur. Cæterum autoritate præſentis Privilegii prohibemus, ut nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Miniſterialis, Scultetus, Advocatus, nullave perſona ſublimis, vel humilis, Eccleſiaſtica vel mundana, contra præſentis conceſſionis & confirmationis noſtræ paginam audeat aliquid attentare, quod qui præſumpſerit, pœnam mille librarum auri ſe noverit incurſurum, quarum medietas Cameræ noſtræ, reliqua paſſis injuriam perſolvetur. Ad hujus itaque conceſſionis & confirmationis noſtræ memoriam & ſtabilem firmitatem, præſens privilegium fieri, & Bulla aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Magdeburgenſis, Ravennenſis, Turen. Panormitanus & Reginus Archiepiſcopi, Bononienſis, Ariminenſis, Ceſanus, Mantuanus & Tortoſanus Epiſcopi, Saxoniæ & Spoleti Duces, Marchio de Monte Ferrato, Salingirra de Ferraria, Henricus de Schvvartzburg, Güntherus de Keverenburg, Wuernherus de Kyburg, Albertus de Habsburg, Ludovicus & Hermannus de Froburg, & Thomaſi is de Acerris Comites, Albertus de Arnſtein, Gotfridus de Hohenloe, Rucardus, Marſcalcus, & Riccardus, Camerarius Imperialis Aulæ, & alii quam plures. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis milleſimo, ducenteſimo, viceſimo ſexto, Menſe Martii, decima quarta Indictione, imperante Domino Friderico, Dei gratia Sereniſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem & Siciliæ Rege, Romani Imperii ejus Anno ſexto, Regni Hyeroſolimitani primo, Regni vero Siciliæ vigeſimo ſexto, feliciter amen. Dat. Ariminæ, Anno, menſe & indictione præſcriptis.

V.

Donation Hertzog Conrads von Maſovien und Cujavien ſeiner Landſchafft Culm an den Teutſchen Orden/ de Anno 1230. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unterm Teutſchen Orden/** pag. 4. **vorhanden.**

VI.

Biſchoffs Chriſtiani in Preuſſen Diploma Ceſſionis alles desjenigen an den Teutſchen Orden/ was ihm von Hertzog Conrado von Maſovien geſchencket worden/ und was deme mehr anhängig/ de Anno 1230. **befindet ſich** loco antea citat. pag. 5.

VII.

Pfaltzgraffs Rudolphi bey Rhein und Hertzogs in Bayern Privilegium vor die in ſeinen Landen befindliche Häuſer des Teutſchen Ordens zu Aichach und Plommenthal/ de Anno 1296.

NOs Rudolphus, Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, notum facimus præſentium inſpecturis univerſis, quod, cum religioni favor multus & benevolentia debeatur viris religioſis, Fratri Ditrico, Commendatori, & univerſitati Fratrum Ordinis Teutonicarum domorum in Aichach & Plommenthall, quarum una dependet ab altera, ut liberius & quietius Domino valeant famulari, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, in animæ noſtræ & progenitorum noſtrorum remedium, & contemplatione ejusdem Commendatoris, qui ſe nobis ſemper promptum exhibuit & devotum, ut devotioni ſuæ in aliquo concurramus, ex gratia & munificentia ſpeciali in perpetuum conceſſimus, & concedimus, ut ipſi Fratres homines, ſive eis, ſive quibuscunque aliis attineant, bona eorum ubicunque in Domino ſita excolentes, ſive in eis habentes manſionem continuam, ex quibuscunque culpis plenam poteſtatem habeant judicandi, exceptis furto, homicidio, & oppreſſione mulierum, quæ Notunffte vulgo dicitur, quando cum illis ad mortem fuerit procedendum, nec aliquis judicum noſtrorum, præterquam in tribus præmiſſis articulis ad bona delinquentium mittat manus, ut ad ipſos homines judicandos. Hujus rei teſtes ſunt vir honorabilis, dilectus familiaris noſter, Conradus, Decanus Ratisbonenſis Eccleſiæ, dilecti fideles noſtri, Conradus de Wildenrode, Marſcalcus noſter, Englſchalcus, Filius ſuus, Conradus de Haldeneckh, Conradus de Eglingen, Henricus de Eiſolsriede, Ditricus de Aikoldinge, Henricus de Hochenvels, Ludovicus, Pincerna de Avve, Ulricus Judmannus, Conradus de Sachſenhauſen, Gothardus de Curia, & complures alii fide digni, in cujus rei teſtimonium præſentes damus noſtri ſigilli robore communitas. Datum in Elwang Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo ſexto, quarto nonas Julii.

IIX.

Derer Pfaltzgrafen bey Rhein/ Rudolphs und Ludwigs/ Privilegium vor die in ihren Landen befindliche Häuſer des Teutſchen Ordens zu Aichach und Plommenthal/ de Anno 1307.

WIr Rudolph und Ludwig/ von GOttes Gnaden Pfaltzgrafen bey dem Reine/ und Hertzogen zue Bayern/ thuen kund allen den/ die dieſen Brieff anſehend und hörend leſen.

Wan man geiſtlicher Ordnung das ſchuldig iſt/ das man ihr durch GOtt güettlich und genädigklich thue/ haben Wür den geiſtlichen Leithen/ Brüeder Dietrichen dem Commenthur/ und der Gemein der Brüeder des Teutſchen Ordens/ der Häuſer zue Aichach und zue Plommenthal/ der ains zue dem andern gehöret/ daß auch ſie deſto freylicher und ruhelicher unſeren Herren gedienen mögen/ für ſich und ihr Nachkommen zue Hilffe/ und zue Troſt unſer/ und unſer Foedern Seele/ und durch deſſelbigen Brueder Dietrichs treuen Dienſtes willen/ den er Uns her/ und unſerm Vattern/ deme GOtt genade/ mit Treuen gethan hat/ und noch thuen mag/ und ſonſten von beſondern Genaden ewigklichen verlichen/ und verleichen/ daß dieſelbe Brüeder und ihr Nachkommen/ für baß über ihr Leuthe/ die auf ihren Guette ſitzen und Wohnung haben/ ſie ſeyn ihr oder nicht/ und bauen ihr Gueth/ oder wohnen ſonſten auf ihren Gueth/ wa es in unſerm Lande

und

und Gerichte leith/ mit Hauſe und mit allerley Wohnunge/ vollen Gewalt zue richten haben/ umb alle Sache/ ohn umb die drey Sache/ die an das Leben gehend/ das iſt/ umb Diebe/ Todſchläge/ und Nottunffte/ und ſoll auch kein unſer Amtmann und Richter umb kein ander Sache oder Schulde/ dann umb die drey Sache/ die vorgenannt ſind/ an deren Gueth die Miſſethunt ſein Hand laſſen/ oder ſich keines Gueths unterwinden/ und nicht richten über der vorgenannten Brüeder Leith und Gueth/ ohn als vorgeſchrieben ſtehet. Dieſer Sachen ſeynd Gezeugen Heinrich der Probſt von Illmünſter/ unſer obriſter Schreiber/ Heinrich von Seveld der Edelmann/ Hatmar von Laber/ Heinrich von Ehrenvels/ Berthold von Rehlingen/ Albrecht der Judmann/ unſer Obriſt Marſchall/ Heinrich von Muer/ Hartmann von Hauſen/ und Weichnant Ereswenner/ unſer Vitzthumb/ und andre erbare Leith viel und genueg; Darüber zue Urkhunde geben Wür dieſen Brieff mit Unſerem Inſiegel verſigleten/ und iſt der geben zue Nürenberg/ da man zahlt von Chriſtes Geburth dreyzehen hundert Jahr und dem ſiebenden Jahr/ am Sanct Matthias Tag/ der ain zwölff Pothe iſt.

IX.

Käyſers Henrici VII. Privilegium, worinnen er dem Teutſchen Orden alles dasjenige confirmiret/ was er in Pommern und ſonſt rechtmäßig an ſich gebracht/ de Anno 1311. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unterm Teutſchen Orden/ pag. 5.

X.

Käyſers Ludovici Bavari Privilegium, ſo er dem Teutſchen Orden im Jahr 1337. ertheilet/ iſt loc. ant. citat. pag. 6. befindlich.

XI.

Ejusdem Mandatum an den Meiſter des Teutſchen Ordens/ Theodoricum von Altenburg/ und ſeine Ordens-Brüder/ daß ſie ſich/ wegen Anklage Königs Caſimiri, in Pohlen/ vor keinem geiſt- noch weltlichen Gerichte ſtellen/ ſondern es auff die Extremität ankommen laſſen ſollen/ de Anno 1338.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, magnæ Autoritatis Viro, Fratri Theodorico de Altenburg, Magiſtro Generali Ordinis Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Hieroſolymitani, Domus Theutonicorum, Principi ſuo, nec non ejusdem Ordinis Fratribus univerſis, devotis ſuis dilectis, gratiam ſuam, & omne bonum. Gravi ad Nos ſæpe quærela deduxiſtis, quod Kazimirus, qui ſe nominat Regem Poloniæ, cum auxilio Archiepiſcopi Gnetznenſis, & quorundam Epiſcoporum ſuffraganeorum ipſius, terras, quas a nobis & Imperio vobis collatas, & ab infidelibus proprii veſtri ſangvinis effuſione evictas absque quæſtione cujusliber, per longiora tempora pacifice poſſediſtis, cum exercitu armatorum, nulla cauſa diſcordiæ inter Vos & ipſum mota, & absque diffidatione & rationabili cauſa violenter invaſit, & per graviſſimas cædes hominum, diverſas deprædationes, & incendia multiplicia Eccleſiarum & poſſeſſionum, cum auxilio infidelium ipſi aſſociantium ipſas devaſtant, præcipue eo tempore, quando ad laudem Dei, & utilitatem Chriſtianitatis, cum grandi veſtro exercitu, & pluribus gentibus veſtris contra infideles, multis vos ſubmittendo periculis proceſſiſtis. Inſuper intelleximus & ad Nos a pluribus fide dignis ſæpius eſt delatum, quod prædicti, Kazimirus de Polonia, Archiepiſcopus & Epiſcopi, vos in Curia Romana ſuper prænotatis terris deferant minus juſte, de vobis graviter conquerendo. Et quod ſpecialiter nominatus Kazimirus ſuper Terris vobis, & Ordini veſtro ab Imperatoribus & Regibus, Prædeceſſoribus noſtris, collatis & donatis, & autoritate ſummorum Pontificum ac Imperatorum & Regum legitime confirmatis, & per tempora longiora per Vos poſſeſſis pacifice, trahat in cauſam, & tam in judicio ſpirituali, quam extra, vobis inferat plurimas quæſtiones; verum cum Ordo Veſter ſit a dictis Principibus, Imperatoribus & Regibus Romanorum, Prædeceſſoribus noſtris, fundatus, inſtitutus & dotatus, pro defenſione Imperii, & fidei Chriſtianæ, & nos & Imperium principaliter quæſtiones vobis motæ per prædictum Kazimirum ſuper terris Ordinis veſtri, ac vos, tanquam membra noſtra & Imperii tangere videantur, vos attente requirimus & monemus noſtræ gratiæ ſub obtentu, & nihilominus ſub pœna amiſſionis & privationis omnium terrarum, Jurium, Privilegiorum, gratiarum & libertatum, quæ a Nobis

bis & prædeceſſoribus noſtris, Imperatoribus & Regibus, Vobis & Ordini veſtro conceſſæ ſunt hactenus & indultæ, ne terras, poſſeſſiones, ac jurisdictiones ſic Vobis donatas & conceſſas, ad cujuspiam præceptum, ac mandatum, extra poteſtatem veſtram aliqualiter permittatis, aut ad citationem cujuspiam Judicis Eccleſiaſtici, vel ſecularis, ſuper ipſis de Vobis conquerentibus & cauſam moventibus ſeu movere volentibus compareatis, ſine noſtro conſenſu, aut juri aliqualiter pareatis. Cum principaliter defenſio earundem terrarum nobis competere dinoſcatur, Vos etiam exhortantes, quatenus mentes veſtras in virtute conſtantiæ roboretis, terras præmiſſas, in quarum acquiſitione Vos multis periculis ſubmiſiſtis, & ſangvinem proprium effudiſtis, ſub Majeſtatis noſtræ defenſionis Clypeo conſervetis, nec quorumvis timore, aut ſiniſtrarum fictione relationum, puritas veſtræ conſcientiæ terreatur, nam prompta & aperta eſt, præpotensque manus noſtra contra quoslibet terras veſtras invadentes, vel aliqualiter uſurpantes, Ordinem enim veſtrum, in quo virtutum Domino militatis, quem in Domo Domini prælucere conſpicimus, & univerſali fidei Chriſtianæ contra infideles ſalubriter providere tenerrime diligimus, & corde tenemus, circa ipſum & ſalubrem ejus ſtatum ſollicitudinis ſtudio continue vigilando. Datum Franckefurt, vigeſima ſecunda die menſis Julii, Anno Domini milleſimo, triconteſimo, trigeſimo octavo, Regni noſtri Anno vigeſimo quarto, Imperii Regni vero undecimo.

XII.

Des Römiſchen Königs Caroli IV. Confirmation des vom Käyſer Friderico II. dem Teutſchen Orden im Jahr 1221. ertheilten Privilegii, de Anno 1347.

Carolus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex &c. ad perpetuam rei memoriam: Conditiones perſonarum & hominum noſtræ mentis oculis intuemur, & ſolicita meditatione penſamus; Id noſtræ conſiderationi neceſſitate occurrit, quod hi præ cæteris ſunt uberioris gratiæ munere proſequendi, qui blandimenta, commoda & honores hujus ſeculi reſpuentes, devote ſe Dei ſervitiis dedicarunt. Sane ad noſtræ Majeſtatis accedentes præſentiam, Venerabiles, Walframus de Nellenburg, Præceptor Alamaniæ, & Bertholdus, Burggravius de Nurmberg, Provincialis Franconiæ, Fratres Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Ieroſolymitanæ, Domus Teutonicæ, exhibuerunt nobis quoddam Privilegium divinæ memoriæ Friderici II. Romanorum Imperatoris, prædeceſſoris noſtri, culmini noſtro humiliter ſupplicantes, quatenus idem Privilegium de verbo ad verbum approbare, ratificare & confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cujus quidem Privilegii per omnia dignoſcitur eſſe tenor talis:

Inſeratur Privileg. Friderici II. Imperatoris, de Ao. 1221. quod ſupra ſub Num. II. exſtat.

Nos conſiderantes ſinceræ devotionis fervorem & puræ fidei immotam conſtantiam, quam tam Præceptor & Provincialis prædicti, & prædeceſſores eorum, quam ordo ipſe domus Theutonicæ ad Sacrum Romanum Imperium ſemper geſſiſſe & gerere ferventi deſiderio dignoſcuntur: Supplicationibus quoque Præceptoris & Provincialis prædictorum favorabiliter annuentes, dicti Friderici Imperatoris præfatum Privilegium, prout de verbo ad verbum præſentibus eſt inſertum, prædictis Fratribus, ac ipſi domui Theutonicæ, ac univerſis, & ſingulis eorum confratribus, aut confraternitatem cum eis habentibus, nec non univerſa & ſingula Privilegia, Jura, libertates, immunitates, donationes, largitiones, conceſſiones & gratias, bonas inſuper conſvetudines, quæ a Nobis vel aliis Romanorum Principibus, Regibus, ſeu Imperatoribus, prædeceſſoribus noſtris, hactenus habuerunt, poſſederunt, vel obtinuerunt, vel quæ in præſentiarum poſſident, habent, vel obtinent, aut quibus uſi fuerunt, approbamus, ratificamus, ac de noſtra certa ſcientia præſentis ſcripti Patrocinio confirmamus, & de novo concedimus, & innovamus, de noſtræ Regiæ plenitudine poteſtatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis, ac & de novo conceſſionis paginam infringere, aut ei auſu temerario contraire, contrarium facientes, gravem noſtræ Majeſtatis indignationem, & pœnam centum librarum auri puri, quarum medietatem fiſco noſtro, reliquam vero medietatem paſſis injuriam applicari volumus, ſe noverint incurſuros, in cujus rei Teſtimonium præſentes ſcribi & Sigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum in Nürmberg, 14. Calendarum Decembris, Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, Indictione decima quinta, Regnorum noſtrorum Anno ſecundo.

Et Ego Nicolaus, Decanus Olomucenſ. Aulæ Regiæ Cancellarius, vice & nomine Reverendi Principis, Domini Gerlaci, Archiepiſcopi Moguntinenſis, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, recognovi.

XIII.

Ejusdem Privilegium vor den Teutſchen Orden/ de Anno 1347. iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unterm Teutſchen Orden/ p. 8. befindlich.

XIV.

Käyſers Caroli IV. Diploma, worinn er alle dem Teutſchen Orden ertheilte Privilegia, und inſonderheit Käyſers Friderici II. confirmiret/ de Anno 1354. iſt loco antea citat. p. 8. vorhanden.

XV.

Ejusdem Confirmation des Privilegii, ſo dem Teutſchen Orden von Käyſer Friderico II. gegeben worden/ de Anno 1355. ſiehe loc. antea cit. p. 10.

XVI.

Ejusdem Confirmation aller Privilegien des Teutſchen Ordens/ de Anno 1355. ſtehet loc. ſupra citat. p. 11.

XVII.

Ejusdem Privilegium, dem Teutſchen Orden wegen der Balleyen in Francken Anno 1355. ertheilet/ iſt loc. ſupra citat. p. 12. befindlich.

XIIX.

Ejusdem Confirmation über des Teutſchen Ordens Privilegien/ de Anno 1356. befindet ſich loc. ſupra cit. p. 12.

XIX.

Ejusdem dem Teutſchen Orden ertheiltes Privilegium, de Anno 1365. iſt loco ſupra alleg. p. 13. vorhanden.

XX.

Ejusdem Diploma, worinn er dem Teutſchen Orden ſeine Privilegia beſtätiget/ de Anno 1376. ſiehe loc. ſupra cit. p. 14.

XXI.

Ejusdem Confirmation des Privilegii, welches er dem Teutſchen Orden/ als Römiſcher König gegeben/ de Anno 1378. ſtehet loc. ſupra cit. p. 14.

XXII.

Käyſers Wenceslai Confirmation des von Käyſer Carolo IV. dem Teutſchen Orden ertheilten Privilegii, de Anno 1383. iſt loc. ſupra cit. p. 15. befindlich.

XXIII.

Ejusdem Confirmation derer dem Teutſchen Orden ertheilten Privilegien/ de Anno 1383. iſt loc. ſupra cit. p. 15. vorhanden.

XXIV.

Ejusdem Privilegium, ſo er dem Teutſchen Orden ertheilet/ de Anno 1389. befindet ſich loc. ſupra allegat. p. 16.

XXV.

XXV.

Ejusdem Privilegium vor den Teutſchen Orden/ de Anno 1398. ſiehe loco ſupra cit. p. 17.

XXVI.

Käyſers Ruperti dem Teutſchen Orden ertheiltes Privilegium, de Anno 1402. iſt loc. ſupra citat. p. 18. zu ſehen.

XXVII.

Ejusdem Diploma, worinn er dem Teutſchen Orden nicht allein ſeine Privilegia beſtätiget/ ſondern auch vermehret/ de Anno 1403. ſtehet loc. ſupra cit. p. 18.

XXIIX.

Friedens-Schluß zwiſchen König Wladislao in Polen/ und dem Hoch-Meiſter des Teutſchen Ordens in Preuſſen/ Herrn Conrado von Jungingen/ de Anno 1404.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

FRater Conradus de Jungingen, Magiſter generalis Ordinis Beatæ Mariæ, Hoſpitalis Ieroſolimitan. de domo Theuthonica: Univerſis, præſentibus & futuris, præſentium notitiam habituris, Salutem & rei geſtæ ad perpetuam memoriam cognoſcere veritatem. Cum auctor pacis, ad unitatis & pacis ſpiritum, ſuis rigoroſis mandatis quotidie Nos invitet; dignum arbitramur, ut inveteratæ diſplicentiæ, gverræ, & offenſæ, contra Sereniſſimum Principem & Dominum, D. Wladislaum, Regem Poloniæ, ſupremum Ducem Lithuaniæ, & hæredes Ruſſiæ, ſuosque progenitores, quo ad Terras Lithuaniæ & Ruſſiæ, per Nos, noſtrum quoque Ordinem, intuitu Orthodoxæ fidei, diutius exagitatæ, in pacem perpetuam, remiſſionem, & concordiam committentur. Hinc eſt, quod Nos de expreſſo conſenſu conpræceptorum noſtrorum, cum dicto Serenisſimo Domino Wladislao, anno, die, & loco infraſcriptis, certum terminum placitorum concorditer celebravimus: ſuper paee inter Nos & Terras Ordinis noſtri ex una: & ſupra dictum Dominum Regem & Terras ſuas, videlicet Lithuaniam & Ruſsiam, parte ab altera: facienda perpetuo & firmanda, variis præmiſſis tractatibus, tandem, ut ſequitur, concordavimus in hunc modum. Inprimis promiſimus, & præſentibus bona fide promittimus, quod ex nunc & in antea tenebimus pacem inviolabilem & concordiam cum ſupradicto Magnifico Domino Wladislao, Rege Poloniæ, ſuis Catholicis hæredibus, & ſucceſſoribus, ac Prælatis & Eccleſiis, omnibus quoque terris ſuis per Lithuaniam & Ruſsiam Terrarumque incolis perpetuis temporibus obſervare. Nec unquam volumus & debebimus, aliquam Ligam inire, aut facere, contra dictum Wladislaum, ſuos quoque Catholicos ſucceſſores Terrarum Lithuaniæ & Ruſſiæ, cum dominiis aut aliis hominibus, & rancore quolibet propoſito: Omnes & ſingulas injurias Nobis, & noſtris per ſe, vel per alios quomodolibet illatas, remittimus penitus & offenſas. Inſuper Limites, & terminos inter noſtros, & dicti Domini Regis Terras: videlicet Lithuaniæ & Ruſsiæ diſtingvi fecimus, & modis diſtingvimus infra ſcriptis. Inprimis incipiendo in quadam Inſula Savvin, dicta vulgariter, ſita in fluvio dicto Memla, habente in ſe Inſulam Romeyvveider: Quæ quidem Inſula tota apud Ordinem permanebit temporibus affuturis: ab hinc directe progrediendo ad fluvium dictum Norveſſe, in declivio ſeu villæ continuæ ſub ſylva dicta Heiligenwaldt: Abhinc dictum fluvium ſequendo in mediis fluctibus, usque ad Vyſuilten, aſcendendo ab hinc linealiter & directe eundo ad quendam lapidem magnum, dictum Roda, jacentem in fluvio dicto A. & Roda vulgariter nuncupatum, ab iſto lapide aſcendendo ſuper ſtagnum dictum Sinarden: ab hinc directe eundo, usque ad viam vulgariter nuncupatam, der Brengeliſche Weg/ ab hinc directe usque in Novehrithen, ab hinc linealiter procedendo verſus finem, ſeu aciem miricæ dictæ, vulgariter Heyde/ ad locum, ubi fons oritur, a dicto fontis ortu procedendo per directum in ſolitudinem quandam, communiter Wildnüſſe dictam: ubi fluvius Egloſſe ortum habet, ab hinc directe eundo, per medium dictæ ſolitudinis usque ad terminos & gades illorum, de Polskovv, & hi omnes termini ſiti ſunt verſus Livoniam, aſcendendo verſus Prusſiam, termini ſubſcripti, per dictum Ordinem perpetuo, ſine quolibet contradictionis obſtaculo, habebuntur: Incipienda a ſupradicta Inſula Savvin, indirectum pro-

procedendo, usque ad fluvium dictum Suppe, ab hinc procedendo ad locum ortus ſui, ab hinc progrediendo usque ad fluvium, qui effluit a lacu dicto Mothenſehe, & dicitur communiter Methensly, ab hinc per deſcenſum fluvii, usque in fluvium dictum Beber, deinde dictum fluvium ſequendo usque ad miliare prope fluvium, qui Nare dicitur, & ab hinc directe eundo, usque in dictum fluvium Nare. Cæterum pro Nobis, noſtro Ordine, omnibus noſtris Succeſſoribus, renunciamus omni impetitioni, & Juri, quæ in prædictis D. Regis Wladislai Terris, videlicet Lithuaniæ & Ruſſiæ ſitis, terminos ſuperius expreſſos verſus dictas Terras habuimus, vel habere videbamur: inſuper Terræ & dominia, de magno Nouohroden: qualitercunque ſive per Nos, noſtrum Ordinem: aut per ſupradictum Serenisſimum D. Wladislaum, aut per ſuos conjunctim & diviſim acquiſitæ fuerint: vel alias qualitercunque ad noſtrum Ordinem devenerint, easdem ac eadem dictus D. Rex obtinebit: nec unquam bona fide, quo minus easdem detineat, impediemus. Præterea volumus, quod homines ſæpe dicti D. Regis, & ſuorum Succeſſorum, in Terris Lithuaniæ & Ruſſiæ conſtituti, in omnibus Terris Ordinis mercari & negotiari libere valeant: absque teloneis aliisque exactionibus, quos etiam defendere tenebimur, ſicut noſtros, ſalvis tamen teloneis, ab olim inſtitutis, ac quibuslibet edictis noſtris æditis & ædendis in Terris Ordinis, quibus noſtri artantur, & dicti D. Regis, ſuorumque ſucceſſorum homines per Lithuniam & Ruſſiam ſunt artati. Item Ordine noſtro, in expeditione communi cum prænominato D. Rege, & ſuis ſucceſſoribus, & ipſorum hominibus, per Ruſſiam & Lithuaniam exiſtente, quotquot ipſi captivaverint, ſuos habeant ut captivos. Exceſſus quoque per dicti Domini Regis, ſuorumque ſucceſſorum homines in prædictis Terris, qualitercunque commiſſos, Capitaneus exercitus eorundem eosdem libere judicabit. Exceſſus vero communes per utriusque exercitus homines commiſſos, Capitanei utriusque exercitus ſimul & communiter judicabunt. Nullos inſuper armigeros, Dominos, milites, vaſallos, vel alterius cujuscunque generis homines, etiamſi Chriſti fideles fuerint: in damnum, ſeu præjudicium dicti Magnifici Domini Wladislai, aut ſuorum unquam per Terras noſtras, ſcienter ire permittemus: ſed impediemus & prohibebimus juxta poſſe.

Denique omnes proſcriptos, ſeu bannitos, de ſupra dictis Terris, præfati Domini Regis non recipiemus, ad Terras noſtras: maxime qui in ſui vindictam, homicidia vel incendia, ejusdem Domini Regis, vel ſuorum ſucceſſorum hominibus, in præmiſſis Terris Livoniæ comminantur & Ruſſiæ. Præterea per Terras dicti D. Regis, ſuorumque ſucceſſorum Catholicorum, videlicet Lithuaniæ & Ruſſiæ, contra quoscunque nunquam traducemus exercitum, aut traducere per quemcunque faciemus, niſi expreſſe fuerit de voluntate dicti D. Regis, ſuorumque ſucceſſorum: qua obtenta damnum nequaquam ipſis ac ipſorum hominibus inferemus. Præterea promittimus, quod nullos Fratres, & Conſangvineos ipſius D. Regis fugitivos, ſeu alios quoscunque erroneos, per quos D. Rex, & Regnum Poloniæ, ac Terra Lithuaniæ & Ruſſiæ poſſent moleſtari, durante pace, debebimus ad Terras noſtras recipere vel fovere. Omnia vero ſingula præmiſſa, in articulis præmiſſis, & eorum quolibet contenta, bona fide promittimus, pro Nobis, totoque Ordine noſtro, firmiter ac inviolabiliter obſervare; nec unquam contraveniemus, aut contraveniendi poteſtatem procurabimus per quoscunque, arte, ratione, ingenio, de jure, vel de facto: Conſilio, vel auxilio, publice vel occulte. In quorum omnium evidens teſtimonium, & fidem, de & ſuper omnibus præmiſſis, præſentes literas noſtri majoris Sigilli munimine mandavimus communiri. Datum in dicto fluvio Visla, prope Caſtrum Racyansz, Diœceſis Wladislavienſis, feria quinta proxima ante feſtum S. Trinitatis, Anno Domini M. CCCC. IIII. Harum rerum teſtes ſunt, Reverendi in Chriſto Patres & Domini, Dominus Arnoldus, Epiſcopus Culmenſis, & Dominus Johannes, Epiſcopus Pomezanien. ac honorabiles & Religioſi Viri, Fratres, Ordo & Commendatores.

XXIX.

Union und Bündniß zwiſchen König Henrico V. in Engelland / und dem Teutſchen Orden / de Anno 1410. iſt loc. ſupra cit. p. 19. befindlich.

XXX.

Ewiger Friede zwiſchen der Cron Polen / und deren Geiſt- und Weltlichen Ständen an einem; dann dem Teutſchen Orden am andern Theile / de Anno 1436. iſt loc. ſupra alleg. p. 23. vorhanden.

XXXI.

XXXI.

Königs Wladislai in Polen Revers, daß er vorherſtehenden mit dem Teutſchen Orden in Preuſſen getroffenen ewigen Frieden unverbrüchlich halten wolle / de Anno 1436.

WLADISLAVS, Dei gratia Rex Poloniæ, Lithuaniæque Princeps ſupremus, & hæres Ruſſiæ, &c.

Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis: Quod nunquam Nos aut Succeſſores noſtri, Magiſtro & Terris Ordinis guerras movebimus, aut bella; ſed pacem perpetuam & concordiam inter Nos, Regnum noſtrum, & adhærentes noſtros ab una: Magiſtrum, Ordinem, & ſuos adhærentes ab altera partibus, de Anno Domini milleſimo, quadringentiſimo, triceſimo ſexto, in vigilia Circumciſionis Domini, in Civitate noſtra Brzeſcie conceptam & firmatam, cuſtodiemus & ſervabimus inconcuſſe, in omnibus ſuis articulis atque punctis, promittentes, quod ſi Nos, vel Succeſſores noſtri, ſtante hujusmodi pace perpetua, Magiſtro, aut Terris Ordinis vellemus, aut conaremur hujusmodi guerras, aut bella movere, non debent nobis ſubditi noſtri conſentire, nec in hoc obedire aut parere: quinimò erunt ab omnibus noſtris Omagiis, juramentis & ſubjectionibus liberi & ſoluti, donec in hoc caſu Nos & Succeſſores noſtri ad obſervantiam pacis perpetuæ revertemur, quos in hujusmodi caſu abſolvimus, ab omnibus Omagiis, promiſſionibus, & juramentis nobis factis, ut præfertur, per præſentes, harum, quibus Sigillum noſtrum eſt appenſum, teſtimonio literarum. Datum in Brzescie, Diœceſis Wladislavienſ. Sabbato in vigilia Circumciſionis Domini, Anno ejusdem milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo ſexto. Præſentibus ibidem Reverendiſſimo & Reverendis in Chriſto Patribus, Dominis, Alberto, Dei gratia Sanctæ Gneſnenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo & Primate, Sbigneo, Cracovienſ. Wladislao, Wladislavienſ. Stanislao, Poſnanienſ. & Stanislao, Plocenſ. Epiſcopis: ac Magnificis, Nobilibus, & Strenuis, Nicolao de Michalow, Caſtellano & Capitaneo Cracovienſ. Johanne de Lubin, Breſtenſ. & Jarando, Juniwladislavienſ. Palatinis, ac aliis pluribus fide dignis.

(L.S.)

XXXII.

Commercien-Tractat zwiſchen König Henrico VI. in Engelland an einem; dann dem Teutſch-Meiſter / Herrn Paul Rußdorff in Preuſſen / und denen Hanſee-Städten andern Theils / de Anno 1437. ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Teutſchen Orden / p. 35.

XXXIII.

Beſchwerden derer Land-Stände / Städte und Unterthanen in Preuſſen / wider den Teutſchen Orden / de Anno 1440.

DAß erſtlich die Herren des Ordens einen neuen Zoll auffgerichtet haben zur lahmen Hand auf den Thamme / wider Willen und Conſens der Lande und Städte / zu mercklichem Beſchwer des gemeinen Mannes / und gegen allgemeine Freyheit des Landes.

Daß ſich die Herren des Ordens für dieſem öffters mit ausländiſchen Herren und Fürſten / als dem Könige zu Dennemarcken / Hertzogen zu Stolpe / dem Groß-Fürſten Switrigello / und mehr andern Litthauern und Reuſſen / verbunden / ohne der Lande und Städte Wiſſen und Willen / darüber das gantze Land in groſſen Schaden / in Krieg und mercklichen Verderb gerathen iſt.

Daß die Gebietiger den Hochmeiſter / Heinrich Reuß von Plawen / und ſeinen Vettern / den Compter zu Dantzig / ohne Mitwiſſen der Land und Städte / abgeſetzet / daher ſich nachmahls der Compter zu den Pohlen und Litthauern geſchlagen / und mehr Urſache dem Feinde gegeben / und ihn angereitzet / dieſe Lande mit Raub und Brand zu beſchädigen.

Item, quia nos pro bene gerendis rebus Dominiorum noſtrorum, in varia ſæpe loca & a Terris prædictis diſtantia, neceſſe eſt facere deſcenſum, ne igitur per noſtram abſentiam Terræ ipſæ aliquod contrahere poſſent periculum vel periclitationem: Nobiles viros pro illius tuitione & gubernatione, de eorum legalitate, fide & merito confiſi, ad noſtræ duntaxat beneplacitum voluntatis, at cum conſilio Prælatorum, Conſiliariorum, Civitatum Majorum prædicta Terræ, deputabimus, ad quos in noſtri abſentia ſuper quolibet defectu & eventu habeatur recurſus, providentia, proviſione & autoritate illorum ſupplendus & emendandus. Item Mercatoribus Terrarum prædictarum Pruſſiæ in Regnum, Ducatus & Dominia noſtra venientibus, hanc libertatem & prærogativam de cætero volumus conſervari, ut quoties illos in quæcunque loca, civitates & oppida Regni & Dominiorum noſtroium venire, cum mercibus eorum, cujuscunque ſpeciei vel materiæ exiſtant, contigerit; licitum erit eis, hujusmodi merces in loca, teſtudines & cameras & tecta, quarum illis libera præſtari debet arrendatio, deponere, & pro ſuo arbitrio exponere in venalitatem, ſtratasque omnes verſus Hungariam, Ruſſiam, Moraviam, Sileſiam, Auſtriam, Saxoniam, Wallachiam, depoſitis tamen teloneis, & ſtratis antiquis Civitatum Regni & Dominiorum noſtrorum ſemper ſalvis. Harum, quibus Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum, teſtimonio literarum. Actum Cracoviæ feria quarta Cinerum, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo quarto: Præſentibus ibidem Reverendiſſimis in Chriſto Patribus & Magnificis Dominis, Sbigneo, Dei gratia tituli S. Priſcæ presbytero Cardinale, & Epiſcopo Cracovienſi, Joanne, eadem gratia Sanctæ Gnesnenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, & Primate ejusdem: Joanne, Wladislavienſe, Andrea, Posnanienſe, eadem gratia Epiſcopis, Joanne de Cziszovv, Caſtellano & Capitaneo, Joanne de Tanszin, Palatino, Cracovienſibus, Luca de Gorka, Poznanienſe, Joanne de Oleſſnicza, Sandomirienſe, Petro de Opporovv, Lanczicienſi, Nicolao de Scharley, Breſtenſi, Palatinis: Petro de Schamotuli, Poznanienſi, Predborio de Konyeczpole, Sandomirienſi, Caſtellanis: Petro Schaffranyecz de Pyeſchkovvaſcala, Cracovienſi, Michaële de Laſotky, Lancicienſi, Succamerariis, & aliis quamplurimis generoſis & Nobilibus fide dignis, ad præmiſſa teſtibus. Datum per manus Magnificorum, Joannis de Konyeczpole, Cancellarii, & Petri de Sczekocziny, Vice-Cancellarii Regni Poloniæ, ſincere nobis dilectorum: Relatio Magnifici Joannis de Konyeczpole, Regni Poloniæ Cancellarii.

XXXIX.

Manifeſtum derer Einwohner in Preuſſen / warum ſie dem Teutſchen Orden Pflicht und Gehorſam aufgekündiget / und ſich unter die Cron Polen begeben / de Anno 1454.

IN nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Legum divinarum humanarumque ſaluberrimæ ſanctiones, inſtituta & decreta quoslibet feudales & ſubditos jugum ſubjectionis & obedientiæ permittunt excutere, & in ſortem regimenque juſtorum Dominorum ſe conferre, dum Rectorum & Principantium temeritas, frenis laxatis licentiæ, per quælibet devia & abrupta graditur, & manus non ſolum iniquas ad irrogandas injurias, ſedetiam ad effundendum ſangvinem innocentem cruentas immoderata audacia porrigens, quaſi apud Deum ultionum omnis vindictæ ratio conquieverit, debachatur. Sed neque ad culpam contumeliamque juſtus rerum æſtimator retorqueat, ſed potius ad providentiæ argumentum, ſi onere oppreſſionum ſubditi impulſi, opportuno juſtoque mutationis remedio, ſuperbum, injuſtum, atque avarum abrogent Imperium, & in ditionem poteſtatemque alterius transmigrent, conditione actionum & temporum facultatem illis ſubminiſtrante. Proinde nos Prælati, Barones, Militares, Nobiles, Cives, oppidani, & incolæ Terrarum Pruſſiæ, Chulmenſ. Pomeraniæ & Michalovienſ. Status Eccleſiaſtici & Seculares, ſignificamus tenore præſentium univerſis, tam præſentibus, quam futuris: Qualiter, etſi ſuperioribus temporibus Proavi, avi & genitores noſtri, & tandem nos, graves innumerabilesque à Magiſtro & ordine Pruſſiæ pertuliſſemus

mus oppreſſiones: Dum non ſolum Magiſter, ſed & ſui Commendatores, in nos deſæviendo, plerosque ex nobis, nullo jure ſervato, capitibus plecterent, alios proſcriberent, alios bonis temporalibus mulctarent: &, quod dictu quoque nefas eſt, conjuges & filias noſtratum ſtupris & adulteriis violentis vitiarent, in quosdam ex nobis, ut trucidaremur, ut venundaremur, caperemur & deportaremur, facultatem conferendo, totque cogebamur recognoſcere & profiteri dominos ſuperbe avareque nobis imperantes, quot Terra Pruſſiæ geſſit Commendatores, cum unusquisque illorum plenam principandi & imperandi apud ſe conſiſtere arbitrabatur poteſtatem. Qua quidem inflati licentia, obliti profeſſionis, quâ contra infideles militare ſpoponderant, nulla offenſa aut injuria provocati, in Reges Principesque Poloniæ, quorum beneficio accerſiti ad impugnationem infidelium dotatique & inſtituti fuerant, arma convertebant, fœdere primum cum Dn. Caſimiro, deinde cum Dn. Wladislao, Regibus Poloniæ, per illos quater firmato, & totiens violato, Regni Poloniæ Terras, niſi cladibus domiti fuiſſent, decreverant occupaſſe: cogentes nos ad gerendum ſecum injuſta bella, licet nobiscum nunquam rem integram communicati fuiſſent, cum illos ad illa obeunda, alienos fines occupandi, fames aut livor faſtusque, non juſta cauſa urgeret; in quibus clades, orbitates, fortunarumque & rerum noſtrarum periclitationes illic exceptas, tanto majore amaritudine proſequimur, quanto conſtat, nos imperio Præſidum noſtrorum coactos, non corporum ſolum & rerum, ſed etiam animarum noſtrarum per injuſtas acies ſæpius contraxiſſe diſcrimen, & capitibus noſtris omne ſcelus injuſti belli expiaſſe, Magiſtro & Ordine noſtras clades magis ex arce ſpectantibus, quam revelantibus. Verum cum tot mala nullo termino, aut ſpacio videremus finiri, atque nobis poſterisque noſtris majores calamitates, orbitates, Magiſtro & Ordine Pruſſiæ ad rumpendum, cum Rege & Regno Poloniæ fœdus percuſſum, ultimo corporali interpoſito juramento, à quo ſe abſolvi Concilii Generalis Baſilienſis & ſummi Pontificis auctoritate multiplici inſtantia expetebant, & bellum de novo gerendum aſpirante, parari. Ligam & unionem, omnem juſtitiam æquitatemque redolentem, non quæ illis juſtam poteſtatem adimeret, ſed quæ injuſta illos bella ſuſcipere, & in nos, absque jure, denudato vacuo uti mucrone, nosque fortunis & rebus ſpoliare noſtris prohiberet, inivimus: Hanc cum annis pluribus per nos, Magiſtri & Ordinis conſenſu, ac Imperialibus Privilegiis & confirmationibus deſuper dotati, habuiſſemus in uſu, obſervantia & praxi, tanto ardore, cura & ſollicitudine, pro illius perpetua abolitione certatim non erubuerunt inſiſtere, ut nos, velut ethnicos hæreticosque, coram ſummo Pontifice aſſererent, & deinde ad imperiale traherent tribunal, non quo per abrogationem violationemque hujusmodi noſtræ Unionis & Ligæ aliquid commodi, aut profectus capeſſerent, ſed ut eo liberius, obſtante illis nemine, exercenda bella Regi & Regno Poloniæ cæteris finitimis, noſtris tandem cervicibus, ut ſæpe alias accidebat, expienda, moverent. Licet autem coram Tribunali Cæſareo comparendi nulla nos arctaret conditio vel poteſtas, cum Imperiali ditioni nunquam nos remur ſubjectos eſſe; Ut tamen nihil reſtaret, quo noſtra argui poſſet juſtitia, & pura, quam in his ad pacem reconciliationemque cum Magiſtro & Ordine gerebamus, intentio accuſari, tribunal hujusmodi accesſimus, & anno prope uno exacto, cum perſonarum noſtrarum ampliſſimo diſcrimine, in quærelis, propoſitionibus & replicationibus verſati, licet cauſam pluribus juſtificationibus fundatam haberemus: Tantus tamen favor Magiſtro & Ordini in pronuncianda Imperiali ſententia habitus eſt, ut Liga & Unio noſtra hujusmodi, pro qua omne certamen fuit exortum, inhibitione Cæſaris per nos, tanquam jure arbitrario facta, rejecta caſſaretur. Magiſtro nihilominus & Ordine poſthæc inſtantibus, ut in ſexingentis florenorum millibus Magiſtro & Ordini obnoxii fuiſſe & fore, juxta ac ſi precio emti eſſemus, nova Cæſarea ſententia damnaremur: Vigore cujus ad trecentorum ex nobis principalium capitalem trucidationem proceſſuros ſe, & ultionem quamlibet in nobis, velut ſervis emptitiis & obnoxiis, ſumpturos terrore publico & clamore diſponebant. Quæ quidem Cæſarea ſententia, & ejusdem Magiſtri & Ordinis Pruſſiæ inſtantia, ultra quoque de nobis extendenda, adeo nobis indigna, prout erat, viſa eſt, ut non viris modo, ſed fœminis, non Catholicis, ſed Scythis fœdum ac intolerabile eſſet, ad tantam obnoxietatem calamitatemque detrudi.

Tot igitur & tantis pluribusque aliis, quas, ut noſtro conſulamus honori, ſilentii tegimus velamine, oppreſſionibus, oneribus, gravaminibus atque injuriis laceſſiti, præſertim cum illas videremus in infinitum trahi, & novo genere creſcere & augeri, avaro & injuſto præfati Magiſtri & Ordinis dominio, autoritate & ſuffragio naturalis & humanæ Legum, renunciavimus: omnem obedientiam, fidem & ſubjectionem illis & cuilibet eorum ſubtrahendo. Verum cum Regem & Coronam Poloniæ præfati Ordi-

nis Patronum, fundatorem & dotatorem: Ac Terras prædictas, videlicet Pruſſiæ, Culmen. Pomeraniæ & Michalovien. a corpore & proprietate Regni Poloniæ præter juſtitiam & æquitatem per vim & arma alienatas, conſtat extitiſſe, priſco noſtro capiti & primævo corpori, a quo excideramus, poſtquam juris noſtri eſſe cœpimus, illico nos reuniendos reintegrandosque cenſuimus: quo amplius liquere poſſit, renunciationem & ſubtractionem obedientiæ Magiſtro & Ordini, excutiendo tyrannicum jugum & ſuperbum avarumque præſidium, per nos factam, non ſolum vendicationem libertatis, ſed juſtum Principatum, Imperium & Solium quæſiviſſe. In hunc itaque morem ad Sereniſſimum Principem, D. Caſimirum, Dei gratia Poloniæ Regem, Magnum Ducem Lithuaniæ & Hæredem Ruſſiæ, & Coronam Poloniæ, in quos jure divino & humano præfatarum Terrarum hæreditatem & omnimodam ſucceſſionem comperimus devolutam, ſolennes noſtros nuncios, videlicet Magnificos, Nobiles & Prudentes Dominos, Joannem de Bayzen, Auguſtinum de Schewe, milites: Gabrielem de Bayzen, Nicolaum de Wolkow, Judicem Derſchovienſem, Laurentium Czeitz, Culmen. Rudgerum de Bircken, Thorunen. Laurentium Pilgrim, Elbingen. Proconſules: Joannem Kal, Brunsbergen. Georgium Schwach, Königsbergenſem, Nicolaum Rodman de Kniphoff, Guilhelmum Jordan, militem, & Joannem Meydeburg, Gedanenſem, Conſules, cum plena facultate transmiſimus, ac ſuæ Majeſtati, & in ſuum Regalem thronum, ſolium, ditionem & poteſtatem Terras prædictas Pruſſiæ, Culmenſem, Pomeraniæ, & Michalovienſem, & quascunque alias annexas, in terra vel mari conſiſtentes, perſonas noſtras, caſtra, fortalitia, civitates, oppida, villas, res & fortunas noſtras, quæ hactenus in noſtra poteſtate ſunt, & in futurum erunt, dedimus & ſubjecimus, & præſentibus voluntarie & ſpontanee damus perpetuo & ſubjicimus. Ipſumque D. Caſimirum, Regem Poloniæ, pro unico, juſto, ac legitimo Domino & hærede ſuſcipimus, recipimus & acceptamus, ac nos & Terras prædictas in jus, ſortem, proprietatem & titulum Coronæ Poloniæ reintegramus, reunimus, incorporamus & inviſceramus. Omnium privilegiorum, libertatum, prærogativarum Regni Poloniæ uſum & participationem: Et ſignanter communem cum aliis Regnicolis futurorum Regum Electionem & coronationem habituri: Ipſamque deditionem, ſubjectionem, ſuſceptionem & obedientiam iterum atque iterum profitemur, & innovamus: Subjicientes nos Terrasque prædictas in perpetuam præfati D. Regis & ſuorum ſucceſſorum, & Regni Poloniæ ditionem, gubernationem, protectionem, poteſtatem, fidem, imperium & regimen: Promittentes pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, ſub fide & honore ac onere per nos præſtiti juramenti, quod præfato illuſtriſſimo Principi, D. Caſimiro, Poloniæ Regi, & ejus ſucceſſoribus, Regibus Poloniæ, velut fideles & ſubjecti, quemadmodum cæteri ejusdem Regni incolæ, parebimus, auſcultabimus, & obediemus, fideliter & conſtanter; perpetuo & in ævum juribus noſtris ſemper ſalvis: In ipſiusque D. Regis & ſuorum ſucceſſorum, Poloniæ Regum, ditione, poteſtate, gubernatione, ſubjectione, imperio & regimine ab hac hora & in perpetuum perdurabimus & conſiſtemus, nec ullo tempore nos a Corona Poloniæ, cujus ſumus corpus individuum, ſcindi & ſequeſtrari, aut alienari permittemus, aut conſentiemus; Promittentes præfato D. Caſimiro, Regi, & ſucceſſoribus ſuis, Regibus Poloniæ, in omnibus felicibus, adverſis & quibuscunque caſibus, ope, præſidio, conſilio & auxilio, fideliter contra quoscunque eorum hoſtes & adverſarios & quascunque perſonas Eccleſiaſticas & Seculares, quacunque præfulgeant dignitate, communitates, univerſitates, & ſignanter contra Magiſtrum & Ordinem quondam Pruſſiæ, Almaniæ & Livoniæ, fideliter corpore, animo & rebus & cum effectu aſſiſtere, & bonum, utile, commodum, honeſtum, ejusdem D. Caſimiri, Regis, & ſuorum ſucceſſorum, Regum Poloniæ, juxta vires & potentias noſtras extremas, efficere, dirigere, & procurare: nec unquam quocunque colore, arte, neceſſitate, caſu, opportunitate, vel ingenio, præfatum D. Caſimirum, Regem, & ſuos ſucceſſores, Reges & coronam Poloniæ deſerere, aut in præjudicium, læſionem, aut offenſam præſentis ſubjectionis & deditionis noſtræ, cum Magiſtro & Ordine olim Pruſſiæ, & Magiſtris Almaniæ & Livoniæ aliquos tractatus, reconciliationes, inſcriptiones, amicitias, fœdera, colloquia, vel ſermones, absque ejusdem D. Caſimiri, Regis Poloniæ, ſpeciali licentia, vel conſenſu inire, per ſe, vel quascunque ſubmiſſas perſonas, directe, vel indirecte, palam vel clandeſtine, absque dolo & fraude, ſub fide & honore. Cui quidem Sereniſſimo Principi, D. Caſimiro, Regi Poloniæ, quamprimum feliciter Terras Pruſſiæ, aut Pomeraniæ ingreſſus fuerit, ad ſuam requiſitionem, plene præſtabimus, præſtareque nos adſtringimus, fidelitatis, ſubjectionis & obedientiæ, perpetuo corporali interpoſito juramento, omagium. Et quod jam in perſonis præfatorum Nunciorum noſtrorum præſtitiſſe nos fatemur, temur, & recognoſcimus, & præſenti noſtra inſcriptione pro firmitate ampliori facimus & præſtamus. Actum & Datum in Thorun, feria ſecunda proxima poſt Dominicam Ramis Palmarum, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo quarto.

XL.

Pfand-Brieff/ ſo der Hochmeiſter in Preuſſen und ſeine Brüder des Teutſchen Ordens ihrem Kriegs-Volck/ wegen reſtirenden Soldes/ ertheilet/ de Anno 1455.

WIr Bruder Ludwig von Erlshauſen/ Hochmeiſter Teutſches Ordens zu Preuſſen/ und Wir nachgeſchrieben Gebietiger/ Ulrich von Eiſenhoven/ Groß-Compter/ Heinrich Reuß von Plauen/ Compter zum Elbing/ Eberhardt von Königsberg Tresler/ Johann von Komehungen/ Compter zur Meve/ Wilhelm von Eppingen/ Compter zu Oſterroda/ Graffe Hanß von Gleichen/ Pleg zu Lachſtet/ Caſpar Zcoling/ Hauß-Compter zu Marienburg/ Ammacht-Herren und gantz Convent bekennen eintregtiglichen mit dieſem Brieffe/ vor Uns/ alle unſere nachkomende Gebietigern und Brüdern unſers Ordens/ und wollen/ daß es wiſſentlich ſey allen meniglichen/ die dieſen Brieff ſehen oder hören leſen/ daß Wir mit gutem Willen/ Rathe und wohlbedachtem Muthe/ dieſe nachgeſchriebene Verſchreibung gethan haben/ und thun in Krafft dieſes Brieffs/ jetzo als die edlen/ wohlgebohrnen/ geſtrengen und vehſten/ Graff Adolph von Gleichen/ Herr zu Thinnau/ Graff Johannes von Mundfart/ Herr zu Bregentz/ Graff Hanß von Hohenſtein/ Herr zu Heldrungen/ Herr Bernhardt von Zeinnenberge/ und von Schönenberge/ Herr Both von der Weſenburg/ Herr Bernhardt von Aſchpan/ Herr Nicoll von Wölldorff/ Herr Burchardt von Zanewitz und von Humutz/ Herr Ulrich Zweyerwonack von Ledits/ Herr Johann von Weichenauß/ George Stette/ Herr Georg Schellendorff von Petersdorff/ Baltzer Teuffenbacher/ George Ertzunge/ Hans von Wederſtein/ Claus von Wornbach/ Baltzer Nüsberger/ Hanß Purſch/ Hanß Hermañ Wieſenbach/ Siegmund Aſpan/ Merten Freynacher/ Andre Gewalt/ Fritz von Naugeneck/ Georg Millmanger/ Valckenrader/ Nicol Rittenbach/ Caſpar Noſtitz/ Tam Seidelitz/ Georg von Labin/ Diterich Stange/ Ludwig Schönfeld/ Nicol Marmsdorff/ Caſpar Noſtitz von Schache/ Stephan Weitzelnitz/ Conitz Barowitz/ Magnus von Schlaffen/ Hanß von Schliefen/ Rule Plasdorff/ Ulrich Haſelauer/ Hanß Hager/ Anshelm von Tettau/ Johann Bercken von Breſen/ Stephan Strezelan/ Jacob von Ruskau/ Nicol von Kakeritz/ Friedrich Lange/ Fridrich von Repechau/ Thiele von Thumen/ die Hauptleute/ mit all ihrer Geſellſchafften/ die Uns und unſern Orden und Dienſte/ Hülff und Rettung gekommen ſeyn/ und Wir haben die obgenannten Herren Hauptleute mit Ihrer Geſellſchafft hinfort in Unſern und unſers Ordens Dienſte wieder aufgenommen/ biß auf Sanct Georgens-Tag/ umb ſolchen ihren Dienſten/ den ſie Uns gethan haben und noch thun werden/ wir ihn etlich Summa Geldes ſchuldig und pflichtig ſeyn zu geben/ und noch hinforder ſchuldig und pflichtig ſeyn werden/ nach Laut ihrer Schade-Brieffe/ die ſie jetzund von uns oder von unſern Hauptleuten haben/ oder ihn nachmahls gegeben werden/ alſo gereden wir und glauben wir obgenannter Hochmeiſter/ Gebietiger und Convent bey unſern guten Treuen/ Ehren und Würden/ an Eydes ſtatt/ daß wir die genannten Herren Hauptleute und alle ihre Geſellſchafften und Sold und Schaden/ den wir jetzund ſchuldig ſeyn/ und hernachmahls ſchuldig und pflichtig ſeyn werden/ nach Laut ihrer Schade-Brieffe/ die ſie von uns haben und haben werden/ eine gantze vollkommene und gutwillige Ausrichtung und Bezahlung thun ſollen und wollen/ das ihn wohl genüget/ nach ihren Willen/ nach Inhaltung ihrer Brieffe/ zwiſchen in und Georgens-Tag nechſtkommende/ ohn alles Gefehr/ und ob ſolche Bezahlung von uns und von unſern Erben binnen der Zeit nicht geſchehen möchte/ ſo gereden und glauben wir obgenannter Hochmeiſter/ Gebietiger und Convent bey unſern Treuen/ Ehren/ in Krafft dieſes Brieffes/ den offtgenañten Herren Hauptleuten und Geſellſchafft/ alle unſere Schloſſe/ Marienburg/ Stete/ Land und Leute/ wie die Nahmen haben mögen/ in dem Lande zu Preuſſen/ in der Neuenmarck oder anderswo/ da wir zu gebieten haben/ die wir jetzund inne haben oder hernachmahls mit ihrer Hülff gewinnen und einkriegen werden/ mit allen ihren Nutze und Zugehörung/ nichts ausgeſchloſſen/ noch hindergeſetzt/ gantz und gar ihn zu entwenden/ zu geben und abzutreten/ zu ihren Händen und in ihre Macht/ ohn alle Widerrede/ arge Liſt und Gefehrde/ dazu wir denn mit unſern Gebietigern/ Brüdern und Amtleuten/ die ſolche Schloß/ Stedte und Güter inne hetten/ oder haben würden/ mit dieſen gegenwärtigen Brieffe mit Hand und mit Mund gereden und glauben wollen und ſollen/ daß wir denſelbigen Herren Hauptleuten und ihrer Geſellſchafft/ der wil-

willigliche abtreten/ und gantz ungefehrlich ihn geben und antwortten wollen/ darzu alle und jegliche Gefangene/ wie die Nahmen haben/ die ſie und ihre Geſellſchafft gefangen haben/ oder vorbas von ihn uns geantworttet werden/ keinen ausgeſchloſſen/ ſollen und wollen wir und ihn auch willigliche geben und antwortten/ mit ſolchen Schloſſen und Städten/ Güter/ Land uñ Leute/ und den Gefangenen ſollen die Herren Hauptleute und ihre Geſellſchafft thun und laſſen nach ihren Willen/ die verkäuffen und die verpfänden/ oder an ihren Frommen und Beſtes zu wenden/ ſich damit beteidigen/ oder wie ſie das erkennen können und mögen/ dadurch ſie jedes Soldes und Schaden vollkömmlich nach ihren Willen vergnügt und bezahlt ſeyn/ darinne wir in uns oder die unſern unſers Ordens nichts reden/ noch ſie zu ewigen Gezeiten beteidingen oder anlangen ſollen oder wollen/ noch niemand von unſert wegen/ Geiſtlich oder Weltlich/ und ob die Herren Hauptleute oder ihre Geſellſchafft und Schloſſe/ Land/ Leute uñ Städte und Gefangene höher/ denn ihr Solo und Schaden lauffen würde/ ausbrechen/ ſolchen Uberlauff die Summe uns und unſern Erben zu guten Nutz und Frommen gereichet und gegeben werden. Es iſt auch mit den Herren Hauptleuten beteidingt und beliebet/ daß wir einen jeglichen Reuter zu End ausrichten ſollen/ und wollen geben/ ja auf ein Reiſig Pferd 2. Reiniſche und Ungariſchen Gulden/ und auf einen Trabanten halb ſo viel/ als auf einen Reiſigen. Were jemandes Gebrech und nicht ſo viel geworden/ denn ſoll es erfellet worden/ alſo/ daß einen ſo viel zur Ausrichtung werde/ als den andern geworden iſt. Wir obgemeldter Hochmeiſter/ Gebietiger und gantzer Convent verzeihen uns hierinne mit dieſen Brieffe aller Hülffe/ Wehrung und Entſchuldigunge/ wie man die erdencken möchte/ es wäre durch unſern heiligen Vater den Pabſt/ den Römiſchen Käyſer/ König zu Böhmen/ Chur-Fürſten/ aller durch unſer Privilegia, ob die einigkehr enthalten/ die wider ſolche unſere Verſchreibung geſeyn möchte/ den Herren Hauptleuten zu Schaden/ uns und unſern Orden zu Frommen/ der und aller Hülffe/ wie die menſchliche Liſt erdencken möge/ die ſoll den obgemeldten Herren Hauptleuten und ihrer Geſellſchafft in ſolcher unſer Verſchreibung keinen Schaden bringen/ ſondern alle oben geſchrieben Stück und Articul glauben wir obengeſchrieben Hochmeiſter/ Gebietiger und Convent bey Treuen und bey Ehren ſtets und feſte/ ohne alle Geſehrde zu halten. Des Uhrkundig um mehrer Sicherheit willen/ haben wir unſere Siegel und unſers Convents Bullen mit rechten Willen anhangen an dieſen Brieff/ der geben iſt auf unſern Hauſe Marienburg/ am Tage Dorothea Virginis, in vierzehen Hundert und 50. Jahr und 5.

XLI.

Herrn Sylveſters, Ertz-Biſchoffs Teutſches Ordens zu Riga/ Privilegium, der Ritter und Mannſchafft ſolches Stiffts Anno 1457. ertheilet/ ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unterm Teutſchen Orden/ p. 39.

XLII.

Ewiger Friede/ welcher zwiſchen König Caſimiro in Polen/ und der geſambten Republic an einem; dann Herrn Ludwig von Erlichhauſen/ Hochmeiſter u des Teutſchen Ordens in Preuſſen und ſeinem Ordens-Convent am andern Theile/ den 19. Octobr. Anno 1466. zu Thoren aufgerichtet worden.

IN nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanæ voluntatis deſideria, quæ in aliquid citra Deum, finem atque rerum omnium opificem diriguntur, nulla res optabilior, nulla gratior, quemadmodum quotidianis experimur effectibus, nulla denique humano generi æque ſalutaris, neceſſaria, jucundior & utilior, quam pax habeatur, in ortu Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, hominibus bonæ voluntatis denunciata per Angelos, & in receſſu ad Patrem cœtui Apoſtolico, & univerſis Apoſtolorum ſequacibus geminata donatione relicta. Proinde Nos Caſimirus, Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, ac Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Ruſſiæ, Prusſiæque, Chelmen, Elbingen & Pomeraniæ Terrarum Dominus & heres: ſignificamus tenore præſentium, quibus expedit, univerſis, tam præſentibus, quam futuris, præſentium notitiam habituris. Quomodo attendentes, quales ſint veræ pacis fructus, & quanta belli pericula, qualisque vaſtitas diſcordiam ſubſequatur: ad laudem omnipotentis Dei & intemeratæ Mariæ Virginis glorioſæ, totiusque cœleſtis Hierarchiæ propagationem, fidei cultum, juſtitiæ & religionis Chriſtianæ ſalutiferum incrementum, Regni quoque Polonici noſtri decus & ſtabilimentum a gverrarum & litigiorum deflendis diſcriminibus, à diſſenſionum & odiorum anfractibus & diſplicentiis & ſingulis offenſis, quæ inter nos, Caſimirum, Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuaniæ, Ruſſiæ, Prusſiæque Dominum & hæredem prædictum, & illuſtres Principes, Dominos, Conradum, Caſimirum, Boleslaum & Januſium, Maſſoviæ, Henricum, Stolpen. Duces, ac Reverendum Patrem, Dominum Paulum, Epiſcopum, & Eccleſiam ac Capitulum ejusdem Varmienſ. Stephanum, Wohewodam Moldaviæ, Regnum Poloniæ, Terras noſtras, & alia Dominia nobis & regno noſtro Poloniæ ſubjecta ex una, & Magiſtrum & religioſum virum, Dominum fratrem Ludovicum de Erlichshauſen, Magiſtrum generalem ordinis Beatæ Mariæ Teutonicorum, hoſpitalis Jeroſolimitani Præceptores, Commendatores & Ordinem ſuum, & Terras ejusdem Ordinis, in Terras Prusſiæ, parte ex altera, conſiſtentibus, fuerunt exortæ, animos noſtros ad ſemitas pacis & concordiæ convertimus, fluctus quoque bellicæ tempeſtatis, hactenus figentes, ſedandos & abolendos duximus, & ea, quæ durantibus hujusmodi guerris et controverſiarum turbinibus, diruta fuere, deformata et diſtracta, per pacis integritatem, ad Statum cupientes reducere quietum et tranquillum, per mediationem, operam et interventum, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, Sedis Apoſtolicæ Legati, a Sanctiſſimo Domino Noſtro Paulo, Papa II. ad intercipiendum bellum hujusmodi ſpecialiter deſtinati, cum eodem Domino Ludovico, Magiſtro, Commendatoribus Ordinis et Fratribus ipſius, Terris Prusſiæ ſubditis, et ſequacibus eorum, perpetuæ pacis et inviolabilis fœderis concluſionem conſummationemque elegimus, aſſumpſimus, inivimus, ſuſcipimus eligimusque, aſſuminus & inimus tenore præſentium mediante omni tempore & perpetuo duraturam, quam ſub fide & honore & juramentis corporaliter præſtitis, ſine dolo & fraude promittimus, vigore præſentium, obſervare. Et ut ipſa pax & concordia, cum omni maturitate & deliberatione concepta, ad firmum & conſtantem ordinem jugiter ſervandum deducatur, ipſam per articulos infra ſcriptos duximus regulandam. Imprimis, quod inter Nos, Regem, Duces prædictos, Regnum Poloniæ ejusque Terras, Epiſcopum & Capitulum Varmienſ. & ſuam Eccleſiam, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ, Stolpen & aliorum Dominiorum noſtrorum ab una, & prædictum Magiſtrum generalem, Commendatores, & Ordinem, Terras & Subditos ipſius in Terris Prusſiæ, parte ab altera, omnes controverſiæ, diſſenſiones, hoſtilitates, inimicitiæ, diffidationes, infamiæ & damna inter partes hinc inde facta dimiſſa & totaliter ſopita debent eſſe, nec illorum de cætero aliqua mentio, aut memoria & ſignanter in querelis, aut in detractione partium, coram quibuscunque perſonis habeatur, aut fiat in quocunque judicio Eccleſiaſtico, vel ſeculari, vel extra: ſed nec una partium ad infamiam alterius ſuggeret, conſentiet, auxilium dabit, vel favorem, per ſe, aut ſubmiſſam perſonam, quovis quæſito colore, publice vel occulte. Et quantum in utraque parte fuerit, delationes & detractiones hujusmodi fieri non admittet, ſed potius prohibebit.

Item ad abolendas omnes diſplicentias, odia, ſimultates & quaslibet hoſtilitates, quæ inter præfatum Dominum Ludovicum, Magiſtrum, Commendatores & ſuum Ordinem ſuosque Prædeceſſores ab una, & nos prædeceſſoresque noſtros, Reges Poloniæ, partibus ab altera, occaſione terrarum Pomeraniæ Chelmen. & Michalovien. frequentius annis ſuperioribus usque bellorum gravia diſcrimina conſurgebant. Et ut pax firma, ſtabilis, atque perpetua, non ex ore tantummodo, ſed ex corde, pure, non ficte, ſincere, non ſimulate, inter Nos, Regem & Regnum Poloniæ, Duces, Epiſcopum & Capitulum, Varmienſ. adhærentes & Coadjutores noſtros, D. Ludovicum, Magiſtrumque, Commendatores & Ordinem Pruſſiæ proveniat, Terra Chelmen, cum ſuis caſtris, civitatibus & oppidis, ac fortalitiis, videlicet Thorun. veteri & nova, Birgelau, alias Byrzglovo, Aldehaus, alias Starigrod, Colmen, alias Chlem, Venczelau, alias Vnyslavv, Leipe, alias Lipno, Schenezeh, alias Covvale, Roghanzen, alias Rogozno, Engelsberg, alias Coprzyvvno, Reden, alias Radzyn, Grudenz, alias Grudzancz, Golau, alias Golub, Pappavv, alias Papovv, Strasberg, alias Brodnicza, Litteberg, alias Ludberg, Bratian, Nevemarckt, alias Novoforo, Leſſen, alias Laſſyno, cum ſuis omnibus pertinentiis & villis etiam, quæ pertinebant ad judicium & Banderium Culmenſ. & cum tota Terra Michalovienſ. nihil excipiendo: Item tota Terra Pomeraniæ circa antiquos terminos ſuos cum univerſis caſtris, civitatibus & oppidis, munitionibus in ea conſiſtentibus, videlicet, Gdanczk, alias Gdansk, Pvvozeck, alias Puczki, Lavvenborg, alias Lamberg, Heyle, alias Hella, Liebe, alias Coszczevvzim, Grebyn, alias Grabino, Derſchavv, alias Tczevv, Mevve, alias Gnyevv, Stargarth, Nevveburg, alias Novve, Svvetcze, alias Svvyecze, Moſſeck, alias Oſſzyk, Jeſſenycz, alias Jaſſenyecz, Keuſchau, alias Kyſchovvo, Slochau, alias Slochovv, Konycz, alias Chonycza, Fredeland, Hamerſteen, Bevvtau, alias Bytovv, Tuchel, alias Tuchola, Sobcyck, alias Sobovviczk, Schonecke, alias Scharzevv, Baldenborg & cum Na-

ria fluviis, aquis, Mari, ac piſcaturis, quæ ſunt in cauda Maris, alias Hap, villis, portibus, inſulis et pertinentiis univerſis et dominio univerſali, directo et utili, mero et mixto, ad Nos et Regnum noſtrum Poloniæ pertinebunt, et ſpectabunt, pertinereque et ſpectare debebunt, donationibus, renunciationibus, ceſſionibus, appropriationibus per Reges, Principes, Prælatos, Barones, Nobiles et Civitates, Subditos Regni Poloniæ, ex quacunque cauſa et occaſione de Terris prædictis, jure, proprietate, dominio ac titulo earum, quomodolibet et quotieſcunque, etiam juramento corporali interveniente, in favorem Magiſtri et Ordinis prædictorum factis, et Apoſtolica, Imperiali vel quacunque alia firmitate roboratis, non obſtantibus quibuscunque, quas per præſentem unionem et fœdus annullamus, caſſamus, abolemus, tollimus, exſtingvimus et mortificamus, illisque perpetuo derogatum eſſe volumus et derogamus. Tenebiturque Dominus Magiſter Ludovicus, Commendatores et Ordo Teutonicorum prædictus ipſis Terris Pomeraniæ, Chelmen. et Michalovien. et illarum juri, proprietati, titulo et dominio, quomodolibet et ex quacunque cauſa ſibi et ordini in illis competenti, pro ſe, ſucceſſoribus et ordine ſuis, renunciatione et ceſſione perpetua, irrevocabili et ſpontanea, de certa et expreſſa ſcientia, cedere et renunciare, ſeque et ordinem ſuum Terris præfatis Pomeraniæ, Chelmen. et Michalovien. in perpetuum abdicare, ac omnes inſcriptiones, donationes, renunciationes, ceſſiones, reſignationes, confirmationes, literas, privilegia, inſtrumenta, venditiones, emtiones, lauda, arbitria, ſententias, pronunciationes, monumenta et decreta, in favorem Magiſtri et Ordinis ſuper terris prædictis, per ſummos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites et quascunque perſonas Eccleſiaſticas, vel mundanas, cujuscunque conditionis, dignitatis, præeminentiæ, vel tenoris exiſtant, confectas, decretas et conceſſas, caſſare, abolere, extingvere, mortificare, et illis pro ſe, ſucceſſoribus ſuis et ordine, non per errorem, coacte aut improvide, ſed libere et ſpontanee, ac de certa ſcientia perpetuo cedere et renunciare, et jus omne, quod Magiſtro et Ordini in præfatis terris quomodolibet competebat, in Nos et Regnum noſtrum ſucceſſoresque noſtros, Reges Poloniæ, perpetuo transferre, et Militares, Nobiles, Vaſallos, Cives, Terrigenas et quoscunque ſubditos Eccleſiaſticos et ſeculares, Terrarum, Civitatum, diſtrictuum et locorum prædictorum ab omni ſua fidelitate, omagio, ſubjectione, juramento, et qualibet ſponſione dimittere, abſolvere et relaxare: Excepto, quod piſcaturas in Hap a fine aquæ et piſcaturarum Epiſcopi et Capituli Varmienſis et ex oppoſito in Mari ſalſo, item partem Nergiæ a dicta aqua et piſcaturis dictæ Eccleſiæ Varmienſis per transverſum Nergiæ usque ad dictum Mare ſalſum, et a dicto transverſo per deſcenſum Nergiæ usque in profundum cum villis Scheytte et Neudorff, ac Curia Meteloff cum jurisdictione et utilitate, atque ipſum profundum cum piſcatura Sturionum et Thelonio antiquo Dominus Magiſter et Ordo perpetuo habebunt et poſſidebunt. Quam quidem portionem Nergiæ cum prædictis villis et Curia de ſpeciali gratia præfato Domino Magiſtro et Ordini perpetuo conferimus et aſſignamus. Reſervata tamen Nobis totali venatione ſuper dicta portione Nergiæ, prout et ſuper tota Nergia illam Nobis reſervabimus. Hoc etiam adjuncto, quod Magiſter et Ordo nullum caſtrum, aut munitionem ſuper dicta portione Nergiæ ſibi donatæ ædificare, vel ædificari facere, neque novum Teloneum, vel gravamen imponere debeat.

Item ex certis bonis reſpectibus Nos moventibus, & pro præſentis pacis ſtabilimento, Caſtrum & Civitas Mariemburg cum duabus Inſulis, magna videlicet & altera parva, quæ dicitur Fiſchenwerder, & cum integritate lacus Drauſen & ſuis omnibus piſcaturis, piſcatoribus & villis, & cum diſtrictu Scharphau & omnibus aliis attinentiis & villis ſuis, eo tamen excepto, quod villæ Aldenoff & Cleppyn, quæ pertinent ad Holand, Culborn & Hoendorff, quæ ultima ſola Militarium eſt, et pertinet ad Prevvſchmarch, habeat facultatem in lacu Drauſen piſces pro beneplacito ſuo piſcandi juxta morem antiquum. Item Caſtrum et oppidum Schtum cum omnibus ſuis antiquis juribus, cohærentiis et pertinentiis univerſis. Item Civitas Elbing utraque, vetus videlicet et nova, et cum diſtrictu villarum, limitibus et jure, et cum oppido Tolkmyth et ejus diſtrictu et ſuo officio, Sylvarum et nemorum, alias Waldampth, et cum ſex villis tenutæ et caſtri Holand, videlicet, Pylonen, Myslotyn, Bartkoyn, Kamensdorff, Welcklicz, Prevvſenmarg, et cum quinque villis, quæ ad oppidum et diſtrictum Metheuſe pertinebant, videlicet magna Staban, parva Staban, Sekonemar, Pomerendorff et Wolsdorff. Item oppidum et diſtrictus Criſtburg, alias Dzirgon, cum ſuis libertatibus, Militaribus, Nobilibus, Vaſallis, villis, lacubus, molendinis et Caſtro: Ita tamen, quod demoliatur Caſtrum, et cum pertinentiis ejusdem univerſis, incipiendo ab uno latere oppidi dicti Criſtburg et deſcendendo fluvium Szirge usque ad lacum Dravvſen, Curia tamen

tamen Dolleſted cum ipſius molendino apud Dominum Magiſtrum et Ordinem remanente. Ab alio vero dicti oppidi latere aſcendendo et tranſeundo usque ad finales granicies dicti oppidi Criſtburg et villæ Haldenſtad mutuo ſe contingentes, eadem villa a ſiniſtris in ditione Domini Magiſtri et Ordinis remanente. Ab inde vero directius eundo ad Pomezanienſis Eccleſiæ proximiores fines, ubi omnia et ſingula ſub dictis finibus ad partem caſtri noſtri Marienborg conſiſtentia villa Manſterberg iterum in parte Domini Magiſtri et Ordinis remanente, cum Curiis, Allodiis et quibuscunque aliis pertinentiis ad dictum Caſtrum noſtrum Marienborg pertinebunt. Cætera vero omnia et ſingula ad Camera tum et generaliter ad diſtrictum Criſtberg usque in præſens pertinentia, pari modo in oppidis, Curiis, Allodiis, Militibus, Terrigenis, villis, piſcaturis, aquis, nemoribus et aliis ſingulis pertinentiis, ſpectabunt ad Caſtrum Domini Magiſtri et Ordinis Prevvſmarg, perpetue et in ævum pro Nobis Regibus et Regno Poloniæ permanebunt. Ita quod Caſtra, Civitates, Oppida, diſtrictusque prædii ex nunc et de cætero, vigore præſentis unionis et fœderis, ad jus, proprietatem, ſortem, et titulum Regni Poloniæ pertinebunt et ſpectabunt, pertinereque et ſpectare debent perpetue et in ævum. Dominus quoque Magiſter Ludovicus, Commendatores et Conventus prædicti pro ſe et ſuis ſucceſſoribus, Caſtris, Civitatibus, Oppidis, Inſulis, lacubus, piſcaturis, piſcatoribus, Cameratibus et officiis prædictis ac illorum diſtrictibus et villis, perpetua et irrevocabili renunciatione de certa et expreſſa ſcientia, juri quoque, ſorti, proprietati, titulo et dominio quomodocunque ex qualicunque cauſa, Domino Magiſtro, Commendatoribus, Officialibus et Ordini, ſuis in illis competentibus, per ſuas patentes literas cedet et renunciabit, et omne jus, quod eidem Domino Magiſtro, Commendatoribus et Ordini ipſius in Caſtris, Civitatibus, oppidis, inſulis, lacubus, piſcaturis, diſtrictibus et villis prædictis, quomodolibet competiit, vel competere potuit, in Nos Cazimirum Regem, Succeſſores noſtros, Reges et Regnum Poloniæ ſpontanee et de certa ſcientia perpetuo tranſtulit & applicavit; Milites quoque, Nobiles, Vaſallos, Terrigenas et Cives et quoslibet ſubditos Eccleſiaſticos et Seculares, præfatorum diſtrictuum, Terrarum, Civitatum et locorum, ab omni fideſitate, juramento, ſubjectione, Omagio et qualibet ſponſione abſolvet, dimittet et relaxabit. Cætera vero Caſtra, Civitates, diſtrictus, fortalitia, villas, et dominia in Terris Pruſſiæ, tam in terris, quam in aquis conſiſtentes et conſiſtentia, videlicet Kunygsberg Caſtrum, cum tribus Civitatibus: Item Caſtra et oppida Lochſteth, Wargien, Gyrman, Pobebten, Rudan, Schoken, Kaimen, Kremiten, Waldau, Tapiau, Tapelauken, Narbekten, Inſterburg, Allenburg, Wonsdorff, Gyrdanen, Angyrburg, Nordenborg, Labiavv, Laukyſchken, Tylzath, Ragyt, Roſſiten, Wynthborg, Memel, Brandenborch, Crevvtzeborgk, Fredelanth, Barthen, Leczen, Balga, Heyligenbeil, Synthen, Landtzberg, Preiſcheilau, Bartenſtein, Seſteen, Zegensborg, Ram, Raſtenborg, Lycke, Johansborg, Holand, Lybeſtath, Molliuſen, Morung, Paſenheym, Ortelsburg, Oſterode, Höenſteen, Neydenburch, Soldau, Ilgenburg, Devvczeilavv, Prevvſemarg, Lybemole et Salefelth, quæcunque alia Caſtra, Civitates, oppida, diſtrictus, Territoria et villas, cum eorum Subditis, militibus, Terrigenis et Vaſallis, aquis, nemoribus, lacubus et aliis pertinentiis univerſis, quibuscunque cenſeantur nominibus, Dominus Magiſter, Commendatores, Conventus et Ordo perpetuo et in ævum, quiete et pacifice absque omni noſtro et ſucceſſorum noſtrorum Regum et Regni Poloniæ impedimento, perturbatione et moleſtatione poſſidebit, et illorum plenum habebit uſum et dominium. De quibus quidem Caſtris, Civitatibus, Oppidis, Terris, diſtrictibus, villis, Militibus, Terrigenis & Vaſallis, de illorum quoque jure, titulo, proprietate, ſorte & dominio, quod nobis & Regno noſtro Poloniæ quomodolibet & ex quacunque cauſa competiit vel competere potuit, Nos Caſimirus, Rex præfatus, de certa & expreſſa ſcientia, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, ſponte & deliberato animo, præfato Domino Magiſtro, ſucceſſoribus ſuis, Magiſtris, Commendatoribus, Conventui & Ordini in Terris Pruſſiæ, cedimus & renunciamus, ac omne jus, quod nobis, ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, exemptione, & quibusque aliis cauſis, in præfatis Caſtris, Civitatibus, Oppidis, terris, diſtrictibus, Villis, Militibus & Vaſallis, quomodolibet competiit, in Dominum Magiſtrum, Succeſſores ſuos, Commendatores, Conventum & Ordinem per renunciationem & ceſſionem perpetuam & irrevocabilem tranſferimus, & illud ipſis ſponte, libere & de certa ſcientia applicamus, & omnes Milites, Vaſallos, Nobiles, Terrigenas, Cives & quoslibet ſubditos Eccleſiaſticos & Seculares, Terrarum & locorum prædictorum, ab omni fidelitate, juramento, ſubjectione, omagio & qualibet ſponſione abſolvimus, dimittimus & præſentium tenore relaxamus. Epiſcopatus inſuper & Eccleſia Sambienſ. cum ſuis Caſtris, Civitatibus, Oppidis, videli-

delicet Feſcheuſen, Tirenberg, Lobetau, Povvden, Jurgemborg, Zalau & Neuenhauſs, & cum omnibus Vaſallis, villis & pertinentiis ſuis univerſis, ſub ditione Domini Magiſtri & Ordinis ſui perpetuo conſiſtet & remanebit. Item ordinamus & ſtatuimus, quod ſuper omnibus piſcaturis, Cutle vulgariter appellatis, ſub præſentia Capitanei noſtri Marienbergenſis & factoris Domini Magiſtri ab eo deſtinandi, in Caſtro Marienborg annis ſingulis in magna feria quinta debeat fieri arendatio, & literæ ſuper omnibus Curtis ſub noſtro & Domini Magiſtri Signetis, arendatoribus debeant dari, & medietas pecuniarum ex hujusmodi arenda provenientium nobis debeat cedere, altera vero medietas Domino Magiſtro & Ordini provenire, jure Epiſcoporum Varmienſ. & Sabienſ. & Capitulorum eorundem, cæterarumque perſonarum & locorum, libertatem ex antiquo Cutlorum habentium per omnia ſalvo. Quibus literas ſuper Cutlis præfatis & quantitate illorum absque omni pecunia libere volumus concedere.

Item ne Pax ipſa, fœdus & unio, tanta maturitate concluſa & firmata, poſſit impoſterum humana malignitate infringi, aut aliquibus fallaciis, dolis & ingeniis violari, nos quoque Caſimirus Rex, ſucceſſores noſtri & Regnum Poloniæ, Prælati, Principes, Barones & ſubditi Regni ejusdem, de Domino Magiſtro, Commendatoribus & Ordine Pruſſiæ, Prælatis, Militibus & ſubditis ſuis, Dominus quoque Magiſter, ſucceſſores ſui, Commendatores & Ordo, Prælati, milites & ſubditi ſui Pruſſiæ, de nobis Regibus & Regno Poloniæ, Prælatis, Principibus, Baronibus & ſubditis ejusdem, plenam confidentiam & ſecuritatem, omni hoſtili reſpectu in præſens & in poſterum depoſito, teneamus, nos Caſimirus, Rex Poloniæ prædictus, præfatum Dominum Ludovicum Magiſtrum, Commendatores ſuos & ordinem in Pruſſia, omnesque eorum ſucceſſores, in noſtrum & Regni noſtri Poloniæ Principem, Conſiliarium perpetuum: Commendatores vero principaliores, quos Dominus Magiſter & ſucceſſores ſui pro tempore duxerint deputandos, in Conſiliarios noſtros, & Regni noſtri, & in noſtram ac Regni Poloniæ protectionem, ſubjectionem & defenſionem perpetuo duraturam aſſumimus: Pollicentes in verbo noſtro Regio & ſub fide præſtiti juramenti, pro Nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, quod præfatum Dominum Magiſtrum, Commendatores & Ordinem, Prælatos, Milites, Vaſallos & ſubditos ſuos in Pruſſia, eorumque ſucceſſores, affectione regia tractabimus, honorabimus & diligemus; Ipſumque Dominum Magiſtrum, Commendatores & Ordinem, Succeſſores, Prælatos, Milites, Nobiles, Cives, ſubditos & Terras eorum, velut Principis Conſiliarii & unitorum noſtrorum, in eorum juribus, libertatibus, Privilegiis, munimentis & limitibus, quæ præſenti unioni & fœderi, aut ejus articulis & conditionibus non contrariantur, conſervabimus, ab univerſis quoque eorum hoſtibus, vexatoribus & impugnatoribus in Terris eorum prædictis Pruſſiæ tuebimur & defendemus. Tenebitur quoque præfatus Dominus Ludovicus, Magiſter, & quilibet ſucceſſor ſuus in officium Magiſterii aſſumptus, & aſſumendus, poſt ſex menſes a die aſſumptionis in Magiſterium ſe Nobis & ſucceſſoribus noſtris perſonaliter repræſentare, & illic pro ſe, Commendatoribus & Terris Pruſſiæ, Nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus, & Regno Poloniæ præſtare debitæ fidelitatis, de obſervanda præſenti pace, ac nunquam petenda abſolutione, ſeu relaxatione juramenti, nec ut conceſſa, aut concedenda, juramentum, ac in noſtra Caſimiri Regis, noſtrorumque ſucceſſorum, Regum Poloniæ, ſiniſtra parte, habere primarium locum & ſeſſionem. Quem quidem Dn. Ludovicum, Magiſtrum, ſuosque ſucceſſores, Commendatores, Prælatos, Milites, Vaſallos, Conventum & Subditos, Terrasque omnes Pruſſiæ ab eis nunc poſſeſſas & impoſterum poſſidendas, conquiſitas & conquirendas, etiam in terris paganorum extra terras Pruſſiæ, Nobis & Regno noſtro Poloniæ perpetuo connectimus, jungimus, unimus & inviſceramus, ea conditione & reſpectu, ut præfatus Ludovicus, Magiſter, ſui ſucceſſores, Commendatores & Conventus, Prælati, Barones, Milites, Terrigenæ & perſonæ ſingulæ, tam Eccleſiaſticæ, quam Seculares, & omnes Terræ eorum, atque homines in illis degentes, in Pruſſia ſint amplius & de cætero nobiscum, ſucceſſoribus noſtris, Regibus, & cum regno noſtro Poloniæ unum & individuum corpus, una gens, unus populus, in amicitia, fœdere & unione nullum alium, præter ſummum Pontificem, quam Nos, Caſimirum, Regem, ſucceſſores noſtros, Reges Poloniæ, ac pro ſuo capite & ſuperiore recogniturі. Teneantur inſuper & ſint obligati, Nos, ſucceſſores noſtros, Reges & Regnum Poloniæ, ſive in proſperis, ſive adverſis nunquam deſerere, ſed nobis & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, contra omnes hoſtes & adverſarios noſtros & Regni noſtri Poloniæ more aliorum Prælatorum, Principum & Baronum Regni aſſiſtere: Nosque & Regnum Poloniæ in noſtris gverris & in adverſitatibus eorum, potentiis, conſiliis & ſuffragiis opportunis adjuvare. Nec ſine noſtro & Succeſſorum noſtro-

ſtrorum, Regum Poloniæ: Nos quoque & ſucceſſores noſtri, Reges Poloniæ, ſive Magiſtri, Succeſſorum, Prælatorum, Commendatorum & Militarium ſuorum Pruſſiæ ſpeciali & expreſſo conſilio, voluntate & conſenſu, cum quibuscunque perſonis, quacunque præfulgeant dignitate, celebrabimus; ſtatuemus aut firmabimus aliqua fœdera, inſcriptiones vel contractus, publice vel occulte, per ſe vel ſubmiſſas perſonas: Sed nec Dominus Magiſter, Commendatores eorumque ſucceſſores, bella aliqua contra Catholicos ſine noſtro & ſucceſſorum noſtrorum, Regum & Regni Poloniæ ſpeciali movebunt conſenſu.

Forma autem juramenti, ſub qua Dominus Ludovicus, Magiſter, & ſucceſſores ſui, Nobis Caſimiro Regi, & ſucceſſoribus noſtris, Regibus & Regno Poloniæ, jurare tenebitur, talis erit:

EGo Ludovicus, Magiſter Generalis Ordinis Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Princeps & Conſiliarius Regni Poloniæ, juro, quod ab hac hora, & deinceps fidelis ero Sereniſſimo Principi, Domino Caſimiro, Regi & Succeſſoribus ſuis Regibus, & Regno Poloniæ, & profectum illorum fideliter procurabo, & negotiis Regis & Regni fideliter conſulam, & Secreta, quæ mihi qualitercunque communicata fuerint, in eorum detrimentum nulli pandam, pacem inſuper præſentem in omnibus ſuis conditionibus obſervabo, & cuſtodiam, ſic me Deus adjuvet, & Sancta Dei Crux.

Item, ut per præſentes pacis & fœderis unionem ſingula odiorum & irritamentorum nubila poſſint funditus evelli, cum præfato Domino Ludovico, Magiſtro, Commendatoribus ſuis & Conventu pro bono pacis devenimus, & illud inter nos concordavimus, quod Epiſcopatus & Eccleſia Chelmen. ad Gnesnenſ. Eccleſiam redeat, ac a modo & deinceps præfatæ Gnesnenſ. a Polonicæ Eccleſiæ, & ut tanquam primatialis ſit in omnibus obediens & ſubjecta, de Regulari in Secularem, favore & auctoritate ſummi Pontificis, ad quod tam Dn. Ludovicus, Magiſter, Commendatores ſui, & Conventus prædicti, ſuum expreſſum præſtiterunt & præſtant conſenſum, transferenda: quæ etiam cum ſua Diœceſi et cum omnibus Caſtris, Civitatibus, Oppidis et munitionibus ſuis, videlicet, Chelmza, alias Colmenſch, Lubavva, alias Lubavv, Kurzathnik, alias Kuvvernyk, Varmbrzesno, alias Fredek, et omnibus diſtrictibus, Nobilibus, Vaſallis, Villis et pertinentiis ſuis univerſis, ſub noſtra, ſucceſſorum noſtrorum, Regum et Regni Poloniæ conſiſtet perpetua ditione, patrocinio et defenſa. Item concordavimus de prædicti Domini Ludovici, Magiſtri, Commendatorum ſuorum et Conventus ſpeciali annuentia et expreſſo conſenſu, quod Varmienſis Eccleſia et ejus Pontifex pro tempore cum ſuo venerabili Capitulo Varmienſi ex nunc et de cætero cum omnibus ſuis Caſtris, Civitatibus, Oppidis et munitionibus, videlicet, Heylsberg, Braunsberg, Warmyth, Seburg, Wartemburg, Reſil, Byſchowſteyn, Magno Olſteen, Guthſtad, Melzak, Fravvmburg et Byſchemberg cum omnibus diſtrictibus, Nobilibus, Vaſallis, pertinentiis, villis et attinentiis ſuis, in noſtra et ſucceſſorum noſtrorum, Regum et Regni Poloniæ ditione, ſubjectione et protectione conſiſtant. Et Dn. Ludovicus, Magiſter, ſui ſucceſſores, Commendatores, et Ordo ejus, ditioni, protectioni et ſubjectioni expreſſe renunciant, et omne jus, quod ipſis in prædicta Eccleſia, Epiſcopatu et Capitulo Warmienſi, quomodolibet hactenus competebat, in Nos, Caſimirum Regem, ſucceſſores noſtros, Reges et Regnum Poloniæ plenarie transfundant, et transfundere teneantur. Item concordatum eſt et conventum de ſpeciali præfati Domini Ludovici, Magiſtri, Commendatorum ſuorum et Conventus comprobatione et conſenſu, quod venerabilis Vincentius Kelbaſſa, Conſiliarius et Secretarius noſter dilectus, ad Eccleſiam præfatam Culmenſem per nos nominatus, et ad eandem noſtra interceſſione, dante Domino, promovendus, Eccleſiam et Sedem Pomezanienſis Epiſcopatus de ditione D. Ludovici, Magiſtri, et ſui Conventus, quamvis hactenus in Capite et membris regularem in Commendam, per diſpoſitionem et ordinationem Apoſtolicam, ad vitæ duntaxat ſuæ tempora habeat, et illam cum ſuis Caſtris, Civitatibus, fortalitiis, videlicet Prabuth, alias Rezemburg, Qwyedzyn, alias Mariewerder, Biskupicze, alias Byſchovverder, Kyszelyelecz, alias Freyſtath, Schonenberg, Gardzin & Rozemberg, cæterisque ejus diſtrictibus & pertinentiis obtineat, ipſamque in Spiritualibus & temporalibus adminiſtret: Eccleſia prædicta Pomezanien. remanente nihilominus cum ſuis membris interim regulari præfato, aut Vincentio Kelbaſſa morte aſſumto, ad præfatam Pomezanienſem Eccleſiam regularis perſona dicti Ordinis in Pontificem eligetur & ſubſtituetur, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ gratia & favore accedens, gaudebitque noſtra protectione, conſiſtens in Magiſtri & Ordinis tam religione, quam ditione.

Item quoniam poſt ſedatos fluctus bellicæ tempeſtatis, nulli magis Nos primum convenit, quam Eccleſiis & earum miniſtris compati

& commiſereri, quatenus ſupremus ſedator uberiorem firmitatem paci conditæ infundat. Quocirca ordinamus & decernimus & ſtatuimus, quatenus omnia Caſtra, fortalitia, Civitates, Oppida, Caſtella, munitiones, Eccleſiarum loca & villæ, & ſignanter Framburg, Warmyth, Wartemberg, Melzak, Lubaw, Prabuty, alias Reſemburg, Qvyedzyn, alias Mariewerder, & Schomberg, quomodolibet a Nobis & noſtris, ac præfato Domino Ludovico, Magiſtro, Commendatoribus & Conventu ſuis, poſſeſſa, occupata & incaſtellata, quocunque nomine vocitentur, ſuis Pontificibus, Capitulis, Prælatis, Abbatibus, Monaſteriis, & ſignanter Varmien. Chelmen. Pomezanien. & Sambien. Eccleſiis, Epiſcopis & Capitulis, tam Cathedralibus, quam Conventualibus, Collegiatis, Hoſpitalibus absque alia contradictione, diminutione, depactatione, ſolutione vel arreſto, cum omni ſua ſuppellectili, bombardis, ornamentis & pertinentiis univerſis, infra hinc & feſtum nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ proxime venturum reddantur vice verſa. Omnes inſuper Pontifices, Abbates, Capitula, Prælatos, Præpoſitos, Canonicos, Curatores, & alios beneficiatos, qui non ſunt de Ordine prædicto, in eorum loca, jura, libertates & poſſeſſiones, quæ & quas ante motam gverram poſſederant, reſtituimus, & tenore præſentium reintegramus, exceptis Caſtris & Civitatibus prædictis, in feſto prædicto Beati Johannis Baptiſtæ reſtituendis. Quod ſi Curati Nobis, aut Domino Magiſtro, aut Civitatibus, vel Oppidis ingrati, vel ſuſpecti ſint, permittatur, quod permutent, aut Vicarios idoneos conſtituant, aut penſionem honeſtam auctoritate ſuperioris reſervandam, dimiſſo atque renunciato titulo ſuſcipiant. Item omnes captivos in præſenti gverra per nos Caſimirum Regem, Duces Maſoviæ & Stolpen. Epiſcopum & Capitulum Varmien. gentes noſtras, coadjutores & adhærentes captos, ſive ſint depactati, ſive non, ab omni captivitate & ſponſione, vigore præſentis fœderis abſolvimus, & tenore præſentium relaxamus, quæ abſolutio & libertas per Dn. Ludovicum, Magiſtrum, ſuos Præceptores, Capitaneos & Officiales, noſtris & omnium noſtrorum Coadjutorum & Adhærentium & ſignanter captivis Dominorum Ducum Maſoviæ & Stolpen. ac Reverend. Patris, Domini Pauli, Epiſcopi, & ſui Capituli Varmienſis, ſive depactatis, ſive non, quocunque vocitentur nomine, nullo excepto, debet præſtari & impendi, nec depactati aut taxati debent obligari ad aliquam ſolutionem præmiſſam, quæ nondum eſt ſoluta, etiamſi depactati dediſſent pro ſe deſolutione aliquam cautionem. Item ordinamus & ſtatuimus, ut omnes Mercatores, tam Regni noſtri Polon. Principatuum, Terrarum & Dominorum noſtrorum & Regni ac Epiſcopatus, Capitulique Varmien. quam Terrarum Pruſſiæ in ditione Domini Ludovici, Magiſtri, & Ordinis ſui conſiſtentes, ſint ubique in terris & in aquis tuti & ſecuri, & nullæ illis moleſtiæ inferantur nec cogantur, niſi ſolitis & veteribus ſtratis, itineribus & locis ambulare, aut ad aliquam Civitatem, Caſtrum & locum ſub prætextu cujuscunque conſtitutionis vel edicti, cum rebus & mercibus ſuis, cujuscunque maneriei exiſtant, de cætero applicari, præterquam in Kynsberg, juxta conventionem deſuper factam, ſuper qua ſpeciales a nobis literæ emanarunt. Item, quoniam per Mercatorum induſtriam, & rerum venalium importationem Respubl. notabile accipere conſvevit incrementum: Statuendo decernimus & ſpondemus, quod nulla Telonea, depoſita, gabellas, foralia, ſive quascunque alias cenſuationes, locis & perſonis in regno noſtro, Principatibus & Dominiis noſtris, & regni noſtri imponemus de novo, aut imponi permittemus, tam in terris, quam in aquis: ſed tantummodo utemur impoſitis. Quod idem Dominus Magiſter Ludovicus, ſucceſſores ſui, Commendatores & Conventus in Terris Pruſſiæ ſuis obſervabunt. Item, ut charitatis & unionis amplior certitudo inter Nos Caſimirum Regem, ſucceſſores noſtros, Reges & Regnum Poloniæ, Principatus, Terras & Dominia noſtra, & regni ejusdem ſubditos & adhærentes parte ab una, & Dominum Ludovicum, Magiſtrum, ſucceſſores ſuos, Commendatores atque Ordinem in Pruſſia a partibus altera, jugiter & inconcuſſe, perpetuo perſeveret: Statuimus & ordinamus, quod deinceps & a modo ad Ordinem S. Mariæ Theutonicorum & prædictum in terris Pruſſiæ conſiſtentem, perſonæ idoneæ & Ordinis capaces, etiam ex ſubditis quibuscunque regni noſtri Poloniæ, Principatuum, Terrarum & Dominiorum ejus aſſumantur: Ita tamen, quod ultra mediam partem aſſumere de illis non teneantur, & in diſtribuendis Commendariis & Officiis Ordinis juxta dictam medietatem Magiſter & Commendatores teneantur ad illos bonum habere reſpectum: Magiſter vero eligetur vir magis utilis & idoneus, ſecundum regulam Ordinis & inſtituta; Qui cum ſit noſter & Regni Poloniæ Princeps & Conſiliarius, non debebit ſine ſuo demerito & noſtro ſcitu per Commendatores & Conventum a magiſtratu amoveri. Item, ut hujusmodi pacem perpetuam, unionem & concordiam ſub certiori attentione, firmitate & robore cuſtodiamus, promittimus ſine

ſine dolo et fraude ac onere præſtiti juramenti, quod ad nullius viventis hominis auctoritatem et poteſtatem, etiam quacunque præfulgeat dignitate Papali, Imperiali, Regali, Ducali, aut cujuscunque congregationis legitimæ perſonarum Eccleſiaſticarum, aut Secularium, ad impetrandum præſentis pacis, fœderis et contractus, in toto, vel in parte, expreſſe, manifeſte, vel occulte, per ſe, alium, vel alias quascunque ſubmiſſas perſonas ſpirituales, vel ſeculares, diſſolutionem, ruptionem, caſſationem, aut irritationem recurremus, aut recurſum habere poterimus, aut Nos induci, perſvaderi, requiri, vel nobis mandari ad violationem præſentis pacis per aliquam poteſtatem Papalem, Synodalem, Imperialem, Regalem, Ducalem permittemus, neque impetrabimus abſolutionem, aut relaxationem juramenti præſtiti, neque utemur impetrata, aut etiam motu proprio conceſſa vel concedenda. Et ſi contrarium fecerimus, cenſebimur fidifragi et perjuri. Item ſubditi Domini Ludovici, Magiſtri, ac terrarum prædictarum ſuarum Pruſſiæ, undecunque et cujuncunque gradus, ſtatus et conditionis fuerint, qui cauſa negotiationis vel alia ad terras quascunque noſtras et regni noſtri, Principatuum et Dominiorum prædictorum venerint, per nos, Principes, Barones, ſubditos, ſive etiam extraneos, cujuscunque conditionis vel gradus fuerint, impediri, conveniri vel arreſtari non debent. Sed in Pruſſia ſi quid actionis habuerint, actores juxta terrarum jura municipalia illos conveniant, et querelæ hujusmodi ſopiantur. Delinquens tamen in loco delicti deprehenſus et contrahens de contractu præſenti in loco contractus poterit conveniri, ſed ſi de loco, ubi contraxit, receſſerit publice vel occulte, coram judice ſuo conveniatur. Item ordinamus, quod ubicunque quis receperit ruſticos, vel colonos ſuos, qui propter gverras, aut alias ab eo receſſerunt, poſſit eos repetere, qui et ſibi dimitti et reſtitui debent, cum eos requiſierit. Item, quod nullus mercator ſeu alius homo, cujuscunque conditionis exiſtat, aut bona ipſius, propter delictum, ſeu debitum alterius arreſtetur, moleſtetur, turbetur, nec etiam captivetur. Item ſi vectores aut aurigæ, bona ſeu merces mercatorum pro precio ducentes, teloneum, ſeu datiarum loca præterierint, ipſi duntaxat in eorum rebus et equis ſuis propriis puniantur, et quod præterea bona mercatoria non debent occupari nec detineri. Item ſi per aliquem ſubditum, aut indigenam alicujus noſtrum, inſcriptioni ſeu paci perpetuæ præſenti foret in aliquo derogatum et contraventum, utpote, ſi rapinæ, ſpolia, incendia, vel homicidia, aut aliqua maleficiorum gratia in Terris et Dominiis noſtris alterutrum perpetrata forent et commiſſa, propter ea prædicta pax et unio caſſari et irritari non debebit, et in ſua firmitate permanebit; nec propter hoc pars, cujus ſubditus hujusmodi maleficium commiſerit, cenſebitur fore dejerans, ſeu perjurans: Prædicti autem delinquentes et malefactores pro ipſorum exceſſibus, per Capitaneum ſeu Officiales utriusque noſtrum judicialiter punientur, et ad ſatisfactionem plenam et debitam arcebuntur et compellentur. Item promittimus tenore præſentium et ſpondemus, et in verbo noſtro Regio et ſub onere per nos præſtiti juramenti pollicemur, quod ad occupandum Terras, Caſtra, Civitates, Oppida, Villas et quæcunque loca Magiſtri et Ordinis, et omnium ſubditorum ſuorum, ſub ejus ditione conſiſtentium, tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium, nullo unquam tempore aſpirabimus. Quinimo, ſi aliquo caſu per quemcunque hoſtem, ſeu inſidiatorem Magiſtri et Ordinis, Caſtrum aliquod, Civitas, vel fortalitium fuerint dolo, fraude et violentia intercepta, vel occupata, quod Deus auferat, nullatenus debebimus, vel poterimus Caſtrum, Civitatem, fortalitium, aut loca ſic intercepta, occupata, vel incaſtellata, etiamſi ſponte, vel ultronee illius, vel illorum nobis offeratur deditio, quomodolibet et ſub quocunque colore ſuſcipere: Sed tenebimur et aſtringemur ad conquiſitionem et recuperationem cujuslibet Civitatis, Caſtri et fortalitii et loci incaſtellati, in terris Chelmen. Pomeraniæ et Pruſſiæ intercepti, occupati, expugnati vel incaſtellati, per Nos, vel noſtras potentias, una cum potentiis Domini Ludovici, Magiſtri, Commendatorum et Terrarum ſuarum conſurgere, et de manibus hoſtilibus eripere, ac in poteſtatem et ditionem Domini Ludovici, Magiſtri et Ordinis, reſtituere vice verſa. Item tenebimur Nos Caſimirus, Rex, Caſtra et Civitates Holand cum diſtrictu et Oppido Melhauſen et Cameratum Burdauen, item Paſſenheym et Nideburg, quæ hactenus fuere in noſtra poſſeſſione, Domino Ludovico, Magiſtro, Commendatoribus et Ordini ſuo dimittere, et illorum cum omnibus eorum pertinentiis infra hinc et feſtum Nativitatis S. Johannis Baptiſtæ, proxime venturum, tradere effectualem et expeditam poſſeſſionem, ſex villis de diſtrictu et Capitaneatu Holand, et quinque villis de diſtrictu Melhauſs, ſuperius deſcriptis, duntaxat exceptis, quæ de cætero ad nos et ad noſtram Regiam Civitatem Elbingenſem perpetuo pertinebunt, ſive autem de manibus noſtris et noſtrorum, et ex noſtra ceſſione, ſive etiam aliis

quibuscunque modis, præfata Caſtra & Civitates, in manus & poteſtatem Domini Magiſtri, aut ſui Conventus devenerint, quod per hoc huic articulo nos Caſimirus Rex cenſebimur ſatisfeciſſe, proviſo tamen antea omnia, quæ prædictus Dominus Ludovicus, Magiſter, Commendatores ſui et Conventus prædictarum Civitatum, cives & ſubditos benigne ſuſcipiet & pertractabit, & omnem offenſam ex corde, nunquam illam verbo, vel facto reminiſcendo, illis dimittet, & de bonis ac vita illos per ſpeciales ſuos Commendatorum & Conventus literas, in manus noſtras tradendas aſſecurabit, jura eorum, libertates & immunitates antiqua & antiquas duntaxat confirmando, quod idem & nos Caſimirus Rex, de Civibus & ſubditis Civitatum & Oppidorum ac Caſtrorum Chelmen. Brodynicza, Novifori, Crisdburg, Stum, Bratian, & Althaus, alias antiquum Caſtrum, cum univerſis ſuis diſtrictibus & pertinentiis, ſalva diſpoſitione de Crisdburg, ſuperius expreſſa, quorum Nobis Dominus Ludovicus, Magiſter, Commendatores & Conventus, infra hinc & feſtum prædictum S. Johannis Baptiſtæ, effectualem & expeditam demittere tenebitur poſſeſſionem facere, obligamur. Volumus autem, quod omnes venditiones, donationes, alienationes, libertationes & inſcriptiones inde & ſuper Oppidis, Caſtris & villis, quæ nos, Rex Caſimirus, dicto Domino Magiſtro & Ordini, prout ſupra aſſignare tenemur, hujusmodi gverris durantibus, quovis modo factæ, ſint caſſæ, irritæ & nullæ, quas & ſic ex noſtra certa ſcientia caſſamus, irritamus & annullamus. Item ordinamus, quod omnes profugi, ſpoliati, exules, militares, videlicet Nobiles & Terrigenæ, tam de regno noſtro Poloniæ, Ducatibus, & Dominiis noſtris ac Regni noſtri & Epiſcopatus Varmienſ. quam de Terris Pruſſiæ Domini Magiſtri, & Ordinis prædicti, quibuscunque poſſint redire ad propria & de bonis ſuis dimiſſis diſponere pro beneplacito ſuæ voluntatis, ad quorum quietam & plenam poſſeſſionem tenebimur illos, aut proximiores eorum admittere & defendere admiſſos. Non obſtante, quod bona eorum hujusmodi per Nos aliis quibuscunque perſonis ſint ad vitam, tempus, vel in perpetuum obligata, donata, vel inſcripta. Quas quidem obligationes, donationes, venditiones & inſcriptiones caſſamus & irritamus, revocamus & annullamus, nullius roboris eſſe volumus per præſentes. Tenebimurque Nos & ſucceſſores noſtri, illos habere in favore & gratia, nec verbo, vel facto eorum commemorare hoſtilitates, nec de illis unquam aliquam ſumere ultionem, per nos vel ſubmiſſam perſonam, publice vel occulte, directe, vel indirecte, aut quovis quæſito colore; quibus etiam plenam damus licentiam de terris & dominiis noſtris, ad Terras Ordinis ratione incolatus ſe transferre, & bona ſua mobilia & immobilia vendere, donare, commutare, obligare, & de eis libere diſponere pro ſuo arbitrio, beneplacito & utilitate. Cives etiam partis utriusque, qui de Civitatibus, vel Oppidis expulſi, vel banniti fuerunt, aut alias ab eis publice, vel occulte, receſſerunt, debent ad illos & illa readmitti. Bona quoque eorum, quæ ante inchoationem hujus dictæ vendita, vel donata aliis non ſunt, debent eis reſtitui. Et ſi ad domos, vel bona vendita, aut donata reditum habere velint, dato pretio per emtorem expoſito, aut quod pro donatis per Conſulatum loci taxabitur, debent eisdem reſtitui, ſalvo etiam eo, quod poſſeſſores in ædificiis, vel aliis oneribus occaſione dictorum domorum vel bonorum expoſuerunt, quod ſimiliter juxta dictamen Conſulatus loci reſtituere debent, antequam hujusmodi domus ipſis, vel bona reſtituantur. Item ut præſentis pacis, fœderis & unionis concluſio abundantiori cuſtodiatur per Nos, Prælatos, Duces, Barones, Conſiliarios & ſubditos noſtros cautela, ordinamus, quod omnes Epiſcopi, Principes, Palatini, Caſtellani & cæteri Barones Regni noſtri, officia Magiſtratus & Capitaneatus in Regno noſtro obtinenda: Item Magiſtri Civium, Conſules Civitatum, Regni noſtri prædicti, videlicet, Cracovien. Posnanien. Sandomirien. Caliſien. Leopolien. Torunien. Chelmen. Gedan. Elbingen. Brunsbergen. tam moderni, quam illis in Pontificatibus, Principatibus, Magiſtratibus, Capitaneatibus & Officiis, quomodo licet, ſuccedentes, præſentem pacem in omnibus ſuis articulis cuſtodire & ſervare per juramentum corporale ſe adſtringant, nec contravenire quacunque occaſione, neque diſpenſationem, vel relaxationem juramenti petere, renunciando omnibus exceptionibus juris & facti. Item, ut hujusmodi pacem perpetuam & concordiam ſub certiori attentionis firmitate & robore in omnibus ſuis capitulis, conditionibus, articulis atque punctis cuſtodiamus & obſervemus: Et ut pax ipſa, fœdus & unio ab omni ſuſpicionis genere ſit circumſcripta, pro illius ſubſiſtentia adjicimus: Quod nos Caſimirus, Rex Poloniæ, & præfatus Dominus Ludovicus, Magiſter, Commendatores, Conventus & Ordo per noſtros hinc inde factores & procuratores, quos in ſolidum & irrevocabiliter præſentium tenore conſtituimus, reverendum videlicet Patrem, Dominum Jodocum, Epiſcopum Ozllien. & Magnificum, Venenerabiles, egregios, Nobiles & circumſpectos Viros, Johannem de Oſtrorog, Militem, utriusque Juris Doctorem, Caſtellanum Myedzyrzecen. Magiſtrum Sandivogium, Theologiæ Profeſſorem, Præpoſitum Monaſterii Clodavien. Ordinis Canonicorum regularium, Antonium de Furlivio, Decretorum Doctorem, Cameræ Apoſtolicæ Clericum, Andream de S. Cruce, Antonium de Cafarellis, Sacri Palatii Apoſtol. Advocatos, Bartolomeum Kelbaſſa, Canonicum Gnesnen. Magiſtrum Henricum Hurdman, Decanum Eccleſiæ S. Andreæ Colonienſ. Procuratorem cauſarum, Magiſtrum Fabrianum Hanko, Decretorum Doctorem, Canonicum majoris & Scholaſticum S. Crucis Wratislavienſ. Eccleſiarum coram ſummo Pontifice, Domino noſtro ſanctiſſimo Papa, confitebimur, recognoſcemus, & quilibet noſtrum confitebitur & recognoſcet præfatam unionem, fœdus, pacem & concordiam, nos ſpontanee, libere, ſincera voluntate, ſine dolo & fraude celebraſſe, ordinaſſe, confeciſſe & conſummaſſe, & omnes articulos, capitula, modos & ordinem, quibus pax ipſa & concordia conſummata, confecta & regulata eſt, ad præfati Reverendiſſimi Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, Apoſtolici Legati, exhortationem, perſvaſionem, & mediationem, & de noſtra mente, ſcitu, voluntate, aſſenſu & beneplacito ultroneis proceſſiſſe. Inſtabimusque, petemus, laborabimus, inſtareque, petere & laborare debemus, & tenebimur ſine dolo & fraude, quatenus ſummus Pontifex, ſanctiſſimus Dominus noſter, præſentem unionem, fœdus, pacem & concordiam per interpoſitionem ſui ſpecialis Decreti, de certa ſuæ Sanctitatis ſcientia emanandi, & per literas Apoſtolicas ſive Bullas in omnibus ipſius articulis, capitulis, modis, ordinationibus atque punctis acceptet, gratificet, ratificet, et ad perpetuam rei memoriam confirmet, pœnam quoque et cenſuram, ad quam nos ſubmittimus, adjiciet et apponet, in præſentis pacis, unionis et fœderis violatorem, transgreſſorem et contravenientem, cum ſuppletione defectuum, ſi qui ſunt in præſenti fœdere, ordinatione et inſcriptione commiſſi, et cum derogatione ſtatutorum et conſvetudinum Ordinis etiam juramento firmatorum, aut auctoritate Apoſtolica vel Legatorum ejus, vel quacunque alia confirmatorum, quibus fortaſſe cavere, quod in magnis et arduis rebus Ordinis vocatio et conſenſus Magiſtrorum Almaniæ, et Livoniæ debeat intervenire, ac etiam cum caſſatione allegationis metus, qui per Magiſtrum, Commendatores, Conventum et Ordinem de metu poſſet, dum ad pacem præſentem conficiendam, ad vocationem præfati Reverendiſſimi Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, Apoſtolici Legati, ſponte venerint, et in ſingulos tractatus, conditiones et concluſiones pacis, tanquam nobis proficuas et utiles, ſuum ultroneum præbuerunt conſenſum. Quam quidem concordiam, unionem et fœderis perpetui concluſionem, Nos Caſimirus, Rex præfatus, pro Nobis, Regni noſtri ſucceſſoribus, et Ducibus Maſoviæ et Stolpen. Epiſcopo, Epiſcopatu ac Capitulo Warmienſi adjutoribus, adhærentibus et ſubditis noſtris, de certa ſcientia in omnibus ejus articulis, conditionibus atque punctis approbamus, acceptamus, et præſentium tenore pro ſubſiſtentia perpetua emologamus, ſalvis aliis, quæ contra præſentis pacis et unionis ordinationem, ejus conditiones, articulos et capitula non ſunt, præfati Domini Ludovici, Magiſtri, et ſui Ordinis juribus, libertatibus et privilegiis: Quæ nos Caſimirus, Rex præfatus, pro nobis et ſucceſſoribus noſtris, Regibus Poloniæ, approbamus et confirmamus. In cujus rei teſtimonium noſtrum et præfati Reverendiſſimi Patris, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini, et Apoſtolici Legati, Sigilla, cum manus propriæ ipſius Domini Rudolphi, Legati, et Notariorum publicorum ſubſcriptione præſentibus ſunt appenſa. Et Nos Johannes, S. Gnesnen. Eccleſiæ Archiepiſcopus et Primas, et Regni Poloniæ Cancellarius, Jacobus, Wladislavienſ. Paulus, Warmienſ. eadem gratia Epiſcopi: Lucas de Gorka, Posnanienſ. Stanislaus de Oſtrorog, Caliſchienſ. Stiborius de Bayſen, Gubernator Pruſſiæ, Petrus de Opporow, Lancicienſ. Nicolaus de Coszczelecz, Breſten. Johannes de Coszczelecz, Juniwladislavienſ. Gabriel de Bayſen, Culmenſ. Palatini: Petrus de Schamotuli, Posnanienſ. Petrus de Gay, Caliſchienſ. Johannes de Rythvviany, Regni Poloniæ Marſcalcus, Otho Machvvicz, Miles, Nicolaus Pilavvski, Culmenſ. Petrus de Moſczona, Dobrzynen. Dobrogoſtius de Oſtrorog, Camenecenſ. Johannes de Oſtrorog, utriusque Juris Doctor, Medzyrzecen. Sandivogius de Czarnkovv, Santhoczenſ. Caſtellani, Stiborius de Poniecz, Judex Posnanienſ. Petrus Donyn de Prankovvicze, Sandomirienſ. et Michael de Laſſotki, Lancicien. Succamerarii: Promittimus et ſpondemus, quod Sereniſſimus Princeps, Dominus noſter gratioſiſſimus, Dominus Caſimirus, Dei Gratia Rex Poloniæ, et Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ. Pruſſiæ, Dominus et Hæres, et ſui ſucceſſores, Reges Poloniæ, præſentem concordiam et fœdus pacis perpetuæ atque conjunctionis cum Illuſtriſſimo et Magnifico Principe et Conſiliario Regni Poloniæ, Domino Ludovi-

dovico de Erlichhauſen, Magiſtro Generali Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum, Hoſpitalis Jeroſolymitani, prædicto initam, concluſam, firmatam, cuſtodiet, attendet, obſervabit. Nos quoque Prælati et Barones prædicti cuſtodiemus, attendemus, obſervabimus & implebimus, in omnibus conditionibus, articulis atque punctis, et, in evidentiam præmiſſorum, Sigillorum noſtrorum appenſione præſentem literam ordinavimus roborari. Actum et datum in Thorun, die Solis, decima nona Octobris, Anno Domini 1466.

Præſentibus Venerabilibus, Egregiis, Strenuis, Nobilibus et Spectabilibus Viris, Paulo de Glowina, Decano Cracovienſ. Petro Pnyewy, Præpoſito Wladislavienſ. et Canonico, Jacobo de Schadeck, Decretorum Doctore, Præpoſito Præmislienſ. et Johanne Dlugoſch, Canonico Cracovienſ. Henrico de Opporow, utriusque Juris Doctore, Archidiacono Gnesnenſ. Matthia de Raczansz, Canonico Wladislavienſ. Johanne Winkler, Decretorum Doctoribus, Paulo de Panczlavvicze, Johanne Offman, Clerico Bambergenſ. Diœceſis, Licentiatis in Decretis, Johanne Stankonis, Medicinæ Doctore, Canonico Wratislavienſ. Bernhardo de Schomberg, in Chelm, Johanne Skalskim, in Frauenburg, Georgio Slivven, Przevvſchelavv, Capitaneis: Johanne Schilling, Johanne Thimonis et Philippo Wayszell de Sambia, et aliis quamplurimis fide dignis teſtibus ad præmiſſa vocatis et rogatis.

Et Ego Rudolphus, Dei gratia Epiſcopus Laventinus, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, et Sanctiſſimi D. noſtri D. Pauli, divina providentia Papæ II. ad Germaniam Legatus miſſus præfatus. Quia præmiſſa omnia tractavi, concordavi, et dum per partes acceptarentur, emologarentur, et jurarentur, præſens interfui; Ideoque pro majori evidentia ac teſtimonio hic me manu propria ſubſcripſi, hujusmodi concordiam et fœdus perpetuum approbando, atque grata rata habendo.

R. Laventinus Epiſcopus, mppr.

(L. S. Jo. Evvich, Not.)

Et ego Johannes Evvich, de Attendarii Clericus Colonien. Diœceſ. Publicus, Apoſtolica et Imperiali auctoritatibus, Notarius, præfatique Reverendiſſimi in Chriſto Patris et Domini, Domini Rudolphi, Epiſcopi Laventini et Legati Apoſtolici ac coram eo ſcriba. Quia præinſertis concordiæ et perpetuæ pacis et articulorum et Capitulorum in eadem concordia expreſſorum publicationi et inſinuationi partium hinc inde ejusdem concordiæ acceptationi et emologationi, exceptioni, renunciationi, promiſſioni et juramentorum præſtationi, omnibusque aliis et ſingulis præmiſſis, dum, ſicut præmittitur, per præfatum Dominum Reverendiſſimum, D. Rudolphum, Epiſcopum Laventinum et Legatum Apoſtolicum, coram eo, et per Sereniſſimum Principem et Dominum, Dominum Caſimirum, Poloniæ Regem etc. et ſuos ex una, ac Magnificum Dominum Ludovicum de Erlichhauſen, generalem Magiſtrum Ordinis B. Mariæ Theutonicorum, et etiam ſuos ab altera partibus, agerentur et fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens fui, eaque omnia et ſingula, prout in prætacta concordia et articulis continentur, fieri vidi et audivi. Ideoque præinſertas literas concordiæ et perpetuæ pacis cum earum articulis et capitulis, manu alterius, me aliunde legitime occupato, fideliter ſcriptas atque confectas ſubſcripſi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, ſignoque et nomine meis ſolitis et conſvetis, una cum prædictorum Sereniſſimi Domini Regis, Domini Legati ac Regis Conſiliariorum, Sigillorum appenſionibus, ac cum Notariis infra ſcriptis ſignavi, in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum præmiſſorum rogatus et requiſitus. Ad has literas pacis perpetuæ viginti ſigilla ſunt appenſa.

XLIII.

Vertrag zwiſchen dem Teutſchen Orden an einem / und des H. Röm. Reichs Stadt Nürnberg andern Theils / unterſchiedener Irrungen halber / de Anno 1487.
ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Contin. I. unterm Teutſchen Orden / pag. 41.

XLIV.

Kauff-Brieff / vermöge deſſen der Stadthalter der Balleyen Teutſchen Ordens in Sachſen / nebſt ſeinen Ordens-Brüdern / den Zehenden zu Eylſtorp an die Abtey zu Hinßborch verkaufft / de Anno 1508.

Wy

Wy Bröder Marten von Toppherrn / Stadtholder der Balligen in Saßen / Tütſchen Ordens / und Wy Clauß von Wulffen / Johannes Martini / Marten Jaenß / Valentin Steynern / Borchard Siverdes / Hanß Schenewitz / Johann Scröder / und Johannes Woltwyſk / Huiß-Compters und Ridders / Bröder des Tütſchen Ordens und Ballye / we boven geſchreven / bekennen und betügen openbar in düſſem Breve vor Uns / unſern ganſen Orden / unſe Nakommenlinge / und vor als weme / dat Wy eindrechtigliken mit ſammter Hand hebben recht und redelicken verkopt / und verkopen jegenwerdigen in Krafft düßes Breves / den Werdigen und Geiſtlichen Hern / Ehrn Hermanno, Abbeten / Bernhardo, Priorn / und gans Convent des Cloſters to Huißborch / Ordens Sünte Benedicti, Halvorſtädtſches Biſtdohms / und allen ören Nakommelingen / unſern ganſen Tegenden to Eilſtorp / fry / ledig und lohs / von als wenn im Dorp und Velde / wo man den nehmen mag / Fleiß-Tegenden und Korn-Tegenden / mit aller Tobehöringe / nichts utbeſcheden / vor 1800. gude vullwichtige rynſche Gülden / de Wy an reden baren Golde von denen empfangen / und de vort in unſers Ordens Nüth und Frommen wittlicken gebracht hebben; Und Wy alle ſetten de vorgenömten Heren und öre Nakommelinge in de ranwelcke Beſittinge / Brucke und Wehre in aller Wiſe / alſo Wy den Tegenden hebben von Older gehabt / und hebben wente an düße Tyd / alles Rechts / Geiſtliken und Werltikes unbekümmert / ane jenich Hinterniße / Hülperede / nye Fünde / efte Argeliſt. Alle Puncten und Articule düßes Breves ſamt und beſunders loben Wy Stadtholder und Bröder alle vor gut / den Werdigen und Geiſtliken Hern / Hermanno, Bernhardo, Prior, und ganſen Convent des Cloſters to Hyeſeborch / und ören Nakommelingen / ſtete und veſte / unverbrocken / ſunder jenigerly Argeliſt / Behelp / effte nye Fünde wol to haltende; Des to vorderen und vaſteren Geloven hebben Wy Bröder / Marten von Toppherrn / Stadtholder unſes Amts / der Balligen Jungeſegel / und Wy Clauß von Wulffen / Johannes Martini &c. ſamt und beſunders unſers Ordens-Huſes Jungeſegel eindrechtigliken / beneben unſes Hern Stadtholders und Overen Jungeſegel / benedden an düßen Brev wittliken thon hengen; Gegeven in dem Jare Unſes Hern / als man ſchreff Veffteinhundert und acht Jare / des Dienſtags na Wallborgis.

XLV.

Ewiger Friede zwiſchen König Sigismundo I. in Polen / und Marggraff Albrechten zu Brandenburg / Hochmeiſtern des Teutſchen Ordens in Preuſſen / Krafft deſſen ſich Beyde in die Preußiſchen Lande getheilet / und Dieſem / und ſeinen Erben und Nachkommen / das ſo genannte Hertzogliche Preuſſen / mit Verbehalt des Dominii directi vor die Cron Polen / auff ewig abgetreten worden / de Anno 1525.

IN Nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei memoriam, omnium rerum, quæ ſempiternæ ſunt futuræ, nulla firmitudo certior excogitari poteſt, quam ea, quæ ſit literarum monumentis prodita ad memoriam poſteritatis. Cætera enim facta humana, quantumcunque memorabilia, aliis modis, quam literis æternitati conſecrata, aliquot quidem ſeculorum decurſu durare poſſunt: Quæ vero literarum officio memoriæ mandantur, nunquam intereunt, ipſaque vetuſtate fiunt auguſtiora. Proinde Nos Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, nec non Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Ruſſiæ, ac omnium Terrarum Pruſſiæ, Pomeraniæ, &c. Dominus & Hæres, manifeſtum facimus univerſis, quia cum acta eſſent plurima bella inter prædeceſſores noſtros, Reges, & Regnum Poloniæ, ac Magiſtros & Ordinem dictum S. Mariæ Theutonicorum in Pruſſia, de proprietate ipſarum Terrarum Pruſſiæ certantes, eaque non penitus extincta, inter Nos, & Illuſtrem Dominum Albertum, Marchionem Brandeburgenſem, & Magiſtrum ipſius Ordinis, recruduiſſent, cum magno Reipublicæ Chriſtianæ incommodo & detrimento: Proindeque & Summus Pontifex, & Cæſarea Majeſtas, Sereniſſimusque Nepos noſter, Dominus Ludovicus, Ungariæ & Bohemiæ Rex, Nos ad ineundas quadrienales inducias, & arbitralem cognitionem ſubeundam, hortati eſſent, & induxiſſent: Qua demum magnis impedimentis non ſecuta, & tempore induciarum expirante, veniſſent ad Nos Illuſtres Principes, Dominus Georgius, Marchio Brandenburgenſis, in Sileſia, Ratiborien. Jægersdorff, in Pruſſia, Stetinen. Pomeraniæ, Caſſubarum, Sclavorum Dux, Burggrabius Norinbergenſis, & Princeps Rugiæ: Et Fridericus, Dux Lignicenſis, & Brigenſis, ac inferioris Sileſiæ Capitaneus, neceſſarii & affines noſtri chariſſimi, de pace & concordia ſtabili ac firma ſedulo agentes: Tandem poſt multos tractatus, & rationes utrinque expenſas, ad infra ſcriptas conditiones, & capitula ipſius pacis & concordiæ devenimus, omnia

omniaque & ſingula condiximus, & utrinque firmavimus, in hunc, qui ſequitur, modum:

IN nomine Domini, & Sanctæ individuæ Trinitatis, Amen. Nos Georgius, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, in Sileſia, Ratiborien. Jagendorff, in Pruſſia, Stetinen. Pomeraniæ, Caſſubarum, Sclavorum, &c. Dux, Burggrabius Norinbergen. & Princeps Rugiæ: Et Nos Fridericus, eadem gratia Dux Legnicen. & Brigen. ac inferioris Sileſiæ Capitaneus, recognoſcimus & ſignificamus omnibus & ſingulis præſentem concordiam, ſeu contractum viſuris, audituris, ſive lecturis. Quia nos ex infraſcriptis ſequentibus rationibus, quæ nos, tanquam Principes Chriſtianos promoverunt, eandem ſequentem concordiam & contractum inter Sereniſſimum & Excellentiſſimum Principem & Dominum, D. Sigismundum, Regem Poloniæ, & ſuæ Majeſtatis hæredes, & ſucceſſores, Reges Regni Poloniæ, ex una, & Illuſtriſſimum Principem & Dominum, D. Albertum, Marchionem Brandenburgen. Theutonici Ordinis generalem Pruſſiæ Magiſtrum, & ejus ordinem militarem, Terrigenas, & Civitatenſes, ex altera partibus, concepimus, tractavimus & compoſuimus.

Et inprimis id præcipue ac potiſſimum conſiderantes, omnes diſſenſiones, bella, contentiones & conflictus inter Reg. Majeſtatem, & Dominum Magiſtrum, ejusque terrarum incolas, hinc ortas & emanatas eſſe, eo, quod non unus Princeps hæreditarius omnium terrarum Pruſſiæ gubernator hucusque extitiſſet, dictaque Pruſſia diverſorum Procerum capitibus gubernata eſſet, unde Terrarum ipſarum incolæ pernicioſis inter ſeſe bellis & contentionibus digladiabantur, & prælia commovebant, ex quibus magna effuſio Chriſtiani ſangvinis, damnaque & nocumenta incolis, orphanis & viduis plurima ſunt illata. Similiter conſiderantes, quod præfatus Dominus Magiſter, frater & avunculus, ac ſororius noſter, retroactis temporibus, quando officio Magiſterii fungeretur, multifarias fatigas & labores hucusque ſubivit apud omnes ſtatus Chriſtianorum Principum, videlicet, Summos Pontifices, & Cæſaream Majeſtatem, Sacrum Romanum Imperium, & Electores Imperii, nec non apud nobilitatem Germaniæ, eosdemque omnes ſæpius requiren. operam diligentem impendit, ſperans eosdem invigilaturos, quo ipſæ ſeditiones & controverſiæ, ac diſſenſiones ſecundum continentiam infraſcriptæ perpetuæ pacis, per Sereniſſ. Majeſtatem, felicis recordationis, Caſimiri Regis, olim Thorunii confectæ, & juxta compromiſſum in proximo quadriennio per Cæſareæ Majeſtatis & Regiæ Serenitatis Ungariæ Oratores, in præſentia Sanctiſſimi Domini Leonis, Papæ, Legati, &c. Thorunii factum, componerentur & concordarentur, id tamen ex intervenientibus bellorum motibus, & cæteris variis admodum arduis negotiis, quibus Cæſarea Majeſt. & Sereniſſimus Dominus Rex Ungariæ hactenus impliciti ac diſtracti fuerunt, hucusque impeditum & indiſcuſſum permanſit.

Nos tamen, conſiderantes hujusmodi ordinationem optimam fuiſſe, compromiſſum paucis diebus ad finem & terminum ultimum deducere ſtuduimus. Nam ubi negotia indiſcuſſa permanſiſſent, formidandum fuit, ne Regia Majeſtas & Regnum Poloniæ, ac Magiſter cum terris Pruſſiæ iterum ad majores armorum tumultus, prælia & contenſiones, ac humani ſangvinis effuſionem redirent, in damnum & jacturam totius Reipubl. Chriſtianæ.

Ad præcavendum igitur hujusmodi mala & incommoda, pacisque ſtudio intendentes, quo in futurum perpetua Chriſtiana pax inter Reg. Majeſtatem & ejusdem Majeſtatis hæredes, ſucceſſores Regni Poloniæ, Reges, & inter Magiſtrum Pruſſiæ, & ejusdem terrarum incolas utrinque intervenire, ac diſponi poſſit. Conſiderantes etiam, quia & nunc Reverendus Dominus Statilius, Præpoſitus Veſprimien. Sereniſſimi Regis Ungariæ Domini, Domini noſtri clementiſſimi, tanquam dicti compromiſſi arbitri internuncius pacis, ac miſſus Orator ad Seren. R. Majeſtatem Poloniæ, ac Magiſtrum Pruſſiæ, fratrem & avunculum, ac Sororium noſtrum, quo ſe ad concordiam & ipſum contractum per nos factum benevole ſubmitterent, & gratioſe ac benigne eidem conſentirent, rogavit & requiſivit. Nos tanquam mediatores, reconciliatores pacis, ex ſupradictis cauſis & rationibus ſequentes articulos, quos ſalubri viæ concordiæ intendentes, Chriſtianos decentes, idoneos cognovimus, inter S. R. Maj. & Dominum Magiſtrum, utriusque accedente conſenſu, fecimus & diſpoſuimus, & prout infra continetur, ordinavimus & confecimus.

Inprimis, quod omnes diſſenſiones in iis bellis inter Reg. Majeſtatem, Dn. Magiſtrum, Duces Maſoviæ, Epiſcopos Varmienſes & Culmen. & cæteros omnes, eorumque ſubditos, exortæ, per ſequentem transactionem in univerſum ſublatæ ſint, & neutri partium in malo reminiſcendo imputari debent.

Item, quod loca, caſtra & oppida cum omnibus attinentiis & pertinentiis in his bellis utcunque alias utrinque intercepta cum bombardis majoribus, quemadmodum in prima occupatione Arcium & Oppidorum inventæ ſunt, reſtitui: Bombardæ etiam uncales, quas Hokenbuchs vocant, eo pacto, ut penes modernos officiales reſtabant, ſimiliter reddi debent. Si vero quicquam Bombardarum majorum deeſſet, debent officiales per juramenta interrogari, ut mediis eorum juramentis dicant, quid illic invenerint. Quod autem Bombardas in Caſtro Holando demolito inventas attinet, debent ſine diminutione ad manus Illuſtris Domini Marchionis Alberti reſtitui.

Præterea debent omnes & ſinguli ex Nobilitate, Civibus & colonis, omnis promiſſionis & juramenti, quibus præſentibus bellis, aut citra, alias circa hæc tempora a ſuis ad alienos Dominos ſe contulerunt & obligarunt, liberi & ſoluti eſſe, & reputari.

Cæterum, quod ad neglecta ſervitia attinet, debet a S. R. Majeſt. & Duce de Pruſſia, illis, qui ea neglexerint, ex gratia condonari, & bona ſeu poſſeſſiones eorum reddi.

Cæterum, quod liberos eorum attinet, qui condemnati ob perpetratum facinus pœnas dederunt, bona immobilia utrinque reddantur, & patrum facinus honori puerorum nihil noceat, nec apud quempiam in aliquo præjudicet.

Item debet R. Majeſtas illis de Nevvmarckt, ſimiliter Marchio Albertus, Gilczenburgen. & Hoenſteinen. nec non omnibus Civitatibus Eccleſiaſticis & ſecularibus, Nobilibus & plebeis utriusque partis ſubditis, qui ex timore defecerint, parcere & condonare, nullaque indignatione reminiſci, nec cuiquam, ut hoc vindicet, permittere, ſed ex clementi voluntate, ſub utriusque hinc inde ſigillis & literis ſententiam ferre, quod hoc ipſis & liberis eorum in nullam dehoneſtationem aut incommodum vergere debeat.

Item, quod ad Eccleſiaſticoram bona & jurisdictionem attinet, debet Dux Pruſſiæ ad requiſitionem Eccleſiaſticorum unicuique juſtitiam, ut Chriſtianum, æquum & juſtum eſt, adminiſtrare.

Cæterum bona, reditus & cenſus, ſub Duce Prusſiæ ſiti, Epiſcopatum Varmienſ. vel eosdem Eccleſiaſticos attinens, debent viciſſim ex omni parte reſtitui. Si vero Dux vel Nobiles ſui curatos, vel alios in Eccleſiaſtica beneficia collocare vellent, qui hominibus chriſtiane providerent, eos Epiſcopus juxta antiquam conſvetudinem inſtituere ac inveſtire debet.

Item, ſi poſſent Domini Pontifices conſtanter docere, quod Eccleſiaſtici, in terris Dn. Ducis commorantes, ſecus quam Chriſtiani, ac contra ordinationem & conſtitutionem univerſalis Sanctæ Eccleſiæ Chriſtianæ ſe gererent, debet Dominus Dux una cum Dominis Epiſcopis juvare, ut tales debita caſtigatione emendentur.

Item, ſi quispiam civium aut ruſticorum duos annos ante proxime geſtum bellum usque huc Domino ſuo ſe ſubduxiſſet, & absque voluntate ejus aufugiſſet, repetiti debent Dominis ſuis ſine omni medio reſtitui, & exinde nulla partium alterutri ſuos detinere. Qui autem vi ab utraque parte abacti ſunt, ii debent publicis mandati literis ad Dominos ſuos dirigi ſeu remitti.

Item debet Dominus Albertus, Marchio, Regiæ Majeſtati & Regno Poloniæ juramentum, uti naturali & hæreditario Domino ſuo, præſtare, & ſe impoſterum erga ejus Regiam Majeſtatem in omnibus, ſicut Principem Vaſallum erga Dominum ſuum hæreditarium de jure decet, obedientem exhibere. Debet præterea Marchio Georgius ſuo & fratrum nomine vexillum contingere. Debent ſimiliter Marchiones Caſimirus & Johannes ſigillis & literis ſuis intra annum hujusmodi contractum agnoſcere & acceptare.

Item debet Regia Majeſtas ex adverſo Marchioni Alberto infra ſcriptas Terras, Civitates, Caſtra & vicos, videlicet tria Oppida & caſtrum Konigsberg, Lochſteten, Vargen, Girmau, Pubetten, Rudau, Schaken, Kaymen, Kremitten, Valdavv, Tapiavv, Taplauken, Narbetten, Inſterburgk, Allenburgk, Venſtervv, Gerdavven, Angerburgk, Nordenburgk, Labiavv, Laukisken, Tilſit, Ragnet, Reſitten, Vintergk, Mimmel, Brandenburgk, Kreutzburgk, Friedlandt, Domenau, Barten, Luzen, Balge, Heiligenbeill, Zinten, Landzbergk, Preuſcheilau, Bartenſtein, Seliesten, Sensburgk, Rein, Raſtenburg, Lick, Johansburg, Hollandt, Liebſtat, Muhhaluſen, Moring, Paſſenheim, Ortelsburg, Oſterode, Hohenſtein, Neidenburgk, Soldavv, Gilgenburg, Schippenbeill, Deutſch Evlau, Preuſchmarckt, Lubmuhl, Salfeldt, Riſenburgk, Marienvverder, Tirenbergk, Labſavv, Schonbergk, Bovvundun, Jorgenburgk, Roſenburg, Gordenſee, Neuhaus, Freienſtat, Solavv, Fiſchauſen, Biſchoffvverder, Medenavv, tanquam Duci in Pruſſia, in legitimum & hæreditarium feudum conferre, & ejusmodi infeudationis literas ab uno fratre ad alium, & eorum hæredes, tanquam ſuper indiviſo feudo, juxta tenorem transactionis conficere.

Item, ſi quando memorati quatuor Principes & Marchiones, Albertus, Georgius, Caſimirus, Johannes, & eorundem legitimi feudi hæredes omnes, ſine legitimis feudi hæredibus decederent, tunc & non antea debent ſupra ſcriptæ terræ Pruſſiæ ad Regiam Majeſtatem & Regnum Poloniæ hæreditarie redire & recidere. Si vero filiæ ſupereſſent, hæ debent Ducalis dotis pecunia a Regia Majeſtate abſolvi & provideri.

Item debet Regia Majeſtas Marchionem Albertum, ſuos hæredes, & omnes incolas ſupra ſcriptarum terrarum Pruſſiæ, in eorum Privilegiis, huic transactioni & ſuperioritati Regiæ Majeſtatis non repugnantibus, conſervare, & alios ab iniqua violentia defendere & manutenere.

Item debent tam Ordinis, quam Nobilitatis & Civitatum prædictarum terrarum Pruſſiæ mandatarii Nuncii pro ſe, hæredibusque & ſucceſſoribus ſuis, conſentire & inſcribere, quod ſe ipſos, hæredesque & ſucceſſores ſuos, poſt obitum quatuor prædictorum Principum, & ſuorum legitimorum feudi hæredum, ad Regiam Majeſtatem & Regnum Poloniæ, ac ipſius hæredes, debita fidelitate & ſubjectione, uti ad eorum naturalem ac hæreditarium Dominum, & nullum alium, tenere debeant & velint.

Ita denique, quod Regia Majeſtas ſupra ſcriptas terras Pruſſiæ cum aliquo linguam Germanicam callenti, & in eodem Ducatu bene poſſeſſionato, qui omnia officia adminiſtret, procurare debeat. Et ſi Majeſtas Regia Conſiliarios ſuos deputaverit, quod Nobiles & Civitates, Eccleſiaſtici & Seculares omnium Ordinum terrarum Pruſſiæ Duci ex Pruſſia juramentum præſtare debeant, quod tunc ex ſingulis diſtrictibus duo ex Nobilitate, ac Civitatibus nomine aliorum omnium, quemadmodum hic præſentes ſe inſcripſerunt, literis quoque & ſigillis ſuis hujusmodi concordiam recognoſcere debebunt, & quum Principi de Pruſſia juramentum præſtabunt, quod tunc medio hujusmodi eorum præſtito juramento, etiam hanc concordiam ſe ſervaturos promittant.

Item, quod Princeps de Pruſſia primum & proximum locum in Conſiliis, terrarum Comitiis & publicis Conventibus apud R. Majeſt. habere debet.

Item, quod Princeps ex Pruſſia, hæredesque & ſucceſſores Principes ex Principatu & terris Pruſſiæ prædictis nihil vendant, verum ſi ad hoc ingens urgeret neceſſitas, debebunt hoc R. Maj. tanquam Domino ſuo hæreditario ante unum annum prius denunciare. Quod ſi Majeſtas ſua emere nollet, ex tunc ipſe Princeps vendendi habeat poteſtatem: Regalibus tamen Regiæ Maj. feudi & obſequiorum juribus ſalvis. Et præterea, ſi Dux ipſe Pruſſiæ urgente neceſſitate premeretur, poterit Arces & Oppida ſua Vaſallis ſuis locare & impignorare, ut eædem terræ unitæ & indiſciſſæ, quemadmodum nunc ſunt, permaneant.

Item, quod ad obſequium attinet, ex quo terra Pruſiæ in magnum detrimentum pervenit, promiſit Reg. Majeſtas Marchioni Alberto ſex annorum libertatem ſe ex gratia daturam. Ubi autem Reg. Majeſtas & Regnum Poloniæ a quibuslibet, cujusvis dignitatis aut conditionis illi fuerint, occaſione hujus transactionis & conceſſionis feudi impugnaretur, ex tunc Dux in Pruſſia cum ſucceſſoribus, in propria perſona, una cum omnibus ſuis ſubditis, pro ſummis viribus R. Majeſtatem etiam intra hoc ſex annorum libertatis ſpacium adjuvare, & illi conſulere ſit obligatus. Similiter Reg. Majeſtas & Regnum Poloniæ erga Ducem in Pruſſia & ipſius terras in hoc caſu facere debebit. Si autem contingeret, quod Reg. Majeſtas aut Regnum Poloniæ extra hunc contractum ab infidelibus, & alias urgeretur, & Reg. M. Poloniæ in propria perſona cum omnibus ſuis ſubditis in caſtra proficiſceretur, tunc Dux in Pruſſia cum ſucceſſoribus ſuis obligatus eſſe debet, R. Majeſtatem cum centum inſtructis equis usque ad terminos terrarum Pruſſiæ conſequi. Si vero Dux in Pruſſia a Reg. Maj. ultra fines tranſire requiſitus fuerit, ex tunc hujusmodi centum equites inſtar aliorum Majeſtatis ſuæ Equeſtrium militum Regiis ſtipendiis militare debebunt. Caſu autem, quo Reg. Majeſtas urgenti neceſſitate plures quam centum equites a Duce in Pruſſia educi deſideraret, quotquot centenarium numerum exceſſerint, a tempore exitus domiciliorum ſuorum, Regio ſtipendio, ut promiſſum eſt, militabunt. Si vero in facultate Ducis ex Pruſſia non fuerit, plures quam centum equites educendi, non debet propterea ipſum Majeſtas R. ulterius urgere.

Item, quod ad jurisdictionem inter Reg. Majeſtatem & Principem Pruſſiæ attinet, ita obſervandum eſt, ſi contingat, quod Reg. Majeſtas Principem, aut viciſſim Princeps ipſe R. Majeſtatem, in cauſis perſonas utriusque partis concernentibus, convenire vellet, debet Majeſtas R. Conſiliarios ſuos Marienburgi aut Elbingi collocare, juramentisque, quibus ſuæ Maj. obnoxii ſunt, abſolvere, & rurſum ad juſte judicandum obligare. Et quicquid tunc a prædictis Conſiliariis Reg. Majeſtati & Principi pronunciatum & decretum fuerit, ratum eſſe debebit, & ſine contradictione ſervari.

Si vero quispiam de ſorte ſeu conditione Principis Secularis aut Eccleſiaſtici ſtatus in Pruſſia ſupradictum Principem de Pruſſia ſuper quavis re convenire prætenderet, debebit Majeſtas Reg. ſex ex Conſiliariis ſuis, & Princeps in Pruſſia totidem ex ſuis, ad judicium, ut præmittitur, obligare, & juramentis aſtringere, & quicquid ipſi æquum eſſe decreverint, & pronunciaverint, ei utraque pars acquieſcere, & ſine ulla tergiverſatione id ratum habere debebit.

Si

Si autem aliquis, qui de ſorte Principum non fuerit, contra Ducem in Pruſſia quampiam actionem inſtituere vellet, hoc coram Vaſallis Principis facere debet, quos Princeps ipſe collocare, & ad judicium obligare tenebitur.

Si quis autem, occaſione hujusmodi judiciorum, in caſibus Principis perſonam attingentibus ſibi injuriam factam, aut ſe gravatum exiſtimaret eſſe, poterit ad Conſiliarios (quos R. Majeſtas & Dux in Pruſſia quotannis ad feſtum Sancti Franciſci, cum id neceſſitas exigerit, Mariæburgum mittere debebunt,) provocare, qui ſuper ea re cognoſcendi poteſtatem habere debent. Quod ſi ibi cognitum fuerit appellationem provocantis frivolam & illicitam eſſe, debebit illa pars judicio decem marcas Pruthenicales pendere, & parti adverſæ ad refundendum expenſas litis, & ad parendum priori ſententiæ, obligata eſſe.

Ubi vero actiones emergerent, incolas terrarum Pruſiæ, & eorum poſſeſſiones utrinque contingentes, unusquisque in eo judicio, ubi bona ſeu poſſeſſiones ſuæ fuerint, aut Reus domicilium habuerit, conveniri, & ad extranea judicia trahi non debet.

Item neutrius partis ſubditi, nec etiam eorum bona, ex quo in locis, ad quæ ſpectant, juſtitia obtineri poſſit, in alienis judiciis arreſtari aut detineri debent.

Item, quod deinceps omnes incolæ terrarum Pruſſiæ utrinque reciproca vicisſitudine in terra & mari, ſine impedimento negociationes exercere, veteribus ſtratis proficiſci & curribus tranſire, nec non in privilegiis ſuis hoc caſu permitti debent.

Cæterum fora in villis, contra fas, & antiquam conſvetudinem inſtituta, deinceps ubique aboleri, & in Civitates, ad quas ſpectant, reponi debebunt.

Item, quod profundum Balgenſ. ad mare recens, Haeb, & ubicunque alias profunda, id eſt, oſtia maris fuerint, Caput Viſſæ & omnia flumina, omnibus Pruſſiæ incolis, ut in ipſis navigare & trajicere poſſint, libera ſint. Et peregrini mercatores nec in Konigsberg, nec Braunsberg, Elbingum, Gedanum, aut in ullam aliam Civitatem proficiſci cogantur, ſed debent libere, non coacti, prout ipſis placuerit, velificare & navigare. Attamen ſine antiquorum theloneorum & privilegiorum detrimento.

Item nulla thelonea, depoſitiones, vel alia gravamina in terris Pruſſiæ, contra antiquam conſvetudinem & Privilegia, ab ulla partium inſtitui debent, ſed vetera thelonea permanere. Si autem ab alterutra partium a tempore transactionis Regis Caſimiri, thelonea eſſent inſtituta, ea quoque hinc inde abrogari debent.

Si vero ſucceſſu temporis contingeret, quod Reg. Majeſtas & ſimiliter Dux in Pruſſia, ad requiſitionem utriusque ſubditorum ſuorum, alicubi nova thelonea, aut emporia ad utilitatem terrarum Pruſſiæ inſtituere deſtinarent, tunc debet Maj. Regia Ducem Pruſſiæ vocare in locum opportunum, & ambæ partes ſuper ea re concordandi & tranſigendi poteſtatem habere. Si etiam aurigæ vel nautæ hujusmodi thelonea præterierint, non debent eis bona adimi, ſed tantum naves currusque auferri.

Cæterum, quod ad bona naufragantium attinet, debebit id cum iisdem ſecundum veterem introductam conſvetudinem, ex quo idem in Selandia, Holandia & Brabandia conſvetum eſt, etiam obſervari, ita tamen, quod a nautis nihil plus extorqueatur.

Item debet utraque partium adverſus alteram nunc & deinceps publicarum ſtratarum prædones, fures, & alios terris pernitiem invehentes, ad receptandum & promovendum abſtinere. Sed qui unius partis profeſſus hoſtis ſit, debet etiam ab altera parte pro ejus diffidato hoſte & damnificatore cenſeri.

Item quævis partium poteſtatem habere debet, hoſtes & noxios ſuos in bonis alterius partis perſequendi, & in quibus judiciis apprehendentur, in illis ſiſti, & juxta ipſorum demerita juſtificari debent.

Item Dux in Pruſſia, præterea Elbingen. Gedanen. & Thorunen. omnem monetam cudere abſtineant, ita, ut R. Maj. intra hic & feſtum Pentecoſtes ſequentis anni diem ſtatuat, de ratione hujusmodi monetæ clare concordandi.

Item, quod Dux Pruſſiæ omnibus Privilegiis & Juribus huic contractui repugnantibus, ſeu ea ſint a Pontificibus maximis, Imperatoribus, Principibus vel Regibus Poloniæ profecta, nunc & in perpetuum renunciare, & ea in manus R. Majeſtatis conſignare debet. Si autem quicquam in ejusmodi Privilegiis contineretur, quod huic transactioni non repugnaret, ſed Duci Pruſſiæ & terris, occaſione finium & aliorum Jurium & Privilegiorum, neceſſarium eſſet, debebit Majeſtas Regia ejusdem tenoris, ſub literis & ſub ſigillo Majeſtatis ſuæ, ea denuo concedere.

Item, quod Regnum Poloniæ & terræ Pruſſiæ, pro ſe & eorum ſucceſſoribus, ſufficienter ſe inſcribere debent, quod hanc inſtitutam transactionem in omnibus ſuis partibus, punctis & articulis fideliter, perpetuo & irrevocabiliter ſervare, nec unquam contravenire aut agere debeant aut velint, hoc puncto ſingulariter adjuncto, ſi caſus mortis Principum (quos Deus pro ſuo ar-

arbitrio conſervet,) ſe offerret, quod terræ Prusſiæ Majeſtati R. & Regno Poloniæ, & nulli alteri, adhærere debent.

Poſtremo, ſi quisquam cujusque dignitatis aut conditionis exiſteret, huncque contractum impugnare vellet, debent tres Marchiones, quos hæc concordia pariter attingit, una cum Duce de Prusſia, cum omnibus, quos ad hoc permovere poterunt, Regiam Majeſtatem juvare, & ſuper hoc reſpondere.

Huic ſupra ſcriptæ Chriſtianæ concordiæ & unitati Regia Majeſtas Poloniæ & Dux Prusſiæ in omnibus articulis, clauſulis, conditionibus, punctis ſuperius expreſsis, Regiam ac Ducalem dignitatem, Chriſtianamque bonam fidem perpetuo & fideliter interponentes, inviolabiliter pro ſe, & ſucceſsive poſteritatis eorum hæredibus, Succeſſores Reges Poloniæ & Duces Prusſiæ, ratam & firmam habere & obſervare polliciti ſunt ac promiſerunt. Pro majori præfatorum fide & ſecuritate Regia Majeſtas, ſimiliter Dux Prusſiæ hujusmodi pactum, concordiam & unionem manu eorum propria ſubſcripſerunt, & ſigilla ipſorum noſtris adhærentia ſubappendi fecerunt, & hujusmodi Contractus binæ literæ Concordationis ſeu unionis, ſub eodem verborum tenore confectæ, cuilibet parti unæ præſentatæ ſunt. Datum & actum Cracoviæ Sabbatho in vigilia Palmarum, qui fuit octava Menſis Aprilis, Anno Domini 1525.

Und ob man zwar von Ordens Seiten vermeinet, es ſolte auch in cauſa ſuperioritatis Gemmerthanæ fürderſam verfahren und geſprochen werden, ſo haben doch mehrberührte Herren Staaten ohn Zweifel, daß ſie vermuthet und beſorget, es möchte ihnen auch in hoc puncto ein gleichmäßiger widriger Beſcheid begegnen, anfangen Ombages zu ſuchen, und demnach fernern Spruch zu verhindern, unter andern vorgebend, weilen ja uff Ordens Seiten behaupt werden wolte, daß die Herrſchafft Gemmerth unter das Röm. Reich gehöre, daß demſelben vorderiſt obliegen thäte, der Röm. Käyſ. Maj. und ſämtlicher

licher Herren Chur-Fürsten Consens in das Compromiß beyzubringen: Und ob schon darauff derselbe von allen schrifftlich erlanget und reproduciret worden, so haben sie sich gleichwohl nicht darmit vergnügt, und weiter vorgeschützt, daß dieselbe als nicht collegialiter ertheilt insufficient wären: da doch dazumahl kein Collegial- noch Reichs-Versamlung obhanden gewesen, noch so balden vermuthet werden können, gleichwohl dem Orden quasi necessitiret, weilen man verspühret, daß bey solcher Beschaffenheit auch die Arbitri angestanden, und schwerlich ein definitiva zu gewarten, interim die Herren Staaten in violento exercitio juris territorialis, mit Ausschliessung des Ordens, immerzu fortfahren, sich mit ihnen in andere Tractat einzulassen, gestalten endlich, wiewohl mit schweren Conditionibus, der hierbey sub lit. B begriffene Vergleich angenommen worden, den auch hernach weyland die Hoch-Fürstl. Durchl. Ertz-Hertzog Leopold Wilhelm zu Oesterreich, und als Hoch- und Teutschmeister, Christmildisten Gedächtniß, ratificiret haben: Nun aber wird, zumahlen aus sonderbarer bewegenden Ursachen, des Heil. Röm. Reichs Ratification darüber so wohl, als auch die wegen der Land-Commenthurey gefällte Urtheil, wie nicht weniger ein Declaration oder Attestatum verlanget, daß nemlichen das Meisterthum mit seinen acht Balleyen Teutschen Gebiets, das Immediat Corpus und Fürstenthum, so dem Röm. Reich immediatè eingegliedert, und mit einem hohen Anschlag indivisim, wie bey der Chur-Maynzischen Reichs-Cantzley und Archiv klar befindlich, belegt ist, und keines weges divisim ein jede Balley allein constituiren und machen thut, gestalten man hiemit einständig darum bittet, und die verhoffende Willfahrung uff Begebenheit hinwiederum zu beschulden befliſſen bleibet.

Dictat. Ratisbon. per Mogunt.

d. 10, 20. Jan. 1664. Hoch- und Teutschmeisterische Gesandschafft.

Lit. A.

Sententia Definitiva über die Land-Commenthurey der Balley Büssen, aus Nieder- ins Hoch-Teutsche versetzt.

DEmnach zwischen denen Hochmögenden Herren General-Staaten der vereinigten Niederlanden, Actoribus auf einer, und Ihr. Hoch-Fürstl. Gn. Herrn Ertz-Hertzogen Leopold Wilhelmen, als Großmeistern Teutschen Ordens, Opponentibus anderer Seiten, Streitigkeit über und betreffend die gemeldte Land-Commenthurey, samt deren Folg und Anhang entstanden, und Hochgedachte Herren Partheyen ihnen belieben lassen, dieselbe Streitigkeit uns Servatio van Banhuis, Christiano Rothenburg, Henrico Moreelse, Johanni Kujermanns, Petro Stockmann, Dionysio van der Becken, als durch Hochgemeldte Hohe Herren Partheyen zu sothaner Sachen Instruction und Decision Respective Committirten Arbitris zu subministriren; Als haben wir folgends dieselbe Sach gesehen und gesucht, und wie auf alles gemercket, worauf zu mercken stunde, zugleich deren zu Erkundigung committirten Relation angehöret, und die durch sie unserer Sententiæ interlocutoriæ vom 5. Junii dieses lauffenden Jahres gemäß, genommene Information, samt denen darauf beyderseits producirten Beweiß-Stücken gesehen, vorhero aber nochmahlen die Sach zu vergleichen vergebens und ohne Frucht versucht haben, für Recht ausgesprochen und erkläret, daß Ihro Hochmögenheit vorberührten ihren zu ermeldter Land-Commenthurey und derselbigen angehörigen Güther gethan und genommenen Begehrten und Conclusion nicht annehmlich seyn, dasselbe Begehren und Conclusion derowegen absprechen mit Compensirung der Kosten. Also gethan und ausgesprochen in Breda auf dem Stadthauß, den 1. Octobr. Anno 1658.

Die Advocaten Ihrer Hochmögenheit, Boget und Kaw, und der Advocat und Procurator Ihrer Ertz-Hertzogl. Durchl. de Bye und Ulieck, darzu geruffen und gegenwärtig, war unterschrieben

Servatius van Banhuis, Christian Rothenburg, Henrich Moreelse, Johann Kujermanns, Peter Stockmanns, Dionysius van der Becken.

Lit. B.

DEmnach zwischen denen Hochmögenden Herren General-Staaten der vereinigten Niederlande, auf einer, und Ihro Hoch-Fürstl. Gn. Ertz-Hertzogen Leopold Wilhelmen zu Oesterreich, als Großmeistern, und denen Herren des Teutschen Ordens, zur andern Seiten, Streitigkeit über die Superiorität des Dorffs und Herrschafft Gemmerth entstanden, und solche endlich mit beyderseits Bewilligung und Submission zu Entscheidung etlicher darzu ersucht und Gevollmächtigten Herren Arbitrorum gesteckt verblieben, immittelst auch beyderseits für gut befunden worden, durch freundliche Conferenz ein Vergleich zu versuchen; Als seynd an heute den 14. Junii Ao. 1662. zwischen Hochgemeldt Ihrer Hochmögenheit, wie auch Ihrer Hoch-Fürstl. Durchl. dem Herrn Großmeister und denen Herren des Teutschen Ordens endlich nachfolgende Artickel verglichen und beschlossen:

Fürs (1.) daß Ihre Hochmögenheit Hochgemeldetem Herrn Hochmeistern zu des Teutschen Ordens Behuff die Superiorität über vorbesagtes Dorff und Herrschafft Gemmerth absolute sollen abtreten und cediren, also, daß selbige solle erkläret werden, immassen sie hiemit erkläret wird, vorgemeldtem Teutschen Orden und dem Röm. Reich zu gehören und zu competiren, und daß Hochgedachte Ihre Hochmögenheit keinerley Zusprache auf sothane Superiorität, wie solche auch gemeynet werden möge, behalten, oder auf ein Neues prætendiren sollen, ausgenommen allein, daß die Unterthanen zu Gemmerth der Appellation in Rechts-Sachen an die Stadt Hertzogenbusch, immassen es bißhero observirt und gebräuchlich gewesen, unterworffen bleiben sollen. Jedoch wiederum mit diesem Vorstand, daß Ihre Hochmögenheit daraus weder nun noch ins künfftige einige Superiorität nicht deduciren, und Ihnen zumessen mögen, zumahlen darauf, Krafft dieses, völliglich verziehen und renunciiret ist.

(2.) Daß Hochgedachter Herr Großmeister, wie auch die Herren des Teutschen Ordens in gemein uff ein zeitlicher Commenthur zu Gemmerth insonderheit anitzo und ins künfftige jederzeit in ermeldtem Dorff

Dorff Gemmerth das freye Exercitium der Reformirten Religion sollen zulassen, und solcher Ends daselbst auf ihre Kosten eine bequeme Capelle oder andere Gelegenheit zum Exercitio angeregten GOttes-Dienste, wie auch eine bequeme Wohnung für den Prædicanten verschaffen müssen. Hingegen aber denen Herren des Ordens ihre Collation oder Jus Patronatus gestalt, einen bequemen Prædicanten zu berührtem GOttes-Dienst zu præsentiren und vorzustellen, reservirt bleibe, welcher Prædicant, nachdem er per provisum Classem examinirt, durch Ihre Hochmögenheit auf gewöhnliche Weise approbirt, installirt und bestätigt werden, und desselben Unterhalt, wie auch vorgedachter Capell und des Prædicanten Wohnhauß zu Ihrer Hochmögenheit Kosten und Last stehen solle, neben welcher jetztberührter Wohnung die Herren des Ordens auch eine bequeme Wohnung für eine Person, so die Custor. und Schulmeisterschafft bediene, zu verschaffen.

Benebens hat der Orden versprochen, zu Gemmerth jederzeit daran zu seyn und zu unterhalten, daß keinerley Clöster von ordinirten Predigern, München oder andern Geistlichen angeordnet oder zugelassen werden, wie auch die Vorsehung zu thun, daß diejenigen, so der Reformirten Religion seyn, jetzander oder künfftiglich, so wohl in Wohnung, als dem Exercitio daselbsten, unbekümmert und ungehindert verbleiben.

Endlich, daß Ihre Hochmögenheit auf obbesagte Weiß von Ihrer vor gemeldten Herren Arbitris in hac gethaner und genommener Forderung und Conclusion abweichen, und supremam Jurisdictionem über offtgemeldtes Dorff und Herrschafft Gemerth dem Herren Großmeister und den Herren des Teutschen Ordens überlassen, und dieselben hingegen Ihrer Hochmögenheit eine Summa von 16000. Rthl. in gutem gangbaren Geld zu Händen Ihres Creyß-Einnehmers Double im Haag in 3. Fristen, nehmlich, den ersten Drittheil über 6. Monath nach dato dieses, und die übrigen zwey Drittheil jedesmahl ein Jahr darnach erlegen sollen, dergestalt, daß Ihre Hochmögenheit, im Fall sothane Zahlung der 16000. Rthl. auf zugesagten Fristen forderlich nicht erfolgte, an diesen Vergleich nicht gebunden seyn. Also beschlossen und datirt, wie auch in Ihrer Hochmögenheit Versamlung ratificirt den 14. Jun. 1662.

LXVI.

Ausführlicher Bericht/ wie der Durchläuchtigste Fürst und Herr/ Herr Ludwig Anthon/ Pfaltz-Graff bey Rhein und Hertzog in Bäyern/ den 10. Decembr. Anno 1679. zum Ritter des Teutschen Ordens aufgenommen/ und was bey dessen Investitur vor Ceremonien und Solennitäten gebrauchet worden/ stehet in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Special. Continuat. I. unterm Teutschen Orden/ p. 78.

LXVII.

Formula des Eydes der Ritter Teutschen Ordens/ wie solcher in Alt-Teutscher Sprache vor diesem geleistet worden/ befindet sich loc. antea citat. p. 80.

Supplementum.

LXIIX.

Diploma, vermöge dessen Graff Gottfried von Arnsberg das Guth Mülheim dem Teutschen Orden verkaufft/ de Anno 1166.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. Godefridus, Comes, & Alheidis, Comitissa de Arensberg, universis Christi fidelibus has literas intuentibus in perpetuum: Ut omnis in posterum dubietas amputetur præsentium testimonio literarum cum nostrorum appensione sigillorum, protestamur, recognoscimus & notum facimus tam præsentibus, quam futuris, quod nos maturo accedente consilio castrensium ministerialium, cæterorumque amicorum nostrorum, nec non de plena voluntate & consensu liberorum nostrorum, videlicet Godefridi, Friderici, Ludovici & Joannis, ac de aliorum hæredum nostrorum omnium pleno & voluntario consensu, a fratre Theodorico, dicto Wilarich, & fratre Bernhardo, Christi militibus, receptis 26. marcis denariorum, pro proprietate curtis in Mulheim, quam curtim Theodoricus, vir nobilis de Volmesteine, tenet a nobis, cum universis bonis in eadem Villa Mulheim sitis, eidem curti attinentibus, cum Molendino judicio, aquis, piscaturis, pascuis, pratis, rubetis, agris cultis & incultis, & omnium fructuum utilitate, nec non cum omnibus attinentiis suis, B. Mariæ & Christi militibus domus Teutonicæ terræ transmarinæ contulimus & conferimus, in his scriptis pleno jure in perpetuum obtinendam, recipientes in concambium pro proprietate ejusdem curtis in Mulheim bonorum in Anrochte proprietatem ab Hermanno milite de Witthene, quæ bona Urbanus & nati sui ab eodem Hermanno tenere dignoscebantur. Testes sunt, Henricus de Plettenberg, Henricus de Thunen, Godeschalcus de Boockhusen, Conradus de Hustene, Conradus de Munchausen, Conradus Visbecke, Joannes de Wichlon, Henricus de Hardefaust,

milites. Datum & actum in Arensberg anno 1166. feria III. ante feſtum D. Gregorii, regnante Colonienſem Eccleſiam Engelberto de Falckenburg.

LXIX.

Urkund/ den Verkauff des Guths Mülheim an den Teutſchen Orden betreffend/ de Anno 1167.

UNiverſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, S. Theodoricus miles primogenitus de Volmenſtein ſalutem &c.

Ad notitiam omnium volumus devenire, quod Godefridus, miles, dictus de Meſchede, ſive ſui legitimi hæredes, nunquam a nobis, ſive a dilecto fratre noſtro, Henrico, bonæ memoriæ, aliquid juris in curte, quæ dicitur Mulheim, cum univerſis attinentiis, manſis, agris, nemoribus, receperunt. Quare dictum Godefridum & ſuos hæredes in ſupra dicta curte nihil juris habere, vel ſibi competere in bonis memoratis, præſentibus noſtris literis proteſtamur. Cum igitur Hermannus miles de Mulheim cum uxore ſua, ſaluti animæ ſalubriter conſulendo, ſupra dictam curtim cum univerſis attinentiis fratribus domus Teutonicæ legaverit, poſt obitum eorundem non conſenſum adhibere volentes, omne jus, quod nobis & hæredibus noſtris in ſupra dicta curte competere videtur, in manus prædictorum fratrum lubenti animo reſignamus, volentes eosdem dicta bona quiete & pacifice perpetuo poſſidere. Ne vero aliquis factum noſtrum infringere valeat, ſæpe dictis fratribus has literas ſigillo noſtro roboratas dedimus. Datum in Volmeſteden anno 1167. Dominica prima Adventus.

b) Päbſtliche Privilegia.

LXX.

Pabſts Cœleſtini III. aus dem Lateiniſchen überſetzte Confirmation der Brüder des Teutſchen Hauſes in dem Hoſpital der H. Jungfrauen Mariä zu Jeruſalem / de Anno 1191.

Cœleſtinus, ein Biſchoff und Knecht der Diener GOttes, unſerm geliebten Sohn, Henrico von Wallpoth, Meiſter des Hoſpitals S. Mariæ zu Jeruſalem, auch ſeinen Mit-Brüdern, in der Liebe GOttes und brüderlichen Treue verſammlet, jetzigen und zukünfftigen, Päbſtliche Benedeyung, und Einigkeit der Heiligen Römiſchen Kirchen, deren Wir unwürdiges Haupt ſeynd, unſern in GOtt geliebten Kindern, die jetzund in dem Heiligen Lande wider die Feinde des Creutzes Chriſti ſtreiten: Nachdem Wir vernommen haben, wie ihr einen Geiſtlichen Stand, nach Laut des Heiligen Evangelii, angefangen habt, als nehmlich der Krancken zu warten, und in Nöthen wider die Heyden zu ſtreiten, in welchem ihr bißher beſtändig erfunden worden; Als haben Wir von vieler Leute Bitte wegen, ſolches beſtätiget, euch in den Stand der Vollkommenheit geſetzt, und des Heiligen Auguſtini Regul, mit allen Statuten, die ihr werdet mit der Zeit nach der Vollkommenheit machen, ſamt dem Nahmen, Brüder Teutſchen Hauſes des Spitals zu Jeruſalem S. Mariæ Ordens, gegeben, in dem Nahmen des Vaters, des Sohnes, und des Heiligen Geiſtes, Amen; Verhoffende, daß ihr mit euren Nachkömmlingen GOttes und der Römiſchen Kirchen Lob und Ehre jederzeit vermehren werdet. Geben zu Rom, bey St. Johannes-Lateran, den 12. Tag Februarii, unſers Pabſtthums im erſten, und nach Chriſti Geburth im ein tauſend, ein hundert, und ein und neuntzigſten Jahr.

LXXI.

Pabſts Alexandri Confirmation aller von ſeinen Vorfahren dem Teutſchen Orden ertheilten Privilegien und Freyheiten.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Magiſtro & fratribus Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolimitani, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Veſtra religio, cujus bonus odor longe lateque diffunditur, ſpecialem ſedis apoſtolicæ favorem & gratiam promeretur. Cum igitur ordinem fratrum Hoſpitalis Jeroſolimitani circa pauperes & infirmos fratrum veſtræ militiæ templi, circa Laicos & milites, ac alios fratres, in domo veſtra perinde inſtitutum laudabiliter obſervetur. Nos, volentes, ut ſitis pares in aſſecutione apoſtolici beneficii, quibus in operatione virtutum pio ſtudetis propoſito adæquari, omnes libertates & immunitates ac indulgentias venerandis domibus prædictorum Hoſpitalis & templi ab apoſtolica ſede conceſſis domui veſtræ concedimus, & ut eis utamini libere, ſicut illi, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii III. Nonar. Junii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

LXXII.

Ejusdem Mandatum an den Abt zu S. Alban vor Maynz / daß er den Teutſchen Orden bey ſeinen in dem Ertz-Stifft Maynz habenden Freyheiten/ im Nahmen des Römiſchen Stuhls/ ſchützen ſolle.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio, Abbati S. Albani, Ordinis Sancti Benedicti extra muros Moguntiæ, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Querelam dilectorum filiorum, Magiſtri & fratrum hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolimitani, recepimus, continentem, quod ſcilicet eis nullum, præter Romanum Pontificem habentibus Epiſcopum, vel Prælatum a Sede Apoſtolica ſit indultum, ut nulli Archiepiſcopi, Epiſcopi & alii Eccleſiarum Prælati, eis, vel Eccleſiis aut hominibus eorum, tallias, collectas & exactiones aliquas imponere, & ab eis valeant extorquere, nihilominus tamen venerabilis frater noſter, Archiepiſcopus Moguntinenſis, & quondam alii Eccleſiarum Prælati Moguntinæ Provinciæ Eccleſiis, quas idem Magiſter & fratres in Provincia ipſa obtinent, collectas, tallias & exactiones indebitas pro ſua voluntate imponere & ab eis extorquere præſumunt contra indultum præfatum temere veniendo in eorum Magiſtri & fratrum noſtrorum non modicum præjudicium & gravamen, quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, Archiepiſcopum & alios ſupradictos, quod ab hujusmodi præſumptione deſiſtant, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra, appellatione remota, brevi actione compellas. Non obſtante, ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ſuſpendi vel interdici, aut excommunicari non poſſint, ſine aliqua indulgentia ſedis ejusdem, per quam effectus juſtitiæ in hac parte impediri valeat vel differri. Datum Viterbii, III. Non. Nov. Pontificatus noſtri Anno III.

LXXIII.

Ejusdem Mandatum an alle Ertz- und Biſchöffe/ auch andere Geiſtliche Perſonen/ daß ſie von den Güthern und Victualien/ ſo dem Teutſchen Orden zuſtändig/ bey Straffe des Kirchen-Bannes/ keinen Zoll oder andere Impoſten ſollen nehmen laſſen.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Religioſos viros, fratres hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum Ireſolimitani, pro Religione & honeſtate ſua tanto propenſius a malignorum incurſibus protegere volumus & tueri, quanto puriorem devotionem circa nos & Romanam Eccleſiam habere noſcuntur. Inde eſt, quod vobis per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus univerſis parochianis viris ſub interminatione anathematis prohibere curetis, ne a præfatis fratribus, vel eorum hominibus, de victualibus, veſtimentis, pecudibus, ſeu de aliis rebus eorundem fratrum uſibus deputatis, pedagium, vendam, paſſagium, pontenagium, theolonium, tantagium, ſeu aliam quamlibet conſvetudinem exigere præſumant. Si qui autem contra prohibitionem noſtram venire præſumpſerint, eos a præſumptione ſua, monitione præmiſſa, non differatis per excommunicationis ſententiam coercere, & in terris eorum, ſi quas habent, omnia divina, præter baptiſma parvulorum & pœnitentias morientium, prohibeantur, appellatione remota, celebrari. Adhæc quia, ſicut prædicti fratres aſſerunt, quidam Presbyteri & alii Clerici veſtræ Jurisdictionis in Eccleſiis, quæ pro exceſſibus in domum prædictorum fratrum commiſſis ſub Interdicto tenentur, divina celebrare præſumunt, eos, ſi res ita ſe habeat, a ſua præſumptionis audacia, per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam, appellatione poſtpoſita, compeſcatis. Datum Anagniæ V. Non. Novemb. Pontificatus noſtri Anno IV.

LXXIV.

Ejusdem Privilegium vor die Brüder des Teutſchen Ordens in Teutſchland / die Milderung der verordneten Straffen betreffend.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis, præceptori & fratribus hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum in Alemannia, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ex parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut, cum aliqui ex vobis in veſtri Ordinis in-

ingreſſu, nonnulli vero increpatione aliorum, ad ipſum incurrerint vitium Symoniæ, vobiscum ſuper rigore temperando Concilii miſericorditer agere curaremus. Nos igitur devotionis veſtræ precibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut fratres veſtri presbyteri, qui ſunt providi & diſcreti cum illis, quibus adhuc laudabilis converſationis & vitæ merita noverint ſuffragari: tam ſuper irregularitate, ſi quam exinde contraxerint, pœnitentia eis impoſita ſalutari, quam etiam, quod in ſuis locis remanere poſſint, ſi hoc animarum ſuarum ſaluti ac utilitati domorum, in quibus ſic recepti noſcuntur, expedire viderint, auctoritate noſtra valeant diſpenſare; reliquos vero mittant ad alias domos ejusdem ordinis, & cum ipſis ſuper irregularitate diſpenſent, quam exinde contraxerunt. Quod ſi forſan aliarum domorum difficilis eis reddatur ingreſſus, ipſos, ne tanquam oves errantes lupi rapacis morſibus pateant, in eisdem domibus tanquam de novo auctoritate prædicta recipi faciant, eis in Choro & Refectorio locis ultimis deputatis. Datum Anagniæ, X. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri Anno quarto.

LXXV.

Pabſts Honorii -- Confirmation aller von ſeinen Vorfahren dem Teutſchen Orden ertheilten Freyheiten.

HOnorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Magiſtro & fratribus hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitani, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Veſtra Religio, cujus bonus odor longe lateque diffunditur, ſpecialem Sedis Apoſtolicæ favorem & gratiam promeretur. Cum igitur ordinem fratrum hoſpitalis Jeroſolymitani circa pauperes & infirmos fratrum veſtræ militiæ templi, circa Clericos & milites, ac alios fratres, in domo veſtra provide inſtitutum laudabiliter obſervetur: Nos, volentes, ut ſitis pares in aſſecutione Apoſtolici beneficii, quibus in operatione virtutum pio ſtudetis propoſito adæquari, omnes libertates, immunitates ac indulgentias, venerandis domibus prædictorum hoſpitalis & templi ab Apoſtolica Sede conceſſas, Domui veſtræ concedimus, & ut eis utamini libere, ſicut illis, vobis auctoritate Principum indulgemus. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ, II. Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno primo.

LXXVI.

Pabſts Honorii -- Confirmation des vom Käyſer Friderico II. dem Teutſchen Orden ertheilten Privilegii, daß demſelben auch Reichs-Lehns- ſo wohl/ als eigene Güther geſchencket werden mögen.

HOnorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Magiſtro & fratribus hoſpitalis Sanctæ Mariæ Teutonicorum Jeroſolymitani, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem præbere conſenſum & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectum proſequentes complere. Cum igitur Caſimirus, in Chriſto filius noſter, Fridericus, Illuſtris Rex Siciliæ & Romanorum Imperator electus, Regia liberalitate conceſſerint, ut, quicunque aliqua de bonis Imperii poſſidet feuda libere ac licenter, quantum voluerit ex eisdem, tanquam de propriis, valeat domui veſtræ conferre. Nos conceſſionem ipſam pie & provide factam, ſicut in ipſius Regis Privilegio continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Reatæ, VII. Kalendar. Julii, Pontificatus noſtri Anno tertio.

LXXVII.

Pabſts Honorii -- Mandatum an alle Ertz- und Biſchöffe/ auch andere Geiſtliche Perſonen/ daß ſie den Teutſchen Orden und deſſen Angehörige an ihren Privilegien und Freyheiten nicht kräncken ſollen.

HOnorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Archipresbyteris & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Querela dilectorum filiorum, fratrum hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolimitani, ad nos transmiſſa pervenit, quod homines eorum, quos de adulterio vel alio crimine deprehendunt irretitos, contra libertates, a Regibus & aliis Principibus ipſis indultas, pecuniaria pœna punire presbyteros etiam Eccleſiarum ſuarum & omnes alias, quas tenent, perſonas, non dubitent, ut dicitur, indebitis exactionibus aggravare. Quum igitur conamen prædictorum fratrum diſſimulare non poſſumus, nec debemus, quos propter pauperes Chriſti, quorum ſunt obſequiis mancipati, in ſuis volumus juſtitiis confirmare, vobis univerſis auctoritate Apoſtolica inhibemus, quatenus homines ipſorum contra libertatem, eis indultam, pœnà pecuniaria non multetis, nec Eccleſiis eorum aut presbyteris exactiones indebitas imponatis, ſed ab eorum moleſtiis deſiſtentes, contra injurias malignantium noſtrum curetis patrocinium exhibere, ita, quod querela ſuper hoc ad audientiam noſtram iterata venire non debeat, nec vos poſſitis de avaritia merito, vel contemptu Sedis Apoſtolicæ reprehendi. Datum Laterani XVII. Kalend. Februarii, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

LXXIIX.

Pabſts Urbani -- Privilegium vor den Teutſchen Orden/ daß das vom Ertz-Biſchoff zu Mäyntz gemachte Statut, wegen Vergebung der Geiſtlichen Stellen/ ihren Privilegiis nicht nachtheilig ſeyn ſolle.

URbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Magiſtro & fratribus hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum in Alemannia, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Exigentibus veſtris religionis meritis, votis veſtris libenter annuimus, & ab aliis, per quæ poſſent vobis evenire diſpendia, vos affectu benevolo præſervamus. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod venerabilis Frater noſter, Archiepiſcopus Moguntinenſis in Provinciali Concilio pro ſua voluntate ſtatuit, ut jus patronatus alicui Eccleſiæ ſuæ Civitatis, vel Diœceſeos, aut Provinciæ, Religioſis aliquibus a perſonis Eccleſiaſticis Secularibus nullatenus conferatur, & ſi forte hujusmodi jus a prædictis Secularibus religioſis eisdem conferri contingat, conferens jus, quod in eisdem habebat Eccleſiis, ipſo facto amittat, illudque diœceſano cedat Epiſcopo, niſi forte idem conferens jus ipſum ab alio teneret in feudum, quod tunc ad feudi dominum libere devolvatur. Statuit ergo Archiepiſcopus ſupradictus, ut collegio, cui facta fuit hujusmodi collatio, nullum jus ex ipſa collatione penitus acquiri debeat, imo ſi habeat aliquas Eccleſias in uſus proprios in diœceſi, ubi ei talem collocationem fieri contigerit, eædem Eccleſiæ ipſo jure vacent, & per loci diœceſanum, ſeu Archidiaconum, in cujus Archidiaconatu conſiſtunt, perſonis idoneis conferatur; Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut, ne per hujusmodi ſtatutum vobis præjudicari poſſit, provideri paterna ſollicitudine curaremus. Veſtris itaque ſupplicationibus favorabiliter annuentes, ne occaſione hujusmodi ſtatuti aliquod præjudicium vobis & hoſpitali veſtro in poſterum generari valeat, quo minus jus Patronatus Eccleſiam earundem Civitatum, vel diœceſis, aut provinciæ, ſi a perſonis earum laicis illud vobis pietatis intuitu licite conferri contigerit, recipere ac habere libere valeatis, ita tamen, quod bona Eccleſiarum, in quibus hujusmodi jus Patronatus vobis taliter collatum fuit, auctoritate noſtra vel per nos appropitiare veſtris uſibus, vel in illis convertere non poſſitis, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii, Non. April. Pontificatus noſtri Anno primo.

LXXIX.

Pabſts Nicolai -- Confirmation aller dem Teutſchen Orden von ſeinen Vorfahren/ auch Käyſern/ Königen/ Fürſten/ und andern frommen Hertzen ertheilten Privilegien und Freyheiten.

NIcolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, præceptori & fratribus hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitani in Alemannia, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus, ſive per Privilegia, ſeu alias indulgentias, vobis & hoſpitali veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus & Principibus & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & hoſpitali prædicto indultas, ſicut eas juſte & pacifice obtinetis, vobis &

per vos eidem hoſpitali auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, aut ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Reatæ, VI. Kalend. Junii, Pontificatus noſtri Anno primo.

LXXX.

Pabſts Gregorii -- Privilegium vor den Teutſchen Orden/ daß keiner/ ohne des Großmeiſters oder ſeiner Mit-Brüder Vorbewuſt/ den Orden verlaſſen/ und in einen andern Geiſtl. Orden treten/ noch recipiret werden dörffe.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum, fratrum Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitani profeſſio, ſicut in ſcriptis eorum & privilegiis continetur, ut ne cui poſt factam profeſſionem ſemel aſſumptam Crucem Dominicam & habitum ipſius abjicere, aut ad alium locum ſeu etiam Monaſterium, majoris ſive minoris religionis obtentu, invitis ſive inconſultis fratribus, aut eo, qui Magiſter extiterit, liceat transmigrare, nullique Eccleſiaſticæ ſecularive perſonæ ipſos ſuſcipere liceat vel tenere. Cum enim ipſi ad defendendam Orientalem Eccleſiam ac paganorum ſevitiam reprimendam, relictis pompis ſecularibus, Dei ſint ſervitio mancipati, ſi transeundi ad alia loca & ſuſceptum habitum relinquendi daretur eis licentia, magnum Eccleſiæ Dei poſſe exinde contingere detrimentum, ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus, ſi quis ex ipſis in parochiis veſtris vel locis vobis commiſſis id attemptare præſumpſerit, tam ipſum, quam qui eum auſu temerario retinere temptaverit, omni occaſione remota, excommunicationis vinculo adſtringatis. Datum Anagniæ II. Kalend. Septembr. Pontificatus noſtri Anno Primo.

LXXXI.

Pabſts Innocentii -- Befehl an alle Ertz- und Biſchöffe/ auch andere Geiſtl. Perſonen/ daß ſie denen Teutſchen Ordens-Häuſern mit koſtbaren Einlogirungen nicht beſchwerlich fallen ſollen.

INnocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus fratribus, Archiep. Epiſcopis & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archipresbyteris & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Evangelicæ doctrinæ, quæ prohibet alterum alteri facere, quod fieri ſibi nollet, & honeſtati Eccleſiaſticæ contradicit, aliquam Religioſam domum in immenſa multitudine viſitare & lautas epulas quærere, illum, qui in Domo propria procurationes ſobrias vix interdum ſine ſcandalo exhiberet. Accepimus autem, quod quidam veſtrum domos dilectorum filiorum, fratrum Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitani, in magna multitudine equorum & hominum adeuntes in eis, fratribus contradicentibus, hoſpitantes & expenſis graviſſimis inquietantes, quos deberent ob reverentiam veſtram, ad cujus defenſionem ſpecialiter pertinent, & conſideratione obſequii, quod defenſioni Chriſtianitatis exhibent in partibus transmarinis, contra alios ſollicite adjuvare. Quia igitur tolerare in patientia non debemus, ut in diebus noſtris onera prædictis fratribus imponantur, quæ antea non pertulerunt; Univerſitati veſtræ auctoritate apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne in domibus eorum ipſis quæratis, renitentibus, hoſpitari, niſi forte id confeſſione ipſarum domorum vobis veſtrisque Succeſſoribus manifeſte apparuerit reſervatum, ſed ea potius Reverentia & obſequio ſitis contenti, quod per ſcriptum authenticum declaratis. Datum Lugdun. V. Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno IV.

LXXXII.

Pabſts Benedicti -- Confirmation aller Privilegien und Freyheiten des Teutſchen Ordens.

BEnedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Magiſtro & fratribus Hoſpitalis beatæ Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitani, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam æquitas, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias vobis & Hoſpitali veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus, & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſte ac pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Hoſpitali auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avignion, VI. Idus Febr. Pontificatus noſtri Anno II.

LXXXIII.

Pabſts Urbani IIX. Confirmation aller dem Teutſchen Orden ertheilter Päbſtl. Privilegien/

de Ao. 1624. ſtehet in des T. R. Archivs Part. Spec. Cont. I. unterm Teutſchen Orden, p. 72.

II. Vom

II. Vom Johanniter-Orden.

I.

Pabſts Anaſtaſii IV. Bulla Protectionis, auch reſpective Confirmationis und Extenſionis aller Privilegien und Freyheiten des Johanniter-Ordens/ de Anno 1154.

ANaſtaſius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio, Raimundo, Magiſtro Xenodochii civitatis Hieroſolymitanæ, &c.

Chriſtianæ fidei religio hoc pie credit & veraciter confitetur, quod Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, cum omnium dives eſſet, pro nobis eſt pauper effectus. Unde ipſe etiam ſuis imitatoribus opportunæ conſolationis præmia repromittens: Beati, inquit, pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum cœlorum. Idemque pater orphanorum, refugium pauperum, ad hoſpitalitatem & beneficentiam nos hortans in Evangelio ait: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: quique ad comprobandum tantæ bonitatis excellentiam, etiam pro calice aquæ frigidæ ſe mercedem redditurum aſſeruit. Nos igitur, quibus ex injuncto officio imminet, his, qui longe, & his, qui prope ſunt, paterna ſolicitudine providere, devotionem veſtram debita benignitate complectimur: & quemadmodum poſtulatur, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Innocentii, Celeſtini, Lucii Eugenii, Romanorum pontificum, hoſpitale & domum ſanctæ civitatis Hieruſalem ſub beati Petri tutela ſuſcipimus, atque perſonas, ſive res ad eam pertinentes apoſtolicæ ſedis privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona ad ſuſtentandum peregrinorum & pauperum neceſſitatem, & Hieroſolymitanæ eccleſiæ, vel aliarum eccleſiarum parochiis & civitatum territoriis, per tuæ providentiæ vigilantiam eidem Xenodochio rationabiliter acquiſita, ſeu a quibuslibet viris oblata, aut in futurum conceſſione Regum, vel Principum, largiente Domino, offerri, vel aliis juſtis modis acquiri contigerit, quæque a venerabilibus fratribus Hieroſolymitanæ ſedis patriarchis legitime conceſſa ſunt, tam tibi, quam ſucceſſoribus tuis, & fratribus peregrinorum curam gerentibus, quieta ſemper & integra conſervari præcipimus.

Si quæ vero loca fuerint eidem venerabili domui ab aliquo devotione collata, liceat vobis ibidem villas ædificare, eccleſias & cœmeteria ad opus hominum ibi morantium fabricare: ita tamen, ut vicina Abbatia, vel religioſorum virorum collegium non exiſtat, quæ ab hoc valeant perturbari. Cum autem terræ datæ vobis quolibet juſto titulo conferentur, facultatem & licentiam habeatis ibidem oratoria conſtituendi & cœmeteria faciendi ad opus peregrinorum, & tantummodo fratrum, qui de noſtra fuerint menſa. Decernimus ergo, ut receptores veſtrarum fraternitatum, ſive collectarum, ſalvo jure dominorum ſuorum, in B. Petri & noſtra protectione conſiſtant, & per terras, in quibus fuerint, pacem habeant. Simili modo ſancimus, ut quicunque in veſtra fraternitate fuerit receptus, ſi forte eccleſia, ad quam pertinet, à Divinis officiis fuerit prohibita, eumque mori contigerit, eidem ſepultura eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicatus, vel nominatim fuerit interdictus. Præterea ſi qui fratrum veſtrorum, ad recipiendum easdem fraternitates & collectas a vobis miſſi, ad aliquam civitatem, caſtellum, vel vicum advenerint, ſi forte locus ille a Divinis officiis ſit interdictus, pro omnipotentis Dei reverentia, in eorum jucundo adventu ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, & excluſis excommunicatis, divina ibi officia celebrentur.

Quia vero omnia veſtra ſuſtentationibus peregrinorum & pauperum debent cedere, ac per hoc nullatenus aliis uſibus ea convenit applicari: conſtituimus, ut de laboribus, quos veſtris ſumptibus colitis, nullus omnino clericus, vel laicus, decimas a vobis exigere præſumat. Statuimus, ut nulli Epiſcopo in Eccleſiis vobis ſubditis, interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententiam liceat promulgare. Verum tamen ſi generale interdictum fuerit in locis illis prolatum, excluſis excommunicatis & nominatim interdictis, clauſis januis, absque campanarum pulſatione, plane divina officia celebrentur.

Ut autem ad plenitudinem ſalutis, & curam animarum veſtrarum nihil vobis deſit, atque Eccleſiaſtica Sacramenta & Divina officia vobis & Chriſti pauperibus commodius exhibeantur: ſancimus, ut liceat vobis Clericos & Sacerdotes, habito prius tamen de eorum honeſtate & ordinatione, quantum ad veſtram ſcientiam pertinet, per literas ſive teſtes convenientes, teſtimonio, undecunque ad vos venientes ſuſcipere, & tam in principali domo veſtra, quam etiam in obedientiis ſibi ſubditis, vobiscum habere, dummodo, ſi e vicino ſunt eos a propriis Epiſcopis - - - - iidemque nulli alii profeſſioni, vel ordini teneantur obnoxii. Quod ſi Epiſcopi eosdem vobis concedere forte noluerint, nihilominus tamen, authoritate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, eos ſuſcipiendi & retinendi licentiam habeatis. Iidem vero Clerici nulli perſonæ, extra veſtrum Capitulum, niſi Romano Pontifici, ſint ſubjecti.

Laicos vero liberos ad converſationem & pauperum Chriſti ſervitium absque alicujus contradictione ſuſcipiendi, nihilominus vobis concedimus facultatem. Fratribus vero veſtris ſemel in---- atque in ſacro veſtro Collegio receptis, poſt factam profeſſionem & habitum religionis aſſumptum, revertendi ad ſeculum interdicimus facultatem. Nec alicui eorum fas ſit, poſt factam profeſſionem, ſemel aſſumptam crucem Dominicam & habitum veſtræ profeſſionis abjicere, vel ad alium locum, ſeu etiam monaſterium, majoris ſeu minoris religionis obtentu, invitis, ſive inconſultis fratribus, aut ejus, qui magiſter extiterit, licentia, transmigrare. Nullique Eccleſiaſticæ ſecularique perſonæ ipſos ſuſcipiendi aut retinendi licentia pateat. Conſecrationes vero altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, & cætera Eccleſiaſtica Sacramenta, a diœceſano ſuſcipiantur Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, ſive communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum, quemcunque malueritis, adire antiſtitem, qui nimirum noſtra ſuffultus autoritate, quæ poſtulantur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci proviſore, atque præpoſito, nullus ibi qualibet ſubreptione, aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres ibidem ſecundum Deum elegerint.

Præterea honores omnes, ſive poſſeſſiones, quas idem xenodochium ultra ſeu citra mare, in Aſia, vel in Europa, aut in præſenti juſte habet, vel in futurum rationabilibus modis Deo propitio poterit adipiſci, vobis pro hoſpitalitatis ſtudio enitentibus, & per vos jam dicto xenodochio confirmamus. Nulli ergo &c. Datum Lateran. per manum Rolandi, S. R. E. presbyteri Cardinalis & Cancellarii, XII. Kalendas Nov. Indict. IV. Incarn. Dominicæ M CLIV. Pontificatus Domini Anaſtaſii IV. Anno II.

II.

Friedens- und Einungs-Receß, zwiſchen den Tempel-Herren und dem Johanniter-Orden/ nebſt Pabſts Alexandri III. Confirmation darüber/ de Anno 1182.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Magiſtro, & fratribus Militiæ Templi, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quanto religio veſtra & fratrum Jeroſolymitanorum hoſpitalis Deo & hominibus creditur magis grata exiſtere, & Terræ Orientali amplius neceſſaria & opportuna probatur, tanto de veſtra & ipſorum unitate majus debemus gaudium lætitiamque concipere, &, ut ſemper inter vos vinculum dilectionis ſervetur, toto ſtudio laborare; hac itaque ratione inducti, pacem & concordiam, quam cum dilectis filiis noſtris, Magiſtro, & fratribus hoſpitalis S. Joh. de omnibus querelis, quæ inter domum veſtram & ipſorum a longo tempore fuerant agitatæ, tam de terris & poſſeſſionibus, quam etiam de pecuniis, vel quibuslibet aliis rebus, de illorum aſſenſu feciſtis, non ſolum gratam, verum etiam ratam habentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & perpetuis temporibus firmam illibatamque manere cenſemus, quam utique de verbo ad verbum his literis duximus annotandam:

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Notum ſit omnibus, tam futuris, quam præſentibus, quod per voluntatem omnipotentis Dei & per Domini Papæ Alexandri, cui ſoli, poſt Dominum, obedire tenemur, præceptum & ammonitionem, ego Frater Odo Sancti Amantis, humilis Magiſter militiæ Templi, & ego Rogerius de Mulinis, Magiſter Domus Hoſpitalis Jeroſol. conſilio & voluntate Capitulorum noſtrorum, firmam pacem & gratam concordiam fecimus de omnibus querelis, quæ inter Domum Templi & Domum Hoſpitalis fuerant usque ad hanc diem ventilatæ, tam de terris & poſſeſſionibus, quam etiam de pecuniis, vel quibuslibet aliis rebus; ſopitis ita cunctis querelis, tam citra, quam ultra, quod nulla deinceps ſuſcitari poſſit vel repeti.

Hanc autem pacem & concordiam, univerſarum querelarum terminationem, nec non ad invicem fraternam dilectionem univerſis Fratribus Templi & Hoſpitalis tenere, conſervare & fovere ſtatuimus & præcipimus, ſalvis abhinc in perpetuum quieteque ac pacifice remanſuris utrique domui rebus & poſſeſſionibus, quas hodie domus utraque tam ultra mare, quam citra, noſcitur tenere.

Si qua vero querela deinceps inter nos vel ſucceſſores noſtros ſeu etiam inter Fratres noſtros citra mare, vel ultra ſurrexerit, per tres utriusque partis Fratres, ſicut in mandatis a Domino Papa percepimus, eam ſtatuimus terminari; taliter videlicet, quod Præceptores illarum domorum & provinciarum, inter quas orta fuerit quæſtio, aſſumptis quisque diſcretioribus Fratribus, querelam illam diſſolvere, & pacem inter ſe ſtudeant conſervare, ſine fraude & ſine gravamine alterutrius partis, quantum potuerunt, cavere.

Si vero per ſe nequiverint Fratres illi querelæ finem imponere, aſciſcant ſibi de ſuis amicis communiter, quorum conſilio & mediatione quæſtio valeat terminari; ſic ſcilicet, quod, in quo major pars Fratrum illorum convenerit vel amicorum, in ea finis querelæ imponatur, & inter Fratres pax ſemper intergva & dilectio firma conſiſtat.

Si autem nec ad id pacis adhuc poterint pervenire, querelam ad nos ſcriptam transmittant, & nos illam, Deo volente, terminabimus; ipſi vero Fratres nihilominus pacem & benevolentiam inter ſe teneant.

Si quis vero Fratrum, quod abſit, ab hac pace, pacisque ac dilectionis conſervatione diſſiluerit, ſe contra Magiſtri ſui præceptum & Capituli Jeroſolymitani conſtitutionem ſciat egiſſe; reatumque ſuum hujusmodi nullatenus poterit expiare, quousque Magiſtri ſui & Capituli Jeroſolimitani conſpectui ſe præſentet.

His autem duximus adnectendum, quod fratres utriusque Domus ſe ubique diligant & honorent, & alter commodum alterius mutua caritate & unanimitate fraterna perquirant & obſervent; ut, duarum domorum exiſtentes per profeſſionem, unius eſſe pareant per dilectionem.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Sign. IV. Non. Aug.

Communita ſigillo plumbeo pendente, ac filis ſericis rubei coloris.

III.

Hertzog Albrechts zu Sachſen Diploma Donationis des Guts Pogätz mit ſeinen Pertinentien an den Johanniter-Orden/ de Anno 1228.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Albertus, Dei gratia Dux Saxoniæ, omnibus in perpetuum. Donationes, quæ fiunt Principum largitate, ſicut ratas eſſe decet & ſtabiles, ſic easdem etiam eſſe convenit perpetuas & perennes. Ideoque in ſcripturas authenticas rediguntur, ut ea, quæ a modernis aguntur, per facti evidentiam transferantur ad poſteros per ſcripturam.

Quapropter noverint univerſi, quod nos multiplicia ſervitia dilecti noſtri, Magiſtri Henrici, fratris hoſpitalis Sancti Johannis in Jeruſalem, quæ grata nobis exhibuit, ac in antea, ſi ſupervixerit, exhibere poterit gratiora, libenti animo recolentes ex innata nobis manſvetudine, qua conſvevimus benemeritis reſpondere, dignum duximus, labores ejus & multiplicitatem ſervitiorum ejusdem per recompenſationis meritum clementius intueri. Ad inſtantiam igitur dicti fratris, in honorem omnipotentis Dei, glorioſæ ſemperque Virginis Mariæ, ac Sancti Johannis Baptiſtæ, cujus ad honorem memoratum hoſpitale erectum noſcitur & conſtructum, de mera liberalitate noſtra prænotato hoſpitali, noſtrorum in remedium peccatorum, cum omni integritate offerimus & donamus villam Pogätz, cum omnibus juſticiis & judiciis, proventibus & pertinentiis ſuis, ſilvis, videlicet, nemoribus, pratis, paſcuis, aquis, piſcationibus, venationibus, terris, cultis & incultis, volentes eandem villam cum inhabitantibus ipſam ab omni exactione angaria, expeditione eſſe liberam & immunem. Ut autem hæc noſtra donatio rata permaneat & in perpetuum ſtabilis perſeveret, & ne noſtris a poſteris infringi valeat, aut mutari, præſentem paginam conſcribi fecimus, & ſcripti ac ſigilli noſtri munimine roborari. Actu hæc bona ſingula, quæ dictum hoſpitale infra terminos noſtri Ducatus jam poſſidet, aut in futurum poterit adipiſci, noſtræ protectionis ac muniminis accepimus ſub tutela. Teſtes hujus facti ſunt Henr. Comes de Vrildenbes, Olricus Burgravius de Bechi, Henr. de Bujez, Bartold. de Veltigre, Raveno nobiles, Berteramus Pincerna, Conrad. Camerarius, Olricus de Koyne, Eghard de Colpin, Otto de Rawal, Werner. Metſere, milites. Thider. & Henr. Clerici, & quamplures alii viri providi & honeſti. Actum Razeborch, Anno Domini M. CC. XXVIII. Idus Auguſt. Ind. I.

IV.

Hertzog Albrechts zu Sachſen Diploma, vermöge deſſen er dem Johanniter-Orden das Guth Dasnick mit ſeinen Pertinentien geſchencket/ de Anno 1229.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Albertus, Dei gratia Dux Saxoniæ, omnibus in perpetuum. Tunc Princeps gloriatur in ſubditis & decus Celſitudinis extollitur principalis, cum ad devotos ſuos quoslibet pro ſervitiorum ſuorum meritis & magnificentia meritorum provida liberalitate reſpiciens, labores eorum digna retributione proſequitur, ac ipſorum devotionem munifica largitione compenſat, quosdam principalis excellentia provehit ad majora, in provectionibus eorundem ſua magnificat, & dum uni ex gratitudine debita reſponderit ad merita, ceterorum animos ad ſervitii ſui roborat unitatem: Donationes etiam, quæ fiunt Principum largitate, ſicut ratas decet eſſe & ſtabiles, ita etiam easdem eſſe convenit perpetuas & perennes. Ideoque in ſcripturas authenticas rediguntur, ut, quod a modernis per facti evidenti-

am agitur, per ſcripturas ad poſterorum notitiam transferatur. Quapropter notum eſſe cupimus, tam præſentibus, quam futuris, quod nos in honorem omnipotentis Dei & ſuæ ſanctiſſimæ genitricis, nec non & S. Johannis noſtrorumque in remedium peccatorum ad exhortationem & inſtantiam dilecti noſtri, Magiſtri Henrici, fratris Hoſpitalis Sancti Johannis in Hieruſalem, viri providi & diſcreti, cujus multiplicitate ſervitiorum, quæ ſæpius grata nobis exhibuit, & adhuc exhibere poterit gratiora, pro eo etiam, quod profectui Domus ſuæ, cujus frater eſt, ſenſibiliter & laudabiliter ſic intendit, volentes clementius intueri ex innata nobis manſvetudine, qua conſvevimus benemeritis reſpondere, hoſpitali Sancti Johannis in Jeruſalem, villam Dasnic, cum omni utilitate ac integritate, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, piſcationibus, ſylvis, nemoribus, venationibus, opportunitatibus, judiciariis, & cum omnibus ad prænotatam villam pertinentibus de mera liberalitate noſtra integraliter concedimus & donamus, volentes pariter & mandantes, quod prænotatum hoſpitale prænotatam villam libere poſſideat & quiete.

Ne autem ab aliquo Succeſſorum noſtrorum hæc noſtra donatio infringi valeat, aut mutari, præſentem paginam conſcribi fecimus & ſcripti ac ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes hujus facti ſunt, Raveno de Razeburg, Eghardus de Culpin, Otto de Rowal, Wernerus Metſeco, Hermannus de Magdeborch, Wedekinus, Thymo de Berkow, milites. Thidericus, Henricus & Johannes, Clerici & quamplures alii viri providi & honeſti. Actum Ratzeborch, Anno Domini incarnationis MCCXXIX. Indictione II.

V.

Des Commendatoris des Johanniter-Ordens zu Werben Diploma, die dem Johanniter-Orden gehörige Güther Pogätz und Dasnick betreffend/ de Ao. 1244.

Miſeratione divina Fr. Udo, Commendator in Werben Hoſpitalis Theutonicæ domus Sancti Johannis, omnibus hoc ſcriptum cernentibus in perpetuum. Notum eſſe cupimus præſentibus & futuris, quod Bertramus, Filius Domini Arnoldi de Wiſchele, felicis memoriæ, & fratres ſui nobis reſignaverunt bona, quæ pater ipſorum, dum viveret, & ipſi poſtmodum de domo noſtra tenuerunt, eorum ſuper hoc dato teſtante Privilegio, videlicet partem ſuam de duabus villis Slavico Pogætz & Dasnik, cum omni utilitate & attinentiis, ſicut Eccleſiæ noſtræ fuerunt. Igitur jam dicta bona Domino Everhardo Braken & uxori ſuæ, atque eorum privignis jure conceſſimus pheodali, libere & quiete perpetuo poſſidenda, ſicut dicta bona Magiſter Reynerus, Fratribus de Wiſchele, Bertramo & Arnoldo ante porrexerat. Ut autem hæc noſtra conceſſio rata maneat & ſtabilis perſeveret, præſentem literam ſigilli noſtri appenſione fecimus roborari. Hujus rei teſtes ſunt, Godeſchalcus de Bardewich, Wilhelmus, Dominus Waſiburgis, Rodolfus Wrot, Johannes de Debing, Tithmarus Fhetre, Jordanus, Dominus Budra, & alii quamplures. Datum Anno milleſimo, ducenteſimo, quadrageſimo quarto.

VI.

Diploma, vermöge deſſen der Johanniter-Orden die Güther Pogätz und Dasnick dem Abt und Cloſter zu Reinfelden/ mit Verbehalt gewiſſes Jährlich in Lübeck abzugebenden Getraides/ verkaufft/ de Anno 1252.

Frater Clemens, humilis Præceptor Sanctæ Domus Hoſpitalis Jeruſalem per Alemanniam, Boemiam, Moraviam & Poloniam, tam præſentibus, quam futuris, præſentem cedulam inſpecturis, ſalutem in vero ſalutari. Tenore præſentium univerſitati noſtræ dignum duximus declarandum, quod nos in Capitulo Colonienſi cum Conſilio dilectorum fratrum noſtrorum, videlicet Fratris Gelrolfi, Prioris Poloni, Fratris Chide Salachini, Fratris Ulrici de Vobene, Fratris h. de Mirowe, Fratris b. de Remvorden, & aliorum, quorum nomina hic non ſunt, proprietates quatuor Villarum in dioceſi Razeburgenſi, quorum nomina ſunt duo Pogætz & duæ Disnik, venerabili Abbati & toti Conventui monaſter. Reinvelden. Dioceſ. Lubecenſ. Ordinis Ciſterienſis, pro centum marcis denariorum vendidimus, ſub tali conditione, quod annuatim dicti Abbas & Conventus Reinveldenſis tres choros avenæ in Lubeke noſtris fratribus præſentabunt. Ut autem hæc venditio firma permaneat in perpetuum, præſentem paginam ſigilli noſtri appenſione duximus roborandam. Acta ſunt hæc Anno Dni MCCLII. Kal. Julii.

VII.

Pabſts Clementis V. Bulla, vermöge welcher er den Orden der Tempel-Herren gäntzlich caſſiret/ auch alle deſſelben auſſer Portugall/ Caſtilien und Arragonien gelegene Güther dem Johanniter-Orden incorporiret und zueignet/ de Anno 1311.

Ad

Ad perpetuam rei memoriam. Ad providam Chriſti Vicarii præſidentis in ſpecula Apoſtolicæ dignitatis circumſpectionem pertinet vices penſare temporum emergentium, negotiorum cauſas diſcutere, ac perſonarum attendere qualitates: ut ad ſingula debitum dirigens neceſſariæ conſiderationis intuitum, & opportune manum operationis apponens, de agro Domini ſic vitiorum tribulos eruat, ut virtutes amplificet, ſic prævaricantium ſpinas tollat, ut evellendo plus plantet, quam deſtruat, & in loca vacua per eradicationem nocentium tribulorum, devota Deo plantamina transferendo, potiorem præbeat de proviſa & utili eorum locorum unione & translatione lætitiam, quam vera juſtitia, quæ compaſſionem habet, doloris intulerit detrimentum perſonarum & locorum hujusmodi per ruinam. Sic enim ſufferendo, quod officit, & ſubrogando, quod proficit, virtutum profectus amplificat, & ſublata de medio meliori ſubrogatione reſtaurat. Dudum ſiquidem Ordinem domus militiæ Templi Hieroſolymitani, propter Magiſtrum & fratres, cæterasque perſonas dicti Ordinis in quibuslibet mundi partibus conſiſtentes, variis & diverſis, non tam nefandis, quam infandis, proh dolor! errorum & ſcelerum obſcœnitatibus, pravitatibus, maculis & labe reſperſos, quæ propter triſtem & ſpurcidam eorum memoriam præſentibus ſubticemus, ejusque Ordinis ſtatum, habitum, atque nomen, non ſine cordis amaritudine & dolore, ſacro approbante concilio, non per modum diffinitivæ ſententiæ, cum eam ſuper hoc ſecundum inquiſitiones, & proceſſus ſuper his habitos, non poſſemus ferre de jure, ſed per viam proviſionis ſeu ordinationis Apoſtolicæ, irrefragabili & perpetuo valitura ſuſtulimus ſanctione, ipſum prohibitioni perpetuæ ſupponentes: diſtrictius inhibendo, ne quis dictum Ordinem de cætero intrare, vel ejus habitum ſuſcipere, vel portare, aut pro Templario ſe gerere præſumeret: quod ſi quis contra faceret, excommunicationis incurreret ſententiam ipſo facto: univerſa etiam bona Ordinis prælibati Apoſtolicæ Sedis ordinationi & diſpoſitioni autoritate Apoſtolica duximus reſervanda. Inhibentes diſtrictius, ne quis, cujuscunque conditionis, vel ſtatus exiſteret, ſe de perſonis, vel bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea, in præjudicium Ordinis, ſeu diſpoſitionis Apoſtolicæ per ſedem eandem, ut præmittitur, faciendæ, aliquid faceret, innovaret, vel etiam attentaret: decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus a quoquam ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Ac poſtmodum, ne dicta bona, quæ dudum ad ſubſidium terræ ſanctæ & impugnationem inimicorum fidei Chriſtianæ, a Chriſti cultoribus data, legata, conceſſa & acquiſita fuerunt, debita gubernatione carentia, tanquam vacantia deperirent vel converterentur in uſus alios, quam in illos, ad quos fuerant pia devotione fidelium deputata, vel propter tarditatem ordinationis & diſpoſitionis hujusmodi, eorum deſtructio vel dilapidatio ſequeretur: cum fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & Prælatis, ac etiam cum nonnullis excellentibus & illuſtribus perſonis, cum reliquorum quoque abſentium Prælatorum, & etiam Capitulorum & Conventuum, Eccleſiarum & Monaſteriorum Procuratoribus in dicto Concilio conſtitutis, habuimus ardua, moroſa, & diverſa conſilia & tractatus: ut per hujusmodi conſiliorum & tractatuum deliberationem præhibitam diligentem, dictorum bonorum ordinatio & diſpoſitio ad honorem Dei, augmentum fidei, exaltationem Eccleſiæ, dictæ terræ ſubſidium, ſalutem quoque fidelium & quietem, ſalubris & utilis perveniret. Poſtque utique longa, præmeditata, proviſa & matura conſilia, ſvadentibus plurimis juſtis cauſis, noſtra & dictorum fratrum, nec non Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum Prælatorum ac excellentium & illuſtrium perſonarum prædictorum in dicto Concilio tunc præſentium deliberationes & conſilia in hoc finaliter reſederunt, ut prædicta bona Ordini hoſpitalis S. Johannis Hieroſolymitani & ipſi hoſpitali ac dilectis filiis, Magiſtro & fratribus hoſpitalis & Ordinis eorundem, qui tanquam athletæ Domini pro defenſione fidei ſe periculis mortis jugiter exponentes, oneroſa nimis & periculoſa diſpendia continue perferunt, in partibus transmarinis in perpetuū unirentur. Nos igitur inter cætera mundi loca, in quibus vigere dinoſcitur obſervantia regularis, dictum ordinem hoſpitalis & ipſum hoſpitale ſinceræ caritatis plenitudine proſequentes, ac attendentes, quod ſicut evidentia facti in Deo divinis obſequiis ferventer inſiſtitur, pietatis & miſericordiæ opera vigilantibus ſtudiis exercentur, fratres hoſpitalis ipſius, mundanis ſpretis illecebris, devotum impendentes Altiſſimo famulatum, ac pro recuperatione terræ prædictæ, tanquam intrepidi Chriſti pugiles, ferventibus ſtudiis & deſideriis intendentes, quælibet ducunt humana pericula in contemptum: conſiderantes quoque, quod ex hoc tanto eorundem magiſtri & fratrum dictorum ordinis & hoſpitalis creſcet ſtrenuitas, animorum fervor augebitur, & ipſorum roborabitur fortitudo ad propulſandas noſtri redemptoris injurias, & hoſtes ejusdem fidei conterendos, quanto ipſorum potentia, in opulentioribus facultatibus augmentata, onera, quæ proſecutionis tanti negotii neceſſitas exigit, levius

vius & facilius poterunt ſupportare: & propterea non indigne vigiles redditi ſtudiisque ſolicitis excitati, ut ad ſui ſtatus augmentum opem & operam impendamus, eodem ſacro approbante Concilio, ipſam domum militiæ Templi, cæterasque domos, Eccleſias, capellas, oratoria, Civitates, Caſtra, villas, terras, grangias & loca, poſſeſſiones, jurisdictiones, redditus atque jura, omniaque alia bona immobilia & mobilia, vel ſe moventia, cum omnibus membris, juribus & pertinentiis ſuis, ultra & citra mare, ac in univerſis & quibuslibet mundi partibus conſiſtentia, quæ ipſe ordo & dicti magiſter & fratres ipſius ordinis militiæ Templi, tempore, quo ipſe magiſter & nonnulli ex eisdem fratribus militiæ Templi, in regno Franciæ communiter capti fuerunt, videlicet anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo, Menſe Octobri, per ſe vel quoscunque alios habebant, tenebant & poſſidebant, vel ad eosdem Domum & Ordinem militiæ Templi, & dictos, Magiſtrum & fratres ipſius Ordinis militiæ Templi, quomodolibet pertinebant, nec non nomina, actiones & jura, quæ prædicto tempore captionis ipſorum, eisdem Domui, Ordini, vel perſonis ipſius Ordinis militiæ Templi, quocunque modo competebant, vel competere poterant, contra quoscunque, cujuscunque dignitatis, ſtatus, vel conditionis exiſterent, cum omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus & libertatibus, quibus præfati Magiſter & fratres dictorum domus & Ordinis militiæ Templi, & ipſa domus & ordo, per Sedem Apoſtolicam, vel per Catholicos Imperatores, Reges & Principes & fideles alios, vel quocunque alio modo, erant legitime communiti, eidem Ordini hoſpitalis S. Johannis Hieroſolymitani, & ipſi hoſpitali donamus, concedimus, unimus, incorporamus, applicamus & annectimus in perpetuum, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, exceptis bonis quondam dicti Ordinis ipſius militiæ Templi, conſiſtentibus in regnis & terris chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum, Caſtellæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Majoricarum Regum illuſtrium, extra Regnum Franciæ, quæ a donatione, conceſſione, unione, applicatione, incorporatione & annexione prædictis, ſpecialiter excipienda duximus & etiam excludenda. Ea nihilominus diſpoſitioni & ordinationi Sedis Apoſtolicæ reſervantes, inhibitionem dudum per alios proceſſus noſtros factam, ne quis videlicet, cujuscunque conditionis, vel ſtatus exiſteret, ſe de perſonis & bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea, in præjudicium ordinationis, ſeu diſpoſitionis ſedis ejusdem faciendæ de illis, nec non decreti noſtri interpoſitionem, quoad perſonas & bona, in dictis Regnis & terris eorundem Regum proxime expreſſorum conſiſtentia, omnino manere, volentes in pleno robore firmitatis, quousque de perſonis & rebus prædictis in eisdem Regnis & terris conſiſtentibus, per diſpoſitionem ſedis ejusdem fuerit aliter ordinatum. Occupatores quoque dictorum bonorum, aut illicitos detentores, cujuscunque ſtatus, conditionis, excellentiæ, vel dignitatis extiterint, etiamſi Pontificali, Imperiali vel Regali præfulgeant dignitate, niſi infra unius menſis ſpatium, poſtquam ſuper hoc per dictos Magiſtrum & fratres ipſius hoſpitalis, vel ipſorum quemlibet, aut procuratorem, ſeu procuratores eorum, fuerint requiſiti, dicta bona dimiſerint, illaque plene ac libere reſtituerint ordini ipſius hoſpitalis & eidem hoſpitali, aut Magiſtro, ſeu Prioribus, vel præceptoribus, aut fratribus hoſpitalis ejusdem in quibuscunque partibus & provinciis conſtitutis, eorumque ſingulis, vel procuratori, ſeu procuratoribus eorundem, ejusdem Ordinis ipſius hoſpitalis nomine, etiamſi dicti priores, præceptores & fratres ipſius hoſpitalis & procuratores ipſorum, & eorum quilibet, a dicto Magiſtro ipſius hoſpitalis mandatum ſuper hoc ſpecialiter non haberent, dummodo procuratores prædicti a dictis prioribus & præceptoribus, vel eorum ſingulis in provinciis & partibus, in quibus hujusmodi priores & præceptores extiterint deputati, mandatum ſuper hoc habuerint, vel oſtenderint ſpeciale. Qui omnes & ſinguli, videlicet priores & præceptores, & fratres dicto Magiſtro, procuratores vero prædicti eisdem prioribus & præceptoribus, eorumque ſingulis, a quibus ſuper his fuerint deputati, plenum ſuper omnibus geſtis, receptis & procuratis per eos quomodolibet in hac parte, computum & rationem ponere & reddere teneantur: nec non omnes, qui ſcienter occupatoribus & detentoribus prælibatis in occupatione, vel detentione hujusmodi dederint conſilium, auxilium, vel favorem, publice vel occulte, excommunicationis; capitula vero, collegia, ſeu conventus Eccleſiarum & monaſteriorum, nec non univerſitates civitatum, caſtrorum, villarum & aliorum locorum, & ipſas civitates, caſtra, villas & loca, quæ in his culpabilia extiterint, ac etiam civitates, caſtra & loca, in quibus detentores & occupatores hujusmodi dominium obtinuerint temporale, ſi hujusmodi domini temporales in dimittendo bona prædicta, & reſtituendo illa magiſtro & fratribus Ordinis hoſpitalis, ejusdem nomine hoſpitalis ipſius, obſtaculum adhibebunt, & infra dictum menſem ab hujusmodi præmiſſis non deſtiterint, poſtquam ſuper hoc, ut præmittitur, fuerint requiſiti, ipſo facto interdicti ſententiis decernimus ſubjacere; a quibus abſolvi non poſſint, donec ſuper his plenam & debitam ſatisfactionem curaverint exhibere. Et nihilominus occupatores & detentores hujusmodi, vel præſtantes eisdem, ut præmittitur, auxilium, conſilium, vel favorem, ſive ſingulares perſonæ, ſive capitula, collegia ſeu conventus Eccleſiarum & monaſteriorum, ac univerſitates civitatum, caſtrorum, terrarum vel aliorum locorum extiterint, præter pœnas præſcriptas, omnibus, quæ a Romana, vel aliis Eccleſiis quibuscunque tenent in feudum, ipſo facto decernimus fore privatos, ſive privata. Ita quod ad Eccleſias, ad quas ſpectant, illa libere ſine contradictione aliqua revertantur, earumque Eccleſiarum prælati, ſive rectores de ipſis pro ſua voluntate diſponant, ſicut utilitati Eccleſiarum ipſarum viderint expedire. Nulli ergo &c. noſtrorum donationis, conceſſionis, unionis, incorporationis, applicationis, annexionis, reſervationis, inhibitionis, voluntatis & conſtitutionis infringere &c. Si quis &c. Datum Viennæ, VI. Non. Maji, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

IIX.

Diploma, vermöge deſſen Prior und Capitul des Johanniter-Ordens zu Andworthe ſchough einige Einkünffte an das Cloſter u. Convent daſelbſt verkaufft/ de A. 1311.

UNiverſis, præſentes literas inſpecturis, vel audituris Frater Oliverus de Seyn, Prior Domus Hoſpitalis Beati Johannis Jeroſolimitani in Andvvorthæſchough, totumque Capitulum ibidem, Salutem in Domino ſempiternam. Ne rerum geſta per decurſus temporum a memoria hominum elabantur, ſcripturarum ſolent plerague teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod nos exiſtentes tam ex parte Domini Regis, quam pro ſuſtentatione fratrum & eorum expenſis diverſorum debitorum oneribus aggravati in tantum, quod oportebat nos bona quæcunque domus noſtræ in alleviamen tot debitorum vendere & locum quærere de tantis gravaminibus nos abſolvendi. Nos igitur avertentes unanimiter de ſeptem ſolidis terræ in cenſu in Söytninge, quos dedit nobis frater Nicolaus Raafn, quos etiam absque gravi dampno noſtro perpendimus ad alienandum cuicunque magis aptos, quos quidem ſeptem ſolidos, habito ſuper hoc omnium Fratrum noſtrorum Conventualium & aliorum quorundam provido deliberationis conſilio, Domino Priori Eccleſiæ noſtræ in Antvorthæskoug cujuscunque præſenti vel futuro in poſterum ac ſacerdotibus, Fratribus ibidem Conventualibus & miſſas celebrantibus dimiſimus pro centum quadraginta marchis denariorum Syalandenſium uſualium & bonorum, ut dictos terrarum ſolidos ſeptem cum omnibus attinentiis, pratis, agris, ſylva, fundo & quibuscunque aliis juribus omnibus in dictis terris & bonis emergentibus pro ſuis ſpecialibus uſibus in perpetuum libere ordinent & diſponant: Concludentes omnibus ſimpliciter & plane poſt futuris in antea & excludentes facultatem factum hujusmodi ex tanta proviſione deliberatam aliqualiter revocandi, maxime cum hæc venditio alienatio alienata dici non poterit, ſed potius conſolatio intrinſeca & admiſſio caritatis. In cujus facti evidentiam firmiorem, Sigilla Noſtrum, Capituli noſtri & Fratrum Noſtrorum præſentibus ſunt appenſa, ſcilicet Johannis Sacerdotis Commendatoris Ripis, Marquardi Commendatoris Ottonie, Johannis Commendatoris Lundis, Gotsvini Commendatoris Svenſtorp & Nicolai Raafn, Anno Domini MCCCXI. in Antvorthæskough, in octava Beati Johannis Baptiſtæ.

IX.

Pabſts Clementis V. Breve an den Ertz-Biſchoff Burckhardum III. zu Magdeburg/ und Biſchoff Gevehardum zu Merſeburg, worinn ihnen befohlen worden, die Güther der Tempel-Herren in der Balley Brandenburg dem Johanniter-Orden einzuräumen, de Ao. 1312. ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Johanniter-Orden, p. 81.

X.

Ejusdem Breve an die Teutſchen Fürſten und Herren/ den Johanniter-Orden in ruhiger Poſſeſſion der Güther derer Tempel-Herren zu ſouteniren, de Ao. 1312. befindet ſich loc. ant. cit. p. 84.

XI.

Königs Eduardi II. in Engelland Mandatum, daß ſich die Johanniter-Ritter nicht eher in Poſſeſs derer den Tempel-Herren zuſtändigen Güther ſetzen ſolten/ als biß ſolches mit Conſens des Parlements geſchehen könte/ de Anno 1312.

REx, dilecto ſibi in Chriſto Priori, Hoſpitalis Sancti Johannis Jeroſolymitani in Anglia, ſalutem. Rumor, noſtris ſenſibus admirandus, auribus noſtris innotuit his diebus; videlicet, quod certæ perſonæ, de Regno noſtro, ad aſſignandum vobis omnia bona Templariorum, mobilia & immobilia, infra Regnum conſiſtentia, jam ſunt Executores per literas Apoſtolicas deputati: quodque vos erga Executores ipſos, pro executione literarum prædictarum, ad opus veſtrum,

ſtrum, celeriter facienda, inſiſtitis diligenter. Et, quia executio illa, ſi fieret, in noſtrum, & Dignitatis Coronæ noſtræ Regiæ præjudicium cederet manifeſte, vobis, ſub gravi foris factura noſtra, firmiter inhibemus, ne quicquam ulterius ſuper negotio memorato, clam vel palam, per vos, vel per alios, aut alium, procurare, facere, vel attemptare, citra proximum Parliamentum noſtrum, quomodolibet præſumatis. Teſte Rege apud Londonias, primo die Auguſti.

XII.

Königs Philippi IV. in Franckreich Conſens-Brieff/ daß alle den Tempel-Herren zuſtändig geweſene Güther dem Johanniter-Orden eingeräumt werden möchten/ de Ao. 1312.

SAnctiſſimo Patri in Domino, Clementi, divina providentia Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Philippus, eadem gratia Francorum Rex, pedum oſcula beatorum. Pater Sanctiſſime, cum nuper in Concilio generali Viennenſi propter hæreſes, enormitates, & ſcelera reperta in Fratribus tunc Ordinis militiæ Templi, tanquam infructuoſum, odioſum & abominabilem, per ordinationem, ſeu diſpoſitionem Apoſtolicam, veſtra Sanctitas Ordinem eundem, ſtatum & nomen ipſius tollere curaverit ab Eccleſia ſancta Dei, nosque Beatitudini veſtræ aſſenſum præbuerimus, quod de bonis quondam Templi in regno noſtro conſiſtentibus eadem transferendo in novum Ordinem, vel antiquum militarem ordinaretis, prout, ſecundum Deum, pro ſubſidio Terræ Sanctæ viderit veſtra Sanctitas expedire: Sanctitatisque veſtræ finalis deliberatio, nobis aſſentientibus in hoc, reſedit, quod bona Ordinis præfati cum ſuis honoribus & oneribus in fratres & ordinem hoſpital. S. Joannis Jeroſolymitani per ordinationem Apoſtolicam transferrentur pro Terræ Sanctæ ſervitio, cui prius fuerant deputata, ſicut & bona Ordinis hoſpital. ejusdem. Nos itaque, quorum intereſt, cum bona prædicta, quatenus in regno noſtro ſunt, ſub noſtra gardia ſpeciali & protectione conſiſtant, & in eis ad nos jus Patronatus, mediate, vel immediate, plenarie pertinere noſcatur, ad hujusmodi conſenſum impertiendum una cum Prælatis in Concilio congregatis fuerimus per vos inducti, quia Sanctitas veſtra diſpoſuerat & ordinaverat, quod per Sedem Apoſtolicam ſic dictorum hoſpitaliorum Ordo regularetur, & reformaretur, tam in capite, quam in membris, quod Deo, Eccleſiaſticis perſonis & ſecularibus eſſet acceptabilis, non autem infeſtus, ſed ſubſidio Terræ Sanctæ quam plurimum fructuoſus; ſic etiam provideretur, & diſponeretur de bonis præfatis omnibus, quod revocatis bonis omnibus alienatis utriusque Ordinis fructus, proventus & redditus eorundem bonorum utriusque Ordinis, deductis expenſis neceſſariis pro cuſtodia & adminiſtratione bonorum ipſorum, fideliter ac integre converterentur in ſervitium & ſubſidium ſupradictum: Sicque veſtra Sanctitas ſacro approbante Concilio ordinavit, & ordinationem hujusmodi in dicto Concilio ſolenniter publicavit. Nos igitur diſpoſitionem, ordinationem & translationem hujusmodi acceptamus, & ei noſtrum præbemus aſſenſum, juribus omnibus, nobis & Prælatis, Baronibus, Nobilibus & aliis quibuscunque regni noſtri ante prædicta competentibus in bonis prædictis, ſalvis perpetuo nobis & eis. In quorum Teſtimonium, & munimen ſigillum noſtrum præſentibus literis duximus apponendum. Datum Pariſiis, die 14. Auguſti, Anno Domini milleſimo, trecenteſimo duodecimo. Et ſont les dites Lettres ſéellies ſur double qveüe de Parthemin, d' un grand ſeau de cire jaune.

XIII.

Des Groß-Meiſters des Johanniter-Ordens zu Rhodis und ſeines Ordens-Capituls Vollmacht vor Albertum de Caſtro nigro, und die ihm Subordinirten/ daß ſie/ im Nahmen gemeldten Ordens/ in gantz Europa die Güther der Tempel-Herren in Beſitz nehmen/ auch alles/ was zu des Ordens Nutzen und Aufnehmen gereichet/ thun und vollziehen ſollen/ de Anno 1312.

NOverint univerſi, præſentes literas inſpecturi, quod nos, frater Fulco de Vilareto, Dei & Sedis Apoſtolicæ gratia Sanctæ Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem Magiſter humilis & pauperum Chriſti Cuſtos, frater Tertitius de Lorgne, Mareſcallus, frater Petrus de Claromonte, tenens locum Hoſpitalarii, frater Richardus de Ravelino, Draperius, frater Ren de Deo, Theſaurarius, frater Philippus de Gragnana, Urbis, frater Martinus Petri de Ros, Meſſanæ, Priores, frater Petrus de Sancto Johanne, Præceptor Achayæ, cæterique omnes & ſinguli fratres & Conventus Domus ejusdem, ad ſonum Campanæ Rodi, ut moris eſt, in loco ſolito congregati, interna meditatione penſantes beneficiorum largitionem innumerabilium per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, Dominum noſtrum Clementem V. Divina providente Clementia, Sacro Sanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem, Sacrum ejus Dominorum Cardinalium Collegium, & totum generale Concilium, Viennæ proxime celebratum, no-

nobis & domui liberalitate maxima largitorum. Viasque & modos cum ſumma diligentia exquirentes, per quos poſſint in noſtris manibus reparari, emendari, augmentari, ac provide gubernari dicta immenſa beneficia & fructus uberes, cum Dei benedictione, ex ipſis & aliis bonis noſtris, & Domus prædictæ haberi, percipi, & colligi: quibus Terra Sancta de Mahomethicolarum infidelium manibus poſſit, Deo faciente, celeriter liberari: Attendentesque etiam Domos noſtras partium transmarinarum, improvida adminiſtratione Præſidentium, attritas mutipliciter & afflictas viſitatione, correctione ac reformatione celeri, tam in capite, quam in membris, valde admodum indigere: Ac, de diſcretione, prohibitate, legalitate, bona adminiſtratione, diligentia & induſtria religioſi in Chriſto, nobis chariſſimi, fratris Alberti Alamani, ejusdem Domus Magni Præceptoris, in partibus cismarinis, quas in magnis & arduis, quæ nos & Domus actenus ſibi commiſimus, fructuoſas & utiles invenimus, plenam in Domino gerentes fiduciam, eundem fratrem Albertum communi omnium tractatu, concordia, concilio, voluntate ac conſenſu expreſſo ad Romanam Curiam & Curias illuſtrium Regum & aliorum Principum Orthodoxorum, & ad univerſas, cum Religioſis in Chriſto, nobis chariſſimis dilectis, fratre Richardo de Ravielino, Draperio, fratre Philippo de Gragnana, Priore Urbis, fratre Leonardo de Tibercis, Priore Venetiarum & Procuratore in Romana Curia generali, fratre Henrico de Mayneriis, fratre Arnaldo & Solerio, fratre Artando de Chavanono, noſtri Magiſtri Sociis, & fratre Duranto de Præpoſitura, Præceptore Montis Chalini & Salvitatis de Auriliaco, quos ei donamus & aſſignamus in Socios, Conſiliarios & coadjutores, diſponimus deſtinandum. Ipſumque in omnibus & ſingulis Prioratibus, Præceptoriis, Caſtellaniis, Bajuliis, Domibus, Civitatibus, Caſtris, Villis, Locis & quibuscunque aliis bonis, juribus & rationibus noſtris, & Domus noſtræ antiquis, ac nobis & Domui noviter quoquomodo conceſſis, & impoſterum concedendis, in dictis transmarinis partibus exiſtentibus, quæcunque ſint, ubicunque, & in quibuscunque conſiſtant & quocunque cenſeantur nomine, Viſitatorem, Inquiſitorem, Correctorem, Reformatorem, Adminiſtratorem cum libera, locum noſtrum tenentem, verum, certum & indubitatum Procuratorem, Syndicum, Yconomum, Actorem, & ad prædictas curias, noſtrum, & Domus ſpecialem Nuncium facimus, conſtituimus, autoritate præſentium, & creamus: dantes & concedentes eidem Viſitatori, Inquiſitori, Correctori, Reformatori cum libera, locum noſtrum tenenti, Procuratori, Syndico, Yconomo, Actori & Nuncio noſtro & Domus, in transmarinis partibus & Curiis antedictis plenam & liberam facultatem, auctoritatem & licentiam, ac etiam ſpeciale mandatum, ſe ad ipſas partes transmarinas & Curias & ipſarum quamlibet perſonaliter transferendi. Ac in eis & in univerſis & ſingulis Prioratibus, Præceptoriis, Caſtellaniis, Bajuliis, Domibus, Civitatibus, Caſtris, Villis, & aliis quibuscunque locis, & bonis, juribus & rationibus noſtris & Domus noſtræ antiquis noviterque nobis & Domui, in præfato Sacro Generali Concilio de bonis Domus militiæ Templi quondam, vel aliunde quomodolibet elargitis, & deinde largiendis, de conſilio, voluntate, ac expreſſo aſſenſu prædictorum Sociorum ſuorum, vel Majoris partis eorum ſibi tunc aſſiſtentium, per ſe, vel alium, ſeu alios, viſitandi, inquirendi, corrigendi, reformandi, adminiſtrandi, procurandi, nunciandi, reparandi, emendandi, excuſandi, ſupplicandi in dictis Curiis & aliis quibuscunque, nomine noſtro & Domus & Literas Gratiæ atque Juſtitiæ impetrandi: De largitione dictorum bonorum & aliorum quamplurium beneficiorum, dicto Domino noſtro Summo Pontifici, ejus Sacro Collegio, Illuſtriſſimis Regibus & aliis Principibus Orthodoxis grates devotiſſimas referendi; Viſitatoris, Inquiſitoris, Correctoris, Reformatoris, Adminiſtratoris cum libera, Nunciatoris, Procuratoris, & locum noſtrum tenentis in capite ac in membris & in quascunque perſonas Domus noſtræ, cujuscunque ſtatus, gradus, dignitatis, autoritatis & conditionis & quocunque exemptionis generalis, vel ſpecialis munitas privilegio, vel literis ſub quacunque forma verborum eis conceſſis. Officium ſeu officia, conjunctim vel ſeparatim, plene & libere exercendi, contra ipſas perſonas & ipſarum quamlibet, per modum inquiſitionis, denunciationis & accuſationis, prout diſcretioni ſuæ viſum fuerit, procedendi. Eas & quamlibet earum ad ſui præſentiam, quando & quotiens voluerit, evocandi. Plantam ſeu plantas fratrum, Esgardium, ſeu Esgardia faciendi & tenendi de eis, & easdem de ſuis exceſſibus, juxta Domus noſtræ ſtatuta ac bonas conſvetudines, puniendi. Removendi eas a ſuis Bajuliis, Domibus, Officiis & Adminiſtrationibus, &, ſi neceſſe fuerit, carceribus mancipandi; vel nobis, citra mare judicandas, puniendas, corrigendas, aut in carceres recludendas, cum plena informatione ſuorum exceſſuum transmittendi: De eis, & earum qualibet poſtulanti cuilibet, complementum juſtitiæ faciendi, & ſibi fieri de ipſis coram quibuscunque Judicibus, Eccleſiaſticis, vel Secularibus, noſtro & Domus noſtræ nomine, poſtulandi: Domos, Bajulias, Officia & Adminiſtrationes ſic eis oblatas, perſonis aliis ſufficientibus tenendas & regendas libere committendi: Univer-

verſas & ſingulas Domus, Eccleſias, Capellas, Oratoria, Civitates, Caſtra, Villas, Terras, Grantias & loca, poſſeſſiones, Jurisdictiones, Redditus atque Jura, omniaque alia bona, mobilia & immobilia, vel ſe moventia, cum omnibus membris, Juribus & pertinentiis ſuis in dictis partibus transmarinis conſiſtentia, Domus & Ordinis militiæ Templi, quondam nobis ac Domui in dicto Sancto Concilio collata & impoſterum conferenda ubilibet; immo nomina, actiones & jura, quæ tempore captionis Magiſtri, & quorundam fratrum ipſius Ordinis Templi in Regno Franciæ communiter factæ, eisdem Domui & Ordini, vel perſonis ipſius Ordinis militiæ Templi quocunque modo competebant vel competere poterant, contra quoscunque petendi, requirendi, exigendi, recipiendi a quibuscunque perſonis, Eccleſiaſticis vel Secularibus, & ea ad nos, & proprietatem Domus noſtræ, ac noſtri Ordinis adducendi: Corporaliter poſſeſſionem vel quaſi eorundem, noſtro & Domus noſtræ nomine, per ſe, vel alium ſeu alios adipiſcendi: Ipſamque regnandi, gubernandi & adminiſtrandi voluntate & beneplacito Sedis Apoſtolicæ: Eadem bona etiam antiqua, fructus & proventus eorum, taxandi & taxari faciendi: & ea per Domos, ſeu Bajulias determinatas & limitatas, ut utilius ſibi & aſtantibus ei viſum fuerit, dividendi: Bajuliis, ſeu Domibus per eum, vel alium, ſeu alios, limitatis taliter, reſponſiones certas & pingves ad utilitatem Terræ Sanctæ negotii imponendi: Ipſas Bajulias & Domos regendas & adminiſtrandas ad vitam, vel alias ipſis, quibus expedire noverit, committendi & conferendi, & eos ab eisdem removendi, quum & quotiens ſibi expedire videbitur. Nobiles homines & innobiles, Clericos & Seculares, pro ſervitio & regimine dictarum Bajuliarum & Domorum, ad Domus noſtræ conſortium, ſi neceſſe fuerit, admittendi; & ipſis admiſſis noſtræ religionis habitum & Nobilibus militiæ cingulum tribuendi: Fratres & Donatos, de una Domo in aliam & de uno Prioratu in alium transferendi: & citra mare etiam Fratres, Donatos, Homines, Vaſallos & ſubditos quoscunque Domus noſtræ, cujusvis ſtatus, gradus, dignitatis, auctoritatis & conditionis, pro Terræ Sanctæ ſervitio, vel quacunque alia ratione, ſeu cauſa transmittendi: aut, ſi maluerint, ſecum ducendi: & ut citra mare veniant, eis & ſingulis eorum effectualiter injungendi, eosque, ſi non venerint, tanquam Rebelles & inobedientes, & quoscunque mandatis noſtris Rebelles & inobedientes invenerint, per Juſtitiam Domus noſtræ ducendi: vel ipſos aliter puniendi: ac vocatos per nos ad partes transmarinas in transmarinis partibus retinendi: & eis ipſorum paſſagium, ſeu paſſagia relaxandi & remittendi; numerum Fratrum ſuorum, Donatorum & aliorum Servitorum, in dictis Bajuliis, ſeu Domibus noſtris quibuscunque ſiſtentium, diminuendi, & ſi ſibi expediens videbitur, augmentandi: Pro univerſis & ſingulis dictis bonis noſtris, & Domus antiquis ac noviter conceſſis & in futurum concedendis, in dictis transmarinis partibus conſtitutis, & poſitis in judicio vel extra, coram quibuscunque Judicibus, Eccleſiaſticis, Secularibusve, & in quacunque Curia, Eccleſiaſtica vel mundana, agendi, defendendi, petendi, proponendi, excipiendi, libellum, vel libellos offerendi, oblato vel oblatis reſpondendi, litem conteſtandi, jurandi de calumnia & de veritate dicendi in animas noſtras & ſcribendi cujuslibet alterius generis juramentum: Teſtes & inſtrumenta & alia quæcunque documenta legitima producendi & productis objiciendi concludendi & renunciandi: In cauſis de jure & de facto, ſententiam & ſententias diffinitivas & interlocutoria vacuandi & audiendi, & ab ipſis atque gravaminibus illatis & inferendis, ſemel vel pluries appellandi, Apoſtolos petendi, Appellationem & Appellationes proſequendi. Ad exequendum proceſſus & quascunque ſententias, ſuper recuperatione dictorum bonorum nobis & Domui de novo datorum, juxta mandatum Apoſtolicum, Prælatos, Executores, Commiſſarios & quoscunque alios ad executionem deputatos hujusmodi requirendi: Computa & rationes ab his, qui dicta bona, vel aliqua de prædictis, aut etiam de noſtris antiquis, dudum quoquomodo tenuerint & habuerint & rexerunt & receperunt, & adminiſtrarunt: Et a Procuratoribus noſtris, loca noſtra tenentibus, Præceptoribus Camerarum noſtrarum, Prioribus, Præceptoribus & Ballivis, vel eorum loca tenentibus, & quibuscunque aliis Fratribus noſtris & ſubditis, ad quorum manus reſponſiones, talliæ, ſubventiones, promiſſiones, bona defunctorum, pecuniæ, jocalia, arneſia, procaſſia noſtra, indulgentiarum, legatorum & relictorum pecuniæ, vel aliqua ex prædictis quomodolibet pervenerint, aut pervenient, ipſo in partibus transmarinis agente, ac poteſtate ſibi durante hujusmodi, petendi, audiendi, exigendi & recipiendi de his, qui recipient ab eis, vel a quibuscunque aliis, & pro quibuscunque cauſis & rationibus, cum effectu quittandi, abſolvendi, definiendi & pactum de ulterius non petendi, dandi & faciendi: Solutionem & ſolutiones accipiendi, & eas noſtro nomine faciendi: Pro neceſſitatibus noſtris & Domus, mutuum ſeu mutua, a quibus voluerit & invenerit, accipiendi & contrahendi pro pecuniis mutuo ſuſceptis aut ſuſcipiendis & aliis quibuslibet cauſis & rationibus, nos, Domum noſtram & bona omnia noſtra & futura generaliter vel ſpecialiter, effectualiter obligandi atque ypothecandi. Bona ipſa, vel quæ voluit ex prædictis

dictis in perpetuum ad vitam, vel aliud tempus, pure, conditionaliter, aut in emphitevſin, ſub certo annuo cenſu, vel precarii, commodati, depoſiti donationis, venditionis, permutationis, infeudationis, pignoris & cujuslibet alterius contractus titulo, perſonis, quibus voluerit, donandi, concedendi, tradendi & aſſignandi. Et hos, cum quibus contrahent, vel procuratores eorum, in poſſeſſionem corporalem vel quaſi, dictorum bonorum inducendi & inductos defendendi: Et poſſeſſionem corporalem vel quaſi, horum, quæ contrahendo, vel quocunque alio modo ſibi, vel alii ejus nomine atque Domus, donata & conceſſa fuerint, per ſe vel per alium ſeu alios apprehendendi & adipiſcendi: Et de his & aliis bonis noſtris & domus, prout nobis & domui expedire noverit, ordinandi: Priores, Præceptores, Ballivos, noſtri Magiſtri, vel eorum loca tenentium, Fratres, donatos & quoscunque alios ſubditos noſtros, & domus in ſæpe dictis partibus transmarinis conſtitutos, cujuscunque ſtatus, auctoritatis, dignitatis aut conditionis exiſtant, ad congregationes & Capitula provincialia per eum, de Conſilio dictorum ſociorum & aliorum fratrum & procerum Domus ei aſſiſtentium vel majoris partis eorum, ordinandas, quum & quotiens diſcretioni ſuæ faciendum noverit perſonaliter evocandi: & dictas congregationes atque Capitula celebrandi & in eis dicendi, ordinandi, concedendi, ſtatuendi, deſtituendi, & quæque alia faciendi, quæ tangere & reſpicere cognoverit honorem & commodum domus noſtræ: Compromittendi, opponendi, paciſcendi, tranſigendi, conveniendi, ſubſtituendi Procuratores, unum vel plures, ante litem conteſtatam, vel poſt, & eosdem revocandi, quando & quotiens ſibi videbitur expedire. Et demum univerſa alia & ſingula dicendi, faciendi, tractandi & ordinandi in præmiſſis, & præmiſſorum quolibet, quæ nos in generali noſtro Capitulo, vel extra in noſtris congregationibus dicere, facere, tractare ac ordinare poſſemus, ſi præſentes eſſemus, & quæ talium contractuum & negotiorum merito deſiderant & requirunt, etiamſi mandatum exigant ſpeciale: Ratum, gratum, firmum & ſtabile habituri perpetuo, quicquid per eundem Viſitatorem, Inquiſitorem, Reformatorem, Adminiſtratorem cum libera, locum noſtrum tenentem, Procuratorem, Syndicum, Yconomum, Actorem & noſtrum ac Domus noſtræ Nuncium ſpecialem, vel ſubſtituendum, aut ſubſtituendos ab eo, in prædictis, & prædicta quoquomodo tangentibus de conſilio, cum voluntate ac conſenſu dictorum ſociorum vel majoris partis eorum tunc ei aſſiſtentium, actum, dictum, viſitatum, inquiſitum, correctum, reformatum, adminiſtratum, donatum, conceſſum, petitum, exactum, receptum, ſolutum, quittatum, procuratum, tractatumque fuerit, vel aliter ordinatum. Promittentes rem ratam haberi & judicatum ſolvi, cum omnibus ſuis clauſulis ſub ypotheca & obligatione bonorum omnium Domus noſtræ, præſentium ac etiam futurorum, nosque fidejuſſores conſtituentes pro eodem Procuratore noſtro, Syndico, Yconomo, & Actore & ſubſtituendo ac ſubſtituendis ab eo: ipſos & ipſorum quemlibet relevare volentes ab omni onere ſatisdandi. Et ne forſan, aliquo caſu interveniente, quod abſit, poſſet executio poteſtatis atque auctoritatis hujusmodi, per nos eidem fratri Alberto attributarum præſentibus, in detrimentum noſtrum & Domus annullari, aut in aliquo retardari; Volumus & concedimus tenore præſentium dicto fratri Philippo de Gragnana, Priori Urbis, quod in defectu dicti fratris Alberti, aliquo caſu interveniente, poteſtatem & autoritatem noſtras præmiſſas perficere nequiuntis, poſſit, de conſilio, voluntate, ac expreſſo aſſenſu dictorum aliorum ſociorum ſuorum vel majoris partis, tunc ſibi aſſiſtentium, prædicta omnia & ſingula ſibi aſſumere, ipſaque facere, dicere, procurare, exequi, tractare, ordinare, incipere, mediare, complere, ac incepta per eundem fratrem Albertum in omnibus & per omnia effectui mancipare: Eundem Priorem Urbis in caſu prædicto, vel ſimili, loco dicti fratris Alberti ex nunc, ut ex tunc, & ſuper univerſis & ſingulis ſuperius expreſſatis & ea tangentibus, per præſentes cum omni poteſtatis plenitudine ſubrogantes & ſibi vices noſtras totaliter committentes. Quocirca diſtricte præcipiendo mandamus, in virtute ſanctæ obedientiæ nihilominus injungentes, religioſis in Chriſto nobis chariſſimis univerſis & ſingulis Prioribus, Viceprioribus, Præceptoribus & Baylivis & eorum, aut noſtri Magiſtri loca tenenti, Fratribus, Sororibus, Donatis, Hominibus, Vaſallis & ſubditis quibuscunque noſtris & Domus ac Ordinis, & Domus quondam Militiæ Templi, in prædictis transmarinis partibus conſtitutis, quatenus prædictum fratrem Albertum, Viſitatorem & locum noſtrum tenentem, vel in defectu ejusdem, ut præmittitur, dictum fratrem Philippum, Priorem Urbis, benigne admittant, caritativeque tractent, & ſibi ac familiis ſuis, in omnibus ſuis neceſſariis, eundo, ſtando, & redeundo, liberaliter provideant, ac ei, tanquam nobis in omnibus ſpiritualitatem & temporalitatem quoquomodo tangentibus, intendant & pareant reverenter, ſibi impertire ſtudentes in his, quæ ad Curam & Regimen & Adminiſtrationem dictorum bonorum, ac expeditionem felicem & celerem negotiorum noſtrorum, & Domus, ſuum fideliter Conſilium, Auxilium & favorem, ſic, tanquam Filii obedientiæ ſe habentes in prædictis, quod devotionis eorum promptitudinem condignis in Domino laudibus attollere valeamus. In quorum omnium teſtimonium & certitudinem Bulla noſtra communis, plumbea, præſentibus eſt appenſa. Data Rodi, die ſeptima decima Menſis Octobris, Anno M CCC XII. XIV.

XIV.

Königs Eduardi II. in Engelland Mandatum an alle Beamten in ſeinem Reiche/ daß ſie denen Gevollmächtigten des Johanniter-Ordens die Güther der Tempel-Herren extradiren ſollen, de A. 1313.

REx Cuſtodi quarundam Terrarum & Tenementorum, quæ quondam fuerunt Templariorum in Civitate noſtra Londoniarum, & ſuburbio ejusdem Civitatis, ſalutem.

Cum Dominus Clemens, Divina providentia, Papa quintus, nuper in Generali Concilio, Vienn. congregato, ordinem quondam Domus Militiæ Templi, propter varias cauſas, ſuſtulerit, & perpetuo ſuppoſuerit interdicto, & eandem Domum, cæterasque Domus, Eccleſias, Capellas, Oratoria, Civitates, Caſtra, Villas, Grangias, Loca, Poſſeſſiones, Jurisdictiones, Redditus, atque Jura, omniaque alia bona, immobilia & mobilia, ac ſe moventia, cum omnibus juribus, membris, & pertinentiis ſuis, in univerſis & quibuslibet mundi partibus conſiſtentia, quæ olim fuerunt Magiſtri & Fratrum Ordinis illius, (hujusmodi bonis, in Regnis & Terris Regum, Caſtellæ, Arragoniæ, Portugaliæ, & Majoricarum exiſtentibus, ex certis cauſis, exceptis, & prædicti Domini Papæ, ac Apoſtolicæ ſedis ordinationi reſervatis,) Ordini Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani duxerit concedenda, applicanda, & unienda, memoratoque Ordini Hoſpitalis prædicti, vel ipſius Procuratoribus, ejus nomine, infra certum tempus reſtituenda. Contra detentores dictorum bonorum, & reſtitutionem eorundem impedientes, graves cenſuras Eccleſiaſticas ſtatuendo; Et per literas ſuas bullatas, nobis inde directas, nos rogaverit exhortando, quod bona hujusmodi, infra Regnum & Dominium noſtrum, præfato ordini Hoſpitalis prædicti, vel ipſius Procuratoribus, ejus nomine, reſtitui facere curaremus: Nos, conſiderantes diverſa damna & pericula, quæ per detentionem bonorum prædictorum, in Regno & Dominio noſtris, ſi fieret, nobis, & eidem Regno, ac ſubditis noſtris poſſent multipliciter evenire, quæ propter brevitatem temporis, infra quod hujusmodi reſtitutio fieri petebatur, non poſſent ea vice alias præcaveri: volentesque damna & pericula hujusmodi evitare, Domos, Eccleſias, Villas, Maneria, Terras, Redditus, Loca, & alias poſſeſſiones quascunque, cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis, quæ olim fuerunt dictorum, Magiſtri & Fratrum prædictæ Militiæ Templi in prædictis Regno & Dominio noſtris, facta prius per nos quadam proteſtatione, pro conſervatione juris noſtri & ſubditorum noſtrorum in hac parte, fratribus, Alberto de Nigro Caſtro, Magno Præceptori Domus Hoſpitalis ſancti Johannis Hieroſolimitani prædicti & locum tenenti, citra mare Mediterraneum, Magni Magiſtri Hoſpitalis ejusdem, & Leonardo de Tibercis, Priori Venetiarum, Procuratori generali Hoſpitalis prædicti, nomine Hoſpitalis ejusdem, duximus liberando; ſalvo jure noſtro & ſubditorum noſtrorum quorumcunque, juxta vim & effectum proteſtationis noſtræ ſupradictæ. Et ideo vobis mandamus, quod præfatis, Alberto & Leonardo, vel illi, aut illis, quem vel quos ipſi ad hoc per ſuas patentes Literas deputaverint loco ſui, Domos, Eccleſias, Maneria, Terras, Redditus, Loca & alias poſſeſſiones quascunque cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, quæ fuerunt dictorum, Magiſtri & Fratrum Militiæ prædictæ in Civitate & ſuburbio prædictis, & quæ in Cuſtodia veſtra ex commiſſione noſtra exiſtunt, una cum bladis in terris ſeminatis & ornamentis Eccleſiarum illarum, ſine dilatione aliqua liberetis, ſalvo jure noſtro & ſubditorum noſtrorum quorumcunque juxta vim & effectum proteſtationis noſtræ prædictæ, ſicut prædictum eſt: volumus enim vos inde ex nunc erga nos exonerari. Teſte Rege apud Weſtm. 28. die Novembris, per ipſum Regem.

Nota. Conſimiles literæ directæ fuere Cuſtodibus ſingulis de Domibus, Eccleſiis, Villis, Maneriis, Terris, Redditibus, Locis, poſſeſſionibus quibuscunque cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, quæ fuerunt dictorum, Magiſtri & fratrum militiæ prædictæ, in Comitatibus Anglicis.

XV.

Marggraff Woldemars zu Brandenb. Brieff/ den dem Johanniter-Orden verſprochenen Schutz und Schirm, und die Verpfändung der Stadt Zilenzig betreffend, de Anno 1318. ſiehe in des T. R. Archivs Part. Spec. Contin. I. unterm Johanniter-Orden, p. 85.

XVI.

Pabſts Johannis XXII. Privilegium vor den Johanniter-Orden/ die Perception gewiſſer Beneficien betreffend, de Anno 1318.

JOhannes Papa XXII. Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitan. Exhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod dudum poſt conſtitutionem per nos editam, qua ſpecialiter & expreſſe cavetur, quod habentes Annalia in Eccleſiis, de conſvetudine, privilegio, vel ſtatuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi, vel ſecundi, vel alterius cujuscunque ſequentis anni beneficiorum vacantium, ubi hactenus in totum vendicaverant, nihil exinde ultra ſummam, pro qua unumquodque beneficiorum ipſorum conſvevit in decimæ ſolutione taxari, prætextu cujusvis privilegii, conſvetudinis, vel ſtatuti, quovis modo percipere, ſed ipſius ſummæ perceptione duntaxat deberent eſſe contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro, niſi forſan illi, qui fructus illos ſoliti eſſent cum integritate percipere, mallent ipſum habere reſiduum, & obtinentibus beneficia dimittere ſummam memoratam, quo caſu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam conſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter cavebatur, quod ſi hujusmodi beneficium obtinentes, in Eccleſia, in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, minime reſiderent, ad debitum ſervitium impendendum, Capitulo ejusdem Eccleſiæ deberet accreſcere, cum ceſſante cauſa ceſſare debeat pariter quod vigebat. Quodque ex verbis declarationis hujus ſatis innui videbatis, quod fructus beneficiorum non reſidentium accreſcere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo, quod in declaratione dicta non continetur expreſſe de perceptione annalium beneficiorum vacantium vobis debitorum, de prædictis conſvetudine, privilegio, vel ſtatuto, quoad fructus non reſidentium in eisdem, qui vobis accreſcere debent, nullum adhuc commodum aſſequi potueritis, licet, ut præmittitur, dicti fructus Capitulo non accreſcant. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut, quod in hujusmodi declaratione noſtra tacite innuitur, declarare expreſſius dignaremur. Nos itaque petitionem veſtram juri conſonam æſtimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati veſtræ providere volentes, præſenti oraculo declaramus, quod fructus prædictæ Eccleſiæ, vel beneficii vacantis, cujus annalia, in quibus conſtunt, debentur vobis ex privilegio, conſvetudine, vel ſtatuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam, vel beneficium hujusmodi (ſi in Eccleſia, ubi illa conſiſtunt, perſonalem reſidentiam facerent) deberetur, ſi non reſideant ibidem vere, vel interpretative, utpote per ſpeciale privilegium Apoſtolicum, vel alias ex cauſa rationabili ab hujusmodi reſidentia legitime excuſentur, cum dicta pars (ut præmittitur) Capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet ſecundum intentionem & mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergo &c. Datum Avenione, Kal. Martii, Pontificat. noſtri anno ſecundo.

XVII.

Pabſts Johannis XXII. Breve an König Eduardum II. in Engelland/ daß er dem Johanniter-Orden zum Beſitz derer den Tempel-Herren zugehörig geweſenen Güther in ſeinem Reiche verhelffen möchte, de Anno 1322.

JOhannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, charissimo in Chriſto filio, Eduardo, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dudum poſt ſublatum quondam ordinem Militiæ Templi Jeroſolimitani, in generali Concilio Viennenſi, felicis recordationis, Clemens Papa V. Prædeceſſor noſter, ſicut ad communem omnium notitiam credimus perveniſſe, volens de bonis ipſius Ordinis ſalubriter ordinare; Eodem approbante Concilio, Domum ejusdem Militiæ Templi, cæterasque Domos, Eccleſias, Capellas, Oratoria, Civitates, Caſtra, Villas, Terras, Grangias, Loca, Poſſeſſiones, Jurisdictiones, Redditus atque Jura omniaque alia bona mobilia & immobilia, vel ſe moventia cum omnibus membris, juribus & pertinentiis ſuis ultra & citra mare, ac in univerſis & quibuslibet mundi partibus conſiſtentia: Quæ ordo ipſe, ac Magiſter & fratres ejusdem Ordinis Militiæ Templi, tempore, quo idem Magiſter & nonnulli ex eisdem Fratribus communiter capti fuerant, per ſe, vel quoscunque alios habebant, tenebant & poſſidebant, vel ad eosdem Domum & Ordinem, & ad dictos Magiſtrum & fratres ipſius ordinis Militiæ Templi, quomodolibet pertinebant; Nec non & Actiones ac Jura, quæ dictis Domui, Ordini, vel Perſonis ipſius, quomodolibet competebant, vel competere poterant, contra quoscunque, cujuscunque dignitatis, Status, vel Conditionis exiſterent; cum omnibus Indulgentiis, Privilegiis, immunitatibus & libertatibus, quibus præfatus Magiſter, & fratres dictorum Domus & ordinis, ac ipſi, Domus & ordo, per ſedem Apoſtolicam, vel Catholicos, Imperatores, Reges, ac Principes & fideles alios, vel quocunque modo erant legitime communiti; Ordini ejusdem Hoſpitalis Sancti Johannis Jeroſolimitani & ipſi Hoſpitali; quibusdam tamen ex dictis bonis in certis locis conſiſtentibus, tunc per Prædeceſſorem eundem exceptis; quæ nos poſtmodum, ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumti, præter quædam ex eis, de quibus aliter duximus ordinandum eisdem, Magiſtro & Fratribus ac Hoſpitali Sancti Johannis Jeroſolimitani, de fratrum noſtrorum Conſilio, modo ſimili duximus concedenda; Donavit, conceſſit, univit, incorporavit, applicavit & annexuit in perpetuum, de Apoſtolicæ plenitutine poteſtatis. Qualiter etiam idem Prædeceſſor Occupatores dictorum Bonorum, ac illicitos Detentores, cujuscunque Status, Conditionis, Excellentiæ, vel Dignitatis exiſterent; etiamſi Pontificali, vel Regali dignitate fulgerent, niſi infra unius Menſis ſpatium, poſtquam per eosdem Magiſtrum & fratres, vel ipſorum quemlibet, aut procuratores eorum, ipſorum nomine, requiſiti fuiſſent, dicta bona plene, libere & expedite dimitterent, ipſis, in quibuscunque partibus & pertinentiis conſtitutis & eorum ſingulis vel Procuratoribus eorundem, nomine Hoſpitalis & ordinis prædictorum; Nec non & omnes, qui ſcienter occupatoribus & Detentoribus prælibatis in occupatione vel detentione hujusmodi darent conſilium, auxilium, vel favorem, publice vel occulte, excommunicationis; Capitula vero, Collegia, ſeu Conventus Eccleſiarum & Monaſteriorum, nec non & Univerſitates Civitatum, Caſtrorum, Villarum & aliorum Locorum; & ipſa, Civitates, Caſtra, Villas & Loca, quæ in his culpabilia exiſterent, & etiam Civitates, Caſtra & Loca, in quibus Detentores & Occupatores hujusmodi obtinerent Dominium temporale, ſi iidem Domini temporales, in dimittendo bona prædicta, & reſtituendo illa Magiſtro & fratribus ordinis Hoſpitalis ejusdem, nomine Hoſpitalis ipſius, obſtaculum exhiberent, & infra dictum Menſem ab hujusmodi præmiſſis non deſiſterent, poſtquam ſuper hoc, ut præmittitur, requiſiti forent, interdicti; Sententiis ipſo facto ſubjacere decrevit, a quibus abſolvi non poſſent, donec ſuper his plenam & debitam ſatisfactionem exhibere curarent. Et nihilominus Occupatores & Detentores hujusmodi, vel præſtantes eisdem, ut præmittitur, auxilium, conſilium vel favorem, ſive ſingulares perſonæ ſive Capitula, Collegia ſeu Conventus Eccleſiarum & Monaſteriorum ac Univerſitates Civitatum, Caſtrorum, Terrarum vel aliorum locorum exiſterent, præter pœnas præſcriptas, omnibus, quæ a Romana, vel aliis Eccleſiis quibuscunque tenerent in feudum eſſe privatos, ſeu privata ipſo facto decrevit; ita quod ad Eccleſias, ad quas illa ſpectabant, reverterentur libere & ſine contradictione quacunque ipſarumque Eccleſiarum Prælati, ſive Rectores de ipſis, pro ſua voluntate diſponerent, ſicut utilitati ipſarum Eccleſiarum cognoſcerent expedire. Et licet Tu, Progenitorum tuorum ſuccedens virtutibus, qui Eccleſiæ Romanæ ordinationibus & Mandatis ſemper humiliter paruerunt, ad requiſitionem ipſorum Magiſtri & Fratrum, facta tibi de Conceſſione hujusmodi & aliis præmiſſis fide plenaria, omnia præfata bona dicti quondam Ordinis Templi in Regno & Terris tuis conſiſtentia, tanquam devotus Eccleſiæ filius, Magiſtro & Fratribus ac Hoſpitali prædictis obeditione pura & libera dimiſiſſes; eaque omnia expedita per alios Regni tui dimitti man-

mandasses; Nonnulli tamen Comites, & Barones, Nobiles, Milites, Universitates Civitatum, Castrorum & alii Laici, &, quod gravius mentem nostram amaricat, aliæ personæ Ecclesiasticæ, quæ se deberent pro fratribus ipsis murum defensionis opponere, præfatas sententias non verentes, ad dicta bona concessa, ut prædicitur, pro tam salubri negotio, Magistro & Fratribus supradictis, extendentes rapaciter manus suas, ea, sicut ex ipsorum Magistri & fratrum dolorosis audiveramus relatibus, occuparant hactenus violenter, & detinebant violentius occupata, sicut adhuc detinere noscuntur in animarum suarum perniciem, grave damnum Hospitalis ejusdem, ac Terræ Sanctæ præcipue, ad cujus subsidium deputata, ut prædicitur, fore noscuntur, non modicum detrimentum; nonnullis Executoribus, eisdem Magistro & fratribus, super eisdem bonis & sententiis supradictis per prædecessorem deputatis eundem, &, quod deterius est, per eosdem Magistrum & Fratres requisitio frequenter, in ipsorum manifestam injuriam & Apostolicæ sedis contemptum, procedere non curantibus in præmissis. Propter quod, cum nostra interesset, sicut & interest, in prædictis auxiliatrices manus apponere, quibus specialiter inest ipsius Terræ sanctæ cura præcipua, cujus oppressiones, Deo Teste, nos opprimunt, & ad Recuperationem ipsius intentis desideriis aspiramus; ac de tali super occupationibus ipsis, volentes remedio subvenire, quod tam salubris negotii, videlicet Terræ prædictæ subsidii, tolleretur cujuslibet causa, & concessio dictorum bonorum, facta per sedem eandem, debitum fortiretur effectum, & occupatores hujusmodi a suis illicitis resipiscerent actibus, ipsosque sequeretur pœna condigna. Venerabilibus fratribus nostris Cantuariensi & Eboracensi Archiepiscopis, ipsorumque suffraganeis, in virtute obedientiæ & sub pœna suspensionis, quam eos & quemlibet eorum, postquam hujusmodi Mandatum nostrum pervenisset ad eos, incurrere voluimus ipso facto, si mandatis Apostolicis in hac parte negligerent obedire, per diversas dedimus literas in mandatis, ut omnes & singulos in eorum Civitatibus & Diœcesibus constitutos, cujuscunque status vel conditionis existerent, quos invenirent bona occupasse, vel occupata tenere prædicta, per se vel per alios, publice vel occulte, peremtorie monere curarent, ut infra unius Mensis spatium, post Monitionem ipsorum, ea omnia & singula, in quibuscunque consisterent, & quocunque nomine censerentur, cum fructibus inde perceptis, & qui medio tempore percipi potuerunt, Magistro & fratribus, ac Hospitali restituerent supradictis, alioquin, si infra dictum terminum hujusmodi monitioni humiliter & effectualiter non parerent, occupata per eos, vel ipsorum nomine cum fructibus inde perceptis, ut prædicitur, non dimittendo libere Magistro & fratribus antedictis, ipsos omnes & singulos, cujuscunq; Status, Ordinis, vel Conditionis existerent, quantacunq; dignitate fulgerent, ex tunc autoritate nostra Excommunicationis. Capitula vero, Collegia, seu Conventus Eccles. & Monaster. nec non & Universitates Civitatum, Castrorum, Villarum & aliorum Locorum; & ipsa, Civitat. Castra, Villas & Loca, quæ in his culpabilia forent, vel in quibus Occupatores hujusmodi obtinerent Dominium temporale, si infra dictum Dominium, post mentionem hujusmodi bona non restituerent, ut præmittitur, ante dicta, ipso facto decernerent interdicti, sententiis subjacere. Et, ad majorem ignominiam eorundem, dictas sententias & alias pœnas per prædecessorem eundem, ut prædicitur, promulgatas, denunciarent incurrisse, & facerent ab aliis nunciari, & ab omnibus arctius evitari, donec restituerent, cum integritate præmissa & meterentur absolutionis beneficium obtinere. Et licet postmodum dictum mandat. nostrum Archiepisc. & Suffraganei memorati diligenter fuerint executi, nonnulli tamen, sicut ex conquestione Magistri & fratr. prædictorum accepimus, prætextu quarundam Appellationum, ad sedem interjectarum frivole, & inhibitionum, quas injuste super his fieri procurarunt, præfata bona injuste & indebite retinebant, illaq; dictis Magistro & Fratribus, quamvis dictæ Ordinationi Celsitudo Regia paruisset, dictisque Magistro & fratr. bona dimisissent, eadem reddere non curabant. Propter quod Archiepiscopi & Suffraganei memorati denunciarunt eosdem, juxta prædicti Mandati nostri tenorem, dictas pœnas & sententias incurrisse, quas diu sustinuerunt, sicut & adhuc sustinent animis induratis, in propriæ salutis dispendium & scandalum plurimorum. Postmodum autem nos, volentes detentorum ipsorum malitiis obviare, Archiepiscopis & Suffragan. supradictis, sub eisdem pœnis per alias diversas nostras dedimus literas in mandatis, ut omnes & singulos Domorum & alior. prædictorum bonor. Detentores, in eorum Civitat. & Diœcesi consistentes, quibusvis affectu, favore & timore se positis, ad restitutionem Domorum & bonor. ipsorum, per aggravationem pœnarū & sententiar. earundem, Appellationibus & Inhibitionibus memoratis nequaquam obstantibus, compellere procurarent. Cum igitur, dilectissime fili, hujusmodi restitutionis nondum fuerit debitus subsecutus effectus, nosque illam pro Terræ sanctæ commodis, ad quæ desideranter aspirare te novimus, intentis desideriis affectemus: Magnificentiam Regiam paterno rogamus & hortamur affectu, & per misericord. ejus, qui Terram ipsam aspersione sui pretiosissimi sangvinis, pro humani salute generis, consecravit, instantius obsecramus, quatinus Domos & bona prædicta præfatis, Magistro & fratr. sic plene, sic integre, pro divina & Apostolicæ sedis ac nostra reverentia, restitui facias cum effectu, detentores ipsorum, Laicos videlicet, ad restitutionum eorum integram, prout expediens fuerit, compellendo; & super his, Archiep. & suffraganeis memoratis, favoribus & auxiliis opportunis, nec non & per potentiam Brachii secularis, si opus fuerit, assistendo, quod dicti Magister & fratr. eorum in hac parte jura plenius assequantur; tibi proinde apud eū, qui pro minimis grandia recompensat, augeatur cumulus meritorū, humanæ laudis crescant præconia, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum, nosque pro restitutione bonor. hujusmodi non oporteat amplius laborare. Dat. Avinion. dec. Kal. Jun. Pontif. nostri Ao. sexto. Sigillo avulso.

XIIX.

Marggraff Ludewigs und Ottens zu Brandenburg Brieff/ worinn sie dem Johañiter-Orden die Insul Cummendycke, und was dem mehr anhängig, geschencket, de Anno 1360. stehet in des T. R. Archivs Part. Spec. Contin. II. unter dem Chur- und Fürstl. Hause Brandenburg, p. 9.

XIX.

Vergleich zwischen dem Johanniter-Meister in Teutschen Landen/ Herren Conrado von Brunsberg, und dem Heer-Meister in der Baley Brandenburg, Bernhardo von Schulenburg, Krafft dessen die Commendatores des Meisterthums der Baley Brandenburg, einen Meister ihres Gefallens zu erwehlen Macht haben, und dieser vom Johanniter-Meister unwiedersprechlich confirmiret werden muß, Anno 1382. **zu Heimbach aufgerichtet, nebst des Großmeisters zu Rhodiß** Confirmation **darüber, befindet sich in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Johanniter-Orden,** pag. 87.

XX.

Königs Richardi II. in Engelland Confirmation einiger von seinen Vorfahren dem Johanniter-Orden ertheilten Privilegien, de Anno 1386.

REx Omnibus, ad quos &c. Salutem. Inspeximus Literas Patentes de Confirmatione, quas Johannes, Dominus de Nevill, nuper Locum tenens noster in partibus Aquitaniæ, fieri fecit, sub Sigillo, quo utimur in partibus illis, in hæc verba:

Johannes Dominus de Nevill, Locum tenens in partibus Aqvitaniæ pro Illustrissimo Principe & Domino nostro, Domino Ricardo, Dei gratiâ Franciæ & Angliæ Rege,

Universis & singulis Senescallis, Judicibus, Prælatis, Baronibus, Præpositis, Executoriis, Majoribus, Submajoribus, & Juratis Civitatum & Villarum Custodibus Portuum, Pontium & Passagiorum, Justitiariis, Officiariis, & Ministris, aliisque Fidelibus subditis dicti Domini nostri Regis, & nostris in toto Principatu, seu Dominis, qvi nunc sunt, & qui pro tempore fuerint, ad qvos præsentes Litteræ pervenerint, vel eorum Loca tenentibus, Salutem.

Venientes ad Nos Religiosi viri, Frater Arnaldus de la Cal, & Deodatus Ymbard, Ordinis Sancti Johannis Jerusalem, moram trahentes in Domo Pontis Sancti Johannis Burdegalæ dicti Ordinis, quasdam Patentes Literas Privilegiorum dicti Ordinis, ipsi concessas per claræ & illustris memoriæ, Dominum E. condam Regem Angliæ, Dominum Hiberniæ, & Ducem Aquitaniæ, Sigillo suo Magno impendenti, cum Cera viridi & laqueo cirico, viridis & rubei coloris, Sigillatas, Nobis die hodiernâ infra scripta exhibuerunt & præsentaverunt, quas Nos ab eisdem cum debitis reverentiâ & honore recepimus, Tenorem, qui sequitur continentes:

Edwardus, Dei gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aqvitaniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justitiariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, salutem.

Inspeximus Cartam Confirmationis, quam nuper sub Sigillo, quo tunc utebamur, fecimus Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptistæ, & Fratribus Hospitalis Jerusalem in hæc verba:

Edwardus, Dei Gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aqvitaniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justitiariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, salutem.

Inspeximus Cartam Confirmationis, quam Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noster, fecit Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptistæ, & Fratribus Hospitalis Jerusalem in hæc verba:

Eduardus, Dei Gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aqvitaniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justitiariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, salutem.

Inspeximus Cartam Confirmationis, quam claræ memoriæ, Dominus Edwardus, condam Rex Angliæ, Pater noster, fecit Deo, & Beatæ Mariæ & Sancto Johanni Baptistæ, & Fratribus Hospitalis Jerusalem in hæc verba:

Edwardus, Dei Gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justitiariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & fidelibus suis, salutem.

Inspeximus Cartam, quam celebris memoriæ, Dominus Henricus, condam Rex Angliæ, Pater noster, fecit Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptistæ, & Fratribus Hospitalis Jerusalem, in hæc verba:

Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Foreſtariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ſalutem.

Sciatis Nos conceſſiſſe, & præſenti cartâ noſtrâ confirmaſſe, Deo & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptiſtæ & Fratribus Hoſpitalis Jheruſalem omnes Donationes rationabiles Terrarum, Hominum, & Eleemoſynarum, eis à Prædeceſſoribus noſtris, vel ab aliis in præterito, vel à nobis in præſenti collatas, vel in futurum, à Regibus, vel ex aliorum Liberalitate, conferendas, vel alio modo adqviſitas, vel adqvirendas, tàm in Eccleſiis, quàm in rebus & Poſſeſſionibus Mundanis;

Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Fratres, & eorum Homines, omnes Poſſeſſiones & Eleemoſynas ſuas habeant & teneant, cum omnibus Libertatibus & liberis conſvetudinibus, & Qvietantiis ſuis, in Boſco & Plano, in Pratis & Paſturis, in Aquis & Molendinis, in Viis & Semitis, in Stagnis & Muariis, in Maricis & Piſcariis, in Grangiis & Virgultis, infra Burgum & extra, cum Sock & Sack, & Thorp & Theam, & Infangenethef & Utfangenethef & Hamſock & Gridbrith, & Blodwyte & Fidhwyte, & Flitwyte & Fredwyte, & Hengwyte & Leyrwyte, & Flemenefryth & Murdro, & Latrocinio, & Forſtal, & Ordel, & Oreſte, infra tempus & extra, & in omnibus locis, & cum omnibus cauſis, quæ ſunt vel eſſe poſſunt:

Concedimus etiam in perpetuum, quod prædicti Fratres quieti ſint de omnibus Miſericordiis, & quod ipſi & omnes homines ſui liberi ſint ab omni Scoto & Geldo, & omnibus auxiliis Regum, Vicecomitum, & omnium miniſterialium eorum, & Hidagio & Carrutagio, & Danegeld & Hornegeld, & Exercitibus & Wapentachiis, & Scutagio & Tallagio, & Leſtagio & Stallagio, Schiris & Hundredis, Placitis & Querelis, & Warda & Wardepeny, & Averpeny & Hundredpeny & Borghalpeny & Thethyngpeny, & de omnibus Operibus Caſtellorum, Parcorum, & Pontium, Clauſuris, & omni Carreio, & Summagio, & Navigio & Domuum Regalium Ædificatione, & omnimodâ operatione; Et prohibemus nè Boſci eorum ad prædicta Opera, vel ad aliqua alia ullo modo capiantur; & ſimiliter Bladum eorum, vel Hominum ſuorum, vel aliquid de Rebus ſuis, vel Hominum ſuorum, ad Caſtella munienda, non capiantur: Volumus etiam quod liberè & ſufficienter, ſine qualibet occaſione, capiant, de omnibus Boſcis ſuis, ad uſus Domûs ſuæ, quandocunque voluerint, nec propter hoc in Foriſacto de Vaſto, vel in Miſericordia ponantur; omnes quoque Terras & Aſſarta ſua, & hominum ſuorum, jam facta, & quæ impoſterum fient aſſenſu Regio, eis Imperpetuum Quietum clamamus de Vaſto, Regwardo, & de Viſu Foreſtariorum & omnibus aliis Conſuetudinibus:

Concedimus inſuper eisdem Fratribus, quod de omnibus Boſcis ſuis, quos habent in præſenti, infra Metas Foreſtæ, poſſint aſſartare & excolere ſine licentia noſtrâ, vel Hæredum noſtrorum, vel Ballivorum noſtrorum facta, quod inde in nullo à Nobis, vel Hæredibus noſtris, imperpetuum occaſionentur; & quod ipſi, & Homines ſui proprii, quieti ſint de expeditatione Canum ſuorum in perpetuum.

Præcipimus etiam, quod ipſi Fratres Hoſpitalis, & omnes Homines ſui, liberi ſint & quieti ab omni Theolonio in foro, & in omnibus Nundinis & in omni Tranſitu Pontium, Viarum, & Maris, per totum Regnum noſtrum, & per omnes Terras noſtras, in quibus Libertates eis dare poſſumus; et omnia Mercata ſua et Hominum ſuorum ſint ſimiliter, in prædictis locis, ab omni Theolonio quieta:

Concedimus etiam eis et confirmamus quod, ſi aliquis Hominum ſuorum, pro Delicto ſuo, Vitam, vel Membrum debeat amittere, vel fugerit, et Judicio ſtare noluerit, vel aliud Delictum fecerit, pro quo debeat Catalla ſua perdere, ubicunque Juſtitia fieri debeat, ſive in Curia noſtra, ſive in alia Curia, ipſa Catalla ſint prædictorum Fratrum, et liceat ipſis Fratribus, ſine Diſturbatione Vicecomitum, et omnium Ballivorum noſtrorum, et aliorum, ponere ſe in ſeiſinam de prædictis Catallis, in prædictis Caſibus et aliis, quando Ballivi noſtri, ſi ad nos pertinerent, Catalla illa in Manum noſtram ea ſeiſire poſſent et deberent:

Inſuper concedimus quod Animalia, quæ dicuntur Wayſt, inventa in Feodo Hoſpitaliorum, ſint ipſorum Fratrum, niſi aliquis ea ſecutus fuerit, qui velit et poſſit probare, quod ſua ſint, et niſi fuerint infra Terminos competentes, ſecundum Conſuetudinem Patriæ petita et ſecuta; et ſi aliquis tenentium prædictorum Fratrum Feodum ſuum foriſfecerit, liceat ipſis Fratribus ponere ſe in Seiſinam de ipſo Feodo, & ipſum Feodum cum Pertinentiis ſuis poſſidere, non obſtante eo, quod nos conſvevimus Feoda Damnatorum & Fugitivorum per unum Annum & unum Diem poſſidere; ſimiliter, ſi aliquis Hominum ſuorum ſit Amerciatus erga nos vel Ballivos noſtros, pro quacunque Cauſa, vel debito, vel Foriſacto, Mercia & Amerciamenta Pecuniæ ſint collecta, & in una Burſa ad Scaccarium noſtrum portata, & prædictis Fratribus ſint ibidem liberata; ſervata Regiæ Poteſtati Juſtitiâ Mortis & Membrorum:

Concedimus inſuper eis, quod, licet aliqua libertatum contentarum in hac Carta, per Temporis diuturnitatem, quocunque caſu contingente, uſi non fuerint, nihilominus tamen Libertate eadem de cætero utantur ſine aliqua contradictione; non obſtante eo, quod per temporis diuturnitatem, eâ uſi non fuerint, ſicut prædictum eſt:

Hæc autem omnia prædicta, & omnia alia Servitia Secularia, & Conſuetudines, qui in hoc ſcripto non comprehenduntur, eis concedimus & confirmamus in perpetuam Eleemoſynam, cum omnibus Libertatibus & liberis Conſuetudinibus, quas Regia Poteſtas liberiores, alicui Domui Religionis conferre poteſt, pro Dei Amore, & pro anima Domini Johannis Regis, Patris noſtri, & pro Animabus omnium Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum:

Et Prohibemus, inſuper, Fori factum noſtrum, quod nullum eis, vel hominibus ſuis, contra hanc cartam noſtram in aliquo foriſfaciat, quia ipſos & omnes Res & Poſſeſſiones ſuas, & omnium hominum ſuorum, in Cuſtodiam & ſpecialem Protectionem noſtram ſuſcipimus;

Hiis Teſtibus,

Venerabili Patre, B. Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primate,

R. Comite Cornubiæ, Fratre noſtro,

Ricardo de Clare, Comite Gloceſtriæ & Hertfordiæ, Humfrido de Bohun, Comite Herefordiæ.

Johanne Maunſell, Præpoſito Beveracenſi.

Magiſtro W. de Kelkenny, Archidiacono Conventriæ.

Radulpho Filio Nicholai,

Bertramo de Croill,

Johanne de Grey,

Johanne de Leyncton,

Roberto Walrand,

Willielmo Grenoum,

Et aliis.

Dat. per manum noſtram, apud Wyntoniam, viceſimo die Julii, Anno Regni noſtri Triceſimo ſeptimo.

Inſpeximus etiam Cartam, quam idem Dominus Henricus, condam Rex Angliæ, Pater noſter, fecit prædictis Fratribus Jheruſalem in hæc verba:

H. Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Seneſcallis, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & univerſis Fidelibus ſuis, Salutem.

Præcipimus vobis quod Cuſtodiatis, Protegatis, & Manuteneatis Homines, Terras, Res, Reddit us, Poſſeſſiones, & Tenementa Fratrum Hoſpitalis Jheruſalem, ſicut Res noſtras proprias, nullam Injuriam, vel Moleſtiam, aut Gravamen eis facientes, nec ab aliquo fieri permittentes; quia Ipſi, & Homines, & omnes Res & Poſſesſiones eorum, ſunt in Cuſtodia & Protectione noſtrâ: Et Prohibemus nè de aliquo ponantur in Placitum, niſi coram Nobis, vel coram capitali Juſtitiario noſtro: Et ſi quis eis in aliquo foriſfecerit, id eis ſine dilatione faciat emendari.

Teſte me ipſo apud Wynton, viceſimo tertio die Junii, Anno Regni noſtri Triceſimo ſeptimo.

Nos autem prædictam Conceſſionem Ratam habentes & Gratam, Eam, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis, Deo & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni, & Fratribus Hoſpitalis prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur;

Hiis Teſtibus,

Venerabilibus Patribus,

J. Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primate,

G. Wygornienſi,

Th. Hereford enſi,

R. Bathonienſi & Wellenſi,

Et W. Norwicenſi, Epiſcopis.

Edmundo, Fratre noſtro, Comite Cornubiæ,

Gilberto de Clare, Comite Glouceſtriæ & Hertfordiæ,

Henrico de Lacy, Comite Lincolniæ,

Johanne de Warenna, Comite Surriæ,

Willielmo de Bello Campo, Comite Warrewicæ,

Humfredo de Bohun, Comite Herefordiæ,
Rogero de Mortuo mari,
Johanne de Veſcy,
Rogero de Clifford,
Otone de Grandiſono,
Roberto de Tibelot,
Roberto de Nevyll,
Reginaldo de Grey,
Galfrido de Genevill,
Hugone Filio Otonis,
Roberto Filio Johannis, & aliis.

Datum per Manum noſtram, apud Weſtmonaſterium, octavo die Julii, Anno regni noſtri octavo.

Nos autem, ob Devotionem, quam erga Deum, & gloriosam Virginem Mariam, & Sanctum Johannem Baptiſtam, nec non & affectionem, quam ad fratres dicti Hoſpitalis habemus, Conceſſiones & Confirmationes prædictas, Ratas habentes & Gratas, eas, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, Deo & Beatæ Mariæ, & Sancto Johanni, ac Fratribus Hoſpitalis prædicti, & eorum Succeſſoribus, concedimus & confirmamus, ſicut dicta Carta Confirmationis rationabiliter teſtatur;

Hiis Teſtibus,
Venerabili Patre,
J. Ciceſtrenſi Epiſcopo Cancellario noſtro,
Thoma, Comite Lancaſtriæ,
Johanne de Warenna, Comite Surriæ, Willielmo de Leyburn, Roberto de Tony,
Willielmo Paynek,
Henrico de Apelpy, & aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud Certeſeve, viceſimo ſecundo die Septembris, Anno Regni noſtri ſecundo.

Nos autem conceſſiones & Confirmationes prædictas Ratas habentes & gratas, eas, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, Deo, & Beatæ Mariæ, & Sancto Johanni, ac Fratribus Hoſpitalis prædicti, & eorum Succeſſoribus, concedimus & confirmamus, ſicut dicta carta Confirmationis rationabiliter teſtatur;

Hiis Teſtibus,
Venerabilibus Patribus,
W. Eborum Archiepiſcopo, Angliæ Primate,
J. Elienſi Epiſcopo, Cancellario noſtro.
H. Lincolnienſi Epiſcopo, Theſaurario noſtro.
Thoma, Comite Norffolciæ & Mareſcallo Angliæ, Avunculo noſtro,
Johanne de Warenna, Comite Surriæ,
Rogero de Mortuo mari,
Johanne de Sancto Johanne,
Johanne de Roos, Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud Eborum, Triceſimo Die Junii, Anno Regni noſtri Primo.

Nos autem Tenorem Cartæ prædictæ, ſub Sigillo, quo nunc utimur, ad Requiſitionem Prioris Hoſpitalis prædicti, duximus Exemplificandum;

Hiis Teſtibus,
Venerabilibus Patribus,
W. Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primate,
J. Elienſi Epiſcopo, Cancellario noſtro.
H. Lincolnienſi Epiſcopo, Theſaurario noſtro,
J. Wyntonienſi,
Et W. Norwicenſi, Epiſcopis.
Henrico, Comite Lancaſtriæ,
Rogero de Mortuo mari,
Th. VVake,
Johanne de Roos, Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud Eborum, Dicimo die Februarii, Anno Regni noſtri Secundo.

Item exhibuerunt Nobis & præſentaverunt præfati Fratres, Arnaldus & Deodatus, quasdam alias Patentes Literas Privilegiorum dicti Hoſpitalis, ipſi conceſſas, per claræ & illuſtris memoriæ Dominum Edwardum, condam Regem Angliæ & Franciæ, & Dominum Hiberniæ, ſuo Magno Sigillo impendenti, cum Cera Viridi & Filo Viridi & Rubeo, Sigillatas, quarum Tenor talis eſt:

Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

Inſpeximus Tenorem Cartæ Domini Ricardi, condam Regis Angliæ, Progenitoris noſtri, dudum Magiſtro & Fratribus Domus Hoſpitalis de Jheruſalem factæ, in quibusdam Literis Patentibus, Sigillo, quo utimur in Burdegalia ad Contractus conſignatis, & coram Nobis in Cancellaria noſtra exhibitis, contentum in hæc verba:

Ricardus, Dei gratiâ, Rex Anglorum, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Seneſcallis, Juſtitiariis, Præpoſitis, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis totius Terræ & univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, ad quod præſens

ſens Carta pervenerit, Salutem in Domino.

Quam Magnifica, quàm jugis in Operibus ſacroſancta Dom9 Hoſpitalis Jheroſolymitani exiſtat, ad Univerſitatis veſtræ Notitiam, non minus ipſa Immenſitas rei, quàm famæ poteſt celebritas deduxiſſe, cujus rei fidem certiſſimam, in Jheroſolymitanis partibus conſtituti, propriorum oculorum teſtimonium & experientia ipſa fecere, nam propter cotidiana, quæ cæteris indigentibus; & ſupra fidem, & ſuper omnes ipſius Domus facultates, Magiſter & Fratres ipſius Domus Hoſpitalis de Jheruſalem exhibuerunt Subſidia, Nobis quoque, & ultra Mare, citra, tàm devotè, quamque magnificè, ut & ipſa Magnitudo Subventionis & obligatæ ſibi conſcientiæ noſtræ Indicium tanta Nos Beneficia diſſimulare ſub magnitudine non permittant.

Quocirca piis eorum operibus volentes pariter in opere Pietatis reſpondere, pro ſalute Animæ Domini Regis H. Patris noſtri, & Dominæ Reginæ, Matris noſtræ, & Fratrum noſtrorum, nec non & Anteceſſorum noſtrorum, & noſtræ, dedimus & conceſſimus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & beato Johanni Baptiſtæ, & ſupradictæ Domui Sancti Johannis de Jheruſalem, & Magiſtro & Fratribus & Hominibus ſuis, in omnibus Tenementis ſuis, & in Eleemoſynis, quæ eis datæ & factæ ſunt & erunt, & in quibuscunque adquirere potuerunt, dedimus & in puram ac perpetuam Eleemoſynam conceſſimus omne jus, omne Dominium, quod ad nos pertinet & pertineat, omnem Poteſtatem, omnes Libertates, & liberas conſuetudines, quas regia Poteſtas conferre poteſt in omnibus, ut habeant & teneant omnes res & poſſeſſiones & univerſas pertinentias ſuas, quas in præſenti poſſident, & in futuro poſſidebunt, benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in Boſco & Plano, in Pratis & Paſcuis, & Maricis & Piſcariis, in Vinariis & Stagnis, in Aquis & Molendinis, in Furnis & Feriis, & in Nundinis, in Terris, in Agris, & Vineis, in Cenſibus, & Venditionibus, in Villicationibus (ſcilicet) & in Latrociniis, & in Raptu Mulierum, in Incendiis, & in Multicidiis, in Paagys, & in Metis, in Hominibus, in Domibus, & in Menſuris, & in Civitatibus, in Caſtellis, & in Villis, in Viis, & extra Vias:

Et ita Volumus & firmiter præcipimus, quod Homines prædicti, Sancti Hoſpitalis de Jheruſalem, ſint liberi & quieti de Exercitu & Equitatu, de Theolonio & Peagio, Pontagio & Paſſagio, & Homagio & Stallagio, & de omnibus redditibus, & de omnibus querelis, Placitis, Auxiliis, & Talagiis, & de omnibus Operationibus Civitatum, Caſtellorum, Villarum, ut pacem habeant in omnibus; ſimiliter ſi aliquis hominum prædictorum Fratrum ſit immerciatus erga Nos, vel erga Ballivos noſtros, pro quacunque Cauſa, vel delicto, vel Foriſfacto, Mercia & amerciamenta Pecuniæ prædictis Fratribus ſine dilatione reddantur:

Prohibem9 etiam nè de aliquo ponantur in Placitum, niſi coram prædictis Fratribus, vel eorum Domeſticis, Ballivis, vel Servientibus Sancti prædicti Hoſpitalis Jheruſalem;

Hæc omnia prædicta, & omnes Exitus, qui inde provenire potuerunt, conceſſimus & confirmamus, cum aliis Libertatibus & liberis Conſuetudinibus ſuis, cum univerſis Rebus, ad prænominatam Domum & Fratres & Homines prædicti Sancti Hoſpitalis de Jheruſalem pertinentibus, in univerſo Regno noſtro, & in tota Terra noſtra ultra Mare, & citra, vel ubicunque ſint, nihil Nobis retinentes, nec Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, niſi tantummodo Orationes & Bona Spiritualia ſæpedictæ Domûs Sancti Johannis Jheruſalem.

Teſtibus;
R. Lernovicenſi,
Et H. Xanctonienſi, Epiſcopis.
Radumo de Retham,
VVillielmo de Ferr,
Roberto de Harecourt,
Gaufrido de Sei,
Aymerico, Vicecomite de Thoardz,
Hugone de Brunbellay, de Moſtrell,
Johanne, Præpoſito de Duay,
Goffrido, Theſaurario de Ciceſtria.

Dat. per Manum VVillielmi, Elienſis Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legati, Cancellarii noſtri, apud Spiram, quinto Die Januarii, anno quinto Regni noſtri.

Nos autem, Donationes, Conceſſiones & Confirmationes prædictas ratas habentes & Gratas, eas, pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, Dilectis Nobis in Chriſto, nunc Magiſtro & Fratrib9 dicti Hoſpitalis Jeruſalem, & ſucceſſoribus ſuis, concedim9 et confirmam9, ſicut Carta prædicta rationabiliter teſtatur, et prout iidem, Magiſter et Fratres et Prædeceſſores ſui, res et poſſeſſiones prædictas hactenus rationabiliter tenuerunt, & libertatib9 & quietantiis prædictis hacten9 rationabiliter uſi ſunt et gaviſi,

In cujus Rei Teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes,

Hiis Teſtibus.
Venerabilibus Patribus,
J. Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primate,
W. Wyntonienſi Epiſcopo, Theſaurario noſtro,
Henrico, Comite Lancaſtriæ,
Willielmo de Bohun, Comite Norhamptoniæ,
Thoma Wake de Lydel,
Johanne de Moubray,
Ricardo Talbot, Seneſcallo Hoſpitii noſtri.
Et aliis.

Data per manum noſtram, apud Weſtmonaſter, octavo die Martii, Anno regni noſtri Angliæ Viceſimo ſecundo, Regni verò noſtri Franciæ Nono.

Per Breve de privato Sigillo, & pro centum ſolidis ſolutis in Hanaperio.

Item, etiam Exhibuerunt & præſentaverunt nobis quasdam alias patentes literas, per dictum Dominum noſtrum, eondam Regem Angliæ, Fratribus & Hoſpitali prædictis conceſſas, ſuo Magno Sigillo impendenti cum Cera alba ſigillatas, quarum Tenor ſequitur in hunc modum:

Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, & ejus Locum tenenti ibidem, Salutem.

Quia dilecti Nobis, Fratres Hoſpitalis Sancti Johannis Jheruſalem, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, per cartas Progenitorum noſtrorum, condam Regum Angliæ, & Confirmationem noſtram, pro ſe, & Hominibus ſuis, clamant habere diverſas Libertates & quietantias, quibus ipſi, & Prædeceſſores ſui, Fratres Hoſpitalis illius, à tempore Confectionis Cartarum & Confirmationis prædictarum, pro ſe, & Hominibus ſuis prædictis, uſi ſunt & gaviſi, ſicut dicunt,

Vobis mandamus quatinus, viſâ Cartâ noſtrâ prædictâ, ipſos Fratres Libertatibus & Quietantiis prædictis, pro ſe & Hominibus ſuis prædictis, absque impedimento, uti & gaudere permittatis, juxta Tenorem Cartarum Conceſſionis & Confirmationis prædictarum & prout eis uti debent, & iidem Fratres & Prædeceſſores ſui prædicti, eis, à tempore prædicto hucusque, pro ſe, & Hominibus ſuis, uti & gaudere conſueverunt.

Dat. apud Weſtmonaſterium viceſimo die Auguſti, Anno Regni noſtri Angliæ, Decimo nono, Regni vero noſtri Franciæ ſexto.

Quibus quidem Privilegiis & Literis, ſic Nobis præſentatis & exhibitis, ut præmittitur, per Fratres, Arnaldum & Deodatum, ipſi Nobis ſupplicaverunt, cum magna inſtantia, ut dicta Privilegia & Literas confirmare dignaremur.

Supplicationi quorum Nos annuere volentes, ob Devotionem, quam erga Deum ſalvatorem noſtrum, & beatum Virginem Mariam, & Sanctum Johannem Baptiſtam, ac ipſius Ordinem, habemus, & ob Reverentiam ipſorum & Hoſpitalis Jheruſalem prædicti, contenta omnia & ſingula in dictis Privilegiis, ex parte Regia, atque noſtrâ Poteſtate Nobis ſuper hoc attributa, laudamus, emologamus, acceptamus, approbamus, ratificamus & confirmamus per præſentes,

Volentes & decernentes tantam fidem ab omnibus & ubique præſentibus litteris noſtris adhiberi, quanta vero Originali ipſorum Privilegiorum Literarum prædictarum adhiberetur & adhiberi poſſunt & debent, ubicunque,

Mandantes vobis, & veſtrum ſingulis, ex parte qua ſupra, ut omnia & ſingula, in his præſentibus Literis noſtris, inviolabiliter obſervantes, nil præſumatis per vos, vel per alium in contrarium facere, vel etiam attemptare quoquo modo.

Dat. Burdegaliæ ſub Sigillo regio Officii noſtri, viceſimo die Menſis Novembris, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Septuageſimo Octavo.

Nos autem, Literas Prædictas, & omnia & ſingula in eis contenta (Exceptis duntaxat illis verbis, omne jus omne Dominium, quod ad Nos pertinet & pertineat) rata habentes & grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, ratificamus, acceptamus, approbamus, ac Fratribus Hoſpitalis prædicti, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, concedimus & confirmamus, ſicut Literæ prædictæ rationabiliter teſtantur, & prout iidem Fratres & Prædeceſſores ſui Libertatibus, Quietantiis, Privilegiis, & Conſuetudinibus prædictis rationabiliter uſi ſunt & gaviſi.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium tertio die Julii.

Pro decem Libris ſolutis in Hanaperio.

XXI.

Königs Erichs des X. in Dännemarck / Norwegen und Schweden Confirmation aller Privilegien und Freyheiten, ſo ſeine Vorfahren dem Priori und Brüdern des Johanniter-Ordens zu Andvorskow ertheilet, de Anno 1403.

Ericus, Dei Gratiâ Regnorum Dacie, Svecie, Norvegie, Sclavorum Gotborum Rex, ac Dux Pomeranie, Univerſis preſens ſcriptum cernentibus, æternam in Domino ſalutem! Conſtare volumus univerſis præſentibus & futuris, quod nos omnia privilegia, libertates & gratias, quæ & quas Dilecti progenitores & prædeceſſores noſtri, Reges Daciæ, ex caritate bona ac benigna eorum voluntate et gratiâ ſpeciali, viris religioſis, videlicet *Dominis Priori ac Fratribus Sancti Johannis de Andvorskov* dederunt ac benigniter annuerunt, ipſis Dominis Priori ac Fratribus prenominatis ex mera dilectione et gratia noſtra ſpeciali concedimus, favorabiliter annuentes, omnibusque modis, prout ſonant litteræ progenitorum noſtrorum huic preſenti litteræ noſtræ annexæ, ipſas et ipſa libertates, gratias, et privilegia ratificantes, tenore preſentium confirmamus. Quare per gratiam noſtram diſtrictius inhibemus, ne quis advocatorum noſtrorum, ſeu officialium, aut quivis alius, cujuscunque conditionis, aut ſtatus exiterit, ipſos, aut aliquem ipſorum contra hanc gratiam noſtram ipſis factam preſumat aliqualiter moleſtare, immo potius juxta tenorem literarum noſtrarum preſentium omnimode promovere; In cujus confirmationis evidentiam firmiorem ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Wordingborg Anno Domini M C D. tertio, feriæ V. proxima ante Dominicam Invocavit, Regni noſtri Anno VIII.

XXII.

Pabſts Johannis XXII. Proviſorial-Brieff vor Chimarum de Soſſello über das Præceptorat des Johanniter-Ordens Hauſes de Scalis in Franckreich, de Anno 1413.

JOhannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Aimaro de Soſtello, Præceptori, Caſtellano nuncupato, domus Caſtellaniæ nuncupatæ, Hoſpitalis S. Johannis Hieroſol. de Scalis, Gratianopolitano, ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hodiè ſiquidem dilectum filium nobilem virum Jacobum de Viriaco, militem, Gebennenſis diœceſeos, tunc Præceptorem Caſtellanum nuncupatum, domus, Caſtellaniæ nuncupatæ, Hoſpitalis S. Johannis Hieroſolymitani de Scalis Gratianopolitanæ diœceſeos, licet abſentem â vinculo quo ordini ſi atrum Hoſpitalis ejusdem, cujus tunc profeſſor exiſtebat, tenebatur, per aliàs literas noſtras abſolvimus eumque ad ſecularem ſtatum reduximus, et volumus, quod ipſe præceptoriam prædictam, cum præceptoria domus ejusdem Sancti Johannis de Morentò Hoſpitalis, et diœceſeos prædictorum, ei canonice annexa, quam tunc obtinebat, et quam ex nunc vacare decernimus, realiter et omnino dimittere prout in eisdem literis plenius continetur. Cum itaque propterea dicta præceptoria, Caſtellania nuncupata, cum alia Præceptoria prædicta apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcantur: Nos, volentes tibi, qui, ut aſſeritur Præfati Jacobi conſangvineus exiſtis, præmiſſorum meritorum tuorum intuitu nec non conſideratione chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Caroli, Regis Francorum illuſtris pro te, dilecto ſuo, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis gratiam facere ſpecialem Præceptoriam, Caſtellaniam nuncupatam præfatam cum dicta Præceptoria annexa, quæ per Profeſſores ordinis prædicti, cujus ut aſſeritur, Profeſſor exiſtis gubernari conſueverunt, & quarum fructus, reditus & Proventus, illas pro tempore obtinenti & in eis non reſidenti ultra XL. libras Turonenſium Parvorum, ut aſſeritur, non valent annuatim, ſive, ut præmittitur, ſive aliàs quovismodo, aut ex alterius cujuscunque perſona vacent etiamſi dignitates exiſtant & ad eas conſueverunt qui per electionem aſſumi, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, Apoſtolica tibi Auctoritate conferimus & de illis etiam Providemus: Decernentes, prout eſt, irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis autoritate, ſcienter vel ignoranter, attentatum forſan eſt hactenus, vel contingeret impoſterum attentari. Non obſtantibus quibuscunque ſtabilimentis ſtatutisque & conſuetudinibus Hoſpitalis & ordinis prædictorum contrariis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate aliàs roboratis: Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis, de præceptoriis hujusmodi in illis partibus, ſpeciales vel generales dictæ ſedis, vel legatorum ejus literas impetrarint, etſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus te in aſſecutione dictarum Præceptoriarum volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem, aliarum Præceptoriarum, aliorum

rum præjudicium generari: Seu ſi dilectis filiis. Magiſtro & conventui ejusdem Hoſpitalis Rhodi, vel quibusvis aliis, communiter vel diviſim â dicta ſede ſit indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli non poſſint, quodque de præceptoriis hujusmodi adeorum collationem, proviſionem præſentationemque & electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel diviſim (ſeparatim) ſpectantibus nulli valeat provideri per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: Et qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali vel ſpeciali, cujuscunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis conſtitutionis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Non: Junii, Pontificatus noſtri anno quarto.

XXIII.

Ejusdem Vollmacht vor den Biſchoff zu Paul de trois Chaſteaux und andere innenbenannte Perſonen, vorherſtehenden Proviſorial-Brieff zu exequiren, de Anno 1413.

JOhannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri, Epiſcopo Auguſtenſi & dilectis filiis Præpoſito Eccleſiæ Sancti Andreæ Grationopolitano & officiali Gebennenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Religionis zelus vitæ ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita ſuper quibus dilectus filius Aymarus de Soſſello, Præceptor Caſtellanus nuncupatus, domus Caſtellaniæ nuncupatæ, Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani de Scatis Gratiopolitanæ dioeceſeos, apud nos fide digno commendatur teſtimonio, nos inducunt, ut ſibi reddamur ad gratiam liberales. Hodie ſiquidem dilectum filium, nobilem virum, Jacobum de Viriaco militem, Gebennenſis dioeceſeos, tunc Præceptorem, Caſtellanum nuncupatum, dictæ domus licet abſentem â vinculo, quo ordini fratrum hoſpitalis ejusdem cujus tunc profeſſus exiſtebat, tenebatur, per alias noſtras literas abſolvimus, eumque ad ſecularem ſtatum deduximus, Volumus quod ipſe præceptoriam prædictam cum præceptoria domus ejusdem Sancti de Morento Hoſpitalis & dioeceſeos prædictorum, ei canonice adnexa, quam tunc obtinebat & quam ex tunc vacare decrevimus realiter & omnino dimittet, prout in eisdem literis plenuis continetur. Cum itaque propterea dicta præceptoria, Caſtellania nuncupata, cum alia præceptoria prædicta, apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcatur: Nos, volentes præfato Aymaro, qui, ut aſſeritur præfati Jacobi conſangvineus exiſtit, præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu, nec non conſideratione chariſſimi in Chriſto filii, Caroli, Regis Francorum Illuſtriſſimi, pro prædicto Aymaro dilecto ſuo nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, gratiam facere ſpecialem, Præceptoriam, Caſtellaniam nuncupatam, præfatam cum dicta præceptoria annexa, quæ per profeſſores ordinis prædicti, cujus idem Aymarus, ut aſſeritur, profeſſor exiſtit, gubernari conſueverunt, & quarum fructus, reditus & proventus, illas pro tempore obtinenti, & in eis non reſidenti, ultra quadraginta libras Turonenſium parvorum, ut aſſeritur, non valent annuatim, ſive ut præmittitur, ſive alias quovis modo, aut ex alterius cujuscunque perſona vacarent, etiamſi dignitates exiſterent, & ad eas conſuevisſent qui per electionem aſſumi cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, Apoſtolica eidem Aymaro autoritate contulimus, & de illis etiam providemus: Decernentes prout erat, irritum & inane, ſi ſecus ſuper his â quoquam, quavis autoritate, ſcienter vel ignoranter, attentatum forſan erat tunc, vel contingeret inpoſterum attentari: Non obſtantibus quibuscunque ſtabilimentis, ſtatutisque & conſuetudinibus Hoſpitalis & ordinis prædictorum contrariis, juramento confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alias roboratis. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de præceptoriis hujusmodi in illis partibus generales, vel ſpeciales dictæ ſedis, vel

legatorum ejus literas impetrarunt, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus præfatum Aymarum in aſſecutione dictarum Præceptoriarum volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem aliarum præceptoriarum aliorum præjudicium generari: Seu ſi dilectis filiis magiſtro & conventui ejusdem Hoſpitalis Rhodi, vel quibusvis aliis, communiter vel diviſim, â dicta ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli non poſſunt, quodque de præceptoriis hujusmodi ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, communiter, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: Et qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat per quam in literis noſtris non expreſſam vel totaliter non inſertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, eundem Aymarum, vel procuratorem ſuum ejus nomine, in corporalem poſſeſſionem præceptoriarum juriumque & pertinentiarum prædictorum inducatis autoritate noſtra, & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes ipſum, vel dictum procuratorem pro eo ad præceptorias ipſas, ut moris eſt, admitti, ſibique de ipſarum præceptoriarum fructibus, reditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integrè reſponderi. Non obſtantibus omnibus ſupra dictis, aut ſi Magiſtro & conventui ſupradictis, vel quibusvis aliis, communiter vel diviſim â præfata ſede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi & excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Nonis Junii, Pontificatus noſtri anno quarto.

XXIV.

Des Probſts zu St. Andreä in Grenoble Executoriales des obſtehenden Päbſtl. Proviſorial-Brieffs vor Aimarum de Soſello, an den Großmeiſter und Convent des Johanniter-Ordens zu Rhodis, de Anno 1413.

VEnerabilibus & diſcretis viris, Dominis Magiſtro & conventui hoſpitalis Rhodi, S. Johannis Hieroſolymitani ſingulisque fratribus & perſonis conventus & Hoſpitalis prædictorum, etiam dignitates, perſonatus, præceptorias, adminiſtrationes, ſeu beneficia aut officia quæcunque obtinentibus in eisdem, aut omnibus aliis univerſis & ſingulis, quorum intereſt vel interit, vel vos infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum ad quorumcunque notitiam præſentem proceſſum noſtrum omnia & ſingula in eo contenta contingerit pervenire Petrus de Magi, Præpoſitus Eccleſiæ ſancti Andreæ Grationopolitanæ executor ad infra ſcripta, una cum infra ſcriptis collegis noſtris cum illa clauſula: Quatenus vos, vel duò, aut unus veſtrum &c. â ſede Apoſtolica deputati, ſalutem in Domino & noſtris, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis.

Literas ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini; Domini Johannis, divina providentia Papæ XXIII. unam videlicet gratioſam cum filis ſericis rubei croceique coloris & alteram inde Executoriam, cum chordula cannabis, veris bullis plumbeis ipſius Domini noſtri Papæ more Romanæ curiæ bullatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte (corruptas) ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes nobis pro parte Venerabilis & religioſi viri, Domini Aymari de Soſſello, Præceptoris, Caſtellani nuncupati, domus Caſtellaniæ nuncupatæ Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani de Scalis, Grationopolitanæ diœceſeos coram notariis & teſtibus infra ſcriptis præſentatas. Nos, cum ea, qua decuit reverentia noveritis recepiſſe. Cujus quidem literæ gratioſæ tenor incipit: Johannes Epiſcopus &c. *uti ſupra ſub Num. XXII.* alterius vero literæ videlicet executoriæ tenor ſic incipit. *uti ſub Num. præcedenti XXIII.*

Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum præſentationem & receptionem ſuimus pro parte Domini Aymari cum inſtantia debita requiſiti, ut ad executionem earum & contentorum in eisdem procedere curaremus (dignaremur) juxta traditam, ſeu directam â ſede Apoſtolica nobis formam. Nos igitur Petrus, executor præfatus, volentes, tanquam obedientiæ filius mandatum Apoſtolicum ſupradictum ad inſtantiam dicti Domini Aymari reverenter exequi, ut tenemur, Auctoritate Apoſtolica ſupradicta, qua fungimur in hac Parte prout juxta formam et tenorem prædictarum Literarum Apoſtolicarum de jure poſſumus et debemus præfatum Dominum Aymarum in Perſona discreti viri, Domini Francisci de Stabulo, notarii & civis Gebennenſis procuratoris ſui, in corporalem Poſſeſſionem ſeu quaſi, dictæ Præceptoriæ, Caſtellaniæ nuncupatæ, hoſpitalis ſancti Johannis Hieroſolymitani de Scalis Grationopolitanæ diœceſeos cum præceptoria domus ejusdem ſancti de Morento Hoſpitalis, diœceſeos & ordinis prædictorum, ei canonice annexa, eidem Domino Aymaro per dictum Dominum noſtrum Papam, ut præmittitur collatarum, & univerſorum jurium, & pertinentiarum earundem, per noſtri bireti traditionem inducimus & inveſtimus per præſentes de eisdem. Vosque Dominos, Magiſtrum ac conventum & omnes alios & ſingulos ſupradictos, quibus præſens noſter proceſſus dirigitur; tenore præſentium eadem autoricate requirimus & monemus, primo, ſecundo tertio, & peremptorie communiter & diviſim, ac vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub infra ſcriptis ſententiarum pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dies, poſt præſentationem, ſeu notificationem prædictarum noſtrarum literarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri proceſſus vobis factam immediate ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis univerſis & ſingulis ſupradictis pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, eundem Dominum Aymarum, vel procuratorem ſuum ejus nomine, ad corporalem realem & pacificam poſſeſſionem præceptoriarum, juriumque & pertinentiarum prædictarum absque difficultate & oppoſitione quibuslibet recipiatis & etiam admittatis, & per alios, in quantum in vobis fuerit, faciatis recipi & admitti, eique Domino Aymaro, vel procuratori ejus pro eo, de ipſarum præceptoriarum juriumque & pertinentiarum earundem fructibus reditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis & ſingulis prout ad vos & veſtrum ſingulos pertinet & pertinebat, reſpondeatis integre, & faciatis ab aliis reſponderi, amoventes ab eis cum effectu quemlibet illicitum detentorem, quem nos etiam, in quantum poſſumus, autoritate prædicta, tenore præſentium amovemus & denunciamus amotum. Quodſi forte omnia & ſingula præmiſſa non adimpleveritis, ut præfertur, vel monitionibus, & mandatis noſtris, imo verius Apoſtolicis non parueritis cum effectu, aut aliquod contra ea & alia in prædictis literis Apoſtolicis & præſenti noſtro proceſſu contenta, feceritis per vos, vel alium, ſeu alios quoquo modo, in vos, Dominos Magiſtrum & ſingulos fratres, perſonas, conventus hoſpitalis Rhodi, Sancti Johannis Hieroſolymitani prædictos, nec non in ſingulos alios ſupra dictos, ac impedientes contradictores & rebelles quoslibet, ac impedientibus & contradicentibus dantes auxilium, conſilium, vel favorem publice, vel occulte, directe vel indirecte ex nunc, prout ex tunc, ſingulariter in ſingulos prædictos ſex dierum canonica monitione præmiſſa, in his ſcriptis ex communicationis, in conventum vero prædictum ſuſpenſionis, & in ipſum monaſterium interdicti ſententias ferimus & etiam promulgamus. Cœterum, cum ad executionem hujusmodi mandati Apoſtolici ulterius faciendam nequeamus perſonaliter intereſſe, pluribus aliis negotiis occupati, Venerabilibus & diſcretis viris, Dominis Priori de Licento, Sacriſtæ & Curato Scalarum & Priori dicti loci Grationopolitanæ diœceſeos, nec non univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, Cantoribus, Succentoribus, Scholaſticis, Sacriſtis, theſaurariis, canonicis, tam cathedralium, quam collegiatarum Eccleſiarum, officialibus, curatis, capellanisque perpetuis, notariis; & tabellionibus publicis, per civitatem & diœceſin Coloccenſem & alibi ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet ſuper ulteriori executione dicti mandati Apoſtolici atque noſtri, tenore præſentium committimus plenarie vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos & eorum quemlibet primo, ſecundo, tertio & peremptorie requirimus & monemus, Eisdem nihilominus & eorum cuilibet in ſolidum, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis infraſcriptis diſtricte præcipiendo mandam9, quatenus ipſi vel eorum alter, qui ſuper hoc fuerint requiſiti, ſeu eorum alter fuerit requiſitus, ita, quod alter alterum non expectet, nec unus pro alio ſe excuſet, ad vos, Dominum Magiſtrum & conventum prædictos ac omnes alios & ſingulos ſupra dictos, nec non ad perſonas & loca quæcunque, de quibus expediens fuerit, perſonaliter accedant, vel accedat, & præfatas literas Apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta legant, intiment, & fideliter publicare procurent, quodque ipſum Dominum Aymarum, vel procuratorem ſuum ejus nomine & pro ipſo, in ipſarum præceptoriarum, juriumque & pertinentiarum earundem corporalem poſſeſſionem inducant & defendant inductum, amoventes exinde quoslibet detentores, quos nos etiam tenore præſentium amovemus & denunciamus amotos, ſibique vel ejus procuratori pro eo de ipſarum præceptoriarum fructibus, reditibus & proventibus, juribus & obventionibus univerſis reſpondeant, quantùm in eis erit & faciant ab aliis integre reſponderi, & nihilominus omnia & ſingula vobis in hac parte commiſſa plenarie exequantur, & quæ pro ulteriori executione dicti mandati Apoſtolici atque noſtri erunt neceſſaria, ſeu etiam opportuna: Ita quod ipſi Subdelegati noſtri, aut quicunque alii, nihil in præjudicium ipſius Domini Aymari attentare valeant, nec in proceſſibus noſtris hujusmodi per nos habitis, & ſententiis per nos latis, aliquid abſolvendo vel ſuſpendendo immutare: Et ſi contingat, nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem plenariam reſervamus, non intendimus propterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa ſpecialem (plenam) & expreſſam in noſtris literis fecerimus mentionem. Per hunc autem noſtrum proceſſum nolumus, nec intendimus noſtris in aliquo præjudicare collegis, quo minus ipſi vel eorum alter, ſervato tamen hoc noſtro Proceſſu, poſſint in hujusmodi executionis negotio per ſe, vel alium, ſeu alios procedere, prout eorum alteri viſum fuerit expedire. Præfatas quoque literas Apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum, ac omnia & ſingula hujusmodi noſtrum negotium tangentia, penes dictum Dominum Aymarum, vel ejus procuratorem volumus remanere & non per vos vel quemcunque alium contra ipſius voluntatem quomodolibet detineri. In contrarium vero facientes dicta canonica monitione præmiſſa præfatis noſtris ſententiis, prout in ſcriptis latæ ſunt, volumus ſubjacere. Mandamus tamen, vobis copiam fieri de præmiſſis, ſi eam petieritis & habere volueritis, veſtris tamen ſumptibus & expenſis. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum, qui præfatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerent quoquo modo, nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas, ſive præſens publicum inſtrumentum, proceſſum noſtrum in ſe continentes ſive continens, fecimus fieri & per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri.

Datum & actum Gebennæ, infra capellam beatæ Mariæ Virginis, juxta Eccleſiam Gebennenſem per Reverendiſſimum in Chriſto patrem & Dominum, Dominum Johannem, Epiſcopum Oſtienſem, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, & Vice-Cancellarium, fundatam & dotatam, die viceſima tertia menſis Septembris anno â nativitate Domini MCCCCXIII. indictione ſexta, cum eodem anno ſumta, Pontificatus præfati Domini noſtri Papæ anno quarto: Præſentibus, notabilibus & diſcretis viris, Gvilermo de Ponte Vitrio, Percenallo de Archuchen, (in Goth. Arenchone) Domicellis, Nicoleta de Viriaco de Vardeman & Johanne de Clauſo de Bona, clericis & notariis publicis teſtibus vocatis ad præmiſſa ſpecialiter & rogatis.

Et ego Johannes de Gvilliment de Blachio, clericus Gebennenſis diœceſeos, publicus Apoſtolica & imperiali autoritate notarius, prædictarum literarum Apoſtolicarum præſentationi, receptioni, monitionibusque & mandatis requiſitionibus & ſententiarum promulgationi & commiſtioni, nec non omnibus aliis & ſingulis præmiſis, dum ſic per dictum Dominum Præpoſitum, executorem præfatum, & coram eo, ut præ-

mittitur, agerentur & fierent, una cum prænominatis teſtibus ſub anno, indictione, die, menſe, pontificatu, & loco prædictis, præſens fui & ea de ipſius Domini executoris mandato in notam recepi & publicavi, & exinde hoc præſens publicum inſtrumentum extraxi quod manu mea propria ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo mihi ſolito una cum ipſius Domini executoris ſigilli appenſione ſignavi, requiſitus & rogatus in teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

XXV.

Pabſts Johannis XXIII. Bulla Caſſationis eines Aloyſio de Luſigniano, über das Præceptorat des Johanniter-Ordens Hauſes Coloſi in Franckreich, ertheilten Proviſorial-Brieffs, de Anno 1414.

JOhannes Epiſcopus, Servorum Servus Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad ſacram militum Chriſti, Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani religionis perſeverantiam, tanto nos decet paterni zeli ſinceritatem propenſius extendere, quanto ipſi pro defenſione Eccleſiæ fidei catholicæ & repreſſione perfidorum veluti fideles athletæ & conſtantes pugiles, variis etiam perſonalibus periculis, non dubitant jugiter exponere ſe & ſua. Unde profecto, ſi quando per nos geſta verſari comperimus, in Orthodoxæ fidei defenſionem, ac ipſorum diſpendium, & peremtorie (in Goth. promptis) ſatagimus ſtudiis ſubmovere. Sane dudum intendentes de præceptoria domus Coloſi, Hoſpitalis ſancti Johannis Hieroſolymitani, Nemoſienſis diœceſeos, quam quondam Raymundus de Laſcura tunc ipſius domus præceptor, obtinebat, cum illam vacare contingeret, per Apoſtolicæ ſedis providentiam ordinari Præceptoriam noſtram, videlicet ſexto Cal. Junii pontificatus noſtri anno primo, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice ſpecialiter reſervandam: Decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his â quoquam quavis autoritate ſcienter & ignoranter contingeret attentari; Et deinde, videlicet octavo Calendarum Decembris, Pontificatus ejusdem anno quarto, per nos accepto, quod præceptoria ipſa per obitum præfati Raymundi, qui extra Romanam curiam diem clauſit extremum, vacaret, quodque dilectus filius, Aloyſius de Luſigano, Nicoſienſis dioeceſeos, qui, ut aſſerebatur, in quinto anno ſuæ ætatis conſtitutus exiſtebat, cuperet cum dilectis filiis magiſtro & fratribus præfati Hoſpitalis virtutum Domino famulari: Nos ipſum Aloiſium in dicto hoſpitali in fratrem recipi, ſibique juxta illius conſuetudinem regularem habitum exhiberi, nec non regularem profeſſionem per fratres Hoſpitalis ejusdem conſuetam admitti, eique demum de præceptoria ipſa, ſive alias ut, præmittitur, quovismodo, aut ex alterius cujuscunque perſona vacet, etiamſi tanto tempore vacaſſet, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Statuta concilii legitime devoluta, vel præceptoria ipſæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter reſervata exiſteret, provideri mandavimus. Et nihilominus eidem Aloyſio, à quibuscunque, tam clericis, quam laicis, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſterent fructus, reditus & proventus, emolumenta & obventiones, & quæcunque alia bona ad præceptoriam præfatam ſpectantia, quæ à tempore obitus hujusmodi prædicti Raymundi pervenerant, auctoritate Apoſtolica petendi, liberandi & abſolvendi, ac ulterius non petendi, promittendi & obligandi facultatem & omnimodam poteſtatem conceſſimus, certisque ſibi ſuper his executoribus datis, prout in diverſis noſtris inde confectis literis plenius continetur. Verum, ſicut nuper ex ſupplici dilectorum filiorum Phiberti de Neato, Magiſtri & Conventus Hoſpitalis ejusdem nobis exhibita certa petitione accepimus, idem Magiſter, pridem licet poſt reſervationem & decretum prædicta provide conſiderantes, quod bona dicti Hoſpitalis, per univerſum orbem

bem diſperſa, quæ etiam inde & non beneficiales adminiſtrationes exiſtunt, adeo forent, proh dolor! guerrarum, mortalitatum, ſchismatum temporum ac hominum malitia cauſantibus exitiis diminuta, quod ne dum ad Catholicæ fidei, ac Hoſpitalis, vel Conventus defenſionem, ac Chriſti pauperum Hoſpitalitatem, ad hujusmodi uſus utique dedicata fuerint, quin etiam et ipſorum conventus Suſtentationem pene ſufficienter requireret; Matura ſuper (his deliberatione præhabita Præceptoriam ipſam, etiam tunc per hujusmodi obitum dicti Raymundi vacantem, eidem conventui in perpetuum annexerat, & etiam univerat: Unde ſi unione ipſa infecta præfatæ literæ ſuos ſortirentur effectus, defenſio præfatæ fidei, ac Hoſpitale præfatum, non modico veroſimiliter exponerentur detrimento: Quare pro parte dictorum, Magiſtri & conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, ne, quod abſit ex præfatis literis noſtris eisdem defenſioni Catholicæ fidei & Hoſpitali & conventui cujuspiam diſpendii fomentum, quod utique â re procul fieri putavimus immineret providere ipſorumque defenſionis fidei & hoſpitalis & conventus ſtatum ad quem feliciter proſperandum totis præcordiis afficimur, literarum noſtrarum hujusmodi affectum congruo judicio proponere volentes, ac in eo pro reſervationis & noſtrarum literarum hujusmodi conceſſionis temporibus, præceptoriam ipſam, non adminiſtrationem ſeu commendam, ad nutum Magiſtri pro tempore exiſtentis hoſpitalis ejusdem revocabile, ſed perpetuum beneficium, per fratres hoſpitalis regi conſultum, credimus, mentem noſtram utique rei veritatis ignaram reputantes: Hujusmodi ſupplicatione inclinati, ex præmiſſis, & ex certis aliis rationabilibus cauſis, ad id animum noſtrum moventibus, hujusmodi noſtras literas per quas eidem Aloyſio de præceptoria provideri mandamus, quarum tenores per ſingula præſentibus habere volumus pro expreſſis quatenus videlicet præceptoriam ipſam attingunt, etiamſi jam eas ad collationem & proviſionem, ac poſſeſſionis etiam pacificæ adeptionem dictæ præceptoriæ, vel alias quomodolibet proceſſum fuerit, collationem quoque & proviſionem hujusmodi, ſi factæ fuerunt, nec non ſupplicationes ſuper quibus ipſæ literæ emanaverunt, cum omnibus contentis in eis, & ex his omnibus ſecutis, nec non etiam quaſcunque gratias & conceſſiones alias ad ipſam præceptoriam, ſic aut alias quovis modo vacantem, cuicunque alteri perito hactenus forſan factas, quatenus præceptoria ipſa ex regularibus inſtitutis ac ſtabilimentis Hoſpitalis ejusdem perpetuum beneficium non exiſtit, auctoritate Apoſtolica ex certa noſtra ſcientia nullius exiſtere roboris vel momenti, nullumque fuiſſe per eas eidem Aloyſio ſeu alteri in præceptoria ipſa, ſeu ad eam quomodolibet jus quæſitum, tenore præſentium decernimus, ac etiam declaramus, ipſasque literas, collationem, proviſionem, proceſſus, ſupplicationes, & alia præmiſſa pro non inſertis habentes, ea omnia ex nunc caſſamus, irritamus & etiam annullamus & tam literas, quam ſupplicationes hujusmodi in regiſtris noſtris & alibi, ubicunque etiam in judicio appareant, caſſari volumus & jubemus. Decernentes inſuper, unionem & annexionem de dicta Præceptoria & per præfatum Philibertum Magiſtrum, ut præmittitur, factas, perinde valuiſſe, & valere, vimque perpetuæ & Apoſtolicæ unionis, incorporationis & annexionis obtinere, ſuumque ſortiri effectum debuiſſe & debere, ac ſi decretum interpoſitum, & literæ hujusmodi confectæ aliæque gratiæ & conceſſiones hujusmodi obtentæ, cæteraque præmiſſa ſecuta minime extitiſſent & nihilominus tam Hoſpitalis & conventus, quam etiam præceptoriæ prædictorum fructuum reditum, & proventuum veros valores, ſecundum communem æſtimationem, præſentibus habentes pro expreſſis, præceptoriam ipſam quatenus unio & annexio prædictæ, juris vel facti, aut alium defectum quempiam patiuntur, eidem conventui de novo autoritate Apoſtolica in perpetuum cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis incorporamus, annectimus, unimus ac etiam applicamus ipſi conventui: Liberam licentiam & poteſtatem omnimodam, tam â præfato

Aloyſio, quam etiam â quibuscunque aliis tam Eccleſiaſticis quam laicis perſonis, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtant, omnes & ſingulos reditus & proventus, & alia quæcunque emolumenta obventiones & bona ad præceptoriam præfatam ſpectantia, ubicunque & in quibuscunque rebus conſiſtant & quæ â tempore hujusmodi obitus dicti Raymundi provenerunt etiamſi occaſione ipſarum lis, cujus ſtatum haberi volumus præſentibus pro expreſſo, inter quoscunque & ubicunque pendeat indeciſa, petendi exigendi & recuperandi, nec non de receptis & recuperatis abſolvendi & de ulterius recuperata non petendo paciscendi, auxiliumque brachii ſecularis, ſi opus fuerit, invocandi, tenore præſentium concedentes: Ac decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his â quoquam quavis, autoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attentari: Non obſtantibus noſtris & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non inſtitutis & ſtabilimentis ejusdem Hoſpitalis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, conſtitutionis, deolarationis, caſſationis, revocationis & annullationis, mandati, incorporationis, annexionis, unionis, amplexionis & conceſſionis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Bononiæ, Idus Auguſti, pontificatus noſtri anno quinto. In Plica F. de Monte Politiano.

XXVI.

Kayſers Sigismundi Brieff an Reymannum von Guntersberg / Meiſtern des Johanniter-Ordens in der Baley Brandenburg, worinn er ihn an Churfürſt Fridericum zu Brandenburg, als Patronum des Herrn-Meiſterthums in gemeldter Balley mit Eyd und Pflichten verweiſet, de Anno 1415.

WIr Sigismundus **von GOttes Gnaden**, Röm. König ꝛc. Entbieten dem Ehrſamen Reymann von Guntersberg, Meiſter St. Johannis Ordens, Unſerm lieben Andächtigen, Unſere Gnade und alles Gutes.

Ehrſamer, Lieber, Andächtiger, wann wir dem Hochgebohrnen Friedrichen, Burggraffen zu Nürnberg, Unſern lieben Oheimden und Fürſten, und ſeinen Erben die Marck zu Brandenburg, mit ſamt ihrer Chure, Ertz-Kammer-Meiſter-Ambt, und allen andern ihren Würdigkeiten, Rechten und Zugehörungen gegeben, verſchrieben, und ſie auch Marggraffen zu Brandenburg gemacht haben, nach Anweiſung Unſer Königlichen Majeſtät Brieffe darüber gemacht. Darum weiſen wir dich an ihn, und heiſſen dich, befehlen, und gebieten dir auch ernſtlich und feſtiglich mit dieſem Brieffe, daß du Ihm darauf, nach laut der ietzigen Unſerer Brieffe, gewöhnliche Gelübden und Huldigung thun ſolſt: Wie wir dich darauff ſolcher Gelübden und Huldigungen, damit du Uns, als einen Marggraffen der vorigen Marck verbunden geweſt biſt, ledig und loß geſetzt haben, und ſagen mit dieſem Brieffe. Gegeben zu Coſtnitz, nach Chriſti Geburth vierzehn hundert Jahre, und darnach in dem fünffzehenden Jahre, an unſers Herren Auffarths Tage, Unſers Reichs des Ungariſchen in dem 29ten, und des Römiſchen in dem fünfften Jahre.

XXVII.

XXVII.

Herrn Johannis Boiſſon, Viſitatoris und Reformatoris des Johanniter-Ordens in der Baley Dänemarck, Norwegen und Schweden, Qvittung über 40 Rheiniſche Goldgülden, ſo er von dem Meiſter gedachter Balley im Nahmen des Großmeiſters und Convents zu Rhodis empfangen, de Anno 1434.

Univerſis preſentes litteras Inſpecturis, *Frater Johannes Boiſſon*, Viſitator & Reformator pro Ordine Sancti Johannis Ihrimi in Regnis Daniæ, Sveciæ & Norvegiæ, Salutem in Domino. Omnibus notum facimus per preſentes, quod ego recognoſco me *a Venerabili, Religioſo & Nobili Domino Fratre Benedicto Petro, Bajulo Bajulie dictorum Regnorum*, recepiſſe ſummam quadraginta florenorum Renenſium ſuper mortuario Nobilis Religioſi, Fratris Hemigi, *olim Bajuli ſive Prioris dicte Bajulie* & vacantis domus ſive conventus Andvvordſchou per ipſum ultimo poſſeſſi. Quam ſummam quadraginta florenorum Renenſium recepi in bono auro, & de ipſa ſumma contentus ſum, ipſumque *Fratrem Benedictum Petrum, Bajulum Supradictorum Regnorum*, & ſuos Succeſſores per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Fratrem Antonium, DEI Gratiâ Magiſtrum digniſſimum dicti Ordinis, & ſuos Succeſſores, quietum, liberum, & quittum, recognoſco, per preſentes. In cujus rei teſtimonium, Sigillum meum, cum Sigillo virorum diſcretorum, videlicet Domini Olai, Patris Presbyteri in Seland Sacedel, & Hermani Procoſulis Flauloſiæ, preſentibus litteris eſt appenſum: Dictum & actum in dicto conventu Antvorsko die qvarta menſis Octobris Anno Domini milleſimo qvadrigenteſimo trigeſimo qvarto, hanc dictionem Conventus, in gloſa qvintæ lineæ fideliter approbando.

XXIIX.

Ejusdem Qvittung über die von dem Meiſter der Baley Dännemarck / Norwegen und Schweden empfangene Reiß-Unkoſten, de Anno 1434.

Noverint univerſi & ſinguli preſentem Scripturam viſuri, qvod Ego *Frater Johannes Boiſſon*, Ordinis S. Johannis Ihrimi Religioſus Viſitator & Reformator pro dicto Ordine in Regnis Daciæ, Sveciæ, & Norvegiæ ſum contentus de ſumma triginta qvatuor florenorum Renenſium per me veniendo ad dictam Daciam expoſitorum pro meis expenſis diſtributorum, una cum ſumma viginti ſex florenorum Renenſium ſuper expenſis meis ad redeundum de dicta Dacia ad Italiam reducem, quibus ſummis videlicet triginta quatuor florenorum Renenſium, & viginti ſex florenorum Renenſium, teneo me contentum & ſolutum, *per Nobilem Religioſum Dominum Fratrem, Benedictum Petrum, Bajulum ſive Priorem dictorum Regnorum*, ipſumque & alios quoscunque & ſuos Succeſſores quitto per præſentes, in cujus rei teſtimonium hanc præſentem quittanciam meâ manu propria ſcripſi & Sigillo meo Sigillavi, de quinta menſis Octobris Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto.

XXIX.

Qvittung / ſo der General-Schatzmeiſter des Johanniter-Ordens dem Meiſter der Balley Dänemarck, Norwegen und Schweden, über empfangene 280. Fl. Rheiniſch gegeben, de Anno 1438.

Ego Frater Petrus Lamandi, Theſaurarius Generalis Ordinis S. Johannis Ihrimi, Confiteor habuiſſe & recipiſſe *a Domino Baillivo Dacie, Fratre Benedicto* pecunias, in quibus obligabatur communi theſauro conventus Rhodi, *ratione reſponſionum dicti Baillivatus annorum duorum* finiendorum in feſto beati Martini anno milleſimo quadringenteſimo triceſimo octavo, florenos Renenſes boni auri & juſti ponderis ducentos octuaginta videlicet f. ijc. lxxx, quos ipſe de mea commiſſione ſolvit & in manibus nobilis Viri Gerardi Bucci, Mercatoris in Lubech, qui de ipſis faciet ſecundum quod ſibi commiſſum per meas literas. De quibus prædictis florenis ijc. lxxx. *eundem Baillivum* & alios quoscunque, ad quos pertinere dignoſcetur, quitto & pro quittato & abſoluto haberi volo: Teſte preſenti Cedulla manu meâ propriâ ſcriptâ & Signeto meo manuali ac Sigillo corroboratâ; in hac civitate de Brunſvvich, die viceſimâ menſis Februarii, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo triceſimo octavo.

XXX.

Qvittung / so der Meister des Johanniter-Ordens in Teutschland dem Meister der Baley Dänemarck, Norwegen und Schweden über empfangene 140. Fl. ertheilet, de Anno 1446.

WIr Bruder Johannes Lessel, Meister S. Johannis **Ordens in Teutschland** verjahet öffentlich, und bekennet mit diesem Brieffe, daß wir in Namen und von wegen **des würdigen geistlichen Bruders,** Benedictus Petrus **von** Andtvorschoug, **zu Dennemarck, Schweden und Norwegen Meister Ordens,** vorgeschrieben, empfangen, ungenommen haben, hundert und vierzig Oberlendscher Rinscher Gülden, von solchs respons wegen der uns nach Inhalt der Vollmacht übergeben von allen Häusern in Teutschland unsers Ordens inzubringen empfohln was, umb solch obgemelt Summe Geldes hundert und vierzig Gülden der gemelt Meister, sein Erben, treffentlich Bottschafft mit Nahmen, **Bruder** Urban, Comthur **zu Wyburg, und Bruder Johañ** Colvenus, Conventual **zu** Antvorschou **Orden** vorgeschrieben als sein Procurator zu uns zu Lutgern mit uns daselbst zu bedingen und überkommen gesandt hat, von der Häuser wegen unsers Ordens in der geschriebene Marck gelegen: Darum sagen wir den genanten **Bruder** Benedictus, **Meister,** seine Nachkommen und die Häuser unsers Ordens in Dännemarck gelegen, für solchen obgemelten respons für unsern allergnädigsten Herren von Rhodiß den Heiligen Convent daselbst, und uns, mit diesem Briefe gantz quitt, ledig und loß: Zu Urkund haben wir unsere Insigel zu Ende dieser Geschrifft lassen drucken, zu Mentz in unserm Hause auf S. Vitus des heiligen Märtyrers Tag Anno millesimo qvadringentesimo qvadragesimo sexto.

XXXI.

Churfürsts Friderici II. zu Brandenburg Confirmation des zwischen dem Johanniter-Meister in Teutschland, und dem Herren-Meister desselben Ordens in der Balley Brandenburg getroffenen Heimbachischen Vergleichs, de Anno 1466.

FRIDERICUS, *DEI GRATIA Marchio Brandenburgensis, Princeps Elector, Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius, Stetinensium, Pomeraniæ, Cassuborum & Slavorum* DUX, *nec non Burggrafius Norinbergensis,* universis & singulis præsens Publicum transsumti Instrumentum visuris, lecturis & audituris pateat luculenter, quatenus pro parte *Venerabilis Consiliarii & Fidelis nostri dilecti, Domini Liborii de Sliwen, Ordinis S. Johannis per Marchiam, Saxoniam, Slaviam, Pomeraniam &c. Sacræ Domus Hospitalis Hierosolymitanæ Bajulivi, Magistri & Præceptoris Generalis,* nec non suorum Commendatorum, Præceptorum & Fratrum sui Ordinis venerabilis & circumspectus Vir, Dominus & Magister Paulus Molner, ejusdem Magistri, Commendatorum, Præceptorum & Fratrum suorum Notarius & Procurator quasdam literas in Pergameno conscriptas coram nobis & Notario Testibusque subscriptis in medium produxit easque legit sub isto verborum tenore:

Wy Broider Conrad **von Brunßberg etc.**

Tenor verò alterius literæ talis est, ut sequitur:

Frater Johannes Ferdinandi de Redia &c.

Quibus quidem sic perlectis ante dictus Dominus Paulus, Notarius & Procurator pro parte, ut præmittitur, nobis debita cum instantia humiliter supplicavit, qvatenus dictas literas ita ut præmittitur productas & lectas ad manus nostras acciperemus, easque auschultaremus & ex eis publicum transsumti *Instrumentum per Notarium nostrum subscriptum exinde confici & unà cum appensione Sigilli nostri & decreti nostri Impositione publicare mandaremus, ita ut eis in & extra judicium uti veris originalibus fides adhiberetur.* Nos vero Fridericus, Marchio ante dictus, dicti Notarii & procuratoris Supplicationibus annuentes, cum ipsius petitionem rationi percepimus consonam, ante dictas literas pergamenicas ad manus nostras accepimus, invenientes eas salvas, sanas & integras, illæsas, non vitiatas, non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, quorum unam Teutonicam sub nomine cujusdam *Domini Conradi de Brunsberg, ante dicti Ordinis Magistri per Alamanniam,* ejus verò Sigillo, cujus dispositio ab extra erat Cera

ra viridis ab intra rubea imagine S. Johannis figuram Agni in manu sinistra tenentis, ante quam alia hominis imago cruce signati genu flexa cum Scriptura circumferentiali, S. Fratris Conradi de Braunsberg, Prioris Alemanniæ, impresso reperimus sigillatam: Reliquam vero literam latino sermone conscriptam *Venerabilis & Magnifici Viri, Domini Johannis Ferdinandi de Redia, ante dicti Ordinis Magistri Generalis* Prioris, literæ, Confirmationis formam in se continentem, ejus vera bulla plumbea more & Stilo suæ curiæ in corda canabis impendente, in cujus uno latere figuram mortui sepulti ad cujus caput signum crucis, in medio vero imagis sepulti, & in ejus fine ad pedes duo turibula desuper dependentia, in cujus latere circumferentialis scriptura erat, Hospitalis Jerusalem. In ejusdem Bullæ altero latere, senis barbati cruce signati & genu flexi figura, ante cujus conspectum signum crucis in superiori parte transversaliter duplicatæ, in cujus crucis fundo tres literæ A M &T erant affixæ cum scriptura circumferentiali, Johannes Ferdinandi de Redia Magister, impressa bullatam reperimus, easque ex integro auschultavimus & Notario subscripto ex eis præsens publicum transsumti Instrumentum & Exemplar earundem tenorem de verbo ad verbum plenarie & totaliter inserendo confici mandavimus, unde cum antedictas literas, ita, ut præferuntur, per Notarium publicum nostræ Cantzellariæ scribam transsumi, instrumentari, & exemplari fecimus, attendentes quod eadem præsentata Scriptura sive præsens publicum Instrumentum, cum veris primisque literis originalibus concordaret, nec quicquam in ea sive in eo inveniretur, quod prædictarum literarum sensum generaliter aut singulariter quomodolibet immutaret, præsentibus literis, sive præsenti publico instrumento nostrum interposuimus decretum, *decernentes autoritate nostra, Dei nomine præcipientes, quatenus præsenti publico instrumento, in & extra judicium, aut alias, ubicunque opus fuerit tanta ac talis, quanta & qualis veris Originalibus fides adhibeatur indubitata:* In cujus rei testimonium præsentes nostras literas sive præsens publicum transsumti Instrumentum Sigilli nostri appensione Notariique subscripti subscriptione jussimus communiri. Acta & facta sunt hæc *in Castro nostro Costrin, Lubucensis Diœceseos Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto,* indictione decima quarta, die verò Jovis, secunda Mensis Octobris hora tertiarum vel qvasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Pauli, Divina providentia Papæ secundi Anno tertio, præsentibus ibidem. *Reverendo in Christo Patre, Domino Theodorico, Brandenburgensis Ecclesiæ Episcopo,* nec non Spectabili, Strenuo, ac Nobilibus Viris, Dominis *Alberto, Comite de Mullinge, & Domino de Barby, Georgio de Waldenfels militi, Bedecone de Arens & Baltzaro de Slywen, Capitaneo in Trebin,* Consiliariis & fidelibus nostris dilectis & quamplurimis aliis fide dignis.

Et ego Albertus Clytzingk Clericus Havelbergensis, publicus Imperiali Autoritate Notarius, quia dictarum literarum præsentationi, lectioni, auschultationi, decenti interpositioni omnibusque aliis & singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent & agerentur unâ cum prænominatis Testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi & in Notam recepi, ex quo præsens publicum transsumti Instrumentum, cum dictarum literarum insertione, nihil addendo, nec mutando, quod sensum verborum mutaret, manu propriâ conscriptum confeci: Subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi signoque & nomine ac cognomine meis unà cum Sigilli dicti Illustrisimi Principis & Domini, Domini Friderici, Marchionis &c. appensione, de ejus speciali mandato more solito consignavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum; & protestor de Rasura illorum verborum Prior Prioratus nostri Alemanniæ in secunda linea in principio secundæ literæ insertæ videlicet illius Frater Johannes Ferdinandi de Redia, quæ non ex dolo vel fraude, sed mea negligentia commissa est.

ALBERT. CLYTZ.
L. S. Notar.

L. S.
ELECTORALIS.

XXXII.

Biſchoffs Friderici II. zu Lebens/ als Commiſſarii Pabſts Pauli II. Confirmation des Heimbachiſchen Vergleichs, de Anno 1471. **befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Johanniter Orden,** pag. 88. **an welchen noch nachfolgendes zu hängen.**

DEinde Dominus Johannes Beheme, Procurator præfatus alias duas literas in pergameno conſcriptas, ſalvas, ſanas, integras ac illæſas, non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, necabraſas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, unam videlicet literam cujusdam concordiæ & Compoſitionis quondam *Religioſi Domini Conradi de Brunsberg, prædicti Ordinis per Alamannia Magiſtri,* ejus vero Sigillo, cujus diſpoſitio ab extra erat cera viridis, ab intra vero rubea impreſſa imagine Sancti Johannis Baptiſtæ, figuram Agni in manu ſiniſtra tenentis, ante quam alia imago hominis cruce ſignati genuflexa, cum circumferentiali Scriptura, S. Fratris Conradi de Brunsberg, Prioris Alamanniæ figurata in preſſula pergameni impendenti lingua vulgari & Theutonica; Reliquam vero Latino Sermone conſcriptam *venerabilis & Religioſi quondam Domini Johannis Ferdinandi de Redia antedicti Hoſpitalis & Ordinis Magiſtri Generalis in Rody* Prioris literæ Confirmationis formam in ſe continentem ejus vera Bulla plumbea, inore & ſtilo ſuæ curiæ in cordula canabis impendenti, in cujus uno latere Senis Barbati cruce ſignati & genu flexi figura, ante cujus conſpectum Signum crucis in ſuperiori parte transverſaliter duplicatæ, in cujus crucis baſi tres literæ, videlicet A M & E cum Scriptura circumferentiali, Johannes Ferdinandi de Redia Magiſter, in ejusdem Bullæ alio latere figura mortui in ſepuchro jacentis, ad cujus caput Signum Crucis, in medio vero ipſius Imaginis ſepulti unum, & in fine circa pedes aliud thuribulum deſuper dependens cum circumferentiali Scriptura, videlicet Hoſpitalis Jeruſalem inſculpta apparuerunt, Sigillatam & Bullatam in medium produxit, nobisque tradidit & præſentavit tenore ſubſcripto. Tenor primæ literæ ſequitur, & eſt talis:

Wy Broider Conrad **von Brunsberg etc.**

Tenor vero ſecundæ literæ ſequitur, & eſt talis:

Frater Johannes Ferdinandi de Redia &c.

Poſt quarum quidem literarum præſentationem, receptionem, lectionem & diligentem examinationem fuimus per præfatum Dominum Johannem Beheme Procuratorem corant nobis perſonaliter conſtitutum pro parte dictorum *Magnifici Domini Liborii* de Sliwen, *Magiſtri ſeu Bajulivi & venerabilium ac Religioſorum Commendatorum & Fratrum Bajuliæ Brandenburgenſis præfatæ* debita cum inſtanciâ requiſiti, quatenus ad executionem dictarum literarum Apoſtolicarum præinſertarum & contentorum in eisdem juxta traditam & directam à Sede Apoſtolica nobis formam procedere, dictasque præinſertas literas compoſitionis, concordiæ, exemtionis, libertatis, gratiæ, indulti & confirmationis earundem ac omnia & ſingula in eis contenta Autoritate Apoſtolicâ nobis conceſſa approbare, ratificare & confirmare, omnesque & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint, quibus dictis Compoſitioni & Concordiæ à quacunque parte dictis aut factis derogari & contradici poſſit ſeu quomodo libet contravenire cum non obſtantibus & clauſulis neceſſariis & oportunis in eisdem ſupplere dignaremur: *Nos igitur Fridericus Epiſcopus & Executor præfatus, volentes, tanquam obedientiæ Filius mandatis Apoſtolicis ſupra dictis nobis in hac parte directis reverenter parere,* & ad executionem eorundem libenter procedere, ut tenemur: Conſpectis & diligenter examinatis per nos primitus præfatis præinſertis literis Compoſitionis, Concordiæ, Exemptionis, gratiæ & indulti ac Confirmationis earundem in chartis, ſcripturis & ſigillis, nullumque vitium ſive notam in validationis ſeu nullitatis in eisdem nobis reperientibus, ſed prout ſuperius deſcriptæ ſunt in omnibus, & per omnia firmis & ſalvis exiſtentibus, de præmiſſis omnibus & ſingulis in præinſertis literis Apoſtolicis narratis, ac eorum circumſtantiis univerſis ex iisdem præfatis præinſertis literis Compoſitionis & Concordiæ ac Confirmationis, nec non *vulgari fama & continua practica longaque conſvetudine, cujus oppoſitum in memoria hominum non exiſtit, hactenus in Bajulia Brandenburgenſi de Electione & Confirmatione Bajulivi pro tempore ac aliis in præfatis literis compoſitionis contentis, obſervatis & hucusque de-*

deductis plenius & luce clarius edocti & informati ac certam notitiam habentes, hujusmodi requiſitionibus & ſupplicationibus tanquam juſtis & rationalibus favorabiliter annuentes, *Compoſitionem & Concordiam prædictas, & prout illas concernunt ac omnia & ſingula in eiudem inſtrumentis & literis præinſertis contenta, prout provide facta ſunt, Autoritate & vigore literarum Apoſtolicarum præinſertarum, quarum fines nolumus aliquatenus transgredi, vel præterire, & juxta vim, formam, modum & tenorem commiſſionis præſcripte nobis in hac parte facte approbamus, ratificamus, confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus,* ſupplentes nihilominus omnes & ſingulos defectus, ſiqui in eisdem à quacunque parte in derogationem dictæ compoſitionis, aut aliàs quoquo modo intervenirent, in futurum volentes illos nullius eſſe roboris vel momenti: Decernentes inſuper Autoritate prædicta præfatas præinſertas literas Compoſitionis & Concordiæ in omnibus & ſingulis ſuis articulis, clauſulis & punctis nunc & in antea irrevocabiliter, robur perpetuæ firmitatis obtinere, nullique eisdem contradicere licere, nec non omnes & ſingulas non obſtantias in præinſertis literis Apoſtolicis expreſſas, quas hic habere volumus pro repetitis, præmiſſis non obſtare. Per hanc tamen noſtræ Confirmationis & Suppletionis paginam nolumus aliis Concordiis & Compoſitionibus, ſi quæ forſan tractu temporis in mitigationem, declarationem & favorem dictæ præinſertæ Compoſitionis inter partes præfatas interveniſſent ſeu celebratæ fuiſſent aliquo modo præjudicare ſeu derogare, ſed ea omnia & ſingula, ſicut providè maturè & deliberatè facta ſunt, volumus & decernimus in ſuo eſſe vigore & firmitatis robore permanere: In qvorum fidem & teſtimonium veritatis præſentes literas fieri juſſimus, ac per Notarium publicum, Scribam noſtrum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, Noſtrique Sigilli ex certâ noſtra ſcientia fecimus appenſione communiri. Datum & Actum *in Caſtro noſtro Lubus Anno Dominicæ Nativitatis milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo primo* indictione quarta, die verò Mercurii quinta Menſis Junii horis nonarum vel circiter Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli Divina providentia Papæ ſecundi Anno ſeptimo: Præſentibus ibidem validis & nobilibus *Petro Borckesſtorff*, Illuſtris Principis Domini Marchionis Brandenburgenſis Marſchalco, *Petro de Deberr, Balthaſare de Benefelde* Vaſallis & Familiaribus noſtris, Diœceſ. *Noſtræ* Lubucenſis, nec non Mathia Ertman, Vicario perpetuo Eccleſiæ Warmienſis, Clerico Warmienſis diœceſeos & aliis quam pluribus fide dignis Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

ET ego *Paulus Mollner de Buthaw*, Clericus Caminenſis Diœceſeos Publicus Sacra Imperiali Autoritate Notarius ac præfati Reverendi Patris Domini Epiſcopi Lubucenſis & coram eo Scriba, quia prædictis præinſertarum Literarum Præſentationi, Receptioni, Lectioni, Examinationi, Requiſitioni, Informationi, Conformationi, Suppletioni, Decreti Interpoſitioni, omnibusque aliis & ſingulis, dum, ſicut præmittitur, fierent & agerentur una cum prænominatis Teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi ac in Notam recepi, ex qua præſentem Confirmationis literam, ſive præſens publicum Inſtrumentum, unà cum inſertione literarum originalium præfatarum de verbo ad verbum per me conſcriptum confeci Subſcripſi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum Sigilli dicti Reverendi Patris & Domini, Domini Friderici, Epiſcopi Lubucenſis & Executoris Appenſione, de ejus ſpeciali mandato conſignavi, rogatq & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

XXXIII.

Urkund/ daß die Brüder des Johanniter-Ordens in Engelland ihren neu erwehlten Priorem, Johannem **Langſtrother König** Henrico VI. **in Engelland zur** Confirmation præſentiret, de Anno 1470.

MEmorandum, quod viceſimo die octobris Anno ab inchoatione Regni Regis Henrici Sexti, quadrageſimo nono, & Readoptionis Suæ Regiæ Poteſtatis anno primo, Milo Skayff & Marmadurus Lomley, Confratres & præceptores Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem in Anglia, Frater Robertus Bayly, Supprior ejusdem Hoſpitalis, nomine omnium religioſorum fratrum & præceptorum dicti Hoſpitalis præſentarunt, præfato Domino Regi, adtunc exiſtenti in quadam Camera inferiori, infra Palatium Venerabilis Patris Thomæ, Epiſcopi Londoniæ, apud Londoniam, Fratrem Johannem Langſtrother, eorum Confratrem priorem ſuum Hoſpitalis prædicti.

Quem ipſi & omnes confratres ejusdem Hoſpitalis, poſt mortem Roberti Botill, ultimi Prioris ibidem, unanimiter in Priorem dicti hoſpitalis elegerunt.

Supplicantes eidem Domino Regi, quod ipſum fratrem Johannem in Priorem dicti Hoſpitalis admittere, & ea, quæ ad dictum Hoſpitale pertinent adminiſtrare & inde diſponere permittere dignaretur.

Aſſerueruntque iidem præſentantes aliquem Priorem ipſius Hoſpitalis Fidelitatem dicto Domino Regi, aut ſuis progenitoribus, aut alicui progenitorum ſuorum nunquam feciſſe, quousque quidam frater Leonardus de Tybereis de Monte Leonis, nuper Prior ejusdem Hoſpitalis, fecit fidelitatem Domino E. Tertio nuper Regi Angliæ, progenitori Domini Regis nunc pro eo, quod idem Frater Leonardus fuit alienigena ſub proteſtatione quod hujusmodi fidelitas, ſic per ipſum facta, non cederet in præjudicium Hoſpitalis prædicti.

Factis præſentatione & aſſertione prædictis idem Dominus Rex nunc præfatum Johannem Langſtrother in Priorem dicti Hoſpitalis ad tunc & ibidem admiſit.

Et ſuper hoc, ad præceptum dicti Domini Regis idem Johannes Langſtrother in Camera prædicta fecit fidelitatem eidem Domino Regi nunc ſub proteſtatione, quod fidelitas illa non cederet in præjudicium ipſius prioris aut alicujus ſucceſſorum ſuorum, aut ipſius Hoſpitalis quoquo modo in futurum.

XXXIV.

Urkund/ daß die Brüder des Johanniter-Ordens in Engelland ihren neuerwehlten Priorem, Robertum Multon, **zu Ablegung des Eyds der Treue und** Confirmation, **König** Eduardo IV. **in Engelland** præſentiret, de Anno 1474.

MEmorandum quod viceſimo die Auguſti, Anno regni Regis Edwardi quarti, quartodecimo, Johannes Malory, Marmaducus Lomley, Johannes Turbervyle & Johannes Kendall, Confratres Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem in Anglia, & Præceptores nomine omnium religioſorum fratrum & præceptorum dicti Hoſpitalis, præſentarunt præfato Domino Regi in quadam Camera ſua infra Palatium ſuum, vocatum le Warderobe, apud Londoniam tunc exiſtenti, fratrem Robertum Multon, eorum Confratrem, Priorem ſuum Hoſpitalis prædicti, quem ipſi & omnes Confratres ejusdem Hoſpitalis, poſt mortem Willielmi Torney Prioris ibidem, unanimiter in Priorem dicti hoſpitalis elegerunt.

Supplicantes eidem Domino Regi, quod ipſe, juxta antiquas & laudabiles conſvetudines in religione ſua habitas, præfatum Robertum, ſic priorem electum admittere, & ipſum priorem ea omnia & ſingula, qvæ ad ipſum Hoſpitale pertinent, adminiſtrare & inde diſponere permittere dignaretur.

Super quo idem Dominus Rex præfatum Robertum in Priorem dicti Hoſpitalis ad tunc & ibidem admiſit.

Idemque Prior in Præſentia quam plurimorum Dominorum Spiritualium & Temporalium de Conſilio ipſius Domini Regis tunc ibidem exiſtentium, fecit eidem Domino Regi fidelitatem in forma ſequenti:

I ſhall be Feythfall and True and Feyth and Trovvthe Shall bere to the Kyng oure Soveraygne Lord, and to his Heires Kynges of Englond, of Lyf ond Lymme, and of Erthely Worship, for to Lyve and Dye ayenſt all People.

And diligently J ſhall be intendaunt unto the Kynges Nedes and Boſoignes after my Witte and Power.

And the Kynges Counſell J ſhall Kepe and layne.

And to Hym and his Commandementes, in that thatto me attayneth and belongeth, J ſhall be obeyſaunt.

As Godhelpe me and His ſeyntes.

Sub proteſtatione tamen, quod hujusmodi fidelitas, ſic per ipſum facta, non cedat in præjudicium dicti Prioris, vel Succeſſorum ſuorum in futurum.

XXXV.

Diploma, worinn der Johanniter-Meiſter in Teutſchen Landen den Herren-Meiſter in der Baley Brandenburg, Georgium **von Schlaberndorff** confirmiret, de Anno 1491. **iſt in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. Continuat. I. **unterm Johanniter-Orden,** pag. 89. **befindlich.**

XXXVI.

XXXVI.

Des Commenthurs zu Rüdike Quittung über 200. Rheiniſche Goldgülden, ſo er im Nahmen des Großmeiſters und Convents **zu Rhodis von dem Meiſter des Johanniter-Ordens in der Baley Dännemarck, Norwegen und Schweden empfangen,** de Anno 1514.

EGo Frater *Georgius de domo Commendator in Rudiken, Bajulivus Wederavie, Ordinis S. Johannis*, recognoſco meo proprio Chirographo ab honeſto ac Spectabili Domino Wolffgango Hoffman, ducentos florenos Renenſes monetæ in auro me recepiſſe ex parte *Reverendi Domini, Dn. Eskillonis Thomæ, Magiſtri ac Bajulivi in Andwortzkovv* ejusdem Ordinis, in defalcatione reſponſionis ac annato debitorum, quibus antefatus Dominus meus gratioſus, Ordini Sancti Johannis Rhodi obligatus exiſtit: Quare ego prefatus Commendator ac receptor eundem prefatum Dominum meum gratioſum ac dictum Dominum Wolgangum Hoffman ratione prætaxatorum ducentorum florenorum alias ſolvendorum per præſentes quito, in cujus rei teſtimonium ac fidem proprium meum ſigillum preſentibus duxi imprimendum. Datum Franckfordie, in littore Moyani, feriâ quartâ, que fuit tercia decima die 5. Septembris, Anno 1514.

XXXVII.

Kayſers Caroli V. Schutz- und Schirm-Brieff/ welche er dem Johanniter-Orden über alle deſſen Güter in Teutſchland ertheilet, de Anno 1540. **ſiehe in des Teutſchen Reichs-Archivs** Part. Spec. Continuat. I. **unterm Johanniter-Orden,** pag. 90.

XXXIIX.

Sebaſtians von Ehingen/ und Urſulá ſeiner Hauß-Frau Obligation über 60. Gulden jährliche Zinſen, ſo ſie Herren Johann von Hattenſtein, Meiſtern des Johanniter-Ordens in Teutſchland vor 1500. Gulden Haupt-Gut verkaufft, und die Herrſchafft Schwartzenberg im Breyßgau deſſentwegen zum Unterpfand eingeſetzet, de Anno 1545.

Ac quod verbis in ipſorum Magiſtri, & Conventus literis, circa profeſſionis emiſſionem, habitus ſuſceptionem, debitorum & obſequiorum in partibus orientalibus præſtationem plena fides adhiberetur,facultatem conceſſerat. Et nihilominus quod ipſe Fabritius, & pro tempore exiſtens Magiſter,& Conventus, præmiſſa omnia & ſingula, prout eatenus conſveverant, ſine contradictione alicujus facere poſſent.

Quodque quæcunque literæ antianitatis, ſeu proviſiones à Magiſtro pro tempore exiſtente, & Conventu præfatis,eatenus conceſſæ, & in poſterum concedendæ eo ipſo confirmatæ & approbatæ cenſerentur.

Et quod proviſiones beneficiorum quorumcunque dicti Hoſpitalis,quæ per ceſſationem ſolutionis præfato Hoſpitali,vel inobedientiam duntaxat vacaſſent,nunquam ad ſuperiorē ipſum Leonem prædeceſſorem & ſedem

ſedem præfatam devolvi cenſerentur, quoad hoc, ut dictus Magiſter pro tempore exiſtens impediretur, quo minus illa quandocunque libere conferre poſſet.

Quodque omnes & ſingulæ donationes, & alienationes bonorum immobilium dicti Hoſpitalis, ſeu ejus locorum in poſterum faciendæ duntaxat, ipſo jure nullæ, nulliusque roboris, vel momenti exiſterent.

Et quod clauſula cum derogatione privilegiorum dicto Hoſpitali conceſſorum, latiſſime extendenda & additione illorum pro expreſſis, tam in quibusvis commiſſionibus, juſtitiam concernentibus, quam in quibusvis gratioſis ſupplicationibus, tunc & pro tempore ſignatis, non operaretur, nec ejus vigore in cauſis, ſeu literis Apoſtolicis ſuper ipſis Supplicationibus conficiendis privilegia ipſa ultra, quam in ſupplicationibus narrata eſſent, narrari poſſent, neque illis, ſi prætextu dictarum clauſularum narrarentur, derogatum cenſeretur, ſtatuerat & ordinaverat. Decernens ſic per quoscunque Judices, etiam cauſarum Palatii hujusmodi Auditores, ſublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari.

Et per reliquas in forma brevis literas Motu ſimili quascunque gratias, expectativas, ſpeciales & generales reſervationes, etiam in mente ſua, & in nullius, ſeu quarumvis perſonarum favorem, ac uniones, annexiones, & incorporationes, ſupreſſiones, extinctiones, & applicationes, ac uniendi, annectendi, incorporandi, & commendandi facultates, & mandata, nec non coadjutorum deputationes, etiam de conſenſu, & alias conceſſiones, & diſpoſitiones, de quibusvis prioratibus, bajuliviis, caſtellaniæ empoſtæ, præceptoriis, cameris, magiſtralibus, & aliis beneficiis dicti Hoſpitalis vacaturis, nec non ſpecialium reſervationum, unionum, annexionum, incorporationum, ſuppreſſionum, extinctionum, facultatum, mandatorum, coadjutoriarum, regreſſuum & acceſſuum, ac aliarum diſpoſitionum hujusmodi executiones, ampliationes, revalidationes, reintegrationes, repoſitiones, reſtitutiones, & ſuper illis, & eorum efficacia, & quod illorum revocationibus, modificationibus, ſuſpenſionibus, reſtitutionibus, & ad jus commune reductionibus per Leonem, prædeceſſorem & Sedem præfatos factis non includerentur declarationes, & intentionis mentis ſuæ atteſtationes, quæ quorumvis, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Prælatorum, Ducum, Principum, Marchionum, Univerſitatum, ſtudiorum, jurium ceſſorum vel oblatorum, etiam pro ſedandis litibus, aut ſervitorum, & obſequiorum Leoni prædeceſſori, & ſedi præfatis etiam pro fide catholica impenſorum, & damnorum eis etiam per infideles illatorum, ſeu quavis alia, quantumcunque grandi conſideratione pro quibusvis perſonis, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtentibus, & quacumque eccleſiaſtica, etiam Cardinalatus & mundana dignitate fulgentibus, etiam, cum Motus proprii, & certæ ſcientiæ, ac plenitudine poteſtatis, & quibusvis præſervatoriis, ac aliis etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus & inſolitis clauſulis à Leone prædeceſſore, & ſede prædictis, ac ejus Legatis, etiam de Latere, & Nuntiis, etiam cum eorundem Legatorum poteſtate, quavis autoritate eatenus quomodolibet emanaverant, quoad ea in quibus nondum verè fuerant effectum ſortita, expreſſe revocaverat, & voluerat illas, & quas emanare contingeret in futurum, ſimiles & diſſimiles ſpeciales reſervationes, uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, nominationes, nominandiqi, reſervandi & conferendi facultates, mandata, coadjutorum deputationes, regreſſ9 & acceſſus hujusmodi, & ſuper illis proviſiones, ampliationes, reintegrationes, reſtitutiones, repoſitiones, & declarationes, etiam cum expreſſa poſteriorum literarum hujusmodi derogatione, etiamſi in eisdem, quæ emanaverant, & in futurum emanarent, ſpecialibus reſervationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus. ſuppreſſionibus, extinctionibus, nominationibus, facultatibus, mandatis coadjutoriis, regreſsibus, acceſsibus, & eorum extenſionibus, ampliationibus, revalidationibus, reintegrationibus, repoſitionibus, reſtitutionibus & declarationibus, ac ſi ſuper illis confectis literis contineretur expreſsè, quod in aliquibus ſpecialibus, ſeu generalibus revocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, & reſtrictionibus, quæ pro tempore fierent, nullatenus includerentur, niſi de perſonarum, quas tunc concernebant, & in futurum concernerent, ac quarum conſideratione emanaverant, & in poſterum emanarent, nominibus, cognominibus, dignitatibus & officiis, ex cauſis, propter quas eis conceſſæ erant, ſeu concederentur, expreſa mentio fieret, idque ipſis perſonis intimaretur per diverſas literas ſub diverſis datis, cum certi temporis intervallo inter datas hujusmodi, & perſonarum earundem in revocationibus hujusmodi expreſſus accederet aſſenſus intelligerenturque gratiæ ipſæ toties revalidatæ, & in priſtinum ſtatum repoſitæ, quoties eas revocari, reſtringi & modificari contingeret, ac pro infectis & non conceſsis haberi, & viribus omnino carere, etiamſi per eas, quæ emanarent ſpeciales reſervationes, & alias gratias viribus vacuatas, hujusmodi eisdem poſterioribus literis cum earum Dat. inſertione, ſpecificè quomodolibet derogari videretur, & ne ſimiles reſervationes ac gratiæ, & Priorum revalidationes, quas ab ipſo Leone, prædeceſſore, etiam cum poſteriorum literarum hujusmodi expreſſa derogatione, ac ſupradictis, aliisque efficacioribus, fortioribus, & inſolitis clauſulis in poſterum emanare contingeret, contra præmiſſorum tenorem ſortirentur effectum, ſed quoties emanarent toties revocarentur, easque poſteriores literas, ac omnia & ſingula, in eis contenta, ad id, ut omnes, & ſingulas ſpeciales reſervationes, uniones, coadjutorias, regreſſus & acceſſus, ac alias gratias prædictas ſemper includerent, de qualibet die Pontificatus ſui repetierat, & innovaverat, decernens repetitionem & innovationem hujusmodi eis, quorum intereſt, de ſingulis diebus dicti Pontificatus, prout magis expediret, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi eisdem diebus ab ipſo Leone prædeceſſore actu emanaſſent, ſuffragari, & ſic judicari debere, ac quicquid ſecus attentari contingeret, irritum & inane decreverat.

Et cum neſandiſſimus Chriſtiani nominis hoſtis, Turcarum Tyrannus, validiſſima claſſe maritima, maximoque exercitu terreſtri paratus, inſulam Rhodi totiusChriſtianitatis Specimen acerrimis & multiplicatis conatibus invaſiſſet, ac crudeli & inaudita obſidione affeciſſet, & tandem inſulam & civitatem Rhodi hujusmodi vi, & armis expugnaſſet, ac literæ, libri, & monumenta, ſeu documenta antiqua privilegiorum, & indultorum eis à dicta ſede conceſſorum periiſſent, & deperdita fuiſſent, ſimilis mem. Clemens Papa VII. pariter prædeceſſor noſter, Motu & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, omnia & ſingula Privilegia, jurisdictiones, facultates, immunitates, conceſſiones, indulgentias, libertates, prærogativas, gratias, exemptiones, favores, & indulta dicto Hoſpitali, ac illius bajuliviis, prioratibus, præceptoriis, domibus, Hoſpitalibus, Eccleſiis, capellis, locis & membris, nec non Magiſtro, bajulivis, Prioribus, præceptoribus, militibus, fratribus, & perſonis ac eorum vaſallis, ſubditis & ſervitoribus pro tempore exiſtentibus, eatenus per quoscunque Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, ſucceſſivis temporibus, & demum per Leonem prædeceſſorem, & Sedem præfatos, ſub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis quomodolibet conceſſa, approbata & innovata, per quasdam approbaverat, confirmaverat, & innovaverat, ac valida & efficacia exiſtere, nec non perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & inviolabiliter obſervari, ac Magiſtro, bajulivis, prioribus, præceptoribus, militibus, fratribus, perſonis, vaſallis, ſubditis & ſervitoribus præfatis ſuffragari debere decreverat, ac omnia & ſingula, prout per Leonem & alios prædeceſſores, ac ſedem præfatos conceſſa fuerunt, ita ut Magiſter, bajulivi, priores, præceptores, milites, fratres, perſonæ, vaſalli, ſubditi & ſervitores illis libere perpetuo uti poſſent de novo.

Nec non tunc, & pro tempore exiſtenti Magiſtro, & Conventui Hoſpitalis hujusmodi juxta illius ſtabilimenta, & laudabiles conſvetudines ac mores in bajulivias, prioratus, caſtellaniam empoſtæ, domos, hoſpitalia, membra, loca & bona quæcunque, nec non quoscunque bajulivos, priores, caſtellanum empoſtæ, præceptores, fratres, & perſonas Hoſpitalis & Religionis hujusmodi, ac illorum vaſallos, ſubditos & ſervitores ubicunque, tam citra, quam ultra montes, tunc & pro tempore conſtitutos & commorantes, qui omnes eidem Magiſtro & ſubdelegatis ab eo firmiter, tam perſonaliter quam realiter, omni exceptione ceſſante, & quocunque à Clemente, Prædeceſſore, vel ſede prædictis obtento, vel obtinendo indulto non obſtan. parere & obedire tenerentur, plenariam & omnimodam, etiam meri & mixti imperii jurisdictionem & ſuperioritatem.

Ipſique Magiſtro contra rebelles, & ſuis mandatis non obedientes, etiam vigore literarum Apoſtolicarum, etiam in forma brevis ab ipſo Clemente & ſucceſſoribus ſuis emanatarum, ſervatis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe, & ſatisfeciſſe in loco Conventus Hoſpitalis hujusmodi, poſt legitimè executam primam citationem, ad mul-

ctam ſive pœnam perſonaliter, juxta mores & ſtabilimenta prædicta, ſeu etiam privationem habitus, aut beneficiorum, domorum & prædiorum per eos obtentorum procedendi, vel etiam, ſi magis expedire videretur, beneficia, domos & prædia ipſa ad manus ſuas, ſeu receptorum dicti Hoſpitalis ducendi, & donec ipſi inobedientes contumaciam purgarent, vel debita onera perſolverent, ſive ſeculares, aut alterius ordinis regulares, beneficia dicti Hoſpitalis poſſidentes, forent pro ſuo arbitrio retinendi, illorumque fructus, redditus & proventus arrendandi & percipiendi, nec non cameras magiſtrales prædictas ad ſe recipiendi, ſive illas ſolitis penſionibus pro ſuæ voluntatis libito imponendis & moderandis, onerandi, & alias de illis, tanquam de præceptoriis & prædiis menſæ magiſtrali unitis, & incorporatis diſponendi.

Ac in Romana Curia procuratorem generalem, cum generali vel ſpeciali, & limitata poteſtate, & facultate conſtituendi, ſeu deputandi. Et in eadem Curia per ſe, ſeu dictum Procuratorem ad id poteſtatem â Magiſtro & Conventu præfatis habentem, quæcunque ejusdem Hoſpitalis beneficia cujuscunque qualitatis exiſtentia apud ſedem prædictam quomodolibet (præterquam per reſignationem in manibus ſuis, & ſucceſſorum ſuorum Roman. Pontificum) pro tempore vacantia, juxta ipſius Hoſpitalis ſtabilimenta libere conferendi. Et tam Magiſtro, quam Conventui præfatis, etiam de illis, de quibus eatenus diſpoſitum fuerat de novo, ac aliis beneficiis hujusmodi, etiam tanquam privatis prædiis in titulum perpetui beneficii Eccleſiaſtici, ſeu etiam ad nutum, aut amovibiliter, uni vel diverſis perſonis aſſignari ſolitis, etiam dictæ ſedi reſervatis, ſeu alias affectis, aut ad ſedem ipſam devolutis, liberè providendi, & illa uniendi, diſmembrandi, & alias de illis diſponendi, nec non antianitates, tam generales, quam ſpeciales ſuper eisdem beneficiis fratribus ejusdem Hoſpitalis concedendi, ac reſignationes dictorum beneficiorum recipiendi & admittendi, illaque reſignantibus titulum, ſeu denominationem, ac omnes eorum fructus, ſeu illorum partem, aut ſuper illis quascunque penſiones annuas, quæ etiam tranſirent ad ſucceſſores in eis, etiam ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, etiam privationis in talibus apponi ſolitis, ad vitam, vel ad tempus, reſervandi, concedendi, conſtituendi & aſſignandi, & quod, altero decedente, ſuperſtes in illius poſſeſſione ſuccederet, indulgendi, ſeu regreſſum ad illum concedendi.

Ipſique Magiſtro & Conventui privilegia, exemptiones & indulgentias ejus, & dicto Hoſpitali conceſſa ubique locorum, etiam absque alicujus Ordinarii licentia, ſub ſigillo tamen Prioris illius Provinciæ, vel eorum conſervatoris in ea degentis, publicandi & quæſtuandi, ſeu eleemoſynas & Confraternitatum obventiones quærendi & recipiendi.

Nec non Cœmeteria in eorum Parochialibus Eccleſiis habendi, ac quorumcunque Chriſti fidelium cadavera, etiamſi excommunicati, vel interdicti forent, dummodo interdicto cauſam non dediſſent, ſalvo jure rectori Parochiano debito, absque aliquo onere & ſolutione Epiſcopo facienda, recipiendi & ſepeliendi.

Legata & donata, tam inter vivos quam qualibet ultima voluntate exigendi & percipiendi.

Nec non bajulivis, prioribus, præceptoribus, militibus, fratribus & perſonis præfatis quæcunque eccleſiaſtica ſacramenta, ac omnes etiam ſacros ordines â quocunque mallent Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem dictæ ſedis habente, nihil oblato, vel ſoluto, recipiendi.

Et tam ipſis, quam eorum familiaribus arma quæcunque, & ubique locorum pro ſui defenſione, & hoſtium dictæ ſedis offenſione geſtandi,

Nec non capellanis ejusdem Hoſpitalis bajulivorum, priorum, præceptorum, militum, fratrum, perſonarum, vaſallorum, ſubditorum & familiarium prædictorum confeſſiones audiendi, & pœnitentiam ſalutarem eis injungendi, ac Evchariſtiæ ac alia ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtrandi.

Nec non tempore interdicti (dummodo illi cauſam non dediſſent) excomunicatis & interdictis excluſis, clauſis januis & ſubmiſſa voce, miſſas & alia divina officia celebrandi.

Nec non quibusvis Chriſti fidelibus in quibusvis civitatibus, locis & diœc. præceptorias, domos & hoſpitalia ſub dependentia & ſubjectione dicti Hoſpitalis per illius fratres obtinenda, quæ eisdem privilegiis, immunitatibus, indulgentiis, conceſſionibus & indultis, quibus aliæ dicti Hoſpitalis præceptoriæ, domus & hoſpitalia utebantur, potiebantur & gaudebant, uterentur, potirentur & gauderent, aſſignata illis congrua dote, Ordinariorum locorum, & quorumvis

vis aliorum licentia minime requiſita, & nulla præterea in illis Ordinariis ipſis jurisdictione, aut oneris imponendi facultate reſervata, conſtrui & erigi faciendi, plenam & liberam facultatem & auctoritatem conceſſerat.

Quascunque donationes, concesſiones, locationes, inveſtituras & alias alienationes cenſuum, reddituum, jurium, jurisdictionum, & bonorum quorumcunque ad bajulivias, prioratus, caſtellaniam empoſtæ, præceptorias, domos, hoſpitalia, beneficia & loca Hoſpitalis hujusmodi pertinentium in illorum læſionem, jacturam vel detrimentum, etiam per perſonas dictæ religionis, etiam cum renuntiationib9 pactis, juramentis & pœnis deſuper impoſitis & adjectis, ac inſtrumentis & literis deſuper confectis, & confirmationibus forſan inde ſecutis, etiam de licentia dictæ ſedis, absque tamen conſenſu ſeu expreſſa licentia Magiſtri & Conventus prædictorum, quacumque præſcriptione, ſeu longisſima pacifica poſſeſſione, & detentione non obſtantibus.

Nec non quoscunque acceſſus ingreſſus, & regreſſus, ac coadjutorias ad bajulivias, prioratus, caſtellaniam empoſtæ, præceptorias, domos, hoſpitalia & alia beneficia hoſpitalis hujusmodi, præterquam ex cauſa oneroſa, & de conſenſu dictorum Magiſtri & Conventus, etiam per Clementem & prædeceſſores ſuos præfatos conceſſos caſſaverat, revocaverat, annulaverat & irritaverat, nulliusque roboris vel momenti fore, & pro infectis haberi decreverat.

Ac cenſus, redditus, jura, jurisdictiones & bona alienata hujusmodi, ac etiam per quoscunque, etiam ſeculares, occupata, uſurpata & detenta, ad jus & proprietatem dicti Hoſpitalis, ſeu illius bajuliviarum, prioratuum, caſtellaneæ empoſtæ, præceptoriarum, domorum, hoſpitalium, & beneficiorum prædictorum reduxerat, illaque in integrum adverſus conceſſiones, donationes, & alias quaslibet alienationes prædictas, nec non inveſtituras illarum prætextu quomodolibet quavis auctoritate factas & conceſſas, in integrum ac in priſtinum, & eum ſtatum, in quo antea erant, reſtituerat, repoſuerat, & plenarie reintegraverat, illarumque detentores, cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtentes, ad illorum relaxationem per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia cogi, & compelli poſſe voluerat, & ſimiles alienationes de cœtero ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis beneficiorum per eos obtentorum pœnis, per contrafacientes eo ipſo absque aliqua declaratione in currendis fieri prohibuerat, & ſi fierent, illas viribus omnino carere decreverat.

Nec non omnes & ſingulas lites etiam in dicta Curia, & Rotæ Auditorio ſuper quibusvis dicti Hoſpitalis beneficiis inter quascunque perſonas motas, & in quibusvis inſtantiis pendentes, in quibus concluſum non fuerat, ad ſe advocaverat, & illas eisdem Magiſtro & Conventui per eos juxta formam ſtabilimentorum, & laudabilium conſuetudinum prædictorum, & ſi eis videretur, tam in eadem Curia, quam extra eam, in ſtatu debito reaſſumendas & decidendas commiſerat, eisque, quorum intereſt, etiam per edictum publicum locis publicis affigendum (conſtito tamen ſummariè de non tuto acceſſu ad eas) citandi, â quibus, & quoties opus foret, inhibendi, etiam ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, etiam contra condemnatos, etiam in Curia prædicta, tam realiter quam perſonaliter, exequi mandaverat.

Et inſuper Hoſpitale, ac illius bajulivias, prioratus, caſtellaniam empoſtæ, domos, cameras, hoſpitalia, & loca quæcunq;, nec non magiſtrum, bajulivos empoſtæ, priores, præceptores, milites & perſonas ac eorum ſubditos, vaſallos colones & ſervitores, tunc & pro tempore exiſtentes, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quamdiu illa exercerent, & in illorum obſeqviis forent, ac illorum res, animalia, prædia, domos, molendina & bona quæcunque, quæ obtinebant & poſſidebant, ac in futurum canonice obtinerent & poſſiderent, ſub Beati Petri & dictæ ſedis atque ſua protectione ſuſceperat, ac ab omni jurisdictione, correctione, onere, ſtatutis, bannis, dominio, ſuperioritate & poteſtate quorumcunque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Prælatorum, nec non quorumcunq; temporalium dominorum quavis poteſtate, etiam imperiali, Regali & Ducali fulgentium, ac univerſitatum & illarum regentium, etiam præterquam dicti Hoſpitalis Ordinariorum, tam ſpiritualium, quam temporalium ubicunque, tam citra, quam ultra montes & mare conſtitutorum, cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtentium, illorumque Vicariorum & Officialium, Locatenentium, & Judicum, tunc & pro tempore exiſtentium quorumlibet;

Nec non â ſolutione & exactione paſſagii, arreragii, gabellæ, datii, tractæ, collectæ, pro-

curationis, jocundi adventus, jurium etiam Synodalium,cenſuum & decimarum,etiam novalium, etiam hortorum, pratorum, piſcationum & molendinorum, ad quæ cuilibet acceſſus nullatenus directe vel indirecte prohiberi poſſet, & terrarum,quas per ſe ipſos, vel alios eorum nominibus, etiam colonos,arrendatarios &emphyteutas excolebant, & de quibus fructus percipiebant, & cujusvis alterius oneris perſonalis,ſeu mixti ab Ordinariis ubicunque,& ex quacunque cauſa impoſiti, vel imponendi,pro tempore liberaverat & exemerat, ac ſibi & dictæ ſedi immediate ſubjecerat,illosque & illa,etiamſi in quibuscunque ſtatutis, literis conſtitutionibus & regulis, etiam per Clementem prædeceſſorem, & ſedem prædictos pro tempore editis,nominatim,ſpecialiter & expreſſè gravarentur, ſeu onerarentur,ſemper liberos, immunes & exemptos ac exceptos, &ipſi Clementi prædeceſſori immediate ſubjectos eſſe decreverat.Ita quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Ordinarii, Vicarii, Officiales, Locatenentes, & Judices præfati,etiam ratione delicti, vel contractus,ſeu rei de qua ageretur,ubicunq; committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipſa conſiſteret,nullam in eos,vel ea,jurisdictionem, correctionem,viſitationem,ſuperioritatem, dominium, partitionem, exactionem, ſeu poteſtates exercere, aut excommunicationis aliasve ſententias,cenſuras &pœnas promulgare, aut etiam ratione perſonarum, vel rerum, animalium, ac bonorum ſuorum ad aliquam ſolutionem pontium,fontium, furnorum,murorum, ſeu etiam aliarum eccleſiarum,quam dictæ religionis,etiamſi forſan eateno per abuſum,ſeu alterius privilegium aut negligentiam, etiam per longiſſimum tempus taliter obſervatum non fuiſſet. Quæ omnia etiam præſcriptiones, nullo pacto ſaltem in poſterum, quo minus hujusmodi exceptionibus uti poſſent, obſtare voluit,& decrevit eos coarctare, aut alii quicunque, cujuscunque eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis, aut præeminentiæ,ſtatus,vel conditionis exiſterent,etiam locis & terris S. R. E. etiam immediate ſubjectis, & ad inſtantiam cujuscunque Principis, ſeu Communitatis, ſeu excommunicationis latæ ſententiæ, & quadrupli ultra damna & expenſas reſtitutionis pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis, eos in judicio & extra,ſuper præmiſſis,& eorum uſu, ſeu poſſeſſione vel quaſi, directe vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio, moleſtare, impedire, vexare, aut alias quomodolibet impetere præſumerent, deberent, ſeu etiam valerent.

Et inſuper ſtatuerat, & ordinaverat,quod jus patronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad bajulivias, prioratus, præceptorias, hoſpitalia, membra, alia beneficia & loco Hoſpitalis hujusmodi,niſi ratione fundationis, aut dotationis ſaltem ad tertiam partem illorum fructuum, quo caſu liceat Magiſtro & Conventui præfatis, ſi dicta eorum beneficia & loca Hoſpitalis hujusmodi â dicto jure Patronatus liberare vellent, aut dotantibus bona reſtituere, ſeu illorum pretium perſolvere, ac ex tunc bajulivias, prioratus, præceptorias,hoſpitalia, membra,& beneficia hujusmodi conferre.

Quodque ſuper eorum fructibus,redditib9 & proventibus aliquæ penſiones annuæ quibusvis perſonis ſecularibus, ſeu alterius Ordinis,quam dicti Hoſpitalis regularibus, ſine expreſſo conſenſu Magiſtri&Conventꝰ prædictorum,etiam per ſedem prædictam reſervari, conſtitui & aſſignari nullatenꝰ poſſent, &ſi reſervarentur,concederentur, conſtituerentur & aſſignarentur, reſervationes,conſtitutiones, aſſignationes, & conceſſiones hujusmodi nemini ſuffragarentur, nec propterea aliquas cenſuras vel pœnas incurrere poſſent.

Quodque omnes & ſinguli eorum bajuliviarum, Prioratuum, præceptoriarum, domorum & beneficiorum in vim dictarum collationum poſſeſſores ſeculares, aut alterius Ordinis regulares, ſeu penſiones ſuper illorum fructibus, redditibus & proventib9 hujusmodi eatenus etiam per ſedem eandem reſervatas percipientes, illas & illa infra ſex menſes â die intimationis dictarum literarum in manibus Magiſtri & Conventus prædictorum, juxta formam ſtabilimentorum dictæ religionis dimittere & transferre, ſeu illarum caſſationi conſentire tenerentur, alioquin beneficia & penſiones hujusmodi, niſi illa poſſidentes,& illas percipientes infra dictum tempus habitum ſuſciperent,& profeſſionem regularem ipſiꝰ religionis emitterent, lapſis menſibus ipſi vacarent, ac caſſæ & extinctæ eſſent,& eſſe cenſerentur eo ipſo.

Ac quod quæcunque perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica, & ubilibet conſtitutæ, per ejusdem bajulivos, Priores, Præceptores & Fratres,ac eorum ſingulos pro tempore eligendæ,ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ipſos adverſus inferentes eis injurias, ſeu gravamina, vel damna, in perſonis, rebus & bonis, manutenere, conſervare, & quamcunque jurisdictionem exercere, nec non ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas contra rebelles & inobedientes cum effectu promulgare, nec non omnib9 facultatibus & conceſſionibus quibusvis Conſervatoribus, eis per quascunque literas Apoſtolicas eatenus deputatis quomodolibet conceſſis, uti, potiri & gaudere deberent, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi per easdem literas Conſervatores & Judices deputati fuiſſent.

Et quod presbyteri,qui in dicta Religione profeſſionem non emiſiſſent, niſi de expreſſa licentia, vel conſenſu Magiſtri, ſeu Priorum,Præceptorum,vel fratrum, quos id tangeret ad deſerviendum Parochialibus & aliis Eccleſiis, aut capellis ipſius Religionis nullatenus admitterentur, ſed in quibuscunque Parochialibus & aliis Eccleſiis, ac capellis Hoſpitalis hujusmodi, capellani ejusdem religionis per locorum Ordinarios, ſub eadem excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ſi contrafacerent eo effectu incurrenda, ad requiſitionem, ſeu præſentationem dictorum bajulivorum, priorũ, præceptorum & fratrum, absque aliqua exactione & oneris impoſitione recipi, vel admitti deberent.

Quodque illi duntaxat fratres privilegiis prædictis gauderent, qui â præfato Magiſtro, ſeu de ejus licentia habitum ſuſcepiſſent, & profeſſionem emiſiſſent,ſeu de habitu ſuſcipiendo,& profeſſione hujusmodi emittenda infra certum tempus arctati fuiſſent, nullusque bajulivorum, priorum Præceptorum & fratrum prædictorum,absq; mandato,ſeu licentia præfati magiſtri,aut ſaltem ſui Prioris, ſeu Procuratoris ipſius Hoſpitalis in dicta Curia exiſtentis, privilegiis præfatis in eadem Curia uti valeret,nec illa absque hujusmodi licentia vagantibus ſuffragarentur.

Ac manus violentas in eos, qui ad Eccleſias ſeu domos ejusdem Religionis pro ſua ſalute confugerent, per quempiam injici, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna prohibuerat.

Decernens literis prædictis, & in eis contentis quibuscunque, etiam per quascunque literas Apoſtolicas, etiam quavis clauſulas, generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores & inſolitas, ac etiam irritantia decreta ſub quacunq; verborum expreſſione in ſe continentes, nullatenus derogari poſſe, nec derogatum cenſeri, niſi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſertus, ac hujusmodi derogationis conſiſtorialiter factæ, & per trinas diſtinctas literas eundem tenorem continentes, tribus ſimilibus diſtinctis vicibus,Magiſtro&Conventui præfatis legitimè intimatæ & inſinuatæ forent,ac ipſorũ Magiſtri&Conventꝰ ad id expreſſus accederet aſſenſus, & aliter factas derogationes nemini ſuffragari,ac Magiſtrum &Conventum præfatos ad parendum literis derogatoriis hujusmodi,& decretis, ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus &ſubexecutoribꝰ, eorumque mandatis & monitionibus minime teneri,&literarum hujusmodi executionem omnino impedire,nec ratione reſiſtentiæ hujusmodi cenſuris Eccleſiaſticis, per eosdem Executores & ſubexecutores latis innodari poſſe.

Et ſic in præmiſſis omnibus &ſingulis,per quoscunque judices & commiſſarios, quavis autoritate fungentes, tam in dicta Curia, quam extra eam pro tempore deputatos, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter circa præmiſſa judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis omnibus,vel eorum aliquo â quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari.

Nec non literas etiam piæ memoriæ Alexandri V. Gregorii IX. Bonifacii VIII. Clementis etiam V. Innocentii IV. & Calliſti III. Romanorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum, tunc ſuorum,eidem Hoſpitali, etiam ſuper decimis ex eorum terris, poſſeſſionibus & animalibus non ſolvendis conceſſas, per alias ſuas literas approbaverat, ac quoad terras poſſeſſiones ad quantumcunque longum tempus, non tamen in perpetuum feudum, ſeu Emphyteuſin conceſſas obſervari debere decreverat.

Et per alias Motu ſimili, omnes & ſingulas cauſas,tam inter priores,bajulivos,caſtellanum empoſtæ, præceptores, fratres, & milites Hoſpitalis hujusmodi,quam etiam pro communi theſauro prædicto agente, tam ratione Prioratuum,bajuliviarum,præceptoriarum, domorum Hoſpitalis hujusmodi, quam etiam bonorum, etiam pecuniarum,etiam dicti theſauri,ſeu delictorum, etiamſi ex adverſo aliqui Clerici ſeculares, vel regulares, aut Laici exiſterent, & active ſeu paſſive in dictis cauſis quomodolibet, in quacunque inſtantia interveniſſent, & cum opportuna derogatione ſtabilimentorum, uſuum,morũ,conſvetudinum,& privilegiorum dicti Hoſpitalis, etiam ab eodem Clemente prædeceſſore conceſſorũ, etiam præ-

textu juratæ perhorreſcentiæ (dummodo non ex cauſa denegatæ juſtitiæ, aut perperam obſervatorum ſtabilimentorum proceſſiſſent) commiſſas, & in futurum etiam cum ſimilibus derogationibus pariter committendas, ad ſe in terminis, quibus reperirentur, etiam executivis advocaverat, illasq; in eisdem terminis per Magiſtrum ac Conventum præfatos in eorum conſilio ordinario, ſive in generali Capitulo, ut moris erat, & eorum ſtabilimenta ac conſvetudines exigebant, ipſaque privilegia expoſtulabant, cum omnibus & ſingulis illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, tam conjunctim, quam diviſim, etiam ſine aliqua regiſtrorum in hujusmodi cauſis factorum exhibitione & productione cognoſcendas, ſeu reaſſumendas, & fine debito terminandas, prout tunc Magiſtro dicti Hoſpitalis videretur expedire, commiſerat & mandaverat. Inhibens ex tunc Judicibus, & partibus extra Conventum & ſuos Judices contra formam ſtabilimentorum prædictorum litigantibus, ne ex tunc de cœtero in dictis cauſis quomodolibet procedere præſumeret, decreto irritanti, deſuper adjecto.

Et per reliquas ſuas in forma brevis literas, omnes & ſingulas ſpeciales & generales, etiam mentales reſervationes, expectativas, mandata de providendo, conceſſiones, coadjutorias, uniones, etiam perpetuas, nec non alias præventivas gratias, & literas Apoſtolicas ſuper Prioratibus, & caſtellania empoſtæ, bajulivatibus, præceptoriis, rectoriis, domibus, locis & membris ac aliis beneficiis dicti Hoſpitalis quovis modo nuncuparentur, etiam in Caſtellæ & Legionis, ac Valentiæ regnis, ac principatu Catalauniæ, quomodocunq; & qualitercunque, etiam cum quibusvis fortiſſimis & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, irritantibusq; & aliis decretis, ac inhibitionibus quibusvis, etiam non dicti Hoſpitalis perſonis, cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ forent, etiam Cardinalatus honore fulgentibus & functuris, etiam ex quibusvis juſtiſſimis & urgentiſſimis cauſis, quam per Clementem prædeceſſorem, & ſedem præfatos, tam in genere quam in ſpecie conceſſas & conceſſa, & quasvis etiam præventivas & reſtitutorias ac præſervativas clauſulas in ſe continentes, & continentia, eorumque omnium vim & effectum revocaverat, caſſaverat & annulaverat, nulliusque roboris vel momenti fore & eſſe, ac nemini ſuffragari poſſe, neque debere, nec per eas cuiquam in Prioratibus, caſtellania empoſtæ, bajulivatibus, præceptoriis, dignitatibus, domibus, locis & membris, ac aliis beneficiis Hoſpitalis hujusmodi vel ad illa jus acquiri potuiſſe vel poſſe, neque coloratum titulum poſſidendi, ſed illis non obſtantibus magiſtrum & Conventum præfatos conjunctim, vel diviſim, juxta conſvetudines & ſtabilimenta hujusmodi hoſpitalis de caſtellania empoſtæ, bajulivatibus, præceptoriis, domibus locis & membris ac illis beneficiis Hoſpitalis hujusmodi liberè diſponere potuiſſe & poſſe, & ſic judicari debere, ac quicquid ſecus ſuper his attentari contingeret, irritum & inane decreverat.

Similis memoriæ Paulo Papæ III. ſimiliter prædeceſſori noſtro pro parte tunc Magiſtri, ac priorum, bajulivorum, præceptorum, fratrum & militum dicti Hoſpitalis expoſito, quod antea eisdem Magiſtro, prioribus, præceptoribus, & fratribus â dicta ſede conceſſum fuerat, ut in Parochiis & locis, in quibus veteres decimas percipiebant, novalium decimas, pro ea parte, qua veteres percipiebant, ſimiliter perciperent (licet de conceſſione hujusmodi, cum eorum munimenta in prædicta expugnatione periiſſent, ut præfertur, docere non poſſent) præfatus Paulus, prædeceſſor, Magiſtri, Priorum bajulivorum, præceptorum, militum & fratrum prædictorum in ea parte ſupplicationibus inclinatus, conceſſionem, facultatem, caſſationem, revocationem, annulationem, irritationem, reductionem, reſtitutionem, repoſitionem, reintegrationem, commiſſionem, mandatum, liberationem, exemtionem, derogationem, ſtatutum, & alia per Clementem VII. conceſſa & geſta, nec non ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem, approbationem, conceſſionem, aſſignationem, abſolutionem & translationem per Innocentium VIII. ac facultatem, ſeu indultum percipiendi decimas novalium pro ea parte, qua veteres decimas percipiebant, nec non omnia & ſingula tam per præfatos Alexandrum, Gregorium, Bonifacium, Clementem V. Innocentium IV. Calliſtum, Leonem & Clementem VII. quam etiam ſimilis memoriæ Joannem XXII. Martinum V. Alexandrum V. Pium. II. Paulum etiam II. Alexandrum VI. & quoscunq; alios Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, ac Sedem præfatam eisdem Hoſpitali, & illius prioratibus, bajuliviis, præceptoriis, domibus, hoſpitalibus, eccleſiis, capellis, & aliis locis ac membris, nec non pro tempore exiſtentibus

tibus Magiſtro, prioribus, bajulivis, præceptoribus, militibus, fratribus & perſonis, ac eorum vaſallis & ſervitoribus eatenus ſub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis quomodolibet conceſſa, approbata & innovata, ac cum inhibitionibus & decretis, nec non omnibus & ſingulis aliis in eis contentis clauſulis ſingulas prædeceſſorum prædictorum deſuper, tam ſub plumbo, quam in forma Brevis literas confectas ex certa ſcientia, per ſuas ſub plumbo confectas literas approbavit, confirmavit, & innovavit, ac valida & efficacia exiſtere, & perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, ſuosque effectus ſortiri.

Ac etiam quoad poſſeſſiones, terras & bona, quæ per quantumcunque longum tempus (quod nonaginta novem annos, ſeu trium vitam intelligi, ſeu cenſeri debere decrevit, & declaravit) non tamen in perpetuum feudum, ſeu emphyteuſim eatenus conceſſa fuerant, & in futurum concederentur inviolabiliter, ita quod ipſi priores, præceptores & fratres, nec non coloni, arrendatarii & firmarii, pro poſſeſſionibus, terris & bonis etiam ad nonaginta novem annos, ſeu trium vitam, non tamen in perpetuum feudum, ſeu emphyteuſim, ut præfertur, pro tempore conceſſis, nec non ſuis & aliis in illis pro tempore natis, aut naſcituris animalibus, â ſolutione quorumcunque datiorum, ſeu decimarum, vel aliorum onerum, juxta tenorem literarum Clem. VII. prædeceſſoris hujusmodi immunes & excepti perpetuo exiſterent, per quoscunque quavis dignitate & præeminentia præfulgerent, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis in eis contentis perpetuo obſervari. Nec non Magiſtro, prioribus, bajulivis, præceptoribus, militibus, fratribus perſonis, vaſallis, ſubditis & ſervitoribus præfatis ſuffragari debere decrevit, omnes & ſingulos juris & facti defectus, ſi qui forſan intervenerant in eisdem, ſupplevit, ac præmiſſa omnia & ſingula, prout per ſingulos prædeceſſores & ſedem præfatos decreta, conceſſa, prohibita, ſtatuta, ordinata, innovata & geſta fuerant, in omnibus & per omnia perpetuo conceſſit, decrevit, prohibuit, ſtatuit, ordinavit & fecit.

Illaque etiam ad hoc, ut Magiſter & ſinguli priores, bajulivi, præceptores, milites & fratres Hoſpitalis hujusmodi pro eorum libito voluntatis Parochiales, ac etiam ſine cura eccleſias, vel earum vicarias, ſeu capellanias, perpetuas, aut capellas, vel altaria, ſeu alia beneficia ſimplicia ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, ratione prioratuum, bajuliviarum, præceptoriarum, etiam cameralium magiſtralium nuncupatarum, hoſpitalium, domorum, & aliorum beneficiorum dicti Hoſpitalis, per eos pro tempore, obtentorum de jure ſtatuto, conſvetudine, fundatione aut privilegio, vel alias quomodolibet ſpectantia & pertinentia, & ab ipſis bajuliviis, præceptoriis, domibus, hoſpitalibus & aliis beneficiis dependentia, ſeu illis annexa, quæ dudum fratribus, ſaltem capellanis ejusdem Hoſpitalis, & ab eisdem Magiſtro, prioribus, bajulivis, ac præceptoribus, & aliis prædictis conferebantur, à longo tamen & forſan longiſſimo tempore citra, de cujus initio memoria hominū forſan non exiſtebat, per ipſos Magiſtrum, priores, bajulivos, præceptores, milites & fratres, per abuſum, aut ex defectu fratrum capellanorum, vel aliarum perſonarum ejusdem Hoſpitalis ad id idonearum, clericis ſeu Presbyteris ſecularibus collata, aut conferri, & per ipſos Presbyteros, vel Clericos ſeculares obtineri ſolita, etiam fratribus Hoſpitalis hujusmodi, præſertim capellanis nuncupatis, qui, ut aſſerebatur â Presbyteris, ſeu Clericis, niſi quoad geſtationem crucis, vel habitus dicti Hoſpitalis ad pectus non differebant, imo privilegiis Clericorum Secularium, juxta forſan eorum privilegia, & conſvetudines gaudere ſolebant, ſi ad id alias idonei & habiles reperirentur, conferre, ac alias de illis providere & diſponere, ipſique fratres, quibus beneficia hujusmodi conferri contingeret, illa ſi ſibi alias canonicè conferrentur, aut ipſi eligerentur, præſentarentur, vel alias aſſumerentur ad illa, & inſtituerentur in illis, recipere & in titulum etiam quoad viverent retinere reſpectivè, libere & licitè valerent, extendit & ampliavit, eisque conceſſit, & pariter indulſit, ac cum eis ſuper hoc legitimè diſpenſavit. Nec non Magiſtrum, priores, bajulivos, præceptores, milites, fratres, perſonas, vaſallos, ſubditos & ſervitores prædictos illis omnibus, juxta illorum continentiam, & tenorem perpetuo uti, potiri, frui & gaudere, liberè & licitè poſſe decrevit, prout in ſingulis literis prædeceſſorū hujusmodi pleniꝰ continetur.

Nos igitur cupientes, ut Religio Hoſpitalis hujusmodi, cujus fratres nullis parcendo periculis, contra piratas, turcas, & alios Chriſti nominis hoſtes dimicare, ac pro ſalute Chriſtiana honeſtam mortem oppetere non ceſſant, & quaverſum claſſis

Chri-

Chriſtianorum in infideles dirigitur, vocati ſe illius adjungunt, primosque congreſſus fortiter ſuſtinent, ſicuti noviſſime in expugnatione terræ Africæ priſcam virtutem oſtendentes, omnium primi illius muros conſcenderunt, ſalubriter dirigatur & amplietur, dilectos filios Joannem de Valeta, modernum Magiſtrum, ac priores, bajulivos, præceptores, milites, fratres & perſonas Hoſpitalis hujusmodi, ac eorum ſingulos â quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, â jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad Joannis de Valeta, Magiſtri, aut bajulivorum, priorum, præceptorum miſitum, fratrum vel Perſonarum prædictarum, ſeu aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; ſtatuta ordinationes, declarationes, revocationes, caſſationes, irritationes, voluntates, monitiones, requiſitiones promulgationes, ſuppreſſiones, extinctiones, uniones, incorporationes, conceſſiones, etiam facultatum aſſignationes, decreta, annullationes, advocationes, remiſſiones, inhibitiones, injunctionem, moderationem, repetitionem, renovationem, approbationem, confirmationes, ſuppletiones, reſtitutionem, repoſitionem, commiſſionem, mandatum, ſuſceptionem, liberationem exemptionem, ſubjectionem, prohibitionem, extenſionem, ampliationem, indultum & diſpenſationem Martini, Sixti, Innocentii, Julii, Leonis, Clementis, & Pauli Prædeceſſorum hujusmodi, nec non omnia & ſingula privilegia, jurisdictiones, facultates, immunitates, conceſſiones, indulgentias, libertates, prærogativas, exemptiones, gratias, favores & indulta Hoſpitali, bajuliviis, prioratibus, caſtellaniæ, præceptoriis, domibus, conventibus, ſeu Monaſteriis, Eccleſiis, capellis, locis & membris, nec non pro tempore exiſtentibus Magiſtro, bajulivis, prioribus, caſtellano, præceptoribus, militibus, fratribus, & perſonis, ac eorum vaſallis, ſubditis & ſervitoribus, per prædictos, & alios quocunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem prædictam ſub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis hactenus quomodolibet conceſſa, approbata, & innovata, nec non cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, ſingulas eorundem prædeceſſorum, tam ſub plumbo, quàm in forma Brevis literas, prout per anteceſſores noſtros Leonem X. Clementem VII. & Paulum III. conceſſa, confirmata & approbata fuerunt, & conſtitutionem eorum nuncupatam in noviſſime celebrata curia Regum Aragonum, ut accepimus, editam, qua inter alia caveri dicitur expreſſè, quod pro evitandis litibus & diſcordiis, quæ ſæpius in præceptoriis dicti Hoſpitalis ſuſcitari ſolent, in præceptoriis & beneficiis hoſpitalis hujusmodi ad manus judicum ad id competentium apprehenſis, in tenuta & poſſeſſoriis, ac aliis articulis & proceſſibus, qui coram judicibus ſecularibus tractari poſſunt, illi obtinere debeant, qui per Magiſtrum & Conventum Hoſpitalis hujusmodi proviſi, eorum bullas, & executoriales regias habuerint & reportaverint, juxta literarum ipſius Joannis prædeceſſoris continentiam & tenorem,

Et inſuper omnia & ſingula ſtabilimenta, ordinationes & decreta in capitulo generali noviſſimè celebrato edita, præſertim de feſtis Apoſtolorum duplici officio celebrandis, & reſponſione, ac novis impoſitionibus, juxta formam ſtabilimentorum, & privilegiorum eorundum factis, ſuper prioratibus, ac aliis beneficiis & locis dicti Hoſpitalis, ad ſublevandum illius onera. Et de illegitimis in fratres milites ejusdem Hoſpitalis neutiquam cooptandis, niſi ex Comitum, aut ſuperiorum genere, nec etiam illis, niſi à patre, avo & proavo paterno per ſeriem illuſtribus prognatis. Nec non diviſiones animalium, quæ in præceptoriis decedentium præceptorum reperiuntur, pro una præceptoriis ipſis, & pro alia medietatibus, vel etiam aliquando in totum ærario publico in certos caſus applicandis. Ac pœna in non ſolventes reſponſiones, & impoſitiones ærario. Nec non commutatione ſolutionis jurium, ratione mortuariorum, & vacantium. Et dilatione diviſionis bonorum & ſpoliorum, mortuo Magiſtro præfato. Et annumeratione certarum Præceptoriarum, quæ Magiſtratui ſunt perpetuo unitæ. Ac forma licentiarum exercendi Militiam ſecularem per fratres cum pœnis in contra facientes. Et proviſione adverſus malos adminiſtratores bonorum. Nec non acceptatione adminiſtrationis communis ærarii per Magiſtrum præfatum fa-

ctam ad requiſitionem ſexdecim Capitularium, & reliqua, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, confirmamus & innovamus.

Ac ad Hoſpitale prædictum ad præſens in Meliten. & non in Rhodi inſula conſiſtens, illiusque Magiſtrum, bajulivos, priores, præceptores, fratres & perſonas, ac alia infra ſcripta extendimus & ampliamus, eaque omnia valida & efficacia exiſtere, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, ſuosque effectus ſortiri, ac ab omnibus, quavis dignitate & præeminentia fulgeant, etiam ſub ſententiis cenſuris & pœnis in eis contentis perpetuo inviolabiliter obſervari decernimus.

Nec non cauſas ſub literis Martini & Clementis prædeceſſorum hujusmodi comprehenſas, ac omnes ac ſingulas lites, & querelas, ſive in dicta Curia, tam in Auditorio noſtro, quam per commiſſiones, ſive extra eam ſuper quibusvis dicti Hoſpitalis beneficiis ac bonis & pecuniis theſauri, & fratrum quorumcunque, ſeu ſuper eorundem delictis, etiamſi ex adverſo aliqui Clerici ſeculares vel regulares, aut Laici exiſterent, & activè ſeu paſſivè juxta alias formas ſtabilimentorum & privilegiorum prædictorum in dictis cauſis quomodolibet, & in quacunque inſtantia interveniſſent, hactenus motas, in quibus tamen non concluſum ſit, & in futurum quovis prætextu movendas, in quibusvis inſtantiis pendentes, quarum ſtatus, & merita etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ad nos advocamus, ac illas eisdem Magiſtro & Conventui per eos juxta formam dictorum ſtabilimentorum, & laudabilium conſvetudinum prædictorum in ſtatu debito reaſſumendas, & decidendas committimus, eosque quorum intererit citandi, &, quoties opus fuerit, inhibendi, etiam ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, tam in curia prædicta, quam extra eam, facultatem concedimus. Nec non illorum ſententias, & rem judicatam per Priorem Eccleſiæ dicti Conventus, etiam ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis contra condemnatos, etiam in Curia prædicta, tam realiter, quam perſonaliter exequi mandamus, ita, quod alii, quam in dicto Hoſpitali, aut extra illud ex Magiſtri & Conventus commiſſione, juxta ſtabilimenta, & uſus hujusmodi cognoſci & terminari nequeant.

Nec â ſententiis per Judices dicti Hoſpitalis pro tempore latis, ad alium quàm Magiſtrum & Conventum prædictos, ſeu judices ab eis deputatos in quavis inſtantia, neque â ſententiis per ipſum Magiſtrum & Conventum latis, aliò quàm ad ipſum generale Capitulum, ſive per ipſius Hoſpitalis fratres, ſive per ipſos ſubditos & vaſallos quoquo modo appellari poſſit, imo usque ad tertiam ſententiam in eodem Conventu procedere teneantur.

Et ſimiliter, quod omnes ſententiæ per eosdem magiſtrum & Conventum latæ, omnes item commiſſiones, citationes, collationes, bullæ, & omnia denique eorundem reſcripta ad omnes ſuæ jurisdictioni ſubditos ac reliquos etiam, quorum intererit cauſas, lites, ſeu querelas coram ipſis pertractari directa exequi, & â nullis locorum, & terarum dominis, etiam Ducali, aut Regali dignitate fulgentibus aliqua ratione expectandi conſenſus, ſeu alio quovis quæſito colore in eorundem executione impediri poſſint, ſervato tamen in eis exequendis Dat. Ordine, ita quod eorum ultima primis anteferri nequeant.

Ac quod contra Clericos ſeculares, ſeu Laicos, prioratus, bajulivias, præceptorias, domos, & alia beneficia Hoſpitalis hujusmodi occupantes, ſeu illi, aut ejus communi theſauro, ſeu fratribus occaſione reſponſionum annuarum, vacantium, mortuariorū, annatarum, paſſagiorum, arrerag. orum, ſeu alias quomodolibet debentes, ſive agant, ſive conveniantur, etiam in quavis inſtant. ad cauſam veniant, Magiſter & Conventus præfati, modo, & forma, quibus contra ipſius Hoſpitalis fratres procedi conſvevit, liberè procedere, & eos prioratibus, bajuliviis, præceptoriis, domibus, & aliis beneficiis hujusmodi juxta aliàs formam privilegiorum prædictorum privare valeant, concedimus & indulgemus.

Nec non perſonas in dignitate eccleſiaſtica ubilibet conſtitutas, & quoscunque locorum Ordinarios, ac eorum Vicarios & officiales, nec non Canonicos Metropolitan. & Cathedralium, aliarumque, Eccleſiarum Prælatos, & Rectores per eosdem bajulivos, priores, præceptores & fratres, ac eorum ſingulos pro tempore eligendos in Conſervatores, qui quamdiu exercuerint dictum officium, â nemine, quo minus illud exerceant, ſub aliquo prætextu impediri, vel moleſtari poſſint, deputamus. Ita quod ipſi ſic electi, ſub pœna excommunicationis latæ

ſen, Zehenden, Gülden, Zöllen, Meutenn, vnd ſonſten allen andern Nutzungen, Früchten, Rechten, Gerechtigkeiten und Zuegehörten, zu recht behafften und verfangen Underpfandten, hiemit einſetzen und verpfändten die auch wir, unſere Erben und Nachkommen hinführo dermaſſen haldten und unbeſchwerdt laſſen, und weiter nicht verändern oder verſetzen ſollen, daß Ihnen hierahn ſchaden bringen möchte beſonder ob dieſe Underpfand in ainiger Weege mit Beſchwerdten behafft und verkehrt würde, daß Sie zu Vertülgung dieſes Zinß Hauptguets, und was dieſer Brieff ausweiſet, ungnuegſam, oder ob wir, unſere Erben und Nachkommen den vorgemeldten Jährlichen Zinß vorgeſchriebener Maßen nit bezahlen, oder ſonſten in andere Weg was dieſer Brieff ausweiſt und vermag ſäumig ſeyn würden, ſo ſollen und mögen alsdann mehrgemeldter Meiſter St. Johann-Ordens, ſeine Nachkommen und ſonderlich das Ordens-Haus Kentzingen, oder wer deßhalb von Ihrentwegen Befelch hat, alſo auch zugleich umb das Hauptgueth, ſo bey der Wiederbezahlung Mangel und Abgang darahn erſcheinen würden, obberührt vnſer Saltz-Meyer-Ambt vnd Saltz-Staigerung ſambt derſelben Einkommen, Nutzungen und Gefällen oder ander vnſerer Tyroliſchen Cammer und derſelben Ober- und Vorder-Oeſterreichiſchen Grafſchafften, Herrſchafften und Landſchafften incorporirte Ambter mit geiſtlichen oder weltlichen Gerichten, oder ohne Recht, alß ihr recht verfangen und geheiſſen Underpfand, darumben mit, oder ohne Recht angreiffen, verkauffen, verganten, zu Ihren Handen und Gewalt einziehen, nutzen, nießen und damit Ihres Gefallens Nutz vnnd Notturfft nach handeln, alles immer ſo lang, öfft, viel und genueg, biß gedachten Meiſter St. Johann-Ordens, allen ſeinen Nachkommen, und ſonderlichen dem Ordens-Hauſe zu Kintzingen, Hauptgueth und verfallner außſtändiger Zinß auch Koſten und Schaden, wie und waß Geſtalt die darüber gangen, ein gantz völliges guetes Vermögen, wiederfahren und beſchehen iſt, ohne vnſer vnſerer Erben und Nachkommen und ſonſten menniglichs Irrung, Eintrag und Verhinderung vor dem allem und ieden wie obegl. uns vnſer Erben und Nachkommen, dergleichen die Unterpfandte und alle andere vnſere Haab und Güeter nicht frieden, freyen, ſchützen, ſchirmen noch behelffen ſolle, noch mag, kein vorgehende Laiſtung noch Verſchreibung auch kein Päbſtliche, Käyſerliche, Königliche, noch andere geiſtlicher oder weltlicher Obrigkeiten, noch vnſer ſelbs habender Freyheiten, Gnad, Geleidt, Verainigung, Bündtnüß, Geſetz, Gericht, Gebott, Verbott, auch weder geiſtlich, noch weltlich Recht und ſonſt gantz kein Fund, Fürzug, noch Beſchirmung Vnſer ſelbſt noch vnſer Obrigkeit, noch anders, ſo zu Wiederſtand dieſer Verſchreibung und Ihres Inhalts erdacht, erlangt, gebraucht oder ſonſt von ainigerley Obrigkeit, geiſtlicher oder weltlicher ausbracht werden mögten; Dann wir vnß für vnß, Vnſere Erben und Nachkommen deßen auch aller und ieder Gnaden, Beneficien der Guadt und rechtlichen Behelff, die vns von rechts wegen gebühren mögen, und zu gueten geſetzt, geordnet und gegeben ſein, hiemit gantz verziegen und begeben, auch allen und ieden Inhalt und Mainung dieß Brieffs wahr, veſt und ſtett zu halten, zugedulden und zu vollführen, darzue berührts Kauffs ihre rechte Tröſter und Gewehren zue ſein, für allen Abgang und Eintrag menniglichs bey vnſern wahren Fürſtlichen Worten verhaißen, zugeſagt und verſprochen haben, und thuen daß für vnß vnßere Erben und Nachkommen, doch behalten wir uns bevor, daß wir hinführo, welches Jahrs, und zu welcher Zeit im Jahre wir wöllen ſolchen Jährlichen Zinß, die ſechszig Gulden ſamenthafft mit zwölffhundert Gulden Haupt-Guets alleweg mit verglr. gueter genehmer unverruffter Reichs- und Müntzwehrung von vorgenanten Meiſter Johanniter-Ordens ſeinen Nachkommen und dem Ordens-Hauß zue Kentzingen wohl wieder kauffen und an vns löſen doch mit ergangenem Zinß, ſo viel ſich der biß auff den Tag der Ablöſung nach Marzahl verloffen hat, auch ſonſt mit ſambt allen andern außſtändigen Zünßen, Koſten und Schaden, doch ſo wir alſo löſen wollen, ſollen wir, ihnen daſſelbig ein halb Jahr zuvor verkünden und die Löſung thun und zu ihren ſicheren Händen und Gewalt, inmaßen obenvom Zinß zu richten begriffen ſtehet, ſonſt noch anders ſollen ſie vnß die Loſung zugeſtatten nit ſchuldig ſein, und alles zu wahrem Vhrkund, ſo haben wir vnſer Inſigel hierahn hencken laſſen, alles gnediglich und ohne Gefehrde, mit Vhrkund dieſes Brieffs, geben ahn St. Catharinä Tag, daß iſt der fünff und zwantzigiſt Tag Monats Novembris nach Chriſti vnſers lieben Herren und Seeligmachers Geburth, im funffzehenhundert und ſieben und ſechzigſten Jahre.

Ferdinandt mp.

Ad Mandatum Sereniſſ. Dni. Archiducis proprium,
Gebrg Fuger,
L. Fuchs Spennpaeer.

XLV.

Pabſts Pii V. Confirmation des von ſeinen Vorfahren dem Johanniter-Orden ertheilten Privilegii, daß ſelbiger von aller Bezahlung der Zehenden und anderer Beſchwerungen frey ſeyn ſolle, de Anno 1568.

PIUS, PAPA QVINTUS,
Ad futuram rei memoriam.

ETſi cuncta, quæ ex multa Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum providentia, in favorem militiarum quarumlibet in fidei catholicæ defenſionem ſalubriter inſtitutarum proceſſerunt, executioni debitæ demandanda eſſe cenſemus, illa tamen præcipue, quæ ad illarum ſtatum proſpere dirigendum per eosdem Romanos pontifices prudenter conceſſa comperimus, ut illibata firmaque perpetuo ſubſiſtant, libenter approbationis noſtræ munimine roboramus.

Cum itaque, ſicut accepimus, licet alias felicis recordationis, Leo decimus Clemens Septimus, Paulus Tertius, & Pius quartus, Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, inter alia privilegia & indulta dilectis filiis, Magiſtro & Conventui Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani â Sede Apoſtolica conceſſa, eundem & pro tempore exiſtentem magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Priores, Præceptores, Milites aliasque perſonas Hoſpitalis hujusmodi, nec non eorum ſubditos, vaſallos, colonos, & Servitores, ac alios in eorum obſequiis, & dicti Hoſpitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis exiſtentes, etiam Presbyteros curam animarum exercentes, quamdiu illam exercerent, & in illorum obſequiis forent, illorumq; animalia, prædia, domos, molendaria, & bona quæcunque, quæ obtinebant, ac in poſterum obtinerent & poſſiderent, â ſolutione & exactione decimarum, cenſuum, jurium etiam Synodalium & canonicarum portionum, ſeu charitativi ſubſidii, aut jucundi adventus, ſeu quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcunque onerum, ſub certis modo & forma exemerint & liberaverint, & prout in diverſis ipſorum prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur.

Et licet privilegia, exemptiones, libertates, & indulta præfata, ſi unquam â primæva erectione dicti Hoſpitalis, nunc præcipue favore & complemento digna ſint, cum ipſi pro fide Catholica defendenda non modo facultates & fortunas, verum etiam eorum vitam & ſangvinem perdere non dubitaverint: nihilominus diverſi locorum Ordinarii, & Parochialium Eccleſiarum Rectores, ac multæ capitulares perſonæ id ſibi omnino, juxta ſacri Concilii Tridentini decreta licere aſſerentes, eosdem Magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Priores, Præceptores, Milites, & perſonas diverſis oneribus contra eorum privilegia pergravare, illosque ad decimas, cenſus, ſubſidia etiam charitativa, congruas portiones, jucundum adventum, paſtor bonus, aut aliàs nuncupata onera, etiam jura Synodalia cogere præſumunt, in grave ipſius Hoſpitalis detrimentum & gravamen.

Nosque attendentes, quod nuper inter alia Mendicantium ordinum fratribus conceſſa privilegia, eos & eorum quemlibet, tam â Seminarii Clericorum in qualibet civitate, juxta ejusdem concilii Tridentini decreta erecti, ſeu erigendi, quam decimarum, ſubſidii, & aliorum onerum contributione totaliter exemiſſe & liberaſſe, præfatosque Magiſtrum, Bajulivos, Priores, Caſtellanum Empoſtæ, Præceptores, Milites, fratres & perſonas non minus dignos eſſe, ut eos paribus favoribus & gratiis proſequamur, illosque & eorum ſingulos ac ſingulares dicti Hoſpitalis perſonas â quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis â jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non omnium & ſingulorum privilegiorum, indultorum, facultatum, exemtionum, immunitatum, libertatum & gratiarum per præfatos, & alios quoscunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam Hoſpitali, illiusque Magiſtro, Conventui & Fratribus, Militibus, aliisque quibus-

vis perſonis præfatis hactenus conceſſorum, ac literarum deſuper confectarum, tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad Magiſtri & Conventus Hoſpitalis hujusmodi, aut alicujus alterius ſuper hoc pro eis nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalitate, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula privilegia, indulta, facultates, exemtiones, immunitates, libertates, & alias gratias, eisdem Magiſtro & Conventui quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus & approbamus, illisque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerit, in eisdem ſupplemus.

Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod locorum Ordinarii vocati non fuerint, notari, impugnari, vel invalidari minimè poſſe, minusque ſub quibuscunque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, reſtrictionibus & derogationibus comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas. & plenarie reintegratas eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri. Et ita per quoſcunque Judices & Commiſſarios quavis autoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & autoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam qvavis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca dilectis filiis in Regnis Hiſpaniarum, & Neapolitano noſtris & ſedis Apoſtolicæ pro tempore exiſtentibus nuntiis, aut Curiæ earum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magiſtri & Conventus fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eosdem magiſtrum & Conventum confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, decreto, & aliis præmiſſis pacifice uti, frui & gaudere, non permittentes eos per Ordinarios præfatos, aut quoscunque alios contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras & pœnas hujusmodi incuriſſe declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando, & interdictum eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſeculari.

Non obſtante piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas, auctoritate præſentium ad judicium non extrahatur, ac aliis quibusvis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis Specialibus, vel generalibus, conſtitutionibus & ordinationibus, nec non juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſvetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibusvis perſonis, etiam præfatis locorum Ordinariis, ſub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam Motu & ſcientia ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorum conſilio in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis & innovatis, quibus omnibus, etiam, ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Volumus autem, quod præſentes literæ non

non comprehendant neque eccleſias neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilii Trident. hujusmodi omnino ſervari debeant.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 19. Novemb. 1568. Pontificatus noſtri anno tertio.

XLVI.

Pabſts Gregorii XIII. Declaration einiger Statuten und Privilegien des Johanniter-Ordens, auch reſpective Confirmation der Befreyung von allen Zehenden und andern Beſchwerden, de Anno 1580.

GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

QVo magis ac firmius Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani Ordini, ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, & nobis acceptiſſimo, ac de Chriſtiano nomine, fideique Catholicæ defenſione optime merito, illiusque Magno Magiſtro, Præceptoribus & Commendatariis hactenus per Sedem Apoſtolicam conceſſa privilegia præſerventur, quo eundem Ordinem complectimur, æqvum eſt providere.

Dudum ſiquidem fel. rec. Pius PP. IV. prædeceſſor noſter, dum favore ejusdem Hoſpitalis & Religionis privilegia eidem antea conceſſa confirmavit atque approbavit, vel etiam ampliavit, animadvertens piæ mem. Clem. PP. VII. etiam prædeceſſ. noſtrum ſtatuiſſe, quod omnes & ſinguli Bajulivarum, Prioratuum, Præceptoriarum, domorum & beneficiorum in vim collationum eis factarum poſſeſſores, ſeculares, aut alte ius Ordini regulares, ſeu penſiones ſuper illorum fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi eatenus etiam per ſedem eandem reſervatas percipientes, illas & illa infra ſex menſes à die intimationis dictarum literarum in manibus Magiſtri & Conventus prædictorum juxta formam ſtabilimentorum dictæ Religionis dimittere & transferre, ſeu illarum caſſationi conſentire tenerentur, alioquin beneficia & penſiones hujusmodi, niſi illa poſſidentes, & illas percipientes infra dictum tempus habitum ſuſciperent, & profeſſionem regularem ipſius Religionis emitterent, lapſis menſibus ipſis vacarent, ac caſſæ & extinctæ eſſent, & eſſe cenſerentur eo ipſo.

Ac deinde recol. mem. Paulum Papam III. etiam prædeceſſorem noſtrum, ut Magiſter, & ſinguli Priores, Bajulivi, Præceptores, Milites, & Fratres Hoſpitalis hujusmodi pro eorum libito parochiales, ac etiam ſine cura eccleſias, ſeu earum Vicarias, ſeu Capellanias perpetuas, aut Capellas, vel Altaria, ſeu alia beneficia ſimplicia ad eorum collationem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, ratione Prioratuum, Bajuliviarum, Præceptoriarum, etiam Camerarum magiſtralium nuncupatarum, hoſpitalium, domorum & aliorum beneficiorum dicti Hoſpitalis per eos pro tempore obtentorum de jure, ſtatuto, conſvetudine, fundatione, aut privilegio, vel alias quomodolibet ſpectantia & pertinentia, ab ipſis Bajuliviis, Præceptoriis, domibus, hoſpitalibus & aliis beneficiis dependen. ſeu illis annexa, quæ dudum forſan fratribus ſaltem Capellanis ejusdem Hoſpitalis, & ab eisdem magiſtro, Prioribus, Bajulivis ac Præceptoribus, & aliis prædictis conſerebantur, à longo tamen & forſan longiſſimo tempore citra, de cujus initio memoria hominum forſan non exiſtebat, per ipſos Magiſtrum, Priores, Bajulivos, Præceptores, Milites & Fratres, per abuſum, aut ex defectu hujusmodi Capellanorum, vel aliarum perſonarum ejusdem hoſpitalis ad id idonearum Clericis, ſeu presbyteris ſecularibus collata, aut conferri, & per ipſos presbyteros, vel Clericos ſeculares obtineri ſolita, etiam fratribus hujusmodi, præſertim Capellanis nuncupatis, qui, ut aſſeritur, à presbyteris, ſeu Clericis, niſi quoad geſtationem Crucis, vel habitus dicti hoſpitalis ad pectus, non differebant, imo privilegiis Clericorum ſecularium, juxta forſan eorum Privilegia & conſvetudines gaudere ſolebant, ſi ad id alias idonei & habiles reperirentur, conferre, ac alias de illis providere, & diſponere, ipſique fratres, quibus beneficia hujusmodi conferri contigerit, illa ſi ſibi alias canonice conferrentur, aut ipſi eligerentur, præſentarentur, vel alias aſſumerentur ad illa, & inſtituerentur in eis, recipere, & in titulum, etiam quoad viverent, retinere, reſpective, libere & licite valerent, ſtatuta & ordinationes extendiſſe & ampliaſſe, eisque deſuper indulſiſſe.

Idem Pius IV. conceſſiones & privilegia dictorum prædeceſſorum confirmans, ipſos

Magi-

ſtrum & Conventum, nec non priorem eccleſiæ, aliosque Priores & Præceptores intra limites ſuarum jurisdictionum & adminiſtrationum veros ordinarios, juxta formam ſuorum ſtabilimentorum & Privilegiorum exiſtere, & eſſe cenſeri decrevit, ac beneficia Eccleſiaſtica ad præſentationem, ſeu collationem Bajulivorum, Priorum & Præceptorum hoſpitalis hujusmodi ſuffragari debere, ita quod presbyteri ſeculares illa tunc temporis in Commendam, ſeu alias quomodolibet obtinen. Commendæ hujusmodi cedere, aut illa alias dimittere non poſſent, niſi de conſenſu eorum, ad quos præſentatio, ſeu collatio ſpectaret, & in favorem dicti hoſpitalis, ſeu perſonarum, quæ habitum per fratres Capellanos ejusdem hoſpitalis deferri ſolicum ſuſciperent, & profeſſionem per eos emitti ſolitam emitterent, nec illa deinceps ipſi, niſi infra ſex menſes à die intimationis habitum ipſius Religionis ſuſcepiſſent, & regularem profeſſionem infra alios ſex menſes emiſiſſent, poſſidere poſſent, & ſi ſecus fieret, aut ceſſionem, ſeu reſignationem hujusmodi, aut de d. Ordinis beneficiis etiam in manibus ſuis in futurum fieri contigerit, hujusmodi ceſſiones, reſignationes & proviſiones nullius eſſent roboris, vel momenti, niſi in illis expreſſe diceretur, & de Conſenſu Magni Magiſtri, & de illis juxta formam privilegiorum dictæ Religionis provideretur.

Inter ſtatuta etiam ejusdem religionis per ſimilis mem, Paul. PP. III. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum approbata & confirmata, ita cautum reperitur, Priores in ſuis Cameris, Prioratibus, Bajulivi & Commendatarii in ſuis Commendis habeant proviſionem, vel præſentationem beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura animarum, vel ſine, à ſuis commendis dependentes, niſi id privilegio, vel conſvetudine ad alios pertineat. Item frater Claudius de la Sengle, Magiſter, ſtatuit, ut omnia beneficia eccleſiaſtica ejusdem Ordinis, quorum Collatio aut præſentatio ad dictum Ordinem pertinet, nullis conferrentur, aut nulli ad ea præſentarentur, niſi eſſent Fratres ipſum Ordinem expreſſe profeſſi, & alias prout in ejusdem Pii IV. prædeceſſoris præfati literis ac ſtatutis & ſtabilimentis, vel privilegiis dicti hoſpitalis plenius continetur. Quæ omnia cum diſpoſitione juris communis maxime congruunt, tum autoritate ſacroſancti Conc. Trid. nituntur.

Verum cum, ſicut accepimus, Clerici ſeculares, Poſſeſſores, cum cura & ſine cura beneficiorum eorundem ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Priorum, Bajulivorum, Commendatariorum & Poſſeſſorum aliorum dictæ religionis bonorum, jure eorundem Prioratuum, Bajulivatuum, Commendarum & aliorum bonorum ejusdem religionis habitum ſuſcipere, & profeſſionem regularem, prout in eadem religione conſvevit, emittere negligant, ac recuſent, in ſtatutorum ejusdem religionis contemptum, ac Juris communis diſpoſitioni, & Concilii præfati decreti, privilegiisque ab hac Sancta ſede Apoſtolica, ut præmittitur conceſſis contraveniendo, ac prætendant ejusdem Pii IV. prædeceſſoris noſtri mentis & intentionis non fuiſſe ad habitus ſuſceptionem, & profeſſionis emiſſionem eos teneri, qui poſt ab eodem prædeceſſore obtentam privilegiorum confirmationem & ampliationem, de iisdem, ſive ſimilibus beneficiis conceſſiones fieri, quomodocunque obtinuerunt, cum de illis, qui tunc temporis in Commendam, ſeu alias obtinerent, eundem Pium IV. prædeceſſorem ſub iſto verbo ad præſens ſtatuiſſe duntaxat prætendatur. Allegantes, quod Commendæ, proviſiones, ſive alias quomodocunque conceſſiones de ſimilibus beneficiis eisdem factæ poſt datam ejusdem Pii IV. prædeceſſoris literarum, ſive mentio fiat, ſive reticeatur, beneficia eſſe dictæ Religionis ſunt loco abſolutionis, ac derogationis tacitæ, ſtatutorum & Privilegiorum ejusdem ordinis, ita ut ad ſuſcipiendum illius habitum, ac profeſſionem emittendam minime teneantur, cum ſuſceptio habitus, & profeſſio ab eis emittenda ex ipſarum literarum ſerie expreſſe injunctæ fuiſſe non appareant, ex quibus eidem Ordini, illiusque Magiſtro, Prioribus Bajulivis, & Commendatariis maxima in dies exoriuntur incommoda, atque perturbationes, præſertim dum eorundem beneficiorum ſtatus ponitur in incerto.

Quare Nos, ut par eſt debito paſtoralis officii, omnium Chriſti fidelium, præſertim vero ejusdem Ord. præfatarum regularium perſonarum pro Jeſu Chriſti nomine, ac Catholicæ fidei tuitione ad interitum usque jugiter laborantium commodis & indemnitati, quantum in nobis eſt proſpicere, cupientes ſimulque de communi ejusd. Ord. ac religionis bono vehementer ſolliciti, ne quid ei indebite detrahatur, ſacrorum Canonum ac Decretorum dicti concilii, eorundemque ſta-

ſtatutorum & privilegiorum auctoritati, & tenoribus innitentes, eademque privilegia, ſtatuta & ordinationes, ac dictorum prædeceſſorum noſtrorum literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illaque omnia approbantes & confirmantes, præſentisque noſtri ſcripti patrocinio communientes, ac rata & grata habentes, ac quatenus opus ſit, innovantes & de novo concedentes.

Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate præſentium declaramus, nunquam intentionis prædeceſſorum noſtrorum, vel noſtræ fuiſſe, in proviſionibus ſive Commendis, aut quibusvis aliis conceſſionibus beneficiorum Ordinis & Religionis hujusmodi, ſive illa curata, ſive ſine cura ſint, per eosdem prædeceſſores noſtros, vel per nos & eandem ſedem forſan etiam cum ſimplici derogatione privilegiorum, & ſtabilimentorum religionis prædictæ, non tamen ſpeciali de non ſuſcipiendo habitum, & non emittendo profeſſionem mentione, ſeu per Magiſtrum, Conventum, Priores, Bajulivos ac Commendatarios, vel alios quibuscunque perſonis, cujuscunque ſtatus & dignitatis, factis & conceſſis, tacite illos abſolvendi, quo minus, juxta ejusdem Ordinis ſtatuta & privilegia infra tempus præfixum habitum ſuſcipere, & profeſſionem per Fratres ejusdem Ordinis emitti ſolitam, emittere debeant regularem, etiamſi hoc explicitè in eorundem prædeceſſorum, aut noſtris literis adjectum, vel injunctum his ad quorum favorem, hujusmodi beneficia conceſſa extiterint, nequaquam fuerit.

Ac quo noſtra hæc intentio ſingulis apertius innoteſcat, ſtatuimus, ut omnes & ſinguli, qui vel per Sedem præfatam, vel per Nos, aut Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros etiam cum ſimplici derogatione privilegiorum, ſeu per Priores, Bajulivos & Commendatarios fuerunt de beneficiis hujusmodi proviſi, ſive hi, quibus eadem commendata, aut quomodolibet conceſſa extiterunt, etiamſi ſuper his in Curia, vel extra, aliqua lis pendeat, ac de eisdem in poſterum futuris perpetuis temporibus providebuntur, aut demum, quibus eadem commendabuntur, vel concedentur, etiam per Sedem Apoſtolicam, ſi poſt ſex menſes à die, quo id eis legitime indictum, atque denuntiatum fuerit, illico numerandos, profeſſionem non emiſerint, & habitum non ſuſceperint Ordinis prædicti, absque alia deſuper facienda declaratione & citatione, omni & quocunque jure in dictis beneficiis vel ad illa competente, careant eo ipſo, ipſique, tanquam illiciti detentores & occupatores, & intruſi ab iisdem amoveantur, deque illis tanquam de jure atque de facto vacantibus, Magiſtrum ac Conventum, Priores, Bajulivos, Commendatarios & alios, ad quos ſpectat, liberè providere, ac illis juxta Magiſtri & Religionis præfatæ ſtabilimenta & conſvetudines exequi poſſe, eorundemque poſſeſſores ab eorundem beneficiorum poſſeſſione, vel potius detentione & occupatione amovendos eſſe, prout Nos indictum caſum & eventum amovemus, ac regulis de annali & triennali poſſeſſore & aliis privilegiis, remediisque quibuscunque, etiam in Corpore Juris clauſis, quibus diutini beneficiorum poſſeſſores utuntur, potiuntur & gaudent, uti, potiri & gaudere non poſſe, quavis etiam longiſſimi temporis præſcriptione minime obſtante, verum eosdem pro amotis & expulſis habendos eſſe & cenſeri, amotisque & expulſis actionem ſpolii, nec unde vi, vel aliud quodvis remedium poſſeſſorium, ſive petitorium competere, ſeu deſuper propterea agere non valere.

Et quo facilius, ſi qui ad præſens reperiuntur quomodolibet proviſi de beneficiis à Prioratibus, Bajulivatibus & Commendis hujusmodi dependentibus, ſeu ad illorum collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſpectantibus, etiamſi habitum dictæ Religionis non ſuſceperunt ad habitus ipſius ſuſceptionem, & profeſſionis emiſſionem inducantur, eisdem Prioribus, Bajulivis & Commendatariis licentiam & facultatem concedimus, ipſis condonandi & relaxandi eorum ſpolia, quæ ad dictos Priores, Bajulivos & Commendatarios ſpectant, ita ut de illis diſponere poſſint tam in vita quam in mortis articulo, condonationemque ac relaxationem hujusmodi ejusdem roboris ac momenti eſſe, ac ſi ab eadem Sede emanaſſent.

Nec non ſel. rec. Pii Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri literis inhærentes, illasque approbantes & confirmantes, omnes & ſingulas perſonas in dicti Ordinis beneficiis quomodolibet exiſtentes à ſeminarii Clericorum in qualibet civitate, juxta dicti Concilii decreta erecti, ſeu erigendi, ac decimarum, ſubſidii & aliorum onerum contributione totaliter eximimus & liberamus, ac liberos & exemptos eſſe volumus. Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoscunque Judices ordinarios & delegatos, etiam

iam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dicti Ordinis apud nos dictamque Sedem Protectores, & alios S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari & definiri debere, irritum quoq; & inane, ſi ſecus ſuper his â quoquam, quavis auctoritate, ſcienter & ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Quocirca dilectis filiis in Regnis Hiſpaniarum & Neapolitano noſtris & Sedis Apoſtolicæ pro tempore exiſtentibus nuntiis, aut curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & quibuscunque Conſervatoribus per eosdem Magiſtrum, Bajulivos, Priores & Commendatarios juxta formam privilegiorum Ordinis prædicti in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, electis & eligendis, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi & quando opus fuerit, ac quotie- pro parte Magiſtri & Conventus, ſive Priorum, Bajulivorum, Præceptorum & Commendatariorum præfatorum, & aliarum perſonarum, & poſſeſſorum præfatorum fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, illisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant autoritate noſtra eos præmiſſis omnibus & ſingulis juxta præſentium continentiam & tenorem, pacificè frui & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoqvam quomodolibet indebite moleſtari, contradictores qvoslibet & rebelles, & præmiſſis non parentes per opportuna juris & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras & pœnas eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus Commendis & proviſionibus aliisque diſpoſitionibus vel conceſſionibus, quibuscunque, verborum formulis illa conceſſa fuerint, ac ſel. record. Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres aliquis autoritate præſentium ad judicium trahatur, aliisque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Decernentes præſentibus, & in eis contentis omnibus per quasvis literarum conceſſiones, proviſiones, & alias quaslibet diſpoſitiones aliter, quam ut præmittitur, per nos, vel eandem ſedem factas, vel forte quomodolibet faciendas aut concedendas, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia derogari non poſſe, nec derogatum cenſeri, cujuscunque tenoris & formæ emanaverint, & cum quibuscunque decretis & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus & inſolitis, etiam ſi cauſas qua cunque legitimas, & favorabiles continerent, quinimo per præſentes illis omnibus expreſſe derogamus, earum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, præſentibus ſemper in ſuo robore permanſuris, niſi harum tenor de verbo ad verbum in illis eſſet inſertus, & Magiſtri & Conventus conſenſus accederet.

Volumus autem quod præſentium tranſumtis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Martii 1580. Pont. noſtri anno 8.

XLVII.

Pabſts Sixti V. Confirmation des von Pabſt Pio V. dem Johanniter-Orden ertheilten, aber wegen ſeines ſchleunigen Todes nicht ausgefertigt gewesenen Privilegii, daß alle ſo Beneficia vom Johanniter-Orden beſäßen, auch die Cardinäle ſelbſt, dasjenige, was der gemeinen Ordens-Schatz-Cammer davon zu bezahlen verordnet wäre, richtig zu erlegen gehalten ſeyn ſollten de Anno 1585.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

ÆQvum arbitramur & congruum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu literæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum debitum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem ſel. rec. Pius Papa V. prædeceſſor noſter ſollicita conſiderationis indagine perſcrutans, quandis periculis quantisque bellorum turbinibus tunc agitata fuerit Inſula Militan. menteque recolens, quam indefeſſe & viriliter dilecti filii Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani Milites, in illa â Chriſtianæ fidei hoſtibus defendenda ſe præſtiterant, dignum, quin potius debitum reputavit, ut ea, quæ à Romanis Pontificibus illis liberaliter conceſſa fuerant, non ſolum confirmationis ſuæ munimine roborentur, verum etiam illa, quæ ſuam utilitatem & commodum concernerent, ſi minus generaliter facta viderentur, ita extenderet, ut propter illa omnis in poſterum dubitandi materia tolleretur.

Accepto igitur per eundem prædeceſſorem, quod licet alias, ſtabilimentis, uſibus & naturis Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani hujusmodi, ſeu privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Hoſpitali & dilectis filiis, illius Magiſtro & Conventui conceſſis, expreſſe cautum fuerat, quod etiam Apoſt. auctoritate, etiam per reſignationem in manibus pro tempore exiſtentis Romani Pontificis factam, proviſio ac proviſiones, commendas, ſeu alias diſpoſitiones etiam Apoſtolicas, de Præceptoriis, ſeu aliis beneficiis dicti Hoſpitalis, ſibi pro tempore factas, proſeqven. & certa jura vacantia, ſeu mortuaria, aut alias nuncupata, forſan duplicata, communi Hoſpitalis prædicti, Theſauro, ſeu alias perſolvere, ac quædam alia tunc expreſſa onera ſubire tenerentur. Qvodque de reditibus & proventibus hujusmodi Præceptoriarum, primo & ſecundo, ac, forſan aliis annis provenientibus diſponere, ſeu illos percipere minime poſſent, ſed illo dicto Theſauro, ac alias in uſum & utilitatem Hoſpitalis, ac illius Militum, ſeu menſæ applicati, & pro illius neceſſitatibus ſublevandis, ac tuitione fidei adverſus Turcas, Chriſtiani nominis hoſtes, diſtribui deberent. Ac inſuper Prioratus, Bajulivatus, Caſtellaniam Empoſtæ, Præceptorias, & alia illius beneficia quæcunque pro tempore qualitercunque obtinentes, certas reſponſiones ac ordinarias, & extraordinarias impoſitiones eidem communi Theſauro annis ſingulis ſolvere tenerentur. Ipſisque Prioratibus Bajulivatibus, Caſtellaniis, Præceptoriis & beneficiis, per obitum ſeu reſignationem, etiam in manibus prædicti Romani Pontificis, aut alias quomodolibet pro tempore vacantibus, illorum fructus, reditus & proventus, ſi per reſignationem, juxta verò novam reformationem, usque ad feſtum S.S. Jacobi & Philippi de Menſe Maj. ex tunc immediate ſequentis pro mortuario & vacantib9 ab eodem feſto usque ad alium proximum ejusdem S. Johannis Baptiſtæ, ſeu ut præfertur, SS. Jacobi & Philippi de dicto menſe reſpective, eidem Theſauro cederent,

Cum tamen ſæpe contingeret, nonnullorum petentium ambitionem ita ſe extendere, ut ſedis Apoſtolicæ liberalitate non contenti, etiam ea, quæ in magnum dictæ religionis præjudicium tendere conſpiciebant, â ſede prædicta extorquere, Romanumque Pontificem, ob ejus innumeras occupationes, ad aliquas gratias ſibi concedendas impellere non erubeſcerent, quas ſi plene cognoviſſet, eas profecto illis non conceſſiſſet,

Attendens itaque dictus prædeceſſor, quanta & quàm gravia diſcrimina dicta Inſula paſſa fuerat, & quam graves Magiſter & Conventus prædicti, tam in illa defendenda, quam in civitate nova per eos conſtructa munienda & reparanda ſubierant expenſas & incommoda, quod ſi ipſi, qui pro expenſis hujusmodi ſupportandis certa jura, quæ ſuper quibuscunque dicti Ordinis Prioratibus, Bajulivatibus, Caſtellaniis, Præceptoriis & aliis beneficiis prædictis exigere conſveverant, ab illorum exactione deſiſterent, illorum vires non parum debilitarentur, conſideransque:

Quod poſtquam piæ mem. Pius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter, tunc ſuus, unam S. Jacobi in Platea Nuſſiæ Spoletan. & alteram ſanctiſſimæ Trinitatis Tudertin. reſpectivè Diœc. dicti Hoſpitalis Præceptorias tunc certo modo vacantes, tunc dilecto filio Simoni Brombillæ, Clerico Bergomenſi, ſub certis modo & forma comendaverat, & ſeu de illis per ſuas literas proviſerat, dictusque Simon, ſub earundem, ſeu aliarum literarum prætextu, per quas ſtabilimentis, uſibus, naturis privilegiis & indultis prædictis per eundem Pium IV. prædeceſſorem derogatum eſſe prætendebat fructus earundem Præceptoriarum, & jura illarum ratione dicto communi theſauro, ut præfertur, debita ſolvere & relaxare recuſaverat & recuſabat, eundem Pium IV. Prædeceſſorem Motu proprio, non ad Magni Magiſtri, aut Conventus, ſeu Hoſpitalis fratrum prædictorum ſibi pro eis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex ſuis certa ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, per ſuas in ſimili forma Brevis deſuper confectas literas declaraſſe, per derogationem hujusmodi aliquod, vel minimum Theſauro hujusmodi præjudicium afferre noluiſſe, & alia feciſſe, prout in ipſius Pii IV. Prædeceſſoris literis plenius continetur.

Idem Pius V. prædeceſſor, tam Pii IV. prædeceſſoris hujusmodi veſtigiis inhærens, quam præmiſſis de cauſis motus, omnia & ſingula in ejusdem Pii IV. prædeceſſoris literis contenta approbans & confirmans, illisque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjiciens, omnesque & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eisdem ſuppleus, nec non quarumcunque litium inter venerabiles Fratres noſtros, tunc ſuos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales & Religionem prædictam pendentium ſtatus & merita, & in qua pendebat inſtantia, pro expreſſis haberi volens, Motu & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſub dat. videlicet duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus ſui anno ſecundo, decrevit & declaravit, omnes & ſingulos Prioratus Bajulivatus, Caſtellanias, Præceptorias, & alia beneficia hujusmodi, ſeu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & ab illis regreſſus, acceſſus, coadjutorias, & alias gratias, tam â ſede Apoſt. quam quivis auctoritate conceſſas habentes, nec non illorum fructus, & proventus, aut alia jura loco penſionis annuæ, ſeu penſiones ipſas ſuper eorundem fructibus, reditibus & proventibus, quavis de cauſa impoſitas, & imponendas percipientes, pro rata fructuum & penſionum eorundem, de omnibus & ſingulis annatis, vacan. mortuariis, & aliis quibuscunque juribus per eos dicto communi Theſauro quomodolibet debitis ſatisfacere, nec quascunque literas ſtatutorum, ſtabilimentorum, uſuum, ac privilegiorum, indultorum, etiam quod præceptoriarum fructus, reditus & proventus & aliorum dicti Hoſpitalis beneficiorum, pro primo & ſecundo annis, vel alias communi Theſauro dicti Hoſpitalis, pro mortuariis, ſeu aliis cauſis applicati eſſent, & eſſe cenſerentur, ſeu applicari deberent.

Dictique Hoſpitalis Præceptores ſeu Receptores, aut alii pro eis agentes, illos propria auctoritate exigere & percipere, ac interim poſſeſſionem Præceptoriarum, & beneficiorum prædictorum, nomine dicti Hoſpitalis apprehendere & retinere, ac hujusmodi fructus de facto exigere, & alias de illis, certis modo & forma tunc expreſſis diſponere poſſent, diſponendi, vel aliis illorum totali infertione, vel cum decreto, quod penſiones ipſæ â quocunqve onere mortuario, & paſſagio, vel alias quomodolibet nuncupato, quavis etiam Apoſtolica, ſeu magni Magiſtri dicti Hoſpitalis pro tempore exiſtentis, auctoritate exempti eſſent, vel titulares beneficiorum, ratam partem ipſos penſionarios tangentem, pro ſolutione penſionis hujusmodi ſibi retinere valerent, & ad ſolutionem, penſionis hujusmodi minime tenerentur, ac alias hujusmodi titulares renuntiaſſent onusque illam ſolvendi in ſe ſuſcepiſſent, in quibuscunque gratiis, Commendis, proviſionibus, regreſſibus, acceſſibus, ingreſſibus, coadjutoriis cœterisque diſpoſitionibus de Prioratibus, Bajulivatibus, Caſtellaniis, Præceptoriis & aliis beneficiis hujusmodi quovis modo, etiam apud eandem ſedem vacantibus, nec non fructuum & penſionum hujusmodi reſervationibus, per eum, etiam Motu ſimili, & quorumvis etiam Imperatoris, vel Regum intuitu, ac etiam quibusvis eatenus factis, & in poſterum faciendis, quibusvis perſonis cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis nobilitatis & præeminentiæ exiſtentibus, etiam forſan Cardinalatus honore & officio fungentibus, per eum quomodolibet eatenus conceſſis, & in poſterum concedendis derogatorias, ac deſuper confectas & pro tempore conficiendas literas Apoſtolicas, etiam quascunque generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias & efficaciores, & inſolitas clauſulas, nec non irritantia decreta, ſub quacunque verborum expreſſione in ſe continentia, perſonas, quibus Prioratus, Bajulivatus Caſtellaniæ, Præceptoriæ, ſeu ab illis dependentia beneficia prædicta, aut illorum membra collata, ſeu ad vitam commendata fuerant, ſeu fructus, reditus & proventus, aut penſiones annuæ reſervatæ & aſſignatæ fuerant, aut in quorum favorem de illis diſpoſitum extiterat, vel illæ commendarentur, ſeu conferrentur, aut fructus, vel penſiones reſervarentur & aſſignarentur, vel alias diſponerentur, â ſolutione & præſtatione fructuum, cenſuum, paſſagiorum, annatarum, vacationum & mortuariorum, aut aliorum quorumcunque jurium, ſeu reſponſionum, aut ordinariarum, vel extraordinariarum impoſitionum, vigore dictorum ſtabilimentorum, & privilegiorum debitorum in toto vel in parte eximere, vel liberare, aut alias communi Theſauro Hoſpitalis hujusmodi, ſeu illius juribus in aliquo præjudicaſſe, nec per illas præjudicatum, ſeu præjudicium aliquod generatum fuiſſe, vel eſſe, vel in poſterum fore, ſed derogatorias ipſis ad effectum validitatis, collationum, commendarum & aliarum

rum diſpoſitionum hujusmodi duntaxat, proceſſiſſe & ſuffragari debuiſſe, illasque, in quatum communi Theſauro, & illius juribus in aliquo præjudicaſſent, aut præjudicarent, â ſe & ſede Apoſtolica, per occupationem, & circumventionem, præter & contra voluntatem ſuam extortas, ac nullius roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, & in poſterum fore, illiusque non obſtantibus, omnes, & ſingulas hujusmodi derogationes, tunc & pro tempore habentes, & proſequentes, etiamſi â jurisdictione Magni Magiſtri & Conventus prædictorum, & aliorum quorumcunque Judicum Apoſtolica auctoritate prædicta exempti, ac ei & Apoſt. Sedi immediate ſubjecti eſſent, ad exhibitionem & relaxationem fructuum ac penſionum hujusmodi, ut præfertur, eidem communi Theſauro faciendam teneri, & adſtrictos fore in omnibus & per omnia, perinde ac ſi proviſiones commendarum, & regreſſus, acceſſus, coadjutoriæ & aliæ diſpoſitiones, nec non fructuum, & penſionum reſervationes, non à Sede Apoſt. ſed â Magiſtro & Conventu prædictis emanaſſent, & ad id etiam per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris & facti remedia, cogi & compelli poſſe.

Literasque, tunc deſuper conficiendas, & in eis contenta quæcunque, nullo unquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis ſuæ defectu, notari, vel impugnari, minúsve ſub quibusvis revocationibus, ſuſpenſionibus & limitationibus ſimilium gratiarum comprehendi ullatenus poſſe, ſed quoties illæ emanarent, toties in priſtinum & validiſſimum, ac eum in quo antequam illa emanarent ſtatum, reſtitutas & plenarie redintegratas, ac de novo etiam ſub quacunque data per Magiſtrum & Conventum bene viſa, toties quoties opus eſſet, conceſſas eſſe cenſerentur. Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoscunque Judices, & Commiſſarios etiam S. R. E. Cardinales, ac cauſarum ſacri Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, judicari, definiri & interpretari debere, & quicquid ſecus ſuper his â quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentari contingeret, irritum & inane decrevit. Et nihilominus pro potiori cautela, ſupradictas & alias derogatorias clauſulas in quibuscunque literis appoſitas, in quantum communi Theſauro hujusmodi, quoad præmiſſa præjudicare videbantur, revocavit, caſſavit, irritavit & annullavit, ac toties quoties conceſſa eſſent, quod jure vacantia, & mortuaria, ratione gratiarum, per eum & quoscunque Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, conceſſa, quod ea, quæ ſuum tempus nondum effluxerant tantum, toties pro nullis & infectis haberi, nullamque prorſus in judicio vel extra, fidem facere, vel effectum ſortiri debere, & conſtitutionem ſuam de non tollendo jure quæſito, adverſus tunc conficiendas literas prædictas, locum ſibi vendicare non poſſe ac illis minime ſuffragari voluit.

Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſorum Prioratuum, etiam juramento, confirmatione Apoſt. vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſvetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis, ſub quibuscunqne tenoribus & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illis alias in robore ſuo permanſuris, ea vice duntaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque.

Ne autem de decreto, declaratione, revocatione, caſſatione, irritatione, annulatione, voluntate & derogatione dicti Pii prædeceſſoris, quod ejus ſuperveniente obitu literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ac Magnus Magiſter, Conventus & Fratres, ſeu Milites Hoſpitalis prædicti illarum fruſtrentur effecta: volumus & Apoſtol. autoritate decernimus, qvod Decretum, declaratio, revocatio, caſſatio, irritatio, annullatio, voluntas & derogatio dicti pii V. prædeceſſoris, â dicta die duodecima Kal. Aprilis ſuum ſortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis, ipſius prædeceſſoris literæ ſub ejusdem diei data, confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodquæ præſentes literæ ad probandum plene decretum, declarationem, revocationem, caſſationem, irritationem, annullationem & derogationem dicti Pii V. prædeceſſoris ubique ſufficiat, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Quocirca venerabilib9 Fratribus Archiepiſcopo Toletano, & Epiſcopo Pariſienſi, ſive eorum officialib9. ac dilecto filio Curiæ cauſarum cameræ Apoſt. generali auditori per præſentes committimus & mandam9, quaten9

ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunqve valere decernentes, ac pro tempore exiſtenti Magno Magiſtro, Conventui & fratribus prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant autoritate noſtra præmiſſa omnia ab omnibus, quos illa concernunt, integre & inviolabiliter obſervari, illosque eis pacificè & quietè frui, uti & gaudere. Non permittentes eos, aut eorum aliquem, contra eorundem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non omnib9 ſupradictis obſtantib9.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. May. 1585. Pontificatus noſtri anno primo.

XLIIX.

Ejusdem Extenſion des vorherſtehenden Privilegii vor den Johanniter-Orden, de Anno 1586.

SIXTUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Univerſis & ſingulis noſtris, & Apoſtolicæ ſedis in quibusvis nobis & Romanæ eccleſiæ immediate ſubjectis Provinciis, Civitatibus, Terris & locis, etiam de latere Legatis, ac ſingularum Provinciarum, Civitatum, Terrarum & locorum hujusmodi Gubernatoribus, aliisque in eis jus dicentibus, & juſtitiæ miniſtris, nec non quorumcunque Regum, Ducum, Marchionum, & aliorum Chriſtianorum Principum Magiſtratibus & officialibus, ac eorum cuilibet: ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Das Jagen und Hetzen betreffend, soll künfftig einem Commenthurn das Mitjagen und Hetzen in dem Strut- und Galgenholtz, auch in den Feldern in Reichardtsrodter Marckung gelegen, Weydmannischer Arth und nicht zu Unzeithen, nach Füchß und Haasen zu jagen, zu hetzen, und das kleine Weydwerck zu üben, doch eines Ehrbahren Raths hohem und niederm Wildbahn und sonsten Männiglichen ohne Schaden, ohnverwehret seyn.

Aus Eines Ehrbahren Raths sonderbahren und special-Befehl, soll dieser Begriff, an statt des dritten puncten des abredlich-getroffenen Vertrags, so zwahr ohne das auf Ratification beeder streittigen Partheyen stehet, auch cum reservatione dieser Puncten, von den Rottenburgl. Deputirten allein eventualiter subscribiret worden, inseriret werden, und anderergestalt der Vertrag nicht kräfftig seyn.

Actum Rottenburg an der Tauber, Sambstags den (8) 18. Dec. Anno 1604.

Georg Schnepff.
Michael Reichshöfer.
Friedrich Prenninger D.
Michael von Berg, D.
Michael-Besold, D. subscripſ.

LII.

Kayſers Ferdinandi II. Privilegium dem Johanniter-Orden Anno 1620. ertheilet, worinn auch alle vorige Kayſerliche Privilegia confirmiret **worden, ſtehet in des Teutſchen Reichs-**Archivs Part. Spec. Continuat. I. **unterm Johanniter-Orden,** pag. 93.

LIII.

Regalia vor den St. Johannis Ordens-Meiſter in Teutſchen Landen/ Herren Johann Friedrich Hund von Saulheim, gegeben von Kayſer Ferdinando II. Anno 1620. **befindet ſich** loco antea citato, pag. 99.

LIV.

Kayſers Ferdinandi II. Pœnal-Mandat, den Johanniter-Orden bey ſeinen Immunitäten und Freyheiten ungekränckt zu laſſen, de Anno 1620. **iſt** loc. ſupra citat. pag. 100. **befindlich.**

LV.

Diploma, worinn der Johanniter-Meiſter in Teutſchen Landen den Herr-Meiſter der Baley Brandenburg, Graf Adamum von Schwartzenberg, wie auch die verſtorbenen vorhergehenden Herrn-Meiſter, vermöge des Heimbachiſchen Vergleichs, confirmirt, de Anno 1626. **ſiehe** loco ſupra citat. pag. 101.

LVI.

Pabſts Urbani IIX. Satz und Ordnung/ wie es mit der Wahl eines Großmeiſters des Johanniter-Ordens gehalten werden ſolle, de Anno 1628.

Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

IN ſpecula militantis Eccleſiæ nullo meritorum ſuffragio, ſed per abundantiam divinæ gratiæ conſtituti, inter cætera, quibus juxta creditum humilitati noſtræ Apoſtolatus officium jugiter urgemur, illa nos maxime ſollicitos reddunt, ut eorum, qui ad primaria in Militiis Regularibus munia aſſumendi ſunt, electiones certis legibus celebrentur; & omni perturbatione ſemota, feliciter perficiantur.

Quare certam legem & formam in electione Magni Magiſtri Hoſpitalis S. Johannis Hieroſolymitani celebranda præſcribere volentes, motu proprio & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione prohibemus & interdicimus, ne de cætero ullus locumtenens â pro tempore exiſtente dicti Hoſpitalis Magno Magiſtro, vel ſede Magiſtrali vacante, â conſilio ſtatus, ſeu

ſeu completo, juxta formam ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum dicti Hoſpitalis auctoritate Apoſtolica confirmatorum deputatus, vel electus cum quovis fratre, Milite dicti Hoſpitalis, ſeu alia quavis perſona ad habitum Fratrum dicti Hoſpitalis admitti petente ſuper cujuscunque generis impedimento vel defectu, etiam in vim quorumcunque privilegiorum ſeu facultatum eadem auctoritate conceſſorum, ſeu confirmatorum diſpenſare, aut alias gratias quovis prætextu facere, minusque literas Apoſtolicas Magno Magiſtro prædefuncto directas executioni demandare, aut alios quoſvis actus gratiam concernentes, ſub pœna privationis vocis activæ & paſſivæ eo ipſo incurren. facere audeat, vel præſumat. Volentes & expreſſe præcipientes, ut ipſe locum tenens ea ſolum, quæ ad meram juſtitiam pertinent, exercere valeat, alioquin omnia & ſingula per eum contra præſentium tenorem quomodolibet geſta, irrita & inania nulliusque roboris & momenti exiſtant. Sicque diſpenſati & alii quicunque executionis literarum prædictarum, nec non gratiarum eis ſic, ut præfertur, â locumtenente hujusmodi factarum, uſu & effectu careant, & alias in eodem ſtatu in quo antea erant, non ſecus ac ſi cum eis ſuper ſuis impedimentis, vel defectibus diſpenſatum, gratiæque eis conceſſæ ac literæ Apoſtolicæ hujusmodi executioni demandatæ non fuiſſent, remaneant.

Occurrente autem ſedis Magiſtralis vacatione tres ejusdem Hoſpitalis FF. Milites fide & facultatibus idonei, per locumtenen. & Conſilium præfatos deputentur, ut in ipſorum ſic deputatorum manibus pecuniæ per debitores communis ærarii, vacatione præfata durante in numerata pecunia realiter, & cum effectu ſolvantur & numerentur. Solventes vero ſolutionum hujusmodi quietantias ab ipſis deputatis reportent, qui quidem deputati ſtatim, ſecuta Magni Magiſtri electione, pecuniarum per eos receptarum & exactarum rationem reddere pecuniasque ipſas Magno Magiſtro canonice electo, ſeu Theſaurario, vel aliis Miniſtris, ad quos de jure & ex forma ſtatutorum ſeu ſtabilimentorum hujusmodi ſpectabit, conſignare & reſtituere teneantur aliterque factæ ſolutiones nullatenus ſolventibus ſuffragentur, quin adhuc communis ærarii ad effectum non ſerendi ſuffragium, debitores cenſeantur.

Præterea, ne ullus dicti Hoſpitalis Frater ſive Miles, ſive Capellanus, ſive armorum ſerviens & extra limites natus, cum quo ſuper defectu limitum diſpenſatum ſit, nullusque Frater Capellanus, actu Sacerdos non exiſtens, minusque nullus Frater ſerviens, qui ex mera gratia, nullis factis probationibus receptus fuerit, in electione Magni Magiſtri, aut in quovis alio actu, illam concernente, etiam cujusvis privilegii â Sede Apoſtolica obtenti vel conſvetudinis etiam immemorabilis, aut quovis alio prætextu, ingenio, vel colore, votum, vel ſuffragium, ferre, nec etiam paſſivum habere, ſeu in ea quomodolibet ſe intromittere, vel immiſcere audeat, vel præſumat, aut privilegio vel conſuetudine hujusmodi, ſive quibusvis aliis gratiis, ſibi ſpecialiter etiam, Auctoritate Apoſtolica deſuper conceſſis uti poſſit, aut valeat. Exceptis tamen venerabili Fr. Epiſcopo Melivitano, & dilecto Filio Priore Eccleſiæ Conventualis ejusdem hoſpitalis nunc & pro tempore exiſtentibus, nec non quovis alio Magnæ Crucis Fratre, quos, licet receptos extra limites, ad ſuffragium ferendum habiles declaramus, eosque in hac prohibitionis parte nullatenus comprehendere intendimus, ſed ejusdem Epiſcopi, nec non etiam linguæ Germanicæ jura privilegia & prærogativas, ſi quæ illis alias competunt, præſervamus.

Inſuper ſtatuimus, ut ipſe locumtenens una cum Concilio ſupradicto quam primum eorum Fratrum, qui juxta formam præſentis noſtræ Conſtitutionis ſuffragium laturi ſunt, notam, ſive catalogum, cum eorum nominibus, patriis & denominationibus, nec non tempore ſuſceptionis, habitus ac reſidentiæ & caravannarum per eorum qvemlibet factarum confici, illamque in locis publicis, & conſvetis ad hoc, ut ſi qvis ſe gravatum ſenſerit, aut contra aliquem excipere voluerit, intra terminum ab eisdem præfigendum, in Actis Cancellarii ſeu Vice cancellarii aut cujusvis alterius, ad hoc deputandi exhibere & jura ſua deducere poſſit & valeat, affigi curent: quo termino elapſo & nihil oppoſito, opponere volentes amplius non audiantur.

Ipſi vero locumtenens, & Conſilium ipſas & quascunqve alias controverſias, qvas ſede Magiſtrali vacante oriri contigerit, donec ad Magni Magiſtri conſummatam electionem deventum fuerit, privative qvo ad alios qvoscunqve ſummarie ſimpliciter & de plano absqve ſtrepitu & figura judicii, etiam manu regia, juxta tamen eorum ſtatuta, ſtabi-

ſtabilimenta,& conſvetudines hujusmodi omni & quacunque appellatione in integrum reſtitutione, & aliis quibuscunque executionem retardare valentibus, remotis, decidere & terminare etiam poſſint & valeant.

Conventus vero & omnes Fratres die & hora ſolitis, in Eccleſia d. Hoſpitalis congregentur, & Miſſa celebrata Hymnoque, Veni Creator Spiritus, decantato, ſinguli Fratres jus ſuffragii, vigore præſentium habentes, ad Capellam unicuique lingvæ ad id in eadem Eccleſia deſtinatam, ſeu deſtinandam exceptis tamen Fratribus illius linguæ, ex qua dictus locumtenens extiterit, qvi in corpore Eccleſiæ S. Joannis remaneant, accedant, ibiqve prævio juramento, per eorum ſingulos alta & intelligibili voce juxta formam in ſtatutis, ſeu ſtabilimentis hujusmodi præſcriptam & de præſenti obſervandam, deque eligendo eum, quem, ſecundum DEum, judicaverint expedire, præſtando: Qvod quidem in omnibus aliis electionibus, vigore earundem præſentium faciendis, per omnes & ſingulos ſuffragium laturos præſtari & renovari volumus, non unum ut antea conſveverant, ſed tres Fratres Milites ex unaquaque lingva capaces, ac juxta præſentium, nec non ſtatutorum ſeu ſtabilimentorum præfatorum formam qualificatos, in electores eligant ita ut inpoſterum non octo tantum Fratres Milites, qui in electores deputabantur ſed viginti quatuor eligantur ipſaque trium Fratrum cujuscunque linguæ electio per ſecretas ſchedulas, modo & forma ſequentibus, fiat, videlicet quod omnes ſchedulæ, vel impreſſæ, vel una & eadem manu tantum conſcriptæ ſint, cum expreſsione eorum omnium quæ in ſimilibus electionum ſchedulis exprimi ſolent, præter nomina & cognomina, ſeu denominationes eligentium & eligendorum, illæque ſuper menſa in Capellis & Eccleſia hujusmodi reſpective apponi; ſingulique eligentes ſeorſim & ſeparatim aliis inde remotis ad ipſam menſam accedere & ipſimet in una proprium nomen, ſeu cognomen, aut denominationem, in altera vero ſchedulæ partibus, illius, quem eligere voluerint, nomen, ſeu cognomen aut denominationem, propria manu alioquin ſuffragium ſit nullum, ſcribere debeant. Liceat tamen iis, quibus Conſilium & locumtenens, præfati ex aliqua infirmitatis, vel alterius juſtæ & rationabilis impotentiæ cauſa id conceſſerint, nomina, cognomina, ſeu denominationes præfata, per alium ab ipſismet locumtenente & Conſilio deputandum deſcribi facere. Qvilibet vero eligentium hujusmodi ad menſam præfatam accedens nominibus, ſeu cognominibus, aut denominationibus præfatis in ſua ſchedula, ut præfertur, conſcriptis, illam complicet, & involvat ad effectum, ut â nemine legi poſſit, eamque ſic complicatam & involutam ſummis digitis elevans & circumſtantibus palam & publice ad hoc ut unicam eſſe omnibus pateat, commonſtrans in urnam, ſeu vas in menſa ad hunc effectum appoſitum immittat. Qvo facto tres antiquiores, ſeu magis antiani, tanquam ſcrutatores palam & publice, omnibus videntibus & audientibus, eligentes & ſchedulas in urnam, ſeu vas immiſſas numerent & ubi pauciores, ſeu plures ſchedulæ numero eligentium repertæ fuerint illico comburantur & ad novum ſcrutinium toties deveniatur, donec ſchedularum numerus eligentium numero coæquetur illisque reſpondeant, ipſaque trium hujusmodi Fratrum Militum pro unaquaque lingva electio fiat, illique electi cenſeantur, qvi majorem ſuffragiorum numerum reſpectu minoris habuerint, dummodo ſinguli quartam ſaltem ſuffragiorum partem aſſequantur. Si vero nemo, ſive duo, aut unus duntaxat ex tribus eligendis hanc quartam ſuffragiorum partem reportaverint, ſcrutinium toties renovetur, quoad alios, qui quartam partem non reportaverint, donec trium numerus cum dicta ſaltem quarta parte compleatur. Qvi vero, ut præfertur, electus fuerit â ſuffragio ferendo pro aliis duobus arceatur, ſtatimque atque electus fuerit, ab ipſa Capella recedat, & ad locum opportunum ſe conferat. Quod ſi locumtenens in dd. trium numerum eligatur ſtatim alius locum tenens deputetur ſeu magis antianus ipſius Concilii inibi exiſtens Locumtenentis loco præſideat, prout Conſilio expedire videbitur.

Qvia vero Prioratus & aliæ dignitates Anglicanæ lingvæ Magno Magiſterio Hoſpitalis hujusmodi, donec illud regnum ad gremium S. R. E. redierit, Apoſtolica auctoritate unitæ reperiuntur unaquæque lingva ſucceſſive alium eligat, & ex ſeptem ſic electis, viginti & unus ſupradicti per ſecreta pilularum ſuffragia pro majori numero eligentium reſpectu minoris tres diverſarum nationum, Gallicæ videlicet, Hiſpanicæ Italicæ

licæ & Germanicæ eligant, qui tres ut præfertur, electi lingvam Anglicam repræſentent, illiusque vice & nomine in electione hujusmodi tantum ſuffragium ferant. His peractis ipſi viginti quatuor, ut præfertur electi, ad locum Conclavis ſe conferant, in quo etiam electio Magni Magiſtri non alibi facienda erit, ibique præſidentem electionis per pilulas ſecretas, juxta antiquam dicti Hoſpitalis conſuetudinem hactenus obſervatam eligant qui ſic electo loco dicti locum tenentis cum prohibitionibus ſupradictis gratias, & alia ſupra dicta non faciendi, præſideat & ea quæ Præſidentes electionis de jure & privilegio, uſu vel conſvetudine facere & gerere poſſunt, ſeu debent gerat & faciat, & ſubinde ad Electionem Triumviratus, nempe unius Militis, unius Capellani, & unius Armorum ſervientis Fratrum, qui ſint diverſarum lingvarum juxta formam ſcrutinii pilularum ſuperjus deſcripti usque ad perfectam electionem hujusmodi procedant, ipſaque electione celebrata, ipſi tres ſic electi in Conclavi prædicto ad quarti electionem diverſæ tamen lingvæ, unanimes deveniant, ſi autem intra unius horæ ſpatium concordes non fuerint, tunc & eo caſu ſinguli alium fratrem Militem, eorum cuilibet bene viſum, qui non ſit ex eorum lingvis nominent, nominationeque hujusmodi ad viginti quatuor electores relata, ipſi ad ſecretum pilularum pro electione unius ex dictis tribus nominatis, ſcrutinium deveniant, in quo ille, qui majorem ſuffragiorum numerum reſpectu minoris numeri reportabit, pro quarto electus ſit, & eſſe cenſeatur.

Qvartus autem ſic electus ad Conclave accedat, & cum aliis tribus ad quinti, quintus vero ſimiliter electus cum aliis quatuor ad ſexti electionem procedat, per minorem ſuffragiorum numerum, ſicque ſucceſſive usque ad ſexti decimi electionem, videlicet duorum ex unaquaque linqua, juxta eorum præeminentias, & prærogativas hactenus obſervatas, quibus præjudicium inferre non intendimus, deveniatur. Occurrente autem in omnibus electionibus prædictis ſuffragiorum paritate, magis antianus, & in antianitatis æqualitate is, qui diuturniorem reſidentiam in Conventu & in reſidentiæ paritate is, qui plures Caravanas fecerit alii præferatur electusque ſit & eſſe cenſeatur. Completa tandem ſexdecim præfatorum electione ipſi ſexdecim ſic electi (odio, amore & aliis quibuscumque humanis affectibus poſthabitis, ſolumque DEum, illiusque religionis decus, ac propagationem præ oculis habentes) ad electionem Magni Magiſtri, quem capacem & pro tanti ordinis dignitate, & utilitate idoneum judicaverint juxta ſtabilimenta præfata deveniant.

Quod ſi electio Magni Magiſtri aliter, quam in Conclavi, prævia electione trium Fratrum militum uniuscujusque linguæ, non receptorum ex gratia limitum, modo & forma præmiſſis, tam reſpectu ſcrutinii & ſuffragiorum, quam linguæ Anglicanæ faciendo & non electo prius uno Fratre Milite, uno Fratre Capellano, & alio Fratre, ſerviente Armorum, ut ſupra, qualificatis, qui usque ad electionem decimi ſexti, duorum videlicet pro qualibet lingua, juxta tenores præſentium procedant, & â ſexdecim electis hujusmodi, demumque de alio quam uno ex Fratribus Militibus, ex eadem limitum gratia nequaquam receptis, celebrata fuerit, nulla & irrita ſit eo ipſo, nullumque ſortiatur effectum, quæ omnia inviolabiliter obſervare debere declaramus.

Mandantes propterea dilectis filiis dicti Hoſpitalis Magno Magiſtro ac locumtenenti & Conſilio, omnibusque aliis Fratribus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ut præſentes literas in Cancellaria dicti Hoſpitalis recipiant, & admittant, ac regiſtrent, recipique & admitti ac regiſtrari curent & faciant.

Ac decernentes, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo quod ipſius Hoſpitalis Magnus Magiſter, Conventus & Fratres ad præmiſſa vocati & auditi non fuerint, aut alia quacunque cauſa, quantumvis legitima apparente, de ſubreptionis, vel obreptionis ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, aut in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci non poſſe, ſed illa ſemper & perpetuo valida, firma & efficacia exiſtere, & fore, ſuosque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ejusdem Hoſpitalis fratribus ad quos ſpectat & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Sicque per quoscunque judices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his â quoquam quavis auctorita-

te scienter vel ignoranter contigerit, attentari.

Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Hospitalis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consvetudinibus etiam immemorabilibus, stabilimentis usibus & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eidem Hospitali, illiusque Magno Magistro, Conventui & Fratribus, ac qvibusvis aliis personis, etiam particularibus, nec non dispensationibus super quibusvis defectib9, ac sub quibuscunque tenoribus, ac formis, & cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, ac alias in contrarium quomodolibet concessum & innovatis, quas ad effectum præmissorum nemini suffragari posse decernimus. Quibus omnibus & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales itidem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes, ad effectum præsentium tantum illis alias in suo robore permansuris, motu, scientia, deliberatione ac potestatis plenitudine paribus specialiter & expresse derogamus & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Ut autem præsentium ignorantia allegari aut prætendi nullo modo possit, volumus præsentes, seu earum transumptum ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non in acie Campi Floræ de urbe more solito, deinde per hæreticæ pravitatis Inquisitorem in Insula Melivitana residentem, seu ab eo deputan. in Conventu præfato publicari atque affigi, ipsasque præsentes sic publicatas omnes & singulos, ad quos spectat & spectabit quomodolibet in futurum, illico arctare, afficere, & obligare, ac si unicuique personaliter intimatæ & præsentatæ fuissent.

Quodque earum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo Magni Magistri, aut alicujus d. Hospitalis Magnæ Crucis, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 3. Julii, 1628. Pont. nostri anno quinto.

LVII

Des Großmeisters und Convents des Johanniter-Ordens zu Malta Ausschreiben einer extraordinairen Beysteuer von denen Ordens-Verwandten, zur Reparation und Verbesserung der auf der Insul Malta befindlichen Festungen, nebst Pabsts Urbani IIX. Confirmation darüber, de Anno 1634.

Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam.

Inter cæteras, quibus assidue premimur Apostolatús nostri curas, in eam præcipue incumbimus, ut insula Milevitana Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani firmissimum Christiani nominis adversꝰ Turcarum Tyrannidem propugnaculum debite muniatur, & quæ propterea ab ipsius Hospitalis magno Magistro, & concilio provide ordinata sunt, Apostolicæ firmitatis munimine roboramus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Sane pro parte dilectorum filiorum, Antonii de Paula, Magni Magistri, nec non Concilii completi dicti Hospitalis nobis expositum fuit, quod cum pro reficiendis, & instaurandis mœnibus Civitatum victoriosæ, Sengleæ & Valletæ earumque arcium nec non propugnaculis, aliisque fortificationibus perficiendis, ac de novo construendis, commune ærarium dicti Hospitalis ingenti pecuniarum summa indigeat, infra scriptam impositionem sub nostro & sedis Apostolicæ beneplacito statuerunt, & ordinaverunt, prout plenius continetur in decreto desuper emanato tenoris subsequentis, videlicet:

Frater Antonius de Paula, Dei gratia sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hierosolymitani, ac militaris ordinis Sancti Sepulchri Dominici Magister humilis, pauperumque, JEsu Christi custos. Universis & singulis præsentes nostras literas visuris, lecturis, & audituris salutem. Notum facimus, & in verbo veritatis attestamur, qualiter infra scriptum decretum extractum fuit ex libro, seu registro Conciliorum nostræ Cancellariæ, in quo similia annotari & registrari solent, quod quidem in hanc publicam formam extrahi & redigi jussimus, ut ubique, tam in judicio, quam extra eidem plena & indubitata fides adhibeatur: cujus tenor est, qui sequitur, videlicet: Die 25. Mensis Novembr. 1633. Cum pro reficiendis & restaurandis mœnibus Civitatum Victoriosæ, Sengleæ, & hujus humilissimæ Valletæ, earumq; arcium ac propugnaculis, aliisque fortificationibus perficiendis, ac de novo construendis opus sit communi ærario ingens pecuniarum summa juxta decretum per venerandum Concilium, referentibus Venerandis Commissariis desuper deputatis, nuper conditum, quod præmissa pro conservatione hujus dominii, imo totius Reipublicæ Christianæ tuitione fieri censuit, ac mandavit, eminentissimus, ac Reverendissimus D. Magnus Magister, ac Venerandum Concilium completum legitime congregatum, intellecta denuo relatione præteritorum, Comissariorumque matura deliberatione præhabita cum scrutinio ballottarum, sub beneplacito, & confirmatione Sanctissimi Domini nostri Papæ, ejusque sedis Apostolicæ, & non aliter nec alio modo ordinaverunt, statuerunt, & imposuerunt, ac imponunt pensionem, sive impositionem duodecim millium scutorum monetæ de tarenis duodecim pro singulis scutis super omnibus Prioratibus, Castellania Emposte, Balivatibus, Comendis, membris, pensionibus, ac bonis ordinis tam exemptis, quã non exemptis, etiam per commune ærarium (si in mortuario, & vacanti extiterint) in quolibet ex trib9 proxime sequentibus annis tantum, & duntaxat præter, & ultra responsiones, & impositiones ordinarias pro rata, & juxta taxam, sive æstimationem de A. 1583. editam exsolvendum in Capitulis Provincialibus cujuslibet Prioratus in singulis futuris annis 1634. 1635. & 1636. celebrandis, prout solvi consueverunt responsiones, & impositiones, ita ut in prædictis tribus annis summa triginta sex millium ad præmissum effectum, & non alium eroganda exigi possit, & debeat, nec ulterius iis transactis, quovis prætextu, seu colore ipsa impositio continuari valeat, sed statim suppressa, & extincta sit, & esse censeatur. Volentes ut pecuniæ ex hujusmodi impositione proventuræ in Arca sub clavibus suæ Eminentiæ, & Commissariorum super fortificationibus deputatorum conserventur, & exinde quando opus erit, extrahi valeant per eos fideliter in præfatum usum impendendæ. Quodque singulis mensibus iidem Commissarii rationes & computa expensarum venerabili Concilio, sub pœna de proprio ipsas expensas illius mensis satisfaciendi, reddere teneantur. Et quia ita se habet veritas, factaque Fideli cum originali collatione concordare comperimus, ideo in hujus rei testimonium Bulla nostra Magistralis in cera nigra præsentibus est impressa. Datum Melitæ in Conventu nostro, die 19. mensis Novembris. 1633.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes impositionem hujusmodi, desuperque confectum decretum præinsertum, qvo exactius observentur Apostolici roboris firmitate communiri summopere desiderent: Nos illos specialib9 favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a qvibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, impositionem prædictam desuperque confectum decretum præinsertum, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac omnes & singulos, tam juris qvam facti defectus, si qui desuper, quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decernentes impositionem, & decretum hujusmodi præsentesqve literas valida firma & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ficque per qvoscunque judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his a qvoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac dicti Hospitalis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consvetudinibus stabilimentis, usibus & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque indultis & literis Apostolicis, sub quibuscunq; tenorib9 ac formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium

præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma & hoc ſervanda foret, illorum omnium & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus; cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ minutis eadem prorſus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Januarii, 1634. Pontificatus noſtri Anno undecimo.

LIIX.

Pabſts Urbani IIX. anderweite Satz- und Ordnung/ die Wahl eines Großmeiſters des Johanniter-Ordens zu Malta betreffend, worinn er diejenige, ſo er Anno 1628. ediret, **in ſo weit, als ſie mit dieſer nicht übereinkommt**, caſſiret **und** annulliret, de Anno 1634.

VRBANVS PAPA VIII.
ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Eccleſiæ regimini non meritis noſtris ſed inſcrutabili divinæ voluntatis providentia vocati, & attenta mentis acie conſiderantes Hoſpitale Sancti Joannis Hieroſolymitani in Inſula Melitæ, Doctoris gentium miraculis celebrata, firmiſſimum, tutiſſimumq; Reipublicæ Chriſtianæ adverſus impii Turcarum tyranni invaſiones propugnaculum exiſtere ejusq; Fratres Milites, tanquam veros Chriſti Athletas, pro fidei Catholicæ defenſione, nullis vitæ periculis parcendo, jugiter laborare: dignum quin potius debitum reputamus, ut ea, quæ per noſtras literas motu proprio expeditas alias ſtatuimus, & ordinavimus, pro felici, rectaque Magni Magiſtri dicti Hoſpitalis electione ſuum debitum ſortiantur effectum.

Cumque pro faciliori ipſarum literarum noſtrarum executione proprium Ceremoniale per nonnullos Romanæ Curiæ Prælatos religionis zelo, prudentia, fide, doctrina rerum gerendarum uſu, aliisque egregiis virtutibus conſpicuos quibus negotium hujusmodi commiſeramus, diligenti, ut res poſtulabat, adhibito examine confectum & â nobis approbatum fuerit, ut illud cum omnibus & ſingulis in eo contentis inviolabiliter perpetuo obſervetur, ex noſtro Paſtoralis officii debito providendum ac noſtræ Apoſtolicæ confirmationis patrocinio muniendum cenſuimus.

Tenor autem illius eſt: Magno Magiſtro vita functo congregetur quamprimum fieri poterit Conſilium completum, â quo inter cætera præcipuè infra ſcripta fiant.

Primo: Deputet ſive eligat locumtenentem juxta formam ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum dicti Hoſpitalis; Apoſtolica auctoritate confirmatorum, qui juxta literarum Sanctiſſimi Domini noſtri Urbani Papæ VIII. deſuper emanatarum hujusmodi diſpoſitionem ea duntaxat exercere valebit, quæ ad meram juſtitiam pertinent; non autem cum quovis Fratre Milite dicti Hoſpitalis ſeu alia qvavis perſona ad habitum fratrum dicti Hoſpitalis admitti petente, ſuper cujuscunque generis impedimento vel defectu etiam in vim quorumcunque privilegiorum, ſeu facultatum dicta auctoritate conceſſorum ſeu confirmatorum, diſpenſare: neque cum eodem conſilio ſtatus & quovis prætextu alias gratias etiam facere, ut ſunt habitum dicti Hoſpitalis concedere, aut exhibere, vel ſimilia: minusque literas Apoſtolicas Magno Magiſtro prædefuncto directas, executioni demandare, aut alios qvosvis actus gratiam concernentes, facere, ſub pœna in omnibus vel ſingulis caſibus prædictis, privationis vocis activæ & paſſivæ eo ipſo incurrenda & per Conſilium prædictum, excluſo ipſo locumtenente declaranda: & nihilominus omnia & ſingula per eum contra præſentium tenorem quomodolibet geſta, irrita, & inania, nulliusque roboris & momenti exiſtant: ſicque diſpenſati, & alii quicunque executionis literarum prædictarum, nec non gratiarum eis ſic, ut præfertur â locumtenente hujusmodi factarum uſu & effectu careant ſed in eodem ſtatu, in quo antea erant, non ſecus ac ſi cum eis ſuper ſuis impedimentis vel defectibus diſpenſatum, gratiæque eis conceſſæ ac literæ Apoſtolicæ hujusmodi executioni demandatæ non fuiſſent, remaneant.

Secun-

Secundo, Locumtenens, & Conſilium prædicti tres ejusdem Hoſpitalis, ac unus, ſeu diverſarum lingvarum Fratres Milites, fide & facultatibus idoneos, prout ſibi videbitur, deputent, ut in ipſorum ſic deputatorum manibus pecuniæ per communis ærarii debitores, durante Sedis Magiſtralis vacatione realiter, & cum effectu ſolvantur, & numerentur: Solventes vero ſolutionum hujusmodi quietantias ab ipſis deputatis reportent. Qui quidem deputati, ſtatim ſecuta Magni Magiſtri electione pecuniarum per eos receptarum, & exactarum rationem reddere, pecuniasque ipſas Magno Magiſtro canonicè electo ſeu Theſaurario, vel aliis Miniſtris ad quos de jure & ex forma ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum hujusmodi ſpectabit, conſignare & reſtituere teneantur aliterque factæ ſolutiones nullatenus ſolventibus ſuffragentur, quin adhuc communis ærarii ad effectum non ferendi ſuffragium, debitores cenſeantnr.

Tertio, Curabunt iidem locumtenens & Conſilium ſtatus, ut â qualibet lingva, ſeu alias, prout eis celeri expeditione magis expedire videbitur eorum fratrum, qui juxta earundem literarum prædictarum formam ſuffragium laturi ſunt, nota ſive catalogus conficiatur, cum eorum nominibus, cognominibus, patriis & denominationibus, nec non tempore ſuſceptionis, habitus, ac reſidentiæ & caravannarum per eorum quemlibet factarum: quæ quidem nota, ſive catalogus edicto per eosdem locumtenentem & Conſilium Status promulgando inſeratur; edictumque hujusmodi in locis publicis & conſvetis ad hoc, ut ſi quis ſe gravatum ſenſerit, aut contra aliquem etiam alterius lingvæ excipere voluerit, infra terminum ab eisdem in dicto termino præfigendum, in actis Cancellarii, ſeu Vice cancellarii, aut cujusvis alterius ad hoc deputandi, jura ſua exhibere & deducere poſsit: quo termino elapſo & nihil oppoſito, opponere volentes poſtea amplius non audiantur. Præterea juxta literarum prædictarum diſpoſitionem etiam vigore cujuscunque privilegii, ſeu Conceſſionis, etiam ſpecialis â Sede Apoſtolica obtentæ ſive conſvetudinis, etiam immemorabilis, aut quovis alio prætextu, in electione Magni Magiſtri, aut in quovis alio actu illam concernente, votum, vel ſuffragium, nec ferre nec paſsive habere, nec in ea quomodolibet ſe intromittere, vel immiſcere poterit ullus ejusdem Hoſpitalis Frater, aut Capellanus, vel Serviens armorum, extra omnium lingvarum, ſive totius Hoſpitalis limites natus, cum quo ſuper defectu limitum diſpenſatum fuerit: nullusque Frater Capellanus, actu Sacerdos non exiſtens, minusque Frater Serviens ex mera gratia & non factis probationibus receptus. Qui omnes propterea, ſeu eorum aliqui, in Catalogo, ſive nota hujusmodi poni non debebant; exceptis tamen Epiſcopo Melivitano, & Priore Eccleſiæ Conventualis dicti Hoſpitalis nunc, & pro tempore exiſtentibus, nec non quovis alio magnæ Crucis Fratre, qui licet extra limites recepti, voto, ſive ſuffragio activo, & paſsivo gaudebunt reſpectu electionis 24. duntaxat, nec in hac prohibitionis parte ullatenus comprehendi, ſed ejusdem Epiſcopi nec non etiam lingvæ Germanicæ jura, privilegia, & prærogativæ, ſi quæ alias illis competunt præſervata cenſeantur.

Qvarto: Iidem locumtenens & Conſilium ad nominationem cujuslibet eligentium, qui ex aliqua infirmitatis, vel alterius juſtæ, & rationabilis impotentiæ cauſa nomina, cognomina & denominationes prædicta ſcribere non poterit, perſonas deputabunt quæ eadem nomina cognomina & denominationes pro iisdem ſic impeditis ſcribant.

Inſuper Locumtenens & Conſilium prædicti decidant & terminent ſummarie ſine ſtrepitu & figura judicii, etiam manu Regia juxta tamen ſtatuta, ſtabilimenta & conſuetudines dicti Hoſpitalis, omni & quacunque appellatione, reſtitutione in integrum, & allis quibuscunque executionem retardare valentibus remotis, omnes cauſas ſupradictorum gravaminum & exceptionum & quamlibet aliam controverſiam etiam XXIV. & XVI. Electorum, quas, ſede Magiſtrali vacante, oriri contigerit, donec ad Magni Magiſtri conſummatam electionem deventum fuerit.

Conventus vero, & omnes Fratres die & hora ſolitis in Eccleſia Conventuali S. Joannis congregentur: & Miſſa celebrata, Hymnoque, Veni Creator Spiritus, decantato, ſinguli Fratres jus ſuffragii, vigore literarum Apoſtolicarum prædictarum habentes, ad Capellam unicuique lingvæ ad id in eadem Eccleſia deſtinatam, ſeu deſtinandam accedant, exceptis tamen Fratribus illius linguæ

ex

ex qua dictus locumtenens extiterit, qui in corpore ejusdem Eccleſiæ Conventualis remaneant. Hi non unum, ut antea conſveverant, ſed tres Fratres Milites ex unaquaque lingva capaces ac juxta earundem literarum Apoſtolicarum, nec non ſtatutorum, ſeu ſtabilimentorum prædictorum formam qvalificatos, in Electores eligant, ita ut inpoſterum non octo tantum Fratres Milites, qui in Electores deputabantur, ſed viginti quatuor eligantur. Ipſaque trium Fratrum cujuslibet linguæ electio per ſecretas ſchedulas modo, & forma ſeqventibus fiat: Videlicet, quod omnes ſchedulæ vel impreſſæ vel una, & eadem manu tantum conſcriptæ ſint juxta exemplum infra ſcriptum.

Ego Frater
N. N.
Eligo Fratrem
N. N.
in unum ex XXIV.

Eædem Schedulæ ſuper menſa in Capellis & Eccleſia Conventuali prædicta reſpective poni ſingulique eligentes ſoli ſeorſim & ſeparatim, aliis inde remotis ad ipſam menſam accedere in ſuperiori ſchedulæ parte, nomen, cognomen, ſeu denominationem propriam ipſiusmet eligentis, & in inferiori ſchedulæ parte nomen, cognomen, ſeu denominationem eligendi propria manu ſcribere debeant; ita ut certa tam eligentis qvam electi perſona habeatur, alioquin ſuffragium ſit nullum, exceptis tamen votis illorum quorum nomina, cognomina & denominationes iidem locumtenens & Conſilium ob cauſas ſupra expreſſas per aliam perſonam ſcribi poſſe conceſſerint. Caveant etiam diligenter, ne in qualibet ſchedula plures, quam unum nominent, juxta exemplum inferius poſitum.

Ego Frater Sylveſter, Scotus,
eligo Fratrem Nicolaum la
Marra in unum ex XXIV.

Advertatur etiam, qvod ſcrutinium erit toties reiterandum, donec tres ſupradicti, votis ſive ſuffragiis ſufficientibus electi ſint, juxta prædictum motum proprium.

Qvilibet vero eligentium hujusmodi ad menſam prædictam accedens, nominibus ſeu cognominibus, aut denominationibus prædictis in ſua ſchedula, ut præmittitur, conſcriptis, primo illam in ſuperiori parte complicabit & cominuni ſuæ linguæ ſigillo in eadem menſa ad hunc effectum præparando ita claudat, ut eligentis nomen nunqvam videri poſſit, nec ullo unqvam tempore publicetur.

Secundo eandem ſchedulam ita totam complicabit, ut tunc temporis â nemine legi valeat.

Tertio ſchedulam ipſam ſic complicatam & ſigillo clauſam ſummis digitis elevans, & circumſtantibus palam & publice ad hoc, ut uniçam eſſe omnibus pateat commonſtrans, alta & intelligibili voce jurabit juxta ſeqventem formam.

Ego N. juro, me eligere illum, qvem ſecundum Deum eligendum judico.

Qvod qvidem juramentum in omnibus aliis electionibus in vim literarum Apoſtolicarum hujusmodi faciendis præſtari & renovari debebit.

Præſtito hujusmodi juramento ſchedulam prædictam in urnam, ſeu vas, ad hunc effectum in menſa appoſitum immittat.

Qvo facto tres fratres Milites antiqviores & magis antiani, nulla habita præeminentiæ conſideratione ultra alios actus ſibi, uti ſcrutatori, competentes palam & publice omnibus eligentibus videntibus & audientibus, ſchedulas in urnam, ſeu vas immiſſas numerent: & ubi pauciores, ſeu plures ſchedulæ numero eligentium repertæ fuerint, illico & publice comburantur & toties ſcrutinium renovetur, donec ſchedularum numerus eligentium numero coæquetur, illique reſpondeat.

Comperto autem, numerum ſchedularum parem eſſe numero eligentium, ſcrutatores prædicti legant alta voce & publicent ſchedulas in parte ſigillo non clauſa, publicando propterea perſonam, quæ in eis eligitur: factaque publicatione hujusmodi, cenſeantur electi tres Fratres Milites prædicti pro qualibet lingva, qui majorem ſuffragiorum numerum reſpectu minoris habuerint, dummodo ſinguli quartam ſaltem ſuffragiorum partem aſſequantur. Qvod ſi nemo, ſive duo, aut unus duntaxat ex tribus eligendis hanc qvartam ſuffragiorum partem reportaverit, ad novum ſcrutinium toties pariter deveniatur, qvoad alios, qui qvartam partem non reportaverint, donec trium numerus cum dicta ſaltem qvarta parte compleatur. In eventum, in qvem aliqvis neceſſariis duntaxat votis eligatur, idem electus propriam ſchedulam agnoſcet, ad hoc ut videatur, an detracta ipſius electi ſchedula ſufficiens pro electione ſchedularum numerus fuerit & an electus ſibimet (qvod non poteſt) ſuffragium tulerit: & re-

nun-

nuente electo propriæ ſchedulæ agnitionem ſive manifeſtationem, ille ea vice pro non electo habeatur.

Quid vero, ut præmittitur, electus fuerit â ſuffragio ſive voto ferendo pro aliis duobus arceatur, ſtatimque atque electus fuerit, ab ipſa Capella recedat & ad locum Conclavis opportunum ſe conferat.

Quodſi Locumtenens in dictorum trium numerum eligatur ſtatim alius locumtenens deputetur, ſeu magis antianus ipſius Conſilii ibi exiſtens, omiſſa qualibet præeminentiæ conſideratione Locumtenentis loco præſideat, prout Conſilio expedire videbitur.

Quia vero lingua Anglicana non habet Fratres Milites Capellanos, nec fratres ſervientes, ideo, donec illud Regnum ad gremium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ redierit, unaquæque aliarum ſeptem lingvarum ſucceſſive alium fratrem militem è propria lingva per ſchedulam, ut ſupra eligat: & ex ſeptem ſic electis viginti & unus ſupradicti, prævia dicti juramenti præſtatione, per ſecreta pilularum ſuffragia pro majori eligentium numero reſpectu minoris, tres diverſarum nationum Gallicæ videlicet, Italicæ, Hiſpanicæ & Germanicæ eligant, cum ballotatione cujuslibet ipſorum ſeptem: qui tres, ut præmittitur, electi lingvam Anglicanam repræſentent illiusque vice & nomine illa electione dictorum ſeptem duntaxat ſuffragium ferant.

Facta, ut præmittitur, eorundem electione, illi ad locum Conclavis ſe conferant, in quo electio Magni Magiſtri neceſſario facienda erit, & ad infra ſcriptos actus deveniant, videlicet.

Primo eligant prævia dicti juramenti præſtatione præſidentem electionis per pilulas ſecretas, juxta antiquam dicti Hoſpitalis conſuetudinem hactenus ibi obſervatam: qui ſic electus, loco dicti Locumtenentis cum prohibitionibus ſupradictis gratias & alia ſupradicta faciendi, præſideat, & ea, quæ Præſidentes electionis de jure, privilegio, uſu, vel conſvetudine facere & gerere poſſunt, ſeu debent, gerat & faciat.

Secundo, prævia ſimiliter ejusdem juramenti præſtatione procedant ad electionem Triumviratus nempe unius armorum ſervientis fratrum, qui ſint diverſarum lingvarum, juxta formam ſcrutinii pilularum ſuperius deſcripti usque ad perfectam electionem hujusmodi.

Tertio, celebrata electione prædicta ipſi tres ſic electi ad quarti electionem, diverſæ tamen lingvæ â ſua, unanimes deveniant: & ſi infra unius horæ â primo momento clauſuræ Conclavis computandæ, ſpatium concordes non fuerint, tunc & eo caſu illorum ſinguli alium fratrem Militem eorum cuilibet bene viſum, qui non ſit ex eorum lingvis, nominent nominationeque hujusmodi ad viginti quatuor electores relata ipſi ſe in Sacriſtiam eis loco Conclavis in hoc caſu duntaxat aſignatam, recipientes, prævia pariter dicti juramenti præſtatione, ad ſecretum Scrutinium pilularum pro electione unius ex dictis tribus nominatis deveniant, ita, ut quilibet horum trium ballotetur, & ille pro quarto electus ſit & eſſe cenſeatur, qui majorem ſuffragiorum numerum reſpectu minoris numeri reportabit etiamſi ſit de corpore dictorum viginti quatuor.

Qvarto, iſte quartus ſic electus ad Conclave accedat & cum aliis tribus ad quinti: qvintus vero ſimiliter electus cum aliis quatuor ad ſexti electionem procedat, per majorem ſuffragiorum, ſeu pilularum numerum ſicque ſucceſſive usque ad ſexti decimi electionem, videlicet duorum ex unaquaq; lingua, juxta eorum præeminentias & prærogativas hactenus obſervatas quib9 præjudicium inferre non cenſetur, deveniatur.

Occurrente autem in omnibus electionibus prædictis ſuffragiorum paritate, aliis præferatur electusque ſit, & eſſe cenſeatur magis antianus, & in antianitatis æqvalitate is, qui diuturniorem in Conventu reſidentiam fecerit, ſeu in ſervitio dicti Hoſpitalis magis occupatus fuerit, propter quod ſervitium pro reſidente in Conventu habeatur ad prædictum effectum; & in reſidentiæ paritate is, qui plures caravannas fecerit.

Completa tandem ſexdecim prædictorum electione ipſi ſexdecim ſic electi, odio, amore, & aliis quibuscunque humanis affectibus poſthabitis, ſolumque Deum, illiusque religionis decus ac propagationem præ oculis habentes, prævia etiam juramenti ſupradicti præſtatione, ad electionem Magni Magiſtri quem capacem & pro tanti ordinis dignitate & utilitate idoneum judicaverint, ſicut hactenus obſervatum fuit, deveniant. Omnibus autem innoteſcat, electionem nullam, & irritam fore eo ipſo, nec ullum effectum ſortiri debere, ſi aliter celebrata fuerit quam in Conclavi. Et prævia electione trium fratrum Militum uniuscujusque lingvæ non receptorum ex gratia limitum,

modo & forma præmiſſis, tam reſpectu ſcrutinii & ſuffragiorum, quam reſpectu lingvæ Anglicanæ facienda. Et non electo prius uno Fratre milite, uno fratre Capellano & alio fratre ſerviente armorum, ut ſupra qualificatis, qui usque ad electionem decimi ſexti duorum videlicet pro qualibet lingva, juxta earundem literarum tenorem procedant, & â ſexdecim electis hujusmodi. Demumque de alio quam uno ex fratribus Militibus ex eadem limitum gratia nequaquam receptis.

Motu itaque proprio & ex certa ſcientia ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine quodcunq; Electionarium, ſive Ceremoniale, vel Rituale Electionis, ſeu Electionum hujusmodi, â quocunque deſuper hactenus factum, compoſitum ſive publicatum, etiam typis impreſſum, in primis, & ante omnia revocantes & annullantes, omnia & ſingula in præſenti Ceremoniali ordinata & quomodolibet contenta, tenore præſentium perpetuo approbamus & confirmamus, illisque omnibus & ſingulis perpetuæ & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Eaque ab omnibus & ſingulis dicti Hoſpitalis fratribus, ad quos ſpectat & pro tempore quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari præcipimus & mandamus.

Decernentes ſic, & non aliter per quoscunque Judices ordinarios & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos & Nuntios, quavis auctoritate & poteſtate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate ubique judicari & definiri debere: ac irritum & inane ſi ſecus ſuper his â quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari:

Non obſtantibus omnibus illis quæ in literis noſtris prædictis voluimus non obſtare, cæterisque contrariis quibuscunque.

Dat. in Arce Gandulphi Albanenſ. diœc. ſub annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1634. Pontificatus noſtri an. 12.

LIX.

Diploma, vermöge deſſen der Großmeiſter und Convent des Johanniter-Ordens zu Malta, Landgraff Fridericum zu Heßen-Darmſtadt zum Coadjutore des Priorats ihres Ordens in Teutſchen Landen ernennet, de Anno 1638.

Frater Joannes Paulus Laſcaris Caſtellar.

DEi gratia ſacræ Domus Hoſpitalis St. Joannis Hieroſ. & militaris Ordinis St. Sepulchri Dominici Magiſter humilis pauperumque JEſu Chriſti Cuſtos, & Nos Conventus Domus ejusdem Illuſtriſſ. ac venerando Principi Friderico, Landtgravio Haſſiæ Darmſtaden. Ordinis noſtri Bajulivo Capitulari ſalutem in Dno. ſempiternam. Generis Claritas Proſapiæque tuæ amplitudo, nec non multiplicia & præclara inſignium Virtutum Dona, quibus decoratus exiſtis, & apud nos nimium commendaris, promerentur, ut tibi procerum & Conſiliariorum conſortio aggregato, ea liberaliter concedamus quibus ad infraſcriptam Prioratus dignitatem pervenire valeat. Alias ſiquidem menti Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Urbani, divina provid. Papæ Octavi obtemperare ac ſacræ Cæſareæ Majeſtati morem gerere Cupientes vigore Indultorum Apoſtol. Ordinis noſtri viſa deliberatione noſtræ Venerandæ Lingvæ Alemaniæ ad quam infraſcriptum negotium particulariter ſpectat deſuper emanata, Te in Coadjutorem Venerandi Religioſi in Chriſto Nobis præclariſſimi fratris Hartemani de Tan, Prioratŭ noſtri Alemaniæ moderni Prioris cum futura ſucceſſione Voto ac ſtallo in Comitiis aliisque ſenioribus Religionis noſtræ in abſentia ipſius Venerandi Prioris (non obſtante quod eam per Nos Venerando Religioſo in Chriſto Nobis præchariſſimo fratri Georgio Borchardo de Schawenburgh, Prioratus noſtri Ungariæ Priori, ad dictum Prioratum Alemaniæ Antianitas ſeu Expectativa conceſſa fuerit) ſub reſervatione tamen Confirmationis Apoſtolicæ & prout in decreto per Nos, noſtrumque Vener. Concilium die Ultima Aprilis proximo præteriti edito latius continetur, elegerimus, & deputaverimus nuperque prælibatus Sanctiſſimus per ſuas literas Apoſtolicas in formas Brevis datas Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die quinta Junii proxime

me defluxi ſuo motu proprio ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine electionem de tua perſona in Coadjutorem hujusmodi per Nos, ut præfertur factam pleniſſime confirmaverit, & approbaverit, & prout in dictis literis quas in actis noſtræ Cancellar. referri debitæ executioni demandavi, inviolabiliter obſervari mandavimus, ad quas in omnibus & per omnia habeatur relatio plenius, conſtat & apparet. Nos igitur ipſius Sanctiſſimi Domini noſtri confirmatione in eisdem literis Apoſtolicis expreſſe inhærentes, confidentesque prædictum Prioratum Alemaniæ ſub optimo tuo regimine & adminiſtratione majora ſuſcepturum incrementa, invicem maturo, & deliberato conſilio, de noſtra certa ſcientia, tenore præſentium, Te illuſtriſſimum ac Venerand. Principem, Fridericum Landtgravium antedictum prætendentem & acceptantem in Coadjutorem perpetuum præfato Venerando fratri Hartemano de Than Prioratus noſtri Alemaniæ moderno Priori cum futura ad dictum Prioratum ſucceſſione & cum poteſtate & auctoritate ſimilibus Coadjutoribus de jure vel conſvetudine aut alias dari ſolita creamus, conſtituimus, admittimus, & ordinamus; Ita ut ratione dictæ Coadjutoriæ poſis & Libere Valeas in abſentia ejusdem Venerand. Prioris Alemaniæ in quibuscumque noſtris Conciliis Capitulis generalibus & Provincialibus, Aſſembleis, Lingvis, ſeſſionibus, aliisque noſtri Ordinis Congregationibus intrare, ſedere vocemque activam & paſſivam habere, prout cæteri Coadjutores, ſive Priores hactenus facere conſveverunt; Nec non dictum Prioratum Alemanniæ quandocumque per ceſſum vel deceſſum, aut aliam quamlibet dimiſionem dicti Venerand. de Than, moderni Prioris vacare contigerit, vel etiamſi de præſenti vacet cum ſuis Cameris Prioratibus nempe Commendis Traiecti, Coloniæ, Heimbach, & Bubigkhen, nec non Comenda de Friburgh, & Bresgaw, gianta Camera nuncupatis omnibusque & ſingulis, ejusdem & cujuslibet ipſarum membris prædiis, Domibus, & pertinentiis univerſis ad ipſum ſpectantibus, & pertinentibus ſeu ſpectare & pertinere debentibus, auctoritate præſentium Imo Verius apodictica auctoritate etiam ante dictum Venerandum fratrem Georgium Borchardum de Schawenburgh, & alios quoscunque fratres dictæ noſtræ Venerandæ Lingvæ Alemaniæ per te vel tuos Legitimos procuratores ſumere, habere, & conſequi, poſſeſionemque pacificam, & quietam ejusdem intrare, adipiſci & tenere, ac ad illum Liberum habere acceſſum, & ingreſſum, atque acceptatum Prioratum tanquam Legitimus Prior, regere, gubernare & adminiſtrare illiusque fructus, redditus & Proventus colligere recipere, & recuperare, ac de ipſis prout ſtatuta noſtra ordinant diſponere nulla alia noſtra vel cujusvis alterius expectata Licentia, proviſione, aut conſenſu. Salvis tamen, & reſervatis Juribus noſtri Communis ærarii impoſitis, & quovismodo imponendis, & præſertim ſpolii mortuarii, & Vacantis, quibus nullo modo derogare intendimus. Quapropter cuicunque Ordinis noſtri fratri primitus requiſito committimus, & mandamus, ut auctoritate, & Vice noſtra in vim præſentium contingente Vacationis caſu dicti Prioratus, ut præfertur, Te vel tuum Legitimum procuratorem in poſſeſionem pacificam, & quietam illius inducat, & inductum conſervet, Amoto ab eodem quolibet alio (ſi quis fuerit) quem nos, tenore præſentium, ut illicitum detentorem, ex nunc pro tunc amovemus, & decernimus firmiter amovendum. Præcipientes univerſis, & ſingulis dictæ Domus noſtræ fratribus quacumque auctoritate, dignitate officioque fungentibus præſentibus, & futuris in virtute ſanctæ obedientiæ ne contra præſentes noſtras Collationis, & Conceſionis Coadjutoris literas aliquatenus facere vel venire præſumant, ſed eas ſtudeant inviolabiliter obſervare. In cujus rei teſtimonium Bulla noſtra Magiſterialis in Cera nigra præſentibus eſt appenſa. Datæ Melitæ in Conventu noſtro, die Tertia menſis Julii, Milleſimo, Sexcenteſimo Trigeſimo octavo.

LX.

Pabſts Innocentii X. Confirmation einiger von ſeinen Vorfahren dem Johanniter-Orden ertheilter Privilegien, de Anno 1648.

Innocentius Papa X.
ad perpetuam rei memoriam.

UNiverſalis Eccleſiæ regimini per ineffabilem divinæ ſapientiæ providentiam, meritis licet inſufficientibus præpoſiti inter multiplices paſtoralis officii curas, illam peculiari ſollicitudine libenter amplectimur, qua privilegia, gratiæ & indulta militiis & hoſpitalibus quibuslibet ad majorem Dei gloriam, ſuæque Eccleſiæ ſanctæ exaltationem, illius vero hoſtium profligationem piè, provideque inſtitutis â Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſa, quo majoris validitatis munimine ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis, patrocinio muniuntur, prout rerum temporumque qualitatibus debite penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cum itaque ſicut accepimus alias fel. record. Leo X. & Clemens VII. Paulus III. Pius IV. & Pius V. Rom. Pontifices prædeceſſores noſtri inter alia privilegia & indulta dilectis Filiis, Magiſtro & Conventui Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani â ſede Apoſtolica conceſſa eundem & pro tempore exiſtentem Magnum Magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Priores Præceptores, milites, familiares aliasque perſonas Hoſpitalis hujusmodi, nec non eorum ſubditos, Vaſallos, Colonos, Servitores, & alios in eorum obſequiis & dicti Hoſpitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis exiſtentes etiam Presbyteros curam animarum exercentes, quamdiu illam exercerent & in illorum obſequiis forent illorumque animalia, prædia, domos molendina & bona quæcunque, quæ obtinebant, ac impoſterum obtinerent & poſſiderent â ſolutione & exactione decimarum cenſuum, Jurium etiam Synod. & canonicarum portionum, ſeu charitativi ſubſidii, aut jucundi adventus, ſeu quartæ aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcunque onerum, ſub certis modo & forma exemerint & liberaverint, prout in diverſis ipſorum prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur.

Et licet ipſi Milites, & aliæ perſonæ prædictæ non debuiſſent â quoquam contra dictorum privilegiorum tenorem & formam moleſtari, perturbari, vel inquietari, cum ipſi non modo eorum facultatibus & fortunis verum etiam ſangvini & vitæ pro tuitione fidei Catholicæ non parcant, nihilominus cum diverſi locorum Ordinarii, ac Parochialium Eccleſiarum rectores, & multæ capitulares perſonæ id ſibi omnino juxta Sacri Concilii Tridentini decreta, licere aſſerentes, eosdem Magnum Magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Priores, Præceptores, Milites, & perſonas diverſis oneribus, contra eorum privilegia prægravarent, illosque ad decimas, cenſus ſubſidia, etiam charitativa, congruas portiones, jucundum adventum, Paſtor bonus, aut alias nuncupata onera etiam jura Synodalia ſolvenda cogere præſumant, in maximum ipſius Hoſpitalis detrimentum & gravamen. Fel rec. Greg. XIII. Sixtus V. & Gregor. XIV. ſimiliter prædeceſſores noſtri ex certa ſcientia & Apoſt. poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula Privilegia, indulta facultates, exemptiones, Immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magiſtro & Conventui quomodolibet conceſſa confirmantes, approbantes, & innovantes eos ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtari, inquietari, ac perturbari diſtrictius prohibuerunt.

Et præterea cum inter alia fel. record. Pius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter, eisdem Magno Magiſtro & Conventui inter cætera privilegia Prioratus Bajulivatus, Caſtellaniam Empoſtæ, Commendas & alia ejusdem hoſpitalis beneficia libere uniendi & diſmembrandi facultatem conceſſiſſet & nihilominus â quibusdam quandoque dubitaretur, an ante, vel poſt mortem poſſeſſorum unio, ſeu dilmembratio ipſa fieri poſſet, ac deberet, idem Gregorius prædeceſſor ad tollendum omne dubium & ambiguitatem, quæ in præmiſſis in futurum oriri poterant, ut quandocunque eis videretur, ſive poſt mortem poſſeſſorum, Prioratus, Bajulivatus, Caſtellaniam Empoſtæ, & alia ejusdem Hoſpitalis beneficia unire, & dismembrare libere & licite poſſent & valerent, nec non omnia & ſingula privilegia, & exemptiones prædictas etiam ad Conſratres & Donatos ejusdem Hoſpitalis extendi deberent, decrevit, ac decretum & declarationem hujusmodi aliaque præmiſſa recolend. pariter memoriæ Clemens octavus, Paulus V. & Gregorius XV. Romani Pontifices approbarunt & confirmarunt noviſſimeque omnium ſel. etiam mem. Urbanus Papa Octavus, prædeceſſor noſter omnia & ſingula privilegia indulta facultates exemptiones, Immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magiſtro & Conventui quomodolibet conceſſa Apoſtolica itidem auctoritate confirmavit, & approbavit, & alias prout in eorundem noviſſimorum Pontificum prædeceſſorum literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberius continetur.

Nos igitur attendentes præclara ejusdem Hoſpitalis erga fidem Catholicam & Sedem Apoſtolicam merita, ac cupientes ut privilegia, exemptiones & gratiæ eo firmius ſubſiſtant, quo ſæpius ab eadem Sede confirmata extiterint, Magnum Magiſtrum, Priores, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Præceptores, Milites & Fratres & eorum ſingulos, ſingularesque dicti Hoſpitalis perſonas â quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſeqvendum harum ſerie abſolventes & abſolutas fore cenſentes, nec non omnium & ſingulorum privilegiorum, indultorum facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum & gratiarum per prædictos & alios quoscunque Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros & ſedem Apoſtol. Hoſpitali prædicto illiusque Magno Magiſtro, Conventui & fratribus militibus aliisque prædictis perſonis conceſſorum ac literarum deſuper confectarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Card. Concilii Trid. Interpretum Conſilio: Motu proprio non ad Magni Magiſtri & Conventus hujusmodi, aut alicujus alterius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalitate Apoſtol. poteſtatis plenitudine omnia & ſingula privilegia, indulta facultates exemptiones immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magiſtro & Conventui quomodolibet conceſſa exceptis tamen decretis, ejusdem Concilii Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis nec non aliis, in quibus ſpecifice eadem Religio exprimitur, & comprehendi diſponitur quæ in ſuo robore, & efficacia permaneant, tenore præſentium confirmamus & approbamus, illisque perpetuæ & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis vim & robur adjicimus ac omnes & ſingulos, tam juris quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Decernentes præſentes literas ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod locorum ordinarii ad id vocati non fuerint, notari, impugnari, vel invalidari minime poſſe, minusque ſub quibuscunque ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & derogationibus comprehendi poſſe ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe.

Sicque ab omnibus cenſeri & ita per quoscunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, ſeu interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his â quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit, attentari.

Quocirca dilectis filiis in Regnis Hiſpaniarum & Neapolitan. noſtris & dictæ ſedis Apoſtolicæ pro tempore exiſtentibus Nuntiis ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſeu cuivis alii ejusdem Sedis Nuntio, ſeu Internuntio aut Jurium & Spoliorum Cameræ Apoſtolicæ debitorum Collectori in quibusvis Regnis, ſeu Provinciis Reipublicæ Chriſtianæ pro tempore commorantibus per præſentes motu ſimili

committimus & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas & in eis contenta quæcunque ubi & quando opus fuerit & quoties pro parte eorundem Magni Magiſtri & Conventus fuerint requiſiti ſolenniter publicantes, eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eosdem Magnum Magiſtrum, & Conventum confirmatione approbatione decreto aliisque omnibus & ſingulis præmisſis uti, frui, aut gaudere non permittentes eos per ordinarios prædictos, aut quoscunque alios contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari aut inquietari.

Contradictores quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimisque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi fuerit opus, auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus piæ mem. Bonefacii Papæ Octavi etiam prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, ac aliis quibusvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus nec non juramento confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis & conſvetudinibus, privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis quibusvis perſonis etiam præfatis locorum ordinariis ſub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu & ſcientia ſimilibus, etiam conſiſtorialiter & de fratrum noſtrorum conſilio in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, acſi de verbo ad verbum præſentibus, inſerti forent, pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſarum effectum ſpecialiter & expreſſe derogamus cæterisque contrariis quibuscunque. Aut ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujusmodi mentionem. Eorundem autem prædeceſſorum veſtigiis inhærentes volumus, quod dicti Pii V. 22. Septembris, anno 6. ac Gregorii XIII. prædeceſſorum noſtrorum literis ſub annulo Piſcatoris 25. Novemb. anno 19. Pontificatuum ſuorum expeditis, in ſuo robore & efficacia permanentibus, præſentes literæ Eccleſias & perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Conc. Tridentini hujusmodi omnino ſervari debere intendimus, minime comprehendant.

Ac quod præſentium literarum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii Publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 18. Julii, 1648. Pontif. noſtri anno quarto.

LXI.

Kayſers Leopoldi Confirmation und Erweiterung aller und ieder Privilegien des Johanniter-Ordens, de Anno 1662. **ſtehet in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Johanniter-Orden**, pag. 102

LXII.

LXII.

Præſentations-Schreiben, worinn der Herr-Meiſter der Baley Brandenburg, Fürſt George Friedrich von Waldeck dem Johanniter-Meiſter in Teutſchen Landen, zu Folge des Heimbachiſchen Vergleichs, zur Confirmation præſentiret **worden**, de Anno 1689. **befindet ſich** loco antea citato, pag. 107.

LXIII.

Kayſers Joſephi Confirmation **und Erweiterung derer Privilegien des Johanniter-Ordens**, de Anno 1708.

JOSEPHUS, Divina Favente Clementiâ electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac ſuperioris & inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Sac. Rom. Imp. Burgoviæ, ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. &c.

AD perpetuam rei memoriam recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium univerſis. Cùm Nos Venerabilis noſter, & Sacri Imperii Princeps, ac devotus, dilectus Wilhelmus, Militiæ Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani per Germaniam Supremus Magiſter pro ſe, adeoque univerſo præclaro Ordine ſub eodem militante humiliter rogârit, ut ſibi omnes, & ſingulas ſuas, ſuique Ordinis Gratias, Immunitates, Exemptiones, Privilegia, Jura, & Jurisdictiones Anteceſſoribus ipſius, eidemque Ordini ab olim Noſtris in Imperio Prædeceſſoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus feliciſſimæ recordationis liberaliter conceſſas, & acquiſitas, quarumq; in libera & quieta poſſeſſione, vel quaſi hactenus extiterint, vel adhuc extent, in univerſis & ſingulis eorum punctis, articulis, contentis, & ſententiis innovare, confirmare, & corroborare, ſeque, tanquam Supremum Magiſtrum, ac ipſius Ordinem cum omnibus ſibi conjunctis perſonis, Commendis, rebus, & bonis cujuscunque nominis, ac ubilibet in Imperio Germaniæ ſitis & Ordinis defenſioni ſubjectis ſub Noſtram, & Sacri Romani Imperii ſingularem protectionem, & defenſionem ſuſcipere, præſertim etiam eidem, & Ordini Statuta, & ordinationes ſuas, quoad pauperitatis religioſæ obſervantiam, juraque in omnia & ſingula ſingulorum decedentium bona ex iisdem ſibi, & univerſo Ordini competentia ſalva, & integra conſervare, contraque eos, qui in præjudicium memoratorum Statutorum, & jurium bona, & hæreditates defunctorum ſub prætextu teſtamentorum ab iisdem conditorum, vel aliter invadunt, præſentaneam aſſiſtentiam, & Brachium Noſtrum Imperiale fortiter præſtare, & præbere: nec non Sanctionem, quod omnes à parentibus ex vero ſanguine Germano non oriundi ab Alemanniæ Supremo Prioratu, ejusque dignitatibus, Commendis, membris, penſionibus, ac juribus perpetuo excluſi manere debeant, communi Sacri Romani Imperii Statuum conſenſu, accedente Noſtrâ Cæſareâ ratificatione ſtabilitam Diplomatis hujus Noſtri paginis pro perpetua ejus obſervantia inſerendam curare, prout etiam, quia ejus Ordinis Equites majori ex parte ſecundum illius præclarum inſtitutum Melitæ, ac in maritimis expeditionibus cum perpetuo vitæ periculo ferè continuo inſerviant, adeoque quodammodo Reipublicæ causâ abſint, ſicque Juribus, exemptionibus, ac privilegiis ſibi legitimè competentibus pro neceſſitate invigilare nonpoſſint, adeoque nonnulli modò dictâ abſentiâ, & facili perſuaſione, quod ſæpefatus Ordo ob exiguam dictorum ſibi competentium jurium, & privilegiorum infractionem, longævum ac diſpendioſum proceſſum minimè inchoaturus, aut ad finem perducturus ſit, fallaciter nitentes; dicta ſua Jura, & Privilegia, bellicoſis ac turbulentis potiſſimum temporibus, injuſtè violare auſu temerario ſæpius præſumant, ex Cæſarea Noſtra Clementia, & auctoritate, quod in ſupremis Noſtris, & Sacri Romani Imperii dicaſteriis non ſolum Mandata ſine clauſula, & citationes ad videndum ſe incidiſſe in pœnam privilegiis inſertam, verum etiam in hujusmodi litigiis, nudâ facti veritate inſpectâ, promptâ, & impartialis juſtitia omni modo accelerari, ac ad realem exe-

executionem propediem perduci debeat clementiſſimè declarare ac jubere dignaremur: quarum quidem prædictarum Gratiarum,Libertatum,Privilegiorum,Literarum, Immunitatum, Jurium, & Jurisdictionum, nec non Statutorum contenta, & ſententiæ ſunt,prout ex ſequentibus patebit.

Nempè, & inprimis literæ protectionis, tuitionis, & ſalvi conductûs latino idiomate conſcriptæ,quæ Ordinem, ejusque Domos, & Commendas à teloniis,vectigalibus, & pedagiis omnibus eximunt, ab olim Friderico Imperatore conceſſæ ſub dato Papiæ in Italia quarto calendas Decembris anni milleſimi, centeſimi, octuageſimi quinti. Deinde aliæ quoque Literæ protectionales à quondam Philippo Rege ſecundo, de dato Baſileæ,quinto calendas Junii, anno milleſimo, ducenteſimo ſeptimo, quibus Regia Sua Majeſtas prædictum ordinem cum omnibus bonis ſuis, præſertim verò prædium Haimbach in ſuam & Imperii protectionem, & tuitionem ſuſcepit: Item Literæ Ratificationis, & Confirmationis omnium bonorum,quæ Ordini vel fundata,vel donata fuerint, aut inpoſterum fundari, & donari contigerit; & quod nemo, quicunque ſit,præfatum Magiſtrum vel perſonas, vel Ordinis homines in bonis ſuis moleſtare, gravare, aut injuriam aliquam irrogare ſibi præſumat, & attentet,ab Henrico quondam Rege, pridie nonas Novembris,anni milleſimi,ducenteſimi, vigeſimi ſeptimi apud Baſileam datæ. Similiter etiam aliud Scriptum ratificatorium ab eodem Henrico Septimo ejusdem tenoris ſuper bonis Ordinis in Imperio,&Ducatu Sueviæ ſitis,ſub dato decimâ ſeptimâ calendas Novembris, anno milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo ſeptimo datum. Item conceſſio Libertatis & Exemptionis à Ludovico Imperatore prohibens, & interdicens, ne qua Civitas, quomodocunque nominata, Domus in Friburg mancipia in Cives ſuſcipiat, & quæ jam ſuſcepta ſunt, nihilominus in ſervitute, & ſubjectione Fratrum ejusdem Domus in Friburg permaneant, eaque præſtare teneantur, ad quæ prius obligati erant, antequam in Cives adſcripti eſſent; & quòd prædicti Fratres eadem mancipia ſua ad obedientiam,& ſervitia compellere & redigere, etiam,ſi opus ſit,apprehendere valeant, de dato Spiræ in die ſancti Andreæ anno milleſimo, trecenteſimo, trigeſimo nono. Item Privilegium Caroli Quarti Imperatoris,quo graviter, & ſub arctiſſima pœna mandatur, ne quis iis, qui Ordini ſe addixerunt,poſtmodum verò Magiſtro & Fratribus ejusdem Ordinis ſe minus obedientes exhibuerunt, regulam, ac ordinationem neglexerunt,ſæcularium ſuorum amicorum,& conſanguineorum ope eisdem repugnârunt,ad judicia ſæcularia eos de facto, & contra dicti Ordinis Jura, Jurisdictiones & Libertates vocari, & citari procurârunt, his omnibus Ordinis hominibus gravia, & enormia damna,& diſpendia inferentes,quicunque etiam conſilium, patrocinium & favorem præbeat; ſed potiùs,ut Magiſtro, & Ordini ſuo obedientes ſe ſiſtant, admoneant, eidemque Magiſtro & Ordini ſuo hanc operam, & auxilium ferant omnes ſub dato Norimbergæ, ſecundo calendas Decembris, anno milleſimo, trecenteſimo, ſexageſimo ſexto. Hinc ſequuntur Literæ declaratoriæ ejusdem Caroli Quarti Imperatoris datæ in Elpogen anno milleſimo, trecenteſimo, ſeptuageſimo ſecundo, die ſancti Marci, quarum tenor eſt, ne quis Princeps Eccleſiaſticus, aut ſæcularis, Vicarius, Præſes provinciæ, Capitaneus, Præfectus, Schultetus in Alſatia, Oppidi, præſertim Columbariæ,vel alius quicunque cujuscunque nobilitatis, honoris, & exiſtimationis fuerit, in perpetuum prædictum Magiſtrum, Præceptores, & Fratres Ordinis ſancti Joannis,eorumque Domos, ſive Commendas, homines,& bona per totam Germaniam, præſertim verò Domum, quam idem Ordo Columbariæ noſtræ, & Imperii Camera in Alſatia poſſidet, omnes & ſingulos ejus homines,& bona nullis omninò ſervitutibus,angariis,teloniis,impoſitionibus, hoſpitiis, aut aliis oneribus quomodocunque excogitari, aut nominari poſſint, oneret,gravet, moleſtet, aut faſtidia inferat ullo modo; ſed ut præfatum Ordinem, ejusque Domos, Fratres, homines, bona, & pertinentias in perpetuum liberas,immunes, & exemptas relinquant,ſub mulcta centum Marcarum auri puri. His aliæ ſubjunguntur Literæ declaratoriæ Moguntinæ anno milleſimo, trecenteſimo, ſeptuageſimo octavo,die Veneris poſt ſancti Matthiæ, ab eodem Carolo Imperatore datæ ſuper Privilegiis, & Libertatibus, quas Ordo à Majeſtate ſua Cæſarea, nec non Sacro Romano Imperio obtinuit, nimirum ne quis Princeps eccleſiaſticus, vel ſæcularis, Vicarius,Præſes provinciæ,Capitaneus,Præfectus, Schultetus, aut etiam quivis alius quacunque nobilitate, honore, exiſtimatione, & conditione præditus, aut quomodo nominatus ſit, in perpetuum audeat Magiſtrum,

ſtrum, Præceptores,Fratres prædicti Ordinis ſancti Joannis, eorumque Domos,homines, & bona ullis omnino ſervitutibus, angariis, exactionibus, teloniis, impoſitionibus, hoſpitiis, aut etiam aliis oneribus quomodocunque excogitatis, & nominatis gravare, moleſtare,& in quietare; verum quod idem Ordo, ejuſque Domus, Fratres, homines, bona,& pertinentiæ in perpetuum ab omnibus hujusmodi oneribus liberæ, exemptæ & immunes ſint, ac eſſe debeant: ſimiliter, quòd omnes eorum Domus per totam Germaniam,ac illi, qui ſecuritatem,& aſylum ſibi, & bonis ſuis in iisdem quærunt, & cupiunt, liberi ſint, & ſecuri, adeò ut nemini eorum corpora & bona, vi aut facto eximere ullo modo liceat.Item quòd nemo, quicunque ſit, præfati Magiſtri & Ordinis ipſius mancipia in cives ſuſcipiat; & ſi quis hoc fecerit, teneatur Magiſtro, & Ordini, quamprimum, deſuper requiſitus fuerit, eâ liberè, nullâ excuſatione in contrarium obſtante reſtituere. Inſuper nec bona, vaſallos, mancipia eorum ad judicia provincialia citare, aut moleſtare quis attentet. Et ſi quæ facta eſſent in contrarium,nullius roboris ſint,atque valoris. Subnectitur deinde privilegium quondam Friderici Imperatoris, ſub dato in Nova civitate die Pentecoſtes ante diem S.Vrbani anno milleſimo,quadringenteſimo, ſexageſimo ſexto, continens, quòd Ordo prædictus mancipiis ſuis ad Domum, quæ eſt in Friburgo, pertinentibus collectas moderatas imponere, & ab ipſis exigere poſſit, perinde ac alii Imperii Prælati,Comites, Barones,Domini, Equites, & milites in Briſgovia à ſuis conſueverunt hactenus, nemine in hoc ipſos impediente vel remorante. Item aliud Privilegium ejusdem Friderici Imperatoris ſub dato in Nova civitate die lunæ ante diem ſancti Vrbani anno milleſimo,quatringenteſimo,ſexageſimo ſexto, quòd nimirum in villa Heitersheim ſingulis impoſterum annis proximâ die lunæ poſt feſtum ſancti Bartholomæi nundinas celebrare liceat; & quòd univerſi, & ſinguli mercatores, & easdem adeuntes omnibus gratiis, juribus, libertatibus, ſalvo conductu, protectione, conſuetudinibus, ordinationibus, & obſervationibus uti poſſint, & debeant, non ſecus ac aliæ nundinæ in proximis noſtris, & Imperii, aut etiam aliis civitatibus, villis, & pagis prædictam villam cirbum jacentibus, & homines easdem frequentantes de jure, vel conſuetudine utuntur, fruuntur, ſine impedimento omnium. Item adhuc aliud, quo conceditur, quod in eadem villa quotannis in feſto & die ſancti Nicolai nundinas habere licitum eſſe debeat, ſub dato Viennæ, quarto Auguſti, anno milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo primo. Sequitur pòſt confirmatio Caroli Quinti Imperatoris, data Auguſtæ, decimâ ſextâ Novembris, anno milleſimo, quingenteſimo,quadrageſimo ſeptimo, cujusdam ordinationis à quondam Joanne ab Hattſtein, ordinis Magiſtro, ad utilitatem, & commodum ſubditorum ejus ſubſtitutæ & confectæ, que continet,quòd, cùm primo modo dicti ſubditi bona ſua immobilia hinc inde in Ordinis & Magiſterii jurisdictione ſita, eidemque cenſibus obligata, alienis in locis, quàm coram Ordinis Magiſtro, & Commendatoris tribunali, vel ubi ſita ſunt, bona illa vendere, hypothecare, & impignorare, itaque in maximum eorum, & Ordinis detrimentum, conſueverint, hoc ipſum eis in futurum prohibitum, & interdictum eſſe debeat,adeò,ut nemini eorum impoſterum bona ſua immobilia alibi vendere, vel impignorare liceat, niſi coram tribunali Ordinis, ac iis in locis,ubi, & ſubditi habitant, & bona ſita ſunt. Secundo, ut nullus ſubditorum qui Magiſtro & Commendatori ſubeſt, Judæis ullum chirographum, aut coram aliis Dominis, eorumque Præfectis, niſi ſolitis Magiſtri judiciis ſub Commendatoris, aut ejus vices gerentis ſigillo obligationem, ſive ſuper mutuo, ſive ſub uſuris acceptâ pecuniâ conficiat, & inſtituat. Huic proximè ſubjungitur privilegium à quondam Maximiliano ſecundo, Imperatore,Viennæ, vigeſimâ Octobris, anno milleſimo quingenteſimo,ſeptuageſimo qvarto datum ne quis prædictum Ordinem novis collectis, contributionibus, impoſitionibus, aut quibusvis aliis ſimilibus oneribus gravare, vel extra viam juris ordinariam de facto quicquam arreſtare,inhibere, aut per vim extorquere,vel perſonas,& bona eorum,tam mobilia, quàm immobilia, deſuper impedire, aut moleſtias inferre attentet, nullo omnino modo, aut viâ. Sequuntur nunc Confirmationes quædam a diverſis Romanorum Imperatoribus, & Regibus ſuper præmemoratis privilegiis conceſſæ, & indultæ, utpote, & inprimis Confirmatio latino idiomate conſcripta quondam Rudolphi Regis in Hurmbach nonis Decembris, anno milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo quarto data, quæ alii Confirmationi inclusa eſt Regis adolphi apud Hagenoam, quin-

to Idus Martii anno milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo quinto, Magiſtro,& Ordini datæ. Deindè alia latina quoque Confirmatio Privilegiorum Ordinis per Albertum Regem nonis Aprilis anni milleſimi, ducenteſimi, nonageſimi noni apud Baden edita. Quam ſequitur Friderici Regis etiam latina Confirmatio Thauregii tertio Idus Aprilis, anni milleſimi, trecenteſimi, decimi quinti, data ſuper prædictis Alberti Regis literis de anno milleſimo,centeſimo, octuageſimo quinto. Item latina Confirmatio Ludovici Regis, ad Norimbergam decimâ ſeptimâ calendas Aprilis, anni milleſimi, trecenteſimi, vigeſimi tertii data,Item aliaConfirmatio Privilegiorum, jurium & jurisdictionum Ordinis latinè ſcriptaCaroli Regis, decimâ ſeptimâ calendas Februarii, anni milleſimi, trecenteſimi, quadrageſimi octavi Moguntiæ data. Iterum Confirmatio ejusdem Caroli Imperatoris, data Mantuæ, die ſabbathi poſt feſtum ſancti Jacobi ſuper privilegiis, juribus & jurisdictionibus, tam ab ipſamet Cæſarea ſua Majeſtate, quàm aliis Imperatoribus, & Regibus Ordini conceſſis inſuper & mandatum, quo ſub pœna prædictis Privilegiis inſerta indicit,ut quilibet deſuper requiſitus, Magiſtro, ejusque ſucceſſoribus, Ordini, Commendatoribus, & domibus opem, auxilium, & ſubſidium ferre debeat adverſus omnes, qui eos circa libertates, & gratias ſuas inquietare, & impedire conentur, addito novo privilegio, quòd nemo in domibus eorum hoſpitia erigere, nec eis, eorumque hominibus, & domibus ſervitutes imponere, currus, aut equos petere, aut quicquam aliud exigere: ſimiliter nec prædictum Magiſtrum, ſucceſſores ejus, & Ordinem, nec fratres Ordinis, nec eorum vaſallos ad alia provincialia judicia trahere, aut citarè ſibi præſumat. Item aliæ literæ protectionis, & tuitionis, quibus adjuncta confirmatio eſt omnium privilegiorum, libertatum, jurium & jurisdictionum à Roberto Rege, dedato Heidelberg in vigilia ſancti Matthæi, anno milleſimo, quadrigenteſimo octavo. Quam inſequitur alia confirmatio,& renovatio privilegiorum Sigismundi Regis, de dato Chur, die lunepoſt ſancti Ægidii, anno milleſimo quadringenteſimo, decimo tertio data, Hanc iterum alia confirmatio ejusdem Sigismundi Imperatoris ſubſequitur, data Baſileæ die martis proximè poſt aſcenſionis Dominicæ, anni milleſimi,quadringenteſimi,trigeſimi quarti. Cui ſuperadditum eſt novum privilegium, quòd, cùm prædictus Ordo in civitatibus, & aliis locis mancipia habeat, quæ bona ſua eidem Ordini ſubtrahant, & in alios transferant, ubicunque hæc, vel coram Magiſtratibus, vel judiciis, ſine conſenſu Magiſtri & Procuratorum Ordinis, ad quem ſpectare dignoſcuntur, facta, geſtave ſunt, nullius roboris, & valoris exiſtant, niſi fiat hoc conſentientibus, & volentibus Magiſtro, aut Procuratoribus: & quòd etiam Ordo idem per Germaniam cum omnibus ad eum ſpectantibus ſit, ac eſſe debeat ſub protectione, & tuitione Cæſareæ ſuæ Majeſtatis. Item Confirmatio, & Privilegium Friderici Regis, ſub dato Franckenfurti, die Mariæ Magdalenæ, anno milleſimo,quadringenteſimo,quadrageſimo ſecundo,ejusdem tenoris cum Sigismundi Imperatoris literis. Deinde confirmatio Maximiliani Regis, data Wormatiæ,vigeſimâ ſecundâ Maji,anni milleſimi,quadringenteſimi, nonageſimi quinti,ſuperOrdinis præſertim ab Imperatorib9, & Regibus Friderico, Philippo, Henrico,& Carolo prædeceſſoribus noſtris in imperio conceſſis privilegiis, & libertatibus. Quam ſequitur confirmatio Caroli quinti, etiam Wormatiæ primâ Februarii anni milleſimi, quingenteſimi, vigeſimi primi,data ſuper omnibus Ordinis libertatibus, & privilegiis, præſertim literis, privilegiis & immunitatibus eidem ab olim Romanis Imperatoribus, & Regibus Prædeceſſoribus noſtris in Imperio legitimè conceſſis,& acquiſitis;& ut plurimum ſuper literis, & privilegiis, quæ Fridericus, Philippus, Henricus, & Carolus Romani Imperatores, & Reges anteceſſoribus eorum, & Ordini conceſſerunt, in tantum, ut, cum idem Ordo in quibusdam civitatibus,& aliis locis mancipia habeat, quæ bona ſua Ordini absque ejus voluntate, & conſenſu ſubtrahant, irritum ſit, & nullius efficaciæ. Simliter eadem Cæſarea Majeſtas Ordinem cum omnibus, quæ ad eum ſpectant, in ſuam, & Imperii protectionem, & tuitionem ſuſcepit. Item alia confirmatio modò dicti Imperatoris Caroli quinti Antverpiæ, vigeſimâ quartâ Maji, anno milleſimo, quingenteſimo,quadrageſimo data,quâ Cæſarea ſua Majeſtas Ordinem, cum omnibus pertinentiis denuò, & de novo in protectionem, & tuitionem ſuam ſuſcipit, nec non omnia ejusdem privilegia, immunitates, libertates,jura,& jurisdictiones renovat, ratificat, & confirmat. Item literæ protectionis & tuitionis, unà cum confirmatione omnium libertatum eorum,& præſertim modò

dò præfati Imperatoris Caroli, à Ferdinando Rege, ſub dato Ratisbonæ, octava die menſis Februarii,anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo. Et iterum literæ protectionis,& tuitionis ejusdem Ferdinandi Cæſaris,ſub dato decimâ ſextâ Junii, anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo nono, omnium privilegiorum Ordinis à Friderico primo, nec non Philippo, Henrico, Rudolpho, Adolpho, item Carolo quarto Romanorum Imperatoribus & Regibus, ut ſupra,Conceſſorum. Item confirmatio, innovatio, & ratificatio omnium privilegiorum Magiſtri, & Ordinis ſimiliter protectionis,tuitionis & ſalvi conductus per Maximilianum ſecundum Imperatorem, de dato Auguſtæ, quintâ Aprilis, anno milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſexto.Porro aliæ quoque literæ protectionales modò dicti Maximiliani ſecundi Imperatoris, ſub dato Viennæ, vigeſimâ primâ Auguſti, anno milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo octavo, unâcum innovatione, ratificatione & confirmatione omnium literarum, privilegiorum, & libertatum, quas ſæpedictus Migiſter,& Ordo Joannitarum à diverſis Romanorum Imperatoribus & Regibus obtinuit & aſſecutus eſt, quæ continet,quòd videlicet idem Ordo,ejusque perſonæ, ſubditi,vaſalli,& coloni à nemine,quicunq; ſit,eccleſiaſticis,vel ſecularibus,in rebus, & bonis ſuis, nec quovis alio modo gravari, & inquietari debeant; verùm ab omnibus exactionibus, contributionibus, ſervitutibus, teloniis,vectigalibus,impoſitionibus,hoſpitiis, & aliis gravaminibus, quomodocunq; excogitari poſſint, omnino liberi ſint, & immunes. Item quòd etiam Ordinis mancipia in nullis civitatibus, aut alienâ jurisdictione in cives ſuſcipiantur; & quòd militaris hujus Ordinis Fratres,vaſalli, & mancipia non poſſint nec debeant ad provinciales, aut alia judicia citari, & vocari,aut civilibus ſervitutibus, vel juramento aliquo onerari, nec in libertatibus,& laudabiliter introductis conſuetudinibus irritari,vel vi,vel facto ullo in eorum exercitio impediri. Item quòd etiam militaris hic Ordo,ejusque Commendæ cum pertinentiis, & conjunctis in quieta poſſeſſione omnium proprietatum,jurium, & jurisdictionum ſuarum tam hominum,quàm bonorum, & feudorum,redituum,proventuum, cenſuum & decimarum, jurium patronatûs, & aliorum fructuum & utilitatum, quomodocunque nominentur, & quos prædictus Ordo vel in prio,vel etiam alienis dominiis & territoriis eccleſiaſticorum, & ſecularium Principum & Dominorum,Comitum, Baronum, Nobilium, univerſitatum, regionum, & civitatum ab antiquo acquiſivit ſibi, & poſſidet, absque omnium impedimento & obſtaculo etiamnum permittatur, & permanere debeat. Et quas aliæ ſub dato ibidem vigeſimâ ſecundâ Octobris anni milleſimi, quingenteſimi, ſeptuageſimi quarti ejusdem Imperatoris literæ protectionis, & tuitionis ſubſequuntur, cum inſerta confirmatione omnium militaris Joannitarum Ordinis Privilegiorum, libertatum, & immunitatum ejusdem cum præcedentibus tenoris. His accedunt duæ confirmationes à quondam Rudolpho Secundo Imperatore datæ, quarum prima de dato Viennæ ſecundâ Auguſti anni milleſimi, quingenteſimi, ſeptuageſimi ſeptimi omnia Ordinis privilegia, & libertates, unà cum literis protectionalibus; altera verò de dato Pragæ decimâ quintâ Decembris, anno milleſimo, quingenteſimo, octuageſimo nono, olim Caroli Imperatoris immunitatesOrdinis anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo conceſſas ſpecialiter comprehendit. His ſuperadditur confirmatio Matthiæ Imperatoris, de dato Pragæ vigeſimâ ſecundâ Decembris anni milleſimi, ſexcenteſimi, decimi ſeptimi, omnium multoties jam dictorum privilegiorum, libertatum,immunitatum,jurium & jurisdictionum, protectionis, ſimul & tuitionis literarum Ordini liberaliter, & benignè conceſſarum.

Huic accedit Confirmatio Divi quondam Proavi Noſtri Ferdinandi Secundi, ſub dato Viennæ,decimâ ſextâ Martii,anni milleſimi, ſexcenteſimi vigeſimi. Et his proinde quoq; adjicitur Confirmatio à quondam Domino Avo Noſtro, Ferdinando Tertio, ſub dato Eberſtorffii, die vigeſimâ ſeptimâ Septembris anni milleſimi, ſexcenteſimi,tringeſimi ſeptimi, conceſſa. His omnibus quoque annectitur Confirmatio à quondam Patre, & proximo Prædeceſſore Noſtro Leopoldo, Romanorum Imperatore glorioſæ memoriæ, die decimâ tertiâ menſis Octobris anni Domini milleſimi, ſexcenteſimi, ſexageſimi ſecundi impertita,quâ ſuperiora omnia repetuntur, prout ea Privilegia, & Libertates omnes ſæpefatus Ordo, ejusque Magiſter in libello conſcripta à modo dicta Cæſarea Majeſtate ſubſcripta, ejusque ſigillo Cæſareo communita in manibus teneat, & conſervet. Extractum vero Statutorum hoc

eſt, titulo decimo octavo de prohibitionibus, & pœnis Statut. I. Votum paupertatis id exigit, ut bonorum diſpoſitio liberæ voluntati non ſubjaceat. Non licet igitur, nec quoquo modo permittitur Bajulivis, Prioribus, Caſtellano, Empoſtæ, Commendatariis, aut aliis Ordinis noſtri Fratribus teſtamentum condere, vel hæredem inſtituere, ſeu legata facere, atque etiam ſervitoribus, ſeu aliis aliquid elargiri, niſi tantùm eorum ſtipendia, ac debitorum, & creditorum declarationem redigere, & cum licentia Magiſtri de eorú moderata portione diſponere. Statut. II. Quæ quidem portio non excedat quintam partem pecuniæ numeratæ, aut bonorum mobilium, deductis ex hujusmodi bonis omnibus debitis, & ære alieno, tam noſtri communis ærarii, quam aliorum &c. Statutum quadrageſimum, ſextum Bona ſpoliorum Fratrum noſtrorum pleno jure noſtro communi ærario ſpectant, & pertinent: ideò nulli licet, nec aliquo modo permittitur, niſi his, qui auctoritatem habent ab ærario ſumendi &c. Titulo quinto. De communi ærario Statutum primum. Cùm bona, & facultates, quæ Ordo noſter poſſidet, piorum hominum liberalitate collata ſint, ad ſuſtinendas hoſpitialitatis impenſas, & propulſandos Chriſtiani nominis hoſtes: Certum eſt Fratres noſtros proprii in eis, aut privati juris nihil habere; ſed eorum verum dominium, & proprietatem, & jus omne ad ſolum ipſum Ordinem noſtrum ſpectare. Eodem titulo Statut. trigeſ. Omnia bona mobilia, & ſe moventia quorumcunque Fratrum noſtrorum, tam in conventu, quàm extra decedentium cujuſcunque conditionis, & qualitatis fuerint, quæ ſpolia vocamus, ad commune noſtrum ærarium pleno jure pertinent &c. Titulo decimo ſexto de contractibus, & alienationibus. Statut. decimum: Quicquid religioſus, acquirit, religioni acquirit; ideò ſancitum eſt, quòd fratres Ordinis noſtri, qui per emptionem, donationem, aut aliâ quacunq; ratione bona, prædia, cenſus, ſeu annuos reditus, vel jurisdictionem acquiſiverunt, & ſibi vendicaverunt, nullo pacto absq; Magiſtri & Capituli generis conſenſu vendere, alienare, impignorare, aut quovis modo diſtrahere poſſint; ſed ea, quæ acquiſiverunt fratres vitâ eorum durante poſſideant, & teneant &c. Extractum ex Brevi fœlicis recor dationis Pii Papæ quarti, ſub dato Romæ apud ſanctum Petrum ſub annullo piſcatoris, die vigeſimâ quartâ Martii, anno milleſimo, quingenteſimo Sexageſimo primo, Pontificatús ſui anno ſecundo, ad perpetuam rei memoriam &c. Omnia, & ſingula, res, & bona cujuscunque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, ac in quibusvis rebꝰ, & regnis, nec non dominiis tam citra, quàm ultra montes, & maria conſiſtentia, per quosvis fratres, milites, & perſonas dicti Hoſpitalis quomodolibet acquiſita, qvæ pro tempore poſt eorum obitum ubivis locorum deceſſerint, & decedent, aut quibus illos etiam eis viventibus non tamen per ſedem Apoſtolicam privari, & eis deſtitui contingeret, hactenus remanſerunt, remaneant, & remanebunt ad hoſpitale, & conventum præfatos, non autem ad eandem Cameram, ſcilicet Apoſtolicam, ſeu alios quoscunque, aliàs juxta ſtabilimentorum uſum, naturam ſtatutorum, & privilegiorum hujusmodi formam, & tenorem ſpectaſſe, & ſpectare &c. & ita perquosvis judices, quavis etiam auctoritate Apoſtolicâ fungentes, etiam Palatii Noſtri cauſarum Auditores, in quavis cauſa & niſtantia, ſublatâ eis quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere: nec non irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel impoſterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus, non obſtantibus &c. Titul. decimo quarto de Commendis, Statut. quinquag. ſept. Statuimus, quòd omnia bona ſtabilia elargita per ſæculares perſonas Fratribus Ordinis noſtri, ſeu acquiſita per eosdem nullo modo vendi, aut diſtrahi poſſint absque expreſſa Magiſtri, & Capituli generalis licentia, ex libro ſtatutorum in fine, appendicis, folio ducenteſimo, trigeſimo nono del Maeſtro: chè l Maeſtro poſſa dar licenza à fratelli di diſponere de beni patrimoniali: aggiungendo allo ſtatuto undecimo ordiniamo chè l Maeſtro poſſa ancora dar licenza, & autoritá à fratelli dell' Ordine noſtro divendere, donate, & alienare qualſivoglino beni, ſtabili però ſolamente tanto paterni, quanto materni d'aſcendenti, e collaterali à loto ſpettanti, & appartenenti per ragione di Ereditá e ſucceſſione, ò di legato, e di quelli diſponere coſi traviui come in articulo di morte, e di potere per la ricuperatione di detti beni comparire, litigare e trattare coſi in gjudicio come fuori. &c.

Nos igitur attendentes prædicti Principis, Ord. Joannitarum Supremi Magiſtri devotam, ac honeſtam petitionem, nec non præſtantia, planeque eximia ſervitia, quæ anteceſſores ipſius, ac totus militaris hic Ordo non

non modò Prædeceſſoribus Noſtris, Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Nobisque, Sacroque Romano Imperio; verùm etiam univerſo chriſtiano orbi contra hoſtes ejusdem perpetuos continuâ, & indefeſsâ ſuorum objectione corporum, vitæq;, & ſanguinis, nedum bonorum omnium profuſione, & erogatione pro ſalute & ſecuritate omnium dimicando ad immortale, & incomparabile ſuum decus præſtiterunt utiliſſime, atque etiamnum præſtare non ceſſent, dum â tribus potiſſimùm annis ſæpedictus Ordo ultra triremes apud eundem hactenus conſuetas, aliquot primæ claſſis naves bellicas ſuo cum ſummo diſpendio in ſingularem terrorem chriſtiani nominis hoſtis, ac majorem Chriſtianorum maricolarum ſecuritatem non ſolùm fabricari fecit; ſed etiam per factas jam dum complures haud exigui nominis maritimas prædas, ingentem Chriſti colarum numerum, ab ea, in qua eousque lugebant, intolerabili ſervitute redemit, viciſſimque multos neſandæ ſectæ Mahometicæ aſſeclas in captivitatem (in qua paulatim, ſi ita, prout hactenus ſæpius factum, Deo optimo maximo placuerit, Noſtram fidem, chriſtianq; Catholicam amplectentur) fœliciter adduxit, prout & inpoſterum facere poterit, ac debebit. Clementi etiam memoriâ recolentes, & conſiderantes, quod cumplurium ejusdem Ordinis præſtanti virtute clarorum militum operâ in noſtris, & Sacri Romani Imperii, nec non quarundam hæreditariarum Noſtrarum provinciarum refractariis, & rebellibus debellandis per præterita pernicioſa bella dicti quondam colendiſſimi Majores Noſtri Divi, Mathias, Ferdinandus Secundus, Ferdinandus tertius, & Leopoldus, Cæſares, utiliſſime uſi fuerint: Motu proprio, ſano, & deliberato accidente conſilio, & certa ſcientia, deque Imperialis Noſtræ authoritatis plenitudine præfato ſupremo Magiſtro, ac toti ejus Ordini tenorem prælibatorum privilegiorum, & literarum, de quibus ſupra, videlicet: Ne prædictus Ordo, ejusque perſonæ, conjuncti, ſubditi, mancipia, vaſalli, coloni, à quoquam, cujuscunque ſtatús, eccleſiaſtici aut ſecularis ille fuerit, in rebus, & bonis ſuis quovis modo moleſtentur, aut graventur; verùm ab omnibus angariis, exactionibus, contributionibus, ſervitutibus, teloniis, impoſitionibus, hoſpitiis, & aliis oneribus, qualiacunq; illa excogitari poſſint, liberi ſint, & omnino immunes: Nec Ordinis mancipia in civitatibus, aut ſub aliena jurisdictione in cives ſuſcipi, aut ejus Ordinis bona, mancipia, & quos habent pro Servitio, ad provincialia, aut alia externa judicia citari, & trahi, vel civilibus ſervitutibus, aut juramento aliquo onorari, aut etiam contra Ordinis exemptiones, & uſitatas laudabiles conſuetudines, ad aliquam inobedientiam concitari, aut ulla omnino violentia & poteſtas in eos ſumi, & uſurpari. Item quòd militaris hic Ordo, ejusque Commendæ, & ad eum pertinentes, & conjuncti, quo ad uſum omnium proprietatum, jurium, jurisdictionum in hominibus, & bonis, ſimul ac in feudis, reditibus, fructibus, cenſibus, & decimis, etiam juribus patronatús, ac aliis proventibus, & utilitatibus, quomodolibet nominatis, quæ, & quos idem Ordo vel in propriis, vel aliorum dominiis, territoriis, & provinciis, tam eccleſiaſticorum, quàm ſecularium Principum ac Dominorum, Comitum, Barenum, Nobilium, univerſitatum, regionum, & civitatum ab antiquo poſſederit, & adhuc poſſideat, quieti, & ſine ullo impedimento, & quorumcunq; obſtaculo liberi permitti, nec in his omnibus moleſtari, aut perturbari debeant, ſicuti omnia hæc in eorum privilegiis pluribus comprehenduntur.

Demum & ipſa Privilegia, ac literas ſupra memoratas cum omnibus gratiis, libertatibus, conſuetudinibus, quas juſto titulo acquiſiverint, & quarum hactenus in legitima, & quieta poſſeſſione, vel quaſi fuerint, & adhuc ſint, in omnibus articulis, punctis, contentis, ſententiis, & declarationibus, non ſecus ac ſi de verbo, ad verbum præſentibus inſerta, & allegata eſſent, utpotè, quæ pro ſufficienter inſertis, & allegatis hoc loco habere volumus, clementer approbavimus, confirmavimus, & innovavimus, ad eundem planè modum, & formam, quibus ea per Divos prædeceſſores noſtros, Romanorum Imperatores, ac Reges glorioſiſſime memoriæ à tempore Caroli quarti, Imperatoris, feliciſſimæ recordationis hucusque continuâ ſerie, & ſucceſſione, etiam nuper per colendiſſimum Dominum Genitorem noſtrum, Leopoldum Imperatorem itidem confirmata, approbata, & innovata ſunt, prout præſentium tenore approbamus, confirmamꝰ, & innovamus, quatenùs, & in quantum de jure, & conſuetudine confirmare, approbare, & innovare poſſumus. Suſcipientes etiam ex ſpeciali gratia, eâdem ſcientiâ, & auctoritate ſæpedictum ſupremum Magiſtrum, ejusque univerſum Ordinem unà cum omnibus per-

ſonis, & rebus ſuis in peculiarem Noſtram, & Sacri Romani Imperii protectionem, defenſionem, tutelam, & cuſtodiam: ſtatuentes, volentes, & ordinantes prædicta, & alia omnia eorum privilegia, gratias, libertates, immunitates, jura, jurisdictiones, obſervationes, & conſuetudines, cum omnibus eorum clauſulis, actionibus, contentis, ſententiis, & declarationibus, firma ſemper eſſe, & manere: & quòd iis omnibus ubicunque locorum uti, frui ac fungi ſemper poſſint, ac debeant, & quòd ſimul etiam præfatus Supremus Magiſter, cum omnibus ſibi conjunctis perſonis, commendis, rebus, & bonis, ut jam ſuperius memòratum fuit, ſint, & maneant ſub noſtra, & Imperii ſingulari protectione, tuitione, & defenſione, nec non omnibus gratiis, honoribus, dignitatibus, beneficiis, juribus & jurisdictionibus gaudeant, utantur, fruantur, quibus alii, qui in Noſtra, & Imperii ſingulari quoque protectione, tuitione, & defenſione ſint, gaudent, utuntur, fruuntur de jure, vel conſuetudine, eâ tamen ratione, ut ſi quis fortè ſit, qui de jure aliquid contra ipſos habeant, aut prætendat, eidem debito in loco, judicio ſe ſiſtere, & ſtare teneantur. Porrò etiam ad Statuta, de quibus ſupra, quod attinet, expreſsè, & ſpecialiter declarantes, quòd eadem, & jura ex iisdem in bona decedentium militum Ordinis eidem competentia ſalva, & integra conſervare, nec non aſſiſtentiam Noſtram præſentaneam, & brachium forte Imperiale contra omnes eos, qui in præjudicium dictorum Statutorum bona relicta, vel hæreditates defunctorum ſub prætextu teſtamentorum ab ipſis conditorum, vel alio titulo invadere attentarent, præbere, & præſtare velimus præbiturique & præſtituri, nec eum, vel eos contra ea gravari, vel moleſtari paſſuri ſimus.

Denique cùm ob complures, ac prægnantiſsimas rationes in Dieta Imperiali maturè diſcuſſas unanimi Electorum Principum, ac Statuum Imperii conſenſu concluſum, atque à Nobis porrò comprobatum, ratificatum, ac ſtabilitum ſit, quòd nullus alienigena, parentibus, ſanguinève Germano haud oriundus ad inclyti Ordinis ſancti Joannis in Allemannia Prioratum, ejusque commendas, bona, penſionis in Allemanniæ, ſeu Germaniæ Prioratu, ſitas, earùmve fruitionem admitti poſſit, vel debeat, quin potius omnes exteri, & alienigenæ, Germanóve genere, & ſanguine haûd oriundi à dicto ſupremo Germaniæ Prioratu, Commendis, bonis, ac penſionibus omni in futurum ævo excluſi ſint, & maneant, adeoque contra omnes & ſingulos cujuscunque ſtatûs & conditionis fuerint, qui hujusmodi perpetuò excluſis ex redditibus dicti magni Prioratûs, aut Commendarum Allemanniæ penſiones, aut aliud quidpiam ubicunque locorum, in vel extra Imperii & Germaniæ fines exſolvere, ſeu dare, vel ad hoc directè, indirecteve opem, aut auxilium ullo belli, vel pacis tempore, & quocunque ſub prætextu, titulo, vel authoritate præſtare præſumpſerint, non ſolùm ad inferius præfixam, ſed & alias graviores pœnas realiter, & cum effectu procedi debeat; hinc voluntatem, ac juſſionem hanc noſtram pro ejus tantò exactiori, magisque inviolabili obſervantia, firmaque ſanctione pragmaticâ inconcuſſo Auctoritatis Cæſareæ robore in perpetuum manutenendam Diplomati huic Noſtro inſeri fecimus.

Ac mandamus proindè omnibus, & ſingulis Noſtris, & Sacri Imperii Electoribus, aliisque Principibus eccleſiaſticis, & ſæcularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilibus, Militibus, Mareſchallis, Provinciarum Præſidibus, Vice-Dominis, Officialibus, Præfectis, Judicibus, Schulteis, Conſulibus, Magiſtratibus, civibus, Univerſatibus, nec non omnibus aliis Noſtris, Imperii, Noſtrorum etiam Regnorum, Principatuum, & Regionum hæreditariarum ſubditis, & fidelibus cujuscunque exiſtimationis, ſtatûs, ac conditionis fuerint, ſeveriter, & graviter vigore harum Literarum, ne ſæpedictum Supremum Magiſtrum, omnes ejusdem Succeſſores, adeoque Ordinem, & perſonas quascunque illius, vel illi conjunctas, aut ad eum quomodolibet juxta prænarrata pertinentes in Commendis, rebus, & bonis, hominibus, ſubditis, dominiis, juribus & jurisdictionibus recenſitis, & aliis eorum Privilegiis ullo modo per ſe perturbare, vim, & damna inferre, impedire, gravare, onerare, moleſtare audeant, vel præſumant, nec quantum in ipſis eſt, per alios impedimentum ullum ipſis inferri permittant, quò minùs ſupradictis eorum Privilegiis, Immunitatibus, Libertatibus, Juribus, Jurisdictionibus antiquis, Obſervationibus, & Conſuetudinibus, hacque Noſtrâ Confirmatione, Approbatione, & Innovatione, Noſtraque

& imperii ſingulari protectione, tuitione, & defenſione, & ſupradictâ etiam declaratione Noſtrâ quo ad Statuta circa religioſæ paupertatis obſervantiam quiete, & ſine ullo impedimento uti, frui, ac gaudere illis liceat, valeant, & poſſint: Niſi quis Noſtram, & Sacri Imperii offenſam, & pœnam graviſsimam incurrere velit, additâ quoque multâ pecuniariâ, nimirum centum marcarium auri puri, quam quilibet, quoties hanc Noſtram Conſtitutionem violare præſumpſerit pro media parte nobis, & Imperiali Noſtræ Cameræ, pro altera autem mediate ſæpeſato Supremo Magiſtro ejusque Succeſſoribus, & Ordini ſine ulla remiſsione luere tenebitur.

Declarantes inſuper, & volentes, quòd in ſupremis Noſtris, & Sacri Romani Imperii Dicaſteriis non ſolum mandata ſine clauſula & citationes ad videndum ſe incidiſſe in pœnam privilegiis in ſertam, verùm etiam in hujusmodi litigiis, nudâ facti veritate inſpectâ, prompta, & Impartialis juſtitia omni modo accelerari, ac ad realem executionem propediem perduci, ac omnia, & ſingula, quæ jam ſcripta ſunt, publicum, & perpetuum robur habere debeant. Supplentes etiam omnes, & ſingulos defectus quomodolibet circa hæc commiſſos, & qui committi potuerint.

In cujus rei teſtimonium præſentes has Literas conſcribi, manuque Noſtrâ ſubſcriptas Majeſtatis Noſtræ Cæſareæ Sigillo communiri juſsimus. Quæ dabantur in Civitate Noſtra Viennæ die duodecimâ menſis Januarii, Anno Domini Milleſimo, Septingenteſimo Octavo; Regnorum Noſtrorum Romani Decimo Octavo Hungarici Vigeſimo Primo Bohemici verò Tertio.

JOSEPHUS, m. p.

Vt. Frid. Car. Com. de Schönborn m.p.

(L.S.)

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium,

Lutzo Dolberg m.p.

LXIV.

Ausſpruch der heil. Rota zu Rom in Sachen Herren Carl Leopolds/Grafens von Herberſtein, wider Herr Ferdinand Leopolden, Freyherren von Dubszky, die Priorate des Johanniter-Ordens in Hungarn und Böhmen betreffend, de Anno 1714.

EMinentiſsimo & Reverendiſsimo Domino, Sacræ Domûs Hoſpitalis S. Joannis Hyeroſolimitani, & Militaris Ordinis Sancti Sepulchri Dominici Magno Magiſtro Melitenſi, Veſtróque Domino Auditori, nec non Illuſtriſsimo & Reverendiſsimo Domino in Inſulis Melitenſis Hæreticæ Pravitatis Generali Inquiſitori, ejusque Domino Auditori, ſeu Locumtenenti, & Illuſtriſsimis Dominis Equitibus dictæ Sacræ Religionis, & ſignanter illis venerandæ Lingvæ Alemaniæ prioratûs Bohemiæ, nec non Illuſtriſsimo & Reverendiſsimo Domino Nuntio Apoſtolico, in illis Partibus commoranti, ac univerſis quóque, & ſingulis Dominis Judicibus ordinariis, & extraordinariis tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, Poteſtatibus, Gubernatoribus, & Jus dicentibus, aliisq; Dominis, & Perſonis Jurisdictionem ſpiritualem, temporalem, & ordinariam ger ſe ſe, vel alium, ſeu alios quomodolibet exercentibus, eorumque Capitaneis, Baricellis, executoribus, & ſubexecutoribus, cæterisque Juſtitiæ Miniſtris, & eorum cuilibet inſolidùm, nec non Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Archi-Presbiteris, Clericis, Notariis, ac Tabellionibus publicis quibuscunq;, & præſertim Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo Domino Carolo Leopoldo Herbeſtein, ex adverſo Principali, omnibusq; aliis, & ſingulis quorum intereſt, inter erit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum quibuscúnque Nominib9 cenſeantur, & quacúnque præfulgeant dignitate, ac illi, vel illis, ad quem vel ad quos præſentes Noſtræ Literæ pervenerint, ſeu præſentabuntur. Cyriacus Lancetta, Juris Utriusque Doctor, Sanctiſſimi Domini Noſtri Capellanus, & ipſius ſacri Palatii Apoſtolici Cauſarum, ac Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, & in cauſa, & cauſis, ac partib9 infraſcriptis Judex Commiſſarius Apoſtolicâ Auctoritate ſpecialiter, & expreſsè deputat9 Salutem in Domino, & in Comiſſis diligentia facere, noſtrisque hujusmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire Mandatis. Noveritis, quod introducta in partibus tam coram Eminentiſsimo Magno Magiſtro Melitenſi, ejusq; Venerando Conſilio ordinario, quàm ſubindè coram venerando Conſilio completo judiciali contentione inter Illuſtriſsimum & Excellentiſsimum Dominum Ferdinan-

nandum Leopoldum, Baronem Dubszky, Principalem ex una,& Illuſtriſſimum,&Excellentiſſimum Dominum Carolum Leopoldum, Comitem Herbeſtein, partibus ex altera de,& ſuper Collatione Prioratus Hungariæ tunc vacantis, utrumque ex dictis venerandis Conſiliis ordinario ſcilicet,&completo præfato Domino Baroni Dubszky illum conceſſit per ſententias ab uno quoque illorum diffinitivè latas, ſub diebus 20. Junii, & reſpectivè 3. Julii 1703. ſeu &c. de quibus in actis cauſæ,& cauſarum hujusmodi ad quas &c. Verum quia cum die 30. Januarii 1704. Dominus Comes Herbeſtein per Decretum venerandæ Lingue Alemaniæ impetraverit exſpectativam, & Jus quæſitum, ut vocant, ad omnes dignitates vacaturas privativè etiam quoad dictum Dominum Baronem Dubszky Principalem ; Iſte proindè coactus fuit ſupremum Judicem ſcilicet Magnum Magiſtrum, ejusque Conſilium ordinarium adire, & adversùs ſupradictum Decretum, per venerandam Linguam Alemaniæ, ut præmiſimus, factum reclamare; Qua de re idem Eminentiſſimus Magnus Magiſter, illiúsque venerandum Conſilium ordinarium Decretum prædictum confirmavit, ſed cum clauſula = ſine præjudicio dicti Domini Baronis Dubszky Principalis, quo ad aſſecutionem Prioratús Bohemiæ = ut ex Tenore ſententiæ per dictum Eminentiſſimum Magnum Magiſtrum & Conſilium ordinarium ſub die 2. Menſis Aprilis 1704. favore dicti Domini Baronis Dubszky latæ rectè colligitur,& omiſſis aliis brevitati conſulendo ibi — ſuper differentia nuper ex orta inter venerandum Magnum Bajulivum Religionis Fratrem Carolum Leopoldum, Comitem Herberſtein, & Priorem Hungariæ, Fratrem Ferdinandum Leopoldum, Baronem Dubszky ſuper jure quæſito ad dignitates prioratús Bohemiæ per utrumque petito &c. Eminentiſſimus Dominus magnus Magiſter, & venerandum Conſilium juribus & rationibus hinc indè deductis mature perpenſis, & benè conſideratis, &c. petitum Jus quæſitum ad omnes dignitates Prioratús Bohemiæ præfato magno Bajulivo conceſſerunt,citra tamen præjudicium Prædicti Venerandi Prioris Hungariæ BaronîsDubszky,quoad aſſecutionem Prioratús Bohemiæ. Hujusmodiquè ſententiam definitivam, ſeu Decretum definitivum etiam Venerandum Conſilium completum in omnibus & per omnia confirmavit ibi = Eminentiſſimus & Reverendiſſimus Dominus magnus Magiſter, & Venerandum Conſilium Completum &c. Sententiam Venerandi Conſilii Ordinarii, prout jacet,confirmarunt, declarantes benè fuiſſe judicatum, & malè appellatum; Quapropter ab iſtis Sententiis ſibi contrariis appelante ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, ejusquè ſanctam ſedem Apoſtolicam dicto Domino Comite Herbeſtein ex adverſo Principali cauſam appellationis, & appellationum, totamquè Controverſiam hujusmodi in vim ſpecialis Commiſſionis manu ſanctiſſimi ſignatæ, prout in actis in hoc ſacro Rotæ Auditorio committi obtinuit coram claræ Memoriæ Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Caprara, tunc in minoribus Coauditore noſtro, coram quo transportatis, judicialiterquè productis actis priorum Inſtantiarum, ille particulare dubium in plena Rota diſceptandum ſub Die 15. Junii 1705. Partibus hinc indè ſivè veriùs illorum Procuratoribus, & Advocatis, tam in voce, quam in ſcriptis acerrimè informantibus, propoſuit, & prodiit reſolutio eidem Domino Baroni Dubsky Principali favorabilis, tàm quoad Confirmationem ſententiarum Conſilii Ordinarii, & completi ſuper adjudicatione Prioratús Hungariæ, quàm ſuper optione, & ut vocant, expectativa, & jure quæſito ad Magnum Prioratum Bohemiæ ex juribus, & rationibus contentis, & expreſſis in deciſione per eundem Claræ Memoriæ Cardinalem Capraram deſuper extenſa ad quàm &c. & ad Iſtius normam,ſervatis omnibus & ſingulis de jure,& ſtylo hujus ſacri Tribunalis ſervari ſolitis,& conſuetis, nec non ex parte dicti Domini Baronis Dubszky Principalis, citato legitimè Domino Philippo Boſchetto, ex adverſo Procuratore eſſerto dicti Domini Comitis Herbeſtein ex adverſo Principalis, de voto & aſſenſu Reverendorum Patrum Coauditorum ſuam in ſcriptis ſub Die 6. Julii 1705. tulit, & promulgavit ſententiam diffinitivam tenoris, ut ſequitur, videlicet = Chriſti nomine Invocato. Pro Tribunali ſedentes,& ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum Noſtrorum Voto, Conſilio paritèr, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis in cauſa & cauſis, quæ primò, & in prima coram Conſilio Ordinario Melevitano, ſecundò & in ſecunda coram Conſilio completo, tertio, & in tertia, ſeu alia veriori coram nobis verſæ ſunt, & vertuntur Inſtantia,

tia, inter Illuſtriſſimum Dominum Comitem Carolum Leopoldum Herbeſtein, Actorem, & appellantem ex una, & Illuſtriſſimum Dominum Ferdinandum Leopoldum Dubszky, Liberum Baronem de Trebonicz-liczt, reum Conventum, & appellatum Partibus ex altera,tàm ſuper adjudicatione Prioratús Hungariæ, quàm ſuper jure quæſito ad magnum Prioratum Bohemiæ, rebusque aliis in actis Cauſæ & Cauſarum hujusmodi latiùs deductis, dicimus, pronunciamus ſententiamus, & diffinitivè decernimus, & declaramus, præcitatas ſententias Conſilii Ordinarii Melevitani, & Conſilii completi, tàm ſuper adjudicatione Prioratús Hungariæ latas favore dicti Fratris, Ferdinandi Leopoldi Dubszky, quàm ſuper Jure quæſito ad magnum Prioratum Bohemiæ in omnibus, & per omnia confirmandas, & approbandas fore, & eſſe, prout nos confirmamus & approbamus, & pro confirmatis habèri volumus,& declaramus dictoque Domino Carolo Leopoldo, Comiti Herbeſtein, tàm ſuper dicto Prioratu Hungariæ, quàm ſuper Jure quæſito ad magnum Prioratum Bohemiæ perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, & exceptiones adversùs dictum Dominum Ferdinandum Leopoldum Dubszky, fuiſſe invalidas, illicitas, prout nos pro invalidis, & illicitis declaramus, Litterasque executoriales in vim trium conformium tàm quoad Prioratum Hungariæ, quàm quoad Jus quæſitum ſuper magno Prioratu Bohemiæ decernendas, & relaxandas fore & eſſe, prout decernimus & relaxamus, victúmque Victori in expenſis condemnamus quarum taxationem nobis, vel cui de Jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus,ſententiamus, & diffinitivè decernimus & declaramus non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo &c. = ita pronunciavi ego Alexander Caprara, Sacræ Rotæ Auditor = Sed non adhuc ſe aquieſcens Dominus Comes Herbeſtein adverſarius denuò habitô recurſu ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum novam impetravit Commiſſionem Reverendo Patri, Domino Anſaldo, alteri ex Reverendis Patribus, Dominis Coauditoribus directam, prout in actis, cujus vigore repetitis actis priorum Inſtantiarum,& ad alios actus judiciales inter easdem partes devento, tandem præviis duabus deciſſionibus æditis 21. Junii 1705. & 13. Decembris ejusdem Anni reſolutum fuit pro adjudicatione Prioratús Hungariæ favore dicti Domini Baronis Dubszky, & relicta intuitpenſo deciſione ſuper jure quæſito ad Prioratum Bohemiæ utpotè adhuc illo tunc non vacatum, prout ex alia brevi deciſione pereundem Reverendum Patrem Dominum Anſaldum, ſub die 28. Martii 1707. de ſuper extenſa, idem Reverendus Pater Dominus Anſaldus per ſuum Decretum, definitivum ſupradictas ſententias Venerandorum Conſilii Ordinarii,& Conſilii completi ac dicti claræ memoræ Eminentiſſimi Capraræ in hac duntaxat Collatione, & adjudicatione prioratús Hungariæ, citatis citandis, ſervatisque ſervandis de voto Reverendorum Patrum,Dominorum Coauditorum ſub die 13. Maji 1707. exequi mandavit cum taxatione expenſarum ; Iterum verò provocante eodem Domino Comite Herbeſtein ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, alteram Commiſſionem ſignatam cum Clauſula de cauſis reſtitutionis in integrum & ſine præjudicio rerum judicatarum nobis ſub die 18. Junii 1709. Apoſtolica Auctoritate dirigi,obtinuit,ac præſentari fecit hujusmodi ſub tenore, videlicet = Beatiſſime Pater. Exponitur ſanctitati Veſtræ pro parte, & ad Inſtantiam devoti illius Oratoris Bajulivi, Fratris Caroli Leopoldi Herbeſtein, quòd Anno 1701. in ſua â Conventu Melevitano abſentia cauſa, receptoriæ pro ſacra Religione Hyeroſolymitana in Civitate Viennæ Auſtriæ, Frater Ferdinandus Leopoldus Dubszky, ſub præſuppoſito quod inſerviverit in Bello Hungarico contra Turcas ab Anno 1683. usque ad 1699. minimè tamen juſtificato, extorſit Decretum à magno Magiſtro ejusque Conſilio ; in quo fuit liquidatus pro reſidente in dicto Conventu pro toto tempore præfati Belli, iſtóque Decreto viam ſibi aperuit ad aſſequendam dignitatem magni Bajulivatus Alemaniæ, & vacato deindè magno prioratu Hungariæ reportavit ſuper illo, nec non ſuper Jure quæſito, ſeu ut ajunt, expectativa ad magnum prioratum Bohemiæ duo favoribilia judicata ab utróque Conſilio Melitæ, confirmata in tertia Inſtantia à Reverendiſſimo Cardinali Caprara, tunc ſacræ Rotæ auditore ; Verùm reportata à ſanctitate Veſtra à ſupradictis gravaminibus, & aſſertis ſententiis, & in ſpecie à præfato Decreto liquidationis Reſidentiæ, nec non mala electione dicti Baronis Dubszky adverſarii in magnum Bajulivum nova Commiſsione, directa Reverendo Patri Anſaldo, cum Clauſula Reſtitutionis in integrum ſub eo potiſſimùm

ſula Reſtitutionis in integrum ſub eo potiſſimùm inſufficienti prætextu non integræ transportationis actorum, devenit iſte in cauſa & cauſis prædictis ad expeditionem per viam taxationis expenſarum. Cùm autem, Pater Sancte, Acta ſint integrè & legitimè à multo tempore transportata, & ex illis manifeſtiſſimè appareat de injuſtitia præcedentium Judicatorum, & ſignanter aſſerti Decreti Liquidatorii relidentiæ, & aliorum omnium, quæ illi ſub ſecura ſunt in favorem Baronis Dubszky adverſarii. Supplicat idcirco idem Orator ſanctitati Veſtræ, quatenùs dignetur cauſam & cauſas hujusmodi Appellationis & Appellationum nullitatis & nullitatum, ac reſtitutionis in integrum prout de jure quoad omnia & ſingula præmiſſa, nihilo penitus excepto alicui alteri ex veſtris ſacri palatii Apoſtolici cauſarum Auditoribus audiendas, cognoſcendas, finequo debito terminandas, committere & mandare, vel, ſi placeat, cauſam & cauſas prædictæ appellationis infra legitima tempora, interpoſitæ nec non reſtitutionis in integrum, prout de jure alteri ut ſupra delegare cum facultate citandi, & inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quandò opus fuerit, diebus feriatis & non feriatis præter quàm in honorem Dei feriatis, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, aliisque contrariis non obſtantibus quibuscunque &c. Statum &c. pro Plenè &c. vel ſi magis placet, committatur alteri ſacræ Rotæ Auditori, cauſa Reſtitutionis in integrum ſine præjudicio rei judicatæ de Mandato ſanctiſſimi Domini Noſtri Papæ audiat Magiſter Cyriacus, citet, inhibeat, procedat, prout in ſecunda parte petitur. J. F. -- F. Columna Regens -- placet de ſecunda parte -- iſtius ſiquidem præinſertæ commiſſionis vigore, actis omnibus antecedentium Inſtantiarum coram nobis transportatis, noſtraque exinde Jurisdictione firmatâ ad nonnullos actus, & terminos judiciales inter easdem partes citra tamen cauſæ Concluſionem deventum fuit. Interim verò, datâ vacatione ſupradicti magni Prioratûs Bohemiæ, per obitum Domini Comitis de Pottinck, illius ultimi poſſeſſoris; Idem Dominus Baro Dubszky Literas Patentales, ſeu Bullas proviſionis prædicti Prioratûs Bohemiæ ad ſui favorem per magnum Magiſtrum expediri obtinuit hujusmodi ſub tenore videlicet -- Frater Don Raymundus de Perellos, & Rocafful, Dei Gratia ſacræ Domûs Hoſpitalis ſancti Joannis Hyeroſolimitani, & Militaris Ordinis ſancti Sepulchri Dominici Magiſter humilis, pauperumquè JEſu Chriſti Cuſtos univerſis & ſingulis præſentes Noſtras Literas viſuris, lecturis, & audituris ſalutem. Notum facimus, & in Verbo veritatis atteſtamur, qualiter infraſcripta Bulla extracta fuit ex Libro Bullarum in Cancellaria Noſtra conſervato, in quo ſimiles notari, & regiſtrari ſolent, quam quidem in hanc publicam formam extrahi, & redigi juſſimus, ût ubiquè tàm in judicio, quàm extra eidem plena & indubitata fides adhibeatur, cujus Tenor eſt qui ſequitur: Frater Don Raymundus de Perellos & Rocafful, Dei Gratia ſacræ Domûs Hoſpitalis ſancti Joannis Hyeroſolimitani & Militaris Ordinis ſancti Sepulchri Dominici Magiſter humilis pauperumque JEſu Chriſti Cuſtos, & Nos Conventus ejusdem Venerando Religioſo in Chriſto Nobis Præclariſſimo Fratri, Ferdinando Leopoldo, Baroni Dubszky Prioratûs Noſtri Hungariæ Priori, ſalutem in Domino ſempiternam; Rationi conſonum eſt Generoſi Ordinis Noſtri Fratres Milites eximiis virtutibus conſpicuisquè moribus Ornatos, quos meritò conſortio Conſiliariorum dicti Ordinis Noſtri aggregavimus ad potiores bonorum & dignitatum gradûs ejusdem Ordinis Noſtri promovere, ut condignis meritoriis præmiis ſuſceptis, & nonnullam pèrpeſſi laboris ſentiant remunerationem, & propenſiores in dies reddantur ad majora amplioraquè ſolerti ſtudio promovenda; Egregiam itaquè tuæ prudentiæ exiſtimationem multiplicem rerum experientiam, ac præclari animi tui dotes, quibus inſignitus dignoſceris, & apud nos noſtrumque ordinem ſummopere commendaris, nec non laudabilia, & diuturna obſequia per te Religioni Noſtræ ſumma cum fidei probitate, ſingulariquè Prudentiâ hactenus præſtita, & quæ in futurum te præſtiturum non deſinis promerentur; animadvertentes non immeritò inducimur, adeò tibi concedendum; quæ Promotioni Tuæ perſonæ convenire dignoſcuntur; reſignatis itaquè priùs per Te, ſeu veriùs per tuum Legitimum Procuratorem in Manibus Noſtris dicto Prioratu Hungariæ, aliisquè Bonis, quæ unà cum infraſcripto Prioratu, juxta formam Statutorum Noſtrorum, retinere nequis, & per Nos dictis reſignationibus ſuſceptis & admiſſis; ſi tamen, & non aliter cum infraſcripti Prioratûs poſſeſſionem pacificam, & quietam aſſecutus fueris; adhærentes ancianitati, & Juri quæſito aliàs per Nos tibi conceſſo, & illud harum ſerie

rie roborantes, Prioratum Noſtrum Bohemiæ per obitum venerandi quondam Fratris Sebaſtiani Wolffgangi, Comitis de Petting, ultimi legitimi dicti Prioratûs Bohemiæ Prioris, & Poſſeſſoris, ſivè hoc, ſive alio quovis modò, aut ex alterius cujuscunque perſona vacantem, præſentialiter, & ad noſtram collationem, donationem, electionem, ordinationem, & omnimodam diſpoſitionem ſpectantem & devolutum, cum ſuis Cameris Prioralibus, ſeu commendis ſibi aſſignatis, quas pro Cameris tibi aſſignamus, cum earum, & cujuslibet ipſarum membris, prædiis, juribus, & pertinentiis univerſis ad ipſum Prioratum, & præfatas Cameras, ſeu commendas, & quamlibet ipſarum ſpectantibus, ac cum omni onere, emolumento, honore, ac quibuscunquè prærogativis per ſtabilimenta & laudabilis noſtri Ordinis conſuetudines Prioribus attributis, & conceſſis, & cum quibus dictum Prioratum dictus venerandus quondam Frater, Sebaſtianus Wolffgangus Comes de Potting, aliiqve præteriti Priores habuerunt, tenuerunt, & poſſederunt, ſeu habere, tenere, & poſſidere quomodolibet debuerunt, habendum, tenendum, poſſidendum, regentum, gubernandum, & meliorandum in ſpiritualibus, & temporalibus tam in capite, quam in membris ſub annua ſolutione reſponſionum, & quorumcunquè noſtri communis ærarii Jurium, & onerum impoſitorum, & quomodolibet; in futurum imponendorum, dictum Prioratum ejusquè Cameras pro rata parte tangentium per Te Annis ſingulis in Capitulo Provinciali Prioratûs ejusdem, vel in Feſto ſancti Joannis Baptiſtæ de Menſe Junii in manibus Receptoris dicti Prioratûs deputati, vel deputandi infallibiliter exolvendorum, invicem maturô, & deliberatô Conſilio de noſtra certa ſcientia, & ſpeciali gratia ad Annos decem continuos, & completos, & ultra ad noſtrum benè placitum tibi Venerando Fratri, Ferdinando Leopoldo Dubszky, tamquam digno, præeminenti, capaci, & optimè merito conferimus, concedimus, & donamus, benefaciendo in eodem, Tequè legitimum, & Canonicum Priorem in dicto Prioratu eligimus, conſtituimus & ordinamus, ſalvo, & reſervato Jure mortuarii, & vacantis, ſalvis inſuper, & reſervatis dicto noſtro Magiſtro quibuscunquè Ordinationibus, & præeminentiis tam per felicis memoriæ Fratrem Raymundum Berengarium, noſtræ dictæ Domûs Magiſtrum factis, & ſibi reſervatis in Capitulo Generali Anni 1366. apud Avinionem celebrato, quam per ſtabilimenta, & capitulares conſtitutiones eidem Magiſtro conceſſis, retento etiam, & reſervato ipſi Magiſtro, & futuris, ut ſi, quod abſit, te in ſolutione dictorum jurium, & onerum communis ærarii impoſitorum ex quavis cauſa, & ratione per Religionem imponendorum per Te ſtatuto Tempore facienda deficere contingat, quod prædictus Magiſter, & futuri, cum Conſilio Procerum, & Fratrum dictæ Domûs poſſit liberè diſponere, & ordinare de prædicto Prioratu, ſecundum formam ſtabilimentorum noſtrorum conſuetudinum, & capitularium conſtitutionum, collatione de dicto Prioratu tibi facta in aliquo non obſtante. Rurſùs cum retroactis temporibus Priores noſtræ dictæ Domûs ſuper Bonis, & Arneſiis commendatariorum in dies decedentium haberent, & reciperent certa Jura, quæ per ordinationem in memorato Capitulo promulgatam communi ærario applicata & reſervata fuerunt, & in compenſationem Præmiſſorum Jurium conceſſum fuerit, & permiſſum prædictis Prioribus, ultra quatuor ordinarias Cameras unam, vel aliam Bajuliam, ſeu commendam, cum vacabit, in eodem Prioratu ad Collationem Prioris pertinentem accipere, Tibi quoquè eandem Bajuliam, ſervata ſtabilementorum forma, capiendi facultatem, & licentiam impartimur; committentes tibi circa curam, Regimen, & adminiſtrationem dicti Prioratus, Camerarum, bonorúmque & jurium ejus defenſionem, recuperationem & indemnitatem, tàm in agendo, quàm in defendendo harum ſerie vices noſtras; Quocirca univerſis, & ſingulis noſtri Ordinis Fratribus, Sororibus, & donatis in Virtute ſanctæ obedientiæ, ac Hominibus, Vaſſalis, & quibuscunquè aliis nobis ſubditis in dicto Prioratu conſtitutis præſentibus, & futuris ſub Sacramento fidelitatis, & Homagii, quo nobis & Religioni noſtræ ſunt adſtricti, præcipimus, & mandamus, ut tibi, tanquam eorum Superiori & Priori reverenter pareant, obediant, & intendant, tibiquè præbeant auxilium, conſilium, & favorem in omnibus concernentibus utilitatem dicti Prioratûs, quotiescunquè opus fuerit, & eos duxeris requirendos, nec non univerſis & ſingulis dictæ Domûs noſtræ

ſtræ Fratribus, quacunque Auctoritate, Dignitate, Officioque fulgentibus præſentibus, & futuris mandamus, ne contra præſentes noſtras Literas aliquatenùs facere, vel venire præſumant, quin imò juxta earum mentem ſtudeant inviolabiliter obſervare, atque cuicûnque Fratri Ordinis noſtri ſuper hoc primitus requiſito mandamus, ut te, vel procuratorem tuum in pacificam & quietam dicti Prioratûs poſſeſſionem inducat, & inductum conſervet, omni penitùs contradictione remota. Amoto ab eodem quolibet alio, ſi quis fuerit, illicitô detentore, quem Nos tenore præſentium amovemus, & decernimus firmiter amovendum; inhibentes Tibi in virtute ſanctæ obedientiæ, ne ſub pœna ſtabilimentorum contra faciendi inflicta, ne prætextu Donationis noſtræ hujusmodi aliquid, vel aliqua de rebus, bonis, juribus, prædiis, locis, & quibuslibet jurisdictionibus dicti prioratus, Camerarumque & membrorum ejusdem vendas, des, impignores, permutes, diſtrahas, ſive in Emphiteuſim perpetuam, vel ad tempus concedas, vel alio quovismodo extra Religionem noſtram transferas, ſine ſpeciali licentia noſtri Magiſtri Religionis, atque Capituli Generalis pro tempore exiſtentium, & ſi, quod abſit, contra Inhibitionem noſtram hujusmodi aliquid, vel aliqua operari, ſeu facere te contingat, illud, & illa ex nunc, prout ex tunc caſſamus, annullamus, & decernimus irritum, & inane nulliúsque penitùs exiſtere valoris, vel efficaciæ; In cujus rei Teſtimonium Bulla noſtra communis plumbea præſentibus eſt appenſa. Data melitæ in Conventu noſtro die 19. Menſis Auguſti 1709. & quia ita ſe habet veritas, factáque fideli eum Originali Collatione concordare comperimus, ideò in hujus rei Teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis in cera nigra præſentibus eſt impreſſa. Data melitæ in Conventu noſtro die 19. Menſis Auguſti 1709. regiſtrata in Cancellaria = loco ſigni = Bajulivus ſancti Sepulchri Frater, Don Ferdinandus Contreras, Vice-Cancellarius = ſed quia idem prioratus, auctoritate Apoſtolica, ſpeciali breve fuit à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, Clemente XI. Domino Comite Wratiſlau Collatus, ſub reſervatione Jurium utriusque collitigantis. Cauſa hujusmodi obdormivit usque quo tandem vita functo dicto Domino Comite de Wratiſlau in fine Anni 1712. ex parte dicti Domini Comitis Eberſtein reaſſumpta fuit prætenſio contra dictum Dominum Baronem Dubszky, ſuper aſſecutione prænarrati prioratûs Bohemiæ, novámque excitando Contentionem, quòd ſcilicet prænarrata proviſio, ſeu Bulla magni Magiſtri de dicto prioratu Bohemiæ in perſonam dicti Domini Baronis Dubszky, ut ſupra editæ, & expeditæ eſſent attentatæ & proinde revocandæ. Vndè propoſita per nos in plenæ Rotæ Auditorio utraque controverſia per binas vices, ſub diebus nempe 3. Julii 1713. & 12. Martii 1714. fuit totidem capta reſolutio in utraque eidem Domino Baroni Dubszky favorabilis, ut videre eſt ex deciſionibus coram nobis, ſub dictis diebus editis, & ex Juribus & rationibus in eis ritè, & rectè ponderatis ad quas &c. Quibus ſtantibus, ſervatis omnibus & ſingulis de jure, & ſtylo hujus ſacri Tribunalis ſervari ſolitis, & conſuetis, nec non ex parte dicti Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Ferdinandi Leopoldi, Baronis Dubszky, Collomnelli, & Vice-Admiralis ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Principalis, citato Domino Philippo Boſchetto, ex adverſo procuratore aſſerto Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Domini Caroli Leopoldi Herbeſtein, ex adverſo principalis in una, ad videndum declarari, nulla adeſſe attentata, in altera verò ad videndum in executionem rerum judicatarum adjudicari dicto Excellentiſſimo Domino Inſtanti Prioratus Bohemiæ uti Anciano, & Capaci, & pro effectu hujusmodi adjuticationis exequi bullas Conventus ad ejus favorem expeditas ſuper Collatione dicti prioratus, & quatenus opus ſit decerni, & relaxari novum Mandatum de immittendo ad dictum prioratum & aliud quocunque neceſſarium & opportunum ad diem infraſcriptam; qua adveniente comparuit in judicio legitimè coram Nobis Dominus Antonius Marcheſius, ſupradicti Excellentiſſimi Domini Baronis Dubszky Inſtantis Legitimus procurator, & petiit ac debita cum Inſtantia poſtulavit ut ſupra; Nos autem Cyriacus Lancetta, Auditor Judexque prædictus, attendentes petitionem hujusmodi fore juſtam & rationi conſonam, quodque juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, per noſtrum definitivum Decretum, declarato nulla adfuiſſe, atque adeſſe attentata, per aliud ſimile Decretum pariformiter de voto & aſſenſu Reverendorum Patrum, Dominorum Coauditorum noſtrorum, quibus de hujusmodi cauſæ meritis relationem plenariam fecimus, & fidelem in executionem ſupra inſertorum judicatorum in partibus, & coram Claræ Memoriæ Cardinali Caprara editorum, ac rei judicatæ exindè ſecutæ, præfatum Magnum prioratum Bohemiæ cum omnibus illiq annexis, & connexis Juribus, & pertinentiis ſuis univerſis ſupradicto Domino Baroni Dubszky, Principali adjuticandum fore & eſſe, & pro effectu adjudicationis hujusmodi ſupradictas Bullas Conventus & Magni Magiſtri Melitenſis ad ejus favorem expeditas ſuper collatione dicti prioratûs exequendas, & quatenùs opus ſit, novum Mandatum de immittendo ad poſſeſſionem dicti prioratûs relaxandum paritèr fore & eſſe decrevimus, Litterásque & proceſſus executoriales Rotales deſuper relaxari & expediri demandantes per præſentium Tenorem extra Romanam Curiam & ad partes in forma ſolita & conſueta. Quo circa Auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte vos Eminentiſſimum & Reverendiſſimum Dominum Magnum Magiſtrum ante dictum, ad executionem præſentium efficaciter adimplendam, ſeu permittendam benignè in Domino hortamur; vos verò omnes alios & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet inſolidùm, tenore præſentium requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, vobisque, & veſtrum cuilibet inſolidum committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub mille ducatorum Auri de Camera locis piis arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis mandati executivi, & in Juris ſubſidium excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis per quemlibet ex contravenientibus trium dierum, Canonica monitione præmiſsâ ipſo facto, prout tangit, incurendis ſtrictè præcipiendo, mandamus quatenus ſtatim viſis, receptisque præſentibus, & poſtquam pro parte dicti Domini Baronis Dubszky, Principalis vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ſuper inſertas definitivas ſententias, & Bullas ſuper collatione dicti prioratûs Bohemiæ favore dicti Domini Baronis Dubszky latas, & expeditas reſpectivè, & rem judicatam, ut præfertur, exindè ſecutam exequamini ac debitè & totali Executioni demandetis, & demandari faciatis ita, ut earum Virtute præfatum prioratum Bohemiæ eidem Domino Baroni Dubszky adjuticatum exiſtat, iſtéque in ejus poſſeſſione confoveatur Contradictione & oppoſitione quibuscúnque non obſtantibus, quin imò etiam vigore præſentium, quatenùs opus ſit, eundem Dominum Baronem Dubszky, Principalem, ſivè ejus legitimum procuratorem pro eo in executionem & pro effectu ſupradictarum ſententiarum, & Bullarum ſuperius enarratarum, & inſertarum, reique judicatæ ulteriùs ſecutæ in eo ad veram, realem, actualem, corporalem, & effectivam poſſeſſionem ſupradicti Magni prioratûs Bohemiæ, ejusque Jurium, membrorum, annexorum, pertinentiarum, & præminentiarum illius quarumcúnque immittatis & ad quem, ſeu quos ſpectat, immittant, immiſſúmque &c. manuteneatis, & defendatis, deque omnibus, & ſingulis dicti prioratûs fructibus, reditibus, & emolumentis ſuis univerſis, per quos opus fuerit, reſponderi, & in Magnum Priorem recognoſci faciatis, & faciant, ad quos ſpectat, amoto exinde, & quatenùs opus ſit, expulſo dicto Domino Comite Eberſtein, & quovis illicitô detentore, & occupatore, prout Nos exequi, adjudicari, immitti, immiſſumque manuteneri, ac de fructibus reſponderi, ut ſupra, & in Magnum Priorem Bohemiæ recognoſci, volumus, & mandamus reſpective, dictumque Dominum Comitem Eberſtein, & quemlibet alium illicitum detentorem, & occupatorem exinde expellentes per earundem præſentium tenorem; inhibentes inſuper ſub eisdem pœnis & Cenſuris vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & generaliter quibusvis aliis cujuscunque gradus ordinis, & Conditionis exiſtant, & præſertim dicto Domino Comiti Eberſtein ex adverſo principali, cæterisque aliis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum, quibuscúnque Nominibus cenſeantur, & quacúnque præfulgeant dignitate, ne quominus omnia & ſingula ſupradicta ſuum debitum conſequantur effectum, impedimentum aliquod præſtetis ſeu præſtent, aut inpedientib9, vel moleſtantibus in aliquo detis, vel dent auxilium, Conſilium, vel favorem, ſub quovis prætextu, cauſa, ingenio, aut quæſito colore, quod ſi fortè præmiſſa omnia & ſingula, prout ad vos, & veſtrum quemlibet ſpectat, & pertinet, non adimpleveritis, ſeu adimpleverint cum effectu, vel ad faciendum contrarium auxilium, Conſilium, vel favorem dederitis, ſeu dederint, Mandatisque monitionibus noſtris hujusmodi, imò veriùs Apoſtolicis non paruerit, ſeu paruerint quomolibet executionem præſentium noſtrarum Literarum executorialium, Mandatique de immittendo ad poſſeſſionem enarrati prioratûs Bohemiæ, favore dicti Domini Baronis Dubszky, ut præfertur, Decreti, & relaxati diſtuleritis, ſeu diſtulerint, & retardaverint, Nos in Vos, ac ipſos omnes, & in contradictores quoslibet, qui in præmiſſis culpabiliter fueritis, ſeu fuerint, dictâ Canonicâ monitione præmiſsâ, excommunicatis, in Capitula vero, Conventus, & Collegia quæcunque in his delinquentia ſuſpenſionis à Divinis, in ipſorum verò delinquentium eccleſias, Monaſteria, & Capellas interdicti Eccleſiaſtici, & quoad Reverendiſſimos quorumcúnq; locorum Ordinarios, & Prælatos interdicti ingreſsûs Eccleſiæ ſententias, Cenſuras, & pœnas, prout tangit (dicto Eminentiſſimo & Reverentiſſimo Domino magno Magiſtro tantum excepto) ſervatâ formâ ſacri Concilii Tridentini incurrendas, & declarandas ferimus in his ſcriptis, ac etiam promulgamus, ad quarum quidem ſententiarum & Cenſurarum incurſus, prout tangit, declarationem, aggravationem, & ſucceſsive reaggravationem, Brachiique Secularis invocationem, aliáque Juris & facti remedia in eventum non paritionis, & executionis omnium præmiſſorum, debitis Dilationibus, congruisq; temporum intervallis, prout jus & juſtitia exegerit, deveniem9, ac deveniri curabimus, juſtitiâ mediante; Abſolutionem verò in præmiſsis nobis, vel ſuperiori noſtro tantumodò reſervamus, in quorum fidem has præſentes fieri, & per Notarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandavim9, ſigillique noſtri, vel alterius Coauditoris noſtri juſsimus & fecimus impreſsione muniri; Datum Romæ apud ſanctam Mariam majorem, in Palatio Apoſtolico cauſarum in Monte Quirinali, &c. ſub Anno à nativitate Domini noſtri JEſu Chriſti 1714. indictione ſeptima, die verò 14. Menſis Maji, Pontificatûs autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Clementis XI. Anno ejus 14. præſentibus Dominis Michaële Angelo,

Ceſarino, & Michaële Blondo Connotariis Teſtibus ad præmiſſa omnia & ſingula vocatis, habitis, & rogatis

(L.S.)

Ego Succurſus de Amicis, ſacri Palatii Cauſarum ac ſacræ Rotæ Romanæ Notarius de præmiſſis rogatus, ideò præſens Literarum executorialium Rotalium, Mandatique de immitendo Inſtrumentum ſubſcripſi, & puplicavi requiſitus.

(L.S.)

LXV.

Deutlicher Bericht / wie die Ritter des Ordens St. Johannis von Jeruſalem, ſo der Catholiſchen Religion zugethan ſind, inveſtiret werden, und was dabey, in Anſehung des Standes der Perſonen, vor ein Unterſcheid in etlichen Worten gebrauchet: ingleichen was alsdann vor Ceremonien beobachtet werden, wan einem Ritter, wegen einer begangenen Miſſethat, der Orden genommen, und zu weilen reſtituiret wird, befindet ſich in des Teutſchen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. I. unterm Johanniter-Orden, pag. 109.

LXVI.

Haupt-Statuten des Ritterlichen Ordens St. Johannis zu Jeruſalem, welche der andere Meiſter dieſes Ordens Raymundus di Podio **im Jahr 1118. dem Orden gegeben, und vornehmlich darinnen das** Votum **der Armuth, Keuſchheit und Gehorſams** formaliter **eingeſetzet hat, ſtehen** loco antea citat. pag. 114.

LXVII.

Volkömlicher Bericht von den Solennitäten **/ wenn ein neuer Ritter zu Sonnenburg, in der Marck Brandenburg, in den Johanniter-Orden, auf- und angenommen, eingekleidet und geſchlagen wird, und wie es bey Ihrer Fürſtl. Hochwürden und Durchl. Herren Johann Moritzen, Fürſten zu Naſſau ꝛc. ꝛc. als regierendem Herrn Meiſter, nachfolgender Geſtalt** obſerviret **und gehalten worden, ſiehe** loc. ſupra citat. pag. 115.

LXVIII.

Des löblichen Jnhanniter-Ordens Ritter Ambts-Gebühr / Pflicht und Schuldigkeit, wie ihnen ſolche bey dero Inveſtitur **zu Sonnenburg, in der Kirchen vor dem Ordens-Cantzler öffentlich vorgeleſen wird, ſtehet** loc. ſupra allegato pag. 119.

Ende der Fortſetzung des erſten Theils.